



LIBRARY
OF THE
Theological Seminary,
PRINCETON, N.J.


Case No. SCF
Shelf No. 1959
Book

ological Seminary at
Newton, N. J.

edited by

The Rev. Sam'l Miller D.D.







HARMONIA
EX EVANGE-
LISTIS TRIBVS
COMPOSITA,
Matthæo, Marco, & Luca,


COMMENTARIIS IOHANNIS
CALVINI EXPOSITA:

Ad DD. Consules, Senatumque inclytæ urbis Francfordiensis.

E I V S D E M

JN. IOHANNE M. EVANGELISTAM
COMMENTARIUS.

Ad DD. Syndicos Senatumque Geneuensem.



GENEVÆ,
Apud Iohannem Vignon.

M. D C X I I I I.



CLARISSIMIS VIRIS ET MAGNIFICIS DOMINIS,

Consulibus, Senatuque inclytæ vrbis Franc-
fordiaæ, Iohannes Caluinus.

I virtutū exēpla ad imitationem proponi vñquā
vtile fuit, quæ pigris & lētis vel minus strenue cur-
rentib. stimulū adderet, facit huius corruptissimi
seculi non ignauia modos sed etiā socordia ut maio-
rem hominum partem quæ sponte nō progreditur,
quin potius retrocedit, pudore saltē necesse sit ad of-
ficiū cogi. Omnes quidē videmus & prius atim & publice ad prauā & inu-
lationē intentos: nec cui mon. arch. & ad propagādos quibuslibet modis impe-
rijs sui fines minus vel ingenij, vel industria, vel neruorū, vel audacia, quā
vicinis suppetere videatur: ne qua ciuitas vel res publica laude astutie &
captionum omnium aliis concedat: ne quis inter homines ambitioni dedi-
tos malis artibus sit inferior: denique ad vitia certatim alij alios quasi
mutua consipiratione absque voce se inuitant: atque ut quisque pessimè se
gerit, maximam turbam suo exemplo facile præcipitat. interea in cōmuni
vitiorum regno paucissimi reperiuntur recte agēdi authores. Quo utilius Cur Franci
fort. his
Harmonia
dicata sit.
esse iudico, si in illustribus personis eminent rara virtutes, eas iustis elogiis
quasi longe spectadas in sublime efferri, ut ad imitandi studium multi ex-
citetur. Atque hoc mihi præcipue cōsilium fuisse profiteor, viri amplissimi,
cur meum hunc laborem sub nominis vestri inscriptione in lucem prodire
vellem. Nam etsi præclarum officij mei fructum fore iudico si qua fortè
alacritas sponte currentib. inde accedit, magis tamen illud alterum respe-
xi, ut pares alij vobiscum progressus faciant, vel saltem eundem sequatur
cursus. Neque tamen omnium quib. excellitis virtutum catalogis
texere mihi propositum est: sed vna in presentia laudare sufficiet, que me
& complures Christi seruos quasi sanctiore vinculo vobis deuinxit Ma-
gnum illud fuit, quod ante quinquennium, horribili terrore passi in omnib.
infecto, quum & Germanicis Ecclesiis miseram disipationem, &
Euāgeliō interitum prop̄e minit. retur accepta clades, vos ad primos quoſ
que telorum iactus expositi, in libera fidei confessione tunc valde odiosi
firmi stetistis, ac constanter retinuistis quim eratis amplexi sinceram
(:) ij

AD CONSVL. SENATVMQ.

pietatis doctrinam: ut facile cōstaret, vobis inter summas curas & discrīmina nihil pluris esse quām militare sub Christi vexillo. Sed hoc magis ad memori. in insigne, quod non modò inter vos fouetis purum Dei cultum, fidelēq. oper. in d.atis ut se vestri ciues inter Christi septa cōtineant: sed disipat. & Ecclesie reliquias aliunde expulsas, tanquam lacera membra, colligitis. Hoc certè vt in eb. acerbis, non parum mihi attulit solatij, quum audirem pios Dei cultores, qui ex Anglia profugi & alitis partibus aduenierant, iſtic benignè fuisse hospitio exceptos: neque modò tristi eorum exilio portum esse datum, sed iustum quoque honorem Filio Dei fuisse habitum, vt in urbe vestra eius Euangelium linguis exteris personet. Nō absimilis nuper Tigurini Senatus humanitas erga miseros Locarnenses enituit, qui bus nō urbem modò suam patefecit (quia domi Christum ex animi voto colere non licebat) sed tēplum quoque attribuit in quo sacros suos conuētus habent: nec eos deterruit lingua diversitas quin Christum apud se fortalicer quoque loqui cuperet. Ut autem id vos reuertar, ego simulac lingua nostra hominib. vestra humanitate permisum esse audiui vt Ecclesiam iſtic instituerent, priuatim me vobis obstrictum sentiens, hoc munere quod nūc offero meam gratitudinem testandā censui. Nam vt merito deflendagētis nostra conditio est, cui, ob sacrilegam Papatus tyranni dem, habitatio patrie exiliū ferè est à regno Dei: ita viciſſim nō parum iuuat in alieno solo aliquam dari stationem ubi legitimum Deo cultum prætent. Hoc certè sancta hospitalitas, non tā hominib. quam ipsi Christo oblata, vos iam prospero statu florentes, nouis (vt spero) Dei beneficiis ornabit, & continuam apud vos fouebit eorum seriem: me quidem (vt nuper testatus sum) addicandum vobis hunc meum laborem impulit. Est autem Commentarius in Harmoniam ex trib. Euangelistis contextam, à me summa fide parique diligentia elaboratus in quo tamen quantum pere sudauerim longius referre nihil attinet: quid verò adeptus sim, aliorum esto iudicium. Ingenuos, doctos & cordatos lectores intelligo, quos nec barbarus discedi pudor a studio profectus impedit, & communis utilitas delectat. Nam peruersos malignos que nebulones (non modò cucullatos monachos dico, qui pro tuenda Papa tyrannide bellum palam nobiscum gerunt: sed degeneres fucos, qui nobis permisi, dum tegenda sua ignorantia latebras captant, omnem vellent doctrinam lucem extinctam) nihil moror. Quantumvis enim proterue me allatrent, in promptu semper erit exceptio, me eoru censura neque diuino, neque humano iure esse obnoxium, qui non minus propter fædissimam inficiatiā ferula, quām propter obstinatam malitiā & impudentiā duritię flagello digni sunt. Sanè ut Ecclesia Dei professam me fidelē operam dedisse sine iactantia specie profiteri mihi licebit. Nam ante biennium prodit Iohannes cum mea interpretatione, quam nō fuisse inutilem confitio. Sic ergo tanquam unus ex apparitorum numero, Christū regius suis quadrigis vēctum

Degeneres
fūci Euan
gelius Fer
mītū


o'locutorum
lauratiss.

Regia Chr
quadrin

24

etum magnificè, quoad ferebat virilis mea facultas, celebrare conatus sum, nec ingentios lectores, ubi mea opera adiuti fuerint, fateripigebit, studio responaſſe aliqua ex parte ſuccellum. Euangelicam historiam à quatuor testibus diuinitus ordinatis prodit. m, quadrigis non abs re comp. ro, qui. i ex apt. i concinnaque hac harmonia videtur confuli. Deus quasitriumphalem currum Filio ſuo parafte, unde toti fidelium populo conspicuus appareat, & cuius celeritate terrarum orbem perlustrat. Nec verò inſcītē Augustinus tubis ſimiles facit quatuor Euange- Augustini
comparatio.
listas, quarum clangor omnes mundi plagas impletat: ut ab Oriente, Oc-
caſu, Meridie, Septentrione in ſacrum fidei conſenſum accita Ecclesia cofluat. Quo minus tolerabilis eſt inſula eorum curiositas qui calefibus iſtis praeconius non contenti, putidas nugas obtrudunt ſub Euangeliū no-
mine, que nihil aliud quam fidei puritatē contaminant, & Christi no-
men exponunt impiorum ſannis ac ludibrio. Vos autem praefantissimi
viri, quando & ab omni fermento, quo genuina corrumpitur Euangeliū
ſinceritas, abhorretis, & ostenditis nihil magis eſſe vobis cordi quam ſim-
plicem doctrinam, ut à Chriſto prodiſta eſt, tueri & afferere: non modò
persuafus ſum lucubrationem hanc, que theſaurum Euangelicum expli- Theſauri
Euangelici
exp. f. at. s.
cat, vobis ſummpore probatum iri: ſed quod veftro nomini dicata eſt, hoc
etiam mea erga vos obſeruantia ſignum gratum fore conſido. Valete cla-
rifimi domini. Chriſtus Spiritu ſuo vos gubernet ſemper, virtute fulciat,
præſidio conſeruet, veſtrāmque urbem & rempub. omni benedictionum
copia locupletet. Geneua Calend. Auguſti, M. DLV.

(.) iiij



*A R G V M E N T V M J N E V A N -
gelium Iesu Christi secundum Matthaeum,
Marcum, & Lucam.*

Verum profectu historiam Euangelicam legamus, magni interest quid valeat ipsum Euangelij nomen tenere. Nam hinc statuere licebit quodnam Diuinis istis testibus fuerit scribendi consilium, & quorum referre conueniat quæcunque ab illis traduntur. Neque enim hoc nomen ipsorum historiis aliunde impositum, sed ab authoribus ita funse inscriptas constat ex Marco, qui disserit ita loquitur, se initium tradere Euangelij Iesu Christi. Porro certa & dilucida Euangelij definitio ex uno Pauli loco maximè colligitur, vbi à Deo promissum esse dicit in Scripturis per Prophetas, de Filio suo qui genitus est ex semine dauid, manifestatus autem Dei Filius in potentia, secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Primò ostendit testimonium esse de exhibita salute, quæ Patribus olim per continuos ætatum successus promissa fuerat. Quo etiam discrimen notatur inter promissiones quæ spem fidelium tenebant suspensam, & hunc letum nuntium quo se Deus præstissem testatur quod ante sperari voluerat. *Quemadmodum & paulo post iustitiam Dei palam hic manifestari tradit, quæ testimonium habebat à Lege & Prophetis.* Ideo alibi ab eodem Apostolo vocatur Legatio, qua reconciliatio mundi cum Deo, semel morte Christi peracta, quotidie ad homines defertur. Deinde significat non modò Christum pignus esse bonorum omnium quæ vñquam promisit Deus, sed plenam & solidam exhibitionem in eo extare: quemadmodum alibi tradit, omnes Dei promissiones in ipso esse etiam & amen. Et certè gratuita adoptio qua filii Dei efficiuntur, sicut ab eterno Patris beneplacito manat, ita in eo nobis patefacta est quod Christus (qui vnicus natura Filius est) carne nostra induitus nos sibi in fratres asciuit. Expiatio qua deletur peccata, ne amplius maledictio & mortis iudicium nobis incumbant, non alibi quam in sacrificio mortis eius querenda. Iustitia & salus perfectaque felicitas in eius resurrectione fundata est. Ergo Euangelium solennis est promulgatio de Filio Dei in carne exhibito, ut perditum mundum instauraret, ac homines restituaret ex morte in vitâ. Nec abs re bonus vocatur ac letus nuntius, quando in eo continetur perfecta felicitas, finis est, ut regnum Dei in nobis inchoans, abolita carnis corruptione, spiritu renouatos in cœlestem gloriâ deducat. Qua ratione sepe Regnum celorum nuncupatur, & instauratio beatæ vitæ per Christum allata, interdum regnum Dei: ut quum Marcus dicit Ioseph expectasse regnum Dei, proculdubio ad Messiac aduentum id refertur. Vnde constat, in Nouum testamentum propriè competere Euangelij nomen: nec satis distinctè eos loqui scriptores qui commune seculis omnibus faciunt, nec Prophetas minus quam Apostolos Euangelij ministros esse putant. Longè aliter Christus, qui Legem & Prophetas vñque ad Iohannem viguisse docens, ab eo tempore pronuntiat euangelizari cœptum esse Dei regnum. Et

Eritis Euangeli de finibus.

Bon. 1. a. 2.

Cor. 5. d. 29

Finis Euangeli.

Marc. 15. d. 43.

Luc. 16. d. 16.

ARGUMENTVM.

Et Marcus Euangelij exordium in Iohannis prædicatione statuit, vt nuper dictum est. Ceterū non temere quatuor historiis, quæ Christum Mediatoris officio defunctum esse narrant, nominatim data fuit hæc inscriptio. Nam quum Christi nativitas, mors & resurrectio totam salutis nostræ summam in se contineant, adeoque propria sint eius materia: meritò apteque Euangelistæ dicuntur qui Christum à Patre missum ante oculos repræsentant, vt eum beatæ vitæ autorē agnoscat fides nostra. Vim & effectum aduentus eius magis exprimunt alij Nouitatem anti libri. Imò Iohannes hac in parte multum differt à tribus reliquis, quod in explicada Christi virtute & fructu qui inde ad nos prouenit, ferè totus est, quum illi in uno capite magis insistant, Christum nostrum, illum esse Dei Filium qui promisus erat mundo Redemptor. Doctrinam quidem interserunt de Christi officio, vt teneamus qualis sit eius gratia, & quos sum nobis datus, præcipue tamen quod dixi agunt impletum esse in Christi Iesu persona quod Deus ab initio pollicitus fuerat. Neque enim animus illis vel consiliū fuit Legem ac Prophetas scriptis suis abolere: quemadmodum fanatici quidam somniant supervacuum nunc esse Vetus testamentum, ex quo per Christum & Apostolos patefacta nobis fuit cœlestis sapientiæ veritas. Quin potius Christum digito monstrantes, ab eo petendum admonent quicquid in Lege & Prophetis illi tribuitur. Quare tunc demum utilis erit & fructuola Euangelij lectio si eam cum vetustis promissionibus coniungere discamus.

Quantum ad tres Euangelicæ historiæ scriptores attinet, quos enarrando suscipio, Matthæus satis notus est, Marcum putant fuisse familiarē Petri discipulum: atque etiam quod scripsit Euangeliū, à Petro fuisse ei dictatum, vt amanuēsis modò vel scribæ operam præstiterit. Qua de re non est anxiè nobis laborandum: quia nostra parui refert, modò teneamus legitimum ac Diuinitus ordinatum esse testē, qui nihil nisi præeunte dictantēque Spiritu sancto prodiderit. Quod tamen dicit Hieronymus, ratione prorsus caret, epitomen esse Euangelij à Matthæo scripti. Nam neque seruatū à Matthæo ordinem vbique sequitur, & ab ipso statim initio dissimilis est quātum ad tractandi rationē: & quedā refert ab altero illo omissa, & in eiusdem rei narratione interdū prolixior est. Mihi certè magis probabile est, & ex re etiam ipsa coniicere licet, nunquam librum Matthæi fuisse ab eo inspectum quum ipse suum scriberet: tantum abest vt in compendium ex professo redigere voluerit. Idem & de Luca iudicium facio. nam quæ in tribus ipsis appetet diuersitas, eam non dicemus data opera fuisse affectatam: sed quum singulis propositum esset bona fide mandare quod certum compertumque habebant, rationem quisque tenuit quam optimam fore censebat. Quemadmodum autem id nō fortuitò cōtigit, sed moderatè Dei prouidētia: ita Spiritus sanctus in diuersa scribēdi forma mirabilē illis consensū suggestit: qui solus ferè ad fidē illis astruendam sufficeret, si nō aliud maior suppeteret autoritas. Lucas verò se indiuiduū illū esse Pauli comitē luculentus est testis. Sed puerile est quod ab Eusebio refertur Euagelij quod eius nomine inscribitur, Paulū esse authorem, quia alicubi Euangelij sui meminērit. Quasi verò ex eo quod mox subiicitur non liquidò pateat de tota prædicione, non autem de libro uno loqui. Dicit enim, Pro quo labore usque ad vincula. Atqui certum est non ideo actum fuisse reum quod librum aliquē scripsisset, verum quod vocalis fuisse doctrinæ Christi minister & præaco. Vnde appetet labiosum quidem hominem fuisse Eusebium, sed iudicio parum valuisse, qui tam insultas nærias sine delectu congerit. Cuius rei lectores ideo volui monitos, ne quicquid offendant similes ineptiæ quæ passim apud illum occurrunt.

Quid à tri
bus Euangeliis atq
est testimoni
nes

2. Tim. 2.
b. 8.

ARGUMENTVM.

Porrò quia genus interpretationis mihi delegi quod fortè multi primo aspectu non probabunt, eius reddenda est ratio, qua piis & æquis lectoribus satisfiat. Hoc primò extra controuersiam est, non posse vnum ex tribus Euangelistis scitè dexterè exponi nisi cū duobus reliquis conferatur. Itaque fidi & periti interpretes hac maximè in parte sudant ut inter se concilient quæ à tribus dicta sunt. Sed quia mediocribus ingenii sàpe non facilis est comparatio , vbi huc subinde transendum est , hoc & gratum & vtile fore compendium putauis si continua serie , velut in vna tabula tres simul historias digererem , in qua vno intuitu ceinant lectores quid simile habeant vel diuersum. Ita nihil omittam quod ab uno ex tribus scriptum sit : & quicquid apud plures extat , uno contextu exequar Verùm an operæ pretium quale spero fecerim nécne,iudicium ex suo vsu faciant lectores. Certè adeò nullam ex nouitate ipsa laudem captavi, vt libenter profitear (sicut homine ingenuo dignum est)hanc methodum ex aliorum imitatione sumptam essem. Bucerum præsertim sanctę memorie virum & eximium Ecclesiæ Dei doctorem sum imitatus, qui præ aliis non pœnitendam , hac in re operam , meo iudicio,nauauit Quemadmodum autem ipse veterum labore adiutus fuit, qui in hoc stadio eum præcesserant:ita mihi sua industria & se-

lilitate non parum leuationis attulit. Sicubi autem ab eo dissentio
(quod mihi liberè, quoties necesse erat, permisi)ne ipse
quidem, si superest ageret in ter-
ra,moleste ferret.

* * *

HARMONIA





HARMONIA EX TRIBVS EVANGELISTIS COMPOSITA, MAT- THÆO, MARCO, ET LVCA: CVM Iohannis Calvini commentariis.

MATTH. MARC.

LVC. I.



4. *Vt agnoscas eorum, de quibus edocetis fuiſti, certitudinem.*

IOHANNIS CALVINI COMMENTARII.

Solus Lucas in suum Euangelium prefatur, ut breuiter et simpliciter exponat quia ad scribendum inductus fuit. Quod vauum hominem compellat, videtur absurdum esse, quum potius officium eius fuerit, publico tuba clangore omnes simul vocare ad fidem. Ergo, contentaneum non videtur ut doctrinam, que non vnius vel alterius est propria, sed omnium communis, priuatum suo Theophilo destinet. Hinc factum est ut putarent quidam appellatiuum esse nomine & Theophilos vocari pios omnes à Dei amore. Cui sententiae repugnat epitheton quod simul additur. Nec vero timenda est absurditas que illos coegerit tale effigium querere. Neque enim ideò minus ad omnes pertinet Pauli doctrina, quia ex suis Epistolis alias certis verbibus, alias etiam hominibus dicauit. Inquit si in meāte ē nobis veniat illorum temporum conditio, farebitur sancte & prudenter captum fuisse consilium à Luca. Vndeque instabant tyranni, qui metu & terroribus impedirent suā doctrinā cursum. Hæc Satanus eiūsque ministris occasio erat ad spargendas errorum nebulas, quæ puram lucem turbarent. Quoniam autem de custodienda Euangeliū puritate minus sollicitum erat hominum vulgus, & pauci aitente reputabant quid machinaretur Satan, & quantum subasset in talibus fallaciis periculi, ut quisque rara fide emissi Spiritus donis alios prestat, ita maiore studio & diligētia ipsum incumbere oportuit ut pieratis doctrinam ab omni corrupteli puram & illæsan pro virili feruaret. Tales, non secus ac facili nomophylaces, diuinitus electi fuerunt, qui eę lestem doctrinam apud se depositam, bona fide ad posteros transmitterent. Quare h̄c lege Euāgelium suum Thophilō nuncupat Lucas, ut fidelem eius custodiām suscipiat. Quas etiam partes Paulus suo Timotheo intingit & commendat, secundæ epistole 1. cap. d. 1. & 3. d. 1. 4.

Voniam complures aggressi sunt contexere narrationem earum rerum quae certe sunt inter nos fidei:

Sicuti tradiderunt nobis ab initio qui suis oculis viderant, & ministri fuerant sermonis:

Visum est etiam mihi, omnibus ab initio exacte veruesigatis, deinceps tibi scribere, optime Theophile:

*4. *Vt agnoscas eorum, de quibus edocetis fuiſti, certitudinem.**

I. Quoniam complures aggressi sunt contexere narrationem earum rerum quae certe sunt inter nos fidei.) Videtur pro causa scribendi ponere quod potius illū à scribendo reuocare debuerat. Historiam enim à multis tractatā retexere, superfluis erat labor. Siquidem illi probé in suo officio versuti fuerant. Atqui eos ne uno quidem verbo vel fraudis, vel negligentia, vel cuiuspiam vitij insimulat. ergo perinde est aciūtum se velle agere dicat. Respondeo, quamvis aliis parcat qui prius scripserant, non tamen penitus eorum laborem probare. Non exprimit, illos de rebus parum conpertis scripserile. sed rerū certitudinem sibi vendicans, modestè certam illis & indubiam fidem derogat. Si quis obiciat, debuisse potius acriter inuechi, si falleggant: iterum respondeo, fieri posse ut leuiter peccarint, idq; inconsiderato zelo potius quam malitia: ac perinde non fuisse causā cur vehementius in eos insurgeat. Et certè credibile est, fuisse quædam tantum præludia, quæ tunc non tantopere noxia, nisi matrè obuiam itum esset, fidem in posterum gravius laxisset. Ceterum operæ pretium est notare, Deum qui superfluis scriptoribus remedii hoc per Lucam adhibuit, admirabili etiam cōsilio fecisse & aliis publico consensu repudiatis, fidem obtinuerint ista solæ, in quibus liquidò refulget veneranda eius maiestas. Quo minus tolerabilis est eorum vecordia, qui putidas fabulas sub Nicodemū vel cuiuspiam alterius titulo nunc orbi obtruduntur.

I. Certe sunt inter nos fidei.) Participium quo utiūt Lucas, significat res probè cōpertas & quæ dubitatione carent. In quo non semel deceptus fuit verus interpres: hæcque infictia palcherrimos quodam locos nobis corrupti: in quibus est ille Pauli, ubi quenque suę mentis certum esse iubet, ne conscientia dubius opinionibus huc illuc agitata fluctuet ac vacillet. Inde etiam defecit nomine πληροφορις quam male plenitudinem vertit, quū

Rom. 11. 1. 5.

firma sit ex lide persuasio, in qua p̄ix mentes tutò acquisiſcent. Subeſt autem tacita antithesis, vt admonui, quia ſibi fidi testis authoritatē vēſidicāns, fidem abrogat alii diuerſa tradentibus. Inter nos tantundem valet, atque apud nos. Sed videatur fidem in hominum relatu parum ſolidē ſūda-re, quae in foliū Dei verbum recumbere debeat; & certe fidei πληροφορία Spiritus obſignationi tri-buitur. Respondeo, fidem nīſi priores partes te-neat Dei authoritas, nullis quidem hominum teſtimoniis fore contentā: vbi tamē p̄cessit inter-iōr Spiritus confirmatio, illis quoque in histori-ca rerum notitia locum aliquem dare. Historiā vo-co notitiam, quam de rebus geltis, vel ex pro-prio intuitu, vel ex aliorum sermonē cōcipiūt. Nam de manifeſtis Dei operib⁹ non minus audiendi ſunt oculati teſtes, quām experientiæ cre-dendum eſt. Addē quōd Lucas non priuat⁹ ſe-quitur autores, ſed qui sermonis etiam fuerunt miſtri. Qoꝝ elogio ſupra humanae autoritatis gradum eos extollit. Significat enim de Euāgeliō ſibi teſtatos esse, quibus diuinus eius publicandi commiſſi erat prouincia. Hinc etiam illa ſecuri-tas, cuius paulo pōst meminit, quā nīſi Deo nita-tur, poterit ſubinde inquietari. Magnū ergo pon-dus habet quōd miſtri sermonis vocat a quib⁹ accepit ſuū Euāgeliū: quia inde colligunt fide-les, teſtes eſt omni exceptione inaiores, vt loquuntur Iure conſulti, & quos repudiare fas non fit. Erāmus, qui ex Virgilio mutuatus eſt quod tranſluit, parte aliqua fuifit) non fatis expendit quan-

ti æſtūanda eſſet Dei vocatio, aut quid valeret. Non enim profano more loquitur Lucas: ſed ad Christi mandatū in persona ſui Theophili reſpice-nre nos iubet, vt Dei Filium reverēter audiānus per ſuos Apoſtolos loquentem. Magnū eſt quo d ſpectatores fuifit dicit: ſed miſtri voſādo, eos exiſit à cōmuni hominē ordine, vt fides noſtra ſuam in cōcluſionē habeat, non in terra. Hoc autem ſibi vult in ſumma Lucas. Vt literis fideli-ter conſignatum habens quod didiceras ante haec viua voce ſecurius acquiescas in recepta doctri-na. Vnde appetat, modis omnibus promiſū fuifit à Deo, ne ex dubiis hominum sermonibus ſuſtē ſa fides noſtra fluctuaret. Quo minus excuſabilis eſt mundi ingratitudi, qui vagos & temerē ſparſos rumores in quibus alternet, quaſi ex professo appetens, tantū Dei beneficium reſpuit. Nos ve-rot teneamus inſigne diſcriben quod Dominus interpoſuit, ne fauor credulitatis pro ſide ſe vendit. Interea mundum finamus, vt dignus eſt, ſuſtē curiositatis illeccbris inſcarum, Satanae fallaciis, inīo p̄aſtigia vltro ſe addicere.

3 *Omnibus exacte perueſtigatis.*) Vetus interpres habet, Omnia aſſectu. Et verbum Græcum meta-phoricè ab iis deducetur eſt qui veſtigii inſiſtūt, ne quid ipſos fugiat. Sedulum ergo ſcicitā ſtu-dium exprimere voluit Lucas quēadmodum eodem ve-bo vritur Demofthenes, dum in exami-nanda legatione quam accuſat, ſe tam diligentem fuifit iactat, vt non ſecus perſpererit quacunque acta erant, aci ipſe fuifit ſpectator.

MATTH. MARC.

LVC. I.

- 5 Fuit in diebus Herodis regis Inde eſſacerdos quidam nomine Zacha-rias de vice Abia: & uxor illius de filiabus Aarō, & nomē eius Elizabeth. 6 Erant autem iuſti ambo coram Deo, ueriantes in omnibus preceptis & iuſtificationibus Domini irrepreheſibilis. 7 Nec erat illis proles, eo quōd eſſet Elizabeth ſterilis, & ambo proue-cte iam etatis forent. 8 Factum eſt autem quum is ſacerdotio fungeretur in ordine vici ſuę coram Deo, 9 Secundūm conſuetudinem ſacerdotij, ſors illi obuenit ut odores in-cendere, ingressus templum Domini. 10 Et omnis multitudo populi precabatur foris tempore thymiamatis. 11 Apparuit autem illi Angelus Domini ſtans à dextris altaris in quo thymiamia adolebat. 12 Et Zacharias turbatus eſt eo viſo, & timor irruit ſuper eum. 13 Ait autem ad illum Angelus, Ne timeas Zacharia: quoniam ex-audita eſt deprecatio tua: uxor tua Elizabeth pariet tibi filium: & vo-cabis nomen eius Iohannem.

Appoſitē Lucas Euāgeliū ſuūm à Iohanne Bapтиſta ordiuit: perinde ac ſi quis de luce diei verba facturus, nō aurora inciperet. Nā ſolem iuſtitia qui mox exoriturus erat, inſtar aurora p̄a-cessit. Eius quidem ſit etiam apud alios mētio: ſed officio ſuo iam ſungentem inducunt. Lucas au-tem nondum genito authoritatē conciliat, quā Diuina potentia miracula p̄dicit in eius in-cu-nabulis, & Prophetam cœlitus fuifit deſignatum ostendit, antequam ſcire homines poſſent qualis era futurus: idque eo conſilio, vt maiore deinde reuerentia audiatur, vbi publica perſona indu-tus, ad illuſtrandam Christi gloriā prodi-riet.

5 In diebus Herodis) Hic ſuit Antipatri filius, quem pater ad regnum vñque prouexit: in quo au-gendo tantum habuit ipſe industria, & tam strenuē laborauit, vt inde Magni cognomen illi fuerit inuidit. Putant autem quidam, i-deo hī nominari à Luca, quia primus Rex extraneus fuerit, opportunum ergo fuifit re-demptioni tempus: quia ſceptrum ad gentem alienam transferat. Verūm qui ſic loquuntur, non ſati intelligunt vaticinum Iacob: vbi non ſimpliciter promittit Mefiſia aduentus, poſt-quām imperio priuati fuerint Iudei, ſed poſt-quām a tribu luda ablatum fuerit. Quanquam ne hoc quidem voluit sanctus Patriarcha, ſpo-liandam

liandam esse tribum Iuda suo principatu , antequam veniret Christus : sed reginem populi in ea fore stabile vsque ad Christum , in cuius persona , solida demum esset eius perpetuitas . Etsi autem quo tempore floruerunt Machabæi tribus Iuda fere in ordinem priuatum coacta erat , & paulo post dux vltius ex gente illa Iohannes occisus fuit : non tamen in totum extinxit fuit dominatus , quia manebat adhuc syndrion , hoc est delectum concilium ex familia & posteris Davidis , cuius summa erat authoritas : durauitque vsque ad Herodeum , qui nefanda iudicium cædere pœnam tibi olim inflictam vltus est , quod cædis damnatus , in voluntarium exilium migrare coactus fuerat , vt supplicium capitum effugeret . Regnum ergo Herodis , eo quod alienigena esset non fregit sceptrum tribus Iuda : sed quia abolitioni fuit eius latrocinio quicquid in tribu illa dignitatis refiduum manebat . Quod autem collapsa multò ante fuerat regia dignitas & paulatim fere conciderat dominatus , non pugnat ea interruptio cum prophetia Iacob . Duo enim in speciem diuersa promiserat Deus : æternum fore solum Davidis : postquam vero dirutum esset , eus ruinas se instauratum : æternam fore regni potentiam , & tamen surculum proditorum ex truncu Isai : quorum virtus impleri oportuit . Postius est ergo Deus , principatum quem erexerat in tribu Iuda , ad tempus collabi : quod maior esset populi attentio ad speciem mundi Christi regnum . Quum autem synedrij interitus spes fidelium quasi præcisa esset , repente affulxit Dominus . Iani verò hoc ad seriem historiarum pertinet , dum notatur tempus rei gestæ : sed non tenetur sub Regis nomine simul misera temporis conditio notata fuisse , vt agnoscerent Iudei vertendos iam oculos esse in Messiam , si quidem fœdus Dei bona fide colerent . *Zacharias de vice Abia.* Notum est ex Sacra historia , descriptas fuisse à Davide sacerdotum familiias certis ordinibus . Quia in re nihil aggrefsus est David contra Legis præscriptum . Sacerdotum Deus Aaroni & eius filii contulerat : reliquos Lenitas destinauerat minoribus officiis . In eo nihil muratum fuit à Davide : sed consilium eius fuit , partim cauere ne quid tumultuosè fieret in turba : partim etiam occurrere anibitioni , & simul efficere ne paucis totum munus ad se trahentibus , maior pars ortiosa domi sedaret . In illa autem distributione octauam classem tenuit Abia filius Eleazar . Erat ergo Zacharias ex genere sacerdotali , & quidem ex posteris Eleazar , qui patri in summum sacerdotium successerat . Quomodo autem Elisabeth , quum esset in filiabus Aaron , Mariæ cognata esse potuisse , suo loco expediam . Honoris certè causa genus Elisabeth Lucas commemorat , licebat enim Zacharias secundum Legem gregarij cuiuspiam Leuitæ filiam sibi vxorem sumere . Ex pari igitur coniugio appetet , hominem in suo ordine non fuisse contemptus .

6 Erant iusti ambo coram Deo .) Præclarum illis testimonium reddit , non modò quod sancte & integrè versati sunt inter homines , sed coram Deo etiam iusti . Porro iustitiam hanc breuiter definii Lucas , quod ambulauerint in Domini præceptis . Vtrunque diligenter notandum , nam etsi in hunc finem laudantur Zacharias & Elisabeth , vt sciamus lucer-

nam , quæ præluxit Filio Dei , non ex obscuritate domo , sed illustri quodam sacrario sumptam esse : sub eorum tamen exemplo nobis interim monstratur piæ iustitiae viuendi regula . Hoc ergo in vita recte instituenda primum est , vt studeamus nos probare Deo . Scimus autem cor sincerum & putam conscientiam ab eo maximè requiri . Itaque peruersus erit ordo , si quis solitabitur cordis integritate , externam modo vitam in obsequium Legis componat . Tenendum enim memoria est , Deum ad quem respicere subenunt , non exterram operum larvam , sed cor præcipue intueri . Secundo deinde loco accedat cibedientia , hoc est , ne sibi quisque nouam iustitiae formam , quæ adlibuerit , sine Dei verbo fabricet , sed nos Dei imperio sinamus regi . Neque enim hæc definitio negligenda est , uero eos esse , qui vitam suam formant ad Legis præcepta , quo innatur , nihil apud Deum esse fictiosus omnes cultus , & vagum esse ac erroneum . huic anæ vitiæ cursum simul ac disceditur ab eius Lege . Inter præcepta & iustificationes hoc interest , quod posteriori nomine propriè ad pietatis & Divini cultus exercitia refertur : prius autem magis generale est , tamque ad Dei cultum , quam ad charitatis officia pertinet . Nam ὅρια , quæ statuta aut decreta significant Hebreis , Grecus interpres iustificationes vertit . ὅρια autem in Scriptura sacra ceremonias fere significant quibus se in Dei cultu & fidei confessione exercebat populus . Quamvis autem hypocrita in parte ista valde curiosi sint & anxi , nihil tamen cum Zacharia & Elisabeth simile habent . Nam sinceri Dei cultores , quales erant hi duo , non arripiunt nudas ceremonias & inanes : sed in veritatem intenti , spiritualiter eas obseruant . Impuri autem & fuscati homines , etiam si assidue in externis ceremoniis se fatigent : quia tamen eas nimirū obseruant qualiter præcepta sunt à Domino , nihil quād ludunt operam . In summa , duobus istis verbis complexus est Lucas totam Legem . Verum si in Lege seruanda irreprehensibilis fuerunt Zacharias & Elisabeth , Christi gratia nihil habebant opus . plena enim Legis obseruatio vita , confert , & ubi nulla est eius transgressio , cessat etiam iustitiae . Respondeo , elo-gia ista quibus tam magnificè ornantur servi Dei , cum exceptione sumenda esse . reputare enim convenit quomodo agat cum illis Deus . nempe secundum fœdus quod cum illis pepigit : eius primus caput est gratuita reconciliatio . & quotidiana venia , qua illis peccata ignoravit . Iusti ergo & irreprehensibilis censentur , quoniam tota vita testatur eos iustitiae addictos esse , regnare in illis Dei timorem , dum quoddam est sanctitatis exemplar . Sed quin à perfectione longè distet pium eorum studium , non potest sine venia placere Deo . Quare iustitia quæ in illis laudatur , à gratuita Dei indulgentia pendet : quia sit ut quod reliquum est ipsis iustissima , non imputetur . Sic exponere necesse est quicquid de hominum iustitia in Scripturis habetur , vt remissionem peccatorum non euerat : cui non aliter innititur , quād suo fundamento adficiunt . Qui simpliciter exponunt Zachariam & Elisabeth fide iustos fuisse , quia gratis Deo propter Mediatorem placuerint : in alienum

sensum torquent Luca verba. Quod ad rem ipsam pertinet, neque nihil dicunt, neque totum. Fateor quidem iustitiam qua illis adscribitur, non operum merito, sed Christi gratia acceptam ferri debere: Dominus tamen, quia illis peccata non imputauit, sanctam illorum vitam, licet imperfectam, iustitiae titulo dignatus est. Papistarum autem stultitia nullo negotio refellitur. fidei iustitiae opponunt hanc qua Zacharia tribuitur: quam vi certum est ab illa fluere, ita subiici & illi subesse decet: vel, vt vulgo dicunt, subordinari, vt inter se non configant. Quod etiam in voce una sicut faciunt, si volum est, iustifications, inquiunt, vocantur Legis praecepta. ergo nos iustificant. Quia vero negemus veram iustitiam in legi traditi, vel causemur doctrinæ culpam esse, quod non iustificat: & non potius in carne nostra infirma sit. Ergo vt centies fateamur vitam contineri in Legis praeceptis, nihil tamen inde ad homines perueniet, qui natura protinus aures sunt à Lege: & iam Dei Spiritu regeniti, procul tamen ab integra eius observatione absunt.

7 Nec erat illis proles.) Singulari Dei consilio factum est vt Iohannes præter communem virtutumque naturæ ordinem genitus sit. Id est in Isaac factum est, in quo rarum & memorabile gratia sua specimen edere statuerat Deus. Fuerat Elizabeth in flore ætatis sterilis: iam senectus etiam secundis mulieribus vterum claudit. Ergo in duobus obstaculis duplex apparet diuinæ virtutis miraculum: idque in eum finem, vt Dominus, quasi extenta ē celo manu, Prophetam à se misum testetur. Nascitur quidem ex terrenis parentibus mortalis homo: sed supernaturalis, vt ita loquar, modus non sensu illum commendat, ac si ē celo delapsus esset.

9 Secundum consuetudinem sacerdotij.) Suffitum bis quotidie, mane scilicet & vesperi, accendere Lex iubebat. Quod autem sortiebantur inter se Sacerdotes, id instituerat David, quemadmodum prius retulimus. ergo quod hic de suffitu habetur, Lex Dei nomination mandabat: reliqua à Davide profecta erant, vt singula familiæ vices suas haberent. Quanquam nihil nisi ex Legis præscripto instituerat David, formam enim tantum ostenderat, qua iniunctum sibi à Deo munus singuli possent obire. Tempi nomen hic pro sancto accipitur, quod ideo notandum est, quia aliquando atrium etiam comprehendit. Zacharias autem in templum ingressus dicitur, quod pedem inferre nullis nisi Sacerdotibus licebat. Ideo populum dicit Lucas procul stetisse, inter quem & altare suffici longa erat distantia: quoniam medium erat altare in quo victimæ offerebantur. Ac notandum est quod dicit Lucas, Coram Deo, nam quoties in Sanctum ingrediebatur Sacerdos, quasi in Dei conspectum prodibat, vt inter eum & populum esset mediator. Voluit enim Dominus hoc populo suo testatum esse, nemini mortalium patere aditum in caelos, nisi praevante Sacerdote: immo quandiu viuunt homines in terris, non accedere ad thronum cœlestem, vt illic gratiam inueniant, nisi in Mediatoris persona. Itaque quoniam multi essent Sacerdotes, non duabus simul fas erat solenne intercessionis officium pro populo obire: sed ideo distributi e-

rant in classes, vt unus duntaxat Sanctuarium intraret: atque ita non nisi unus eodem tempore esset Sacerdos. Porrò huc spectat thymianæ, vt admonerentur fideles precationum suarum ordinem non ascendere in celum nisi per sacrificium Mediatoris. Quomodo autem figura ista nobis conueniant, ex epistola ad Hebreos petendum est.

12 Zacharias turbatus est.) Tametsi non ideo seruis suis appareat Deus vt eos terreat, vtile tamen, immo necessarium est, eos metu percelli: vt in se confusi, iusti Deo honorem præstare discant. Nec solum narrat Lucas territum suis Zachariam, sed addit timorem irruisse super eum: quo significat adeo expauefactum esse, vt terrori succumberet. Neque hominibus à Dei præsencia metus tantum incitat, qui eos ad reuerentiam erudit: sed qui humiliet carnis superbiam, quæ tam proterua est, vt nunquam se, nisi violenter subacti, Deo subiiciant. Vnde etiam colligimus, non nisi absente Deo (hoc est, quum se ab eius conspectu subducunt) superbire, ac sibi blandiri. Nam si Deum ante oculos iudicem haberent, necesse esset protinus concidere. Ac si hoc Zacharia, cui iustitiae laus datur, ad conspectum Angeli accidit, qui Diuinæ lucis scintilla est, quid het nobis miseris, si nos Dei maiestas ad folgorem suum producat? Iam vero sanctorum patrum exemplo docemur, non alios vivo Diuinæ præsencia sensu affici, nisi qui tremunt & trepidant ad eius conspectum: stupidos autem & hebetes esse, qui eum loquentem securè audiunt.

13 Ne timeas Zacharia.) Notandum est, Dei gloriam ita formidabilem esse Sanctis, vt non proflus absortbeantur a pauro: sed tantum vt inani fiducia deieci, humilietur cum suspiciant. Simul ergo ac carnis superbiam prostravit Deus in suis fidelibus, porrecta manu eos excitat, cum reprobis aliter agit, nam quoties ad Dei tribunal trahuntur, eos metra obruit desperatio. Atque hanc Dei iustitiam mercedem repedit vniuersis eorum solatiis, quibus se ad peccandi lasciviam inebriant. Quare hac nobis consolatio amplectenda est, qua Zachariam Angelus subleuat, non esse timendum, vbi nobis propius est Deus. Multum enim se fallunt, qui, vt pace fruantur, se abscondunt à Dei facie, quum nobis apud eum querenda sit. *Exaudienda est precatio tua.* Perperam & contra officii sui rationem fecisse videri possit Zacharias, si Sanctuarium ingressus, totius populi nomine, pro impetranda sobole tanquam homo priuatus orauerit. debebat enim Sacerdos, suscepta publica persona, tanquam sui oblitus, pro communi Ecclesiæ salute preces concipere. Si dicamus nihil in eo fuisse absurdum, quod Zacharias præcipua orandi parte defunctorum, secundo loco de se priuatum cogitauerit: non inepia erit solutio. Sed vix probabile est, Zachariam tune pro filio impetrando orasse, vt quo desperauerat ob pronectam vxoris æatem, nec sanè ex verbis Angeli elicitur certum aliquod temporis momentum. Quare simpliciter interpretor, exauditum tandem fuisse votum, quod iam à multo tempore coram Deo effuderat. Porrò suscipiendo prolis desiderium, modò absit excessus pium & sanctum esse colligere licet ex Scriptura, quæ inter Dei benedictiones hanc non ultimo loco numerat. *Vocabis nomen eius.* Non enim Baptista impositum fuisse

se existimo ad vim officij eius commendandam. **תְּהִימָּה** pro quo Greci Iohannem dicunt, Hebreis sonat Domini gratiam. Sed multi sic vocatum fuisse putant filium Zachariae, quasi Deo dilectum. Ego autem non gratiam qua priuatim di-

gaatus est illum Deus, commendatam fuisse existimo: sed quam eius legatio allatura erat omnibus. Vim autem & pondus nouinis tempus amplificat: qui antequam nascitur, gratię suę symbolem illi Deus inculpit.

MATT. MARC.

LVC. I.

- 14 *Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi super eius nativitate gaudebunt.*
 15 *Erit enim magnus coram Domino, & vinum siceramque non bibet: & Spiritu sancto replebitur iam inde ab utero matris sue:*
 16 *Multisque filiorum Israël conuerteret ad Dominum Deum ipsorum.*
 17 *Et ipse precedet ante illum cum Spiritu & virtute Eliae, ut conuerteret corda patrum ad filios, & inobedientes ad prudentiam iustorum: ut pareret Domino plebem perfectam.*

14 *Erit tibi gaudium.*) Gaudium maius designat Angelus quam quod percipere Zacharias poterat ex noua subbole: filium enim illi fore significat qualem ne optare quidem ausus fuisse. Max etiam ultra progrederit, non fore domesticum istud gaudium quo fruantur soli parentes, vel quod se priuatim parietibus contineat, sed extraneis etiam communie, ad quos natuitatis fructus patet. Perinde ergo eit acsi diceret Angelus, non vni tantum Zacharie nasciturum filium, sed doctorem toti populo ac Prophetam. Abiit sunt hoc loco Papille, ut prophanus more inducerent in celebrando Iohannis natali. Hoc omitto quod tripudii & salutationibus, ac omne genus laetitiae comedandi licetia minus praeponere dic colunt, quem fingunt sibi faciū esse: inquit quod magicis artibus & diabolis praestigiis in eo sibi ludere permittunt, non secus atque in Cereris mysteriis. In prefatione mihi breuiter ostendere sufficiunt. Angeli verba insulsæ ab illis torqueri ad annuam diei natalis laetitiam, quam simpliciter gaudium commendet Angelus quod rediturum ad omnes pios erat ex fructu doctrinæ. Gaudi enim sunt natum sibi esse Prophetam, cuius ministerio adducti sunt in spem salutis.

15 *Erit enim magnus.*) Confirmat quod dixit de gaudio: quia ad rem magnam & insolitam destinatus erat Iohannes. Neque enim hic tam laudantur virtutes quibus excelluit, quam magnitudo & excellencia officij extollunt, quemadmodum Christus dum præstantissimum inter filios mulierem esse affirmat, non tam ad sanctimoniam vitæ, quam ad ministerium respicit. Quod continuo post sequitur, *Vinum & siceram non bibet: non ita accipiendo est quasi præcipua fuit Iohannis virtus, esse abstinentiam, sed quia hoc conspicuo symbolo seruum suum insignire voluit Deus, vnde mundus perpetuus Nazareu agnosceret.* Abstinebant etiam & Sacerdotes à vino & sicerâ, quoniam suas vices in templo peragerent. Eadem abstinentia Nazareis prescripta erat, donec completum foret eorum votum. Deus autem nobilis testera Iohannem in totam vitam Nazareum dicatum esse sibi monstrauit: sicuti & in Samsonem factum esse legimus. Ceterum non est hoc protexu fingendus Dei cultus in vini abstinentia, quemadmodum simus quidus ex patrum factis arripiunt quod amulentur. solùm omnes temperantiam colant: qui noxam sentiunt ex viñi potu, sponte abstineant: qui carent, defecutum ferant exquo animo. Quantum ad siceræ no-

men, libenter eorum sententiaz subscrivo, qui **תְּהִימָּה** ceci putant quodvis genus vini facti. *Spiritu sancto replebitur.* His verbis nihil aliud notari arbitror quam indolem apparitum in Iohanne quam spem ostendat futura magnitudinis. porro indolem dico non qualis exat etiam in prophanis hominibus, sed quam officij præstantia respondet. Sensus ergo est, non modò tunc in eo se proferet vis & gratia Spiritus quem auspiciabit munus suum, sed statim ab utero donis Spiritus excelleret, qua velut resurrexit quadam, qualis futurus sit, testentur. Ab utero enim tantundem valet atque à prima infanta. Fateor equideum Spiritus virtutem in Iohanne quoniad adhuc inclusus esset utero matris, operatam esse: sed hinc, meo iudicio, aliud voluit Angelus, quod Iohannes adhuc infans quasi in theatrum præferendus esset cum rara gratia Dei commendatione. De plenitudine non est quod subtilius disputemus, vel potius nugenim cum Sophistis: quia Scriptura non aliud hoc nomine quam eximiam & minimè vulgarem donum Spiritus abundantiam significat. Vni Christo scimus datum fuisse Spiritu absque mensura, vt ex eius plenitudine hauriamus omnes, Iohann. 1.b.16. alitis autem ad certum modum distribui, 1. Corinth. 12.b.11 Eph. 4.a. 7. Verum qui supra communem vulgi captum vberiore gratia donati sunt, dicuntur Spiritu pleni fuisse. Ceterum vt vis Spiritus vberior extraordinarium fuit donum Dei in Iohanne, ita notandum est non omnibus statim à pueritia conferri Spiritum, sed quod Deo visum est. Iohannes ab utero symbolum gestauit futura dignitatis: Saul quoniam homo pecuniarum diu nihil regium præfatuulisset, tandem Rex electus repente mutatus est in nouum hominem. Discamus ergo ex hoc tipo, à prima infanta vltimum senium liberam in hominibus Spiritus operationem.

16 *Multisque filiorum Israël.*) His verbis ostenditur foeda, quæ tunc erat in Ecclesia, dissipatio. Nam apostatas fuisse oportet, in quibus conuersio ad Deum locum haberet. Et certè tanta erat corruptio doctrinæ, tanta morum prauitas, tam confusum regimen, vt miraculi loco habendum sit pauculos in pietate steriles. quod si tā horribilis fuit veteris Ecclesiæ dissipatio, non est quod fruстро prætextu suas superstitiones defendant Pauperes, quia impossibile fuerit errare Ecclesiæ, si quidein non germanos & electos Dei filios, sed impiorū turbā hoc titulo intelligunt. Verū plus

Acta. 11. b. 11.

Iudicior. 4.5.

1.5. m. 10.
b. 16.

hic videtur Iohanni tribui, quām in hominē cōpetat. Nam quum homines in spiritualē vitā renouerūt ad Dēū conuersio, non modo propriū est Dei opus, sed ipsam hominū creationē superūt. Itaque hoc modo videri poscent ministri aquari Deo, atque etiam præferti, quatenus creator est: quando maius est renasci in cælestem vitam, quā mortales in terra nasci. Solutio facilis est: quia Dominus, vbi tantā laudētribuit externe doctrinæ, eam ab arcana Spiritus sui virtute nō disniggit. Nā quia Deus homines sibi deligit ministros, quorū opera vtut in Ecclesiā sua edificationē, simul per ipsos operatur arcana Spiritus sui virtute, vt efficax sit ac fructuofus eorū labor. Quories hanc efficaciam cōmendat Scriptura in hominū ministerio: discamus acceptam ferre gratiā Spiritus fine qua vox hominis irrita in aëre diffuserit. Sic Paulus, dum se ministrum Spiritus esse gloriatur, nihil sibi seorsū vslupat, quasi sua voce penetret in hominū corda: sed vim & gratiā Spiritus in suo ministerio prædicat. Locutiones iste notatae dignæ sunt, quia mīro artificio incumbit Satan ad extenuandum doctrinæ effectū, vt gratiam Spiritus illi annexam eneruct. Nihil per le, fator, & separatim potest externa prædicatione: sed quia organum est Diuina virtutis in salutem nostram, & organum per gratiam Spiritus efficax: quā Deus coniungit ne separemus. Ceterū vt gloria conuersio & fidei penes vnum Deum solida maneat, sepe admonet Scriptura, ministros nihil esse per se: sed tunc comparat eos cum Deo, ne quis ereptum Deo honorem perperam ad illos trāferat. In summa, quos Deus ad se ministri opera conuerterit, eos conuertere dicitur minister, quia nihil est quām Dei manus: ac vtrumque disertè expressum est in præsenti loco. De efficacia doctrinæ iam satis dictum est. Quām autem non sit in ministri arbitrio & manu conuertere ad Deum homines, inde colligimus, quia non omnes promiscuè Iohannes conuertit: (quod procul dubio facturus erat, si illi præ voto cessissent omnia.) Sed eos tantū conuertit quos Domino placuit efficaciter vocare. In summa, idem ab Angelico docetur quod tradit Paulus ad Romanos capite 1 o.c. 17. Fidem esse ex auditu: sed in fidem non illuminari nisi quibus brachium suum dominus intus reuelat.

17 *Præcedet ante illum.*) His verbis definit quale futurum esset Iohannis munus, & hac nota eum discernit a reliquis Prophetis, quibus mandata sunt certa & propria legatio, quam in hoc tantum missus sit Iohannes ut Christū præcederet, tanquam Regem apparitor. Sic etiam loquitur Dominus apud Malachiam, *Ecce mitto Angelum meum, qui viam sternat coram me. In summa, non aliud spectauit Iohannis vocatio, nisi ut Christo audientiam faceret, ac illi pararet discipulos.* Quod autem hīc non sit expressa Christi mentio, sed Iohannē facit Angelus antea ambulonem vel signiferum æterni Dei: hinc colligitur æterna Christi Diuinitas. *Cū spiritu & virtute E-
tate. Spiritus & virtutē accipio pro virtute vel ex-
cellētia Spiritus quā prædictus fuit Elias. neque e-
nīm hīc nobis fingendum est Pythagoræ deliriū,
quod Propheta anima in corpus Iohannis tran-
sierit: sed ille Dei Spiritus, qui potenter in Elia
operator fuerat, simile vīm & efficaciam postea
in Baptista exeruit. Sed posterius nomen exige-
tice additum est, ad exprimendum gratia spe-*

ciem , qua maximè excelluit Elias : quòd scilicet cælesti potentia instrutus , collapsum Dei cultum mirificè restituerit. talis enim instauratio humana virtute superior erat. iamque per Iohannem inchoata est , non minùs fuit admirabilis : quare non mirum est si eodem dono ipsum quoque ornari oportuit. *Vt conuertat corda Parrum.* Hic notat Angelus quòd potissimum habuerit Iohannes simile cum Eliā. Mittendum ergo prounitur vt populū dissipatum colligat in fidei unitatem. conuersio enim patrum ad filios, redictio est in gratiam ex dissidio: vnde sequitur quandam suile rupturam, quę populū scinderet ac veluti laceraret. Scimus Eliæ tempore , quām horrenda fuerit populi defectio, quām turpiter fuerint degeneres a patribus, vt nihil minùs censerit deberent quām filii Abrahæ , qui sic disiuncti erant. eos reduxit Elias in sanctum consensum. Talis patrum cum filiis colligatio fieri coepit per Iohannem, quam Christus demum absoluīt. Quare Malachias quin de reductione loquitur, significat distractum fore Ecclesiæ statum vbi adueniet alter Elias: qualem tunc suile, plus satix ex historiis notum est, & suis locis clarissim videbitur. Doctrina Scripturæ innumeris commentis vitata erat, cultus Dei plusquam crassis superstitionibus corruptus, religio in varias sectas diuisa. Sacerdotes palam impij & Epicurei, plebs ipsa in omnem nequitam diffuxerat: denique nihil solum. Quod hic habetur, Corda patrum ad filios, impro prium est: quia filios qui scindifragi erant, & descluerant à recta patrum fide, potius conuerti oportuit. Verum esti illum conuersionis ordinem non ita disserit exprimat Euangelista, sensus tamen minimè obscurus est, Deum facturum Iohannis operari in sanctam concordiam rufus coalefcant qui priùs fuerant inter se distracti. Vtrunque membrum habetur apud Prophetam , qui nihil tamen aliud voluit quām mutuum consensum notare. Verum quia saepe homines sic inter se conspiravit, vt alij alios magis alienent à Deo: simul definit Angelus qualis futura sit conuersio quam promittit: nempe quā inobedientes reuocet ad prudentiam iustorum. Quod ideo norandum est, ne falso concordia prætextu cum impiis stulte implicemur. Quia speciosum ac plausibile est nomen pacis, quoties occurrit in Scripturæ, cupidè arripit à Papistis ad conflandam nobis inuidiam: quasi nos, qui mundum à perfida defectione reuocare ad Christum conanur, discidianus simus authores. Sed hoc contextu pulchre reflellit corum infictia, quòd Angelus modum veræ & legitimæ conuersionis definiens fulturam eius ac vinculum facit iustorum prudentiam. Maledicta ergo sit pax & unitas qua inter se extra Deum conueniunt homines. Porrò minime dubium est quin per iustorum prudentiam intelligenda sit fides: sicut ex opposito inobedientes vocantur increduli. Praeclarum sanè fidei elogium, ex quo discimus tunc nos ritè sapere ad iustitiam vbi obsequimur verbo Domini. Habet suam quoque prudentiam mundus, sed peruersam, idēcō que mortiferam, imò quo vanitatis dampnatur. quanquam obliquè Angelus vmbriatilem sapientiam, qua sibi placent filiis seculi, pravam & coram Deo maledictam significat. Jam temenus, sic inter se conciliando esse homines, vt

J. Cala. 3. a. II

C O M M E N T .

7

in primis redant cum Deo in cōcordiam. Quod mox sequitur de paranda Dominō plebe perfecta, cum illo membre coheret, Iohannem Christi praeconem futurum, ut ante faciem eius ambulet: finis enim prædicationis eius erat, plebem reddere intentam audiendæ Christi doctrinæ. Quanquam participium ~~extremumque~~ non tam

perfectionem sonat Græcis, quām formam & concinnitatem quæ res ad vsum suum aptantur. Quæ significatio præsenti loco non male quadrabit: quod scilicet nūtendum sit Iohannes ad plebem Christo aptandam, vel formandam, quæ alias rudis & impoluta nūnquam se docilem præbuisset.

MATT H. MARC.

L V C. I.

18 Et dixit Zacharias ad Angelum, Vnde hoc cognoscam? ego enim sum senex, & uxor mea prouenit aetatis.

19 Et respondens Angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui adsto coram Deo: missusque sum ut loquar ad te, & hec tibi Euangelium.

20 Et ecce eris tacitus, ut loqui non possis usque ad uenientem quo haec sient: eo quod non credidisti verbis meis, que implebuntur tempore meo.

18 Et dixit Zacharias ad Angelum.) Sequitur Zachariæ dubitatio, & pena quam de eius infidelitate sumpsit Dominus. Precatus fuerat pro impetranda subbole: nunc ubi promittitur, quasi votorum suorum & fidei oblitus, diffidit. Quanquam prima specie videri durum posset, quod eius responso rā grauitate offendit Deus. Obicit sententiam suum, idem fecit Abraham, cuius tan-

Rem. 4.4.12. topere laudatur fides, vt Paulus dicat non respe xile corpus suum emortuum, nec esfetam vulnā Saræ, sed simpliciter acquiescere in Dei veritate & potentia. Rogat Zacharias vnde, vel quo argumento, certior fieri poterit. Atqui non reprehensus est Gedeon, quum duplex signum flagitaret. Quinetiam similis paulo post Mariæ exceptione refertur, Quomodo fiet istud, quando virum non cognosco? Quam tamen Angelus dissimulat, ac si nihil esset in ea vitij. Qui fit ergo vt Za chariam quasi grauissimi peccati reum rā severè castiget Deus? Fator euidem, si verba tantum spectentur, vel parem fuisse in omnibus culpam: vel Zachariā nihil peccasse. Sed quā facta & dicta hominum ex cordis affectu estimare conueniat, Dei potius iudicio standum est, cui patent occulta cordis latetra. Vedit proculdubio Dominus in Zacharia aliquid deterius, quām verba eius pre se ferantur: atque ideo in ipsum excāduit, quod promissam sibi gratiam diffidentia repelleret. Nō est quidē nostrū legem Deo prescribere, quin liberum ei sit in vno punire quod aliis ignoscit delictum. Sed faciliè apparat diversam fuisse Zachariæ cautam, quā fuerit Abrahæ, Gedeonis, vel Mariæ. Id in verbis non perspicitur. Cognitio igitur Deo relinquenda, cuius oculi ad fontē usque cordis penetrant. Sc̄ Deus inter Saræ risum & Abrahæ discernit: quum tamen alter ab altero in speciem non differat. Potrò causa diffidentiae in Zacharia fuit, quod in ordine natura subsistens, Dei potentia minus tribuit quām decebat. Nimium enim restricte, & maligne sentiunt de operibus Dei, qui non plus facturum credunt quām secundūm naturam creditibile est. quasi eius manus vel sensu nostro subiecta, vel terrenis mediis inclusa esset. Atqui fidei proprium est lōgē plus credere quām fieri posse carnis ratio dicit. Non dubitauit Zacharias, esset vox Dei nēcne, sed quum nimis desixus esset in mundo, obrepserit in eius mente obliqua dubitatio futurūm esse quod audierat. Ac ea in re non leuen Deo fecit iniuriam quia perinde erat ac si secum disputaret verāxne habendus esset Deus, quem constabat loquutum

esse. Quanquā sciendū est non ita incredulū fuisse Zachariam vt prorsus à fide deficeret. Est enim generalis fides quę promissio ē p̄petua iuris am plectitur, & gratuitę adoptionis testimoniū. Quę admodū autē postquā nos semel receperit Deus in gratiā, specialiter multa promittit, quod nos pacif eripiet ex periculis, erit vindex innocentie nostræ, vitā tuebitur: ita specialis quædā eū fides quę singulis huiusmodi promissionibus ref̄ōderet. Fieri igitur interduim vt quispiā de peccatorū remissione & salute sua Deo fidens, in parte aliqua vacillet, nā vel nimū trepidabit in mortis periculo, vel de victu quotidiano nimū erit anxius, vel nimū perplexus erit in suis cōsilīis. Taliis fuit Zachariæ incredulitas, quia scilicet fidei radicem ac fundamentū tenens, tantū vna in parte hæsitauit, an Deus filiū illi datus esset. Quare sciamus nō protinus à fide excidere vel deficere quos sua infirmitas in aliquo particulari negotio turbat vel cōcutit, nec fidem à radice labefactari quoties eius ramū ad varios impetus titubant. Adde quod nihil minus voluit Zacharias quā in examen vocare fidē Diuinę promissionis: sed quin in genere persuasus esset veracē esse Deū, ait & insidiis Satana furtim in prauā distinctionē tractus est. Quo magis nos ad age das excubias in rētos esse debet. Quis enim nostrum à Satanæ decipulis securus erit, in quas cernimus tam taraz sanctitatis virum (qui tota vita sedulū sibi cauerat) delaplūn esse?

19 Ego sum Gabriel.) His verbis significat Angelus, non sibi, sed Deo, à quo missus est, & cuius mandatum perculit, abrogatam esse fidem, atque ita Zachariæ exprobrat quod in Deum contumeliosus fuerit. Adstare coram Deo, perinde valet ac præstō esse ad obsequium: ac si diceret, se non hominem esse mortalem, sed cœlestem spiritum: nec temere aduolasse, sed vt decet ministrum Dei, fideliter defunctum esse suo officio: vnde sequitur, Deum promissionis autorem, in persona sui nuntiū indignē iesum, & contemptum esse. Eodem tendit illa Christi sententia. Qui vos fernt, me spernit, &c. Quanquam enim non ē cœlo ad nos defertur Euangelij prædicatione per Angelos: quia tamen eam à se profectam tot miraculū testatus est Deus, & Christus princeps Angelorum ac caput, eam semel ore suo publicauit vt in perpetuum sanciret, non minor illi constare debet maiestas, quām si testes haberet omnes Angelos palam ē cœlo clamantes. In d' Apostolus in Epistola ad Hebræos, vt vocē euangelij quę in ore hominum personat, Legi per Angelos latæ & quare non

Luc. 10.6.16.

Heb. 13.6.
28. & 11. f.
23.

contentus, argumentum à minori ad maius deducit. Si sermo, inquit, per Angelos allatus non impunè reicūtus fuit, multo minus vindictam effugiet qui spernunt hodie Christi vocem, cuius est cœlum: & terram concutere. Discamus ergo fidei obedientiam præstare Deo, quam pluris facito omnibus victimis. Gabriel sonat robur, aut fortitudinem, vel principatum Dei: ac nomen hoc Angelo nostra causa fuit inditum, vt discamus nihil Angelis proprium affingere, quum diuinum sit quicquid habent virtutis. Participium *παρεγμόνος* temporis quidem est præteriti, sed in eiusmodi verbis satis notum est præteritum sumi præsentis loco, præsertim vbi actus continuus notatur. Porro Angelus, vt nuper dictum est, perpetuum se Dei ministrum his verbis esse afferit. Euangelizandi verbum crimen Zachariae amplificat, quod Deo rem latam & optabilem benignè pollicentii ingratius fuerit.

Et ecce eris tacitus.) Genus hoc pœnae consétanum fuit Zachariae infligi: vt mutus promissionis eventum exspectet, quam cum silēto audire deberet, obstrepero suo mormure quasi abrupterat. Fides suum silentium habet, vt Dei verbo audiendum faciat. Onde suas quoque habet loquendi vices, vt respondeat, Amen, secundum il-

lud. Dicam illis, Populus meus vos: & ipsi dicent mihi, Tu Deus nolter. Quia verò Dei verbo temerè obloquitus erat Zacharias, hec ei grata nō conceditur ut statim prorumpat in gratiarum actionem, sed illi ad tempus eripitur lingua vñs, quæ nimis festinauerat. Clementer tamē Deus pœnam mitigat. Primum, quia eam decem mensibus finit: deinde, quia Zachariae beneficio quo indignus erat, priuari tamen non patitur. Eadem quotidie indulgentia nobiscum agit, nā vt angusta est nostra fides, & nos multa impedimenta obiiciimus, veritatem Dei necesse est quodammodo vi perrumperem, vt cursum erga nos suum continuet. Id sibi vult Angelus, quum Zachariae incredulitatem accusans, pronuntiat tamen impletum iri quod Zacharias non credidit: ita non parum subleuat Zacharias quum audit suo vittio non esse exinanitam Dei fidem, quin superior demū emergat. Fit quidem interdum ut præstet Don. i nus atque impleat quod incredulis promisit, quātum obstat. Cuius rei memorabile habemus exemplum in rege Achaz, qui quum promissam salutem respueret, liberatus est tamen ab hostibus. Verum id nullo eius profectu, in salutem electi populi cessit. Zachariae alia ratio est cui sic Domini nus ignoscit fidei defectum, vt simul corrigat.

Ex. 47. b. 11.

MATTH. MARC.

LVC. I.

- 21 *Et erat populus expectans Zachariam, & mirabantur quod moratur in templo.*
 22 *Egressus autem non poterat illis loqui. Et cognoverunt quod visum vidisset in templo. Et ipse innuebat illis, permanensque mutus.*
 23 *Et accidit, ut impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam.*
 24 *Post hos autem dies concepit Elizabeth uxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens,*
 25 *Sic mihi fecit Dominus in diebus quibus respexit ut auferret probrum meum inter homines.*

Et erat populus.) Narrat iam Lucas, populum huius visionis fuisse testem. Diutius quām pro more, moratus est in templo Zacharias. Hinc suspicio nascitur aliquid ei insolitum accidisse. Egressus autem, gestu & signis mutum se redditum indicat. Credibile est etiam, paucis signa extitisse in vultu. Inde colligunt Deum illi apparuisse. Erant quidem rarae, vel nulla eo seculo visiones: sed memoriam tenebat populus frequentes fuisse olim patrum etate. Quare non abs re ex manifestis signis tale facit iudicium. neque enim humanius factum erat vt repente sine morbo obmutesceret, & post moram iusto longorem attonitus ē templo prodiret. Porro Templo nomen / vt iam diximus / pro Sancto accipitur, vbi altare suffit us erat. Inde peracto sacro, egredi solebant Sacerdotes in suum atrium, vnde populo benedicebant.

Vt impleti sunt dies.) Liturgiam ponit Lucas pro functione quæ per vices ordine ad singulos translibat, quemadmodum diximus. Quod dominum elapsi officij tempore redisse dicitur Zacharias, hinc colligimus, Sacerdotes, quandiu in vicibus suis erant, abstinuerant à suis ædibus, vt scilicet Diuino cultui penitus addicti, affixique essent. In hunc vñsum digesta erant tabulata in lateribus templi, in quibus cubicula habebant. Lex quidem nō prohibebat Sacerdotibus à domo sua, sed quum ab uxoris contactu arceret qui panibus facris vescebantur, probabile est, quum mal-

ti parùm reverenter sacra tractarent, remedium hoc fuisse inuentum, vt ab omnibus illecebris submoti, puros se & immunes ab omni inquinamento ferarent. Nec tantum concubitus uxorum illis veritus erat, sed etiā portus vini & siceræ. Quum ergo mādata illis esset vīctus ratio, vītile fuit à templo non discedere, vt conspectus ipse loci, eos moneret colendam esse puritatem qualis à Domino prescripta erat. Vtile etiā fuit, omnem indulgentiæ materiam præcidi, quæ liberiū officio suo vacarent. Papistæ hodie hoc pre-textu tyranicam de celibatu legem defendunt, sic enim ratiocinantur. Quum abstineret olim iussi sint Sacerdotes ab uxoris quo tempore sacriss operam dabant: merito nunc à Sacerdotibus requiri perpetuam continentiam, qui non per temporum vices, sed quotidianè sacrificant: præsertim quum longè excellentior sit sacrorum dignitas, quām sub lege. Verum scire velim cur non à vino quoque & sicerā abstineant. Neque enim præcepta quæ coniunxit Deus, separare fas est, vt dimidia tantum pars, altera neglecta, serueretur. Concubitus uxorum interdicunt non tam disertè quām vini potus. Si Legi pre-textu celibatum iniunxit suis sacrificis Papa, cur vinum illis permittit? Imò, secundum hanc rationem, in aliquos templorum recessus sacrificios omnes concipi oportet, vt erga talis inclusi totam vitam transfigerent extra mulierum & populi contubernium. Iā clare perspicimus, improbe eos ob-tende-

Ex. 44. f. 1.

tendere Legem Dei, à qua discedunt. Plena tamē solutio ex discrimine Legis & Euangelij pendet. Sacerdos se ad expianda populi peccata sistebat coram Deo, ut esset quasi Dei & hominum mediator, cui talis persona imposita erat, eū aliquid habere oportuit quo exemptus à cōmuni hominum ordine, v. t. Mediatoris figura agnosceretur. Huc & sacre vestes s, ectabant, & vñctio. Hodie in publicis Ecclesia ministris & pastoribus nihil simile. loquor de ministris quos instituit Christus ad gregem pascendum: non quos ad immolandū Christum carnales magis, quā sacrificiis initiat Papa. Quare Spiritus sententia acquirescamus, quæ prouinat honorabile in omnibus esse co. iugū. 24 Occultabat se.) Absurdum hoc videtur, quā diuinā benedictionis ipsam puduerit. Putant qui dain re adhuc dubia non aūtam fuisse prodire in publicum, ne se ludibrio exponeret, si cā frustra esset opinio quam conceperat. Ego vero de promissione data sic fuisse persulsum statuo, vt de eventu secura tuerit. Quā enim de marito luptam grauem pcam cei neret ob inconsideratum lingue lapsum, in per quīnque menses continuos lumen in animo dubitationem fuisse? & eius verba clarē demonstrant quām non fuerit spes eius suspeſia, vel ambigua. Nā quām dicit Dominiū sic fecisse, difserit & intrepide predicat notā eius gratiam. Duplex autē patuit esse latendi causa. prior, ne Dei miraculū, priusquam conspicuū esset, variis exponeret hominum sermonibus: vt sape de operibus Dei temere parūmque honorificē garrisce solet mundus. Altera, vt quom subitō grauidam cernerent homines, magis excitarētur ad laudandum Deum. Nam quā paulatim emergunt Dei opera, progressu ipso saepē apud nos vilefunt. Non ergo sua causa latuit Elizabeth, sed aliorum magis respectu.

25 Sic mihi fecit.) Primitim celebrat Dei beatitudinem, donec maturum adueniat eius publican-

dā tempus. Credibile est scripto edoctam fuisse à marito de sobole promissa: quo certius & alacrio re animo Deum huius beneficij autorem prædicat, idque confirmat proximis verbis. Quando respexit vt tolleret probrum meum. Sterilitatis enim cauam fuisse notat, quod tunc adueſus fuisse Dei fauor. inter terrenas Dei benedictiones hanc præcipue cōmemorat Scriptura, quod Deus sobole nos dignatur: & merito nā si eius benedictio est brutorum animalium fecunditas: quō excellentior est gener & humani propagatio, cō maiori in gratia reputanda est hominum fecunditas. Ne vero exiguis est aut vulgaris honor quod quā Deus solus sit & censeri mereatur pater, terræ filios in huius nominis societatem admittit. Sed dulō igitur tenenda est doctrina, quod liberi sint hereditas à Deo obueniens: & unius eius, fructus ventris. Sed altius respexit Elizabeth: quia prater consuetum naturæ ordinem, sterilis & ve-tula singulari miraculo conceperat.

Psal. n. 7.

26 Vt auferet probrum meum.) Non sine causa probri loco semper habita fuit sterilitas, quum veteri benedictio inter præcipua diuini amoris testimonia numeretur. Quidam hoc veteri populo speciale fuisse putat: quia ex semine Abraham præcreandus esset Christus. Atqui hoc ad solam tribum Iuda spectabat. Rectius alij, quod fausta felixque esset populi sancti multiplicatio: sicuti Abraham dictum fuerat. Erit semen tuum sicut arena maris, & stellæ coeli. Ceterū coniungi inter se debent vniuersalis benedictio, quā ad totum genus humanum extenditur: & promissio Abrahā data, quā Ecclesia Dei peculiaris est. Discant igitur parentes pro suscep̄tis liberis Deo gratiē: qui autē sobole priuantur, hac in parte se humiliari agnoscant. Probrum vero hoc ad homines restringit Elisabeth, quia temporalis est castigatio, ob quam nihil nobis in regno celorum decedit.

Gen. 13. 15.

MATT. MARC.

LVC. I.

- 26 In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo in urbem Galilee, cui nomen Nazareb,
- 27 Ad virginem deponsam viro cui nomen erat Ioseph, de domo David, ac nomen virginis Maria.
- 28 Et ingressus Angelus ad eam, dixit, Ave gratiam consecuta, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres.
- 29 Illa vero quām vidisset, turbata est super oratione eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.
- 30 Et ait Angelus ei, Ne timeas Maria: noctae enim gratiam apud Deum.
- 31 Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum.
- 32 Hic erit magnus & filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus solum David patris ipsius.
- 33 Regnabitque super dominum Iacob in eternum, & regni eius non erit finis.

26 In mense autem sexto.) Mira diuini consilii economia, & quæ à communi hominum iudicio valde abhorret, quod nobilius in præcone generationis initium Deus esse voluit, quām in Filio suo. Vaticinum de Iohanne in templo editum passim innovuit: Christus Virginis promittitur in obfuso Iudea oppido, & vaticinū hoc in fine pueræ vnius sepultum manet. Sed oportuit, scilicet, iam à Christi natalibus illud impleri,

Quod Deus per stultitiam saluos fecerit credentes. Thesaurū vero mysteriū huius sic apud Virginem depositū, vt rādem suo tempore perueniret ad pios omnes. Contemptibilis, fateoris, ista custodia species: sed quā tum ad probandam fidei humilitatem, tum arcēdā impiorū superbiā optima fuit. Nos verē, etiā non statim ratio appareat, discamus modestē nos Deo subiictere nec magistrum habere pigeat, quā Christum aeternā Dei sapien-

1 Cor. 1. 21.

riam vtero suo gestauit. Nihil certe magis cauedum, quam ut saltidioso contemptu nos priuemus incomparabilis arcani notitia, quod Deus parvulis & docilibus consulto reconditum esse voluit. Eadem mihi videtur esse causa cur Virginem elegerit viro despousam. Figitur Ori- genis nihil habet solidum, id seculis ut Satanā celaret quan hominibus salutem dare parabat. Eulum ergo coniugij obtentum fuit coram mundi oculis, vi quem vulgo credebant esse filium Ioseph, pīj tandem fide agnoscerent Dei Filium. Non ita quidem inglorius prodiit Christus, quin Divinitatis in eo gloriam ab initio illustraverit coelestis Pater. Angeli enim nuntiarunt natum esse Saluatorem: sed vox eorum tantum à pastori- bus auditu non longe manauit. Miraculum vnum celebre esse potuit, quod passim vulgarum Magi qui ab Oriente venerant, stellam sibi apparuisse summi Regis nati testem: videmus tamen ut Deus Filium suum quasi in occulto continuerit, donec venire tempus plena manifestationis. Tunc enim quasi theatrum illi erexit, in quo conspicuus faretur. Participium μητερωφύλου quo vti- tur Euangelista, significat sponso promissam tunc fuisse virginem, non autem marito vxorem traditam. Solenne enim apud Iudeos erat parentibus, filias apud se domi aliquandiu tenere postquam eas viris desponderant: alioqui lex quae desponsæ corruptione extat Deuteronomio 22. b. 13. super vacua fuisse. Ioseph dicit Lucas fuisse ex genere Daud, quia familia virorum: nominibus censeri solent. qua de te alibi plura dicturi sumus.

28 *Aue gratiam consequita.*) Quia stupenda & serè incredibilis erat legatio, à commendatione gratia Dei prefatur Angelus. Et certe quoniam pro tenui intelligentia sua modulo magis angusta sunt nostræ mentes, quam ut imminenti operum Dei magnitudinem capiant, optimum hoc remedium est, quoniam eas ad meditandam gratiam eius infinitatem erigimus. Quoniam ergo fidei inuasit sensus diuinæ bonitatis: meritò hunc ordinem tenet Angelus, ut gratia Dei meditatione peccatum Virginis imbuendo, ipsum ad capiendum inco- prehensibile mysterium dilatet. Nam participium μητερωφύλου quo vtitur Lucas, gratuum Dei fauorem exprimit, sicuti clarus patet ex primo ad Ephesios capite, b. 6. vbi Paulus de nostra cum Deo reconciliatione tractans, Deus, inquit, nos in Filio suo dilecto ἐχαρτωτον, hoc est, recepit in suam gratiam, & fauore complexus est, qui prius inimici eramus. Postea subiicit Angelus, Deum cum ipsa esse. Nā quos amore suo dignatus est semel Deus, illis se propitium & beneficium exhibet, suisque beneficiis ornat & prosequitur. ideo additur tertium membrum, Quod benedicta sit inter mulieres. Benedictionem enim tanquam effectum, & probationem Diuini fauoris, ponit. Neque enim pro laude hinc, meo iudicio, capit: sed potius felicitatem notat. Sic Paulus gratiam primum, deinde pacem, hoc est omne bonorum genus, fidelibus precari solet: si- gniſcans nos tūc demum beatos & diuites fore, si à Deo bonorum omnī autore amemur. Quod si Maria ſc̄licitas, iustitia & vita ex gratuitate Dei amore fluant, eius virtutes, totaque excellētia mera est Dei liberalitas: plusq; p̄pōsterē faciunt qui ab ea perendū docent quod aliūne nobiscum habet. Nimis verò crassa inſcrita Papi-

ſta ſalutationē hanc, quasi magico exorcismo, in preculam vertentur: atque eō prorupit vefania, vt concionatoribus fas non fit, Spiritus gratiam pro ſuggeſtu petere, niſi per ſuum Ave Maria. Atqui præterquā quod ſola gratulatio hinc habetur, temere ſibi alienum officium vſurpan, quod Deus nonniſi Angelo iniunxit, bis autem ſtulta ammatio, quod absentem ſalutant.

29 *Quoniam vides, turbata es.*) Non dicit Lucas turbata fuſſe aspectu Angelii: ſed ſuper eius ſermone. Cur ergo aspectus erā meminī? Hac ego esse cauſam interpretor, quod aliqua cœleſtis gloria in Angelo agnoscens Maria, ſubitum pa- uorem ex Dei reverentia conceperit. Turbata ergo fuit, quod ſe non ab homine mortali fatigari, ſed à Dei Angelo ſentiret. Ceterū non ita turbata fuſſe dicit Lucas, ut obſtupuerit: quin potius ex- primit signū attenta nētis, & bene compositæ, quoniam paulo pōst ſubiicit, cogitaffa ipsam qualis eſet ſalutario: hoc eſt, quorū ſtenderet, quidque ſibi vellet, ſtati illi occurrit, nō fuſſe de nihil miſſum Angelum. Moneſim autem hoc exemplum primum non eſte oſcitanter conſideranda Dei opera: deinde ita a nobis expedi decere, ut religio meritisque p̄reat.

30 *Nemine Maria.*) Quod timorem pone- re eam ubi, ſemper veniat nobis in mentē, quae imbecillitas eſt carnis, fieri non posse quin terrea mur quoties vel minima gloria Dei ſcintilla apparet. Neque enim vbi ſerio Dei praefentiā cōci- pimus, otiosi imaginari licet. Ergo quā obnoxij ſint omnes eius iudicio, ex n̄tu trepidatio ori- tur, donec ſe patrem exhibeat. Tantū sancta Virgo in gente ſua cernebat ſe, celerū colliuiē, ut iure timeret à maioribus vindictis. Quare ut timore eximat Angelus, teſtē ſe aī p̄aſtem incōparabilis doni aeffe pronuntiat. Inuenire gratiam Hebraica phraſi poſuit Lucas, pro habere Deum propitiū. Neque enim gratia inuenire dicitur, qui eam quāſierit: ſed cui vlt̄ oblaſta eſt. Exempla quoniam ſatis nota ſint, adducere ſuperuacuū foret.

31 *Ecce concipies in vtero.*) Verba ſua confor- mat Angelus primò ad vaticinium Iefai, deinde ad alios Prophetarū locos: quō melius in animū Virginis penetret, note enim, & celebres paſſim inter pios erant tales prophetiae. Quāquam ſimil notandum eſt, non priuarum duntaxat in aurem Virginis loquuntur eſſe Angelū ſed Euangeliū atuliffe, quod per torum obrem non multo pōst vulgandum erat. Quare non abſque Dei confi- faſcūt eſt, quod tam diſerte expreſſus fuerit cō- ſensus inter veteres prophetias, & p̄aſtentem de CHRISTO manifeſtando nuntium. Concipiendo verbum, refellēdo tam Marcionis quā Manichæi delirio ſufficit. Nam inde colligere promptum eſt, non aetherium corpus vel ſpectrū Mariæ pe- perisse: ſed quem prius in vtero conceperat fecit.

Vocabis nomen eius Iesum.) Nominis ratio Matth. I. apud Matthæum redditur, quod ſaleum à pec- catis faciat populum. Ita in nomine ſalus pro- mittitur, & ostenditur in quem finem miſſus fuerit CHRISTVS à Patre in mundū, quēadmodū ſe pronuntiat non ad perdendum veniſſe, ſed ut mundo ſalutem afferat. Meninerimus autem non hominum arbitrio, ſed Dei iuſſu nomen hoc impoſitum illi fuſſe ab Angelo, ut fides noſtra in celo, non in terra fundata ſit. Deducitur à γνω̄, quod Hebreis eſt ſalus: vnde & verbum γνω̄, ſeruare ſignificat. Porro ſutileiter arguti- fuit.

sunt qui differre contendunt ab Hebraico nomine יְהוָה. Quod Rabbini scribunt vbique Iesu, constat maligne ab ipsis fieri, ne Christum honorifice appelleat: quin potius insinuulent degenerem fuisse aliquem Iudaeum. Itaque tantundem authoritatis meretur eorum scriptio, ac canis latratus. Quod longe inferioris dignitate Filij Dei esse obiciunt, si nomen habeat cum aliis commune, idem & de Christo obtendi posset. Sed de vtroque solario est plusquam facilis in empe quod sub lege umbratilie fuit in Filio Dei plene & ad solidum constare: vel substantiale in ipso esse quod tunc figuratum fuit. Nihilo plus momenti habet altera obiectio. Negant venerandum esse, & tremendum nomen Iesu, coram quo omnis genuflexi oporteat, nisi unice competat in Filium Dei. Neque enim Paulus nomen magicum illi inducit, in cuius syllabis inclusa sit maiestas: sed perinde valet loquuntur ac si dixisset, Christo datum esse summum imperium a Patre, sub quo totum mundum humiliari oportet. Taliibus ergo figurantis valere iustis, sciamus nomen Iesu fuisse Christo impositum, vt in eo querere de sanctis fideles quod olim sub Legi aduertum fuerat.

32 *Hic erit magnus.*) Idem & de Iohanne Baptista dixerat Angelus, quem tamen Christo aquare noluit. Sed Baptista in ordine suo magnus: Christi autem magnitudo continuo post exprimitur, que cum supra omnes creaturas excollit, hoc enim proprium & singulare unus habet, vt vocetur Filius Dei, quemadmodum Apostolus contendit, 1. ad Hebraeos capite, b.5. Fateor quidem & Angelos & Reges interdum ornari hoc titulo in Scriptura: sed hi in commune Dei filij propter excellentiam dicuntur. Atqui minime obscurum vel dubium est quin Filium suum Deus ab omnibus reliquis eximat, quum peculiariter illum sic alloquitur, Filius meus es tu. Ergo hic neque Angelis, neque hominibus nescitur Christus, vt si unus ex gregi filiorum Dei: sed quod illi datur, nulli alteri sumere fas est. Filij Dei sunt Reges, certe non iure naturae: sed quia tanto eos honore dignatus est Deus. Ne Angelis quidem conuenit hoc elogium: nisi quia sub summio capite inter creaturas excellunt. Sumus & nos filii, sed adoptione, quam fide consequimur, non autem habemus a natura. Christus autem & unicus, & unigenitus. Quod autem verbum futuri temporis eò torqueat sedes canis Seruetus, vt Christum probet non aeternum esse Dei filium, sed cœperit talem censeri, ex quo induit carnem nostram, nimis calumniosum est. Ratiocinatur ille, non fuisse Christum Dei filium antequam carne induitus mundo apparuerit: quia dictum sit ab Angelo, Vocabitur. Ego autem contraria excipio, non aliud sonare Angeli verba, quam esse tales in carne manifestandum Dei filium qui aeternus fuerat: nam vocari, ad claram notitiam referunt. Atqui inter ista duo multum interest, cœperit esse Dei Filius qui prius non erat: an patefactus fuerit inter homines, vt scirent eum esse qui promissus olin fuerat. Certè quum omnibus seculis Deus à populo suo inuocatus fuerit Pater: inde conficitur, fuisse in celo Filium, ex quo & per quem ista paternitas ad homines manaret. Numquam enim sibi arrogant homines, si Dei se filios iactare ausint, ni-

si quatenus sunt unigeniti Filii uenientia. Quare certum est sanctos patres nominis Filio mediatores fratres, tam honorificæ invocationis fiduciati sibi sumptissime. Ceterum quid plenior ita, de qua nunc loquimur, cogitatio valeat, alibi Paulus docet: nempe vt iam intrepidè liceat non modo vocare Deum Patrem, sed clamare, Rom. 8. c. 15. & Galat. 4. a. 5. Dabit Deus solum David, Diximus Angelum mutuari ex Prophetis elegia, quibus Christum insigniat: quod melius agnoscat sancta Virgo fore Redemptorem patribus olim promisum. Quoties de Ecclesiæ instaurazione prophetæ loquuntur, totam fiduciam spei ad regnum Davidis renovant: vt tritum esset apud Iudeos axioma, Ecclesiæ salutem in scelici regni illius statu fore positam: nec Messias officio quicquam esse magis aptum & conueniens, quam regnum Davidis de integro erigere. Quare & nomen Davidis interdum ad Meissiam transfertur: vt Ieremias 30. b. 9. Seruient Dominum suos, & David Regi suo. Item Ezechielis 34. f. 24. & 37. f. 24. David seruus meus regnabit princeps super eos. Osee 3. b. 5. Requiring Dominum, & David regem suum. Loci autem, ubi filius Davidis vocatur, satis noti sunt ac celebres. In summa significat Angelus impletum in Christi persona iri vaticinium Amos de suscitando tabernaculo Davidis, quod dirutum & euersum erat. Amos capite 9. c. 11.

33 *Regnabit s. per Dominum Iacob.*) Quum filius peculariaris Iudeis fuerit promissa (sicut sedes cum patre ipsorum Abraham percussum erat) & Christus, teste Paulo, minister fuerit circuncisio ^{R. 15. 1. 8.} non: non immerito Angelus regnum eius statuit in gente illa, sicuti propria fuit sedes ac domicilium. Sed hoc cum aliis vaticiniis minime pugnat, quæ regnum Christi propagant & extendent utique ad ultimos terræ fines. Deus enim nova & admirabili adoptione Gentes inseruit in familiam Iacob, quæ prius extraneæ fuerant: sic tamen ut Iudezi, tanquam primogeniti, potiorem tenerent gradum, quemadmodum in Psalmo 110. a. 2. habetur. Sceptrum potentiae tuae emitte dominus ex Sion. Locatum ergo fuit solum Christi in populo Israel, vnde totum orbem sibi subiiceret. Quotquot autem aggregauit per fidem filii Abraham, verus Isael censetur. Etsi autem Iudei sua delectione se abdicarent ab Ecclesiæ Dei, seruabit tanDEM dominus usque in finem alias reliquias: quoniam vocatio eius sine penitentia est. Corpus quidem populi in speciem refectionis est: sed meninisse debemus mysterij de quo disserit Paulus ad Romanos capite 11. c. 25. Tandem futurum scilicet ut Deus aliquos ex Iudeis ex dissipatione colligat. Interim Ecclesia, quæ per totum orbem sparla est, spiritualis est domus Iacob, quando originem suam ex Sione duxit.

In aeternum. Admonet Angelus quo sensu toutes apud Prophetas promissa fuerit perpetuitas regno Davidis. Huius tantum & Solomonis ærate floruerat potentia & opibus, Roboam tertius successor vix tribum vnam & dimidiad retinuit. Ex eo non defituit variis cladibus concori, donec tandem concideret. Nunc Angelus declarat ubi stabilitum fuerit in Christi persona, excidio non fore obnoxium, & ad eam rem aferendam verba Danielis usurpat, que habentur capite 7. d. 14. Huius regni nullum fore finem. Ceterum etsi

verborum sensus est, Deum regni Christi & Ecclesiae aeternum fore praesidem ac custodem, ut nunquam intereat in terra, quandiu Sol & Luna in celo fulgebunt, vera tamen perpetuitas ad su-

turam gloriam pertinet. Sic ergo continua serie fideles alij aliis in hac vita succedunt, ut deum colligendi sint simul in cœlum, vbi sine fine regnabunt.

MATTH. MARC.

- 34 *Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo erit istud? quan-
loquidem virum non cognosco.*
 35 *Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te,
& virtus Altissimi obumbrabit tibi: quapropter & quod nascetur san-
ctum, vocabitur Filius Dei.*
 36 *Atque ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in sene-
cute sua: & hic sextus mensis est illi quo dicubatur sterilitas.*
 37 *Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.*
 38 *Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum
verbum tuum. Ac discessit ab illa Angelus.*

34 *Quomodo erit istud?* Videtur sancta Virgo non minus maligne restringere Dei potentiam quam prius Zacharias. Quid enim præter communem naturæ ordinem est, impossibile esse colligit. Sic enim ratiocinatur. Virum non cognoscit qui credam igitur futurum quod nütius? Nec vero magnopere laborandum est ut eam purgeamus ab omni vicio, si enim statim transcendere debuit ad immensam Dei virtutem, quæ minime alligata est naturalibus mediis, sed totum mundum superat, nunc autem in vulgari generatione simodo sibi sunt. Quoniam scindunt est non ita dubitare, vel sciscitari, ut sensibus suis Dei potentiam vel subiucere vel æquare velit tantum subita admiratione perculsa, ad mouendam hanc quæstionem rapitur. Quod autem obediens amplexus sit promissionem, hinc colligi potest, quod quum multa occurrerent in contrariam partem, non nisi in uno habitat. Obiicere promptum erat, vbinam esset solium illud Davidis, quum pridem abolita esset ominus dignitas imperij, totiusque regij generis extinctus splendor. Certe si rem aestimasset iudicio carnis, pro fabula dixisset quod a dierat ab Angelo. Quare non dubium est quin penitus de Ecclesiæ instaurazione persuasa, rei secundum carnem incredibili facilem locum dederit. Et probabile est, tunc passim celebratum fuisse vaticinium illud Esaïæ, vbi surculum Deus se excitatorum promittit ex contemptu Isai truncum. Fides ergo de gratia Dei in animo Virginis concepta, effecta ut sine controversia admitteret allatum sibi nuntium de erigendo solio Davidis. Si quis excipiat, fuisse etiam aliud vaticinium, quod virginum filium partitura esset: respondeo, eius mylētij tunc obscuram fuisse notitiam. Nasciturum quidem sibi regem sperabant patres, sub quo beatus ac felix esset Dei populus: sed modus quasi velo interposito absconditus latebat. Ergo nihil mirum si quæstionem mouet sancta Virgo de re sibi incognita. Quod autem ex eius verbis suscipiunt sunt quidam, perpetua virginitatis conceptum habuisse votum: minis infirmum est, inquit proorsus absurdum. perfidè enim passa fuisset se marito collocari, sanctumque coniugij fœdus non sine Dei ludibrio spreuisset. Quamlibet barbara tyrannis grallata sit in hac parte sub Papatu: nunquam tamen eosque progreedi ausi sunt, ut permitterent uxori continentiam vovere suo arbitrio. Deinde

puerile commentum est, Monachisimum singere inter Iudeos. Soluendum est tamen obiectum illud, quod Virgo in futurum tempus respiciat, ideoque significet nullam sibi fore cohabitationem cum viro. Haec vero conjectura, & probabilis est & simplex, quod rei magnitudo, vel potius maiestas, Virginem perculerit, ut sensus omnes admiratione ligatos haberet ac constrictos. Quum audit nasciturum esse Dei filium, aliquid non vulgare concipit. atque haec ratio est cur coitum virtutem excludat. Hinc attonita exclamat, Quomodo erit istud? Ideo tam clementer illi Deus ignoscit, & per Angelum benignè & consiteret respondet: quia reverenter & sobrie, non sine admiratione Divini operis, quæsierat quomodo futurum esset quod sibi persuaserat vulgari & confusa nature ratione esse sublimius. Denique hec quæstio fidei aduersa idea non fuit: quia ex admiratione potius quam ex diffidientia oriebatur.

35 *Spiritus sanctus superueniet in te.*) Modum non definit Angelus, qui curiositati sufficiat, sicut opus non suit. Sed virginem simpliciter ad considerandam Spiritus sancti virtutem reuocat, ut cum silentio & quiete se illi tota resigneret. Verbum superuenire, significat extraordinarium forte hoc opus, vbi naturæ media deficiunt. Proximum etiam membrum exegeticæ additur, Quod virtus Altissimi cam obumbrabit. Spiritus enim quasi essentialis est Dei virtus, cuius efficacia se profert ac exercit tam in tota mundi gubernatione, quam in miraculis. In verbo Obumbrandi concinnat metaphora virtutem Dei, qua suos tuerit & protegit. Scriptura frequenter umbra comparat. Sed alia videtur esse huius loci peculiari ratios: nempe arcana fore Spiritus operationes, ac si nubes opposita hominum oculos in intuitu submoueret. Sicuti autem in edendis miraculis Deus operum suorum rationem nobis subtrahit, ita nostrum est sobriè adorare quod nobis vult esse occultum. Proprietas quod nascetur sanctum. Confirmatio est proxima sententia: Docet enim Angelus Christus oportere absque viri & mulieris coitu nasci, ut sanctus sit, & Dei filius: hoc est ut sanctitate & gloria supra omnes creaturas excellat, neque tecum cōmuni inter homines gradū. Hæretici qui fingunt ipsum, ex quo genitus est homo, factum esse Dei filium, particulam causalem arripiunt, inde vocandum esse Dei filium, quia mirabiliter Spiritus

Spiritus sancti virtute conceptus erit, sed perperā ratiocinatur. Quāvis enim sit manifestatus Filius Dei in carne, non sequitur quin fuerit Secundo ante secula ex patre genitus. Quin potius ille idem qui Filius Dei erat in sua aeterna Diuinitate, apparuit etiam in humana carne Dei filius. Ceterum locus hic non modo persona vnitatem in Christo commendat, sed simul ostendit Christum, quatenus humanam naturam induit, esse Dei filium. Ergo filii Dei nomen sicut Diuina Christi essentia ab initio propriū fuit, ita nunc coniunctum in utraque simul cōpētit naturam: quia arcana & cœlestis generationis ratio eum à vulgari hominū ordine exēmit. Alibi quidem sapientia, ut severē hominem esse affitmet, Filium se hominis vocat: sed non obstat humanae naturae veritas quin peculiarem illi honorem praे alis omnibus conciliet Diuina generatio, quod scilicet prater ordinarium naturae modum conceptus ex Spiritu sancto fuerit. Hinc merito crescit nobis fiducia, ut liberius audeamus Deum invocare patrem: quia ut eu[n] nobis communem secum facere vincis eum filies, frater noster esse voluit. Notandum etiam est, quod Christus, quatenus spirituali virtute conceptus est, dicitur Semen sanctum. Quemadmodum enim illum oportuit esse verum hominem ut peccata nostra expiat, mortemque ac Satanā vincet in carne nostra, quoniam ut cōsistat verus Mediator: ita necesse fuit, ut alios purgaret, immundem esse ab omni inuiditie & macula. Quanuis ergo ex Abraham semine genitus sit Christus: nihil tamen contagij ex vitiosa natura contraxit: quoniam ab ipsa origine purum seruauit Dei Spiritus: nec tantum ut in se priu[er]um sanctitate polleat, sed magis ut suos sanctificet. Ergo ipse conceptionis modus testatur Mediatorem nobis esse à peccatoribus segregatum.

36. Et ecce Elizabet.) Domestico exemplo

Angelus fidem Mariæ in spem miraculi erigit. Nam si non potuit neque sterilitas, neque senectus Elisabeth obstat Deo quin ipsam faceret matrem, non est quod se amplius Maria intra visitatos naturae fines contineat, quando tale Diuina potentia specimen in cognita sua cernit. Sextum mensē disertē notat: quia quū mense quinto sentire soleat mulier vitalē factum, sextus mensis dubitationem eximit. Debuerat quidem Maria simplici Dei verbo sic acquiescere, ut nihil opus esset aliū de fidē adstrui: sed ne amplius vacillet, nouo hoc adminiculō promissionem suā dominus fulcire dignatur. Eadem quotidie indulgentia nos leuat ac sustinet: inquit etiā maiore, quo scilicet debilitor est fides nostra. Itaque ne dubia si nobis sua vertitas, testimonia quae ē nobis confirmant, hinc int̄. de afferit. Quomodo intercesserit cognatio inter Elizibeth, quae erat ex filiab. Aaron, & Mariam quae ex stirpe David orta erat, queritur. Atque etiam videtur id pugnare cum Legē, quia mulieres veterabat abnubere in alienas tribus. Quantum ad Legem spectat, si fuit res p̄cipit, tantum ea cōnubia veterabat quae hereditates misericere possent. Nullum verò tale periculum fuit, si qua ex tribu Iuda mulier sacerdoti nuberet, ad quem trāserri hereditas non poterat. Eadem etiam ratio fuit, si qua ex tribu Leui mulier extra gētem suam elocaretur. Fieri autē potest ut originē diceret sancta Virginis mater ex tribu Aaron, atque ita consanguinitas esset eius filia cum Elizibeth.

37 Non erit impossibile apud, &c.) Si verbum in p-

pria & nativa significatione accipere libeat, sensus est facturum esse Deum, qui quid promittit: quia nullum obstaculum par sit eius virtutē, & tale erit arguimentum, Hoc pollicitus est Deus, ergo præstabilit̄: quia nulla contra eius verbū impossibilitas obici debet. Sed quia verbum secundum linguam Hebraicę phrasim pro re plerunque capitur, simpliciter exponere licebit, nihil Deo esse impossibile. Quanquam semper tenendum est axioma, peruersus eos vagari qui de potentia Dei imaginantur extra verbum, si quid visum est: quia sic consideranda est eius imminētā, ut iper & figurā nobis sit materia. Iam verò non temere solū & inutiliter, sed etiam periculose disputatur quid sit Deo possibile, nisi simul occurrat quid ipse velit. Porro facit hic Angelus quod passim follet Deus in Scriptura: non per dum generalis doctrina speciem vnam promissionis confirmat. Atque hic verus est rectusque generalis doctrina: vta, dum promissiones illī sparsas ad rem prætentē applicamus, quoties anxiū sumus & perplexi, quācū enī manent indefinitae, fit gent. Porro nostrum est quod Dei potentiam Maria Angelus prædicat: cuius diffidunt fidem promissionibus ut plurimum detrahit. Verbo fatentur omnes omnipotentē esse Deum: interea si quid promittit opinione nostra maius, hæsitamus. Vnde id, nisi quid nihil plus illi tribuimus, potētia quā sensus i' oltri capiū? Ideo Paulus ad Rom. ca. 4. d. 20. fi. em. Abram laudans, dicit illum deditile gloriam i' eo, quod implere posset, quicquid promiserat. Et alibi quū de spe vita aeternae agitur, Dei potentiam sibi proponit. Scio, inquit, cui crediderit, quod potens sit depositum meum seruare. Videtur quidem hæc exigua esse fidei portio, quod nemo, quantumvis impius, Deo palam omnipotens titulum deroget. Verū qui probet & penitus infixam in corde suo habet Dei potentiam, reliqua fidei impedimenta facilem̄ superabit. Norandū tamē, men est, potentiam Dei vera fide effectualē, ut ita loquar, apprehendi. Potens enim est atque agnoscit vult Deus, ut ipso opere veracem fide demonstret.

38 Ecce ancilla Domini.) Non permittit sibi sancta Virgo ultra disputare: nec tamen dubium est quin obrepere multa potuerint quæ temorā: incipient illius fidei, inq[ue] eius animū proflus ab Angelī sermone auerteret. Sed ansa præcidens contraria rationibus, scipiam in obsequium cogit. Atque hæc vera est fidei probatio, cū cohíbemus mentes nostras, & velut captivas tenemus, ut hoc vel illud Deo opponere audeant: sicuti rursum in fidelitatis mater est disceptandi licentia: Nec leue his verbis inest pondus, Ecce ancilla Domini, se enim totam offerit Deo & addicit, ut ille iure suo liberè vtar. Subducunt enim se incredulit̄ ab eius manu, & quantum in se est, opus eius impediunt. Fides autem nos sicut Deo, ut præstolū sumus ad parentū. Quod si ideo ancilla Domini si it sancta Virgo, quia obedienter eius in pericolo se subiecit: nulla deterior cōunacia est quā fugitado, illi negare quod meretur ac posulat obsequium. Denique ut sola fides nos in origeros Deo seruos reddit, & tradit in eius potestate, ita infidelitas rebelles & trans fugas facit. Fiar mibi. Bisartam exponi potest hoc membrum, vel quod uno cōextu se Deo resignare ac tradere pergit. Ego simpliciter interpretor, quod de virtute Dei perfusa libenterque sequens quod vocat, simul promissio-

ni eius subscriptis: atque ita effectū non modò exceptat, sed etiam cupidè experit.

MATTH. MARC.

LVC. I.

- 39 Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione in cuitatem Iuda,
 40 Et intravit in domum Zacharie, ac salutavit Elisabeth,
 41 Et factum est, ut audivit Elisabeth salutationem Mariæ, salijt infans in utero illius, & repleta est Spiritu sancto Elisabeth,
 42 Exclamauitque voce magna, & dixit, Benedic tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.
 43 Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?
 44 Ecce enim ut facta est vox salutationis tua in auribus meis, salijt pregaudio infans in utero meo.
 45 Et beata quæ credidit: quia complementum erit ihsus quæ dicta sunt illi à Domino.

39 Exurgens autem Maria.) Profectio hæc cuius meniuit Lucas, testatur non euanienda fuisse Mariæ fidei: quia non difflituit vñā cum Angeli conspectu Dei pionissimo, sed eius animo insidet. Festinatio autem serij ardenterque affectus testis est. Inde colligere licet, posthabitatis omnibus aliis rebus hanc Dei gratiam à Virgine fuisse aestimatum ut par erat. Quæri tamen potest quo consilio suscepit iter illud. Certum est non simpliciter inquirendi causa venisse, quia non minus Filium Dei in corde suo per fidem quam in utero conceptum souebat. Neque etiam quibusdam subscribo qui gratulandi causa venisse putat. probabilius n. mihi videatur, partim augendæ confirmandoque fidei suæ, partim illustranda vltro citróque gratia Dei habitam ab ea fuisse rationem. Nec verò est cur absurdum ducamus, quæsitam ab ea fidei confirmationem fuisse ex miraculi conspectu, quod Angelus non frustra illi in medium propofuerat. Nam eti nudo verbo Domini contenti sunt fideles: nihil tamen interea operum eius negligunt, quod sentiunt ad fidei suæ adminiculum valere. Præterim verò Maria oblatum sibi adminiculum amplecti debuit nisi respuere veller quod Dominus vltro illi dederat. Deinde mutuus conspectus tam ipsam quam Elisabeth accendere potuit ad maiorem gratitudinem, sicuti ex contextu patet. Fuit enim magis conspicua & insignis Dei virtus in vno duplicitate gratia intuitu: quia ipsa comparatio non parum lucis addebat. Ceterum non exprimit Lucas quænam fuerit vrbis in qua Zacharias habitabat: sed tantum cōmemorat pertinuisse ad tribum tuda. deinde sitam fuisse in regione montana. Vnde colligitur, longius abfuisse ab oppido Nazareth quam Hierosolymam.

41 Ut audiuit salutationem.) Natruale est ut ad subitum gaudium moueat se fetus in utero grauidæ mulieris: sed Lucas aliquid extraordinarium notare voluit. Quanquam nihil ad rem attinet argutus quæstionibus nos intricare, an senserit infans Christi præsentiam, an sensus hic fuerit pictatis, potius hoc vnum sufficiat, arcano Spiritus motu infantem salisse. Nec sanè propriū illi sensum tribuit Lucas: sed magis significat hæc Diuina in matre ipsa operationis fuisse partem, quod infans exultauit in utero eius. Quod dicit Spiritu sancto repletam: sensus est, Spiritu propheticō præter consuetum morem repente donatum esse. Neque enim prius Spiritus donis vacua erat: sed tunc longè vberior vis & insolita

aparuit.

42 Benedicta tu.) Videtur in pari gradu Mariam & Christum locare: quod minime consentaneum foret. Sed ego libenter eorum sententiam admitto, qui in secundo membro causam reddi putant. Vltatum enim est, copulam sumi vice particulae causalis. Benedictam ergo cognatam suam prædicat Elisabeth, propter filii benedictionem. Etsi autem prima non fuit Mariæ felicitas, Christum in utero geltare: inò ordine posterior est ista dignitas, quam Spiritu Christi renasci in nouam vitam: meritò tamen vocatur benedicta, quam Deus singulari isto honore dignatus est, vt Filium suum, in quo spiritualiter erat regenita, mundo pareret. Et hodie celebrari nequit alia nobis per Christum benedictio, quin simul occurrat quam honorifice Mariam ornauerit Deus, qui vnigeniti Filii sui matrem esse volunt.

43 Unde hoc mihi.) Notanda est ista moderatione, quod Elisabeth eximias in Maria gratias Dei reputans, iusto eam honore prosequitur. neque tamen sublimius quam deceat extollit eum Dei iniuria. Nam (quæ ingenita est mundo prauitas) pauci sunt qui non altero ex duobus his vitiis laborent: quia alij sibi vltra modum placentes, vt soli emineant, dona Dei malignè spernunt in fratribus suis: alij verò homines adeò superstitione extollunt, vt idola sibi in illis fabricent. hinc factum est vt Christo velut in subsellium redacto, prima sedes Mariæ tribueretur. Contrà, Elisabeth in ea celebraunda adeò non obscurat Dei gloriam, vt potius ad Deum omnia referat. Interim tamen, quia sibi & aliis prælatam agnoscit, superioreni gradum illi non inuidet. plusque sibi quam debeatur concedi modestè prædicat. Quod Mariam appellat Domini sui matrem: notatur persona vnitatis in duabus Christi naturis: ac si dixisset, eum qui genitus est mortalis homo in utero Mariæ, simul æternum esse Deum. Tenetum enim memoria est, non loqui ex proprio sensu mulierculam, sed tantum proferre quæ Spiritus sanctus dictauit. Propriè autem conuenit hoc nomen Filio Dei in caro manifestato, cui data est à Patre omnis potestas, &c. qui ordinatus est sūmus cœli & terræ principes, per cuius manum Deus omnia gubernet. Fidelium tamē maximè dominus est, qui se eius imperio sponte & placide submittunt: neque enim caput est nisi corporis sui. Ideo dicit Paulus, Quās, uis multi vocentur dominini in mūdo, nobis tamē, hoc

hoc est fidei domesticis, vnicum esse dominium. Porro quoniam istam Dei gratiam de qua loquitur, amplificat ex subito motu infantis quem vetero gestabat, non dubium est quin restari velit se aliquid supernaturale & Diuinum sentiri.

45 Beata que credidit. (v. 1) Quando ex superiori Luca testimonio constat, arcano Spiritus impulsu loquitur eis Elisabeth, ille spiritus est qui Mariam, eo quod credidit, beatam esse pronuntiat, & Mariæ fidem laudando, generaliter admonebit, ut sit ita verum hominum sollicitus. Felix Maria, quæ Dei promissionem corde amplexa, sibi totique mundo salutem concepit ac peperit. Hoc illi speciale: sed quia nulla nobis iustitia & vita, aut nullius boni guita suppetit, nisi quantum verbo suo Dominus offert, vna est fides quæ ab extrema inopia & miseria erectos vera felicitatis nos facit compotes. Et magnum pondus inest huic mēdro, Quia complementum erit omnibus, quæ dicta sunt. sensus enim est, fide locum dari promissionibus Diuinis, ut suum in nobis effectum obtineat. Certum quidem est non pereire ex hominum arbitrio Dei veritatem, quoniam potius verum est illud, Deū perpetuò veracē manere: quamvis totus mundus (qui incredulū scit ac mēdax) illius fidē labet-

factare conetur, sed quia indigni sūt increduli qui promissionū fructum percipiunt, ideo docet Scriptura, fide tantum efficaces esse in salute nostram. Offerit enim Deus sua beneficia promiscue omnibus: fides autem finum ad ea recipienda expandit; incredulitas autem excidere patitur, ne ad nos vñque perueniant. Si qua fuisse Mariæ incredulitas, obstare tamen Deo non poterat quin opus suum completeret alio quo visum esset modo. Sed beata dicitur, quæ oblatam sibi benedictionē fide recipiens, Deo viam patefecit ad compleendum opus suum, sicuti rursum incredulitas ianuā illi claudit, manūque eius ab opere arctet, ne salvificam sentiant qui ipsam fraudant virtutis suæ laude. Notanda est etiam relatio inter verbum & fidem: unde colligimus quid sit credere: nē, dum loquenti Deo subscripti, certoque statuimus, quod nobis promittit factū esse. Particula, A Domino, tantundem valet atque ex parte Dei, ut vulgo barbari loquuntur. Promissio enim per Angelum allata fuerat: sed prodierat à solo Deo. Unde colligimus, siue Angelorum siue hominum ministerio vtatur Deus, velle tamen non minus honoris verbo suo deferri quam si palam ipse e ceclo descenderet.

L V C. I.

MATTH. MARC.

- 46 *Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum,*
 47 *Et exultauit spiritus meus in Deo seruatore meo:*
 48 *Quia respexit ad humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes:*
 49 *Quia fecit mihi magna, qui potens est, et sanctum nomen eius.*
 50 *Et misericordia eius in progeniem et progeniem timentibus eum.*

Nunc resurget insigne & memorabile sancta Virginis canticum: ex quo clarè apparet quanta Spiritus gratia excelluerit. Tria autem sunt huius canticī membra. Primitū enim Maria, quā in se expectata erat Dei misericordia, solenni gratiarum actione celebrat. Deinde generalibus elogii Dei potentiam & iudicia commendat. Tādem ea accommodat præsenti cause, vbi de redēptione olim Ecclesie promissa & iam præstata disserit.

46 Magnificat anima. Hic gratitudinē suam testatur Maria, quemadmodum noper diūtum est. Quia autem plerunque hypocrita plenis buccis, nullo cordis affectu, Dei laudes cantant, dicit Maria se ex interiori animi sensu laudare Deum. Et certè nihil aliud quam sacrū Dei nomen profanant qui non ex animo, sed lingua tātum prædicant eius gloriā. Porro quoniam voces Animæ & Spiritus variè sumuntur in Scriptura, simul tamen cōiuncte duas animæ præcipue facultates denotant. Spiritus enim pro intelligentia capit, Animus autem pro sede affectuum. Ut tencamus sanctæ Virginis mentem, notandum est, quod secundo loco hic ponitur, ordine prius esse. Nam ut ad laudandum Deum incitetur hominis voluntas, præcedat spiritus exultatio necesse est: quemadmodum Jacobus docet, Lætatur quis? psallat. Tristitia enim & anxietas tum animum constringunt, tum linguam impeditur à celebranda Dei bonitate. Ergo vbi gaudio exultat in Maria, cor in laudem Dei erumpit. Nec abs re Deo tribuit epitheton Seruatoris quoniam de cordis sui lætitia loquitur, donec enim agnitus fuerit Deus Seruator, nūquā in verum & liberum gaudium soluentur hominū

mentes, sed perplexè & sollicitè hærebunt. Itaque folias est paternus Dei lauor, & ex eo manas salus, quæ nos lætitia perfundunt. In summa, hoc primū est, ut gloriari possint fideles salutem libi in Deo servit, alterum deinde sequi debet, ut beneficium Patrem experti gratias illi agat. Nomen σωτῆρος plus Græcis significat quam Latinis Seruator, neimē qui non semel tantum liberat, sed perpetuę salutis autor est.

48 Quia respexit. Exponit cur in Deo fundatum habeat cordis sui gaudium: quia scilicet gratitudinē respecta ab ipso tuerit. Humilem enim se vocās, dignitate omni se abdicat, ut gratuitæ Dei bonitati adscribat totam gloriam Materiam. Neque enim (ut sultè putarunt indocti & barbari homines) humilitas hic summisionem, vel modestian, vel animi habitum significat: sed tantundem valet ac vilis abiecta, tāque cōditio. Sensus ergo est, quod ignobilis eram & contempta, id non obstatit Deo quo minus dignatus sit ad me oculos suos conuertere. Quod si Mariæ humilitatis excellētū opponitur, quemadmodum & res ipsa clamat, & ex Græca voce liquet (videmus ut Maria seipsum exinanient, Deum vnum extollat). Nec verò ficta hoc humilitatis præconium fuit: sed simplex & ingenua eius, quam animo insculptam habebat, persuasionis confessio. Nam & nullius erat coram mundo pretij, & ipsa nihilo pluris se estimabat. *Ex hoc tempore beatam* Significat, memorabile seculis omnibus fore hoc Dei beneficium. Quod si tam insigne est ut paucim omnium ore prædicari debeat, ipsi Mariæ in quā collatum fuit, de eo silere minime fas est. Ob-

b. ij.

serua autem Miriam nihil in sua felicitate pone-
re nisi quod sibi diuinitus datum esse agnoscit, et
iulque gratia acceptum refert. Beata, inquit,
censebor per omnes etates. An quia sibi propria
virtute vel industria laudem hanc quaesierit? Quin
potius solus Dei opus commemorat. Vnde
perspicimus quantum ab ea distent Papistæ, qui
manibus suis figurantis eam temere ornantes,
quicquid accepit bonorum à Deo, ferè pro ni-
hiilo habent magnificos, inò plusquam superbos
titulos affatim congerunt: quòd sit regina cœ-
li, stella salutis, porta vitæ, dulcedo, spes & sa-
lus. Quinetiam eò impudentia & furoris ipsoſ
propriuit Satan, vt imperium illi in Christum
traderent: hac enim est eorum cantilena, Roga
Patrem, iube Natum. Nihil horum à Domino
protectum esse quin liquidò constet, omnia
vno verbo sancta Virgo repudiat, dum totam suā
gloriam in Dei beneficiis statuit. Nam si hoc
vno tantum nomine celebranda est, quòd Deus
magnifice cum ipso egit, scitissimis titulis, qui a-
liunde proveniunt, nullus relinquit locus. Adeo
quòd nihil illi magis probrosum est, quād Filio
Dei eripi quod suum est, ut sacrificiis eius spoliis
ipsa induatur. Eant nunc Papistæ, & nos in
Christi matrem iniurios esse claiment, quia reie-
ctis hominum mendacis, tantum Dei beneficia
in illa prædicamus. Atqui quod ei maximè ho-
norificum est, nos concedimus: isti verò præpo-
steri cultores detrahunt. L' benter enim ea ample-
ctetur magistrum, eisque doctrina & præceptis
obtemperamus. Certè non obfcurum est quid hic
dicat: quo poſthabito & velut calcato, fidem eius
dictis, quantū in se est, abrogant Papistæ. Nos ve-
rò meminimus communem hic in laudandis tu
Angelis tum hominibus præscribi regulam, vt in
illis celebretur Dei gratia: sicuti etiam nihil omni-
nino est laudabile quod non inde prodierit. Quā
dicit, Deum qui potens est secisse magnifica, li-
gnificat Deum non alieno subſilio suis adiu-
tum, vt ſola eius potentia emineat. Iam reperen-
dum est quod prius dixit ſe ſuſic respectam quan-
uis abiecta & cōtemptibilis foret. Vnde sequitur
præposterior & adulterinas esse Maria laudes, quibus
non in ſolidum exollitur Dei potētia & gra-
tuitus favor.

49. *Et ſanctum nomene eius.*) Hæc est secunda
pars cantici, in qua generalibus sententiis sancta
Virgo Dei virtutem, iudicia & misericordiam cō-
mendat. Neque enim vno contextu hoc membrum
cum superiori, ſed ſe ſolum legi debet. Extulerat
Maria quam in ſe experta erat Dei gratiam. Hinc
ſumpta occaſione exclamat, ſanctum esse eius no-
men, & misericordiam eius omnib. ſeculis vige-

re. Porro ſanctum vocatur Dei nomen, quia rever-
entiani ſummam meretur: vt quoties Dei fit mē-
tio, ſimul veneranda eius maiestas in medium pro-
deat. Proxima ſententia, ubi laudat perpetuas
mifericordias Dei, ex ſolenni pacti formula ſum-
pta est, *Ero Deus tuus, & ſeminis tui in ſeculum.* Gen. 17. b. 7.
Deut. 7. b. 9.

item, *Ego sum Deus faciens mifericordia in mi-
le generationes.* Quibus verbis non modis testa-
tur ſe perpetuo fore ſui ſimilem: ſed contumum
fauorem expiavit, quem erga ſuos prosequitur,
vi poſt eorum mortem, filios & nepotes, totam-
que ſobolem diligit. Sic continuo amoris tenore

prosequutus est Abraham posteris: quoniam patrē
Abraham ſemel in gratiam complacuit, aeternum
cum ipſo ſeedus pepigerat. Sed quia nō omnes qui
descendunt ex Abraham ſecundum carnem, genui-
ni ſunt Abraham filii: promiſſionis effectum reſtrin-
git Maria ad vetos Dei cultores: quenadmodum
& David Psal. 103. c. 17. Mifericordia domini à fe-
culo viſque in ſeculum ſuper tinentes eum & iu-
ſtitia eius in filios filiorum: iis qui cuſtodiunt ſeedus
eius, &c. Sic ergo neus Sanctorum filiis miſer-
icordem ſe per omnes etates fore promittit, vt
nullam tamē hypocritis vanas &
iaſtantias, qui falſo, gratia Dei prætextu, ſine fide,
inſtitati ſunt. Vniuersale quidem ſalutis ſeedus
pepit Deus cum genere Abraham: ſed quenadmo-
dum lapides pluia irrigati non mollescunt,
ita increduſis obſtitut ſua duritiae ne ad eos pene-
traret promiſſa iuſtitia & ſalus. Interim Deus, vt
ſtabilis rataque eſſet ſua promiſſio, ſemen aliquod

ferauit Sub timore Domini comprehenditur to-
ta pietas & religio: qua ſine fide cōſtare non po-
teſt. Verum hic poterit obici quæſio, Quorū ſum
attinet vocari Deum miſericordem, ſi talem ne-
mo eum ſentit, niſi qui eius gratiam promeretur?
Nam ſi dei miſericordia eſt ſuper tinentes eum,
pietas & bona conſcientia gratiam hominibus a-
pud eum conciliant, hoc autem modo eius gra-
tiam ſuis meritis homines præuenient. Ieſpondeo,
hane quoque eſſe miſericordia patrem, quòd
timore ſuſi & reverentiam piorū filiis deus in-
ſpirat. Neque enim hic notatur gratia initia,
quaſi deus ē cælo otiosus ſpeculetur quinam ea
digni ſint: ſed tantum hypocritis excutitur peruer-
ſa ſecuritas, ne deum ſibi obſtructum eſſe putent,
quia carnales ſunt Sanctorum filii: quād diuinis ſe-
deris longè alius ſit finis & diuera conditio, nepe
ſtaliquem ſemper in mundo populum habeat à
quo putet colatur.

MATTH. MARC.

LVC. I.

51. *Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos cogitatione cordis
iþorum.*
52. *Detraxit primates ex ſoliis, & exaltauit humiles.*
53. *Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanis.*
54. *Suſcepit Iſrael puerum ſuum, vt memor eſſet miſericordie:*
55. *Quenadmodum loquuntur eſt ad patres nostros, Abraham & ſemini
eius in ſeculum.*

51. *Fecit potentiam.*) Perinde valet ac si dixisset,
Potenter operatus eſt, Brachiū autem Dei omni-
bus aliis adminiculis opponiuit: ſicuti apud Ie-

fiam, capite 59. c. 16. Respxit deus, & nemo fuit
adiutor. Itaque ſalutem illi peperit brachiū eius,
& iuſtitiam ſuā pro ſulturā habuit. Intelligit ergo
María,

1.Pet. 5.b. Maria, Deum sua vnius virtute contentū, nullos adhibuisse operis socios, nullos vocatē ad openi sibi ferendā. Quod continuo pōlt sequitur de superbis, videri potest additum ob duas causas: tū quia nihil proficiunt superbi, qui gigantum more Deo reiħitere conantur: tum quia non explicat Deus brachij sui potentiam nisi in salutem humilium: superbos verò, qui sibi multum arrogant, deicit. Quō pertinet illa Petri exhortatio, Humiliāmī sub potenti Dei manu, &c. Est autem notata digna loquatio, dispergi superbos cogitatione cordis. Nam vt in manus est corū superbia & ambitio, vt est cupiditas insatiabilis in capiendis cōfiliis quasi immensam molem coagulant: atque, vt uno verbo dicam, adificant turrem Babel. Nam minimē contenti stulte hoc vel illud supra vires tentasse, nouas subiuste insanæ audaciae consultationes prioribus accumulauit. Postquam Deus aliquandiu tacitus ē cælo derisus præclaros eorū apparatus, totam illam congeriem repente dissipat, quemadmodum si quis diruto adificio, que prius firma solidaque commissura inter se compacta erant, in plaga diversa longè dispersat.

52 *Detraxit primates.*) Ita vertere placuit, vt tollatur ambiguitas. Nam etiū d' *vagat* Gracis vocantur à potentia, sunt tamen præfecti & summi magistratus. Potentes vero, multi participium esse putant. Eos detrahi ē solis prædicta Maria, vt in eorum locu, nō euehantur obscuri & ignobiles. ita Dei prouidentia & iudicis tribuit quod prophanii homines vocant Iudum Fortunæ. Sciamus tamen non tribui Deo absolutam potentiam, vt tyrannico imperio homines, tanquam pilas, agitent ac verset sursum deorsum, sed iultam gubernationem, cui subest optima ratio, sicut nos saepè fugiat. Non enim Deum obleuant mutationes, vt per ludibrium in sublime attollat quos protinus deiceat statuerit: sed rerum statum potius conuertit ho minum prauitatem: quia nemo in eius arbitrio & manu positam esse agnoscit, cuiusque fortem, qui vero eminent supra alios, non modò contumeliosè & crudeliter insultant proximis suis, sed etiam ferociter contra suæ altitudinis autorem. Ergo vt reipla discamus, quicquid altum est in mundo, & excellit, Deo subiecti, totumque mundum eius imperio regi, alij tolluntur in sublimem honori gradum, alij autem labuntur ex suis solis, vel præcipites cadunt. hanc mutationum causam & finem assignat David, Psal. 107. d.20. & Daniel 2. c.21. Videmus sanè vt prater modum insolecant mundi principes, vt diffluant in luxuriam, vt turgent superbiam, vt eos prosperæ fortunæ dulcedo inebrerit. Tantam ingratitudinem si ferre nequeat Dominus, nihil mirum hinc sit vt pletunque non diu maneant stabiles quos Deus in sublime extulit. Iam rursus regum & principum splendor hominum vulgus obstupescit, vt pauci superius aliquod numen esse cogitent. Quod si ex vetero sceptrum afferent secum principes, & continua esset regnorum stabilitas, statim euansceret omnis Dei & eius prouidentia notitia. Dominus ergo, humiles in sublime tollens, mundi superbiam quasi in triumpho traducit, & simul ad simplicitatem ac modestiam erudit lulos. Nunc tenenus quorū dicat Maria, Deum esse qui proceres deiicit ex solis, & infimos exaltat: nempe vt doceat, non causa fortunæ impetu volui & rotari mundum, sed, quæcumque cernuntur conuersiones, Dei

prouidentia accidere. deinde ipsum Deum summa æquitate moderari qua totum mundi ordinem turbare & pervertere iudicia videntur. quod proximo versu melius confirmat, Esurientes (inquit) replevit bonis, & diuites dimisit inanes. Nam hinc colligimus, non per se, sed ex causa mutationes placere Deo: quia scilicet magni & diuites & potentes saturatæ sua inflati, sibi arrogantioria: ipsi autem Deo nihil faciunt reliquum. Quare sedulò cauendum est ne rebus prosperis efferaur. Cauda etiam ventosa carnis saturitas, ne subito nos Deus exinaniat: piis verò qui egestatis suæ cœcij & quasi famelicí ad Deum suspirant, non parum soluti affert hæc doctrina, quod Deus esurientes bonis impletat.

54 *Suscepit Israel.*) Hoc postremo membro generales lententias accommodat Maria ad circūstantiam præsentem. Summa autem est, Deū nunc quam olim pollicitus salutem sanctis Patrib. fuerat, præstisset, sed primum in verbo concipiendi concinna est metaphora. sic enim collapsus erat populi status, vt nulla vulgo spes esset posse integrū restituti. Suscepit ergo dicitur Israel, quia Deus porrecta manu prostatum & tacentem erexit. Religio innumeris modis contaminata erat: in publica doctrina nihil certè sincerum: Ecclesiæ regiūnus plus quam confusum, nūl aliud quām immanem barbaricæ spirabat, pollicitus ordo eversus populi corpus Romani & Herodes, quasi feræ bellicæ lanianterant, quo illustrior fuit instauratio, quam reb. adeò perditus sperare illis non licebat. Pueri nomē hīc tan pro filio, quām pro seruo potest accipi: posterior tamen significatio magis cōuenit. Et seruus Dei vocatur hoc loco Israel (sicuti in aliis compluribus) quia in Dei familiam receptus erat. *Vt menor esset.* Causam reddit Maria cur procluvis ruinam populus à Deo receptus fuit, iūd̄e cur Deus iam collapsum erexerit: nempe vt in eo feruando misericordia sua specie in ede ret. Nomūnatim tamen exprimit, Deū misericordia recordat: cuius visideri poterat quodammodo oblitus, quum populum suum tan miserè vexari affligique sineret. Vt statim enim est affectus Deo tribui, prout ex reipsa homines vel iratum sibi vel propitiū colligunt. Quia verò Dei misericordiam non concipiunt humanae mentes, nisi quatenus eam verbo suo offert, ac testatur: hīc se & alios ad promissiones reuocat Maria, Deūmque in illis feruandis fidum ac constantem fuisse docet. Hoc sensu frequenter vocatur Deus benignus & verax, quia nunquam de paterna eius erga nos benevolentia statuere licebit, nisi verbum, cuius se vinculo nobis obstrinxit, memorie nostræ occurrat, &, quasi in medio positum salutem nostram cum Dei bonitate indiuiduo nexu copulet. Ceterū isdem verbis ostendit Maria gratitudinem fuisse quod cum Patribus fœdus olim Deus pepergat: quia promissum illuc salutem ex mera misericordia, tanquam ex fonte, deriuat. Atque hinc colligimus probè fuisse in Scriptura doctrina exercitata. Erat quidem vulgo tunc communis Messiae expectatio: sed pauci fidei in tā sincera Scriptura notitia fundatam habebant.

55 *Abrahæ & semini.* Si appositiū legas, videatur absurdā esse casus mutatio. dicendum enim erat potius, Ad Abraham, & semen eius, sed meo iudicio non est simplex appositiō: quia non tantum designat Maria qui fuerint patres illi, ad quos

loquitur est Deus: sed promissionum vini & effectum ad omnes posteros extendit, qui modo genuinam sint Abraham: semen. Vnde etiam sequitur de solenni fœdere agi quod cum Abraham eiisque familia specialiter percussum fuerat. Nam aliae promissiones, que Adæ & Noe & aliis datus fuerant, promiscue ad omnes gentes spectabant. Ceterum ut multos carnales Abraham filios sua in-

credulitas abscondit, & quia degeneres fuerint, prorsus alienati sunt à domino Abraham: ita nos, qui extra nei eramus, fide insiti, censemur verum Abraham: semen. Teneamus ergo, sic loquutum esse olim Deum Patribus ut ad posteros quoque pertineat oblati illis gratia. Deinde fide, Gentium omnium factam esse adoptionem, ut spirituales sint Abraham filii qui natura non erant.

MATTH. MARC.

LVC. I.

- 56 Mansit autem Maria cum illa circiter mensibus tribus, & reser-
sa est in domum suam.
 57 Ipsa autem Elisabeth impletum est tempus pariendi: & peperit filium.
 58 Et audierunt vicini & cognati eius quod magnificè Dominus sua misericordia Iesus esset erga illam, & gratulabantur ei.
 59 Et factum est in die octauo ut venerint ad circuncidendum puerum,
& vocabant eum nomine patris sui Zachariam.
 60 Et respondens mater eius dixit, Nequaquam sed vocabitur Iohannes.
 61 Et dixerunt ad illam, Nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc
nomine.
 62 Innebant autem patri eius, qui vellet vocari eum.
 63 Et postulatis tabellis scripsit, dicens, Iohannes est nomen eius. Et mi-
rari sunt vobis.
 64 Apertum est autem os eius illico & lingua eius, & loquebatur be-
nedicens Deum.
 65 Et accidit timor super omnes vicinos eorum, & in tota montana
regione Iudeæ diuulgabantur omnia verba haec.
 66 Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes, Quid-
nam puer hic erit? Et manus Domini erat cum ipso.

Vel, Quic-
knam.

Summa huius historiæ est, insignem fuisse Iohannem natuitatem variis Dei miraculis, quæ magnu[m] aliquid & singulare de infante ipso in futurum iep[er]t promitterent. Voluit enim eum Dominus ab utero raris insignibus ornare, ne obscurus postea & tanquam vnum quilibet ex vulgo, ad execundum Prophetæ munus prodiret. Primo narrat Lucas Mariam fuisse ad tres ferme menses cum sua cognata: nempe vsq[ue] ad diem partus, probable enim est non aliam fuisse tantæ moræ causam, nisi ut diuinæ gratiæ spectaculo frueretur, quæ illi propofita ab Angelo fuerat in fidei confirmationem.

58 Audierunt vicini & cognati.) Dubitari potest, ex solâ benedictione gigñenda, sobolis magnificam Dei gratiam astimauerint isti homines, an vero prius audissent apparuisse Zachariæ Angelum, qui filium illi pollicitus esset. Erat certè hoc beneficium Dei non vulgare, quod præter naturæ ordinem sterilis mulier exacta iam aetate peperisset. Potest ergo fieri ut hac tamquam de caula diuina bonitatis magnitudinem extulerint. Porro die octauo officij quidam & humanitatis causa (ut fieri solet) conueniunt: sed hac occasione vitur Deus, ut virtutis sua & gloria testes ac spectatores faciat. Nec vero dubium est quin maior ad extraordinarium partum concursus hominum factus sit. Portentis loco habuerant vetulam & sterillem repente videre grauidam: nuc vbi natus est puer, renouatus & augetur aduiratio. Colligimus ex Luca verbis, quanuis domi circunciderent suos infantes, non tam id facere solitos sine hominu[m] frequencia & conuentu: idque meritum, nam quum esset commune Ecclesiæ sacramentum, non debuit claus vel priuatum administrari.

59 Vocabant eum patris nomine.) Scimus initio imposita fuisse hominibus nomina, vel ex rerum eventu, vel etiam propheticò instinctu, ad notandum aliquod arcanum Dei opus: sed postea longo temporis successu, quum vberior esset nominum copia quam ut noua quotidie fungi commodè posset, contenti vetustis nominib. & iam receptis, maiorum nomine posteros vocarunt. Sic ante patrem Iohanniss plures fuerat Zachariæ: & fortè hic ex filio Barachie originem traxerat. Scimus autem ut plurimum quod vnu[m] & consuetudine receptum est, pro lege haberit. Ideo contendunt isti homines morem qui inualuerat seruandum esse in nomine infantis. Ceterum ut nulla in nominib. statuenda est religio, ita piè & viliter delecula fidelib. hac in parte haberit nemo sanus negabit, ut scilicet nomina imponant filiis suis, que doctrina & admonitionis vice illis sint, deinde potius mutuentur ex sanctis Patrib. (ut filios suos ad illorum imitationem prouocent) quam accersant à prophætis.

60 Respondens mater eius.) Incertum est an oracula etiam edocta fuerit Elisabeth. Quanquam verisimile est, quum videret Zacharias se nimis in credendo tarditatis pœnam luere, vxori fuisse testatum per scripturam quod de nomine Angelus præceperat, aliqui non paruisserit Dei mandato. Portò cur nomen hoc baptistæ Diuinitus inditum fuerit, suprà exposui. Cognati, quanvis rationem non teneant, mouentur tamen rei nouitatem, præsertim quia non temerè hoc fieri contineant.

64 Apertum est os eius.) Deus natalem Prophætæ sui restituta patri lingua nobilitat, neque enim dubium est quin beneficiū hoc eo fine & cōsilii in

in diem illum distulerit, ut hominū oculos in Iohannem converteret. Dicitur Zacharias laudat̄ Deum, nō mod̄ testande gratitudinis causa, sed vt cognati & vicini penā illi uicti esse scirent, quia ad credendum nimis tarduerat. Neque enim ipsum puduit cū suo dedecore celebrare Dei gloriam. Ita p̄fūm om̄nibus innocentibus fortuit̄ aut vulgari more genitum fuisse infantem, sed celesti oraculo promissum.

65 Et accidit timor super omnes vicinos.) Timor hic cuius meminit Lucas, ex sensu diuinæ potestæ manauit, sic enim reverenter cōsiderāda sūr̄ Dei opera, vt serio nos afficiat. Nec verò Deus ludit in suis miraculis, sed hominū sc̄lū, quos torpere cernit, excitat. Dicit etiā Lucas sp̄partam eorū rerum fuisse famā in tota montana regione Iudea, quā quā multis nihil profuit, sic Dei virtute ad tempus iūisse tactos: quā quā docēdi munus obire ceperit Iohannes, pauci memoria tenebāt, quam admirabilis fuisse eius nativitas. Ceterum nō tātū eorū causa qui audiebant, voluit Deus harū rerum famā vulgari, sed vt seculis omnibus certius esset mira-

culum, quod tune p̄fūm celebre fuit. Interea cōmune ingratitudinis humānæ speculum hic nobis ante oculos ponitur. Nam quā tenaciter animis nostris hereant̄ res vanæ & frivolas statim elabitor & effluit quā per̄ etiō vigere debebat gratiarum Dei memoria. Nō loquitur Lucas de hominibus stupidis, vel feris Dei cōtemporibus, dicit enim eos posuisse in corde suo: hoc est sedulō ad hēc cōsideranda fuisse attentos. Et probabile est quodam fuisse in tēpore inmemores: sed major pars cōcepit timor paulo post abiecit. Notandum tamen est, eos minime aberrat̄ à scopo, quin ad futuram infantis excellētiā retulerunt quā videbant miracula. tale enim fuisse Dei cōsiliū diximus, vt postea Iohannes nō sine eximia cōmendatione prodiret. Quod dicit Lucas, Minūm Dei fuisse cum eo: sensus est, multis modis cōspicuum fuisse Dei gratiā, quā p̄ām ostēderet nō fore hominem gregarium. Et autem figurata locutio, exprimit non secus patefactam esse virtutem Dei quā si palam cōspecta esset eius manus, vt Deum pr̄sentem agnoscerē cuius promptum foret.

MATTH. MARC.

L V C. 1.

- 67 Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto, prophetauitque dicens,*
68 Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptiōnem populo suo:
69 Et erexit cornu salutis nobis in domo David pueris sui,
70 Sicut loquutus est per os sanctorum, qui à seculo fuerunt, Propheta- rum suorum,
71 Salutem ex iniiciis nostris, & de minu omnium qui oderunt nos:
72 Ad prestantam misericordiam erga Patres nostros, & memoriam habendam Testamenti sui sancti,
73 Secundum iurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, ad dandum nobis,
74 Ut sis timore de manu inimicorū nostrorū liberati, seruiamus illi:
75 In instanti & iustitia coram ipso cunctis diebus vite noſtre.

67 Zacharius repletus est Spiritu.) Quid valeat hēc locutio, nuper dictum est, nempe donari vbi- riore Spiritus gratia seruos Dei, qua ramen aliās vacui non erant. Sic Propheticus datum esse Spiritum legimus, non quōd per interualla ipso carent, sed quia eius vis se pleniū in illis exeruit quoties ad munus suum peragendum, quasi Dei manus in lucem producunt̄ sunt. Itaque notanda est duorum meinbrorum connexio quam ponit Lucas, quōd repletus sit Spiritu sancto & prophetisa- verit. Significat enim tunc pr̄ter morem diuinatus fuisse afflūtum, vt non loqueretur humanitus quasi priuatus quispiam, sed celestiter tantum do-ctrinam proferret. Sic & Paulus prophetiam cum Spiritu coniungit, primā ad Thess., s.d. 19. Spiritum nolite extinguere, Prophetias ne spernite, vt sciamus doctrinę contemptu extingui Spiritus lu-cem. Meinorabilis autem fuit hēc Dei bonitas, quōd Zacharias non tantum redditā fuit loquendi facultas qua per nouem menses orbatus fuerat: sed eius lingua facta est Spiritus sancti organum.

68 Benedictus Dominus.) Orditur Zacharias à gratiarum actione: sed propheticō Spiritu cele- brat impletam redēptionem olim in Christo promissam, vnde salus & felicitas Ecclesia pen- debat. Cur Deum Israel nominet, cuius imperio

subest totus mundus, ex contextu melius patebit: nempe quia semini Abrahæ specialiter promissus fuerat Redēptor. Quia ergo Deus tantū in vna genti fēdus suū depoluerat, de quo verba facturus est Zacharias, meritò nomē gentis illius exprimit, cui propriè, vel saltem primo loco, definita erat salutis gratia. In verbo visitandi subest tacita antīthesis: quoniam à miseriis Abrahæ filii Dei facies ad tempus fuerat auersa. Nam eō calamitatis delapsi erant, & tanta malorū congerie obruti, vt nemo à Deo respici putaret. Porro hēc Dei visita- tio, cuius meminit Zacharias, tanquā causa & prin- cipium redēptionis ponitur. Quare ita resolute, Deus populum suum respexit, vt redimeret. Quā autē captiuos esse oporteat quos Deus redimit, & hoc redēptionis genus spiritualē sit, inde colli- gimus ne sanctos quidem Patres liberos fuisse à peccati iugo & mortis tyrannide, nisi per Christi gratiam. Sancto enim & electo Dei populo Chri- stus dicitur missus redēptor. Sed si allata tūc de- mun à Christo fuit redēptio quām carne indu- tus apparuit, sequitur, fideles qui ante eius aduen- tum mortui sunt, tota vita peccati & mortis fuisse seruos, quod valde absurdum esset. Respōdeo, vīm & effectū huius redēptionis, quā semel in Christo fuit exhibita, seculis omnibus fuisse communem.

69. *Erexit cornu fulvis.* Hoc est, saluificani potentiā. Dicēto enim folio Dauidis & dissipato populo, spes salutis in specie conciderat. Porro aliquid Zacharias ad Prophetatum vaticinia quibus subita in rebus deploratis ac perditis instauratio promittitur, immo hæc locutio ex Psalmo 132 d. 7. sumpta est, vbi habetur, illuc oriri faciam cornu Dauidi, paraui lucernam Christo meo. Quod si Deus non nisi in Christo potentiam suam ad nos seruandos exeruit, hinc nefas est villo modo defletere, si diuinus seruari cupimus. Obserua autem, fidelibus salutare esse cornu quod impiis terrificum est, vt eos dissipet, vel prosternat ac conterat. Dauidem seruum Dei nominat, non simplificiter quia Deum coluerit, vt unus quilibet piorum: sed alio respectu, quod scilicet delectus fuerat regendo seruandoque populo minister, vt Christi personam ac vices cum suis successoribus gereret. Etsi autem nullum tunc residuum erat apud Iudeos regni vestigium: quia tamen in Dei promissiones recumbit Zacharias, Dauidem vocare Dei ministrum non dubitat, in quo Deus specimen ediderit futurum salutis. Vnde sequitur, tunc nobis Christum re ipsa constitui salutis auctorē, dum illi inter nos solium erigitur, vnde nos gubernet.

70. *Sicut locutus es.* Ne propter nouitatem dubia sit salus quam à Christo allata prædicat, testes eius citat omnes Prophetas, qui diuersis temporibus excitat, vno tamen consensu docent sperrandam à solo Christo salutem esse. Neque enim tacitum Zachariae consilium est, fidem & constantiam Dei laudare, quia præsterat atq[ue] impletat quod olim promisit, sed potius ad vetusta oracula recuperare voluit fidèles, quod certius & alacrius amplectentur oblatam sibi salutem, de qua omnes ab initio testati fuerant Prophetæ. Verè enim solida fulta stabilitur nostra in Christum fides, quum Prophetatum omnium testimonii ornatus in lucem prodit. Sanctos vocat Prophetas, quod plus autoritatis & reverentiae habeant eorum verba: ac si diceret, non leues, aut gregarios, sed classicos esse testes: immo publico mandato instructos, vt qui diuinus in hunc finem à vulgo hominum segregati facint. Quomodo autem singuli Prophetæ testimoniū reddiderint Christo, minutis partibus discerere nimis longum esset. Hoc in presentia sufficiat, quum omnibus solenne sit, non alter spem facere populo quod Deum habiturus propitium esset, nisi proposito in medium fœdere quod in Christo fundatum erat, difterre satis de futura redempcione loqui qualis in Christo patet facta est. Huc accedunt multi illustres loci, vbi non obscurè de Christo vaticinatur, sed eū quasi digno mōstrant. Præcipue tamē tenēda est illa Diuini fœderis subscriptio, quā si quis negligat, nihil vnuquā in prophetis intelliget: quemadmodum Iudei misericordē vagantur in Scriptura legendarquia in verbis tantum curiosi, à scopo illo aberrant.

71. *Salutem ex inimicis.* Clarius virtutē & officiū Christi explicat Zacharias. Ex certi parum vel nihil prodest audire datū esse nobis Christū, nō eiā sciremus quid nobis cōferat. Hac ergo de causa plenius docet quorūsum erēctū si salutis cornū: nēpe vt salui sint fideles ab hostibus suis. Mihiū autē dubium est quin fatis teneret Zacharias, Ecclesia Dei nō esse præcipū bellum cū carne & sanguine, sed cū Satana, totōq[ue] eius apparatu, quo nobis aeternū exitium machinatur. Etsi autē Ecclesia

infestat externi quoq[ue] hostes, & ab ipsis liberatur per Christū, tamen quin spirituale sit regnum Christi, maximē de principe huius mundi Sarana, cū usque copiis hīc sermo habetur. Iterum notatur quā misera sit hominum cōditio extra Christum, nēpe quod prostrati iaceant sub diaboli tyrānide. nō enim ex eius manu, hoc est imperio, aliis suos liberaret Christus. Admonet tamē hīc locus, Ecclesia præcipue, quādū peregrinatur in mundo, inter hostes suos agere, & eorū violētia esse obnoxia, nisi præsto adest Christus ad opē ferēda. Sed hæc in æstimabilis est Christi gratia, quod nobis indubia est ac tua salus, quāuis vndiq[ue] nos circundent hostes. Ceterū etiā dura est locutio, quā dicit, Salutē ex inimicis: sensus tamen minimē ambiguus est, quod nulla hostium nostrorum machinæ, aut vires, nullæ infiditæ, nulli impetus Deo obstabant, quoniam nos ab illis liberatos perpetuò seruet.

72. *Ad praestandum misericordiam.* Iterū docet Zacharias ex quo fonte fluxerit redēptio, nēpe ex Dei misericordia & gratuito feedere. Causā enim assignat cur Deo placuerit seruare populu suū, nēpe quia pauci sui memor, misericordiam suā explicavit. Memor autem sui Testamēti fuisse dicitur: quia obliuio quādū videri poterat rā lōga illa mora, sub qua paulus fuerat affectū grauitatis malis populū lāguere. Diligēter notādus est hic ordo, quod mera inducēta misericordia fuerit Deus vt fœdus quum Patribus percuteret deinde, quod fœdus percutiē, verbo suo alligauerit hominum salutē: tertio, quod in Christo exhibuerit quicquid est bonorum, vt ita promissiones suas omnes sanctaret, vt certè non alter rata est earum fides nisi quum appareret in Christo cōplemētū. Promittitur quidē in feedere peccatorum remissio: sed ea extat in Christi sanguine. Promittitur iustitia, sed in Christi expiatiōe offeruntur. Promittitur vita: sed nō nisi in Christi morte & resurrectione querēda est. Atq[ue] hæc ratio est, cur olim ipsum quoq[ue] Legis volumen sanguine victimā Deus inslerit apergi. Obseruat quoq[ue] dignū est, quod præstāta sua ex tua misericordia Zacharias ad patres mortuos extēdit, vt cōmuniceret eius fructūm percipiāt. Nā hinc sequitur, nō cōtineri Christi gratia & virtutē huius caducæ vitæ angustiis, sed aeternā esse, nec carnis morte finiri, quā & animæ sunt à morte superstites, & carnis interitum sequatur resurrectio. Sicut ergo neq[ue] Abrahā, neq[ue] illius Sæctorum salutē propria virtute, vel meritis sibi acquirere potuit, ita cunctis fidelibus, tam mortuis quām viuis, communis in Christo salus fuit ostensa.

73. *Secundum insurandum.* Græcē præpositio nō exprimitur, sed hūc familiarē linguae esse vñsum fatis notum est, quum nomē accusatiū casus ponitur sine regimine, subaudiendā esse præpositionē à qua regatur. Iurisūrādi meminit, quod melius ex primeret quā stabilis ac sancta sit eius veritas. eō enim indulgentiē Deus se submitit, vt nomē suum in subfidiū infirmatū nostrā interponere dignetur. Quare si nobis nō sufficiunt nudę promissiones, salte in mentē veniat hæc confirmatio, quę nisi omnem dubitationē eximat plusquam ingratia Deo fumus, & facio eius nonini iniurijs. **Daturū se nobis.** Non enarrat Zacharias per singula capita quid cōtineat Dei fœdus: sed docet in quem finē Deus tam benignè pro sua misericordia egerit cū populo vt eum redimeret: nempe vt redempti, se totos addicant & deuoueant colendo salutis suæ authori. Sicut ergo efficiēt humanæ salutis causa fuit

fuit gratuita Dei bonitas: ita finalis est, vt homines piē sancteque vivendo, non eius glorificant. Quid diligenter notādū est, vt vocationis nostrae memores, gratia Dei referre discamus in suum usum. meditāde sunt, in qua, si te sententia nō esse nos ad immūritē vocatos, sed ad sanctimoniam: nos magno pretio redemptos esse non vt serui simus cupiditati carnis, vel vt effreni licetia exultemus, sed vt regnet Christus in nobis: nos adoptio ne insertos in Dei familiā, vt vicissim tanquā filii patri obsequiamur. Nā in hoc apparuit Dei bonitas & p̄f̄av̄t̄ p̄p̄t̄ia, vt abnegatis pecularibus desideriis, sancte & pie & honeste vivamus. Ideo Paulus, *Tit. 2.2.11.* quā effusaciter hortari vulnifideles vt se Deo consecrarent in vita nouitatem, & deposito veteri homine ne priori, mente exuti, cultū illi rationale exhibeant, proponit illis viscerā misericordia Dei. *Rom. 12. 4.* Plena est eiusmodi testimonitis Scriptura, que ostendunt exinaniri Christi gratiā nisi ad hunc scopum tendimus. Notandum est quod dicit, *Vt sine tñ more seruamus*, significans enim nō posse nisi trā quillī animis ritē Deū col. Nā qui inquietudine laborat, qui fecundū dīcepit illūmne habeat propitiū ad infensum: gratiāne habeat sua obsequia, an repudiet: qui demiq; incerti ducent int̄ spē & metum: sollicitē in terdū largent in colēdo Deo, sed illi nunquā sincerē neq; ex animo se subicieat. facit, n. trepidat & anxietas vt cū horreant: ita, si fieri posset, extinctū potius cuperent eius membra. Scimus autē nullum Deo faciūtiū nisi spontaneū placere, & quod hilari animo offertur. Quare vt verē Deum colant homines, eorum conscientias prius sedari necessaria est, quemadmodum & David loquitur, *Apud te est pp̄petatio, vt timearis. Deus enim homines data pace comiter ad se inuitā, facit vt libenter accedat & cum liberali eius colēdi affectu. Hinc & Paulus sententia illā deducit, pec-*

atum esse quidquid sine fide suscipitur, Rom. 14. d. 23. Quā autē Deus homines sibi in Christo reconciliet: quā etiā p̄sūdū ipsos tueatur, vt securi sint ab omni metu: quā eorū salutē in eius manū & custodiā depositur; meritō Zacharias nos eis gratia p̄dicat à metu liberari. Ideo Propheta hoc propriū adseribit eius regno, vt pacem homines securē colāt, & trāquillo gaudio fruātur,

*75 Insanctuate & iustitia.) Sicuti duabus tabulis cōplexus est Deus bene viuēdi regulā, ita hic Zacharias pronuntiat legitimè tunc denū nos seruire Deo quādum sanctitatem & iustitiam cōposita est vita nostra. neq; enim dubium est quādum sanctitas pietatis officia designat quā spectant ad priorem Legis tabulā, quod ne Platōnem quidē latuit. Iustitia autem ad omnia charitatis officia extenditur: quādum nō aliud exigit Deus à nobis in secunda Legis tabula nisi vt cuiq; reddamus quod suum est. Additur, *Coram ipso*: vt sciamus fideles non fatis esse si corā hominum oculis vitam suam pulchram moderentur, manus, pedes, tortūm, corpus ab omni flagitio contineant: quoniam eos ad Dei arbitriū viuere oportet, qui externa sanctimonia cōtentus nō est, sed cor p̄cipue invenitur. Postremo ne quis se defunctū pureret vbi aliquo tēporis spatio Deum coluerit, pronuntiat Zacharias hac lege redemptos esse homines vt colendi Dei studium tota vita prosequantur. Et certē quādum aeternā sit redemptio, eius memoriam nunquā effluere decet: quādum sibi in perpetuum homines Deus adoptet, non debet caduca vel exigui tēporis eorū esse gratitudo: denique quādum mortuus sit & resurrexit pro illis Christus, eum vita & mortis dominum esse conuenit. Ideo Paulus quem nuper citauit loco, sanctam & iustum vitam prosequi nos iubet usque in aduentum magni Dei, Expectantes, inquit, beatam spēm, &c.*

MATTH. MARC

76 *Et tu puer, Propheta Alijissimi vocaberis: p̄eibis enim ante faciem Domini ad parandas vias eius:*
 77 *Ad dāndam scientiam salutis populo eius in remissione peccatorum suorum,*
 78 *Per viscerē misericordie Dei nostri, quibus visitavit nos Oriens ex alto,*
 79 *Vt illucesceret ys qui in tenebris & umbra mortis sedebant, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.*
 80 *Puer autem crescebat, & corroborabatur spiritu, & erat in desertis usque ad diem ostensionis eius apud Israeliū, et.*

76 Et tu puer.) Iterum reddit Zacharias ad commendationem gratiā Christi: sed hoc facit quasi sub filij sui persona, officiū docēdī, cui definitus erat, breuiter definīens. Tametsi autem in parvulo octo dierum infante nondum cernit propheticas dotes, oculos tamen conuertens ad Dei consilium, quasi de re nota loquitur. Vocari Dei prophetam, hīc pro censerī & palam cognoscī accipitur. Iam p̄cesserat occulta Dei vocatio: restabat tantum ut pateferet hominibus qualis esset. Quia verō generalē est propheta nomen, ex revelatione sibi per Angelum allata illum Christo apparetorem statuit. P̄eibis ante faciem domini, inquit: hoc est hanc prouinciam obibis, vt tuo p̄eacōnō conuertas homines ad audiendum dominum. Cur autem se Prophetā? Dei prop̄e confecto suo cur su Johannes esse negauerit, dictum est suo loco

in Iohannem. Qualis autem sit ista vita p̄paratio postea videbimus.

77 Ad dāndam scientiam salutis.) Pr̄cipuum Evangelij caput nunc attingit Zacharias dum sciētiam salutis in remissione peccatorum posita esse docet. Nam quādum nascamur omnes filij irā, sequitur natura dānatōs esse, ac perditos, hāc porro dānationis causa, quādū iniustitiae rei sumus. Quare non aliud effugient mortis remedium est nisi vt nos sibi Deus recōciliēt, peccata nobis non imputando, atque hanc vnicā nobis corā Deo iustitiam restare, ex Zacharia vebis colligere promptum est. Vnde enim salus nisi ex iustitia: Quādū si filii Dei alia cognoscere salutem quā nō ex remissione peccatorum fas non est: sequitur nō sibi querendam esse iustitiam. Ita iustitia quā superbi homines ex operū meritis constat ac fabricant, nihil aliud

est quād iustitiae imputatio dum nos gratis à reatu Deus absolvit. Ad hanc notandū est, Zachariam nō de extraneis, sed de populo Dei habere sermo nem. Vnde sequitur nō modō iustitiae principium ex peccatorum remissione pendere: sed imputatiū (vt ita loquar) iustos corā Deo in finem visque esse fideles: quia aliter ciascunus iudicium tribunal consisteret nequeāt, nisi quotidie ad gratitiam reconciliationis se conferant.

78 *Per viscerā.*) In hoc tanto beneficio misericordiam Dei, vt per eis, Zacharias prædicat: nec contentus eam impliciter nominare salutē quā à Christo alia est prodiūscit ex ipsis misericordiā Dei viceribus: quod est magis emphaticum. Postea metaphorice subiicit, factum esse ingenti Dei misericordia ut dies sedētibus in tenebris illecesceret. Oriens hic non est participium: nam Græcē est ἀναγένεσις, hoc est regio orientalis, cui Occidens opponitur. In hoc extollit Zacharias Dei misericordiā, quod discursus mortis tenebris, lux vite fuerit restituta populo Dei. In hunc modū, quoties de salute nostra agitur, mentes ad Dei misericordiam erigere concurrit. Videtur autem allusio esse ad cap. 4. a. 2. Malachia, vbi Christus Sol iustitiae vocatur, sanitatem in aliis, hoc est radiis suis portans. Quantū ad lucē & tenebras, similes sunt loquutiones apud Iesaiam ca. 9. a. 1. populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucē magnā: incolis umbra mortis lux orta est: & pluribus aliis locis. Ceterū his verbis docentur, nihil esse viuisce lucis in mundo extra Christū: sed omnia horribili mortis caligine occupari: ideo alibi Iesaias beneficiū hoc soli Ecclesiæ proprium esse testatur: Ecce, inquit, tenebrae operient terrā, & caligo populos: super te autē orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. cap. 6c. a. 1. Quæritur tamen quomodo se derint in umbra mortis Israelite, quorū cordibus semper Dominus per fidē illuxit. Respōdeo, pios, qui sub Lege vixerunt, quum vndiq; cincti essent mortis tenebris, lucē in Christi aduentū procul intuitos, qua fuerunt recreati, ne presenti morte ob-

rueretur. Fieri etiā potest ut Zacharias ad miserū temporis sui statū respexerit. Sed hoc generaliter verū est, Christi aduentu lucem piis omnibus, qui prius fuerāt, & deinde futuri erāt, esse exortā, quæ eos viuisceat: quia vitam in mortuos quoq; diffudit. Sed tanta valet ac iacere. Ideo Iesaias Ecclesiam surgere iubet, vbi affulget dies. *Ies. 60. 4.*

79 *Ad dirigidos pedes.*) Hac particula docet Zacharias perfectionē omnis boni & felicitatis summā in solo Christo esse. Posset quidem in proprio sensu accipi nonē Pacis, nec malē cōueniret: quia illuminatio Christi ad pacādū hominū mētes valet. Sed quia Hebreis Pax beatū omniū rerū successum significat, non dubito quin Zacharias Christū hīc facere velit perfectā beatitudinis aucthorē. ne quā boni partē alibi queramus, sed omni ex parte ac solidē beatos esse nos in Christo, per *Ies. 60. 4.* fūsi in eo eo acquirescamus. Quod spectat illa Iesaiæ verba, Non lucebit tibi amplius sol interdin, neque luna per noctē sed erit tibi Dominus in lucē perpetuā. Quod si Zacharias solo filii sui adhuc intantis conspectū induetus fuit ut de Christi gratia & virtute, priusquam nasceretur, tā magnificē distilleret, annon ter & quater ingratī sunt qui de Christo postquā mortuus est, resurrexit, & ascēdit in celū, vē ad dexterā Patris sedeat, minus honorificē sentiūt, ac eius virtutē extenuāt, cuius elogio ornatus fuit à Spiritu, adhuc vtero matris inclusus? Tenendū enim memoria est quod prius attigi, nō à leipo loquuntur esse Zacharias: sed Spiritu Dei lingua eius gubernante.

80 *Puer autem crescebat.*) Hoc ad texēdū historię filiū addidit Lucas. Primo narrat roborum fuisse Iohannē Spiritu: quo significat rārā & insolitam extitit in puer indolē, quæ signū efficit habitantis in eo cœlestis Spiritus: simul tamē dicit latuſe quæ ignobilē in desertis, vñque ad diē ostēsionis fū: hoc est, quo Dominus eum producere statuerat. Vnde colligimus, Iohannem, etiā vocatōnis suæ probè conscius erat, nihil tamē ante tempus aggressū esse, sed obsequutū esse Deo vocatī,

MATTH. I.

1 Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham.

2 Abraham autem genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Iudam & fratres eius.

3 Iudas autem genuit Phares & Zaram & Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram.

4 Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon.

5 Salmon autem genuit Booz & Rachab. Booz autem genuit Obed & Ruth. Obed autem genuit Iesse.

6 Iesse autem genuit David regem. David autē rex genuit Solomonem ex ea qua fuerat vxor Vrie.

7 Solomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abia. Abia autem genuit Asa.

8 Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram

MARC.

23 Iesu putabatur filius Ioseph, qui fuit filius Helii,

24 Qui fuit Matthat, qui fuit Leni, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph,

25 Qui fuit Matithathie, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Eslī, qui fuit Nagge,

26 Qui fuit Maath, qui fuit Matthathie, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda,

27 Qui fuit Iohanna, qui fuit Rhesa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salāthiel, qui fuit Neri,

28 Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmadam, qui fuit Er,

29 Qui fuit Iose, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leni,

30 Qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Ionam, qui fuit Elatīsim,

autem

autem genuit Osiam.

9 Ojas autem genuit Iacobam. Iacobam autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam.

10 Ezechias autem genuit Manassem. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam.

11 Iosias autem genuit lechoniam & fratres eius in exilio Babylonico.

12 Post exilium vero Babylonicum lechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

13 Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.

14 Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.

15 Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob.

16 Iacob autem genuit Ioseph maritum Mariam, quia genus est IESVS, qui dicitur Christus.

17 Omnes ergo generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim: & a David usque ad transmigrationem Babyloniam, generationes quatuordecim: & a transmigratione Babylonica usque ad Christum, generationes quatuordecim.

Quoniam de his duabus genealogiis quae à Mattheo & Luce descriptae sunt, non conuenit inter omnes: primò videndum est, deducantem anabo Christi genealogiam à Ioseph: an vero Matthæus tantum. Lucas vero à Maria. Qui hoc posterius sentunt, speciosum habent discriminis praetextū in diversis non inibus, & certè prima specie nihil minus videtur quam genealogia vni eademque narrari, quoniam tantopere Lucas à Matthæo differat, nam à Davide usque ad Salathiel, & rursus à Zorobabel usque ad Ioseph, alios prorsus nominat. Deinde obtundunt, absurdum fuisse in re non necessaria tantum ponere laboris ut genus Iosephi, qui tamen pater Christi non erat, bis recitatetur. Quorsum inquit ista repetitio unde nihil probatur quod valde ad fidem adificationem pertineat? Nam si hoc tamè cognoscitur, Ioseph unum esse ex posteris & familia Davidis, Christi genus interea manebit dubium. Ergo eorum iudicio supervacuum fuisse, duos Euagelistas in hanc rem incumbere. Quid autem Matthæus progeniem Ioseph recentur, ita excusat, factum scilicet fuisse multorum causa, quia cum Christi esse patrem adhuc opinabantur. Atqui ridiculum fuisse ista indulgentia souere perniciosem errorum: & contextus palam repugnat. Nam simulac ventus est ad genealogię finem, docet Matthæus non ex semine Iosephi, sed arcana Spiritus virtute Christum in utero virginis fuisse conceptum. Quare si staret eorum ratio, stultitia vel incognititia posset argui Matthæus: ut qui frustra recitet unde originem duxerit Ioseph. Atqui nondum soluta est

31 Qui fuit Melea, qui fuit Mainam, qui fuit Mattathia, qui fuit Nathan, qui fuit David,

32 Qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,

33 Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iude,

34 Qui fuit Jacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrabe, qui fuit Thare, qui fuit Nabor,

35 Qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale,

36 Qui fuit Cainam, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech,

37 Qui fuit Mathusala, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Mahalaleel, qui fuit Cainan,

38 Qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

*vid: hanaport's tractat
pag: 52:*

corum obiectio, quod progenies Iosephi nihil ad Christum pertinet. Trita & vulgo nota responsio est, in persona Iosephi comprehendendi etiam Mariam genus: quia lex iubebat unumquemque ex sua tribu vxorem ducere. Excipiunt illi contraria legem hanc omnibus ferè seculis neglectam fuisse, sed argumenta quibus nituntur, triuola sunt. Citant exemplum illud, quod undecim tribus iureirando promiserint se Beniamitis nullam datus rōvxorem. Si hoc legē præscriptum esset, inquit, nihil opus erat noua sanctiōne. Ego autem respondeo, perperam & inscite hoc extraordinarium ab illis in communem regulam trahi. necesse enim erat, excisa una tribu, multum fieri populi corpus, nisi hoc remedio subuentum ultima necessitate foret. Non est igitur lex communis hic spectacula. Obiciunt præterea, Mariam Christi matrem cognatam fuisse Elisabeth, quoniam prius testatus est Lucas fuisse ex filiabus Aaron. Hic quoque facilis est responsio, quellis ex tribu Iuda vel alia qualibet licet fuisse abnubere in tribum sacerdotalem: quia non impedit illa ratio quæ in Legē exprimitur, ne scilicet mulier hæreditatē suā alio quam ad tribules suos transferret. Sic vxorem Ioiadæ summi Sacerdotis sacra historia ex regio generi 21. ^{1. Par. 13. d.} certam fuisse enarrat. Nihil ergo mirum vel infolitum, si mater Elisabeth elocata fuit Sacerdoti. Si quis hæc ad plenam certitudinem valere neget, vt statuere liceat Mariam fuisse tribulē Ioseph, quia fuit eius vxor: equidem concedo non simpliciter id probari ex nuda, qualis hic legitur, narratione, nisi aliae circumstantiae accedent. Sed primò

notandum est, Evangelista de rebus sua etate notis loqui. Ita quum genus Joseph usque ad Dauidem contextum esset, promptum cuius fuit Mariae genus inde elicere. Nec dubium est quin Evangelista vulgari seculi sui notitia freti, ideo minus curiosi fuerint. Nam si quis dubitaret, non difficilis nec longa erat inquisitio. Ad hanc pro confesso sumpserunt Ioseph, quum vir probus esset ac modestus, vox ei ex legis prescripto non nisi e familia sua duxisse. Quanquam ne illa quidem lex communis ad regium Mariae genus probandum sufficeret, potuit enim Maria extribu Iuda progenita esse, vt tam non descenderet ex stirpe Dauidis. Itaque sic constituo, Evangelistas piorum ratione habuisse, qui non contentiouse litigarent, sed in persona Ioseph agnoscerent Mariae genus: praeferunt quum, vt nuper diximus, eo seculo minime dubia esset. Poterat autem videri incredibile, pauperculos istos & despectos coniuges ex posteris Dauidis, & regium illud semen ex quo oritur erat Redemptor. Nunc si quis roget an genealogia, qualis à Mattheo & Luca describitur, clara & sine controversia demostretur. Mariam ex stirpe Dauidis originem duxisse: facie id non posse certò colligi. sed quum tunc non obscuria esset Maria & Ioseph cognatio, Evangelista hac in parte magis securi fuerunt. Inter ea propositum ambobus fuit, offendiculum tollere, quod ignorabilitas, & contemptus, & inopia tam Ioseph quam Mariæ partebat, quo minus in illis quicquā regū posset agnoscī. Porro quod Mariæ genus à Luca referri fugunt praterito Ioseph, id nullo negotio refellitur. Sic enim ad verbum scribit, Censebatur Iesus filius Ioseph, filii Heli, filii Mathat, &c. Certè nec patrem nec auum Christi commemorat: sed differt exponit progeniem ipsius Ioseph. Nec me latet, quo responso nodum hunc soluere co[n]tentur. filii enim loco generi positum esse dicunt: atque ita Ioseph, filium Heli vocari interpretantur, qui eius filia haberet vxorem. Atqui nec cùni naturae ordine hoc consentaneum est, nec tale exemplum in Scriptura vñquam legitur. Iani si à Maria genealogia excluditur Solomo, Christus esse Christus definit. Quidquid enim de eius genere differitur, in solenni illa promissione fundatum est. Sedebit super thronum tuum successor qui perpetuò regnabit, Ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Atqui extra controversiam est, huius aeterni Regis, qui promissus erat Dauidi, Solomoni fuisse typum. Nec Christo aliter aptari potest promissio, nisi quatenus eius veritas in Solomone adumbrata fuit. Nunc, si ad ipsum non referatur Christi origo, vnde vel qua ratione censembit ille filius Dauidis? Ergo quisquis Solomonem expungit à Christi genealogia, simul promissiones, in quibus agnoscī debet Filius Dauidis, obliterat ac delet. Quomodo autem Lucas, seriem generis à Nathan deducens, Solomonem non reicit, postea suo loco videbitur. Ac (ne sum nimium prolixus) duas istas genealogias, quātum ad summam spectat, conuenire inter se dico: quatuor tamen discernina in illis notanda esse. Primum est, quod Lucas ordine retrogrado, vt loquantur, ab ultimo ad primum alcendit: quum Matthæus ab ipsa origine incipiat. Alterum est, quod Matthæus narrationem suam ultra sanctum & celestum Abrahæ genus non extendit: Lucas vero ad Adam usque progreditur. Tertium quod legale genus Matthæus tractat, & sibi etiam quof-

dam rescindere permittit ex recitationis serie: quod lectorum memoria consulere volens, tres solūm testaradecadas enumerat. Lucas vero naturale genus magis exactè prosecutur. Quartum & postremum, quod interdum de iisdem loquentes hominibus, in eorum tamen nominibus variantur. De primo discrimine, quando nihil difficultatis habet plus verborum facere supereracuum est. Secundum optimâ ratione non erat, nam quia Deus sibi genus Abrahæ delegerat, vnde nasceretur mundi Redemptor, & salutis promissio illic quodammodo inclusa erat usque ad Christi auentum, non egreditur Matthæus ultra constitutos à Deo fines. Tenuendum est quod dicit Paulus, Christum esse ministerum circuncisionis, ad præstantam salutem quæ promissa fuerat sanctis Patribus, ad Rom. cap. 15, b. 8. Cui concinit illud Christi dictum, Salutem ex Iudeis esse, Iohannis 4, c. 22. Eum itaque Matthæus in sacro illo genere conspicendi proponit cui propriè destinatus erat. Ideo in Matthæi catalogo considerandum est nobis Dei fœdus, quo semen Abrahæ sibi in populum cooptavit, vt à reliquo gentibus, quasi interposita materia, distinctum esset. Lucas autem altius respexit, quamvis enim ex quo fœdus suum Deus cum Abraham pepigerat, peculiariter eius semini promissus fuerit redemptor: scimus tamen statim à primi hominis defectione fuisse omnibus necessarium: sicuti etiam tunc destinatus fuit toti mundo. Ceterum admirabili Dei consilio factum est ut Christum Lucas nobis Adæ filium proponeat: eundem vero Matthæus includeret in via Abrahæ familiā. Nihil enim nobis prodesset, Christum esse datum à Patre salutis authore, nisi promiscue esset omnibus communis. Deinde non est verum illud Apostoli, ipsum fuisse heri, & ho 8. die esse, & usque in secula futurum, nisi ad omnes aetas ab ipsa mundi creatione diffusa esset eius virtus & gratia. Sciamus ergo patet factam & exhibitan toti humano generi in Christo salutem esse: quia filius Noe & filius Adæ non abs re vocatur. Quia tamen in Dei verbo querendus est, non temere per aliū Evangelistam Spiritus ad sanctum Abrahæ genus nos reuocat, vbi thesaurus vita æternæ vna cum Christo ad tempus depositus fuit. Veniamus ad tertium discrimen. Minime dubium est quin alium teneat ordinem Matthæus quām Lucas. Alter enim Dauidi Solomonem, alter Nathan subiectū, vnde clarè appetit diversas lineas constituī. Hanc dissidij speciem ira conciliant boni & periti interpretes, quod Matthæus à naturali progenie discedens, quam sequitur Lucas legalem genealogiam receperat. Legalem vero genealogiam interpretor, quia factum est vt ius regni ad Salathiel transiret. Quod autem Eusebius, libro primo historia Ecclesiastica, sententia Aphricani, genealogiam quæ à Luca describitur, legalem potius nominat, in eundem sensum reddit: neque enim aliud sibi vult, quam legitima ratio ne, quod in persona Solomonis stabilitum fuerat regnum, tandem ad Salathiel delapsum esse. Sed rectius, magisque dexterè loquuntur qui legalem ordinem à Mattheo proditum esse dicunt: quia Solomonem continuo post Dauidem nominans, non obseruat à quibus secundum carnem continua serie genitus sit Christus: sed quonodo ex Solomone & aliis Regibus descendere, vt legitimus esset successor, in cuius manu regni perpetuitas stabilienda erat ex Dei pacto. Probabilis autem

^{2. Sam. 7. 12.}
^{b. 12.}
P. al. 123.
^{c. 11.}

<sup>2. Par. 28.
b. 5.</sup>

solomonem expungit à Christi genealogia, simul promissiones, in quibus agnoscī debet Filius Dauidis, obliterat ac delet. Quomodo autem Lucas, seriem generis à Nathan deducens, Solomonem non reicit, postea suo loco videbitur. Ac (ne sum nimium prolixus) duas istas genealogias, quātum ad summam spectat, conuenire inter se dico: quatuor tamen discernina in illis notanda esse. Primum est, quod Lucas ordine retrogrado, vt loquantur, ab ultimo ad primum alcendit: quum Matthæus ab ipsa origine incipiat. Alterum est, quod Matthæus narrationem suam ultra sanctum & celestum Abrahæ genus non extendit: Lucas vero ad Adam usque progreditur. Tertium quod legale genus Matthæus tractat, & sibi etiam quof-

^{2. Reg. 9. f.} autem eorum opinio est, qui morte Ochozia fini-
^{27. Gen. 1.} tam fuisse Solomonis stirpe exstinxerant. Quod
 ex Iudeorum commentariorum referunt nonnulli,
 mandatum fuisse à Davide ut si quando desiceret
 ex Solomone subles, regia potestas deueniret ad
 posteros Nathan: in meo reliquo, tantum su-
 mo quod certum est, regni successione nō fuisse
 cōfusum: sed distinctos fuisse gradus, tamquam
 narrat sacra historia; post eodem Ochozia, regnū
 à matre eius Athalia fuisse occupatum, & subla-
 tum è medio totum regum genus: plusquam
 probabile est à muliere dominicione cupida impia
 illas & nefarias cædes fuisse patratas, ne in or-
 dinem priuatum coacta, regnum aliò tranflatum
 videret. Ergo si Ochosia superstes fuisse filius, li-
 benter avia sub tutela colore tranquillè sine in-
 uidia & periculo regnaret. Quod ergo extre-
 mis sceleribus infame se & exosan reddit,
 desperationis signum est: quia domini regnum te-
 nere non poterat. Ceterum quod loas Ochosia
 dicitur filius, ratio est, quia gradu proximus erat,
 vt merito censeri deberet verus & nativus regni
 hæres. Præter quād enim quod Athalia (si autem
 fuisse negemus) benter abusa titulo infantis fuisse,
 quis inedioci judicio prædictus veritatem puto
 habere naturalem Regis filium potuisse à sacerdote
 Ioiada abscondi, vt non magis sollicitè enī avia
 quæreret? Quin potius, si quis prudenter omnia
 expendit, colligere prò, tum est ex alia linea fuisse
 proximum regni hæredem. Atque id sibi vo-

^{2. Par. 22. d. 9.} lunt verba Ioiadæ, Regnabit filius Regis secun-
 dum pactum Domini cum Davide, ac si dicere,
 indignum esset nefas si mulier alienigena sceptrum
 ad seraperet quod Deus stare voluerat in familia
 Davidis. Quare nihil absurdum est si Christi genus
 deducatur Lucas à Nathan: quia fieri potest vt So-
 lomonis genus, quantum ad regni successionem
 spectat, intercederit. Nunc si quis obiciat, le-
 sūm non posse agnoscere Messiam, qui promissus
 erat, nisi sit ex Solomoni posterioris, quem certum
 est fuisse typum C H R I S T I in prædicto est solu-
 tio: quanvis naturaliter ex Solomone non fuerit
 genitus, legali tamen ordine censeti eius filium,
 quia ex Regib. originē duxit. Sed tata in nominib.
 diuersitas multos valde perturbat, nam à Davi-
 de vñque ad Ioseph nullus inter duos Euagelistas,
 nisi in Salathiel & Zorobabel, consensus appetit.
 Excusatio quæ afferri solet, inde ortu n̄ esse discri-
 men quæ Iudei vt plurimum binominis erant,
 ægrè à multis admittitur. Atqui quin h. die
 nobis incognita sit ducendæ rexendæque genea-
 logia ratio quam sequutus est Matthæus, nihil
 mirum est si non assequimur quonodo in singu-
 lis nominibus anbo vel conseniant vel differant,
 nec tamen dubitari potest quin à tempore Baby-
 lonici exilij quosdam diuersis nominibus et sdein
 homines recenseant. In Salathiel vero & Zo-
 robabel eadem consultò recenta fuisse nomina
 arbitror propter mutatam populi statum: quia
 tunc regia maiestas extincta fuit. Tenuis vero
 dominationis vmbra quam residua esset, apparuit
 insignis mutatio, quæ fideles admoneret, spe-
 randum esse aliud præstantius regnum quam visi-
 bile illud Solomoni, quod brevi tempore flo-
 ruerat. Jam hoc quoque notare operæ pretium
 est, nihil esse absurdum quod plures in suo ca-
 talogo numerat Lucas quād Matthæus: quando
 visitatum est plures numero esse in naturali ge-
 neratione, quam legali. Huc etiam accedit quod

Matthæus, quin in tres classes distribuere vellet
 Christi genealogiam, & singulis classib. attribuere
 quatuordecim capita, liberum sibi fecit quoru-
 dam nomina præterire, quæ Lucas omittit non
 debuit, quum se ad legem illam non astringeret.
 Hæc tenus de Christi genealogia differui, qua-
 tenus ad summam vtile etiè vitum est. Si queni
 titillat maior curiositas, ego Paulinæ admoti-
 onis memor, sobrietatem & modestiam fruolis
 & nihil argutis præfero. Notus est locus ad Tit. cap. 3. c. 9. vbi nos vetat de genealogiis nimis an-
 xie disputare. Nunc postremò tractandum restat
 cur tribus ordinibus complexus sit Matthæus totam
 Christi genealogiam, & singulis denos quater-
 nos homines attribuerit. Quibus videtur hoc
 fecisse vi lectorum memoriae confutari, neque
 totum dicunt, neque nihil. Est quidem studiu-
 rum, facilius memoriarum hætere catalogum in tri-
 bus partibus numeris propositum: simul tan-
 conat triplicem populi statum hic diteret nota-
 ri, ex quo promissus fuerat Christus Abraham, vñ-
 que ad tempus plenitudinis quo patefactus in car-
 ne fuit. Quanvis enim vñque ad Davide tribus
 Iuda honore reliquias excelleret, nullum tam
 principatum tenuit. In Davide præter ipsum
 omnium emersit regia maiestas, quæ stetit vñque
 ad Iechoniam. Ab eo tempore suj erexit in tri-
 bu Iuda aliqua dignitas & gubernatio, quæ vñque
 ad Messiah aduentum erexit teneret piorum
 mentes.

1. *Liber generationis.*) Frustra in hoc titulo labo-
 rant quād interpretes, vt excusent quod totam
 historiam Matthæus à dimidia parte vnius capituli
 denominet. Neque enim hæc Ἐπαφὴ ad totum li-
 brum extenditur: sed libri nomen positum est pro
 catalogo ac d' Etum esset. Sequitur catalogus ge-
 nerationis Christi. Porro Christum vocat filium
 Abrähæ & Davidis, promissionum respectu: quia
 Deus semini ex Abraham oritum promiserat, ^{Gen. 12. 4.}
 in quo se benedicerent omnes gentes. Davidi au-
 tem clarior data fuerat promissio, fore vt regnum ^{Psa. 72. 4.}
 domini eius stabile maneret vñque ad finem feculi: ^{s. b. 7.}
 & rex ex eius progenie sederet in folio donec Sol ^{Psa. 89. d.}
 & Luna in celo fulgerent. Quare vulgaris loquen-
 di vñus inter Iudeos obtinuerat vt Christum di-
 carent filium Davidis.

2. *Iacob genuit Iudam & fratres.*) Quum Matthæus Ismael Abrähæ primogenitum silentio tegat, & Esau, qui naturæ ordine superior erat fratri suo Iacob) non temere duodecim Patriarchis locum in genealogia assignat, quum omnes Deus inili adoptionis gratia dignatus esset. Significat ergo benedictionem in Christo promissionem non ad Iolam tribum Iudam spectare, sed communem esse omnibus filiis Iacob, quos Deus in Ecclesiastu suam collegit: quum Ismael & Esau facti essent extranei.

3. *Iudas genuit Phares & Zaram è Thamar.*) Hoc præludium fuit exinanitionis de qua loqui-
 tur Paulus, Poterat Filius Dei genus suum immu-
 ne purumque seruare ab omni flagitio & infami ^{Phil. 2. 4.}
 nota: sed in mundum veniens vt seipsum cxianisti-
 ret, & accepta serui forma fieret vermis, & non ^{Psal. 22. b. 7.}
 homino, opprobrium hominum, & despiciens ple-
 bis, tandemque maledictum crucis mortem subi-
 ret: hoc etiam probrum in suo genere non recusa-
 uit, vt ex incesto concubitu nasceretur qui inter
 eius maiores futurus erat. Nam etsi non libidine
 impulsa fuit Thamar vt socii coitum experceret,

IN HARMONIA EVANGELI.

illicito tamen modo vlcisci tentauit suam iniuriā. Iudas autem quum scortari vellet, in nurum suum incidit. Atqui cum vtriusque peccato certauit incomparabilis Dei bonitas, ut adulterinum hoc semen sceptro nihilominus potiretur.

6 Genuit David Regem.) Ornatur solus David hoc elogio, quia in eius persona Messias futuri ducis typum Deus proposuit. Prius quidem regnum coperat à Saulo: sed quia tumultu hoc & improbus populi votis contigerat, censetur demum legitima in Davide mutatio, præsertim quantum ad Dei scēdus, in quo pollicitus fuerat se æternū fore suorum gubernatorēm. Quum autem

1. Sam. 8.

populus excusū Dei iugo infelicitac ac damnatis auxipicis Regem sibi postulasset, concessus est Saul ad exiguum tempus. Sed Deus statim regnum suum, quod vera beatitudinis pignus foret, stabilīuit in manu Davidis. Sciamus ergo hic notari secundum populi statum qualis à Domino ordinatus est. Interim additur ab Evangelista humanum decus, quod illam Diuinam benedictionis gloriam quodammodo sc̄iūre posset: nempe quod Solomonem genuit David ex Beate Sabée, quam marito scelerat rapuerat, & cuius fruēdæ causa perfide immixtum hominem ingulandum prodiūderat hostium gladiis. Hac circa regni exordia deformitas facere debuit ne Iudæi in carne gloriarentur. Tēstatuū autem esse veluit Deus, se in statuendo illo regno nihil rependere hominum meritis. Cæterū in successione quam describit Matthæus, tres Reges fuissū omislos constat ex Sacra historia. Hoc qui obliuione factum esse dicūt, minimē sunt audiendi: nec probabilis est corum ratio, qui ind gnos fuisse dicunt quibus in Christi genealogia daretur locus. Id enim competenter etiam in complures alios, quo tamen Matthæus piis & sanctis indifferenter admiscet. Verius ergo est, quod Regum quatuordecim catalogum vellet confidere, nē fuisse valde curiosum in delectu habendo: quia satis habebat genealogia contextum lectoribus ponere ante oculos usque ad regni finem. Quod autem tredecim solum leguntur, libriorum virtus & incuria esse factum, verisimile est. Epiphanius libro primo contra hæreses, causam adducit, quod quum bis positum esset Ieochon-

nia nonmen secundo loco quasi supervacuum interdicti eradere ausi sunt. Id verò nou debuisse fieri 1. Par. 3. admonet quia Iacob filius regis Iacobis cōmune lechonæ nomen cum filio suo habuerit. Et 2. Par. 16. citatur à Roberto Stephano Græcus codex, vbi 4.1. interponitur nomen Iacob.

12 Post exilium Babylonicum.) Hoc est, postquā

Iudæi in captiuitatem abducti sunt. Significat enim Euangelista, Davidis posteros tunc ex Regib. seruos factos esse & exiles. Porro quum illa captiuitas quādam esset interitus species, mirabili Dei prouidentia factum est non modò ut rursum Iudæi in unum corpus coalescerent, sed etiam ut aliquae principatus reliquæ manerent in familia Davidis. Nam qui domum reuersi sunt, ultrò patuerunt imperio Zorobabel. Durarunt ergo hunc in modum regij sceptri fragmata usque diuin Christi adventus instaret, secundum variationem Iacob. Non exhibet sceptrum è lude, nec Gen. 49. dux è femore eius, donec veniat Silo. Atque in il-

la quantumvis misera tristisque populi dilectione nunquam tamē fulgere deliterunt scintillæ quādam gratiæ Dei. Græcum nonen/pro quo

verus interpres transmigrationem, Erasmus exiliū redditus propriè mutatā habitationem significat. Intelligit ergo Iudæos è patria inigrare coactos fuisse, ut alibi tanquam inquilini demigarent.

16 Iesus qui vocatur Christus.) In cognomine Matthæus officium designat, ut sciēnt lectores esse hunc priuatū, hon. inem, sed vñctū Diuinū ad implendum redemptoris manus. Qualis autem fuit & quorsum spectarit eius vñctio, pluribus in præsentia non disserat. De voce ipsa sic habendum est. Postquam abolitus fuit regnū, cœpsisse ad vñctū illum referri, à quo speranda erat plena salutis perdita inflauratio. Quandiu enim floruit in familia Davidis aliqua maiestas, Reges vocari solebant Christi. Atqui ne deformis vastitas quæ sequuta est, piorum animos in desperationem coniceret, vñctio redemptori hoc nomen aptari Deus voluit: sicut ex Daniele apparet. Historia verò Euangelica pafsim ostendit vulgatum tunc fuisse loquendi morem, quum exhibitus est Filius Dei in carne.

M A T T H E U S.

M A R C U S. L V C I U S.

18 Porro Iesu Christi natinitas sic habuit, Quum enim ma'er eius Maria deponsa esset Ioseph, antequam conuenient deprehensa est grauidatè Spiritu sancto:

19 Ioseph autem maritus eius quum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam.

20 Hec autem eo cogitante, ecce Angelus Domini per somnum apparuit illi, dicens, Ioseph fili David, ne metras assumere Mariam uxorem tuam. nam quod in ea conceptum est, ex Spiritu sancto est.

21 Pariet autem filium, & vocabis nomen eius IESVM. is enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum.

22 Porro totum hoc factum est ut impleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentem,

23 Ecce, virgo prægnans erit, & pariet Filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. Quod si quis interpretetur, valet, Nobiscum Deus.

24 Excitatus verò Ioseph à somno, fecit sicut ei præcepérat Angelus Domini, & assumpit uxorem suam:

25 *Et non cognovit eam, donec peperit filium suum primogenitum: & vocauit nomen eius I E S V M.*

18 *Iesu Christi nativitas.*) Nondum exponit Matthæus vbi aut qualiter natus sit Christus: sed quomodo celestis eius generatio ipsi Joseph compera fuerit. Dicit primum inuentam fuisse Mariam grauidam ex Spiritu sancto, non quod arcana illud Dei opus vulgo notum foret: sed cum hominum notitia miscet Spiritus virtutem, quæ adhuc lacet. Tempus nota: Quum despensa esset Joseph, prius tamen quam conuenirent. Nam quoad fidem cōiugij, si nul ac puella virgo promissa erat, Iudei in istar legitime vxoris habebant. Itaque lex adulterij dannabat quæ sponsilibus contractis castitatem violauerant. Verbum quo vtiatur Euangelista, vel concubitu ve secundè notat, vel simpliciter accipitur pro simul habitare, ut domum & familiam unam efficiant maritus & vox. Ita sensus erit, nondum Virginem traditam fuisse in iunctum viri à parentibus, sed adhuc sub eorum custodia vixisse.

19 *Quum iustus esset.*) Quidam interpretes intelligunt, Joseph, id est quod iustus esset, vultus vxori parcere: ita iustitia illis est humanitas, vel moderatio animi ad clementiam propensio. Sed aliis rectius, quihæc duo membra aduersati legunt, iustum quidem fuisse Joseph, sed tamen de fama vxoris fuisse sollicitum. Proinde iustitia quæ hic laudatur, in odio & detestatione sceleris fuit. Quia suspectam adulterij habebat vxorem, imò adultera in esse persuasus erat, tale scelus nolebat indulgentia sua fovere. Et certè vxoris sue leno est qui quis ad eum impudicitiam conniueret, nec tantum à tali flagitiis abhorrent ingenuæ & honestæ mentes: sed illam quam dixi socratism leges notant infamia. Ergo Joseph iustitiae zelo, quod putabat esse in uxore crimen damnavit: interea proculius ad humanitatem animus obstat ne summo iuri rigore ageret. Media illa erat & magis temperata ratio, si clanculum discederas, alio migraret. Vnde colligimus non ita molli & effeminato fuisse animo, ut misericordia prætextu crimen regendo aleret: tantum aliquid remisit ex summo iure, ne uxorem turpi iudicio exponeret. Nec verò dubium nobis esse debet quin arcano Spiritus instinctu retentus fuerit eius animus. Scimus quam impotens sit zelotypia, & quam violenter hominem abripiat, quare etiam si nimis precipitem impetum continuisset Joseph, mirabiliter tamen occursum fuit variis periculis quæ instabant, quam soli vertendi confilium cepit. Id est & de silentio Mariæ iudico. ut demus pudore fuisse cohibitam ne marito prodere auderet se grauidam esse ex Spiritu: Dei tamen prouidentia magis quam proprio consilio retenta fuit, nam si verbum fecisset, vt res erat plusquam incredibilis, putasset Joseph se ludibrio haberet. Id verò omnium risu tanquam fabulosum exceptum foret. Nec verò tantum fuisse momenti diuino oraculo, si postea sequuntur esset. Ergo passus est Dominus seruum suum Joseph ignoranta trahi in peruersum iudicium, vt sua ipse voce eum inviam reduceret. Scindunt verò est, magis id nostra omnium quam priuata eius causa factum esse, cauere enim modis omnibus voluit Deus ne qua si nistra suspicio in oraculum caderet. Quin Angelus aggreditur Joseph totius adhuc negotij in-

scium, non habent improbi quod calumnientur quin ad Deum audiendum integer accesserit. Nō fuit vxoris blanditiis pellectus, non obtestationibus excussa fuit quam conceperat opinio: id humanis rationibus flexus in contrariam partem: sed, quam in animo eius haberet falsum vxoris crimē, Deus se interposuit quod magis idoneus nō ibis effectus testis ac p̄ius authoritatis habereret, tanquam ad nos è celo demissus. Videamus vt Deus per Angelū voluerit docere seruū suum Joseph, quod alitis cœlestis esset præcox: non autem acceptum vel ab uxore vel à quoquo mortalium sermonē narraret. Quod non pluribus statim patefactū fuit mysteriū, hæc fuisse videtur ratio: quia incomparabilem hunc thesaurum absconditum latere, solis verò Dei filii patere decebat. Deinde talis absurdus fīlī Dominū suorum fidem & obedientiam, vt plerunque solitus est, probare voluerit. Ceteri quis maligne Deo credere, séque illi dare in obsequiū derret, tellūmoniū, quibus hoc fidei nostræ caput probatum est ab ambe contentus erit. Eadem erit causa factum eīi vt Mariam, numerū Dominū perimitteret, vt sub conjugi velo vsque ad mītūrum reuelationis tempus cœlestis Virginis concepcionē lateret: interea ceteri sunt increduli, vt merebatur eorū ingratiudo & malitia.

20 *Hac eo cogitante.*) Hic per spicimū vt Dominus tempestue & in ipsi (quod aiunt) articulo suis ad eis soleat. Vnde etiam colligimus, dum ad nostras curas & anxietates dissimulat, nos tamen ab ipso respici. sed ita scilicet se occultat, & tacitus quiescit, donec hibito patientia nostra examine, tempore à se cōstituto nos iuuet. Ceterè quam tumuis lentum ac serum putetur eius auxilium, utile tamen est ita differri. Quod per somnium apparet Angelus, hic alter fuit ex duobus cōdñatris reuelationum modis, quorū fit mentio Numerorū cap. 12. b. 7. vbi sic loquitur Deus, Prophetus, qui inter vos erunt, vel per visionem, vel per somnium me aperiāt: non sic cum seruo meo Moysi, cui facie ad faciem me ostendo. Scindunt autem est, eius generis somnia multū à n. toralibus differtur: quia insculptam habent certitudinis notam, & diuinis obsignantur, vt minima est ambigua sit eorum veritas. Soūma quæ cōmuniter hominibus eveniuntur, vel ex cogitationibus dñnis, vel ex naturæ cōstitutione, vel ex corporibus male affectis, vel simili bus causis cōriri solent: ad diuinā autem somnia accedit interim Spiritus testimoniū, quod certò confirmat vel in eis qui loquuntur. *P. i. D. vnd. ne metuas.*) Ita Angeli exhortatio significat avium animi fuisse letib[us] nequa se cogitatione pollueret adulterium uxoris tolerando. Qiam ergo scilicet is conceperat opinionē tollit, vt tranquilla cōscientia cum uxore habueret. Epitheton *Fili⁹ Davidi* aptauit ad præsentē causam, vt eius mentē in subline illud u. ysterium attolleret: quia esset ex ea familia (& quidem superstites cum paucis) vnde pronissi erat mundo salus. Joseph itaque auditio Davidis nomine, à quo genus ducebatur, reuocare in memoriam debuit insigne illud Dei p̄ctū de instauratione regni: vt nihil iam nouum sibi dici agnosceret. Perinde ergo est acū Angelus allatis in medium Pr̄pheta: u. vaticiniis pararet animum Joseph ad amplexandam præ-

sentem graciā.

21 *Vocabis nomen eius Iesum.* De ipsa voce breuerit quidem, sed quantum fatis erat, suprā disserui. nunc vnum addam duntaxat, refutari Angelī verbis eorum delirium qui à Iehoua esentiali Dei nomine deducunt. causam enim exprimit Angelus cur ita vocandus sit filius Dei, Quia popularū suum scruabit. Vnde elicitur contraria ety whole quā illi singant. Ac fruſtrā isto cauillo elabi conantur, p̄e priē & aprē subiic̄t̄ Chriſtū fore ſalutis authorem quia ēternus fit Deus. neque enim hoc agitur ſolū quid nobis Deus p̄teſt: ſed Filio eius ex re nomen imponit ex mandato quod illi iniunctum eſt à Patre, ex officio quo p̄deditus ad nos descendit. Iam verò plus quam in ſulfum eſt, quim duc iſta voces Ielū & Iehoua, nonniſi in duabus literis conueniant, in aliis autem diſtant, quæ nihil habent proſuſ inter ſe affinitatis, ſimil mitere, quāli vnuū ſit nomen. Tale confandi genus alchumiftis relinquo, quibus non multum abſimiles ſunt cabaliftis, qui putidas illas inanēque argutias nobis fabricant. Ergo Filius Dei quim ad nos carne induitus prodit, ſimil accepit a Patre nomen: ex quo palam fieret quem in fine venient, quæ ut eius virtus, & quid proprie ab eo fit expectandum. R̄ dix enī nō nominis Ielu eſt ab Hebraico vebo hiphil יְהוּ אֶל, quod ſeruare lignificat. Hebrice quidem alter pronuntiat, nempe Iehoua: ſed Euangelift, quām Græc̄ ſcriberent, receptum loquendi vtū sequunt ſunt. Nam Græci interpretes tam apud M̄ſen, quam in aliis libris tranſtulerunt in ſuū. Qo iterū coarguitur eorum inficta qui nonen Ielu à Iehoua detorquent potius quām deriuant. ducunt enim illi pro magno abſurdo, ſi facrum hoc nomen commune mortaliis quipiam homo habeat cum Filio Dei, ac tragicē exclamant, nunquam paſſum fuſſe Chriftum ſic nonen ſuum prophebanari. Quasi verò non ſit in promptu ἀντίποιο, illis hominibus nomen Ielu non minus quām Iehoua fuſſe conuine. Nunc q̄a ſatis conſtat Filium Dei ſub voce Ielu nobis commendari ſalutis authorem, prop̄ ūs excutiamus Angelī verba. Salann, inquit, faciet populum ſuum à peccatis. Primo te iudicū eſt, perditos in ſeipſis eſt, quibus feruandis mittitur Chriftus. nominati autem vocatur Ecclesia feruator. Si in morte & interitu deme: ſi ſunt quos ſibi Deus coniunxit, donec vitam illis reſtituat Chriftus: quid de extraneis dicendum eſit, quibus nulla vnguam affili ſpes vite? quare ſtruendum eſt, totum genus humani extiſio addici dū in Chriſto includit ſalutis. Verū notanda ſimil eſt extiſio cauſa, neque enim uos celeſtis iudex temere & abſte maledictos eſte pronuntiat. Testatur ergo Angelus nos perire, ac teneri ſub miſera damnatione opprefſos, quia peccatis noſtri alienati ſumus à vita. Vnde nobis ostenditur natura noſtræ corruptionis & prauitas, nam ſi ad iuſte viuendum quipiam eſſet integer, poſſet Chriſto libera torere carere. A qui omnes ad vnum indigent eius gratia, ſequitur ergo peccati eſte feruos, verāque iuſtitia definiui. Hinc rurſum colligimus qualis fit Chriſto feruandi modus vel ratio: nempe quia nos à peccatis liberat. Duæ porr̄ ſunt l' beratio nis huius partes: nempe quid peracta expiatio ne gratuitam veniam nobis afferit, qua exempti

à reatu mortis, reconciliemur Deo: deinde quid Spiritu nos ſuo sanctificans, à Satanae tyrannie vindicat, vt iuſtitia viuamus. Quare non verè agnoscit feruator Chriſtus donec fide amplecti dicamus gratuitam peccatorum remiſſionem, & nos coram Deo iūtis ceferti ſciamus quia abſoluti ſumus à reatu: deinde Spiritum iuſtitie & rectitudinis ab eo petamus, omniꝝ & operum & virtutis noſtræ fiducia vacui. Chriſti populum proculdubio Angelus nominat Iudeos, quibus in caput & Regem ordinatus erat. Sed quia inferrendū paulo pōter erant Gentes in genus Abrahē, extendit hęc ſalutis promiſio promiſione ad omnes qui fide in vnum Ecclesiæ corpus coaleſcent.

22 *Hoc totum factum eſt.*) Inficitę nugantur & pueriliter, qui contendunt illico Dei ideo impoſitum eſſe nomen Ielu quia vocetur Immanuel. non enim particula vna in duſtaxat arripit Matthaeus, ſed quequid in Chriſti concepcione cœleſte ac diuīnum eſt complectitur: quid etiam pertinet vniuerſalis nota. Nunc videndum eſt quām appolitē citetur leſia vaticinium. Locus ſatis notus eſt ac celebris, cap. 7. c. 14. ſed Iudei pro ſola sua maioriā eum deprauauit. quanquam non minus cæcum & fatuū, quam improbabū Christi & veritatis odium hic produnt. Eō impudentiā progreſſi ſunt multi eorum Rabbini, vt de Rege Ezechia expōnerent, qui tunc annos circa quindecim natus eſt. Quāl's, obſcro, illa eſt mentiendi libido, euerſo natura ordine iueueniē recondere in vtero matri, vt ſedecim annorum naſcatur, nec claram lucem admittant. Sed digni ſunt ſcileſe hostes Christi, quos Deus ſpiritu vertiginis & ſuporis percuſſos infatuat. Alij ſibi ſinguit ignotum queuipiam filium Regis Achaz, quem Propheta naſcitum p̄adixerit. Sed quero quo ture vocatus fuerit Immanuel, & terra eius imperio ſubiecta, qui priuatus & sine honore vitam ſiuuit. nam paulo pōlit id ea Propheta puerum illum, quipquis eſt, conſtituit terrę domini num. Nec minus infidele galliunt quivolunt hoc dictum eile de Propheta filio. Et certè hac in re nimis cras, è hallucinati ſunt Christiani ſcriptores, vaticinium quod proximo capite ſequitur, ad Chriſtum traheendo. Dicit illi Propheta, ſe per visionem iutum eile cunī vxore congregdi, & filio quem generat, nouen, Dei mandato, tuſte impoſitum, Acceleras, p̄dore. Nam illi tantum notatur bellī tempeſtas quā instabat cum horribili vaſtitate. Vnde facile elicitur, eis eſte proſuſ diuersas. Ergo queramus genuinum praefatū loci ſenſum. Quum obſeffi urbe Ieruſalem tremaret Rex Achaz, inīd paurore fere examinatus eſſet, mittitur ad eum Propheta, qui proinuitat Deum fore virbiſ custodem. Quum ſimplex promiſio conſuſum eius animū non erigeret, iubetur Propheta ſignum illi offerre qualemque petierit, ſive in celo ſite in terra. Quum impius ille hypocrita ſuam infidelitatem occulat, ſignum rufueret, Propheta durius illum obiurgat, & tandem ſubiicit, Dabitamen Deus vobis ſignum: ecce enim Virgo concipiet, pariētque Filium, &c. Hoc de Chriſto dictum interpretari in hāc modū, Vos tota Davidis posteritas, quantum in vobis eſt ſtudetis promiſian vobis gratiam abole (nam Propheta domum Davidis ignominiae cauſa diſerte compellat) nunquam tamen peridia

dia vestra efficiet quin superior emerget Dei veritas. Vrbem deus saluam ab hostibus & incolunae fore promittit: si non sufficiat cius verbum, obsignanoris teferam vro arbitrio dare paratus est. Excluditis utrueque gratiam, & arceris a vobis: stabit tamen deus in constantia pacti sui, veniet enim promissus redemptor, in quo se Deus perfecte populo suo praesentem statuet. Obiciunt ludaei, stulte & absurdæ facturum fuisse Iesaiam si illius seculi hominibus signum disset, quod ostengens postea annis aut circiter, fuit exhibitum. Et hic plusquam superbè exultant: quia Christianorum vel imperitia, vel incuria haec obiectio præterita & sepulta fuit. Atqui mihi non difficultis videtur solutio: si quidem obseruemus, feedis adoptionis datum Iudeis fuisse unde reliqua omnia Dei beneficia penderent. Erat ergo generalis promissio, qua sibi Deus filios Abrahæ in populum cooptauerat, in qua fundata erant speciales omnes promissiones. Rursum feedis huius fundamentum erat Messias. Iam teneamus, causam liberande vrbis fuisse quia Dei sanctuarium erat & inde proditurus erat Redemptor. Hoc respecte sublatu, centies periisset Hierosolyma. Expendant nunc pjj letores, quum aperte reiceret dominus regia oblatau à Deo signum, ànon opportunus fuerit Prophetæ transitus ad Messiam: ac si dixisset, Quoniam seculum hoc salute quam à Domino pollicetur, indignum sit: Deus tamen feedis sui memori, vrbem hanc ab hostibus cripiebat. Ergo vt nullum particulae signum non edat testandæ gratia sua causa, hoc vnum satis supérque esse debet, quod ex stirpe Davidis oriturus fit Messias. Notandum vero est, quod incredulos reuocat Prophetæ ad generale feedis, speciem esse exprobrationis, eo quod nullum particulae signum admittent. Iam mihi satis probasse video, Prophetam, quum præclusa esset miraculis omnibus ianua, tempestivè ad Christum transire: vt cogint increduli non aliam fuisse liberationis cauam, quam feedis cum Patribus initum. Atque hoc memorabili documento testari voluit Deus omnibus feculis, idè se continuo tenore tam beneficium fuisse erga Abrahæ filios, quia gratuitum cum illis feedis, & in Christo, non eorum meritis, pepigera. Altero cauillo nostram sententiam eludere conantur Iudei: quia mox sequitur in contextu Prophetæ. Antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, relinquetur terram à duobus Regibus, &c. Hinc colligunt promitti infantis partum, qui minimè in longum tempus differendus erat. alioqui non quadraret quod de propinquâ regnorum mutatione dicitur, quam Prophetæ fore denuntias antequam infans ille pueritiam medium attigerit. Respondeo, vbi signum de futuro salutis auctore protulit Iesaias, & infantem nasciturum afferuit qui verus esset Imanuel, vel (vt Pauli verbo vtar) Deus in carne manifestatus, iā communiter verba facere de quibuslibet eius actatis infantibus. Cuius rei firma est in proposita ratio, præfatus enim de generali patto Dñi, sed ad speciale promissionem, cuius causa missus fuerat. Ita prior locus qui ad ultimam & plenam redemptionem spectat, certum quemdam puerum designat, in quem solum competat Dei titulus: posterior vero qui ad speciale beneficium refertur quod tunc instabat, tempus definit ex eorum pueritia qui tunc recens nati, vel

paulo post nascituri erant. Haec tenus validis rationibus, nisi fallor, & solidis refutau ludorum calumnias, quibus Christi gloriam obtrahere conantur, ne in hoc vaticinio refutgeat. Nunq dilucendum restat illorum cauillum in voce ιων. Proterè exagirant Matthæum, qui Christum ex Virgine natum probet, quin nomen Hebra cum simpliciter puellam notet: nōque sublinnant, qui voce perperam redditæ decepti, credamus ex Spiritu sancto natum esse, quem Prophetæ tantum dicere posse pueræ filium. Atqui primum nimis rixandi libidinem in eo produnt, dum nomen de puella viro cognita intelligentiam virginem, quod pasuum virginibus Scripturæ tribuit. Conuenit etiam etymologia, nam abs confessione sonat, qua notatur virginalis pudor. Locum enim adducunt ex Proverbiorum cap. 30. c. 19. qui tamen nihil illis suffragatur. Illic de puella quam ad lascens deperit, loquitur Solomo, atqui non protinus sequitur corruptam esse cuius amore ardet. Ad lascens: in modo conjectura in diuersum patenti magis esset probabilis. Deinde vt de nomine concedam quod postulant, res tamen euincit ac fateri cogit de partu mirabili & insolito logii Prophetam. Signum se à Domino afferre clamat. neque id vulgare, sed quod præcellat aliis omnibus. Si tantum patituram mulierem dicere, quām ridicula fuisset magnifica illa præfatio? Videamus vt sua proterua Iudei non se modò, sed venerando Dei mysterio ludibrio exponant. Nec inane argumentum ducitur ex toto contextu, Concipiet puella. Cur nulla sit viri mentio? aliquid minime visitatum commendat Prophetæ. Mandatum deinde pueræ iniuravit de nominando puer: qua etiam in parte aliquid extraordinarium indicat Prophetæ. Nam eti plerunque refert Scriptura, imposta fuisse pueris nomina à matribus, siebat tamen id ex patrum autoritate. Prophetæ ergo sermonem ad puellam dirigens, viris in hoc puer adimit quicquid iuri illis desert ordo naturæ. Manet ergo illud fixum, laudari insigne Dei miraculum à Prophetæ, quod attentè & reverenter pjj omnes confiderent: quod Iudei indignè prophantan, ad vulgarem conceptum transferentes quod de arcana Scripturæ virtute dicitur.

23. *Nomen eius Emmanuel.*) Solet quidem Scriptura sic loqui, Deum esse nobiscum vbi auxilio suo & gratia nobis adest, manusque sue virtutem ad nos tuendos exerit. Sed hic exprimitur modus quo Deus cum hominibus communicat, nam extra Christum ab ipso sumus alienati: per Christum vero non solum recipimus in eius gratia, sed vnum cum eo efficiemur. Quod autem docet Paulus Iudeos fuisse propinquos Deo sub Legi: fuisse vero illi capitale cum Gentibus dissidiun: non alind sibi volt, quām Deum tunc in umbris & figuris dedisse præsentia sua signa populo quem adoptauerat. Vigebat enim illa promissio, Deus in medio tui. Item, Hæc requies mea. Sed quum familiaris illa populi cum Deo cōiunctio à Mediatori penderet: quod te ipsa nondum plenè extabat, symbolis adun bratum fuit. Sedes eius ac domicilium locatur inter Cherubim: quoniam arca, gloria eius figura, & visibile pignus erat. Sed in Christo solida, non amplius umbratilis Dei præsentia populo exhibita fuit. Quaratione dicit Paulus in eo habitare omnem Deitatem plenitudinem corporaliter. Et sanè non aliter legitimus esset Mediator, nisi individua

*Ephes. 2:13.
Deut. 6:15. & 7:1.
c. 15. & 7.
4:21.
Psal. 132:
c. 14.*

Cœlef. 2:6.

9.

vtriusque naturæ in ipso connexio homines Deo adiungere. Neq; est quod obstante Iudei, transferri sepe Dei nomen ad ea monumenta in quib; se fidelibus adest testatus est. Negari enim non potest quin hoc nomen tacitam in se antithesin contineat, quæ Dei presentia in Christo exhibita cōparat cum toto plenaria genere, quale ante eius aduentum patet factum veteri populo fuit. Si verè constare coepit huius nominis ratio ex quo apparuit Christus in carne: sequitur, olim non in solidum, sed ex parte duntaxat Deum coniunctum fuisse cum Patribus. Vnde rursum cōficitur, Christum esse Deum in carne manifestatum. Functus quidem est Mediatores officio usque ab initio n.ū di: sed qui in hoc totum ab ultima revelatione pendebat, tunc merito deum, quasi noua persona induitus, vocatur Immanuel, quem in medium Sacerdos procedit, qui corporis sui victimæ hominum peccata expiat, sanguinisque sui pretio eos reconciliat Patri, denique omnes humanæ salutis partes compleat. Ita priore quidem loco reputanda nobis est in hec nomine Diuina Christi maiestas, ut reverentiam apud nos obtineat quæ unico debetur & eterno Deo. Sed minimè interius negligendus est suus quem inde a nobis Deus colligi ac percipi voluit. Quoties enim Deum & hominem conspicimus in una Christi persona, certò statuerit licet Deum nos poscidere, si Christo fide coniuncti sumus. Quid in verbo Vocandi mutatus est numerus, minime distincenter est ab iis quæ prius distinxerit. Nam quidem Virginem alloguit Propheta, & ideo secunda persona vitur, Vocabis. Sed ex quo promulgatum fuit hoc no-

men, communis piorum omnium hec confessio est, quod Deus le nobis fruendum in Christo dederit.

24. *Excitatus Ioseph.*) Promptitudo obsequij quæ hic describitur, non minus ad testandam certitudinem fidei Ioseph, quam ad obedientiam laudem facit. nisi enim exemptus fuisset omnis scrupulus, proboque sedata eius conscientia, nunquam ita alacriter, mutato repente consilio, vxorem sunspissit, cuius contubernio se pollutum iri nuper cœlebat. Itaque somnium impressa fuit aliqua Diuinitatis nota quæ eius animum fluctuari non sineret. Sequitur est deinde fidei effectus, quod agnita Dei voluntate, protinus ad parendum se accinxit.

25. *Non cognovit eam donec.*) Huius loci praetextu magnas quondam turbas mouit Heliodorus in Ecclesiis: quod inde colligeret Mariam non nisi ad primum usque partum Virginem fuisse: postea autem ex marito fastulisse alios liberos. Perpetua Mariæ virginitas acriter & copiosè ab Hieronymo defensa fuit. nebis hoc unum sufficiat, fulte & perperam ex verbis Euangelistæ colligi quid post Christum natum contingit. Vocatur primogenitus: sed non alia ratione nisi ut sciamus ex Virgine esse natum. Negatur Ioseph rei cum ea habuisse donec peperit: hoc quoque ad idem tempus restriguntur, quid postea sequitur sit, non indicat. Talem esse Scripturarum vnum fasis notum est. Et certè nemo vnguam hac de re quæstionem inueniebit nisi curiosus: nemo verò pertinaciter insistet nisi contentiosus irritator.

[MATTH. MARC.]

LV C. II.

1. Factum est autem diebus illis, exiit edictum à Cæsare Augusto ut censetur uniuersus obv.
2. Hec descriptio prima facta est Praeside Syriae Cyrenio.
3. Et ibant omnes ut profiterentur, in suam quisque ciuitatem.
4. Ascendit autem Ioseph à Galilea ex urbe Nazareth in Iudeam, in urbem David que vocatur Bethlehem: quia erat ex domo & cognatione David,
5. Ut profiteretur cum Maria sponsa sibi uxore, quæ erat prægnans.
6. Accidit autem quum ibi essent, completi sunt dies pariendi.
7. Et peperit filium suum primogenitum ac fasciis eum inuuluit, reclinavitque eum in praesepi, quod non esset eis locus in diuersorio.

Narrat Lucas quomodo factum fuerit ut nascetur Christus in urbe Bethlehem, quum Maria mater eius alibi degeret iam partu vicina. Ac primum excludit humanum consilium, quum dicit Ioseph & Marian, relicta domo, illuc venisse ut secundum familiam ac gentem suam profiterentur. Si data opera & consulto locum mutassent ut parcer Maria in Bethlehem, tantum in homines ipsos intenti esse: nunc vero, quum nihil aliud habeant propositum quām ut Augusti editio pareant, satis agnoscamus, eos, & ceterorum instar, Dei manu fuisse illuc deductos ubi Christum nasci oportuit. Videtur quidem hoc esse fortuitum, sicuti alia omnia quæ certo hominum consilio non reguntur, fortuna adscribunt prophani homines, atqui non simpliciter respicere conuenit quid geratur, sed in memoriam simul venire debet quid multis ante seculis prædictum fuerit à Propheta: & comparatio clarè ostenderet non sine admirabili Dei prouidentia censem tunc fuisse

editum à Cæsare Augusto, & Ioseph & Marian domo pedem mouisse, ut ipso temporis articulo venirent in Bethlehem. Ita videamus sanctos interdum Dei seruos, etiamque mente vagentur inscijs quorums tendant, rectam tamen viam tenere, quia Deus eorum pedes dirigit. Nec minus in eo se profert admirabilis Dei prouidentia, quod tyrannicum imperium Mariam domo extrahit ut prophetia impletur. Locum Deus per Prophetam designauerat (vt polte videbimus) ubi filium suum nasci veller: nisi vi compulsa fuisset Maria, domi parere statuerat. Iubet Augustus censem agi in Iudea, & singulos nomen dare, ut annuum deinde tributum pendant, quod prius solebant Deo pendere. ita prophanus homo ad se rapit quod Deus à populo suo exigere solebat. Id verò perinde erat ac si Iudeos prorsus sibi addicens, vetaret posthac in Dei populo censi. Quoniam ita ad ultimam desperationem ventum est, & videntur Iudei in perpetuum à Dei imperio

imperio refecti & alienati esse: non solum Deus reperire & præter omnium speciem remedium adhibet, sed impia sila tyrannie ad redimendū populum suum vtitur. Nam præses (vel quisquis tuit ille Cesaris minister) dum exequitur quod sibi mandatum est, arcarius est Dei prece, qui Mariam in locum diuinitus ordinatum accersit. Et certe hoc spectat tota Lucæ narratio, vt agnoscant fideles Christum à suis natalibus Dei manu productū esse. Neque enim ad fidei certitudinem hoc paucum facit, quod subito & præter suū arbitrium tracta fuit Maria in Bethlehem, vt inde prodiret Redemptor, scilicet olim propositus erat.

Torus orbis.) Hæc synecdoche quum passum visitata sit Romanis scriptioribus, dura videri non debet. Nec dubito quin omnibus prouinciis communis fuerit his sensus, vt magis tolerabilis nec tam odiosus foret, diuersa tamen esse potuit tributariatio. Primam fuisse hanc descriptionem interpretor, quia tunc Iudeas quasi planè dominis impositum fuit nouum & insolitum iugum. Nam quod alij primam fuisse dicunt ex quo Cyrenius Syriæ præfuerat, nihil habet coloris. Annuum quidem erat tributum, sed non quotannis fiebat descriptio: quare sensus est, longe tunc gravius opprimitus fuisse Iudeos. Varietas in nomine Proconsulis nihil habet absurdum, dum alij Cyrenium, Qui rinum vel Quirinium appellant. Scimus enī Grecos in vertendis nominiis Latinis, in pronuntiatione aliquid ferre mutare. Sed longe maior aliunde emergit difficultas, tradit enim Iosephus lib. Ant. 18. cap. 1. Quirinū, relegato Vienā Archelao, Proconsule. n. venisse qui Iudeam prouincię Syriae attribueret. Porro inter scriptores conuenit Archelaum à morte patris Herodis novem annos regnasse. Vnde conficitur, inter Christi natalem & censum illum elapsos fuisse annos circiter tredecim. Subscribunt enim ferē omnes Epiphanius, qui tradit Christum tricesimotertio Herodis anno esse natū, hoc est ante illius mortem annis quatuor. Hoc quoque nonnulli perplexum est, quod idem Iosephus capite 3. lib. 18. censum hunc incidisse dicit in annua tricesimum septimum Actiae victoriæ. Quod si verum est, superuixit Augustus annis ferē septem ad summum. ita ex ætate octo vel nouem anni detracti erunt, pacibet enim ex Luca 3. cap. nonnulli quindecim tunc fuisse annorum. Ceterum quum notior fuerit Christi ætas quam ut in questione vocari debeat: Iosephū hac in parte ut aliis copiis, memoria lapsum fuisse vero absimile non est. Et fāc Quirinium annales

docent annis nouendecim aut circiter antē fuisse consulem, quām decimo Antonio solus imperio potiretur Augustus. ita valde senex in prouinciam missus foret. Adde quod intra octo annos, quatuor Iudeas præfides numerat idem Iosephus: quin fit teat *Quintum* annis vndecim prætulere: is fuit Valerius Gratus, cui Pōtius Pilatus succedit. Quāquam alia potest afferriri solutio, quod centū per agere non statim licuerit ex quo edictus fuerat. narrat enim Iosephus Coponū cum exercitu missum esse, qui Iudeos cōprimeret. Vnde facile colligitur, censum populi tumultu fuisse ad tempus impeditum: & verba Lucæ hoc patiuntur, quod sub tempore nativitatis Christi edictum exierit de populo censendo: descriptio autem fieri non potuerit nisi mutato regni statu, quām in partē prouincia redacta esset Iudea. Ita hoc posterius in eum bruni vice correctionis additum erit. Hæc descriptio prima fuit præside Cyrenio: hoc est, tunc primum ad effectum perducta est. Quāquam nondum soluta est tota quæstio, nam quām Iudeam Herodes teneret, quorū attinuit populū censeri qui tributum Romano imperio nullum penderet. Respondet nihil esse absurdum, si Augustus, vt iugo asfuerat Iudeos, quorū plus pars nota erat peruvacia, censeri voluerit etiam sub Herode. Nec obstat peculia e Herodis regnum, quin tributi nomine aliquid in singula capita Romano imperio penderent fudai. Scimus enim Heroden tantum precari & prope: odum seruiter regnasse. Nescio vnde sūpserit Eusebius, quod docet censum hunc Senatus consulto decreatum fuisse.

Non erat locus in dueris.) hic videamus nō modo quanta fuerit inopia Ioseph, sed etiā quām acerba fuerit tyrannis, quod nulla excusatio recipitur quin cogatur Ioseph vxorē partui vicinam aduerso tempore secam trahere. Credibile autē est, qui ex regio genere progeniti erant, asperius & magis cōtumeliose reliquis fuisse tractatos. Non erat tā stupidus Ioseph, quin solicitus esset de partu vxoris quare libēter hāc necessitate vitaret. Sed quia nō potest coactus cedit, sēq; Deo commendat. Interea videamus qualc vitæ exordiū fuerit Dei Filiū, & quibus exceptis sit incunabulis. Talis autē illi fuit nascendi conditio, quia in hunc finem carnem nostrā induerat, vt se nostra causa exinaniret. In stabulum ergo recessus est, ac locatus in praefepi, negatūq; illi est hospitiū locus inter homines, vt cœlum nobis non modō hospitij iure, sed quasi æterna patria & hæreditas pateret, ac nos Angeli in suum cōtubernium admitterent.

MATTH M A R C.

8 *Ei pastores erant in regione eadem vigilantes, & excubantes ad custodiā super gregem suum.*

9 *Ecce Angelus Domini adstitit illis, & gloria Domini circumfulsit illos, & rinnerunt timore magno.*

10 *Et dixit eis Angelus, Ne timeatis: ecce enim annuntio vobis gaudium magnum, quo d' futurum est toti populo:*

11 *Quia hodie vobis natus est Sernuator, qui est Christus Dominus, in Vrbe David.*

12 *Et hoc vobis signum: inuenietis infantem pannis inuolutum, positum in praesepi.*

13 *Et subito affuit cum Angelo multitudo militie cœlestis, laudantium Deum, & dicentium,*

14 *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, hominibus beneplacitum.*

L V C. II.

^{8.} Et *Pastores erant.*) Supereruacuum fuisse Christum nasci in Bethlehem, nisi hoc innocentem mundo. Modus tamen quem describit Lucas, videretur hominum iudicio per rurum consentaneus. Primum, nonnulli pauci testibus patet Christus: & quideam inter noctis tenebras. Deinde, quin Deus ad manum multos haberet honore vel excellentia praeditos testes, illis posthabitus, solos elegit pastores, contemptos feliciter homines ac nullius precij. His stultescat carnis ratio & prudentia necesse est, ac fateamur, quod tumultu est ^{1. Cor. 1.4.} Dei, superare quecumque est aut videtur sapientia in mundi. Ceterum haec quoque pars exinanitionis fuit, non per quam aliquid decederet Christi gloria, sed tantum ut ad tempus abscondita esset. Deinde sicuti Paulus admonet, contempnibile esse Euangelium secundum carnem, ut filii nostra in virtute Spiritus, non altis sapientiae humanae verbis, vel aliquo mundi splendore fundata sit: ita hunc incomparabilem thesaurum Deus ab initio depositum in vasis fictilibus, ut fidei nostrae obscurum melius probaret. Quare si cupimus ad Christum venire, ne pigiatis sequi quos Dominus, ad denicendam mundi superbiam ex pecudum stercore magistros sumpit.

^{9.} Angelus Domini adiutus.) Dicit gloriam Domini in splendore circum pastores, ex qua Angelum agnoscerent. Parum enim profutisset, dici illis ab Angelo quod referunt a Luca, nisi Deus visibili aliquo symbolo testatus esset, quod audiebant a se profectum esse. Apparuit ergo illis Angelus non vulgari a qua forma, vel sine dignitate, sed fulgo & cœlestis gloria instructus, qui pastorum animos afficeret, ut allatum sibi sermonem non fecerit atque ex ore ipsius Dei exciperent. Inde timor, de quo mox loquitur Lucas, quo humiliare solet Deus hominum corda, ut verbo suo reverentiam conciliet, quemadmodum supra expouit.

^{10.} Nostri timoris.) Exhortatio haec ad leuan- dum timorem pertinet. Quanvis enim vnde sit percilli metu hominum animos ut suum Deo tribuere honorem discant: simul tamen consolatio- ne opus habent, ne proflus cibrantur. Fieri enim nequit quin totum mundum absorbeat Dei maiestas nisi dulcedine aliqua temperet quod in se habet terroris. Ideo reprobis ad Dei conspectum examinantes concidunt, quia illis non appetit nisi iudex. Angelus autem ut recreet pastorum animos, in aliud finem se misum esse tellatur: nempe ut Dei misericordiam annuntiet. nam haec una vox non modò collapsos homines erigit, sed perditos instaurat, & reuocat a morte in vitam, ubi Deum sibi proprium esse audiunt. Praefatur autem Angelus se annuntiare magnum gaudium: deinde gaudi- dii caufam vel materiam subicit, quod natus sit saluator. Quibus verbis primum doceuntur, donec pacem cum Deo habeant homines, & illi reconciliati sint per Christi gratiam, euanidus esse & fallax quicquid concipiunt letitia. Exultant quidam saepe impij ebria vesanaque letitia: sed nisi medius sit inter ipsos & Deum pacificator, cæsis conscientia stimulis miserè torqueret ne esse est. Deinde quantumvis blandè & molliter sibi indulgent in deliciis, sua ipsorum libidines totidem sunt illis tormenta. Hoc ergo solidi gaudi ini- tium est, sentire paternum erga nos Dei amorem, qui solus animos nostros tranquillat. Arque hoc gaudium est in Spiritu sancto, in quo Pau-

lus regnum Dei constituit, Rom. 14.6.17. Epitheton vero Magni ideo additum est, v. t. a. nus non modo præcipue gaudendum esse de salute nobis in Christo oblatu: iesa tantum esse atque ita immensam huius boni magnitudinem, ut meritò omnes præsentis vita doiores, molestias, anxietates compenset. Quare discamus, sic uno Christo esse contenti, ut sensu gratie eius exuperet omnes carnis molestias, in modo tandem ablearat.

^{Quod futurum est roti populo.}) Quanquam soli pastores alloquitor Angelus, ligante etiamen longius patere quod illis avertit salutis nuntium, ut non ipsi priuationem tantum, sed ab aliis quoque audiatur. Porro toti populo communem hunc gaudium intelligere, quia omnibus promulgare ostendebatur. Non enim vni vel alteri Deus tecum inuenitur, semini Abraham, Christum promulgarat. Quod autem gaudio ad se pertinente priuati sunt magna ex parte iudei, eorum incredulitate factum est si. ut hodie omnes communiter inuitat Deus ad salutem per Euangelium, sed facit in mundi ingratitudo, ut gratia hac peræquè omnibus exposta pauci fruamur. Quum ergo inter paucos inclusum fuerit hoc gaudium, communè vocatur Dei respectu. Ceterum esti de electo tantum populo Angelus loquitur, nunc tamen diruta macteria ad totum humanum genus spectat eadem legatio, nam Christus pacem annuntiat non tantum iis qui propè sunt, sed qui procipi: nec minus extraneis quam domesticis, Ephes. 6.2.17 sed quia usque ad Christi resurrectionem peculiares erat fœdus cum iudeis, ideo Angelus eos à reliquis gentibus segregat.

^{11. Natus est vobis hodie.}) Hic exprimitur causa gaudij, sicuti nuper admonuimus: neu per quia natus sit Redemptor olim promissus qui Dei Ecclesiam in statum suum restituat. Neque enim tanquam de re proflus ignotus loquitur Angelus: sed legationis sue exordium ex lege & Propheticis sumit, quia apud Gentiles & profanos hac loquendi formula frustra usus est, Ch. istius Dominus natus est vobis Saluator. Eadem quoque ratio est cur commemoret natum esse in viâ David: quod supereruacum foret nisi ad renouandum promissionum memoriam quæ passim in æra & celebres erant inter Iudeos. Denique Angelus sermonem suum auditoribus aptauit, qui promisæ redemptiois non proflus ignari erant: & Euangelium cum Legis & Prophetarum doctrina coniunxit, sicut ex eo fonte manat. Quum autem oratio plus Græcis exprimat, teste Cicerone, quam Latinis Seruator, nec extet tam Latinum quod illi respondeat, satius mihi visum est barbare loqui, quæ ex Christi virtute aliquid diminueret. Nec dubito quin idem vulgato interpretari & vetustis Ecclesiæ doctoribus fuerit consilium. Saluator ergo dicitur Christus qui plenam salutem confert. Nam & pronomen Vobis magnam habet emphasi: quia non magnopere inuaret audire natum esse salutis autorem, nisi quisque sibi natum esse constitutus. In hunc modum Iesu cap. 9. b. 6 Puer natus est nobis, filius datus est nobis. Item Zacharias, Ecce Rex tuus venit tibi pauper.

^{12. Et hoc vobis signum.}) Obuiat Angelus scandalo, quo fidem pastorum impediri facile erat, quale enim lucubrum est, videri in præsepi iacentem qui à Deo Rex missus sit, & vincis salutem. Ergo ne tam vilis & abiecta Christi conditio pastores à Christi fide absterreat, præcidit illis Angelus

gelus quid visuri sint. Atque hunc ordinem, qui absurdus & prope ridiculus videri posset humano iudicio, quotidie Dominus erga nos tenet. Nam voce Euangelij è cœlo demissa Christum crucifixum nos amplecti iubet, & signa proponit in terrenis ac caducis elementis, quæ nos in gloria, in beata immortalitatē extollant. Ita spiritua leui iustitiam nobis pollicitus, pax illum aque nobis ante oculos ponit, ac carnem animæ vitam exiguo panis & vini gusto obsignat. Quod si pastores minimè offendit stabulum quominus & salutem perat à Christo, & eius adhuc infantis imperio le submittant: nullū quantumvis contemptibile signum obscurare apud nos eius gloriam debet, quin salutem, ex quo ipse in cœlū ascēdit, & sedet ad Patris dexteram, humiliiter eum adoramus.

13 Subiò affuit multitudine.) Tametsi in Angelo uno exhibuit fuera specimen diuini folgoris: voluit tamen Deus filium suum splendidius ornare: neque id in nostram minùs quam in paltronum confirmatione in apud homines duorum vel trium testium hedes ad tollendam dubitationem sufficit, atqui cœlestis exercitus uno consensu & una voce testimoniū reddit Filio Dei, quanta igitur periculacō fore, communī Angelorū elo- gio, quo celebratur nostra in Christo salus, non fuccinere? Vnde colligimus quā detestabilis Deo sit incredulitas, quæ suauem hāc cœli & terre har monian turbat. Rursum plusquam belluini stuporis conuincimur, nisi & fidem & studium laud in di Dei in nobis accedit canticum, quod uno concento modulati sunt Angelii, ut verba nobis pre- rent. Adde quod hoc cœlestis melodiae exemplo fidei uitiatem commendare nobis voluit Domi nus, & ad laudes suas consensu uno in terra canendas hortari.

14 Gloria in Altissimis.) Incipiunt Angelii à gratiarum actione vel à Dei laudibus: quia & Scriptura pafsum in hunc finem nos à morte redemptos fuisse admonet, vt tam lingua quam operibus nostram erga Deum gratitudinem testeatur. Meminerimus ergo finalem hanc fuisse causam eu Deus nos sibi reconciliaret per Filiū unigenitum, ut patefactis gratiæ sua & immensa mite ricordiæ diuitiis illustraret noīmen suum. Et ho die quantum quisq; nostrum animator ex gratiæ notitia ad celebrandam Dei gloriā, tantum in fine Christi profecit. Inò quoies fit mentio salutis nostra, sciendum est nos quasi dato signo ad gratiarum actionem & Dei laudes incitati. In te- ra pax.) Hæc magis recepta lectio est, vt deinde sequatur tertium membrum, In hominibus bona voluntas. Quanquam autem ad summam rei non multum interest utrumvis legas: videtur tamen duersus contextus melius congruere, quia minimè dubium est quin duo hæc membra inter se respondeat. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax. Atqui nisi homines Deo opponas, non

constabit plena antithesis. Fortè interpres fe- sellit præpositio &, quia obscuris et ac verbis

scilicet in hominibus esse pacem. Sed quoniam multis Scripturæ locis superuacua sit, non est cur id nos impeditat. Siquis tametsi in postremum membrum retinere malit, ide manebit sensus, sicut mox dicā. Nunc videndum est quid pacis nomine intelligant Angelii, certe non lo- quuntur de externa pace quam inter se colunt h̄mīnes: sed terram dicunt pacatam esse, vbi homi- nes Deo reconciliati, intus trā quillo sunt in ammis suis. Scimus nos irā filios nasci, & natura esse Deo inimicos, interea nos horribili inquietudine vexiri necesse est, quia dū sentimus Deum nobis intensum, tēdō breuis & clara pacis defini- tio ex contraria pertinet: nō ipse ex tua Dei & mortis terra. Atque ita duplex est relatio, altera scilicet ad Deum, altera ad homines: quia tun- nobis constitut pax cum Deo, & ipse abulito reatu & peccato nobis non imputando propitius esse incipit, & nos in paternā eius benevolentia ac- quiescentes, certa fiducia illam inueniās, & in trepidū gloriām de salute nobis promisi. Quā uis aurem alibi vita hominis super terram vocetur continua instiūtū, & res ipsa declarat nihil esse

magis turbulētū statu nostro, quando in mū- do agimus: diētē tamen Angelii pacē in terra locant, vt scimus nullas turbas nobis obstatæ quin Christi gratia, sedatis & tranquillis simus mē- tibus. Meminerimus ergo, inter mediis tentatio- num procellas, inter varia discrinimē, inter violē- tots innotas, inter pugnas & timores constitui fecē pacis, ne fides nostra ullis machinis impulsa vacillet aut labefaciat. Beneplacitum.) Vnde factum si ut obreperet gentiuū casus nescio. Certè Lectio vulgata quæ habet, Hominib⁹ bona vo- luntatis, non modo tanquam adulterina repudiari debet, sed quia rōrum sensum corruptit. Enī tamen enā nonnulli qui in nominatio casu le- gentes, Bona voluntas, ad homines referunt, quasi exhortatio esset ad implexū amorem Dei gratiā. Fatoeū quidem non aliter rāma esse quam Dominus pacem nobis offerit, nisi eam recipimus, sed quoniam dū pafsum sumatur in Scripturis pro eo quod Hebrei p̄̄ dicunt, vetus interpres beneplacitum reddidit. Perpetram hic latus de grata acceptione exponitur, quoniam potius fontem pacis de quo loquuntur Angelii demonstrat, vt scimus gratitiam esse & flue- re ex mera Dei misericordia. Si legere pla- ceat Bona voluntas in hominibus: non inācō- ueniet quo ad sensum, nam & hoc modo nota- bitur pacis causa: quod scilicet Deus gratitio suo fauore homines dignatus sit, cum quibus hostile prius dissidium habeat. Si legas, Pacem bona voluntatis pro voluntaria, ne huic quidem expo- sitioni reclamo. Illa tamen simplicior est, appo- sitiū subiici dū, vt scimus vnde pax nobis proueniat.

M A T T H. | M A R C.

L V C. II.

15 Et factum est postquam discesserunt ab eis Angelii in cœlum, vt in pafsum loquerentur inter se, Transeamus Bethlehem usque, & videamus quod factum est, quod Dominus patefecit nobis.

16 Et venerunt festinantes, & inuenierunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in presepi.

17 Quoniam autem videntur, diuulgauerūt de verbo quod dictum illis

fuerat de puerulo hoc.

18 Et omnes qui audierunt mirati sunt de ipsis quae dicta erant à pastori bus ad ipsos.

19 Porro Maria conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.

20 Et reuersi sunt pastores glorificantes ac laudantes Deum super cœnibus quæ audierant ac viderant, ita ut dictum fuerat ipsis.

21 Et postquam consummati sunt dies octo ut circuncideretur puer, vocatum est nomen eius I E S V S: quod vocatum erat ab Angelo priusquam in utero conciperetur.

15 Postquam d'cesserunt Angelii.) Hic nobis describitur obedientia pastorum, nā quum eos Dominus toti mundo destinasset Filij sui testes, effaciter illis loquitus est per Angelos, ne efflueret quod illis dictū fuerat. Non fuerat quidem illis clarè & nominatim præceptum ut venirent Beth lehem: sed quia satis intelligunt tale esse Dei cōsilium, ad videndum Christum festinavit. Sicuti hodie quum scianus in hunc finē nobis Christū indica rit ut ad eum fide accedat corda nostra, nihil excommunicationis habet nostra cessatio. Nec frustra exprimit Lucas, pastores cepisti præficationis cōsilium ex quo discesserant Angeline patiamur, ut multi solēt, verbū Dci nobis cū sonitu euaneat, ete, sed ut vias in nobis radices agat, quō vim suam proferat ubi auribus nostris inflonare deficerit. Notandum præterea est, quod se se mutuò hortatūr pastores. neque n. sufficit singulos sibi instare, nisi etiā mutuæ cohortationes accedant. Obedientia laudem amplificat Lucas quum dicit eos properasse, ut à nobis etiam exigitur fidei præceptum. *Quod Dominus patefecit nobis.* Scíter & rectè adscribit Deo quod nonnisi ab Angelo audierant. nā quē agnoscunt Dei ministrum authoritate quoq; dignātur, ac si domini persona indutus esset. Hac de causa subinde nos ad se Dominus reuocat, ne ho minū intuitu vilefacat verbū sui maiestas. Rursus hic videm⁹ ut sibi nefas esse ducat ostēsum à Domino thesaurū negligere. Nam ex notitia sibi tradita arguunt in Bethlehem pergendū esse, ut videant. Sic & quenque nostrū pro fidei & intelligentia sua mensura ad sequendum quid Deus vocat accinctum est par est.

16 Inuenierunt Mariam.) Erat illud quidē deforme spectaculū, & quo solo poterant à Christo alienari. Quid. n. magis insipidum, quām totius populi Regē credere qui ne īfimo quidem vulgi loco dignus censemur? regni instaurationem & salutem ab eo sperare, qui pro sua egestate & inopia in stabalū reiicitur? Scribit tamē Lucas nihil horum pastoribus obstitisse quin Deum cū administratione laudarent: nēpē quia Dei claritas penitus defixa erat in eorū oculis, & verbi reuerentia eoruā animis infixa, quicquid in Christo inglorium & cōtemptibile occurrit, fidei sua altitudine facile transcendent. Nec alia sanè causa est cur fidem nostram minima quęq; scandalū vel remoren tur, vel à recte cursu auertant: nisi quia in Deū minus intenti, facilē huc & illuc agitetur. Nam vna hęc cogitatio si sensus omnes nostros occuparet, habere nos certū ac fidele ē celo testimoniū, satis firma nobis & stabilis fulta eret contra omne tentationum genus, & satis probē nos cōtra quęuis offendicula muniret.

17 Dulcauerunt deverbō.) Fidem pastorum cō mendat Lucas, cō quidō sincerē per manus trā diderint aliis quod à Domino acceperant: idque

testatum esse nostra omniū causa vtile erat, vt in fide nostra cōfirmanda quasi secundarij sint Angeli. Rursus docet Lucas non sine profectu eos vulgasse quod audierant. Nec verò dubium est quin efficaciam Dominus eorum sermoni dederit, ne ludibrio esset vel spernereetur. nam & hominū cōditio fidem eleubat, & res ipsa videri poterat fabulosa. Verū Dominus quas illis iniunxit partes irritas esse non patitur. Quanuī autē humano ingenio minus arrideat hæc agendi ratio, quod Dominus per homines infirmos verbū suū vult audiī: quia tamen tum ad humiliāndā carnis superbiū, tum ad probandā fidei obsequiū apposita est, Deo ipsi probatur. Quod autē mirantur omnes, nemo autē pedem mouet ut ad Christum accedat: hinc colligere licet, auditā Dei virtute, fuisse perculpos absq; serio cordis affectu. Quare nō tā in eorū salutē vulgatus fuit hic sermo, quām vt totius populi inexcusabilis esset ignorantia.

19 Maria fernabat.) Maria sedulitas in considerandis Dei operibus duas ob causas nobis pponit: primū ut sciamus depositam fuisse in eius corde huius thesauri custodiā, vt quod ipsa apud se depositum habebat aliis suo tempore publicaret: deinde ut habeant omnes pīj quod imitentur exemplum. Nam si sapimus, hæc præcipua vita nostra occupatio esse debet, summūque studium, vt ad reputanda Dei opera, qua fidem nostram adificant, simus attenti. Porro Conservandi verbum ad memoriam refertur. *σωτήρας* autem vel conferre, significat, singula colligendo quæ inter se ad probandam Christi gloriam congruebant, vnum veluti corpus efficeret. Neque n. prudenter expendere potuit Maria quid omnia simili valerent, nisi alia aliis conferendo.

20 Glorificantes ac laudantes Deum.) Pertinet hoc quoque ad cōmūnē fidei nostrę vñum, quod pastores diuinum opus certō agnouerint. Ardor autem Glorificandi Dei, qui in illis laudatur, tacita quedā est pigritia nostrę vel potius ingratiitudinis exprobatio. Nā si tantū apud eos valuebunt Christi incunabula, vt ex stabulo & præsepi in celo vñque concenderent: quanto efficacior apud nos esse debet mors & resurrectio Christi, vt ad Deum euehamur? Neque n. tantum sublatus est Christus à terra vt omnia traheret post seipsum, sed ad dexteram Patris sedet, vt in mūdo peregrinantes cœlestem vitam toto corde meditemur. Cæterū veram pietatis naturam designat Lucas, quum dicit Angelii testimonium pastorib. instar regulæ fuisse, ad quam omnia exigent. Tunc enim ritè adiuuatur fides Dei operibus, si omnia in scopum illum dirigit, vt Dei ve ritas, quæ in verbo patefacta est, clarū illuceat.

21 Ut circuncideretur puer.) Quod de circuncisione in genere tenendum est petant lectors ex Genesios capite decimo septimo, b. 10. Nunc

qua Christi per sona conueniunt, breuiter atque
gere sufficiet. Voluit Deus Filium suum circum-
cidit, ut Legi tubicenret, nam circuncisio Iudee
sufficiuntur, sicut in Legis obseruationem ini-
tiabantur Iudei. Finem declarat Paulus ad Galat-
as capite quarto, a. 4. quoniam dicit factum esse sub
Lege, ut eos qui sub Lege erant redimeret. Christ-
ius ergo suscepit circumscriptionem, seruum Legis fe-
professus est ut nobis libertatem acquireret. Atque
hoc modo non tantum Legis seruitus abolita ab
ipso fuit, sed ad solidum Iuuum corpus applicata
fuit umbra ceremoniae, ut mox finem acciperet.
Esti enim eius abrogatio ex morte Christi & re-
surrectione penderet, fuit tamen quoddam eius pre-
ludium, quod paulus est circuncidii Filius Dei. No-

men eius Iesu.) Testatur etiam hic locus receptu
fuisse apud Iudeos morem, ut die circunctionis
nomen liberis suis indiceret, sicut hodie in Ba-
ptismo solemus. Duo autem notat Euangelista. Non temere, neque hominum arbitrio nomen
Iesu filii Filio Dei impositum, sed quod Angelus e cælo attulerat. Deinde Ioseph & Maria
parvule Dei imperio. Atque hic et Iudei nostra
cum Dei verbo consensus, ut eo praecunte loquar
ipsi, & eius promissionibus fides nostra re-
pondeat. Præsertim ordinem verbi prædicandi
commendat nobis Lucas, quoniam dicit voce homini-
num testamat fuisse salutem ex Christi gratia quæ
diuinus per Angelum promissa fuerat.

M A R C . L V C .

- 1 *Quum autem natus esset Iesus in Bethlehem Iudeæ temporibus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam,*
- 2 *Dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudeorum? vidimus enim illius stel- lam in Oriente, & venimus ut adoremus eum.*
- 3 *Auditis autem his Herodes rex turbatus est, & tota Hierosolyma cum eo.*
- 4 *Et conuocatis omnibus Pontificibus & Scribis populi, percontatus est eos ubi Christus nascetur.*
- 5 *At illi dixerunt ei, In Bethlehem Iudeæ: sic enim scriptum est per Prophetam:*
- 6 *Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minor es inter principes Iu- dae. Ex te enim prodibit dux quis pacet populum meum Israel.*

1 *Quum natus esset.)* Qua occasione natus fue-
rat Christus in Bethleheim, tacet Matthæus. Vide-
tur autem Spiritus Dei, qui Euangelistas sibi in scri-
bis destinaverat, consultò eorum stylum ita esse
moderatus, ut vnam & candem historiam optimo
consensu, diversis tamē modis, omnes scriberent,
quod certior & illustrior esset Dei veritas, quoniam pa-
la constaret, ieiunus non ex cōposito loquutos
esse, sed quoniam seorsum, non habito alterius respe-
ctu, simpliciter ac liberè scripsisse quod Spiritus
dictabat. Porro memorabilis hic narratur histo-
ria, quod Magos ex Chaldaea ascuerit, qui adorā-
di Christi causa in Iudeā venirebant, vbi in gloriis &
contemptus in stabulo iacebat. Mirabile sanè Dei
consilium, quod Filiū suū Deus sub obscurâ hu-
militate in mandū prodire voluit: & tamen eam
tam enconomis quā alii insignibus splendide or-
nauit, ne quid ad diuinā eius maiestatē probādam
fidei nostrā decesset. Concinna tamē in hac specie
repugnantia harmonia notanda est. Stella ē celo
Regem esse prædicat cuius solū est pecorū præse-
pe: quia locus illi etiā inter plebeios homines ne-
gatur. In Oriente resulget eius maiestas, quae in Iu-
dæa nō modò nulla appetet, sed multis etiam pro-
bris sedata est. Quo sum id? neimē voluit cœle-
stis Pater & stellam & Magos constitueret nobis
duces, qui rectā nos ad Filium suum deducerent.
Sed interim cum nudauit omni terreno splendo-
re, ut sciremus spirituale esse eius Regnum. Quare
non ideo tamū vilis ē hæc historia, quod Ma-
gos Deus, tanquam Gentium primitias, Filio suo
adduxit: sed etiam quia Filij sui Regnum tam illoru-
m quā stelle eligio celebrari voluit in fidei
nostrā profectū, ne eum nobis contempibile prau-
us ac malignus gentis sua despactus redderet.

Magos Persis ac Chaldais vocari astrologos &
philosophos satis nō est, unde facilis conjectura
est ex Perside istos venire. Porro quo fuerint nu-
mero, quia nō exprimit Euāgelista, nescire præstat
quā temere pro certo asserere quod dubium est.
Papistas vi tres fingerent puerilis error induxit,
quia dicit Matthæus eos obtulisse aurum, thūs, &
myrram. Quasi verò distincte singulis proprium
munus assignet, ac nō potius exprimat haec tria cō-
muniter ab illis fuisse oblata. Quisquis ille fuit ve-
tus scriptor, cuius comitentarius imperfectus in
Matthæum nomen Chrysostomi inscriptū habet,
ac inter opera Chrysostomi habetur, dicit qua-
tuordecim fuisse. Quod nihil plus habet coloris:
nisi forte ex Patrum traditione fluere sit, quod tamē
item ipsum quoq; nihil sūmi habeat. Ceterū plus
quā ridiculi sunt Papistæ, quod reges sibi fabrica-
runt, quia alibi prædictum legebant, venturos re-
ges Tharsis & Insulæ rum, & Saba qui munera Do-
mino offerent. Ingeniosi artifices scilicet, qui vt
nouā hominibus formā daret, à mundi conuersio
ne ceperūt, nā ex Meridie & Occidente fecerunt
Oriente. Nec verò dubium est quin iusta Dei vin-
dicta sic obstupefacti fuerint ut omnium ludibrio
pateres crassā corū inficti, quibus Dei veritatem
adulterare & in mendacium vertere nulla religio
fuit. Sed hic quæritur primū, an stella hec vna fue-
rit ex earū numero quas Dominus in ecclī ornatū
initio creavit: deinde, an hoc astrologiæ ratio Ma-
gos perduxerit, vt inde Christi genelī mēte cō-
ciperent. Et si autē his de rebus non est cōtentio-
se rixandum: tamen ex Matthæi verbis colligitur,
non fuisse naturale, sed extraordinariā, neq; enim
ex ordine natura fuit quod lūdisparuit certi tempori-
bus, & postea repete illuxit: deinde, quod recte

curlu progreſſa Bethlehemi verſus, tandemque ſu-
pra domum, in qua Christus erat, fixa ſteterit. quo-
rum nihil conuenit naturalibus ſtellis. Magis pro-
babile eſt ſimilem fuſile cometam, in aere potius
quam in celo conſpectam. Nihil autem abſurdi
eſt quod Matthæus, populariter loquens, ſtellam
impropriè vocat. Hinc ferè elicitur ſolutio ſecū-
da q[uo]d[am]iſionis. nam quoniam certum ſit astrologiam
naturam finibus contineri, non poterant ſolo eius
ducu Magi ad Christum uisque peruenire. Arca-
na igitur ſpiritus reuelatione iuuari oportuit. Ne-
que tamen nego quin aliquod ex arte principium
vel ſenioribus hibuerint: ſed iuuari neceſſe fuſile dico
noua & extraordinaria reuelatione, ne euānidum
foret.

2 Vbi eſt qui natus eſt Rex.) Quod quidam in-
terpretes Regem natum tacite o[pt]i[us] ponunt fa-
cto vel creato, mihi videtur nimis argutum. Sim-
plicius itaque accipio, quod nuper Regem hunc
natum eſt & aliiue infantulum ſignificant Magi,
vt a Rege adulto & populi gubernacula tenente
eum diſtinguant. nam mox ſubiiciunt, non rerum
eius geſtorum fama, vel praefenti & palam nota ei-
ius magnitudine ſe fuſile excitos, ſed ecclſiſti fu-
ri regni præfigo. Quin autem tam efficax fuerit
apud Magos ſtella conſpectus, vñ torpori noſtro,
qui Chriflum Regem nobis patefactum tam fri-
gidè quārimus.

Venimus ut adoremus.) In hunc ſinem oſtenſa
fuerat ſtella vt Magos eliceret in Iudeam, vt teſteſ
eſſent ac praecones noui Regis. Quantum verò ad
ipſos ſpectat, non veneſter ad exhibendum Chriſto
pietatis cultum, qualis debetur Filio Dei: ſed
Perſico more volebant ſalutare quaſi prætantif-
ſimum Regem. Neque enim de eo plus tenuiſſe
probabile eſt, quam singulari potentia & dignita-
te fore præditum, vt populos omnes merito in ſui
admirationem & reverentiam conuerteret. Fieri
etiam potest vt caprate voluerint eius gratiam an
te tempus, quo ſibi propitiū ac fauentem habe-
rent ſi forte contingeret Orientali imperio cum
potiri.

3 Herodes rex turbatus eſt.) Non ignota erant
Herodi vaticinia quibus Rex promiſus erat Iudei-
ſis, qui res eorum afflixtas & euerſas in beatum
ſtatuum reſtitueret. Vixerat enim à puero in gente
illa, & familiariter res eorum didicerat. Adde
quod paſſim vulgatas erat rumor ille, vt vicinos
populos minime lateret. Turbatur tamen quaſi
re noua & priuia inaudita: nempe quia fidei ab-
rogans Deo eiūſque promiſſis, Redemptorem
fruſtra ſperari putabat, præſertim quoniam regnum
ſibi ac ſuis ſtabile ſtulta confidentia, vt ſolent ſu-
perbi homines, ſinxifet. Sed quoniam priuia ſua felici-
tate ebrius ſecurè contemneret Prophetias, nūc
repente terretur carum memoria. Neque enim
tantopere commonotus eſſet simplici Magorum
ſermone, niſi in mentem veniſſent oracula que
priuia luſtoria nulliusque momenti eſſe videban-
tur. Ita Dominus, poſtquam incredulos dormire
paſſus eſt, repente illis quietem excutit. Quod di-
cit Matthæus, Hierofolymam quoque turbatau-
fuſile, duobus modis exponi potest: vel quod tu-
muſoſe concitatuerint ciues ſubita rei noui-
tate, etiamq[ue] latum nuntium de Rege ſibi nato cu-
pidè exciperint: vel quod malis affueti, & propter
diurnam patientiam obducto callo, mutatio-
nem timuerint, ne qua inde naſceretur maior cla-
des. Sic enim continua bellis attriti fuerant &

propè conſumpti, vt illis miſera & crudelis feru-
tus cum pace coniuncta, non tolerabilis modò, ſed
optabilis quoque foret. Vnde perſpicitur quā
malè profecientur ſub Dei flagellis, obtorpuerant
enim ſtupore, vt iam illis promiſa redemptio &
ſalus quodammodo feceret. Neque enim dubito
quoniam Matthæus eorum ingratitudinem notare vo-
luerit: eò quod malorum tædio fracti, ſpacem ac de-
ſiderium gratie ſibi promiſſe abiecerant.

4 Conuocati Sacerdotibus.) Tamenſi de Christo
altum silentium erat in aula Herodis, ſimil tamen
ac Regis menſio iniecta fuīt à Magis, veniunt in
mentem prophetar[um] que in obliuione priuia iace-
bant. Proutde ſtatim coniicit Herodes, Regem il-
lum de quo quārunt Magi, Meſſiam eſſe olim Di-
uinitus promiſum. Atque hic rurſus appetat ſeriō
timuſile Herodem, dum ita anxiè inquirit, nec mi-
rum. Quoniam enim meticuloſi ſint omnes tyrañi,
& plus illis terroris infligat ſua ipſorum ſeruicia, quān
aliis inieciat: Herodem præ aliis pauidum
eſſe oportuit, vt qui ſe aduerso Deo regnare ſen-
titet. Porro noua hæc inquisitio oſtentat quān
cratius ante Magorum aduentū Chriſti conte-
ntus fuifet. Quod ſincerè ex Scriptura respondent
Scribi & Pontifices (qui tamē poſtea furioſe cor-
rumperet totam Scripturā conati ſunt, ne Chriſto
nomi darent) iudeo factum eſt, quia nondum mo-
leſtus erat illis Chriſtus cum ſuo Euangelio. Sic
omnes impij in generalibus principiis Deo facile
ſubſcribunt: ſed vbi propius eos virgere incipit
Dei veritas, contumacia ſuæ viruſe euomunt. Cu-
ius rei hodie iluſtre cernimus exemplum in Pa-
pistis. Chriſtum enim fine controverſia ſatentur
vnigenitum Dei Filium, carne noſtra indutum, &
in diuabus naturis vnam Dei & hominis personam
agnoſcunt: ſed vbi ventum eſt ad Chriſti virtutem
& officium, mox ardet conflictus: quia in ordinem
ne cogi non fuſtinent, ac multo minus in nihilum
redigi. Ita ſumma, quatenus nihil ſibi decedere
putabunt impij, Deo & Scripturæ aliquid reue-
rentia concedent. Sed vbi conſerti manibus cum
ambitione, auaritia, laſtu, peruerſa fiducia, hypocri-
ſi & fraudibus conſlitit Chriſtus, tunc omnis
modiſtia oblii in rabiem feruntur. Sciamus ergo
hostibus veritatis præcipuum excaſionis cau-
ſam eſſe prauos affectus qui lucem in tenebras
conuertunt.

5 Et tu Bethlehem.) Non dubium eſt quin
Scribi fideliter ſua lingua verborum contextum
citauerint, qualis extat apud Prophetam. Sed Mat-
thæus ſatis habuit locum notare. Et quia Græcæ
ſcribebat, recepta lectione ſequutus eſt. Nam ex
hoc loco & ſimilibus colligere promptum eſt, lin-
gu Hebraica non fuſile compoſitum ab eo Eu-
gelium. Porro hoc ſemper obſeruandum eſt, quoque
aliquod Scripturæ teſtimoniū citant Apo-
ſtoli, quanuis non reddant verbum ex verbo, in-
dō interdum longe diſcedant, congruerent tamen &
appofitè ab illis ad cauſam accommodari. Quare
ſemper attendant lectores quorū adducunt Eu-
gelijliftar[um] ſcripturæ locos, ne ſcrupuloſe in ſin-
gulis verbis inſiftant, ſed contenti ſint hoc vno,
quod Scriptura nunquam ab illis torqueatur in a-
lienum ſenſum, ſed propriè in genuinū vſum apta-
tur. Porro quoniam illis propositum fuerit infaſtes
& in fide nouitios laſtis potu alere, qui ſolidum
cibum nondum capere poterant: nulla religio im-
pedit quo minus diligenter & exactè inquirant filiū
Dei quid coniicat Scriptura, atque ita gulfus
quem

quem præbent Apostoli, eos ad fontem deducat. Nunc redeamus ad vaticinum Michæl. sic ad verbum legitur apud Prophetam, Et tu Bethlehem Ephrata, parvitia ut sis in nullis Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Pro Ephrata Matthæus iuda posuit: sed eodem sensu. Michæas enim Bethlehem, de qua loquitur, tantum haec nostra discernere voluit ab altera, que erat in tribu Zabulon. In reliquo contextu plus est difficultatis. dicit enim Propheta exiguum esse Bethlehem quae censetur inter p[ro]iecturas Iuda. Matthæus contraria dignitatem eius extollit, ut vna sit ex præcipuis. Hæc ratio mouit quosdam

interpretes ut interrogatiæ legerent Prophetæ locum. Rectius tamen alij qui Matthæum existimant Dei gratiam voluisse in hac mutatione celebrare, quod tenue & obscurum oppidulum factum fuerat natalis locus summi Regis. Ceterum etsi hoc honore excelluit Bethlehem, adeo tamen nihil profuit eius incolis, ut cesserit potius in grauius exitium quod illie plus quam indignè exceptus fuit Redemptor. Pro Dominatore etiam Pastorem Matthæus redidit. Quanquam utrumque expressit: nempe Christum esse populi dace[m], & illi commissum esse pascendi munus.

M A R C . L V C .

M A T T H . H .

7 *Tum Herodes, claram accersit[us] Magis, exacte perquisiuit ab illis quo tempore apparuerit[us] stella.*

8 *Et i[n] suis ire in Bethlehem, dixit, Profecti inquirite de puerulo: ubi ueniueritis, renuntiate mihi, ut & ego veniam & adorem eum.*

9 *At illi audito Rege profecti sunt: & ecce, stella quam viderant in iente precedebat illos, donec progressa staret supra locum in quo erat er.*

10 *Quum autem vidissent stellam, gauisi sunt gaudio magno lde.*

11 *Et ingredi domum, iuenerunt puerulum cum Maria matre eius: prostrati adorauerunt illum: & apertis thesauris suis obtulerunt illi munera, aurum, ibus, & mrrham.*

12 *Et oraculo admoniti per somnum ne reuerterentur ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.*

7 *Herodes claram accersit[us].*) Metum & sollicitu[m] dinem profiteri ausus non fuit Tyrannus, ne populum armaret audacia: cui se iniuriam esse noverat. Palam ergo dissimulat hoc ad se pertinere, sed clanculum inquirit, ut occurrat instanti periculo. Ceterum quanvis eum in malis conscientia timidum redderet: non dubium tamen est quin Deus niente[m] in eius perculerit inusitato metu, ut consilio dectiturus, mentemque alienatus, id tempus torperet. Nihil enim facilius erat quam officij praetextu vnuam ex auxiliis comitem subornare, qui tota re inspecta mox rediret. Pollebat certè non vulgari astutia Herodes: erat in eo rara animi magnitudo, quo magis mirum est nunc in extremo discrimine, quam tamen in manu sit remedium, iacere attonitus & ferè exanimem. Quare sciamus non nisi miraculo, clapsum tunc fuisse filium Dei ex sciuibus leonis. Nec mindis hodie deinenat hostes suos Dominus, ne nille nocendi artes excogitent ad perdendam Ecclesiæ: in dñe ne saepe occasiones quæ in promptu sunt arripiant. Altius tamen verò qua Magos deceperat, se quoque venturum simulans adorandi causa, Dominus alio modo, ut videbimus, elusus. Ceterum vt Herodes sibi à populi tumultu metuens mēte priuatur: ita fursum tantus eum furor agitat, vt Deum in se cōcitat, non dubitet, neque horreat. Sciebat enim, si quis Rex natus foret, Diuinitus esse ordinatum vt collapsum Davidis solium erigeret. Non ergo homines aggreditur, sed rabiose cum Deo bellare audet. Utrumque igitur notandum est, Spiritu vertiginis corruptum fuisse vt Deum impeteret, pueriliter tamen egisse, quia dissipatum erat eius consilium, vt instar cæci in tenebris palparet.

9 *Audito Rege profecti sunt.*) Turpis sanè Iudeorum ignavia, quod nemo le alienigenis comitem

adiungit, ut promissum genti suæ Regem inspiciat. Præmonstrant illis scribæ viam, & locum designant ubi natus est: sinunt tamen solos abire, nemio pedem mouet. Tinebant fore Herodis scutum: sed hæc quoque fuit scelestæ ingratitude, fatalis sibi oblatæ causa nolle quicquam discriminis subire, & Dei gratiam postponere Tyranni offenditioni. Totum verò populum paulò antè ostendit nimis fuisse degenerem, qui iugo tyrānidis premi maluerit, quam ex mutatione aliquid sentire incomodi. Ac nisi Magorum animos Spiritu suo Deus confirmasset, poterat ad scandalum istud conciderit: non tamen imminuitur studi ardor, sed absque comite proficiscuntur. Nec verò illis deest cōfirmandæ fidei materia, dum audiunt prius Diuinis oraculis celebratum esse Regem qui illis per stellam ostensus fuerat. Quod viam ingressos stella vsque in locum dirigit, facile colligere licet non alia de causa prius euaniisse, nisi vt Hierosolymæ de novo Rege sciscitarentur: idque ad tolendam excusationem Iudeis, qui postquam edociti fuerunt de Redemptore sibi misso, eum tamen scientes ac volentes contemnunt.

11 *Iuenerunt puerulum.*) Nouum scandalum obiicere potuit Magis tam deformè spectaculum, quoniam adeo nihil regium extaret in Christo, vt quoque plebeio infante vilior esset ac contemptior. Sed quia persuasi sunt, diuinitus constitutum esse Regem, hæc sola concepcione eorum animis infixâ, Christo apud eos reuerentiam conciliat, dignitatem enim eius adhuc occultam considerant in Dei consilio. Et quia certè statuant alium fore quoniam nunc appareat, regium honorem deferre minimè eos pudet. Porro donis suis testantur unde sint oriundi. neque enim dubium est quin hæc attulerint tanquam pad j

tria sua insignia. Intellige autem non à singulis oblatum tuisse proprium munus, sed ab omnibus promiscue tria quæ referuntur. Quod omnes ferè interpretes de Regno, Sacerdotio & sepultura Christi philosophantur, & aurum faciunt Regni symbolum, thus Sacerdotij, myrram Sepultura: nihil, meo iudicio, solidi habet. Scimus Perfis scelere fuisse, donum aliquod habere in manu quoties Reges suos salutabant. Eli-

gunt autem Magi tria ista, quorum prouentus Orientem nobilitat, sicuti Iacob in Egyptum mittebat pretiosos & selectos terræ fructus. Cæterum ^{Gen. 43 c.} 12. quum ipsi more Perfico Regem adorantes quem terrenum esse adhuc putabant, terræ fructus obulerint: nostru est spiritualiter eum venerari. Nā hic legitimus est ac rationalis cultus quem exigit, vt nos illi primū, deinde & nostra omnia consecremus.

LVC. II.

MATTH. MARC.

22. *Et postquam completi sunt dies purgationis eorum secundum legem Alois, adduxerunt eum Hierosolymam, ut sisserent Domino,*
 23. *Sicut scriptum est in Lege Domini, Omne masculinum adperiens vulnus sanctum Domino vocabitur.*
 24. *Et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in Lege Domini, par turturem, aut duos pullos columbarum.*
 25. *Et ecce, homo erat Hierosolymis cui nomen Simeon, & homo iste iustus ac pius, expectans consolationem Israël, & Sp. sanctus erat super eum.*
 26. *Et responsum accepérat à Spiritu sancto, non visurum se mortem nisi prius videret Christum Domini.*
 27. *Et venit per Spiritum in templum. Et quum inducerent puerulum Iesum parentes, vi facerent secundum consuetudinem Legis pro eo:*
 28. *Ipsè quoque accepit eum in vlnas suas: & benedixit Deum, ac dixit,*
 29. *Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace:*
 30. *Quia viderunt oculi mei salutare tuum.*
 31. *Quod parasti ante faciem omnium populi: um:*
 32. *Lumen ad reuelationem Gentium, & glori. amplebis tua Israël.*

22. *Et postquam completi.)* Die à partu quadragésimo purgationis ritum peragī oportuit. Veniunt tamen Hierosolymam Maria & Joseph alterius rei etiam causa, vt Christum, quia primogenitus erat, Domino sistant. Nunc priore loco de purgatione dicendum est, eau Lucas Mariæ & Christo facit communem, nam pronomen *Eorum*, ad Joseph nullo modo referri potest. Nihil autem absurdum, quod Christus, qui pro nobis exercitio futurus erat in cruce, immunditatem nostram quanvis à culpa & vitio immunis esset, quod ad reatum, suscepérat nostra causa, hoc est, si fons puritatis, vt fordes nostras abluere, censeri voluerit immundus. Falluntur qui putant legem hanc non nisi politicam fuisse: acsi mulier coram marito suo, non coram Deo, immunda foret. Quin potius tam natura sua corruptio ludat ante oculos posita fuit, quam diuina gratia remedium. Atque una ista lex ad probandum originale peccatum abundē sufficit, vt insigne testimonium continet gratia Dei. neque enim clarius ostendi potuit humani generis maledictio, quam quum testatus est Dominus, infante ex matre prodire impurum & pollutum, atque adeo matrem ipsam partu inquinari. Certe, nisi homo nasceretur peccator, & natura esse filius ira, atque in eo resideret aliquæ peccati labes, purgatione non egeret. Quare sequitur omnes in Adam fuisse corruptos, quando pollutionis damnatur ore Domini. Nec obstat quod alibi vocantur Judæi ramii sancti ex radice sanctæ: quia hoc bonum illis quasi aduentum erat. Etsi enim adoptionis priuilegio segregati erant in populum electum: prior tamen ordine erat hereditaria ex Adam corruptio. Distinguere ergo conuenit inter primam naturam, & peculiare forderis beneficium quo Deus suos à communī maledictione liberat. Atque huc spectabat legalis purgatio, vt scirent ludæi abstergi Dei gratia quas secū in mundū fordes na-

scendo attulerant. Hinc etiam descendū est quam horribilis sit peccati contagio, quæ legitimū nature ordinē aliquæ ex parte inquinat. Fatoq; quidē neque pueriū immundū esse, imò fateor libidinis vitiū cōlūgiū lancitatem tegi: led interim tā profusa ac secunda est peccati scaturigo, vt inde semper ebulliant aliqua vita, quæ maculis aspergunt quicquid alioqui purum erat.

23. *Sicut scriptum est in Lege.)* Hoc alterum pietatis officiū fuit, quo defuncti sunt Joseph & Maria, lubebat Dominus omnes masculos sibi dicati in redemptionis memoriam, quia quum Angelus omnia primogenita Egypti interficeret, primogenitus Israël pepercera. pollea cuīq; licebat pri- 13. vagenitum suum certò pretio redimere. illa fuit vetus cærementia: nunc Dominus cōmunit omnis sit redemptor, iure nos sibi à minimo usque ad maximum vendicat. Porro non frustra sapientia repetit Lucas Joseph & Mariæ fecisse quod p̄ scriptū erat in lege Domini. Docemur, n. his verbis, nihil proprio arbitrio tecum ēst in cultu Dei, sed obediēter sequēst̄ esse quod verbo suo p̄cipit.

24. *Et ut darent hostiam.)* Sacrificiū hoc ad ritū purgationis spectabat, ne quis putet oblatum esse redimendi primogeniti causa. Quā par turturem vel duas columbas nominat Euāgeliast, pro confessio sumit tantam fuisse in opere Joseph & Mariæ, vt ad offerendum agnū non sufficeret facultas. Nā hæc exceptio diserte ponitur Leuit. cap. 12. c. 16. Si quis obiciat, aurum paulo antè à Magis fuisse oblatū vnde emerent: respondco, nō est fingendā nobis aut copiam quæ repente pauperes ditaverit. Non. n. legitimus onustos fuisse auro camelos: sed potius credibile est fuisse exiguum aliquod libamē quod totū honoris causa attulerat. Nec verò Lex p̄cise mādabat vt in sacrificiū cōsumeret tenues suā substātiā sed à diuitiis in sacrificiis eos discernens, sūptu eos levabar. Quare nihil erit in cōmodi, si dicam' Joseph & Mariā dedisse quātū fererat.

bat ipsorum conditio: etiam siquid pecunia ad tolerandas itineris & vita sumptus repositum haberent.

25 *Ecce homo erat Hierosolymis.*) Historia haec refertur, ut Icaianus, quem se totus ferè populus impio Dei contemptu proflanasse, paucos tamen superfluisse Dei cultores & Christum ab illis fuisse cognitum à prima usque infans. Ita erant reliquias, quas Paulus secundum gratuitam Dei electionem seruatas fuisse docet. Atque in hac exigua manu inclusa era Ecclesia Dei: quanuis Sacerdotes & Scribae Ecclesie titulum non minus superbè quam falso iacent. Duos tantum commemorat Euangelista qui Hierosolymæ Christum agnoverint quoniam in templum adductus est, Simeonem & Annam. Ac de Simeone prius dicendum est. Qualis fuerit eius conditio, non legimus: & fieri potest ut fuerit plebeius quispiam homo, & obsecra fanae. Ceterum à pietate & iustitia cum commendat Lucas, quibus addit Propheticæ donum. Pietas & iustitia referuntur ad duas Legis tabulas, itaque duabus his partibus constat integritas vita. Pietatis testimonium fuit quod expectaret consolationem Israel. neque enim fine fiducia salutis ite colitur Deus: qua cum ex fide promissionum eius pendet, tum in maximè ex instaurazione per Christum promissa. Iam vero quoniam talis expectatio in Simeone laudetur qualiter virtus, hinc collige paucos tunc fuisse qui spē redempcionis vele in cordibus suis fouerent. omnibus quidem in ore erat Messias, & beatus flatus sub regno Davidis: sed nemo ferè interim patienter cerebat præsentes miseras, hac consolacione fretus quod instaret Ecclesiæ redemptio. Sicuti autem in hoc eniit Simeonis pietas quod animum suum sustinuit in expectatione promissæ salutis: & hodie quicunque probare se volunt Dei filios, suspirant continuis votis ad promissionem redempcionem. Nam tolerantia opus est usque ad ultimum Christi aduentum. *Spiritus sanctus erat super eum.* Nō loquitur de Spiritu adoptionis, qui omnibus Dei filiis communis est, licet non æquali modo: sed de peculiari dono Prophetice, quod clarius patet ex proximo versu & sequenti, ubi dicitur, Responsum accepisse à Spiritu sancto: & eodem spiritu duce venisse in templum. Quoniam ergo nullo publico honore excelleret Simeon, egregius tamen dotibus ornatus fuit, pietate, vita innocentia, fide & prophetia. Nec dubium est quin oraculum istud unus priuatum accepit ut communis inde ad prius omnes confirmatio manaret. Vocatur Iesus, Christus Dei: quia à Patre vinctus est, & vna cum Spiritu, Regni & Sacerdotij honore accepit. Venisse Simeon in templum dicitur in Spiritu: hoc est arcano instinctu & certa revelatione, ut Christo occurreret.

29 *Nunc dimitti.*) Ex hoc cantico satis constat Simeonem alii quām carnis oculis intuitum esse Filium Dei: exterior enim Christi conspectus nihil poterat quām contemptum inducere: saltem nunquam ita satisfecisset animo sancti viri, ut latus & summae votorum suorum compos ad mortem properaret. Ergo Spiritus Dei fide illuminavit eius oculos, ut gloriam Filii Dei in forido contempti que habitu cerneret. Quum dicit, Se in pace dimitti, intelligit tranquillo se animo, ut qui expletus sit ac portius suis desideriis, morituru. Sed queritur, si prius migrandum fuisse è vita, an cum perturbatione & tumultu, vt solent iniuri, tractus fuisse Simeon? Respon-

deo, notandam esse circumstantiam quæ additur, *Secundum verbi tunum.* Nam quō Deus filij sui conspectum pollicitus esset, merito suspensus habebat: immò anxi illum vivere oportuit, donec compos factus esset spes sua. Hoc ideo tenendum est, quia multi falsò & perperam Simeonis exemplum obtendunt, libenter se morituros iactantes si hac vel illa re ante frui daretur: quoniam tamen temere pro sua libidine sibi vota concipere permittant, vel spes vanas fabricare absque Dei verbo. Si præcisè dix: flet Simeon, Nunc fedato animo & quieto moriar, quia vidi Filium Dei: hac voce fidei sua debilitatem proderet: sed quia verbū habebat, secundum fidei regulam illi mortem fugere licuit usque ad Christi aduentum.

30 *Quia viderim oculi mei.*) Quanquam hic loquendi modus frequenter occurrit in Scripturis, videtur tamen distere his verbis exprimi corporalis aspectus Christi: acsi diceret Simeon, se iam habere Filium Dei carne præsentem, in quem mētis oculos prius intentos habuerat. Salutare accipio pro salutis materia: quia in Christo recōditæ sunt omnes salutis & beatæ vita partes. Iam si tātum apud Simeonē valuit Christi adhuc infants conspectus ut mortem hilaris atq; tranquillus adiret: quanto vberior nobis hodie tranquilla pacis materia suppetit, quib; contigit omnes salutis nostræ numeros in Christo cōpleros videre? Non versatur qui dē in terris Christus, nec eū gestamus inter vinas: sed in Evangelio diuina eius maiestas clarè & palā resulget, & scilicet nobis quasi facie ad faciem, ut inquit Paulus, cōspicuū exhibet: neque an plius in carnis infirmitate, sed in magnifica virtute Spiritus, quā in miraculis, in sacrifici mortis sue, in resurrectione exeruit. In summa, sic corpore à nobis abest ut ipsum tamen intueri cōueniat sedētem ad Patris dexteram. Nisi talis conspectus pacem nobis conciliat, ut alacres ad mortem pergamus, plusquam ingratius sumus Deo, & malignè reputamus quanto nos honore dignatus sit.

31 *Quod parasti.*) Significat his verbis Simeon Christū diuinitus ordinatū esse ut eius gratia fruantur omnes populi, & paulò post in sublimi locā dum, ut in cōuertat omnium oculos. Arque hoc verbo cōplicetur quæcumque extante vaticinia de propagando regno Christi. Quod i tenerum infantem vinas suis cōplicens Simeon, mentem suā extendere potuit ad extremos usque mundi fines, ut præsentem eius potentiam vbiique agnosceret: quanto hodie splendidius nos de ipso sentire cōvenit ex quo erectus est in vexillum Gentibus, scilicet que patefecit toti mundo?

32 *Lumen ad reuelationem.*) Nunc ostendit Simeon in quem finem producendus sit à Patre Christus coram omnib; populis: nempe ut Gentes iluminent, quae prius fuerant in tenebris: & gloria fit populi Israhel. Nam inter hunc & illas non sine causa distinguit: quia iure adoptionis, propinqui Deo erant Abraham filii: Gentes autem quibuscum nullum erat Dei sedes, ab Ecclesia extraneæ. Qua *Ter. 31. l. 9.* ratione Israhel alicubi non tantum Filius Dei, sed *Rom. 15. b.* etiā primogenitus vocatur. Et Paulus docet Christum venisse ut minister esset circuncisionis secundum promissiones Patribus datas. Ceterum ita præfertur Israhel Gentibus, ut communiter omnes salutem in Christo obtineant. Lumen ad reuelationem, tantudem valet acsi dictum esset, Illustratis Gentibus. Vnde colligimus homines naturaliter luce priuatos esse donec illis fulgeat Sol iudicij

stitiae Christus. Quantum ad Israeles spectat, quando summo honore a Deo affectus esset, Simeon tam-

men admonet totam eius gloriam ab uno capite pendere, quod illi promissus esset redemptor.

LVC. II.

MATTH. MARC.

33 Et erant pater eius et mater mirantes super ius quae dicebantur de illo.
34 Et benedixit illis Simeon: et dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israele, et in signum cui contradicitur.

35 Quin et tuam ipsius animam penetrabit gladius, ut retegantur ex multis cordibus cogitationes.

36 Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, e tribu Aser: hec processerat in multam etatem, et vixerat cum viro annos septem a virginitate suo.

37 Et haec vidua annorum ferè octoginta quatuor, qua non discedebat e templo, ieconiis et precationibus Deum colens die et nocte.

38 Et haec eadem hora superueniens, vicium confitebatur Domino, et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem in Ierusalem.

39 Et ut perficerunt omnia secundum Legem Domini, reuersi sunt in Galileam, in ciuitatem suam Nazareth.

33 Pater eius et mater mirantes.) Non significat Lucas obstupuisse quasi ad rem novam, sed reue- renter considerasse, & qua decebat admiratione amplexos esse hoc Spiritus vaticinium ex ore Si- meonis, ut magis ac magis in Christi cognitione proficerent. Atque hoc exemplo docebant, postquam seipso imbuti fuiimus recta fide, colligenda esse quæcumque in eius confirmationem valere possunt adminicula. Ille enim deum ritè profecit in Dei verbo, qui non definit mirari quicquid quotidie ex lectione vel auditu ad continuos si- dei progressus accedit.

34 Benedixit illis Simeon.) Si ad Ioseph & Ma- riā restringas, nihil erit difficultatis: sed quia vide- tur Lucas Christū sicut cōpēcti, quāri posset quo iure beneficiendi eius munus sibi usurparerit Si- meōn. benedicitur enim minor a maiore, vt docet Apostolus. Deinde absurdū videtur vt precēs quis piā mortalīs homo cōcipiat pro Filio Dei. Re- spondeo, Apostolum non de qualibet, sed tamū de Sacerdotali beneficiōne loqui, nam homines sibi aliās mutuō bene precantur. Magis autē probabile est Simeonem ut honinum priuatū & vinum quenlibet ē populo, illis benedixisse, quām in publica persona. nam , vt prius dictum est, nūquam Sacerdos suis dicitur. Ceterū nihil absurdū est si pro felici regni Christi successu orasse dicamus , quia hanc εὐλογίαν , pīs o- mnibus in Psalmo Spiritus dicitur. Ecce possumus est hic. Propriē quidem ad Mariam sermonem hunc direxit Simeon: communiter tamen ad pīs omnes spebat. Hac admonitione opus habuit sancta Virgo, ne latix initii (vt solet plerūque fieri) exultans, ad sustinendos tristes eventus minū compōsita esset. Deinde, ne speraret communis populi applausu recipiendum esse Christum: sed potius vt inuidito animi robore aduersus contrarios omnes insultus munita esset. Interim ve- rō communem pīs omnibus doctrinam tradere voluit Dei Spiritus, vt mundū impia contumacia Christo resistente cernentes, cum tali nihil minus duritie confligant, neque frangantur. Scimus quām graue & arduum nobis obstatulum sit mundū incredulitas, atqui superari a nobis conuenit, si in Christum credere volumus. neque enim vñquam ita bene compōsita fuerunt res humanae vt maior pars Christum sequeretur. Quare his rudimentis imbui necesse est quicunque no- men Christo daturi sunt, & his armis instrui vt in

cius fide persistant. Hæc autem longè grauissima tentatio fuit, quod à suis agnitis nō fuit Christus, in dō contumeliosē reiectus ab eo populo qui se Dei Ecclesiam esse glorificabatur : præfertim vero quod Sacerdotes & Sibæ, penes quos Ecclesiæ regimē erat, illi infestissimi fuerunt hostes, quis enim putasset eorum esset Regem à quibus tam indignè probrosēque reicti videret? Ergo non abs re predicit Simeon Christum possumus esse multis in ruinam & quidem in populo Israēl. Sensus autem est, Divinitus esse ordinatum vt multis deiciat ac præcipiat. Sed notandum est, ruinam inde procedere quod increduli in eum impingunt. quod paulò pōst exprimitur , vbi Simeon vocat Signum contradictionis. Ergo quia rebellēs sunt Christo increduli, ad eum se allidunt: vnde sequitur eorum ruina. Est autem deducta metaphorā à scopo in quem collimant iaculatorēs : acī di- xi Simeon. Hinc perspicitur hominū malitia, in mō totius humani ingenij prauitatis, quod omnes Dei Filio quasi facta conspiratione obstreptū ac reclamant, neque enim talis esset mūdi consensus ad contradicendum Euangelio, nisi quoddam es- set vclut naturale dissidium inter Eiūm Dei & homines ipsos. Etsi autem inter scīpsos dissident Euangelij hostes (vt eos in diueras partes rapit sua ambitio vel furor, vt factiosi scanduntur in diuer- sa studia, vt superstitionum multiplex est varietas qua idololatras disfusus) in hoc tamen conseruent omnes vt Filio Dei reclamant. Quamob- rem verē dictum est, nūmis luculentum esse speci- men humanæ prauitatis, quod passim Christo cō- tradicunt. Etsi autem inmaie portentum est quod mundus in suum opificem ita insurgit: quia tamen id futurum prædictū Scriptura, & ratio pa- lam apparet, quod scilicet homines semel alienati a Deo per peccatum, semper illum fugiunt, non est quod nos perturbent eiusmodi exemplē, sed potius iis armis instruēta fides nostra se ad pu- gnandum accingat cum mundi contradictione. Porro quia nunc Israēl Deus sibi collegit ex toto mundo, & nullum est amplius discriminū Iudei & Græci, idem nunc accidere oportet quod tunc factū esse legimus. Dixerat iam suo seculo Ies. 8. 6. Elaias, Ecce Dominus erit duabus firmulis Israēl¹⁴ in scandalū & ruinam. Ab eo tempore nunquam ferè cœlularunt Iudei aduersus Deum impingere: sed maximè violentus fuit cōflictus aduersus Chri- stum. Nunc eundē furorem imitatur qui se Chris- tianos

stianos vocat: in modo qui superbè sibi ariogat Ecclesiæ primatū, sèpe quicquid habet potentia ad opprimendū Christum conferunt. sed meminimini nihil eos aliud posicere nisi vt tandem frangantur ac conterantur. Nam sub voce Ruina ita pœnam Spiritus incredulus denuntiat: vt discamus quām longissimè ab ipsis recedere, ne societas eodē nos exitio inuoluat. Nec vero minùs propter ea amandus est Christus quid eo surgente multi corrunt: quia Deo gratus & suavis non delinit esse Euāgeliū odor, quāuis exitialis sit impio mūdo. Si quis roget quomodo ruina sit occasio Christus incredulus qui iam extra ipsum perditū sunt: facilis respōsū est, Bis perire qui oblati sibi diuinus salutē vltro se priuant. Ergo ruina duplēcē pœnam significat, quæ omnes incredulos manet postquam scientes & volentes cum Filio Dei cōfliixerint. In resurrectionem. Priori membro opponitur hæc cōfusatō, quæ rem sensui nostro odio-sam mitiget. hoc enim triste est auditu, si nihil aliud addatur, Christum esse lapidem scandalū, qui sua duritas magnam hominum partem franget ac conteret. Ergo ad diuersum eius officium nos reuocat Scriptura, quid fundata in eo hominum salus cōsistat: sicut Iealās etiam loquitur, Dominū exercitūm sanctificat, sit ipse timor vester, & erit vobis in sanctuarium, vel arcem munitam. Clariū vero Petrus, Ad quem accedētes lapides viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electū & honorifice euēctū: ipsi tanquam lapides viui superadīficātū. Nam sic continet Scriptura, Ecce ponō in Sion lapidem angularem probatum, electum, preciosum: qui crediderit in eo, non pudebit. Vobis ergo creditib, preciosus est: non creditibus autem, lapis quem reprobauerūt adīficantes, &c. Ergo ne Christum nobis formidabilem reddat elogii illud, quo vocatur Christus lapis scđali statim eregitur occurrat, ipsū quoque vocari lapidem angularem, quo sustinetur pitorum omnium salus. Indò succurrat, illud esse accidentale: hoc verò genuinum & proprium. Notata præterea dignum est quid nō votatur Christus pitorū fultura, sed resurrectio. neque enim is est hominum status in quo illis manere expedit. Ante ergo resurgere à morte operet, quām viuere incipient.

35. *Tuā ipsius animam.*) Hæc admonitio ad confirmandum sancta Virginis animum valere debuit, ne in errori succumberet vbi vētum esset ad tam acres pugnas quæ illi fuerunt subeundæ. Cæterū etiā variis tentationib, agitata fuit & vexata eius fides, acerrimum tamen illi cum cruce certapenit fuit, Christus extinctus videri poterat. Etiam autem morore nunquam absorpta fuit, non tamen faxem fuit eius pectus quin grauter fauicaretur, sicuti constantia Sanctorum à stupore multum differt. *Vt retengantur ex multis cordibus.* Quidam hoc membrum cōnectant cum illa sententia magis remota, Quid Christus positus sit in ruinam, &c. parenthesi includunt quod proximè exposuimus de gladio, sed meo iudicio fatius est ad totum complexum referre. Particula verò vt non hic est propriè causalis, sed tantum cōsequētiā notat. Nam quām exoritur lux Euāgeliū, & deinde surgunt persecutions, simul emergunt cordium affectus ante oculū, nam tales sūt humana simulationes latebræ, vt facile extra Christum lateant. Sed Christus luce sua fucos omnes abstergit, & hypocrisias denudat. Ideo iure illi tri-

buit officium hoc, quid in apertum proferat arcana cordis. Sed vbi ad doctrinā crux accedit cor da magis ad viū examinat. Nam qui extēna professione Christum amplecti erant, abhorrent a fērenda cruce: & quia Ecclesiam vident subiectam vatis arēnum, stationem suam facile deserunt.

36. *Erat Anna prophetissa.*) Duos tantum recenter Lucas quibus exceptus fuerit Christus: idque eo consilio vt discamus toti nūdō præferre quod Dei est, quantumvis sit exiguum. Erat tunc quidem in Scribis & Sacerdotibus magnus splendor: sed qui in Simeone & Anna residet Dei Spiritus, quo prorsus vacui erant Principes, plus duo isti soli merentur reverentia, quām ingens eorum turba qui tantum in anībus larvū superbiunt. Hac ratione exprimitur Anna atq; & Prophetissa titulo ornatur: tertio insigne illi pietatis suæ & castæ virtutis testimonium redditur, hæc enim sunt quæ hominibus autoritatem & pretium iure conciliant. Et certè non alios decipit larvarum splendor vel inanis pompa, quām qui pro ingenio sui vanitate fallacis addicti sunt. Dicitur vixisse annis septem cum viro à virginitate sua, vt sciamus vixisse viduam in ipso aetatis flore. virgo a. nupferat, & paulo post marito priuata: quid autem absinuit à secundis nuptiis quum adhuc vegeto, elset corpore, hac circumstantia augerit pudicitiae laus. Quod tamen sequitur, bisiriam exponi potest, viduam vixisse annorum ferme octoginta quatuor: nempe quid ab eius coabitatu elapsam fuit illud tempus, vel quid tandem vixisset. Si annos octoginta quatuor à viduitate numeres, sequetur maiorem vixisse centenaria: sed hoc in medio relin quo. Quod autem in paucis quibusdam adhuc habeat Spiritus prophetæ, iis quasi tessellis comprebata fuit Legis doctrina & Iudaica religio, donec veniret Christus, siquidem in tan vasta dissipatio ne talibus administris retineri necesse fuit Dei electos, ne disfluerent.

37. *Non discedebat ē templo.*) Hyperbolice est loquutio, cuius tan̄en clarus est sensus: Annā propè assiduam in templo vixisse. Ad h̄t Lucas ipsam in ieiuniis ac deprecationibus continuo coluisse Deum. Vnde colligimus non frequentasse templum quasi hoc nō officio defungi vellet, sed simili iunxit̄ alia pietatis exercitia. Cæterū notare operæ pretiuū est, non candem hic omnibus regulam præscribi: neque etiam promiscuè trahi debere in exemplum quæ hic in vidua multere laudant̄ officia, prudenter enim discernere oportet quid cuiusq; e vocationi conueniat. Stulta enim amulatio sibi mundū replevit dum cupidus magis quām scienter arripiens superstitioni quicquid in sanctis laudari audiret, quasi verò, vt distincti sunt ordinum gradus: ita nō etiam habendus sit delectus operum, vt singuli vocationi sūe respondeant. Quod hic refertur de Anna, Paulus ad viduas specialiter restringit, præpostore ergo faciunt coniuges si ad exemplum dissimile vitam suam forment. Supereft tamen adhuc scrupulus, quid videtur Lucas partem Diuini cultus in ieiuniis statuere, sed notandum est, ex operibus quæ ad cultum spectant, alia simpliciter requiri, atque (vt loquuntur) ver se esse necessaria: alia verò quæ accidunt, referri in hunc finem vt prioribus illis obseruant. Precationes ad Dei cultum propriè faciunt: ieiuniūm verò, inferius subsidiūm est, quod non aliter Deo prebatur nisi quatenus precandi studium & ardorem adiuuat. Tenenda

enim regula est, & stiupari hominū officia à recto & legitimo fine. Tenenda etiam distinctio, quod directe precibus colatur Deus; ieuniis verò non nisi propter conlequentiam. Neque verò dubium est quin ieuniū sua retulerit sancta mulier ad lugendam quæ tunc erat Ecclesia calamitatem.

38 *Vicissim confitebatur.*) Sanctam melodiam, quæ retinabat in linguis Simeonis & Annae, cōmendat Lucas, vt se mutuò hortentur fideles ad canendas vno ore Dei laudes & alii alii vicissim respōdeant. Quem dicit loquuntur fuisse Annam omnibus qui expectabant redemptionem, piorū paucitatem iterum designat. Caput enim fidei sicutum erat in hac expectatione. Paucos autem fuisse apparet qui eam verè in animis suis fouerent.

39 *Renerfūnt in Galileam.*) Facilè quidem ad mitto, professionem Egyptiacam intermedium MARC. LVC.

13 *Digressus autem illis, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph,* dicens, *Surge & assume puerulum & matrem eius, & fuge in Egyptum, & esto illic donec dixerit tibi, futurum est enim ut Herodes querat puerulum ad percedendum eum.*

14 *Ille vero excitatus assumpit puerulum & matrem eius noctu, & secessit in Egyptum.*

15 *Et fuit illic usq. ad obitum Herodus: ut perficeretur quod dictum fuerat à Domino per Prophetam, dicentem: Ex Egypto vocavi filium meum.*

16 *Tunc Herodes ubi vidit sibi illum fuisse à Magis, indignatus est vehementer, & mittens interfici omnes pueros qui erant in Bethlehem & omnibus eius finibus, à bimatu, & infra secundum tempus quod exquisierat à Magis.*

17 *Tunc perfectum est quod dictum fuerat ab Ieremia Propheta, quū ait,*

18 *Vox in Rhamā audita est, lamentatio, ploratus, & sletus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolationem admittere, propterea quod non sint.*

13. *Digressus autem.*) Quo dies intercesserint à discessu Magisteri vsque Ioseph in Egyptum fugere iussus est, nescitur, neque etiam magnopere pertinet: nisi quod probabile est, dominum Mariam pepercisse donec ex puerperio conualuit, vt iter facere posset. Hoc verò admirabile fuit Dei consilium, quod filium suum fuga seruare voluit. Nec verò dubium est quin periculosis tentationibus agitata fuerit niens Ioseph, quoniam nihil spei nisi in fuga offendiceretur, nulla enim in fuga erat diuini præsidii species. Deinde minimè consentaneum erat non posse nisi hominis mortalis opera seruari qui futurus erat omnium seruator. Verum habeat moderationem tenuit Deus in Filio suo seruando, vt cœlestis sua potentia signa aliqua daret: nec tamen ipsius ita redderet conspicuā, quin lateret sub specie infirmitatis. nondū enim Christi palam glorificandi maturū erat tempus. Quod Angelus rem occultauit & humanitas ignotā predicit, claram est diuinitatis specimen: quod fuga & exilio regere iuber vitam pueri, pertinet ad carnis infirmitatē cui subiectus erat Christus. Ceterū hinc docemur, Deum non vno semper modo seruare suos: sed nūc magnificē exercere virtutē suam, nūc verò ex obscuris integrum vel vimbris tenues eius scīt illi proferre. Iam ista mirabilis ratio seruandū sub cruce filij Dei, nos docet perferant facere qui certam Deo viam præscribunt. Sinamus ergo disparib. modis salutem nostri ab eo promoueri, nec recusemus humiliari, quo melius ipse gloriam suā illustreret. Præfertum verò minime fugienda nobis est crux, qua filium

fuisse: & quod dicit Lucas, eos habitasse in vrbe sua Nazareth, ordine esse posterius fuga in Egyptum, quā Matthēus refert. Porro si absūdum nō est ab uno Evangelista omitti quod ab altero narratur, nihil etiam obstat quin Lucas, refecto tempore cuius nullam facere mentionem instituerat, transistū sibi fecisse dicamus ad historiam sequētem. Sed interim eorum commētiū minime assentior, qui Ioseph & Mariam, peractō purgationis sacrificio, finguunt reuersos fuisse in Bethlehem ut illuc degerent. Stulte enim imaginantur fuisse illic domicilium Ioseph, vbi adeo ignotus erat ut hospitium nullum inuenire poterit. Nec temerē Lucas tam eius quam Mariæ vrbe vocat Nazareth. Vnde colligimus nunquam ipsum habitasse in Bethlehem, licet inde oriundus esset. De serie verò temporum mox pleniū differam.

M A T T H E U S. 11.

te ageret. Gestabat quidē fecit in persona infantis quicquid vñquam bonorum sperauerant Patres, vel illis pollicitus erat Dominus: sed quia nō du m̄tatos in fide & Christi notitia fecerat progressus, contineri hoc mandato neceſſe habuit. Elto ille donec tibi dixerit: ne moleſtum illi eset, patri extorrem inter Ægyptios languere.

15 Ex Ægypto vocari.) Quia Matthæus complectum dicit vaticinum, patarunt multi nō aliud Prophetam voluisse quād quod exprimitur: atque hunc sibi fixerunt sensu, stulte facere Iudeos, dum Filium Dei oppugnare & opprime re co[n]tantur, quia Pater eum ex Ægypto vocauerit. Atqui in hunc modum perperam torquentur Prophetæ verba, cuius consilium est ingratitudinis reos facere Iudeos, qui à prima sua infantia & origine Deum experti plusquam benignum & beneſicūm patrem, nouis tamen peccatis subinde provocent. Proinde sit hoc nobis extra controverſiam, locum nō debere ad Christum reſtrīngi. Neq; tamen à Matthæo torquetur, sed scitè apt. tur ad p[re]ſentem caſam. Sic intelligi debent verba Prophetæ. Quād puer adhuc eiſer Israel, eduxi eum ē misera illa feruitate in qua demersus erat. Prius similiſ fuerat mortuo, & Ægyptus illi erat inſtar ſe pulchri: ego autem inde, quāl ex utero, educūtum, in lucem vita protuli. Merito autem ſic loquitur Dominus: quia liberatio illi, quād am fuit populi nativitas, tunc enim palam ſucta ſunt ad optionis tabulae, quom Lege promulgata recepſus eſt in p[re]culum Dei, regnum ſacerdotale, & gentem ſanctā: quād ab omnibus populis fuit ſegregatus, quoniam deniq; vt in medio eius habitaret, Dominus ſibi tabernaculū erexit. Perinde igitur valēt Prophetæ verba ac ſi diuſiſet, populum ex Ægypto non leſcus ac profun[do] mortis gurgite, ereptū eſſe. Iam redempio per Christum allata, quid aliu quād r[es]urrec[t]io à morte, & noua vita initiu[m] fuit? Propè enim lux salutis tunc extinta erat, quoniam Deus in Christi persona Ecclesiam ſibi deuō ge nūti: tunc ex Ægypto prodiit Ecclesia in ſuo capite, ſicuti totum inde corpus ante[dict]um fuerat. Facit autem h[ab]et[ur] analogia, ne videri debet abſurdum quād partem aliquam pueritia lux Christus in Ægypto tranſegit, quin potius eo illuſtrior fuit Dei gratia & virtus, & admirabile consilium magis eniit, quād lux e[st] tenebris & ex inferis vita emerit. Posset enim alioqui hic obſtrepere carnis ſenſus, Scilicet ex Ægypto venturus eſt Redemptor. Matthæus ergo non eſſe nouum vel inſolens admonet, quād Deus filium inde ſibi vocet: ac potius hoc ad fidei noſtra cōfirmationem valere, quād ſicuti olim, ita nunc de integrō nſcatur ex Ægypto Dei Ecclesia. Hoc modo eſt diuerſum, quād olim totus populus Ægypti ergaſtulo incluſus fuerit: in ſecunda autem redemptione ſolum Ecclesia caput Christus illi latuerit, ſed qui omnium ſalutem & vitam in ſe inclusam gestabat.

16 Tum Herodes ubi vidit.) Loquitur Matthæus ex ſenſu & opinione Herodis, qui deceptu fe à Magis putabat, quia miniftri eſſe noluiſſent impia crudelitatis. Potius ipſe captus fuit in ſua aſtutia, qui perfida ſi nulauerat ſibi quoq; eſſe in animo regē nouū colere. Parò huius historię nula fit mētia apud Iosephū ſolus Macrobius lib. Saturniorū 2. locos & dieteria Auguſti referēt, di cit. Quād audiſſet inſlu Herodis, pueros in Syria inſta bimatu occiſos, & in turba ſimil occiſu ſuſſe eius filiū. Mallē, inquit, Herodis porcus eſſe quād

filius. Atqui nobis abūdē ſufficit vnius Matthæi au thoritas, non debuit quidē factius tā memorabilis omitti à Iosepho, mirū tamē non eſt de infantib[us] iſpum tacere, qui leviter tantū & obſcurē ſtingit nō minus detestabile ſauitiae exemplū, quād eodē ferē tēpore fululerit omnes Iudeces, quos Sanhedrin vocabat, ne quid prorsus refiuū maneret ex stirpe Dauidis. Ego vero nō dubito quin eodē me tu impulſus fuerit ad vtrūq; ecdis genus. De tēpore tamen ambiguitur. Nā quā dicat Matthæus occiſos fuſſe bimulū & minores, ſecundū tepus quod exquifiterat à Magis: colligere inde licet, Christum ē atatē tunc attigisse, vel ſaltē nō procul obtuſiſe à bimatu. Hoc quād longius deinde trahunt, quo tēpore veneſunt Magi, eius ferē atatē fuſſe Christū. Ego vero alterū ex altero nego confici. Quāto paurore tūc correptus fuerit Herodes, quārum rumor in vulgus ſparſus eſſet de novo rege nato, paulo ante vidimus, quātū tunc impedierit metus ne proditorē quāpiā clāculum ſi bimulū auderet explorandi cauſa, nō eſt quād miremuſtā odiola & atrocī cāde aliquandiu fuſſe cohibitum: p[ro]ſertim quād recēs adhuc rāma de Magorū aduētu vigeret. Certē probabilis coniectura eſt, facinus quod agi tabat in animo, diſtoliſſe in ſuā occaſionē, & fieri potest vt prius interempti ab eo fuerint Iudeces, quād p[ro] pulū ſuis ducib[us] orbatū impunē quiduis p[er]ficeret. Vnde colligere p[ro]ptum eſt, fri uolo argumēto eos niti, bimulū ſuſſe Christum quād adorator fuit à Magis, quā ſecundū tepus quo apparuereſt ſtells, Herodes pueros occiderit bimulū paulo minores. Stulte autē pro cōficio ſumunt, ſtells nō apparuiffe niſi p[er] p[ar]tē Virginis. Lōgē veriſimilius eſt matrē ſuſſe admonitos, & ſub iſam nativitatē Christi iter ingressos eſſe, vt infantē recens natum in cunis vel matris gremio cōſpiceret. In prius verō puerile eſt illud cōrētum, veniſſe ex ignota aliqua regione & quād ex alio orbe, vt prope biennium in itinere conſum p[er]ferint. Denique magis ridicula ſunt quā affert Ohander, quān[do] ut refutatione egeant. Ceterū in hoc contextu historię quem propono, nihil eſt incommodi, quād nondum elapſo puerperij tem p[er]e veneſint Magi, & Regem quāſierunt qui natuſ erat, non qui iam eſſet bimulus: quād Ioseph, illis in patriam reuerſis, noctu fugerit: ſed tamen in transiū defunctus ſit Hierosolyma pietatis oficio quod Lege Domini p[re]ſcriptum eſt. (p[ro]tuit autem in tam populoſa vrbe, in quam ex omnibus locis affidius erat confluxus, ſecurus eſſe à periculo.) quād illo in Ægyptum profecto Herodes anxiē de periculo ſuo cogitauerit: tandem eruperit ſequitiae vleſus quod vltra ſequiannum in tūs aluerat, nam aduerbiū Tunc non designat ſemper in Scriptura continuum tempus: ſed plenarūque occurrit vbi longa eſt terum distantiā.

18 Vox in Phana.) Certum eſt à Prophetæ deſcribi cladem tribus Beniamin quā accidit eius tempore. Excisionem enim tribus Iuda p[re]dictis, cuius aſceſio erat dimidiā tribus Beniamin. Quād Racheli mortua luctum tribuit, p[ro]ſopœia eſt quā plurimum valet ad mouendos affeſtus. Nec verō Ieremias Rhetoricos colores inducit ornanda ſolū orationis cauſa: ſed quā aliter corrigi non poterat durities & stupor viuorū, quām ſi mortui e[st] ſepulchrī quodammodo euocarentur ad lugendas Dei vindictas que solebant ut plurimum Iudibrio haberit. Quād tunc co mplectum fuerit Prophetæ vaticinum, non intelligit Matthæus illi p[re]dictum ſuſſe quid ſaſturus d. iiiij.

effet Herodes, sed Christi aduentu renouatum fuisse
se luctum illū quem multis ante seculis pertulerat
Beniamita: atque ita scandalo occurrere voluit
quod turbare poterat & concutere pias mentes,
nempe nihil ab eo salutis effet sperandum cuius
causa simulacrum natus esset, trucidarentur infantes:
imò hoc sinistrum esse & infelix præfigū, quod
maiorē saevitiae flammam accéderat Christi na-
tivitas quam ardore soleat in bellis maximè hosti-
libus. Atqui sic ut Propheta instauratio promi-
titur vbi gens ab ipsis viisque infantibus excisa fue-

rit, ita admonet Matthæus, nihil obstat strage
illam quoniam Christus paulo post totius gentis red-
emptor apparet: scimus enim totum illud caput
suauiissimis consolationibus resertum esse. Et post
funebrem illam querimoniam continuo sequitur,
Quiescat vox tua a ploratu, & oculi tui à lacry-
mis: quia merces est labori tuo, & spes nouissimis
tuis, &c. Hac igitur similitudo est prioris cladis
in tribu Benianin accepta cum hac secunda
quod vtraque restituenda mox salutis præludium
fuit.

MATTH. II.

M A R C | L V C.

- 19 Ceterum defuncto Herode, ecce Angelus Domini per somnum ap-
parebat Ioseph in Ægypto.
20 Dicens, Surge, & assume puerum & matrem eius, & vade in terram
Irael: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri.
21 Ut ille surgens assumpit puerum & matrem illius, & venit in ter-
ram Irael.
22 Verum quum audisset Archelaum regnare in iudea loco Herodis
patris sui, imuit illuc abiire: sed oraculo admonitus per somnum, sese in
partes Galilee.
23 Quo profectus, habitavit in urbe qua vocatur Nazareth, ut implere-
tur quod dictum fuerat per Prophetas, Nazareus vocabitur.

19 *Defunctio Herodei.*) Ossenditur his verbis
perseverantia fidei Ioseph, quod pedem in Ægypto
fixum habuit donec rursus Dei mandato re-
vocaretur in patriam. Inter ea videmus, Dominū
suos nunquam frustrate quin opportunè illis suc-
currat. Ceterum probabile est statim post Herodis
mortem Ioseph ex Ægypto redisse, priusquam
Augustus Cæsar Archelaum suo decreto cōstitu-
set inde Eutharciam, quia enim patris testamē-
to scriptus erat regni successor, tametsi abstinuit
à nomine Regio, præfatus hoc à nutu & arbitrio
Cæsaris pendere, omnia tamen pro imperio ges-
sit. Deinde Romanus prefectus obtinuit confirmationem:
tantum illi nomine Regis negatum fuit
donec factus promoteritus esset. Galilæa vero præ-
ferat Philippos, vir mansueti ingenij & ferè priuato
similis. Ergo in eius ditionem Ioseph Angeli moni-
tu concessit: quia sub principe minimè sanguini-
ario & suos clementer souente, minus erat pericu-
li. Porro semper memoria tenendum est Dei
consilium, quod Filium suum ab initio sub crucis
rudimentis continuerit: quia hæc illi redimenda
Ecclesiæ futura erat ratio. Nam & ideo infirmi-
tates nostras subiicit, periculis subiectus fuit, &
timoribus obnoxius, ut Ecclesiam ab illis Diuina
sua virtute liberatam æternam pace donaret. Quare
eius periculum nostra fuit securitas: metus eius,
nostra fiducia: non quod iam tunc sibi per etatem
metueret: sed quia pro timore Ioseph & Maria
huc illuc circunfercebatur, meritò dici potest su-
ceptos ab eo nostros timores, ut tranquillam si-
ducionis nobis acquireteret.

23 *Nazareum vocabatur.*) Non deducit Mat-
thæus Nazaræum à Nazareth, quasi sit hæc propria
& certa etymologia: sed tantum est allusio. Ceterum
נָזָר sanctum & Deo consecratum significat,
אַנְזָר quod est separare. Hebrei quidem נָזָר
Naz̄er florem appellant: sed minime dubium est
quoniam sicutum illum priorem spectauerit Matthæus,
nusquam enim legitimus Nazar̄os vocari floridos,
sed qui domino consecrati erant secundum Legis
præscriptum, quod Numer. ca. 6. 1. 4. habetur. Sen-
sus ergo est, Tametsi metu cōpulsus fuerit Ioseph

in Angelū Galilea, altius tamen fuisse Dei consi-
lium, & urbe Nazareth Christo fuisse ordinata
in qua habitat, vt merito serre posset nomen
Nazarei. Verū queritur a quibus Prophetis nomen
hoc impolitum fuerit Christo, quū nusquam extet
tale testimonium. Quibusdam sufficere videtur,
quod Scriptura frequenter Sancti vocet: sed hæc
nimis frigida est solutio. Matthæus enim (vt vide-
mus) insinuit in voce ipsa, & ad veteres Nazareos
relicpit, quorū peculiaris erat sanctitas, ac si dice-
ret oportuissim compleri in Christi persona quod
tunc fuit adumbratum in Nazareis, qui erāt velut
selecta Deo primis. Videndum tamen restat vbi
nā tradiderint Prophetæ hoc fore Christo nomen.
Chrysostomus quia nodū solvere nō potest, ab-
scindit multos Prophetarū libros intercidisse. Sed
responsio illa nihil habet coloris: quia erit Domini-
nus, vt veteris populi ignauiam puniret, eum ali-
qua Scripturæ parte orbavit, vel resecuit quæ mi-
nus necessaria erat, à Christi tamen aduentu nihil
perit. Et in seipso in eā rē adducitur Iosephi locus,
vbi dicit duos libros ab Ezechiele relictos esse. Nā
quod vaticinatur Ezechiel de novo templo &
regno, à prioribus vaticiniis aperte distinctū est, &
effici quasi novū corpus. Quod si hodie superstites
ac falios habemus omnes scripture libros qui
Matthæi tēpore exabant, necepsit est aliquid inue-
nire quod citat Prophetarū testimonium. Recti-
simè autē omnium Buceris sensisse mihi videtur,
qui locū ex Iudicū cap. 13. 4. 5. notari existimat. Illuc
quidē sermo habetur de Samsone: sed quia redemptor
populi nō vocatur Samson, nisi quatenus figura
Christi fuit: & filius eius manu & ministerio
allata, vimbratilē quoddā præludiū fuit plena salutis,
quæ tandem exhibita fuit mundo per Filium
Dei: quicquid de Samson in bonam partem pre-
dicat Scriptura, iure ad Chalifum transferetur. Si
quis clarius malit, Christus primarium est exemplar: Samson autem inferior fuit antitypus. Ergo
quoniam induitus fuit redemptoris persona, sciendū
est, nullum ex elogis quibus præclarū & verè di-
uinum illud munus ornatum fuit, in ipsius tā pro-
priè quām in Christum competere. Libabant
enīma

enim patres redemptionis gratiam, quā nobis in Christo ad plenum percipere datū est. *Quod autē prophetas plurali numero posuit Mattheus, facilis est excusatio: quia liber ille iudicium, & pluribus Propheticis compōsitus fuit.* ego tamen quod hīc habetur de Propheticis latius patere arbitror. Ioseph enim, (qui temporalis fuit seruator Ecclesiae, & natus medis figuram Christi gestauit, vel po-

tiūs viva fuit eius imago) vocatur Nazareus frater suorum, Genes. 49.d.26. & Deuteron. cap. 33.c 16. Deus ergo eximiam dignitatem, cuius specimen praebeat in Ioseph, in Samsonem relucere voluit, & indidit illi nomen Nazarei, vt istis tyrocinis imbuti fideles, magis intenti essent in futurum Redemptorem, qui segregandus erat ab omnibus, vt primogenitus esset inter multos fratres.

MATTH. MARC.

- 40 *Puerulus autem crescebat & roborabatur spiritu, & plenus erat sapientia, & gratia Dei erat super illum.*
- 41 *Et ibant parentes eius quotannis Hierosolymam in die festo Paschæ.*
- 42 *Et quum factus esset annorum duodecim, a cōscenditibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem dier fīlii,*
- 43 *Consummatisque diebus, quum redirent illi, remansit Iesu puer Hierosolyma, & non cognoverunt parentes eius,*
- 44 *Rati autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & inter notos.*
- 45 *Et quum non invenissent eum, reuersi sunt Hierosolymam querentes eum.*
- 46 *Et accidit, post triduum inuenierunt illum in templo sedentem in meilio Doctorum, audiētē illos & interrogantem.*
- 47 *Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super intelligentia & reponsis eius.*

40 Puerulus autem crescebat.) Mattheus ab infante Christi continuo ad manifestationē transit. Lucas hīc vnam duntaxat memoratu dignam refert, quod scilicet Christus in media pueritia speciūm dederit futore sue functionis, vel salē tytocinio uno ostenderit qualis futurus esset. Primum autē creuisse dicit, & roboratū spiritu, quibus verbis significat vna cum *arate* creuisse etiam animi dotes. Vnde colligimus profectus istos vel incrementa ad humanam eius naturam referri. Nā diuinata nihil accedere potuit. Quāratur tamē anno statim ex quo conceptus fuit in utero matris, excelluerit omni donorum spiritualium plenitudine. videtur enim absurdum vt quicquād ad perfectionem detinuerit Filio Dei. Rēspōsio tamen faciliis est: si nihil derogat eius gloria, quid proflus exanimatus fuit: neque hoc ab eo esse alienū, quid sicut adolescentē corpore, ita & secundum animam nostra causa proficere voluerit. Et certè quoniam doceat apostolus per omnia fuisse nobis similem excepto peccato, procul dubio hoc quoque cōprehendit, quid eius anima subiecta fuerit ignorantia. Hoc solū discrimen est inter nos & illum, quid infirmitates que nos necessitate cōstringunt, sponte & propria voluntate suscepit. Ergo pro *arate* ratione & modo Christus secundum humanam naturam gratuitis spiritus donis auctus est, vt ex sua plenitudine ad nos transfunderet: quia gratiam ex eins gratia haurimus. Quidā nimis metuī loſi quod hīc dicitur reflingunt ad externā speciem ac exponunt, Christum visum esse proficere, etiā ſi reiſa nihil illi nouę intelligentiā accederet. Sed aliter ſonant verba, & clarissū adhuc reflellit hic error, quum paulo pōst addit Lucas, *Puer arate & sapientia proficiebat apud Deū & homines.* Neq; enim imaginari fas est, latissimam intelligentiam in Christo quā apud eum apparuit temporis ſuccēſſu. Nec verò dubium est quin Dei consilium fuerit diferte extimere, quām vere & solidē Chri-

ſtus, quum in iūt carnem nostram, omnes fraterna cuā hominibus cōiunctionis partes sit amplexus. Neque hoc modo duplēcē implum ſinginus, nam eſi vna fuit Dei & hominis persona, nō ſequitur tamen humanae naturae fuſile datum quicquid proprium diuinitatis erat: ſed quatenus ſalutis noſtræ interfuit, Diuinam ſic nō potentiā quā occulat tenuit Dei filii. Et quod dicit Irenēus, quiescente diuinitate paſū fuſile, nō modō de corporali morte interpretor, led de illo incredibili anima dolore & criciati, qui hanc illi querimoniā expreſſit, Deus meus, vt quid me dereliquisti? In ſumma, niſi negare libeat Christus verū hominem esse factum, non pudeat etiam fateri vltro ſulcepisse quā ab humana natura separari nequeunt. Scilicet antein obiicitur ignorantiam, quā pœna fit peccati, Christo non quadrare. idem enim de morte quoque dicendum foret. Quā in potiū Mediatoris officio defunctū eſſe tradit Scriptura: quia quicquid pœnarum eramus promeriti, in ſeipsum à nobis tranſtulit. Adde quid nimis cras & incitē ignorantiam faciunt pœnam peccati. Neque enim putandum eſt, Adam, quum adhuc eſſet integer, omnia ſciuile: neq; Angeli, dū aliiquid ignorant, ſuſtinent peccati pœnam. Subtilius colligunt quidam, nihil haſſe ignorantia in Christo, quia ignorātia vitū ſit. Sed iſi quoq; falſum & inane principium perpetram ſumunt: aliquoquin pares eſſe Deo Angelos necesse erit, vt vitioſi non ſint: vitioſa quidem eſt cras humana mentis, & meritō pars originalis peccati censetur. ſed hīc non alia Christo ignorantia tribuitur, quām quā in hominem omni peccati macula purum cadere potest. Ceterū quām dicit Lucas, Roboratum fuisse spiritu, & impletum sapientia, ſignificat, quicquid eſt sapientia in hominibus, & quotidie illis accreſcit, fluere ex unico iſto fonte, nempe ex Dei ſpiritu. Generalior eſt quā ſequitur loqua-

40. Gratia Domini fuisse super eum, comprehendit enim quicquid in ipso excellenter respicitur.

41. *Iabant parentes eius quotannis.*) Laudatur hic Mariæ & Ioseph pietas, quod studiosè in externo Dei cultu se exercuerint. Neque enim temere ab ipsis suscepta fuit annua hæc peregrinatio, sed ex mandato Dei. Nam quod Lex malis tantu' precipit ut se sustent in Dei conspectum, nō excludit in totum sceminas, sed illis parcit secundum indulgentiam. Atque haec nota discernitur pura religio à vanis & prauis superstitionibus, quod illa se continet sub Dei obsequio & præscripto Legis eius: hæc autem pro cuiusq; arbitrio extra Dei verbum sine certa regula vagantur. Quanvis autem multis corruptelis infectus esset cultus tēpli, venale esset Sacerdotiū, & doctrina multis erroribus implicata foret: quia tamē adhuc vigebat legales cæremoniæ & exterrū sacrificiū ritū, qualis in Lege traditur, feruabant, oportuit fideles talibus exercitiis fidem suā testari. Caeterū no[n] patris ad Ioseph impropterè transfertur ex vulgari hominum sensu.

44. *Illum esse in conatu.*) Ex pluribus sacra Scripturae locis constat turnatum iter facere solitos qui diebus festis veniebant in templum adorandi caeli. Quare nō mirum est si primo die Ioseph & Maria de pueru minus solliciti fuerint: posste a vero se non pigritia vel neglegētu securos fuisse.

MATTH. MARC.

- 48.** *Et viso eo admirati sunt, & dixit mater eius ad illum, Fili cur fecisti iobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes quereremus te.*
- 49.** *Et ait ad illos, Quid est quod quereratis me? an nesciebatis quod in g[eneris] que Patris mei sunt oportet me esse?*
- 50.** *Et illi non intellexerunt sermonem quem loquuntus est ipsis.*
- 51.** *Et descendit cum eius, venitque Nazareth. Et erat subditus illi, mater autem eius conservabat omnia verba hæc in corde suo.*
- 52.** *Et Iesus proficiebat sapientia & aitate, & gratia apud Deum & homines.*

48. *Dixit mater eius.*) Falluntur meo iudicio qui sanctam virginem sic loquuntur esse putant ostendandi imperi causa, ino fieri potest ut seorsum & remotis testibus tandem cœperit expostulare cum filio, postquam à concubitu discessit. Vt cunque res habeat, nulla eam impulit ambitione: sed tridui n[ost]re expressa ei fuit hæc querimonia. Interea quod expostulat ac si iniustè lœsa fuerit, hinc apparet quād propensi naturā simus ad ius nostrum tuendum, posthabito etiam Dei respectu. Mori quidem centies maluisset sancta Virgo, quād ex certo animi proposito se Deo præferre, sed dum materno dolori indulget, per incogitantiam ed delabitur. Et san[ct]o hoc exemplo moneatur quād suspecti nobis esse debent omnes carnis affectus, & quanto tempore caendum sit ne iuris nostri tenaces vtrā quād par est, & nobis additā, Deum honore suo fraudemus.

49. *An nesciebatis.*) Merito matrē reprehendiit Christus: quād id parcē & oblique facit. Sūma est officium quod Deo Patri suo debet, omnibus humanis obsequiis lōgē præferendū esse. Perpetrā igitur facere terrenos parētes, quibus dolet se neglectos fuisse præ Deo. Atq; hinc colligēda est generalis doctrina, quicquid hominibus debetur, priori Legis tabula subesse, & Deo sua potestas intacta maneat. Sic Regibus & paribus & dominis obediēdū est, sed nō nisi sub Dei imperio: hoc est, ne quid Deo pereat vel decedat in hominum gratiam. Nec verò tunc violatur humana pietas

se ostendunt.

46. *Sedentem in medio Doctorum.*) Radios diuinī fulgoris palam in pueru enituisse oportet, vt sessum admisus fuerit à superbis hominibus, quād quam autē probabile est, in subsellio potius quām doctorum gradu sedis: nunquā tamen fastidioli homines audientiam illi in publico cœtu facere dignati essent, nisi vis aliqua diuina iplos coegeret. Fuit ergo hoc quasi præludium vocationis, cuius nondum maturum tempus aduenierat. Atque ideo tamen tantum gustum dare voluit, qui statim elapsus est ex hominum memoria: nisi quod Maria in corde suo reconditum nobis seruavit, vt deinde cum aliis thesauris proferret in cōmūnem piorum vñum. Et no[n] aonda sunt hæc duo: miratos fuisse omnes, quia prodigijs loco habebant puerū tam apte & concinnè texere suas interrogations: rursum, audiendo, Christum ipsum potius discipuli partes egisse, quām magistri, quia enī nō dum hoc vocatus fuerat à Patre, vt se publicum Ecclesiæ doctorem profiteretur, modeſtè tantum interrogavit doctores. Quanquam minimi dubium est quin hoc tyrocinio taxare iam aggressus sit peruersum eorum docendi morem: nam quod postea de responsis subiicit Lucas, more Hebraico positum esse interpretor pro quo quis sermo-

LVC. II.

quum potior habetur Dei ratio. In iis qua patris mei sunt.) Hoc verbo significat se aliquid habere homine maius. Præcipuum quoq; finem designat cur in mundu misis fuerat, nēpe vt munus impletum sibi à Patre cœlesti iniuicuum. Sed mirū est quid Ioseph & Maria nō intellexerint hoc respōsum, qui multis testimoniis edicti fuerant Iesum esse Filium Dei. Respōdeo, quānus illi nō ignota prorsus foret cœlestis Christi origo, nō tamē affectus fuisse omni ex parte, illi intētum fuisse ex equēdīs Patris nā latiss: quia nō dum illis indistincte patefacta erat eius vocatio. Quod autem Maria in corde suo seruat quā mentis intelligentia nondum capit: hinc discamus reverenter suscipere, & (quemadmodum semen terra cōceptum fouetur) reconditione in animis nostris seruare quā mentis nostræ captus superant Dei mysteria.

51. *Erai subdiu illi.*) Hæc in salutem nostram suscepta fuit à Christo humilitas, quod Dominus Angelorum & caput se mortalibus creaturis vtrō subiicit. Sic enim serebat Dei cōsilium, vt ad tempus, tanquam sub umbra, lateret sub nomine Ioseph. Et si autē nulla Christum necessitas ad hanc subiectiōnē cogebat, quin se posset exire: quia tamen hæc legē fulcerat hominis naturā vt subiectus esset parentibus, & sūmū hominis ac serui personali induerat: quo ad officium Redemptoris hæc legitima fuit eius conditio. Quod libentius subire nos decet quod vnicuique iugum fuerit à Domino impositum.

MATT. III.

1 In diebus autem illis ad-
est Iohannes Baptista prædicens
in deserto Iudeæ,

2 Ac dicens, Pænitentiam agite: appropinquauit enim re-
gnum cælorum.

3 Nam hic est ille de quo dicitur est ab Iesaiā Propheta,
quia ait, Vox clamantis in de-
serto, parate viam Domini, re-
ctas facite semitas eius.

4 Ipsi vero Iohannes habe-
ba indumentum suum ex pilis

camelorum, & zonam pelliceam
circum lumbos suos: cibus autem tota Iudeæ regio, & iterosoly-
mita: & baptizabantur omnes

5 Tunc egressa est ad eum ab illo in Iordanem flumine, con-
Hierosolyma & Iudea, & Iuda si-
que regio circumiacens Iordanem

6 Et baptizabatur in tor-
stibus pilis camelorum, & zonam pel-
lucem ab illo, confitentes peccata
sua.

MARC. I.

1 Initium Euangeliū Iesu Christi filii Dei,

2 Sicut scriptum est in Pro-
phetis, ecce ego mitto nuntium ha-
bitus, ante faciem tuam, qui

3 Vox clamantis in deserto, gionis, & Lysanta Abilenes te-
cute semitas eius.

4 Baptizabat Iohannes in
deserto predicens baptizan-
tia in remissionem peccatorum.

5 Et egrediebantur ad en-
trem tota Iudeæ regio, & iterosoly-
mita: & baptizabantur omnes

6 Erat autem Iohannes ve-
stitus pilis camelorum, & zonam pel-
lucem circum lumbos suos: ves-
tibusque locutus & melle suscep-
tus.

LVC. III.

1 Anno autem decimo quin-
to imperij Tiberij Cesaris Pon-

to Pilato Præside Iudeæ, tetrar-
chippou autem fratre eius tetrar-
chatus & Trachonitidis re-

2 Sub pontificibus Anna &
Catopri a factum est verbum Do-
minus super Iohannem Zacharie

3 Et venit in totam regionem
circumiacentem Iordanem, & adi-
cans baptismum pænitentiæ in
remissione peccatorum.

4 Sicut scriptum est in libro
sermonum Iesu, atque Propheta, di-
centis, Vox clamantis in deser-
to, Parate viam Domini, rectas

5 Omnis vallis impenitus lebitur, &
omnis mons & collis humiliabitur,
& fieri que obliqua sunt re-
cta, & affera in vias planas.

6 Et videbit omnis caro Sa-
lutare Dei.

Matt. 16. d. 16. Tametsi pars Euangeliū est quod hactenusex Mattiæ & Luca reculimus: non tamen abs re est quod Euangeliū exordium Marcus in prædicatio-ne Iohannis Baptiste constituit. Nam sicuti habetur Iohannis primo, tunc denum iuspositus est finis Legi & Propheticis: Lex & Prophetae vsque ad Iohannem, ex eo regnum Dei, &c. Atque huc ap-tissime quadrat quod adducit Malachias testimoniū. Quo magis accederet Dominus animos ad desiderium promissæ salutis, populum ad tempus noui vaticinis priuare instituerat. & scimus Malachiam ultimam ex legiūmis ac certis Prophetis fuisse. Porro ne Iudæi famelici interea deficiant, eos hortatur ut se contineant sub Lege Mosis, do-nec appareat promissa redēptio. Solius autem Legis nomen inquit, quia nihil ab ea separatum habebat Prophetas & doctrinas, sed tantum appendix erat & plenior expositiō, vt tota gubernandæ Ecclesiæ ratio à lege penderet. Nec vero nouum est aut in-frequens in Scriptura, comprēhēdi sub Legis no-mine prophetias, quia ad eam omnes, tanquam ad suum fontem & scopum, referrabantur. Euangeliū vero non tanquam inferior legis accēsio fuit: sed noua docendi forma, quæ priorem illum abrogaret. Porro Malachias duplēcēt Ecclesiæ statum di-scernens, priorem constituit sub Lege, alterum à prædicatione Iohannis inchoat. Neque enim dubium est quoniam Iohannes Baptista designet, quem dicit. Ecce ego mitto legatum meum: quia (vix iam dictum est) expressi hic ponitur distinctione inter legem & nouum Ecclesiæ ordinem ac statum qui subrogandus erat. In eundem tensum panlo ante dixerat (quod citatur à Marco: sū enim loci prorsus similes) Ecce ego mitto vobis Eliam prophetam, antequā veniat dies Domini magnus. Item, ecce mitto nuntium meum qui purgabit viā co-
ram me: tunc veniet ad tēplum suū dominator quē querutis. Quia vtrōq; loco melior Ecclesiæ cōdi-tio promittitur, quam sub Lege fuerat, proculdu-bio exortus Euangeliū notatur. Atqui antequā prodeat Dominus ad restituendā Ecclesiā, ven-turus dicitur apparitor vel præaco, qui eum adesse pronuntiet. Vnde colligimus abrogationē Legis & initio Euangeliū propriè statui in Iohānis prædi-catione. Exterum quū Iohannes Christum carne indutū cōmendet, & nativitas eius & tota exhibi-tiōis historia sub Euangeliō cōtinetur. Sed hic tra-
stat Marcus quādo ceperit promulgari Euangeliū. Quare non temere à Iohanne oratur, qui pri-mus fuit eius minister. Atq; hoc cōsilio voluit cœ-lestis Pater Filij sui virtū silentio quasi sepultā esse, donec aduent plena reuelationis tēpus. Neque n-sine certa Dei prouidentia factū est vt pretereant Euangeliū ista totū illud tēpus quod Christus domi-priuatus transfigit, & à prima eius infanti-mox ad annū tricēsimū tūciant, quo publica persona in-dutus redemptor palam exhibitus est mundo: nisi quod Lucas specimen vñ futurae eius vocationis circa annū duodecimū breuiter attingit. Hoc qui-dem ad rem maximè pertinebat, scire Christū pri-mo esse verū hominē, deinde Abrahā & Davidis Filiū: id Dominus testatū nobis esse voluit. Reliqa quæ de Pastoribus, Magis & Simeone habui-mus, ad probandā eius diuinitatē spectabat. Quod vero de Iohāne & eius patre Zacharia narravit Lu-cas, quoddā Euangeliū præludiū tuit. In verbis Ma-lachiae nihil habet absurdū per sonorū mutatio-nēs apud Prophetā Deus loquitur, Mittō Angelū meū qui viā parabit corānē. A Marco autem Pater Fi-liū cōpellans inducitur. Sed videmus Marco nihil aliud fuisse propositū quād ut Pr. pheta mētem clarius exprimeret. Nomine Filij Dei Christū

insignit Marcus, quem alij Euangelista testati sunt ex semine Abraham & Davidis esse natum, ut filius quoque hominis esset. Sed significat Marcus redemptionem non nisi à Filio Dei fuisse sperrandam.

1. *Math. In diebus illis. 1. Luc. Anno decimoquinto.* Ex Matthæo & Marco non poterat colligi quanto aetatis sua anno cœpisset Iohannes in publicum prodire: Lucas vero satis ostendit triginta annorum vel circiter tunc fuisse. Quindecim annis ante mortem Augusti natum fuisse, vno ferè consensu vetusti Ecclesiæ scriptores tradunt. Successor Tiberius iam annis quindecim Imperij Romani potitus erat quam idem Iohannes predicare cœpit. Conficitur ergo illud quod dixit tringinta annorum tempus. Vnde etiam sequitur non diu functum esse doctoris officio, sed breui Christo cessisse: quia paulo post videbimus Christum etiam anno aetatis sue tricelsum fuisse baptizatum. Atqui tunc ad manus suum peragendum initiatus fuit. Quum autem Christus Sol iustitiae Iohannem suum luciferum, vel auroram mostabili sequutus sit, non mirum est Iohannem cuanuisse quo magis conspicuus esset viuis Christi fulgor. *Luc. Pontio Pilato.* Probabile est hunc secundum annum fuisse Pilati, ex quo enim Tiberius imperium atripuerat, narrat Iosephus lib. 18. Antiquitatum, ab eo creatu' esle Iudæa præsidem Valerium Gratum & suffectum Annio Rufo. Potuit autem haec subrogatio incidere in annum eius secundum. Valeriu' Iudæa præfuisse per annos vndecim tradit idem Iosephus. Provincia ergo biennio Pilatus tenuerat, quum Euangeliū predicare cœpisset Iohannes. Herodes hic quem Iudæa tetrarcham facit Lucas, secundus fuit Herodis magni hæres, qui patri ex testamento succedit. Archelaus enim ethiarchia Iudæa data erat. sed quū Viennam relegatus esset ab Augusto, pars illa in praedium Romanis cesserat. Quare duos Herodis filios hic recentet Lucas, Herodem scilicet Antipam, qui tetrarcha Galilæa factus, Samariam & Peræam possidebat, & Philippum, qui Trachonitis & Itureæ tetrarcha, à mari Tiberiadis vel Genesara ad radice Libani, unde oritur Jordanis fluvius, regnabat. Lysaniani tallo putarunt Ptolemai Mennai, quæ rex Chalcidis fuit, esse filii, qui prideam à Cleopatra occisus fuerat, tringita scilicet annis ante natum Christum, quemadmodum tradit Iosephus lib. Antiquitatum 15. Vix etiam potuit esse eius nepos, quem bellum Parthici facere fuisse idem Iosephus cominemorat, lib. bellii Iudaicæ primo, fuisse enim tunc sexagenario maior. Deinde quum sub Antigono Parthos ad bellum concitauerit, necesse erat iam tunc in virum adoluisse. Ptolemaeus autem Mennæus non longè post Caesaris Iulij cædem initio inter Lepidum, Antonium & Octavianum triumviratu' mortuus est: vt testatur Iosephus lib. 14. cap. 25. Sed quum hic Ptolemaei nepos commune haberit Lysaniae nomen cum patre, filium etiam sibi cognominem relinquere potuit. Interea sine controversia repudiandus est eorum error, qui Lyfanianam à Cleopatra occisum sexagesimo post mortem anno vixisse singunt. Nomē tetrarchæ hīc impropiè sumitur: quasi tota regio in partes quatuor divisa foret. Sed quū initio quadruplex fuisse regionum partitio, deinde aliae sequuta' essent mutations: honoris causa longius tractum est nomen. Quo sensu Plinius septendecim ynius regionis tetrarchias numerat.

2. *Luc. Sub Pontificibus.* Certum est duos nunquam Pontifices eodem simul tempore Sacerdotium occupasse. Iosephus testis est Caiphamus à Valerio Grato constitutum fuisse Pontificem paulo antè quam prouincia decederet. Quo tempore Iudæa præfuit Pilatus, nihil ab eo mutatum fuisse apud Iosephum legimus. Imò quā abdicatus esset à potestate & Romam abiit: iussus ad causam dicendam, tunc denum Vitellius Syriæ præfectus, Caiphamus in ordinem coacto, Sacerdotium ad Iohanan Anani filium transfluit. lib. Antiquitat. 18. Quod autem Lucas duos Pontifices nominat, nō ita accipere conuenit quasi idem ambobus titulus esset: sed quia Sacerdotij honor dimidia ex parte apud Annam pontificis loceretur residebat. Quare Lucas res adeò turbatas fuisse & confusas significat, vt nemo tunc vnu' esset verus Pontifex, sed ambitione & tyrannica potentia laceratum fuisse sacrum munus. *Luc. F. Elum est verbum Domini.* Priusquam referat Lucas vt alij, Iohannem aggregatum esse docendi munus, Divinitus ad id vocatū fuisse assertus: vt certa eius ministerio autoritas constet. Cur interpres transferte maluerint Super Iohannem, potius quam ad Iohannem, nō video, quia tamē sensus minimè ambiguus est, nēpe quod deposita fuerit apud ipsum hæc legatio, & illi datum fuerit prædicandi mandatum, veriōne receptam sequitus sum. Hinc collige, nullos esse veros doctores, nisi quibus iniunctum est à Deo munus: neque sufficit verbum Dei habere, nisi accedat etiam specialis vocatio. Quod à Matthæo & Marco non nisi deseriti fit mentio, sic cum verbis Lucas concilia: Iohannes inter vicinos, quibuscum habitabat, obiisse docendi officium: mox latius Euangeliū suum sparisse, vt pluribus locis innotesceret. Vnde factum est vt Hierosolymam vsque manaret breui eius summa. Quanquam ille Iordanis tractus desertum potuit vocari. Non enim solitudinem significat, sed asperam & monstrosum regionem que minore frequentia hominum colitur.

2. *Math. Paenitentiam.* In hoc differt à duabus reliquis Matthæus, quod in Iohannis persona summarum doctrine eius refert, illi autem suis suis verbis. Quanquam Marcus plus vno verbo habet quam Lucas, dicit enim, Venit baptizans & predicans baptismum paenitentie. Cæterum in re ipsa optimus est consensus: quia paenitentiam omnes cum remissione peccatorum coniungunt. Regnum enim Dei inter homines nihil aliud est quam restitutio ad beatam vitam: adeoque vera & eterna felicitas. Ergo quum dicit Iohannes regnum Dei appropinquasse, significat, homines, qui alienati à iustitia Dei exulabant à Regno celorum, rursus ad Deum colligendos, vt sub eius manu vivant. Hoc autem facit gratuita adoptio & peccatorum venia, qua sibi indignos reconciliat. In summa, Regnum celorum nihil aliud est quam vita nouitas, qua Deus nos instaurat in spem beatæ immortalitatis. Nam erexit ex seruitute peccati & mortis sibi nos vindicavit: vt in terra peregrinantes, celestem vitam fide iam possideamus, ad Ephesios primo, a. 4. Quanvis enim sumiles mortuis sumus, vitam tamē nostrā scimus in tuto esse, dum est in Christo abscondita, Colos. tertio, a. 3. Hinc tanquam ex fonte exhortatio ad paenitentiam ducitur. Neque enim dicit Iohannes, Paenitentiam agite, & hoc modo deinde appropinquabit Regnum celorum: sed priore loco, Dei gratia proponit,

ponit, & inde hortatur homines vt resipiscant. Vnde constat penitentia fundamētum esse Dei misericordiam, qua perditos restituit. Nec alio sensu tradunt Marcus & Lucas prædicasse penitentiam in remissionem peccatorum. Non enim (vt quidam impietè singunt) prior locatur penitentia, quasi causa sit remissionis peccatorum, vel Deum praenuntiat, vt incipiat nobis esse propitius: sed resipiscere iubentur homines, vt percipiāt oblatam sibi reconciliationem. Ceterū vt ordine præcedit gratutius Dei amor, quo miseros homines amplectitur peccata nō imputando: sic notandum est, veniā nobis peccatorum in Christo fieri, non vt ea Deus indulgentia sua foueat, sed potius vt nos ab illis sanet. Nec verò sine peccati odio & vitiorum displicentia quipiā Dei gratiam gustabit. Sed pleniū ex definitione penitentia & fidei agnoscit poterit quām induitua sit vtriusque cōiunctio, idēo in hac doctrina tractanda sum parciōr. Quantum ad præfantis loci sensum pertinet, obseruare conuenit, totum Euangeliū duabus partibus cōstare, Remissione peccatorum, & Penitentia. Quām verò Marthas prius meo bramo dehinc per Regnum cœlorum, hinc colligere licet, hostile hominibus esse cum Deo dissidiū, & proflus abdicatos esse à regno cœlesti, donec eos in gratiam Deus recipiat. Quanquam autem Iohannes Dei gratiam præponens ad penitentiam hortetur homines, tamen est, hāc quoque nō minùs est: Dei donum quām hereditatem regni cœlestis. Sicut enim peccata nobis gratis signoscit, & ab ēternō mortis reatu sua misericordia nos liberat: sic cūā reformat in imaginē suā, vt iustitia vivamus: sicuti nos gratis adoptati in filios, ita Spīritu suo regenerati, vt vita nostra restetur non falsò ipsum inuocari à nobis Patrem. Nec minùs Christus, veteri nostro homine crucifixo, & extinctis carnis nostræ virtutis, nos vivificat in iustitiam, quā peccata nostra sanguine suo abluit, & sacrificio mortis suæ Patrē cœlestem nobis placat. Hæc tamen Euangelij summæ est, Deum Filio suo abolitis peccatis nos amplecti, vt abnegantes nos & propriam naturam, pię & sanctę vivamus: adeoque cœlestem vitam mediremur in terra.

3. *Luc. Prædicans baptisnum pñnitentia.*) Hæc loquendi forma primum in genere ostendit quidnam sit reetus sacramentorum usus: deinde quid sumi institutus sit baptismus, & quid cōtineat. Sacramentorum igitur non mutata est cœmeronia, quæ pomparam nescio quam sine doctrina ostentet: sed habet verbum Dei annexum, quod externam ipsam cœmerionam vivificat. Verbum inteligo non quod magicis sultris Exorcista quipiā demurmure, sed quod clara & diserta voce pronuntiatū, ad fidem & fidicandam valeat. Non enim simpliciter Iohannes baptizasse dicitur in pñnitentiam, ac gratia Dei in signo visibili inclusa esset prædicatæ qualis esset Baptismi utilitas, vt ex verbo prædicato efficax esset signum. Hoc autem peculiare est baptismus, quod symbolum pñnitentia dicitur in peccatorum remissionem. Iam quām eadem baptisni illius significatio, vis & ratio fuerit, quæ nostri, si figura a sua veritate assimilatur, falsum est diuersos esse Iohannis & Christi baptismos.

3. *Matt. Vox clamantis in deserto, &c.*) Quām non debet ad solum Iohannem restringi locus ille Iesiae, vñus tamen est ex illorum numero

de quibus illic sermo habetur. Postquam enim de excidio urbis, & extrema populi clade loquutus est Propheta noui instauratiōne promittit. Verba sunt, Dominus iterum dicet, Consolamini, cōsolamini populum meum. Postquam enim cœterō templo, & abolitis sacrificiis, in captiuitatē populus abductus fuit, res erant: quasi desperata. Et quia surda fuerant aures ad cōtinuam vocē Prophetarum, Dominus ad tempus quasi obniuitunt. In illo tristi silentio ne conciderent piæ mentes denuntiat Propheta exorituros rursus novos gratiæ præcones, qui populum in spem salutis erigant. Tales fuerunt, Zacharias, Aggæus, & Malachias, Esdras, & similes. Sed quia perpetua illic restitutio non vnius momēti promittitur, inīd maxime respicit Iesaias ad redēptionem quæ Christi aduentu speranda erat: præcipuus inter consolationis ministros iure censetur Iohannes. Sequitur deinde in textu Prophetæ, Vox clamat. Opponitur autem vox illa temporali silentio, cuius nuper memini, nam ad aliquod tempus doctrina quā nō impie & tempferant priuandi erant Iudei. Deserti nomen metaphoricè positum est pro vastitate, vel deformi populi ruina, qualis exilij temporis fuit. Erat etiam tam horrenda dissipatio, vt deserto conferri posset. Ita amplificat propheta Dei gratiam: achi diceret, Quanvis procul à patria eiecius fuerit populus, inīd ablegatus extra hominum consortium, tamen resonabit vox Dei etiam in deserto, qua exanimis leta consolatione reficiat. Quo tempore cepit concionari Iohannes, Hierosolyma hoc sensu desertum erat: quia ubique omnia in vastam & horrendam confusionem reducta erat. Sed oportuit crassos homines & stupidos aspectu ipso deserti visibilis magis affici: quo audiūs oblatam sibi in morte salutis promissionem exciperet. Nunc videmus quām verè in Iohannem competit hoc vaticinum, & quā propriè illi aptetur. *Parate viam Domini.* Non dubium est quin Cyrū & Persas alloquatur Propheta quorum opera vñsus est Deus, ac sensus est, Dominum mirifica virtute facturum vt via populo suo per inuios saltus, per abscissas rupes, & per aridam solitudinem pateat: quia ad manum habebit gratiæ suæ ministros, qui obstacula omnia è medio tollat. Sed illud umbratile fuit redēptionis præludium. Vbi autem in lucem prodit spirituālis veritas, mittitur Iohannes qui eius impedimenta submoveat. Et quotidie auribus nostris eadem vox infonat, vt Domino paremus viā, hoc est, sublati vitiis quæ regno Christi viam præcludunt, accessum denus eius gratiæ. Eodē pertinet quod sequitur apud prophetam, Erunt praua in directa, significat enim tantum falsebras & tortuosos anfractus esse in mundo: sed per tam arduas difficultates Dominum sibi viam facere, vt ad peragendam salutem nostram incredibili modo penetrēt.

6. *Luc. Vidi omnīs earo.*) Sensus est, Salutem istam minimè obscuram fore: vel, gustandā à paucis tantum hominibus, sed illustrem & omnibus communem. Vnde sequitur vaticinum hoc minimè in populi reditu suis completem. Nam et si tunc memorabile gratiæ suæ documentum præbuit Deus: non tamen toti mundo parecerit salutem suam. Imò Prophetæ consilium fuit, raram salutis quæ manifestanda erat præstantiā: prioribus Dei beneficiis opponere: vt scirent fideles nunquam tam præclarè actū fuisse cum Ecclesia,

nec tam magnificè illuxisse Dei potentiam in liberaudis suis. Caro hoc loco homines sine virtutib[us] connotatione significat.

4 Matth. *Iohannes habebat vestimentum.*) Hoc Euangelista non numerat inter præcipuas virtutes, quod rudi & austeriori viuendi forma addicetas, ceteram mediocrem vistitatemque munditiem fugerit, sed quia prius dixerat, montanum fuisse hominem, nunc subiicit, victum & vestitum habitatione consentaneum fuisse. Atque hoc recitat, non tantum ut sciamus, rusticano vestitu & vestitu contentum, nullas delicias capias; sed in lordido & contemptibili habitu fuisse magni pretij etiam inter homines lautos & splendidos. Porrò ut superstitione perfectum ferè iustitiam in extensis larvis constituit, vulgo putarunt, cumulum sanctitatis fuisse talem continentiam. Huic errori affine fuit alterum vitium: quod finixerunt hominem in vita solitaria abhoruisse à communione vivendi more: quemadmodum Eremitæ & Monachi hoc vno excellunt, si differant à reliquis. Tandem accessit nimis crastina inscititia, quod ex pilis fecerūt integrum pellit. At qui non dubium est quin hic montanum hominem describat Euangelist, ab omni urbano initore & lauitis remorun: nec modù vieta parabili cōtentū, sed vescē: è solū natius eis: sicut mellic agresti, cuius illic suppetit satis bona copia: & loculis, quarum etiam fertilis erat regio: vel quia vtile fuit hominem contemptibilem & nullo nitorre gratiosum, prodie in theatrum, ut sola in eo fulgeret Dei maiestas, quæ tamen in sui admirationem omnes raperet. Notandum enim est quod

MATH. III.

MARC.

7 *Quum autem vidisset multos ex Phariseis & Sadduceis venientes ad Baptismum suum, dixit illis, Progezies viperarum, quis vobis submonstravit ut fugeretis à ventura ira?*

8 *Facite igitur fructus dignos penitentia.*

9 *Et ne cogitetis dicere in vobis, Patrē habemus Abraham, dico enim vobis, quod possit Deus suscitare ex lapidibus his filios Abraham.*

10 *Iam vero & securis ad radicem arborum posita est, omnis igitur arbor que non facit fructum bonum, excidiatur, & in ignem mittitur.*

additur, Magniū vnde populi concursum esse factum, vnde colligimus quanta fuerit fama eius celebritas: vel quia Dei consilium fuit, ratu in eo frugalitatis exemplar proponere, ut hoc modo Iudeos alliceret ad doctrinam eius reverentia: vel falso ingratisudinis conuinceret, secundum illud Christi dictum, Venit Iohannes non edens *Luc. 7. 13.* neque bibens, &c.

6 Matth. 5 Marc. *Baptizabantur confiteentes peccata.*) Testimonium penitentiae fuit hec confessio, nam sicuti Dominus in sacramentis se quasi dato chirographo nobis obligat, ita nos quoque vicissim illi respondere par est. In Baptismo testatur renunti nobis peccata, nosque ad penitentiam invitat. Ergo ut se ita ad Baptismum offerant homines, peccatorum confessio ab illis requiritur, alioqui nihil quam inane esset ludicrum tota actio. Porrò notandum est de adultis hic verba fieri, quos scimus non promiscue in Ecclesiam esse admittendos, nec Baptismo initiandos esse in Christi corpus, nisi examine prius habito. Vnde palam fit quām ridiculi sint Papistæ dum ad confessionem auricularē hoc detorquent, neque enim aderant sacrifici, in quorum aures clanculum sanguis insuffrarrant sua peccata: nec de omnibus peccatis sit mentio: nec dicit Iohannes ordinarium confitendi ritum suis discipulis mandans. Imò ut Papistis demus quod postulant, solis Catechumenis propria erit confessio: post Baptismum vero locum non habebit. Certè contra Iohannis exemplum confitendi legem à Baptismo prescribunt.

LVC. III.

7 *Dicebat ergo ad turbas que exibant vi baptizarentur ab ipso, Progenies viperarum, quis submonstravit vobis ut fugeretis à ventura ira?*

8 *Facite ergo fructus dignos penitentia.*

& ne cuperitis dicere in vobis, Patrē habemus Abramā, dico enim vobis, potest Deus extapidibus istis suscitare filios Abraham.

9 *Iam vero & securis ad radicem arborum posita est, omnis ergo arbor que non facit fructum bonum exciditur, & in ignem coniicitur.*

10 *Et interrogabant eū turbæ dicentes, Quid ergo faciemus?*

11 *Respondens autem dicit illis, Qui habet duas tunicas, impertiatis non habentis, & qui habet escas, similiter faciat.*

12 *Venerunt autem & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum, Magister, quid faciemus?*

13 *At ille dixit ad eos, Nequid amplius quam quod vobis constitutum est exigatis.*

14 *Interrogabant autem eū & milites, dicentes, Et nos quid faciemus? Sit illis, Ne quem concutatis: ne quem calumniemini, & contenti esote stipendiis vestris.*

doctores quid exigat tēpus, & quid personis conueniat, nec quicquā in hac parte magis inæquale est, quā perpetua æqualitas. Hac de causa severius tractasse dicitur Iohannes Phariseos & Sadduceos, quia propter hypocrisim & fastum quo turgebat acrius

7 Matth. *Quum vidisset ex Phariseis.*) Hic narrat Matthæus & Lucas Iohannem non in genere modo prædicasse penitentiam, sed personis quoque sermonem suum accommodasse. Et sicut frigida erit docendi ratio nisi prudenter expendant

scr̄is esse puniendos videbat quām hominū vulgus. Ceterū, quid probe teneamus eius contumū, siendum est minī esse magis itapidū hypocritis, qui extē in sanctimonī laruā le & alios decipiunt. Nam vt paſiū fulmine Deus contra totū mundū, sibi aſylū ſuſtū imaginatione fabricant, quia perſuāſtū ſunt nihil ſibi eſte cum Dei iudicio. Si quis poteſt p̄pōſterē feciſſi Iohannem quod prima ſalutatione tam duriter eos exceperit, repondeo non fuſſe illi incognitos, & quam habuit notiſia non ex conſuetudine vel experientia ſuſſe, ſed potiū ex arca reuelatione Spiritus. Quare illis nequaquā parcendum fuit ne magis inflati domū redirent. Si quis rufum obiicit, tam dura obiurgatione non ſuſſe terrendos qui per baptiſnum le alios poſthac fore profitebantur: ſolutio etiam in promptu eſt. Asperiū ad veram p̄nitentiam vrgendos eſte, qui Deo mentiri & ſibi delicias facere aſlueri, ſuſtū & ſimulatio nem pro re obtendunt. Mira eſt enim, vt dixi, in hypocritis perniciacia, video donec vi excorientur, mordicū retinent pellem ſuam. Iam quōd pala eos lohānes corām omnibus arguit & obiurgat, ad exemplum pertinet, quo ſeu memorat Lucas hoc ad turbas dictū eſte. Etiā enim paucos hominē ſtingebat Iohannes, omnium tamē habebat respectum, vt illis metum incuteret quemadmodum Paulus hinc in publicis obiurgationibus fructū ſpectā iubet. Ergo Phariseos & Sadduceos peculiariet compellans in eorum persona omnes ſimil adiutor ne fictam relipſientia ſpeciem pro vero affectu obtendant. Ad hāc magnopere totius populi intererat, ſcire quales eſſent Sadducei & Pharisei, quibus miferē coruptrū ſuerat Dei cultus, perdiſta Ecclesia, & euerſata religio: qui denique ſuis corruptelis extinxerant Dei lucem, & ſuis vitiis omnia infecerant. Probabile ergo eſt Iohannē publicè aggressum fuſſe Phariseos, vt toti Dei Ecclesia conſuleret: ne amplius inani ſplendori ſimpliū oculos per stringerent, nec impia tyrannde oppreſſa tenebrent plebē. In eo verò p̄aclara eius cōſtātia enītuit, quōd quām excellerent inter alios, nō tamē pepercit eorum dignitatē ſed grauiter, vt digni erant, coēgit in ordinem. Sic animolos eſte deceptū omnes pīo doctores, ne quam hominū potentiam formident, ſed intrepidē deicere contendāt omneū altitudinē quē ſe extollit aduersus Christum. Quōd ſi tam rigidē ſalutati ſunt à Spiritu ſancti organo, qui ad baptiſnum vlt̄o acceſſerat vt Euangelio nomen darent: quomodo hodie nobis agendum eſt cum profellis Christi hostibus qui non modō contumaciter refuſunt oninē ſanctā doctriñā gulfum ſed ferro & igni ad delendum Christi nomen plusquam violenter graſſantur? Certe ſi Papam & ſcētidū eius clerū cum Sadduceis & Phariseis compares, vt cum illis mitiſſimē agatur, coniiciendi ſimil erunt in vnum ſciencium. Quare nō nobifum, ſed eum Spiritu Dei expouſtent, quibus tamē delicate ſunt aures vt nihil in Papam acerbē dici ſuſtineant. Interē ſibi caueant pīo doctores, dum ſanctō zelo feruntur contra Ecclesiā tyramos, ne carnis affectus permifeant. Et quia non potest vehemētia Deo probari, niſi quam moderat prudentia Spiritus, non modō cohibeant illi affectus ſuos, ſed Spiritui ſanctō ſe regendo tradant ac commēdant, niſi quid inconfideratē excidat. Progeniem viperarū nominat potiū quām viperas, vt toti

ordini exprobret virulentā malitiam, neque enim paucos tantū illos qui aderant, ſed totū corpus damnare voluit: achi diceret vtranque factio- ne non niſi ſerpentes gignere. Certabant quidem inter ſe grauibus diuinis, ſed cōmuniſtā etat omnibus eōtē impetus Dei, impia dominādī libido ſancte doctriñē odīū, & multorum ſcelerum collu- uies. *Quis vobis ſubmonſtrauit?* Quia ſuſpetā habebat eorum p̄nitentiam, dubitans cum admiratio ne inquirit litig pothibile ut ex animo relipſi- cant, hoc modo eos ad interiorū conſcientiā examen citat, vt ſe penitus excoriant, & procul remo- ti blanditiis ſeuoram in habenda malorum ſuo- rum quātione exercēat censurā. Ita hī pro Dei iudicio, vt pluribus alis locis, capitū: quēadmo- dum quām dicit Paulus, Lex irā operatū, & date Rom. 4. c. locum irā. Futurā autem voca quā ipſorum, c. 15. & 12. pitibus impendet, ne ſecurū ſibi pro more indul- geant. Nam vt ira Dei exundet & totam terrā fer- riant eius flagella: ſemper tamen hypocritē ſe immunes fore confident. Irām Dei fugere, in bo- na partē hīc ponitur, pro eo quod eft rationem querere placandi Dei, vt nobis iraci detinat, nā bona pars hominū vt effugiat irām Dei, leſe ab eius manu & iudicio ſubducit: atqui adeo nihil proficit peccator fugiendo Deum, vt magis irām eius in ſe prouocet.

8 Matth. Luc. *Facite ergo fruſtū.*) Confirmat quod priū dixi, nihil eſte quām veſi testantur p̄nitentiam, niſi cam re ipſa conprobent. Eſt enim res magis preioſa quām de qua leuc & fu- tile iudicium fieri debeat. Ideo ſuſtē negat Iohannes ſolēc illud quod reddebat teſtimoniū: ſed temporis ſuccesū palam tandem futurū di- cit ex ipſis operibus an ſerio relipſierint. Notandum eſt quōd bona opera fructus vocantur p̄nitentia, eſt enim p̄nitentia res interior quā ſe- den in corde & anima habet, ſed fructus deinde ſuos profert in vita mutarione. Quia autem in Papatu tota hēc pars doctriñā ſe de corruptione ſuit, tenendum eſt hoc diſcrimē, quōd p̄nitentia, interior ſit hominiſ ſrenoquatio, quā in exter- nam vitam emerit, ſicut ex ſe fructus producit arbor.

9 Matth. *Ne cogiteris dicere .8. Luc. Ne cape- ritis dicere*) Quām certum ſit eundem eſſe vtriusque locutionis ſenſum, facilē colligimus quid voluerit Iohannes. Donec premantur hypocrita, vel ſuis vitiis indormiunt, vel licenter exultant. Dum verò citantur ad Dei tribunā, anxiē qua- ritant ſubterfugia & latebras, aut velum aliquod obtendunt. Si ergo Iohannes Phariseos & Sadduceos alloquitur, Nunc, duriū à me increpitū, nolite facere quod veftri ſimiles ſolent, vt ſcili- cet remedium ex vano fallacīque praetextu cap- tetis. Prauam verò fiduciā, qua fascinati erant, illis extorquet: ſcedus quod Deus cum Abraham pepigerat, illis erat inſtar clypei ad tegendā ma- lam conſcientiam: non quōd in viuis hominiſ perſona ſalutē ſuam locarent, ſed quia totum genus Abrahā Deus adoptauerat. Interē non re- putabāt, nullos censeri in ſemine Abrahā niſi qui ſequuntur eius fidem, & Dei ſcedus non niſi fidei ratum eſſe, vt proſit in ſalutē. Nec ſupervacua eſt particula In vobis: quānvis enim lingua non inſtarent ſe filios Abrahā, hoc tamen titulo intus ſibi placebant: vt hypocritas nihil pudet crassius Deo quām hominibus illudere.

Potest Deus.) Eodē ferē praetextu ſibi blādiebā-

tur Iudei, quo hodie se Papistæ insolenter venditant. Necesse est Ecclesiam aliquam esse in mundo: quia Deus in mundo vult agnoscere, nomenque suum inuocari. Atqui alibi non potest esse quam apud nos Ecclesia, apud quos Dominus sedes suam deposituit. Principiæ hac arrogatio turgebant Pontifices, & alij penes quos regimur erat ac potestas. Vulgus enim illis profanum ac maledicuum erat ut legimus Iohannis 7. g. 49. se autem putabant sacras esse primitias: sicut hodie cornuti Episcopi, Abbes, Canonici, Monachi, Sorbonistæ, & sacrifici quilibet superbo cleri titulo elati, laicos præ se despiciunt. Errorum istum coarguit ac refellit Iohannes, quod Dei promissionem nimis restringant, demonstrans quanvis illis careat Deus, Ecclesiam tamen illi non defutram, sensus ergo verborum est, Pcpigit Deus æternum sedes cum Abraham & eius semine. Vniores vos fallit, quodcum sitis plusquam degeneres, putatis vos solos esse Abraham filios: atque alicunde suscitatit Dominus nouum Abraham semen quod nunc non apparet. Dicit autem in dñuo casu, Abraham filios vestrū sciant non irritam fore Dei promissionem: neque Abraham, qui illi innixus est, esse deceptum, quanvis semen illis deficit. Ita ab initio mundi verax fuit Dominus seruis suis, nec fidem illis de propaganda in filios gratia datā prestat, vt quanvis defitit: quanvis hypocritas abiiceret. Quod putant nonnulli, Iohannem de Gentium vocatione loquuntur esse, inibi firmum non videtur: sed quia incredibile erat superbis hominibus, aliò posse transferri Ecclesiam, admonet Domino esse in manu rationes seruandæ Ecclesie quas illi non putabant, acsi ex lapidibus filios sibi crearet.

10 Morth. 9. Luc. *Iam verò & securis.*) Postquam vana fiducia integumentum hypocritis detraxit Iohannes, propinquum Dei iudicium denuntiat. Prius dixerat, illis abdicatis non defore Deo populum, nis adit, in eo esse nunc ipsum Deum, vt indignos exterminet ab Ecclesia: sicuti steriles arbores excidi solent. Summa est, Dei manum purganda Ecclesie iam esse intentam. Nunquam enim se exerit Dei gratia in salutem piorum quin simul iudicium eius in mundi interitum prodeat, idque duplice de causa: quia tunc suos Dominus à reprobis segregat, & nouam iram prouocat mundi ingratitudine. Quare nō mirum est si Evangelij prædictio & Christi adventus securim admouerit resecandis vitiosis arboribus, & quotidie Dei vindictam contra impios accelerent.

11 Luc. *Interrogabant eum turbæ.*) Hanc solitudinem gignit verus respicendi affectus, vt cupide inquirat peccator quidnam velit Deus ac præcipiat. Responso autem Iohannis breuiter definit fructus penitentia dignos. Semper enim minus ceremonia erga Deum cupit defungi, nec quidquam proclivius est quā sicutios cultus obiecare Deo, quoties ad penitentiam inuitat. Quos autem fructus commendat hoc loco Baptista? Officia charitatis & secunda tabula. nō quod Deus externam pietatis & cultus sui professionem negligat: sed quia hæc nota discriminis certior est, ac minus saepe fallit. Laboriosè enim fatigunt hypocrite vt se Dei cultores cærenomis probent omissa interim vera iustitia cura: quando vel inhumani sunt erga proximos, vel fraudibus & rapinis addicti. Quare necessariò reuocandi sunt ad crassius examen. An probitatem colant inter ho-

MAT. 23. c
mines, an subueniant pauperibus, an parcant misericordias, an benignè communicent que Dominus illis contulit. Hac ratione Christus præcipua Legis capita nominat iustitiam, misericordiam, & veritatem. & Scriptura passim commendat iustitiam & iudicium. Hoc primò habedū est, nominari charitatis officia: nō quod excellant supra cultū Dei, sed quatenus testantur de hominum pietate, vt eorum detegatur simulatio qui ore iactant quod procul absunt à corde. Sed quæritur an præcise legem hæc omnibus impulerit Iohannes, quos parabat Christus discipulos, ne duas tunicas haberent. Primò notandum est, synedochiam esse locutionem quia sub una specie comprehenditur generalis doctrina. Hinc sequitur eliciendum esse sensum, qui charitatis regula, qualis à Deo præscribitur, respondet: nempe vt quisque ex sua abundancia subueniat pauperum inopia. Nō enim extorquet Deus vestigia, quod tristes & inuiti cōferant, qui necessitate facere cogantur quod nollent: sed hilares datores ac voluntarios amat, vt dicit Paulus 2. Cor. 9. b. 7. Hoc ideo dico, quia magni interest vt perficiant sint homines grati ac boni odoris sacrificium esse Deo quod offerunt ex suis facultatibus. At qui non trepidatione modo iniciunt conscientias, sed eas desperatione obruiunt quicunque legem imponunt ne quisquam propriam aliquid possidat. Nec verò contra eiusmodi fanaticos homines, qui morticinus literam arripiunt, longa refutatione opus est. Si fuis non est das habere tunicas, idem de patinis, calinis, indulis, totaque supellectile erit dicendum. Atqui ex contextuclarè patet, nihil minus fuisse propositum Iohanni quam politicum ordinem evuertere. Vnde colligi mus, nihil eū plus mandasse, quanvis vi duites pro suis facultatibus erogarent pauperibus quod eorum necessitas postulabat: scilicet dixit, Videat qui bus vita subditiis indigeant proximi vestri, quæ vobis affluunt: vt vestra copia eorum egescati succurrat. Porro quo magis indulget nobis Deus, eo magis caendum ne libi quisquam nostrum indulget. Vrgeat nos potius fratrum necessitas & quodquod Dei beneficia, nobis sunt ad manum, ad beneficentiam nos inuitent.

12 *Venerunt & Publicani.*) Publicanos tantum in genere torturæ vt resipiscant, sed exigunt quæ votacionis propria sunt. Scimus enim, præter generalia Legis regulam, singulis spectaculum esse quid postulet vitæ ad quam votati sunt ratio. Christianis omnibus cōmuniter præcipitur dilectio: sed deinde sequuntur particularia officia, quibus doctor erga Ecclesiam, Magistratus vel princeps erga populum & vicissim populus erga magistratum: inaritus erga vxores, & vicissim erga illū vxor, filij denique & parentes inter se obstricti sunt. Porro quia publicani (vt est genus hominum avarū, rapax, & crudele) s̄pē iniquis exactiōibus plebem vexabant: virtus quibus vt plurimum laborabat ordo ille, taxat Baptista: prohibens ne in exigendis tributis modum excedant. Hinc tamen colligimus, Christiano homini non minus fas esse exigere tributa, quā Magistrati imponere conceditur. Idem & de militia sentiendum, nō iubet Iohannes arma abiicere milites, & sacramento suo renuntiare: sed vetat militiæ prætextu expilarē miserā plebem, calumniis premere innoxios, grasiari prædonum more, vt plurimi solebat. quare in his verbis subest nō obscura politiæ approbatio. Fruoīlm caūlūm est, h̄c rūdibus tantum elementa

elementa tradi, quæ lōgē infra Christianam perfectionem subdant. Iohannis munus fuit plen-bem Domino perfectam aptare: nec dubium est quin fideliter in hoc totus incubuerit. Et certe Euangeliū sacrilega calumnia, infamant qui i-psum faciunt contrarium humanis imperitis: aesi destrueret Christus quod cœlestis Pater fanciuit. Atqui mortuæ sunt leges, & iudicij nulla vis nec autoritas ineſt sine gladio. Nec tantum car-

nifice opus habet magistratus, sed alii quoque ministris, quorum ex numero sunt milites: vbi non aliter pacem tueri potest quā illorum praefidio & manu. Tantum cōsiderandus est finis, ne principes sanguine humano ludere sibi permittantne milites suas operas ad mactandum locantes, lucri cupidine ad sauitiam prouolent: sed necessitate & publicæ utilitatis respectu virique trahantur.

M A T T H . III.

M A R C . I.

L V C . III.

11 *Ego quidem baptizo vos aqua* 7 *Et predicabat di- ad pœnitentiam: at qui post me venit, fortior me est, cuius non sum idoneus*

cens, Venit post me qui tātibus omnibus in cordibus suis fortior me, eius de Iohāne nū ipse esset Christus: ut calceamenta portem: ipse vos bapti- non sū idoneus ut pro-

zabit spiritu sancto & igni.

15 Expellat autē populo, & cogi- giam calceamentorum. sed venit fortior me cutis nō sū

*psius, & permundabit aream suam, pa- 8 *Ego quidem bapti- dignus soluere corrigiam calceae- le, as autem comburi et igni inextingui- zanti vos aqua: ille ve- mentorum: ipse vos baptizabit bili.**

16 Respondebat Iohānes cūtis, di- cumbens soluam corri- cēs, Ego quidē aqua baptizo vos

ritus sancto.

17 Cuius vētilabri in manu i- psius, & purgabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum: paleas autem comburet igni inextinguibili.

18 Nulla quidem & alia ex- horians euangelizabit populo.

Eadē Baptiste verba referunt Euangeliſte. Hoc uno Lucas vberior est, quod prius admonet qua occatione habita fuerit h̄c concio: neinpe quia periculum erat ne Christi honorem, illa opinione ad eum plebs transferret. Ergo vt ansam erroris maturè præcidiat, disertè testatur se non esse Christum: atq̄ se ab illo discernit vt ius illi suū aſſerat. Et hoc quidem sponte facturus erat, vt discipulos Christo de manu (quod aiunt) in manum traderet. sed maturius anticipat, ne diutius tacendo, errorem plebis confirmet. Quoniam dicit fortiorē venire, significat longē alia potentia & dignitate præditū, cuius respectu ipſe in ordinem cogendus sit. Fortunatus autem vulgaribus virtutib⁹, quibus adeò extollit Christi gloriam, vt præ illo ſe nihil eſt exprimat. Hoc tanē p̄cipuum eſt, quod Christum facit Baptismi spiritualis authorem: ſe vero externi duntaxat ministrum. Videtur autem eſſe occupatio, ſiquis forte obiiceret quorū ſpectaret Baptismus quem ſibi ſumpferat, ne que enim rei leuis momenti erat, quicquam in Ecclesia Dei nouare: p̄fertim verò nouū profiteri initiationis genus, quod perfectius eſſet. Legē Dei: ideo respondet ſe quidem nihil temere aggressum: quod tanē externi ſymboli minister eſt, id de Christi virtute & gloria nihil minuere. Vnde colligimus, eius consilium minimè fuſſe, Baptismum ſuum diſtinguere ab eo quē Christus diſcipulis mandauit, & cuius perpetuum vſu voluit in Ecclesia vigere. neque enim ſignum viſibile alteri ſigno opponit: ſed Domini & ſeru per ſonas inter ſe cōferēs, doceat quid proprium Domino, & quid ſeruo tribuendum. Neque nos impedit quod pridem opinio illa & paſſim inualuit Iohannis baptismum à noſtro differre: ſed ex re ipsa potiū quām ex errore hominum iudicium facere diſcamus. Et ſanè plusquam absurdā eſſet cōparatio quā fingunt: nam inde ſequeretur, Spiritū ſactū hodie a ministris dari. Rurſum ſequit-

retrum, Baptismum Iohannis, mortuum ſignum & omni effacia vacuum fuſſe. Tertiō, ſequetur nō eſſe nobis cōmunem cum Christo Baptismū: quā ſatis conſtet hac teferra ſancitam fuſſe ſocietatem quā habere nobiscum dignatur, dū in corpore ſuo Baptismū conſecravit. Tenendum ergo eſt quod priū dixi, Iohannem h̄c ſimplicerat a ſe & reliquis omnibus ministris Baptismi, diſcernere Christi perfonam, vt Dominus ſupra ſeruos emineat. Atque hinc elicitur generalis doctrina, Quęnā ſint in Baptismo hominum partes, & quid proprium habeat filius Dei, nam hominibus ſola externi & viſibilis ſigni administratio commiſſa eſt: veritas autem ipſa penes Christum vnuſ reſi- det. Scriptura quidem interduum hominibus impropriè aſſignat quod h̄c vni Christo vēdicat Iohannes, & negat in homines competere: ſed tunc non expedit quid per ſe ſeorsum habeat homo, ſed ſimplicerat doceat quā ſit viſ & viſilitas ſignoruſ, & quomodo Deus Spiritu ſuo per illa ope- retur. H̄c verò traditur diſtinctio inter Christum & miniftrōs, ne quod illi vni meritō debetur, per perā ad hos mundus traſterat: quemadmodum nihil magis proclive eſt quam Dei ſpoliis ornare creatures. Atq̄ h̄c eadem obſeruatio ex multis diſſultaibus nos expediet. Scimus, quanta rixā nostro ſeculo extiterint de vſu & effacia ſignoruſ, quas omnes dirimere hoc uno verbo licet, quod tota Domini institutio authorem ipsum & virtutem Spiritus vñā cum figura & ministro cōpleteſſit: vbi autem cum Domino conſeretur mi- niſter, vt ille omnia habeat, hunc in nihilum eſſe redigendum.

11 *Spiritu sancto & igni.*) Quæritur cur non eſtiam dixerit Iohannes Christum ſolum eſt qui animas ſanguine ſuo abluit. Neque quia ipſa quoque ablutione, Spiritus virtute perficitur, ſatis ha- buit ſolo nomine Spiritus totū Baptismi effectū exprimere. Sensus quidem clarus eſt ſolum Chri-

stum conferre quicquid gratia extenus baptifimus figurat; quia ipse conscientias sanguine suo aspergit, ipse ideam veterem hominem mortificat, & Spiritu regenerationis confert. Subiicitur nomen ignis, vice epitheti: transfertur autem ad Spiritum, quia fides nostras non aliter purgat quam aurum igni excoquitur: sicut alibi metaphoricè vocatur aqua.

12 Matth. *Cuius ventilabrum.*) Proxima sententia concionator est Iohannes de gratia Christi, ut se illi renouando Iudei tradarent: nunc etiam de iudicio differit, ut metum contemptibus iniciat, nam quia inulti semper hypocrite oblatam sibi Christi gratiam superbo repudiant, simul vindictam que ipsos manet illis denuntiaris necesse est. Hac de causa Iohannes Christum hic describit leserum iudicem aduersus incredulos. Atque hic docendi ordo nobis quoque tenendus est: ut sciant hypocrite non impunè sibi cesserum quod Christum reiciunt, & à suo tempore exergescant, vtorem metuere incipiunt quem salutis auctorem aspernati sunt. Porro mihi non dubium est quin docere voluerit Iohannes quid efficiat Christus per suum Euangelium. Est igitur Euangelij praedicatione ventilabrum aut vannus: qui antequam Dominus non excutiat, totus mundus cōfusione implicitus est, sibi quisque priuatim delicias facit, & hominibus permixti sunt, denique paleis turgere sufficit. Vbi autem in medium prodit Christus cum suo Euangelio, dum conscientias coarguit, & citat ad Dei tribunal, ventilantur palea que prius magnum area partem occupabant. Quanquam autem singulos homines repurgat à palcis Euangeliū: Iohannes tamē hīc paleis reprobos comparat, fideles autem tritico. Proinde area non pro mūdo ac-

cipitur (vt quibusdā placet) sed pro Ecclesia. notwithstanding enim ad quos verba faciat Iohannes. Quādo titulo inflati essent Iudei, Iohannes admonet stulte eos superbo & quod locum ad tempus occuperent in Ecclesia Dei, unde mox eiendi sūt, non secus atque palea ex area. Hoc modo corruptum, qui tunc erat Ecclesia statum perstringit: quia glumis, quisquiliis, & aliis fardibus referita esset, sed viuo Euangelij flatu mox purgandam esse. Sed quomodo paleam à tritico segregare dicitur Christus, qui nihil in hominibus reperi potest nisi in carnem paleam? Responsio facilis est, Electos formari in triticum, ut à palea exempti, in horreum colligantur. Caterūm hanc purgationē inchoauit Christus, & quotidie peragat effectus tamen non ante vltimū diē plane cōsistit, ideo Iohannes illū nos reuocat. Sed meminerimus, fides les hodie iam per spem in horreum Dei ingredi, ut aeternam illic tandem tē ipsa fedem habeat, tritice probos verò iam in reatu ardore illius ignis concipere cuius solidam vestitionem extremo die sentient. De igne aeterno quo torquēlū luteo post iudicium impīj, scio argēt à multis suis disputatum: atqui ex pluribus Scripturæ locis colligeret licet metaphoram esse locutionem, nā signum realē vel materialem, ut vocant, statuerit liber, simili addendum erit sulphur & flabellum: quia virtusque sit intentio apud Iesuā cap. 30. g. 33. Nec certè alia est ignis quam vernis ratio, quod si in vernis nomine metaphora omnium consensu recipitur, idem & de igne sentīdū. Quare omnis sit speculationibus, quibus se vani homines nullo profectu fatigant, tenete sufficiat, his loquendi formis, pro ruditatis nostræ captu, horribile tormentum notari, quod nec sensu hominum hodie capi, nec verbis exprimi potest.

MATTH. III.

13 Tunc accedit Iesus à Galilaea ad Iordanem, ad Iohannem ut baptizaretur ab eo. 9 Et factum est in die-
danem, ad Iohannem ut baptizaretur ab eo. bus illis, venit Iesus à Na-
14 Iohannes verò prohibebat illum, di- zareth Galilea, & baptizava pulus, ut & Iesu bapti-
cens, Atibi opus est abs te baptizari, & tu tusest à Iohāne intordane, cato & orante, apertum
venis ad me? 10 Et statim quām ascē-
15 Respondens autem Iesus dixit ad eum, deret ex aqua, vidit diffin-
Omitte nunc, sic enim decet nos completere o- di cælos, & Spiritum quasi spiritus factus corporali
mnem insitutiam. Tunc omittit illum. columbam descendenter specie quasi columba super
16 Et baptizatus Iesus ascendit protinus super illum. ipsum, & vox è cælo sie-
ab aqua: & ecce aperti sunt illi celi, & vidit di cælos, & Spiritum quasi spiritus factus corporali
Spiritum Dei descendenter tanquam columbam & venientem super ipsum. 11 Et vox facta est è cæ-
17 Et ecce vox de cælis, dicens, Hic est filius ret, dicens, Tu es filius
Iesus mens dilectus in quo mihi bene com- meus dilectus, in te mi-
placitum est. etus in quo mihi bene complacitum est.
18 Et ipse Iesus incipiebat esse annorum

MARC. I.

21 Factum est autē quād
baptizaretur omnis po-
zareth Galilea, & baptizava pulus, ut & Iesu bapti-
zato & orante, apertum
10 Et statim quām ascē-
11 Et vox facta est è cæ-
12 Ac ut descederet
di cælos, & Spiritum quasi spiritus factus corporali
columbam descendenter specie quasi columba super
super illum. ipsum, & vox è cælo sie-
13 Et ipse Iesus inci-
picebat esse annorum
ferme triginta.

13 Ut baptizaretur ab eo.) In quem suum baptizari voluerit Dei filius aliqua ex parte colligimus ex eius responso. Prioris quidem specialis ratio adducta fuit, quod communem nobiscum Baptismum suscepit, vt certius sibi persuadeant fidèles in eius corpus sele inseri, & consepielliri cū eo baptismō, vt in vita nouitatem refurgent. Finis verò quem hīc proponit, latius patet, Quia sic decuerit implere omnem iustitiam. Nonen iustitia tantudem sape valet in Scriptura ac Legis obseruatio, & ita hunc locum exponere licet, Oportuisse Christum, ex quo sponte Legi se subiecerat, omni ex parte eam seruare. Ego tanien-

simplicius accipere malo in hunc modum, ac si dixisset Christus, de mea dignitate nunc omite loqui, neque enim id agitur uter nostrum altero sit præstantior: sed potius speculum est quid vocatio nostra postulet, & quid nobis à Deo Patre iniunctum sit. Ita enim generalis suscipiendi Baptismi ratio fuit Christo, vt plenam obedientiam præstaret Patri: specialis autem, vt Baptismū consecraret in suo ipsis corpore, vt nobis communis cum eo esset.

14 Atibi opus est abs te baptizari.) Certū est, christum non in modo insignem Prophetam à Iohanne suis agnitus, ut multi inepti somniant, sed

sed filium Dei, ut erat, alioquin iniurius fuisse Deo, sanctam eius vocationem homini mortali submittens. Vnde autem innoverit, discat lectores ex Iohannis capite 1. b. 15. Erat quidem haec probabilis recusandi causa, quod Baptismo nihil opus haberet Christus: sed in eo hillocinatus est Iohannes, quod non expendit aliorum causa Baptismum ab eo peti. Ideo Christus considerare eum iubet quid suscepit seru persona conueniat, quia voluntaria subiectio nihil derogat eius gloriae. Etiā autem tantum virum pars aliqua munieris sui ad tempus latuit: non tamen oblitus particularis error quin rite & legitimate Baptista officio functus sit. Quo exemplo docemur non temere facere qui iniunctam à Domino proquinca obueni pro reuelationis modo, quanvis nō statim assequantur quicquid vocationi annexum est, vel ab ea dependet. Notā etiam eius modis, quod sententia sua cedens, Christo statim obreinperat.

16 *Ecce aperi sunt illi celū.*) Aperiō celorum pro manifestatione gloriae cœlestis interdum accipitur, hinc verò etiā significat visibili celi scissuram: ita ut perspicere potuit Iohannes aliquid planetis & alris superiū. neq. enim aliis potest esse sensus verborum Marci, qui dicit eum vidisse distindi celos. Subtilius autem inquiret qualis fuerit scissura neque ad rem multum pertinet, neque etiā expedit: quia scissura est tenere, hoc fuisse præsentia Dei symbolum. Porro quoniam dicant Euangelistæ Spiritum sanctum à Iohanne vīsum, eius etiam causa præcipue celos fuisse apertos probabile est. Quanquam non repugno quin Christus etiam, quatenus homo erat, redditus sit sua vocationis certior. Atque hoc tendere videatur Lucæ verba, quoniam dicit orante Christo apertos fuisse celos. Etsi enim suas preces semper in aliorum vīsum destinavit: ipsa tamen habuit secundum hominem, quoniam tā arduum militia genus aggressus est, singulari Spiritus virtute armari. Sed hic oriuntur duas quæstiones. prior est, cur tunc descenderit in Christum Spiritus, qui iam prius in eo residebat. Hanc quæstionem solvit locus Iesaiæ 61. a. 1. qui alibi tractabitur. Spiritus Domini super me, ideo vixit me ad euangelizandum peribas misit me. Quanvis singulari Spiritus gratia usque ad miraculum Christus excelleret, domini tamen se quasi priuatus homo continuo usque dum producendus esset à Patre. Ergo nunc, dum adeat maturum tempus quo se ad pietatum Redemptoris munus accingat, noua Spiritus virtute induitur, idque non tam sua quam aliorum causa. Consulto enim hoc factum est, ut Diuinam eius virtutem susciperet & reuerenter amplecti discent fideles: nec contemptibilis in eo esset carnis infirmitas. Eadem etiam causa fuit cur Baptismū usque ad tricesimum ætatis annum differret. Baptismus accessio fuit Euangelij: atque ideo unde cun Euangelij promulgatione cœpit. Christus vero ad predicandum Euangeliū se accingens, tam Baptismo initiatus est in manus suum, quam Spiritu sancto instructus. Apparet ergo Spiritus sanctus Iohanni super Christum descendens, qui admoneat nihil in ipso Christo carnale vel terrenum esse querendum, sed quasi Diuinū hominē ē celo prodire, in quo regnat virtus Spiritus sancti. Scimus quidē ipsius esse Deum manifestum in carne: sed in persona quoque ministrī & humana eius natura cœlestis virtus considerāda est. Se-

cunda quæstio est, cur in specie columba potius quam igitur Spiritus apparuerit, cuius solutio ex analogia vel similitudine rei signata cum figura pendet. Scimus quid Christo tribuat Iohannes prophetam, cap. 42. a. 3. Calamum, inquit, quoniam nō constringe, unum fumigans non extinguere, non clamabit, nec vox eius audietur. Propter hanc Christi mansuetudinem, qua blande & comiter peccatores in spem salutis vocavit, & quotidie in uitā, Spiritus sanctus super eum descendit in specie columba. Arque in hoc symbole illustreret suauissimam consolationis pignus nobis exhibitus est, ne metuamus ad Christum accedere, qui non formidabili Spiritus potentia, sed amabilis & placida gratia induxit nobis occurrit. *Vidit Spiritum sanctum.* Ne iuste Iohannes: quia mox sequitur quod Spiritus super Christū descendit: ita hanc tertiam oritur quæstio, quoniam modo viae & poterit Iohannes Spiritum. Respondeat, quā vobis que diffidet ut Spiritus Dei, cœlū inque & terrā impicat, ac cœlum inimicorum illi tribuit. Ita sensu diuinum est de aspectu, quoniam enim per se imum, dulcis est, accidit tamen conspici vbi aliquod præstante & sive si gaudiū demonstrat. Non vidit Spiritus cœlum in Iohannes, quia sub sensu oculorum non cadit: non vidit ipsam quoque virtutem, quia nō humano sensus, sed fidei tantum intelligentia comprehenditur: sed vidit specie columbae: sub qua Deus Spiritus sui præstabilitate monstravit. Ergo metonymica est locutio, qua rei spiritualis nomen ad lignum visibile transferitur. Quemadmodum autem ita & præposterioriter literam virgent quidam, ut rem in signo includant: ita notandum est his loquendi formis notari coniunctionem tui cum ligno. Secundum hunc sensum vocatur panis sacrae Cœna Christi corpus: nō quia sit, sed quia tetetur nobis verè dari in cibum. Interim simul tenendum memori est quod nuper ait: non esse fingendum rei signata descensum, ut in ligno quæratur quasi localiter illic inclusum: sed debere hoc unum fatis superque nobis sufficere, quod Dominus arcana sua virtute præstet quicquid nobis per figuram promittit. Querunt etiam nonnulli curiosi magis quam vulter, solidumne corpus fuerit, an spectrum hæc columba. Quanquam autem videant innuere verba Lucæ non substantiam corporis fuisse, sed tantum speciem: ego tamen, ne quis inde rixandi ansam capter, in medio relinquo.

17 *Vox de celo.*) Vox ex illa celorum scissura personavit, cuius facta prius fuit mentio: quo certior illi constaret maiestas. Porro cū hoc preconio nobis oblatus fuit à Patre Christus, quoniam palam ad obeundum munus Mediatoris prodiit, ut hoc adoptionis nostra pignore fricti, intrepide vocemus Deum ipsum Patrem nostrum. Filij titulus verè & naturaliter in Christum unum competit: sed tamen in carne nostra declaratus est Filius Dei, ut quem unus iure suo Patrem habet, nobis etiam conciliet. Quare Deus Christus nobis Mediatorem cum Filij elegio producens, se nobis omnibus patrem esse declarat. Eodem pertinet epithetū dilecti, quia enim in nobis ex eo sumus Deo, paternum eius amorem à Christo in nos defluere necesse est. Atq; huius loci optimus est interpres Paulus ad Ephes. primo cap. b. 6. quoniam dicit nos in Filio dilecto gratiam adeptos esse, vt à Deo amemur. Quod pleniū etiam exprimit ista particula, In quo mihi complaci-

tum est, innuit enim sic in Christo acquisescere Dei amorem, ut se ab eo ad nos omnes diffundat, neque ad nos solum, sed etiam ad Angelos ipsos, non quod reconciliatione opus habeat, quibus nihil unquam fuit dissidii cum Deo: sed quia

neipsi quidem perfecte nisi capitatis beneficio, Deo adhaerent. Quia ratione etiam dicitur primogenitus omnis creatura. Et Paulus alibi rursus venisse docet ut colligeret quacunque in celo sunt & in terra.

*Colos. i.
b. 13.
colos. i. c.*

MATTH. III.

MARC. I.

LV C. III.

1 Tunc Iesus subductus fuit in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo.

2 Et quum ieunasset dies quadraginta & noctes quadraginta, tandem esurit.

3 Et quum accessisset ad eum ille qui tentat, dixit, Si filius es Dei, ibe ut lapides hi panes fiant.

4 At ille respondens dixit, Scriptum est, Non solo pane viciurus est homo, sed omni verbo quod egreditur per os Dei.

12 Et statim Spiritus expulit illum in desertum.

13 Et erat in deserto quadraginta diebus & quadrage-

ta noctibus, & tentabatur a Satana: erat que cum bestiis.

1 Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est a Iordanis, & actus est per Spiritum in desertum.

2 Diebus quadraginta tentabatur a diabolo: & nihil comedit in diebus illis, deinde esurit.

3 Dixit autem illi diabolus, Si filius es Dei, dic lapidi huic ut panis fiat.

4 Et respondit ad illum Iesus dicens, scriptum est, Non solo pane viciurus est homo, sed omni verba Dei.

*Exod. 34.
c. 12.*

1 Tunc Iesus subductus est, &c.) Duabus de causis in desertum fecerit Christus: priore, ut post ieunium quadraginta dierum, tanquam nouus homo in oceano, prodiret ad exequendum suum munus, deinde ut nonnisi tentacionibus probatus posito tyrocinio, ad tam arduum munus & praelarum se accingeret. Scimus ergo Christum dum a Spiritu abductum fuisse ab hominum frequetia, ut prodiret suminus Ecclesiae doctor & Dei legatus, tanquam magis ex celo missus quam assumptus ex oppido aliquo & communis hominum grege. Sic Mosen quoniam Deus per eius manum promulgare Legem suam vellit, in montem Sinai rapuit, & subductum a populi prospectu quasi in ecclesia sacrarium recepit. Christum saltem non minus insignibus diuinis gratiis & virtutis notis fulgere oportuit quam Mosen: ne minor esset Euangelij quam Legis maiestas. Si enim raro honore dignatus est Dominus doctrinam mortis ministrans, quanto plus honoris meretur virte doctrina? Et si tantum lucis habuit umbratilis Dei figura, quam pleno fulgore eius faciem que in Euangeliō apparet, illustrem esse conuenit. Hic idem fuit ieunio finis. neque enim a cibo & potu abstinuit Christus, ut temperantia documentum ederet: sed quo plus autoritatis haberet, dum a communis hominum sorte exemptus, quasi a celo Angelus & non homo ex terra, emergit. Qualis enim obsecro, illa abstinentia virtus fuisse cibum non gustare, ad quem appetendum nullani eum tulisse inedianum quam si carne non fuisset indutus? Quare mera stultitia fuit ieunium quadraginta, ut vocant, ad Christi imitationem instituire, neque enim maior hodie ratio est cur hoc Christi exemplum sequamur, quam fuit olim sanctis Prophetis & aliis Patribus sub Lege imitari Mosis ieunium. Atqui scimus nemini hoc in mente venisse. Eliani solum Deus, quia instaurandus Legis minister era, similiter ferre de causa ieunium in monte continuit. Imitatores se esse Christi fingunt qui per quadraginta quotidianae ieunient: nempe sic farciunt ventrem in prandio, ut cœnam tempus faciliter absque cibo transfigant. Quid simile habet cum filio Dei? Maior erat veterum frugalitas: sed illi quoque ieunio Christi nihil affine

habebant: non magis scilicet quam hominum abstinentia ad Angelorum inedianam accedit. Adde quod nec Christus nec Moses quotannis solemniter defuncti sunt, sed vterque semel tantum tota vita. Atque utinam ineptius tantum insuffit ut simile: sed impium & detestabile Christi luctum fuit, quod se ad eius regulam fictitio suo ieunio formare tentarit. Quod opus meritorum & partis esse pietatis & divini cultus sibi persuaderet, pessima est superstitio. Sed haec in Deum contumelia est minime tolerabilis, quod singulare eius miraculum obscurant, deinde in Christum: quia suum illi insigne detrahentes, cuius spoliis se vestiunt, tertium in Euangelium cui non vulgaris detrahitur auctoritas, nisi hoc Christi ieunium, eius signum esse cognoscitur. Singulare miraculum Deus edidit quoniam Filium suum exemit a necessitate edendi: annon insana audacia emulatur Deum qui idem saepe virtute affectant? Diuina gloria insignitus fuit Christus per ieunium: annon sua gloria fraudatus in ordinem cogitatur, quoniam se illi socios concuti mortales permiscent? Hunc ieunio Christi finem statuit Deus ut Euangelium obsignaret, qui in aliud usum transferunt, anno tantundem inimicunt ex Euangelij dignitate? Facebat igitur ista καρκωτία, quæ & cōsilium Dei & totum eius operum ordinem peruerbit. Ceterū de ieunis in genere non loquor, quorum utramque frequentior inter nos usus (modò idem purus) foret, sed ostendere oportuit quorū tendere Christi ieunium. Porro tentandi Christi materiam arripiuit Satan ex eius esurie, quemadmodum paulo post fuisse dicetur. Nuc in genere videndum est cur eum tentari voluerit Deus. certo enim Dei consilio in hoc certatum productum esse sonant Matthaei & Marci verba, qui dicunt ob hanc causam deductum fuisse a Spiritu in desertum. Mihi non dubium est quoniam Deus in Filio sui persona tanquam in clarissimo speculo, ostenderit quam infelix & importunus humanae salutis aduersarius sit Satā. Vnde enim sit ut acris Christum impetrat, totusque suas vires & impetus effundat contra ipsum hoc temporis momento quod Euangelistæ notant, nisi quia Patris mandato ad redemptionem hominum accingi videt? Ergo tunc

ex animo.

3. *Matth. V. 1. lapides hi.*) Hic etiam parum firmis argutis luserunt veteres, primam epiu tentationem dixerunt esse gulæ, alteram ambitionis, tertiam auritiae, sed ridiculum est ad gulæ interiem referre si quis famelicus cibū appetit quo naturę satisfaciat. Porro quas in pane lauitias fin gent, vt nimis delicatus censeri debeat qui siccō pane, vt aiunt, contentus est? Sed ne plus verborum frustra perdamus, vnicā Christi responsio sa tis declarat aliud fuisse Satana consilium. Non erat certe rudit & imperitus athleta Filius Dei, vt nesciret aduersarij ictus declinare, vt ad dexterā partem impetus, clypeum ad sinistram temere opponeret. Ergo si conatus fuisse Satan eum ad gulæ delicias pellicere, habebat in promptu Scriptura testimonia quibus cum repelleret. Atqui nullum tale proponit, sed hanc sc̄entiam sumit, viuere homines non pane, sed arcana Dei Benedictione. Vnde colligimus Satana rectâ aggrefsum fuisse Christi fidem, vt ea extincta Christum ad illicitos & peruersos victus querendi modos impelleret. Et certe tunc iugulum petit, dum hoc efficere tentat, vt nos Deo diffisi, aliter quā per eius verbum licet, nobis consulamus. Sc̄lus ergo verborum est, Quādo vides te à Deo destitui, necessitas cogit vt tibi propicias. Ergo victum tibi confice quem Deus tibi non suppeditat. Etsi autem Diuinam Christi potentiam obtendit qualia pides vertantur in panes: hoc tamē vnum venatur, vt Christus à Dei verbo discedens, quicquid dictabit infidelitas sequatur. Appositè ergo respondet Christus, Non solo pane vivere hominem acsi dicere, Tu me aliquid reinedij excogitare iubes, quo mihi aliter quā perniciet Deus, succurrarim. Atqui hoc diffidentia efficit, cuius nulla est ratio quandiu promittit Deus se mihi nutrītiō fore. Tu Satan eiū gratiam pani alligasti: ipse verò contrā testatur, vt desint omnes cibi, solū suā benedictionem ad nos alendos sufficere. Jam tenemus quale hoc fuerit tentationis genus, nepe quo nos quotidie oppugnat Satan. non enim aliquod iniustitum certamen subire voluit Dei Filius, sed communes habere nobiscum pugnas: ut isdem armis muniti, non dubitemus palmarum in manu nobis esse.

4. *Scriptum est, non solo pane.*) Hoc primū notatu dignum est, quod Scripturam Christus pro clypeo opponit, nam hæc vera est diuinandi ratio, si certa victoria potiri cupimus. Nec enim frusta Paulus verbum Dei gladium spiritualem nominat, & fidei scuto nos instruit, Ephes. capite sexto, c. 16. 17. Vnde etiam colligimus, Papistas, quasi facta cū Satana pactione, animas crudeliter exponere eius libidini ad interitum, quia Scriptura maligne supprimētes, Dei populum spoliāt suis armis quibus solis salutem suam tueri poterant, qui verò armaturam istā sponte abiiciunt, nec se in Dei schola assidue exercent, digni sunt qui singulis momentis à Satana iugulētur, qui fei nermes produnt. Nec sanè alia ratio est cur tam impotenter grasseatur Satan, & passim tam multos abripiat, nisi quia eorum ignaviā & verbi sui cōceptum Deus vescitur. Nunc excutiendum nobis est Moses testimoniū quod Ch̄stus citat. *Dtn. 8. 4. 5.* Falsò quidam ad spiritualem vitam decorquent, acsi dictum esset, animas non ali visibili pane, sed Dei verbo. Est id quidem in se verum: sed alio respexit Moses, nam quum nullus ad manū esset

Genes. 12. 4. 1. Deut. 13. Accedens tentator. Hoc nomen Satana, Spiritus consultò tribuit, quod sibi attentius ab eo caueant fideles. Vnde etiam colligimus, tentationes quae nos ad malū follificant, non nisi ab eo prouenire. Nam quid alicubi dicitur tentare Deus, id in alium fiuum spectat, nempe vt fidē suorum exploraret, aut peccatum sumat de incredulitate, aut palam faciat eorum hypocrisim qui veritati non obediunt

panis, commemorat Manus fuisse extraordinarium alimentum populi: ut hoc documento restatum in omne tempus fieret, hominum vitam non esse inclusam in pane, sed pendere a nutu & beneplacito Dei. Itaque verbum non pro doctrina capitatur, sed pro decreto quod Deus publicauit, quo ad tuendum naturae ordinem, & souendas creaturas, neque enim cōditos a se homines abiicit, sed ea lege vitam illis infusit, ut semel dataam aliudē sustineat. Sic dicit Apostolus, omnis sustineri potest eius verbo: hoc est vegetari totum mundū, & singulas eius partes in suo manere statu, nutu eius ac decreto, cuius potentia sursum & deorsum vbiique diffunditur. Quanquam ergo panē vescimur, non tamē panis virtuti acceptam ferre vi-

Heb. 10. 5.

MATTH. III.

5 Tunc assūmit eum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi:

6 Dicītque illi, Si Filius es Dei, præcipita te deorsum: scriptum est enim, Angelis suis mandabit de te, & manibus tollente, ne quando impingas ad lapidem pedem tuum.

7 Dixit illi Iesus, Rursum scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.

8 Rursum assūmit eum diabolus in montem excelsum valde, & commonstrat ei omnia regna mundi, & gloriam illorum:

9 Et dicit illi, Hec omnia tibi dabo si prostratus adoraueris me.

10 Tunc illi dicit Iesus, Abi Satana: scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles.

11 Tunc omittit illum diabolus, & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

MARC. I.

LV C. III.

tam decet, sed arcana gratia quam panis Deus ad nos pascēdos inspirat. Vnde etiam alterum sequitur, Deum, qui nunc pane vtitur in nostrum alimentum, aliter, quoties visum fuerit, daturum ut vivamus. Item hac Molis sententia damnatur eorum stupor quibus saturitas & abundantia protivā est. Deinde corrigitur diffidentia & praua sollicitudo quā nos ad quācēda illicita media impellit. Atque huc propriè dirigitur Christi responsū. Sic de victu & reliquis præsentis vita subtiliis fidendum est Deo, ne quisquā nostrum præscriptas ab eo metas transiliat. Quod si panem ex lapidibus prēter Dei mandatum, confidere Christus nefas esse duxit: multo minus ex fraudibus, rapinis, violentia, & cædibus viictum parare licet.

5 Et subduxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in puncto temporis.

6 Et ait illi diabolus, Tibi dabo potestatem hanc universam & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt: & cuicunque volo, do illam.

7 Tu ergo si adoraueris præholitus coram me, erunt tui omnia.

8 Et respondens Iesus dixit illi, Abi post me Satana: scriptum est enim, Adorabis Dominum Deum tuum, & illum solum coles.

9 Et duxit illum Hierosolymam, statuitque eum super pinnam templi: & dixit illi, Si Filius Dei es, mitte te ipsum hinc deorsum.

10 Scriptum est enim quod Angelis suis mandabit de te ut seruerent te:

11 Et quod in manibus tollent te, ne offendas ad lapidem pedem tuum.

12 Et respondens dixit illi, Dictum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.

13 Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab eo usque ad tempus.

5 Tunc assūmit eum diabolus. Nō magni inter- est quod Lucas secundo loco tentationem recitat quā in postremum locū à Matthæo reicitur. neque enim propositum Euangelistis fuit historia filium sic contexere ut temporis rationē semper exactē seruarent: sed rēsummas colligere, vt in speculo vel tabula proponerēt quē de Christo maximē utilia sunt cognitu. Tenere ergo sufficiat, Christū tribus modis fuisse tentāv. Quod autem vel secundum vel tertium fuerit certanē, non est cur anxie laboremus. In expositione sequar Matthei contextum. Dicitur Christus locutus super pinnam templi. Queritur autem an reip̄a euēctus fuerit in sublimie, an vero per visionē id factum sit, plerique pertinaciter afferunt, verum & realem (vt loquuntur) fuisse corporis rapturn: quia indignum putant, Christum Satanā præstigijs reddere obnoxium. Atqui facile diluitur ista obiectio, nihil esse absurdū in Dei permisus & voluntaria subiectione Christi modō ne in-

tus, hoc est in mente & anima, quicquam putemus passum fuisse. Et quod postea subiicitur, in conspectu posita Christo fuisse omnia regna mundi: item quod scribit Lucas, temporis momento procul fuisse traductum, visioni magis conuenit. In re tamen dubia, & quam absque periculo nescire licet, malo iudicium suspenderi, quām contentiousis præbere litigandi anſam. Fieri etiam potest vt secunda tentatio non sit continuo temporis successu primam sequuta, nec secundā tertią, sed aliquid fuerit distantis, idque magis probable est, quanquam ex verbis Lucæ elicitor non interfuisse longum spatium: quia dicit datam ad tempus quietē fuisse Christo. Hoc verò scire ad rem maxime pertinet, quid captauerit Satan in hac tentationis specie: quod ex Christi responso dicendum est, sicuti paulo antē admonui. Christus, vt hostis astutus occurrat, & propulsit eius impetum, pro clypeo opponit, nō tentandum esse Deum. Vnde appetat huc spētasse hostis insidijs,

dias, vt se præter iustum modum efferas, contra Deum temere insurgeret. Prius Christū conatus fuerat Satan in desperationem trahere, quia vieti & ordinariis mediis destituebatur: nunc ad inanem & ventosam confidentiam eum sollicitat, vt neglegatis mediis qua ad manū sunt, scipsum proponiat sine necessitate in manifestum discrime, & quasi extra metas exultet. Atqui vt frangi nos minime conuenit, vbi rerum omnium inopia preminetur, quin pendecamus à Dei fālucī: sic criftas erigere non licet, vt altius quam Deus permittit nos efferas. T enemus nunc quale fuerit Satanæ consilium: tempe ut Christus experimentum capturus sua diuinitatis, stulta & impia temeritate in Deum insurgeret.

6 Angelis suis mandabit de te, & manibus, &c.) Notanda est hac Satani malitia, quod Scripturæ testimonio abutitur vt vitam Christo mortiferā reddat, panemque conuertat in venenum. Nam eodem quotidie artificio vii non definit: & volunt hoc certamen lobire in sua persona Filius Dei qui cōmune est piorū omnium exemplar, vt sibi omnes fedulō cauere discant ne fallaci Scripturæ prætextu incident in Satanæ laqueos. Nec dubiu[m] est quin Dominus tantum concedat hosti nostro licentia, ne securi torpemus, sed magis intenti finis ad agendas excubias. Ceterū ne præposte[re]t hominibus suniles simus, qui Scripturam quasi flexil[er]e quām abiiciunt, propriea quād eam adulterat diabolus. Nēc eadem causa à cibis abstinentia esset, ne veneficiū esse locus. Prophnat verbum Dei Satan, & in exitum nostrum torque re nititur. Atqui quām diuinitus ordinatū sit nobis in salutem, in irritū erit Dei consilium, nisi nostra ignavia salutaris eius vltus nobis perire? Nec vero lōga disputatione hēc res indiget: tanum spectenu[m] quid præscribat nobis Christus suo exēplo, quod instar regulæ nobis sequendum est. An Satan cedit Scripturā scleratè torquentiā Scripturam qua se prius armavit, excutiti sibi vel eripi patitur? In diimpian[us] Satanæ caluniam obiecta vicissim Scriptura fortiter refellit. Proinde quoties Scripturam suis fallaciis obtinet Satan, & hoc eadem prætextu nos adorinentur impij homines vt fidem nostram circumueniant, non aliunde quām ex Scripturatu[m] fidei nostræ arma mutuenur. Ceterū etiū promissio ista, Angelis suis mādabit de te, &c. ad omnes fideles pertinet, specialiter tamen competit in Christū, qui vt est totius Ecclesiæ caput, ita iure suo præfet Angelis, illisque nostri curam delegat. Quare in eo nondum nullit Satan, quod hoc testimonio probat Angelos Christo datos esse ministros, qui eum custodian, & in manibus suis portet: sed in eo est fallacia, quod Angelorum custodiā ad vagum & temerarium cursum trahit, qua tunc demum filii Dei promittunt dum se continent intra suos fines & viis suis ambulant. Siquā emphasin habet hæc particula, in omnibus viis suis, sentiantur Prophetæ Satan malignè corrumpt & mutilat, promiscue & confusè eam detorquēt ad vagos & erroneos cursus. Iubet nos Deus ambulare in viis nostris, & tunc Angelos pronūtiat fore nobis custodes: Satan Angelorum custodiā ob tendens, Christum hortatur vt sibi temere periculū accersat. acsi diceret, Si te proiicias in morte inuito Deo, Angeli vitam tuam defendent.

7 Scriptum est, Non tentabis Dominum.) Apud finē responderet Christus, non aliter sperandum

esse quod illic Deus auxilium promittit, quām si modeſtē illi se regendos fideles committant. neque enim Dei promissionibus aliter possemus inniti, quām si eius mandatis obsequiūtur. Porrò quin tentetur Deus pluribus modis, hoc loco tentari dicunt quum media negligimus quā nobis ad manū porrigit. Perinde enim faciunt qui præteriti mediis qua Deus commendat potentiam eius & robur volunt experiri: acsi quis homini abscederet brachia & manus, & postea iuberet eum operari. In summa, quisquis experimentum diuinæ potentiae capere appetit vbi necesse non est, ille Deum tentat, eius promissiones subiiciens iniusto examini.

8 Assumpsit eum diabolus in montem excelsum.) Mat. 4.33.

Memoria tenendum est quod prius dixi, non imbecillitate naturæ Christi esse factum vt Satan illi oculos stringeret, sed voluntaria dispunctione & permisso. Deinde sic tactos & illectos fuisse eius sensus, obiecta regnorū gloria, vt nulla intus cupiditas animi eius pupugerit: quum carnis libidines, tanquā feræ indomite, ad obiecta qua nobis placent, ferantur & nos rapiant, nam Christus communem habuit nobiscum sensum, nō autem appetitus incompatitos. Ceterū species temptationis fuit, vt hæreditatem quam Deus filiis suis promisit aliunde Christus quām à Deo ipso petret. Atque hic si crilega diaboli audacia se prodit, quod terræ imperium Deo erectum sibi usurpat. Hec, inquit, omnia mea sunt, nec aliter quām meo beneficio obtinentur. Et nobis quotidie cū eadem impostura luctandum est, quod & singuli fideles in se sentiunt, & in tota impiorum vita clarius perspicitur. Nam etiū omnia nostra præsidia, opes, commoda in Dei benedictione constitutim: tirillant tamen nos subinde & pellicunt se suis nostris ad querenda Satanæ subidia, acsi unus Deus nō sufficeret. Bona autem mundi pars Deo ius & imperium terra abdicans, Satanam sibi fingit in bonorum omnium datorē. Vnde enim sit vt malis artibus, & rapinis & fraudibus ferè omnes se addicant, nisi quod in Satanā transcribūt quod Dei proprium erat, sua benedictione ditare quos vimūt est? Ore quidem panem quotidianum dari sibi à Deo postulant, sed ore tenus: quia Satanam præficiunt distribuendis totius mundi diuitiis.

10 Abi Satana.) Pro eo Lucas habet, *Abi post me Satanæ.* Quare frustra in aduerbio quidam phisophantur, quum Petro dictum est, *Vade retro:* quasi non idem audierit ipse Satan. Simpliciter enim iubet Christus eum facessere. Iam verò in eodem defensionis genere pergit, Scripturā non quasi iunctum clypeum, sed verè aeneum opponents: ac testimonium citat ex Legē, quod vnuus Dens adorandus sit & colendus. Porrò ex applicatione & præfentis loci circumstantia, quorū specter Dei adoratio, & quid valeat, facile colligitur. Papistæ quum solum Deum adorandum negant, sophistico commento hunc locum eludent & similes. Latriq[ue] quidem adorationem concedunt reliqui debere vni Deo. duliam verò ad mortuos & eorum ossa ac statuas transferunt. Atqui friuola illa verborum distinctione reiecta, Christus ~~agewūn~~ etiam vni Deo vendicat, quo commoneantur, eti potius quam vocis rationem esse habendam quoties agitur de cultu Dei. Scriptura Deum vnum colere iubet. spectandum in quem finem, si quicquam ex eius gloria delibat homo quod creaturis adscribat sacrilega est Di-

uini cultus violatio. Id autem fieri plusquam perspicuum est quum bona creaturis accepta ferimus, quorum Deus unicum se auctorem volebat agnoscere. Iam verò sicuti religio propriè spiritualis est, ex' eterna, autem eius confessio pertinet ad corpus: ita non interior modo cultus debetur soli Deo, sed externum quoque eius testimonium.

11 Tunc omittit illum diabolus: & ecce, &c.) Plus exprimit Lucas: nempe *Completa omni tentatione*, ac si diceret, non prius Christo datam quietem vel inducias, quām exactē omni certaminum genere probatus foret. Subiicit etiam relictum fuisse Christum ad tempus duntaxat ut sciamus reliquā eius vitā non propterea à tentationibus fuisse immunit, sed vī Satanū. Diuinus fuisse cohabitare ne importunè molestus esset Christo,

sicuti solet Deus cū omnibus suis agere. nam si quando acrius vexari eos permittit, postea eximmodica contentionē aliquid relaxat, vt paulisper respirent ac colligant animos, minime tamen illis parcit ut signatae indulgent, sed tantum ut se comparent ad nouas pugnas. Quod postea sequitur, Angelos illi ministrasse: ad solatium refero, ut sentiret Christus se Deo Patri cura esse, validoque eius præsidio munitum contra Satanam. nam ipsa solitudo mortuorum augere poterat, quū omnibus hominum officiis priuatus, inter feras degeret, quod etiam disertò notauit Marcus. Nec tamē putandum est, Christum unquam desertum fuisse ab Angelis: sed vi daretur tentationi locus, interdum Dei gratia, quanuis præsens esset, cum secundum carnis sensum latuit.

MATTH. IIII.

12 Quum audisset autem Iesus quod Iohannes traditus esset, secessit in Galileam.

17 Ex eo tempore cœpit Iesus predicare, & dicere, Resipisci te: appropinquauit enim regnum celorum.

MARC. I.

14 Postquam auem comprehendens esset Iohannes, venit Iesus in Galileam, predicans Euangelium regni Dei:

15 Et dicens, Impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: resipiscite, & credite Euangelio.

LV C. III.

19 Herodes autem tetrarcha quum corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, dēque omnibus malis qua faciebat Herodes,

20 Adiecit hoc quoque super omnia, & i. clusit Iohannem in carcere.

LV C. IIII.

14 Et reuersus est Iesus virute Spiritus in Galileam: & fama exiit per uniuersam regionem de illo.

15 Et ipse docebat in synagogis eorum, & glorificabatur ab omnibus.

19 Luc. *Herodes autem tetrarcha*, &c.) Solus Lucas hoc loco causam exponit cur ab Herode coniectus fuerit Iohannes in carcere. Alibi tamen apud Matthaeum & Marcum fieri mentio. Iosephus libro antiqui. 18. dicit, quia sibi metueret Herodes à tumultu populari & rebus nouis, Iohannem ab eo inclusum fuisse in arce Macheronis: quia suspecta erat viri autoritas. Herodiadem verò nō Philippi (quem Salomes maritum fecit) sed alteri Herodi tradit fuisse nuptiam. Ceterum quia hac in parte memoria lapsus reprehenditur, & Philippi quoque morte non suo loco refert, certior historia veritas ex Euangelistis petenda est, standūque eorum testimonio. Hoc quidem satis constat, quum filiam Aretæ Regis Arabum haberet in matrimonio Herodes, forma Herodiadis neptis illætū, cā fraude rapuisse. Potuit autem impunè hanc iniuriam inferre fratri Philippo, quem mansueti & placidi fuisse ingenij hominem testatur idem Iosephus. Porro in hac historia clare certimus quale fidos & cordatos veritatis ministros præmiū in mundo maneat, præseruit ubi virtus coarguunt, vix enim centesimus quisque correctionem admittit, ergo si virgenter seuerius, in furorem ebulliunt. Haec superbia si in quibuslibet plebeis cernitur, nihil mirum si tyranni longè atrocius in suos reprehensorum seuiunt, quibus nihil est acerbius quam in ordinem cogi. Rursus in Iohanne insigne refutat consuantic exemplum: quia prædictos esse conuenit

omnes pios doctores: ne magnos & potentes, quoties ita necessitas tulerit, prouocare in se dubitet. neque enim sincerè Deo seruit apud quem valet acceptio personæ. Portò quum dicit Lucas malum hoc reliquis omnibus fuisse superadditū, significat tunc desperatam esse malitiam, & ad summum cumulum venisse quum remedii irascitur peccator: nec tantum correctionem repudiat, sed de monitore quoq. suo hostili vindictam sumit.

12 Matth. *Quum audisset Iesus*) Cum his non videtur congruere Iohannis narratio, qui testatur eodem simul tempore Iohannem & Christum obiisse docendi munus. Sed notandum est, tres nostros Euangelistas breue illud temporis spatium ideo silentio transfigere, quia nondam finitus erat Iohannis cursus, hoc est ad recipiendum Christi Euangeliū præparatio. Et certè quavis intra illud tempus doctoris officio Christus functus sit, non tamen propriè exorsus est Euangeliū prædicationē, donec Iohanni succedit. Quare non absurdè tres Euangelisti Johanniū ministerio tempus illud concedunt & assignant quo discipulos Christo parauit, acsi dicarent, cedente aurora solem esse exortum. Notanda est autem locutio quę habetur apud Lucam, Iesum in virtute, aut per virtutem Spiritus in Galileam venisse. magis enim interest ne quid terrestre vel humana in Christo imaginemur, sed cœlestis in eo & Diuina virtus semper nobis occurrat, sensu que nostros occupet.

14 Marc. *Predicans Euangelium regis Dei.* Vi-
deatur non nihil habere Matthæus dicensum à reli-
quis duobus, postquam enim Christum relata pa-
tria Nazarens in Capernaum migrasse dixit, tunc
demum attexit exordium prædicationis eius. Lu-
cas autem & Marcus cū in patria publice docu-
se referunt. Verum facilis est solutio nam adver-
biū temporis apud Matthæum non modò ad
proximum membrum, sed ad totum orationis
complexum referri debet. Suo igitur in Galilæam aduentu stadium suum Christus ingreitus
est. Porò summa doctrinæ, qualis traditur à Mat-
thæo, nihil ab ea differt, quia paulo antè legimus
vsum fuisse Iohannem: duabus enim partibus con-
stat, pœnitentia & gratia salutisque præconio.
Hortatur Iudeos ad conversionem, quia regnum
Dei appropinquaverit: hoc est, quia populum
suum Deus regendum suscipiat: quæ plen. est ac
solidæ felicitas. Marcus paulò alter, *Appropi-
quauit regnum Dei: resp. sc̄ste, & credite Euangelio:*
eodem tamen sensu, nam de restituendo apud iu-
deos regno Dei præfatus, hor:atur ad pœnitentia-
m & fidem. Quæreri tamen potest, quā ex
Euangelio pendat pœnitentia, cur eam Marcus
ab Euangelio doctrinæ separat. Duplex solutio
est, nam Deus interdum nō nos ad relipendendum
inuitat, vt tantum dicat mutandam esse in melius
vitam: postea conversionem & vitæ nouitatem,
Spiritus sui donum esse ostendit, vt sciamus non
tantum nobis præcipi quod officij nostri est, sed
obsequendi gratiam & virtutem simul offerri. Si

hoc modo accipimus quod Iohannes conciona-
tus est de pœnitentia, sensus erit, *Dominus vos
ad se concueri iubet.* quia verò id non pœnitentia
propria industria, Spiritum regenerationis pro-
mituit, quare hanc gratiā fide amplecti vos oportet.
Quanquam fides quam haberi Euangelio pos-
stulat, minime ad donum renouationis restringi
debet: sed præcipue ad peccatorum remissionem
spectat. coniungit enim Iohannes pœnitentiam
cum fide: quia se ideo nobis Deus reconciliat, vt
tanquam pater à nobis sanctitate & iustitia colat-
tur. Deinde nihil absurdum est, si credere Euange-
liο, tantundem valere dicamus atque gratuitam iu-
stitiam amplecti. sapientia enim in Scriptura specialis
ista inter fidem & remissionem peccatorum rela-
tio occurrit, sicuti quām docet Fide nos iustificari.
Vtrouis modo exponere hunc locum libeat,
principiū tamen illud manet fixum, offerri nobis
gratuitam salutem à Deo, vt ad ipsum cōuer-
sūtutit viuamus. Ergo misericordiam nobis
promittens, ad carnis abnegationem vocat. No-
tandum est epitheton quo Euangelium ornatur à
Marco: nā hinc cōscimus eius prædicatione regnū
Dei erigī in terra & cōstitui, nec alio modo Deū
regnare inter homines. Vnde etiam appetat quā
misera sit absque Euangelio hominum conditio.

15 Luc. *Glorificabatur ab omnibus.*) Hoc no-
minatim politum est à Luca, vt sciamus statim ab
initio resulisse in Christo Diuinam virtutem, que
homines nondum maligno contradicendi studio
infestos, in eius admirationem cogeret.

L V C. IIII.

MATTH. MARC.

- 16 *E*venit Nazareth, vbi erat nutritus, & intravit secundum con-
suetudinem suam die Sabbathum in Synagogā: & surrexit ut legeret.
17 *E*t traditus est illi liber Iesaiæ Prophete. & explicato libro inue-
nit locum ubi scriptum erat,
18 *S*piritus Domini super me, propterea unxit me: ad euangelizan-
dum panperib. misit me, vi sanem contritos corde, ut predicem captiuis
remissionem, & cæcis vijum: ut emittam confitatos per remissionem,
19 *V*tpredicem annum Domini accepum.
20 *D*einde complicatum librum reddidit ministro, & sedid: & om-
nium in Synagoga oculi erant intenti in eum.
21 *C*apit autem dicere ad illos, *H*odie impleta est h. ec Scriptura in
auribus vestris.
22 *E*t omnes testimonium illi dabant, & mirabantur super sermoni-
bus gratia qui procedebant ex ore ipsius, ac dicebant, *N*onne hic est fi-
lius Ioseph?

16 *V*enit Nazareth.) In hoc vno insistunt Eu-
angelistæ vt ostendant quibus documentis inno-
tuenter Christus: cuius rei memorabile specimen
hīc refert Lucas: nēpe quōd locū Iesaiā exponens,
& accommodans ad præsentem vsum, oculos omni-
num in se cōcuerterit. Quā dicit ex more veni-
se in Synagogā, hinc colligimus, nō tantum in cō-
pitis vel triuitis ipsum ad plebem verba fecisse, sed
quantum licebat, seruasse vſitatum Ecclesiæ ordi-
nem. Similiter etiā videmus, quāuis degenerassent
Iudei, in rebus tamen confusis & misere corrupto
Ecclesiæ statu hoc fuisse boni residuum, quōd Scrit-
pturam legebant coram populo, vt inde sumerent
docendi & exhortandi materiā. Vnde etiam appar-
ret quā fuerit genuina & legitima colendi Sabba-
thi ratio, neq;enam ideo populum suū ferias age-

re iussit Deus quasi simpliciter eius otio delecta-
retur: sed potius vt in operum suorū meditatione
illumin exerceret. Porro quoniam in cōsiderādi dei
operibus cæciunt hominū mentes, Scripturæ regu-
lā dirigi necesse est. Quanquam autē inter Legi
umbrae Sabbathum numerat Paulus: hac tamen in
parte cōmuni nobis est feriādi ratio cum Iudeis,
vt populus ad audiendum verbū, ad publicas pre-
ces & reliqua pietatis exercitia cōueniat. In quenam
vsum Iudaico sabbatho succedit dies dominicus.
Iam si tēporum fiat cōparatio, facile vel ex præfen-
tiloco constabit, feediores hodie & magis deformes
esse Papalis hierarchiæ corruptelas quā apud
Iudeos sub Anna & Caiphā fuerint. Nā Scripturæ
lectio, quā tunc vigebat, nō modò sub Papa obso-
leuit, sed ferro & igni à templis arcetur: nisi quād

lingua incognita quod visum est, in ludibriū cantillant. *Surrexit Christus ad legendū, nō solū ut vox eōs melius exaudiretur, sed in signū reverentia.* Nam hoc ineretur Scripturā inaestas, ut profitentur eius interpretes se modestē & reverenter ad eam tractandam accedere.

17 *Inuenit locum.* Non dubium est quin consolò locum hunc Christus delegerit. Putant quidam diuinitus illi fuisse oblatum, sed quoniam libera illi daretur electio, malo ad eius iudicium referre quod hunc locū præ aliis inuenit. Porro illic promittit Iesaias, post exilium Babylonicum futuros adhuc aliquos gratia Dei testes qui populū ab interitu & mortis tenebris colligant, & Ecclesiam tot cladibus afflictam spirituali virtute instaurant. Sed quia vnius Christi nomine & auctipicis promulganda erat illa redemptio, in singulare numero loquitur, & quodammodo induit Christi personam, quod è faciatis piorum animos in bonam fiduciam erigat. Certum quidem est, quæ hic habentur nō nisi in solum Christum ob duas causas proprie compescere: priuatum quia Spiritus plenitudine solus donatus est, ut testis ac legatus esset nostra cum Deo reconciliationis (qua ratione Paulus quod Euangeliū ministris commune est, pecuniariter illi assignat: nempe quod veniens annuntiavit pacem his qui propè erāt & qui præculi) deinde qua solus Spiritus sui virtute quicquid bonorum hic promittitur, efficit & præstat.

18 *Spiritus Domini super me.*) Hoc ideo dictum est ut sciamus, Christum tam in se quam in suis ministris non humanum nec priuatum negotium agere, sed ad restituendam Ecclesiæ salutem Diuinatus esse musum, restatur enim nihil se humano instinctu vel cōsilie, sed gubernatore Dei Spiritu omnia agere, ut piorum fides in Dei autoritate & potentia fundata sit. Quod proximè sequitur mēbrum, *Ideo vnxit me, exegeticè additum est.* multi enim falsò Dei Spiritum se habere iactant, quum sine eius donis vacui. Christus autem ab vocatione, tanquam ab effectu, probat se Dei spiritu esse prædictum. Subiicit deinde in quem finē gratiis Spiritus ornatus fuerit: nempe ut pauperibus euangelizeret. Vnde colligimus, quicunque, ad prædicandum Euangeliū à Deo mittuntur, necessarii dotibus prius instrui, ut tanto muneri sufficiant. Quare planè ridiculi sunt qui Diuinā vocationis prætextu, pastorum locū usurpant, quoniam ad munus exequendum plusquam sint inepti: sicuti in Papatu cornuti Episcopi quum riduiores sint quibuslibet aënis, se tamen Christi vicarios & solos Ecclesiæ legitimos præsules superciliosè esse clamitant. Nominatum quoq; dicitur vngere Dominus seruos suos: quia vera & efficax Euangeliū predicatione non in vena to eloquentia, sed cœlesti Spiritus virtute sita est, quemadmodum dicit Paulus. *Pauperibus.* Significat Propheta, qualis sit futurus Ecclesiæ stans ante Euangeliū exortū, & qualis sit extra Christum nostra omnium conditio. Pauperes ergo, & contritos, & captiuos, & cæcos, & confractos vocat, quibus Deus instauracionem promittit. Etsi autem tot miseriis oppressum erat populi corpus ut singulis membris hi tituli cōgruerent: quia tamen multi sibi in sua inopia, cœcitate, seruitute, morte denique blandiebantur vel stupidi erant, ideo pauci ad hanc gratiam recipiendam idonei fuerunt. Ac primum quidem hinc docemur quorum spectet Euangeliū, prædicatio, & quid nobis afferat: nempe quod quoniam omni malorum gene-

re penitus obruti sumus, illuc Deus viuifica sua luce nobis affulget, ut eductos ex profunda mortis abyssi, in plenam felicitatem restituat. Non vulgaris certe hæc est Euangeliū communendatio, quod tam incomparabilem inde fructum colligimus. Secundò, videmus quoniam ad le Christus invitet, ac communis sibi gratia participes faciat: nempe qui modis omnibus mysteri sunt, & omni spe salutis destituti. Sed viceversa monemur non aliter istis Christi beneficiis posse nos frui, nisi humiliati serio malorum nostrorum sensu, illum liberatorem tanquam famelicí appetamus. nam quicunque superbia turgent, nec sub captiuitate sua gemunt, nec sibi in sua cœcitate displacent, surdis auribus contemnunt hoc varcinium.

19 *Vt predicem annum Domini.*) Multis videatur esse allusio ad Jubileum: quorum sententiam non repudio. Notare tamen operæ pretium est, Prophetæ data opera occurrere dubitatione quæ infirmos annos turbare & concutere poterat, quoniam tandem Dominus pronosticauit salutem differentes, ipsos teneres suspensos. Ergo redemptio nis tempus in Dei consilio vel beneplacito cōstituit, sicuti cap. 49. c. 8. Tempore beneplaciti exaudiuit, in die salutis auxiliatus sum tibi, Paulus ad Galat. 4. a. 4. vocat tempus plenitudinem: ut discant fideles non curios inquirenter ultra quam expedit, sed Dei placito acquiesceret: atque hoc vnum illis sufficiat, exhibitam fuisse in Christo salutem quando ita DEO vsum est.

20 *Omnium in Synagoga oculi.*) Non dubito quin Deus illorum corda tetigerit, ut admiratio uagis attentos redderet, atque ita audientiam Christi loquenti facerent. Necesse enim fuit eos retineri ne statim obstarent, vel saltem abrum perirent medium sermonis cursum: quoniam alioqui magis essent propensi ad Christi contemptum, ut videbimus.

21 *Hodie impleta est.*) Non vñsum est tantum his tribus verbis Christus, sed ut ipsa probauit iam adest tempus quo vellet Deus perditam Ecclesiæ restituere: ut auditoribus luculentia Prophetæ expositione constaret: quemadmodum ritè & ordine Scripturam trahant interprætes, dum eam ad præsentem vsum accommodant. Dicit autem impletam in auribus portiū, quam in oculis: quia nudus conspectus parum valebat, nisi doctrina primatum tenuisset.

22 *Tetimonium illi dabam.*) Hic priore loco verè diuinam gratiam quæ spirabat in ore Christi, nobis commendat Lucas: deinde hominum ingratitudinem ad viuum depingit. Sermones gratia vocat phrasē Hebraicā, in quibus conspicua est vis & gratia Spiritus sancti. Ergo Deū in Christo loquentem cū admiratione cognoscere coguntur Nazarati: interea tanē seipso vltro impediunt ne cœlesti Christi doctrina suum ac debitum tribuant honorem. Nam quoniam obiiciunt esse filium Ioseph, non amplificat ut debeat, hac circūlitati Dei gloriā, sed scandalum sibi malignè accersunt, ut possint specioso colore respuere quicquid à filio Ioseph dicitur. Ita hodie videimus plerosque, quātumvis cōuicti sint verbum esse Dei quod audiūt, friuolās tamen excusationes captare, quibus se ab obsequiū necesse eximant. Et sane quod non perinde afficiuntur Euangeliū virtute ut patet, nō aliunde cōtingit, nisi quod nobis ipsi sumus obstaculo, & lucem, cuius obiectu etiam iniuti mouemur, suffocamus nostra malitia.

23 Et ait illis, omnino diceris mihi hanc similitudinem, Medicus cura te ipsum, quaeunque audiri non facta in Capernuum, fac & hic in patria tua.

24 Ait autem, Amen dico vobis, nemo Propheta acceptus est in patria sua.

25 Sed in veritate dico vobis, Adultae viduae erant in diebus Eliæ in Israël, quando clausum est celum annis tribus & mensibus sex, ut fieret fama magna per totam terram.

26 Et ad nullum illarum missus est Elias nisi in Sarepta Sidonis ad mulierem viduam.

27 Et multi leprosi erant in Israël sub Eliseo Propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.

28 Et omnes ira replete sunt in Synagoga haec audientes.

29 Et iussurrexerunt, et feceruntque eum extra urbem, & duxerunt eum usque ad superciliū montis super quem ciuitas illorum erat aedificata, ut precipitarent eum.

30 Ipse autem transiens per medium eorum ibat.

23 Medicus cura te ipsum.) Ex Christi verbis facile colligi ut contemptum fuisse exceptum à Nazarenis, profect enim in medium quod sciebat illos agitare in animis suis. Deinde cuiusdam in eos transiit cura ab ecclasiis apud eos miraculis abstineat: & eorum multitudinem coagunt, quod Dei Prophetam nullo honore dignentur. Obiectio quam anticipat talis est, non esse instrumenti cum nullo in pretio habent conterranei, quoniam patrem suum, ut aliena loca, miraculis non nobiliter. Itaque iustum esse hanc ultiorem si à suis reicitur, quos reliquis omnibus postponit. Huc pertinet vulgare prouerbiū, quod medicus à se & suis priuisciperet debeat, quam peritiam curandi in aliis ostenteret. Summa obiectiōnis est, præpostere facere Christum, qui alias Galilæe vrbes miraculis illustrans, nullum habeat patris suæ respectum. Atque hæc Nazarens honesta videbatur excusatio cur eum vicissim respuererent.

24 Amen dico vobis.) Eorum culpa fieri exprobaret, ne apud eos, sicut alibi, exerat suam virtutem in miraculis hominum enim incredulitas aditum obstruit Deo ne operetur sicut optandum esset in eorum salute m. Matth. 13, g. 58. & Marc. 6, a. 5. Proprietas non poterat Iesu significum ullum apud eos edere, quia in eum non credebant. Non quod in hominum arbitrio sit ligare Dei manus: sed quod operum suorum fructu priuat quoniam per insolentiam se indignos reddunt. Perinde igitur valet responsio acsi dixisset Christus, Si miraculum vultus es, et participes cor Deo non datis locum? inquit cur ministrum potentia eius superbè reiicitis? Habetis ergo iustum contemptus vestri mercédē, quod vobis præteriti, alibi potius miraculis ostendo me esse Messiam Dei, cui mandata est Ecclesia restituam. Et certè illa ingratitude erat minimè ferenda, quod quoniam Deus Filium suum educari voluisset in eorum vrbe, talem alumnū spernabant. Quare manum suam ire inde retraxit, ne ludibrio esset tam impius contemptoribus. Ceterum hinc discimus quātū faciat Dominus verbum suum: quia vt de eius contemptu pœna sumat, gratias, quæ præsentia eius testimonia sunt, e medio tollit. Quantum ad sententiam istam, Quid Propheta honore non habeat apud suos, videant lectores quæ diximus quarto Iohannis ca-

pite circa finem.

25 Multe viduae erant.) Postquam in eos culpan reiecit Christus, quod destitueretur miraculis, iam duobus exemplis probat nō debere videri absurdum si Deus alienos domesticis præferat: & ibi virtus verti non debere si Dei vocacioni obtinet eret, quemadmodum olim Elias & Eliseus. Oblique autem vanam corum confidentiam persistenti, quod ipsum habere sibi obnoxium vellet quia fuerat apud eos educatus. Quo tempore, inquit, grata sit famæ per duos annos & sequenti, multe in terra Israël viduae erant, quarum inedia subuenire non iussus est Propheta Elias, sed ^{f. Reg. 17.} iussus ad mulierem alienigenā ditionis Sidoniam. b. 9. Similiter Eliseus nullos ex suis popularib. leprosos curauit, sed Naaman hominem Syrum. Quantum autem peculiariter Nazarenos vulnerat, si ^{2. Reg. 5, d.} mul tamen totius gentis ingratitudinem carpit, quod iam pridem soliti sint ferre omnes eo indignis Dominum contemnere quo propius ad eos accesserat. Nam qui factum est ut mulierem extraneam Deus prætulerit omnibus israelitis, nisi quod ab his reiectus Propheta hospitium in terra prophana querere coactus est? Et quoniam Naaman Syrum voluit Deus ab Eliseo sanari, nisi in dedecus populi Israel? Sensus ergo est, idem accidere quod olim, vt Deus procul virtutem suam ad alienos transmittat, quia à domesticis repellitur. Interea significat Christus nihil ex sua gloria diminui quod à conterraneis vilpenditur: quia Deus non sine eorum ignominia & pudore alibi Filium suum ornare & extolle re poterit, sicuti olim Prophetis suis honorem det in mediis Gentib. Hoc modo resuditur stulta carnis gloriatio, quoniam videmus Dominum pluere non modò vbi & quando visum est, sed in angulis remotis, posthabita terra quam sibi in domiciliū elegerat. Porro hinc colligenda est generalis doctrina, nostrum non esse Deo in beneficiis suis dispensandis præscribere aliquam legem, quin suo arbitrio infimos & cötéptissimos honore dignetur, primis reiecit: nec obstrepere fas esse, si ordinem qui arridet nostro iudicio, vt plurimum pertinet. Tenenda quidem est antithesis inter Israëlem & prophetas gentes: sed rursus statuere oportet, nullos propriâ dignitate præ aliis eligi: sed id

magis prouenire ex admirabili Dei consilio, cuius tamen ratio nobis est abscondita, altitudinem suspicere & adorare necesse est.

28 *Repletis sunt ira.)* Senserunt quorsum tendenter illa duo exempla qua protulerat Christus, nempe Dei gratia alio trasferendam esse, itaq; in suam contumeliam acceperunt. Sed quum ad viuum pungi deberent eorum conscientiae, ut correctis suis vitiis remedium quererent, tantum aguntur in furore. Sic impij non solum contumaciter resistunt Dei iudicii, sed atrociter in eius seruos insurgunt. Hinc appetit quantam vim habeant obiurgationes qua profiscuntur a Dei Spiritu, nam rabie inflammat eorum animos qui libenter & eludentur.

Porrò quum videmus tam virulētas esse hominum mentes, vt insaniant cōtra Deum sūmul ac asperius tractantur, petendus nobis est Spiritus māsuētudinis, ne in hoc exitiale bellū idem furor nos abripiat. Quum dicit Lucas Iesum per medium turbā transfixis, & ita elapsum esse eorum manibus, significat Diuinus nec sine ingenti miraculo creptum esse ex p̄senti morte. Quo exemplo doceatur, quantumvis pravaeant aduersarij, ut vita nostra eorum libidinj subiecta videatur, viētricē tamē se per fore Dei potentiam ad nos seruādos quandiu nos in mundo retinere volet, siue constringat illorum manus, siue oculos caccitate persecutαι, siue obſlupefaciat eorum mentes & corda.

M A R C . | L V C .

M A T T H . I V .

13 *Et relicta Nazareth profectus habitauit in Capernaum, quæ est urbs maritima in finibus Zabulon & Neophthalim,*

14 *Vt impleretur quod dictum fuerat per Iesiam Prophetam, dicentem,*

15 *Terra Zabulon & terra Neophthalim iuxta viam maris, ultra Iordanem, Galilea Gentium:*

16 *Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam: & qui sedebant in regione umbra mortis, lux orta est eis.*

13 *Et relicta Nazareth.)* Hunc Matthæi locum narrationi Lucae ideo subiicere visum est, quia ex contextu licet colligere, quum Christus hactenus solitus esset frequentare urbem Nazareth, ut periculo cederet, illa propterea valere iussa, in Capernaum & vicinas vrbes migrasse. Hæc hiſtoria nihil haber difficultatis, nisi quod Matthæus Prophetæ testimonio abusus videtur in aliū lensum. Verum si teneamus genuinum Prophetæ lensum, apta & facilis erit accommodatio ad præsentem causam. Iesu enim, postquam de grauissima populi clade verba fecit, ut mærori solatium adhibeat promittit, ubi ad extrema redactus fuerit populus, statim sequituram liberationem, qua diſciplina caligine lucē vite restitut. vel baſunt, Non obſcurabitur cui continget hæc angustia iuxta tempus primum, quo leuiter percussa fuit terra Zabulon & Neophthalim: nec iuxta tempus secundum, quum grauius afflicti sunt iuxta viam maris ultra Iordanem in Galilæa Gentium. Populus enim ambulans in tenebris, videbit lucem magnam. Dupli calamitate iam oppresi fuerant Israelitæ: primū quum à Theglat Phœs abductæ essent in exilium quatuor tribus, vel circiter: deinde quum Salmanasar totum regnum Israelis excidit. Restabat tertia clades, quam Prophetæ omnium atrocissimam fore dixerat circa finem octauī capit. Nunc autem in verbis, qua retulimus, sequitur mitigatione: quia Deus populo suo manum porrigit, mortem fore magis tolerabilem quam prius fuerint morbi. Tamen, inquit, totus populus delebitur, lux tamen gratia affulgens afficeret ut minus sit caliginis in hoc pestre interitu, quam fuerit in dupli ruina decē

tribuum. Porrò mihi dubium non est quia promissio ad totum populi corpus, quod peræque in specimen videri poterat perditum & deploratum, extendi debeat. Præpostè enim Iudei ad liberacionem urbis Hierosolymæ restringunt, quasi lux vitalis redditia fuerit dum fugato Rege Sennacherib soluta fuit obsidio. Ceterè ex contextu planè liquet longius respicere Prophetam. Quum igitur communem totius Ecclesias instauracionem promittat, sequitur terram Zabulon & terram Neophthalim, & Galilæam Gentium comprehendi in eorum numero quibus tenebrae mortis in vita lucem mutandæ erant. Huius lucis initium & quasi aurora fuit populi reditus ex Babylone, tandem pleno splendore emersit sol iustitiae Christus, qui mortis tenebras penitus suo aduentu aboleuit. Ideo Paulus ad Ephes. cap. 5. c. 14. in eo impletum fuisse admonet quod psalmi occurrit apud Prophetas. Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Iam quum sciamus spirituale esse Christi regnum, necesse est ut eius naturæ lux salutis quam affect, & quicquid auxilijs ab eo percipimus, respondeat. Vnde sequitur, animas nostras in mortis æternæ tenebris demersas esse, donec eas sua gratia illuminet. De gentis quidē excidio sermo habetur apud Prophetam: sed quasi in speculo describitur conditione humani generis, donec Christi gratia liberetur. Quod lucem magnam dicuntur vidisse quia in tenebris iacebant: tam subita & illustris mutatio, Diuinæ salutis magnitudinem amplificat. Galilæa inferior vocata fuit Gentium Galilæa, non modo propter viciniam Tyri & Sidonis, sed quia per mixtæ illuc erant Iudei Gentes præsertim ex quo David aliquot vrbes Regi Hiram concesserat.

M A T T H . I V .

M A R C . I .

L V C . V .

18 *Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilæa vidit duos fratres,*

16 *Quum au-*

1 *Factum est autem, quum turba instaret ei ut audiret verbum Dei, Simonem*

Simonem cognomine Petrum, & Andream fratrem eius, iacentes rete in mare: nam erant pescatores.

19 Et dicit illis, Sequamini me & faciam vos pescatores hominum.

20 At illi relictis illici retibus sequuntur eum.

21 Et progressus illinc, vidit alios duos fratres, Iacobum filium Zebardi, & Iohannem fratrem eius in navicula Zebedeo patre suo sartientes retia sua: & vocauit eos.

22 Illi autem propter relicta nauti & patre suo, sequuntur sunt eum.

23 Et circumibat totam Galileam Iesus, docens in synagogis illorum, ac prædicans Euangeliū regni, & sanans omnem morbum, & omnem languorem in populo:

24 Et manauit fama illius in totam Syriam: & adducebant ad illum, omnes male habentes variis morbo- ac torminib. confititos, & damni- cos, & lunaticos, & paralyticos, & an- batique illos.

25 Et sequente sunt eum multe in Galilea, & Decapoli & Hierosolymis, & Iudea, & regione trans Iordanem.

marc Galilee, videt & ifse stabat iuxta stagnum Genesaret Simonem & Andreā reth.

fratre eius, tacites rete in mare erant. stagnum: pescatores cuiem descendebant ex illis, & abluebant retia.

17 Ei dixit illis Iesu, Sequamini me, que erat Simonis, rogauit eum ut à factam ut sias pi- terra abduceret pusillum: & sedens docebat è navi turbas.

18 Ut protinus relictis retibus suis sequuntur eum.

19 Et proges sus illi, & pusillum, v. ait Praeceptor, per totam noctem labora- tacobum filium Zebardi, & Iohannem fratrem eius, qui & ipsi rem eis, qui & ipsi nauti reconcinna- fuisse nihil cepimus. tamen ad verbum tuum laxabo rete.

20 Statimque vo- aut illos: & illi reli- to patre suo Zebedeo uarent ipsos. Et venerunt, atque im- rament cum mercenariis, sequuntur eum.

21 Et annuerunt socij qui erant in altera nauti, ut venirent & adiu- uarent ipsos. Et venerunt, atque im- plenerunt ambas naues, ita ut mer- gerentur.

22 Quod quum vidisset Simon Pe- trus, accedit ad genua Iesu, dicens, Di- scende a me, Domine, quia homo pecca- tor sum.

23 Stupor enim circundederat eū, & omnes qui cum illo erant, super captiuum piscium quem ceperant.

24 Similiter autem Iacobum & Iohannem filios Zebader, qui erant socij Simoni. Et ait ad Simonem Iesu, Ne metuas: post hac enim homines capies.

25 Et subductis in terram nauibus, relictis omnibus, sequuntur sunt eum.

18 Matth. Ambulans autem Iesus.) Quia hæc historia duobus, quæ postea videbimus, miraculis posterior habetur apud Lucam, vulgo inualuit opinio, quod ab ipso narratur miraculum, aliquanto post tempore quam à Christo vocati essent, fuisse editum. Sed parum momenti habet ratio quam sequuntur, neque enim certa distinctaque temporum serie annales componere propositum fuit Euangelistis. Vnde fit ut neglecto dictum ordine, ex rebus gestis Christi præcipuas quasque summationem colligere sat habeant. Annorum quidem habita fuit ab illis rario, ut conspicuum esset lectoribus quomodo defunctus sit Christus triennij cursu, ab initio prædicationis, usque ad mortem. Sed quæ in idem ferè tempus inciderunt miracula, liberè permiscent, quod pluribus deinde exemplis certius patebit. Nunc vero eandem à tribus historiam narrari, pluribus argumentis constat, ex quibus tamen unum hoc non contentioso lectori sufficiet, quod tres ipsi uno con-

sensu tandem docent, Petrum & Andream, Iacobum & Iohannem creatos fuisse Apostolos. Si prius vocati fuissent, sequeretur fuisse apostatas, qui deserto magistro & spreta vocatione reverterent ad pristinum vitæ genus. Hoc tantum est discrimen inter Lucam & duos reliquos, quod miraculum ab his omissum solus recitat. Sed hoc quoque Euangelistis non est insolens, partem vñrei gesta, multis circumstantiis omisis, attingere. Quare nihil absurdum est si dicamus præteritum fuisse à duobus miraculum quod ab uno refertur. Et memoria tenendum est quod dicit Iohannes, ex innumeris Christi miraculis delectam fuisse aliquam partem, quæ ad probandam eius Divinam potentiam & fidem in eo nostram confirmandam sufficeret. Nihil igitur mirum si vocationem quatuor Apostolorum parcius delibabant Matthæus & Marcus, cuius occasionem Lucas fuisse exequitur.

i. Luc. Stabat iuxta stagnum.) Matthæus & Marcus mare Galilee nominant trito lingue suæ f. iii.

sore. *Lacus ille propriè Hebrews olim dicitur fuit נירין. Deinde lingua corrupta vox deslexa fuit in Genzareth. Prophanit scriptores Genesarem vocant, quæ parte in Galilæam vergebatur, mare Galilæa dixerunt. Ripa vicina Tyberiadi, cognomen ex urbe accepit. De eius amplitudine & situ alibi opportunitior erit docendi locus. nunc veniamus ad rem ipsam.* Dicit Lucas Christum, conseruans nauti Petri, recessisse modico spatio à terra, ut com modius inde turbas doceret, quæ desiderio eius audiendi, ex variis locis cōfluxerant; docendi autem munere perfundūtum specimen exhibuisse Diuinam sue virtutem in miraculo. Quanvis enim vistatum sit pescatoribus multos facere iactus steriles, uno deinde prospero iactu pensare quicquid laboris frustra sumplerat: miraculum tamen ex hac circumstantia emittit, quod quum tota nocte nihil ce pisset (que tamen ad capturam apriori est) subito in eorum retia ingens copia piscium, quæ naues impletat, coaseretur. I acile igitur agnoscunt Petrus & eius loci, talem prædictam quæ modum exce debat, non obrigisse sibi fortuitò, sed Diuinitus oblatam cscit.

5. Luc. Preceptor, per totum noctem laberantes.) Non dubitum est quin Petrus doctoris officio Christum fungi solitum scens, ac eius reuerentia tictus, sic nominet. Nondum tamen ita proficit ut mereatur inter eius discipulos censerit. neque enim scis est honoris è de Christo sentire, nisi eius doctrinam fidei obediētia ampliæ, teneamus quid à nobis velit. Etsi autem vel nullum vel tenetum Euangeli⁹ gustum habeat, quantum tamen Christo deretur ostendit, quum inani labore fatigatus, quod frustra tentauerat, de integro aggre ditur. Quin igitur apud eum magni fuerit Christianus, & plurimum valuerit ipsius autoritas, negati⁹ non potest. Sed particularis fides vni tūtū Christi mandato habita, & quidem in privato terrestri negotio, Christianum minimè fecisset Petrum, vel locum illi dedisset inter filios Dei, nisi ab hoc obsequij initio tādem ad plenam obedientiam deductus foret. Ceterum, quum tam promptus fuerit ad patendum Christi mandato Petrus, quem nondum vel Prophetam esse, vel Dei filium sciebat: nulli nostra ignominia excusatio, quod Dominum & Regem & Iudicem nostrum predicates, officium nostrum facere decies ab ipso iuslisse digitum quidem inuenimus.

6. Luc. Concluferunt pescium multitudinem.) Finitis quidem miraculis fuit, ut cognita Christi Divinitate, se illi Petrus & alij discipulos addicerent. Generaliter tamen hoc exemplo docemur, minimè timendū esse ne respondeat labori nostro benedictio Dei & optabilis successus, quoties iussu & auspicio Christi manus operi admovebimus. Ceterum talis fuit copia piscium quæ naues mergendo, animos spectantib⁹ in admiratione attolleret. Oportuit enim Diuinam Christi gloriam miraculo hoc patefieri, ut solidam illi authoritas constaret.

8. Luc. Discede à me Domine.) Quanvis Dei præsentia affidisti votis expertant homines: neesse tamen est, sinulatque apparer Deus, formidine percelli, immo exanimari metu & pauro, donec solatum adhibeat. Quod Deum tam cupidè aduocant optima est ratio, quia se miseros esse eo absente sentire coguntur: præsentia autem illius ideo formidabilis est, quia tunc sentire incipiunt quām nihil sint, immo quanta majorū congerie sint referti. Secundum hanc rationem Petrus sic reue-

retrum Christum in miraculo, ut maiestate eius exterritus, quantum in le est fugiat. Neque hoc soli Petru accidit, quemadmodum ex contextu colligimus: sed timor omnes circundedit. Quare videimus sensum hunc ingenitum esse omnibus, ut ad Dei præsentiam expauescant. Atque id nobis vtile est, ut quicquid in nobis est stulta confidit, vel factus humilietur: modo statim accedat consolatio quæ nos subleuat. Ideo Christus suau & amica response, Petri animum recreat, metuere ipsum vetans. ita Dominus in sepulchrum demergit suos, ut deinde viuiscet.

10. Lucas. Posthac enim homines captes.) pro quo Matthæus, Faciam vos pescatores hominum, Marcus verò, Faciam ut suis pescatores. Quibus verbis docentur, Petrum & alios tres, non modò collectos suis discipulos à Christo, sed creatos Apostolos, vel saltem electos in spei Apostolatus. Non ergo hic generalis solūm describitur vocatio ad fidem, sed specialis ad certum munus. Factor quidem nondum illis iniungi docendi partes: sed tamen Christus eos in suum cōtuberminus asciscit & cooptat, ut ad docendum formet. Atque hoc prudenter considerandum, quia non omnibus præcipitur, ut parentibus relictis & pri stino viuēntibus, Christum sequantur pedibus: sed alios contentus est Dominus habere in grege suo & Ecclesia, aliis propriam stationem attribuit, quibus igitur imposita est publica persona, sciant à se plus aliiquid requiri quām à quibuslibet priuatis. Ita Christus in communī aliquorum vita nihil mutans, quatuor illos discipulos ab opificio, vnde vixerant hactenus, abducit, ut eorum opera ad præstantiorem functionem vtatur. Porro crassos idiotas, nec minus rudes ingenio, quā doctrine expertes, sibi Christus delegit quos expolire: immo quos Spiritus sui gratia renonaret, ut cunctis mundi sapientibus præcelerentur. Ita scilicet voluit humiliare superbiam carnis, & insigne spiritualis gratia specimen dare in eorum persona, ut discamus fidei lumen petere ē celo: scientes propriā industria nō posse acquiri. Porro quia non elegit indoctos & rudes ut semper tales relinqueret, in exemplum minimè trahere conuenit quod ab eo factum est: quasi hodie quoque ordinandi sint Pastores qui postea formādi sint ad exequendū munus suum. Scimus enim quam regulā nobis per os Pauli præscribat, ne qui scilicet vo. 1. Tim. centur nisi ad docendum idonei. Nec verò tales ideo elegit quasi inscritam eruditio præferret: quemadmodum phrenetici quidam sibi in sua ignorantia applaudunt, sique Apostolis putant eo propiores, quo magis à literis abhorrent. Voluit initio quidem contemptibiles eligere, ut eorum supercilium desiceret qui cœlum indocti & patere non putant: sed deinde pescatoribus adiunxit Paulum collegam, qui à pueritia sedulò institutus fuerat. Tametsi autem de ratione metaphoræ, subtilius disputare nihil attinet, quia ex re præsentis sumpta fuit: aptè tamen allusus Christus ad pescationem quin de Euangeli⁹ prædicatione ageret: quia homines vagi & palantes in mundo, tanquam in vasto & confuso mari, per Euangeliū colliguntur. Ceterum historia quæ primo Iohannis capite refertur, ab hac diversa est. nam quum Andreas vnu sūisset ex discipulis Iohannis, ab illo Christo traditus, fratrem deinde secum adduxit: ac tunc quidem amplexi sunt ut magistrum: sed deinde in altiore gradum recepti sunt.

22 Matth. *Illi autem protinus.*) Primum hic appetet energia vocis Christi : non quod sola vox tam efficaciter penetret in hominum corda : sed quia Dominus quos ad se trahere vult & rapere, Spiritu intus compellat ut voci sua obediant. Secundo laudatur docilitas & obsequij promptitudo in discipulis, qui vocationem Christi omnibus mundi negotiis praeferunt. Præsertim verbi ministros ad hoc exemplum attendere decet, ut post habitis omnibus aliis curis, se totos Ecclesias, cui destinati sunt, addicant ac deuocant.

23 Matth. *Circubat totam Galileam.*) Eadem rursus alibi à Matthæo referuntur: sed minime absurdum est, quum innumera propè miracula affiduc edere Christus aliquanto tempore non cessarit, bis aut ter rursum eorum fieri mentionem in genere. Iam in verbis Matthæi primò notandum est, Christum nusquam quieuisse, ut Euangelio solum ubique spargeret. Porro Euangelium regni

vocat Matthæus, quo constituitur regnum Dei inter homines, in ipsorum salutem. Solidam ergo & ternam beatitudinem, à prosperis ac letis praesentis vita rebus discernit. Quod dicit Matthæus Christum sanans omnes morbos, intellige cuiuscunq; eis generis. Certum est enim non omnes fuisse liberaeos à suis morbis : sed nullum fuit morborum genus quod sibi oblatum non sanaret: Enumerat autem præcipuas morborum species, in quibus suam potentiam exercuit Christus. Dæmoniacos Scriptura vocat non omnes promiscue qui à Diabolo vexantur, sed qui arcana Dei vindicta Satana incipiunt sunt, ut eorum mentes & sensus possideat. Lunatici vocatur in quibus augefecit vis morbi vel decrevit pro lunæ inclinatione, quales sunt qui comitiali morbo laborant, & similes. Quoniam sciamus eiusmodi morbos naturalibus remediis non esse curabiles, sequitur teatam fuisse Divinitatem Christi quum eos mirabiliter sanauit.

MATTH

M A R C . I.

L V C . IV.

21 Et ingrediuntur Capernaum, & statim sabbatis ingressi in synagogam, docebat.

22 Et stupebant super doctrinam eius: erat enim docens eos tanquam auctoritate prædictus, & non tanquam scriba.

23 Et erat in synagoga eorum homo obnoxius spiritui immundo qui exclamauit,

24 Dicens, Ah quid rei nobis tecum isti Iesu Nazarene? venisti ad perditionem nos? noui te quis sis, Sanctus scilicet Dei.

25 Et increpauit illum Iesus, dicens, Ob-

mutesce, & exi ab homine.

26 Et quem discernerisset eum spiritus

immundus, exclamauitque voce magna,

exi ab eo.

27 Et obstupuerunt omnes, ita ut con-

quererent inter se, dicentes, Quid est hoc?

qua doctrina noua hac? quia cum aucto-

ritate etiam spiritibus immundis imperat,

& obediunt ei?

31 Et descendit Capernaum ciuitatem Galileeæ, ibique docebat eos sabbatis:

32 Et stupebant super doctrinam eius, quia cum potestate coniunctus erat sermo ipsius.

33 Et in Synagoga erat homo habens spiratum demonis immundi: & exclamauit voce magna,

34 Dicens, Ah quid tibi nobiscum est Iesu Nazarene? venisti ad perditionem nos? noui te quis sis, Sanctus scilicet Dei.

35 Et increpauit illum Iesus, dicens, Ob-

mutesce, & exi ab eo. Et quem projectisset eum dæmon in medium, exiit ab illo, nihilque illi nocuit.

36 Et factus est paor super omnes, ac colloquebantur inter se, dicentes, quis sermo hic est? quia cum auctoritate & po-

testate imperat spiritibus immundis, &

exeunt.

Probabile est hunc dæmoniacum fuisse unum ex turba illa cuius meminit paulo ante Matthæus. Sed non super vacua est Marci & Luce narratio: quia circumstantia quasdam referunt, quæ non solum miraculum magis illustrant, sed continent etiam vitalem doctrinam. Asturè enim fatetur dæmon Christum esse Sanctum Dei, ut obrepat hominibus suspicio aliquid eum habere cum Christo necessitudinis. Quia etiam vafrite Euægeliu[m] subinde conatus est suspectum reddere, & hodie idem tentare non desistit. Hæc ratio est cur eum Christus compescat. Fieri quidem potest ut hæc illi confessio violenter expressa fuerit: sed hæc duo inter se non pugnant, quod Christi potentia cedere coactus, illum exclamet esse Sanctum Dei, & tamen astute Christi gloriam suis tenebris involvere conetur. Notandum est etiam, sic eum Christo blandiri, ut se obliquè ab eius manu subducatur: atq; hoc modo secū ipse pugnat. Quorsum

enim sanctificatus est à Patre Christus, nisi vt homines à diaboli tyrannide liberans, eius regnum euertat? Sed quia Satan virtutem quam sibi exitiale esse sentit, ferre non potest, Christum inani titulo contentum quiescere & iacere cuperet.

22 Marc. *Supebant super doctrinam eius.*) Significant Euangelista refutuisse in sermone Christi Spiritus virtutem, quæ auditores etiæ profanos aut frigidos in admirationem cogeret. Lucas dicit fermentem eius fuisse in potestate, hoc est dignitatem plenius Marcus, qui antithesen addit, dissimilem fuisse sermoni Scribarum. nam quoniam adulterini essent Scripturæ interpres, literalis & mortua erat eorum doctrina, quæ nullam Spiritus efficaciam spiraret, & in qua nulla subesse maiestas. Quale hodie frigus in speculativa Papatus theologia confoscere licet. Satis quidem imperiosè detonat illi magistri quicquid visum est: sed quoniam profano more garriant de rebus Diuinis, vt

1.Cor.4.4.
20. nulla in eorum disputationibus appareat religio, putidum est ac nugatorium quicquid afferunt. neque enim frustra dictum est à Paulo, Regnū Dei non in sermone, sed in virtute esse positu. In summa, significant Euangelistæ, quum tunc degener & valde corruptus esset docendi modus, qui nulla Dei reverentia tangaret hominum animos, in sermone Christi cōspicuum fuisse Diuinam vim Spiritus quæ fidem illi acquireret. Hac est potentia, vel dignitas potius ac authoritas ad quam populus obstupefiebat.

33 Luc. Homo habens spiritum dæmonis.) Hec loquutio tantundem valet ac si dixisset Lucas aflatu diaboli fuisse concitatum. Dei enim permisimus anima potentias occupauerat Satan, ut suo arbitrio tam ad loquendum quam ad alios motus impelleret. Itaque quum loquuntur dæmoniaci, in ipsis & per ipsos loquuntur dæmones, quibus permisimus est dominandi licentia. Elogium Sancti Dei, probabile est ex communii & tunc recepto loquendi vnu sumptum esse. Ideo autem sic Meßianum vocabant, quod ab omnium aliorum numero segregatus esset ut singulari gratia prædictus, & totius Ec-

clesiae caput.

26 Marc. Quam discerpserit eum.) Mitiore verbo vñus est Lucas: in sensu tamen optimè conuenient: quia vierque docere voluit violentum fuisse dæmonis exitum. Sic ergo miserum hominem prostrauit quasi discerpere vellet: irritum tamen fuisse conatum dicit Lucas: non quid impetus ille prorsus ablque lafione fuerit, vel saltē absque ullo doloris sensu: sed quia integer postea fuit homo à diabolo liberatus.

36 Luc. Factum est paucor.) Fructus miraculi, quod aliiquid plusquam humanum in Christo suspicere coguntur. Ac prudenter miraculi gloriam ac virtutem ad doctrinam referunt. Quis sermo, hinc inquiunt, cui parere coguntur etiam ipsi dæmones? Nouam doctrinam appellant, non exprobrandi causa, sed quia aliiquid in ea insolitus & extraordinarium agnoscent. Non ergo insinuant eam nouitatis ut fidem derogent: sed potius ista est pars ad mirationis, quod vulgare aut humanam esse negant. In eo tantum peccant, quod subtiliter in sua habitatione, quum ad ulteriore profectum Dei filios progredi debeat.

MATTII. VIII.

MARC. I.

LVC. IIII.

14 Et quum venisset Iesus in domum Petri, vidit sarcum illius in lecto decubentem, & febri laborantem.

15 Tertigique manum eius: & reliquit manu eius, & reliquit eam febris illico, ac ministrabat illis.

16 Quum autem appetisset vespera, ad duxerunt illi demoniacos multos: & eis cōspiritus verbo, omnesque male habentes sanauit:

17 Ut impleretur quod dictum est per Iesaiam prophetam, quum ait, Hic infirmates nostras suscepit, & morbos portauit.

18 Quum videret autem Iesus circum multas turbas, iñfuit ut abiens in ulteriore rem ripam.

29 Et protinus è Synagoga egredi, venirent in domum Simonis & Andree cum Iacobō & Iohanne.

30 Socrus autem Simonis decumbens, febri laborans: & continuo dicunt ei de illa.

31 Et accedens erexit eam apprehensa crepauit febrim, & febris dimisit illam: statimque surgens ministrabat illis.

32 Vesperi verò quum sol occidisset, at talerent ad eum omnes male habentes, & qui à dæmoniis agitantur.

33 Et ciuitas tota congregata erat ad osium.

34 Et sanauit multos qui male affecti erant variis morbis, & demonia multa eiecit: & non sinebat loqui demonia quod

quid nouissent.

35 Et manè multa adhuc nocte quum quum ait, Hic infirmates nostras suscepit, & eis curauit.

36 Et prosequens est illum Simon & Omnes te querunt.

37 Et quum inueniissent eum, dicunt ei, Omnes te querunt.

38 Et ait illis, Eamus in proximos vicos, ut & ibi prædicem. in hoc enim egressus sum.

39 Et prædicabat in Synagogis eorum in tota Galilea, & demonia eiiciebat.

38 Quum autem surrexisset Iesus e Synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur febri magna, & rogaverunt pro illa.

39 Et astans supra illam, incepauit febrim, & febris dimisit illam: statimque surgens ministrabat illis.

40 Quum autem sol occidet, omnes qui habebant infirmos variis morbis, illos ducebant ad eum: at ipse singulis manus imponens sanabat eos.

41 Exibant autem dæmonia à multis, clamantia ac dicentia, Tu es Christus Filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui quid nouissent ipsum esse Christum.

42 Facto autem die, egressus iuit in desertum locum, & turba querebant eum: & venerabant illum ne discederet ab eis.

43 Quibus ille ait, Etiam alijs cunctis oportet me euangelizare regnum Dei: nam in hoc missus sum. Et predicabat in Synagogis Galilæe.

29 Venerunt in domum.) Quod hanc historiam Matthæus suo ordine non recenscat, conicere inde licet, quod Marcus nominatio quatuor tantum discipulos Christo fuisse comites tradit. Deinde quum è Synagoga egressus, rectè se contulerit in domum Petri, tempus exactè à Matthæo non

fuisse obseruatum facile patet. Porro videntur Euangelistæ miraculum hoc peculiariter narrasse, non quod per se aliis esset nobilis, vel memoriatur magis dignum: sed quia in eo Christus domesticum & interior gratia sue specimen exhibuit discipulis: deinde quod unius mulieris fanatio

fanatio pluribus miraculis dedit occasionem ut vnde ad eum confluenter opes petenderet cauta. Lucas tamen virtutem quam hic Christus patre fecit, uno verbo amplificat, magna lebri detentam suffidens Petri socrum. Certius enim ac insignis documentum fuit Divina potentia, temporis momento & solo tacte, vehe ac temere ac grauem mortuorum tollere. Quanquam autem solo natus id poterat, manum tamen eius tetigit, vel exprimendi effectus causa, vel quia symbolum hoc tunc vtile esse nouerat. Scimus enim pro temporis ratione ex temporis symbolis liberè fuisse ipsum.

39 Luc. *Incep. aut. se rime*) Quanquam loquutio haec lectori non sat in Scriptura exercitato dura videri possit: ratione tamen non caret. febris enim & alij uiobi, faines, pestilenta & omne genus aerrum, Dei sunt apparitores per quos iudicia sua exequitur. Ergo sicut in mandato nutuque suo tales nuntios emittere dicitur: sic etiam coegerit ac reuocat simulacrum vestrum est. Quomodo alias sanauerit tacent Matthæus & Marcus: Lucas dicit, Manuum impulsionem. Fuit autem reconciliationis signum sub Lege. Quare merito, nec intemperie Christus, quos à Dei maledictione absoluist, illis etiam imp. fuit manus. Solemnis etiam fuit consecrationis ritus, quemadmodum alibi fuisse dicitur. Sed ego Christum simpliciter interpretor manus imposuisse ergo tis, vt eos Patri commandans, gratiam & liberationem à morbis impetraret.

17 Matth. *Quod dictum est per Iesum.*) Videatur parum appositè citari, inio in alienum sensum torqueri hoc varicium, nam illic Iesaias non de miraculis, sed de Christi morte differat: nec de temporalibus beneficiis, sed de spirituali aternaque gratia. Quod autem de anima vitii dicit certum est, Matthæus ad corporales morbos transfert. Solutio non difficultis est, modo expendant lectors, non tantum exponi quid Christus ægrotis illis contulerit: sed in quem finem sanauerit corum morbos. Sanerunt illi Christi gratiam in suis corporibus: sed nobis finis spectatus est: quia prepostorum esset in caducio beneficio hærere, quasi corporum medicus esset Filius Dei. Quid ergo inempe cacos illuminavit ut se mundi lucem esse ostenderet: restituit vitam mortuis, vt se probaret vitam ac resurrectiōnē esse. idem de claudis & pa-

rallyticis sentiendum. Quare analogiam hanc sequamur, vt quæcumque hominibus praestitit Christus beneficia in carne, referamus ad scopum quæ nobis Matthæus proponit: missum scilicet suisse à Patre ut nos à malis & miseriis omnibus leuaret.

34 Marc. *Non sineba logia de nonia.*) Duplex potuit esse ratio cur non sineret: una generalis, quod nondum maturum plena reuelationis tempus aduenierat: altera specialis, quam nuper attigimus, quod illi repudiabat præcones ac testes sue Diuinitatis, qui laude sua nihil aliud quam macula & sinistram opinionem aspergere illi poterant. Atque hæc posterior indubia est: quia testatum opportuit esse hostile dissidium quod habebat anterior salutis & vita author cum mortis principe eiusque ministris.

18 Matth. *Quam audisset autem Iesus turbas, &c.*) Nō dubito quin breuiter attingat Matthæus quod alij plenius & vberius exponunt. Quod racetur à Mattheo, reliqui duo exprimunt, quærendi secessus causa Christum clam abiisse in desertum locū anteqnam illucsereret. Dicit postea Marcus admonitus fuisse à Petro quod cum omnes quærent. Lucas autem dicit turbas illuc vsq; venisse. Iam quod dicit Matthæus transisse in vltiorem ripam, pro eo dicunt ambo illi peragrasse totam Galileam, vt omnibus in locis predicaret. Vltior autem ripa meo iudicio, vocatur non exposito directè respondens, sed respectu sinus qui erat infra Capernaum. Sic ergo partem lacus trahiebat ut Galileam non relinqueret. Notandum est quod dicit, se in hunc finem egredium, vel insulam: quia his verbis testatur quā intentus ad expletum munus suum fuerit. Ceterū si quis roget satiulne sit hoc & illuc curitate Euangelij ministros, vt Dei doctrinam tantum in singulis locis parcet & tenuiter delibent: an verò auditoribus, quos semel natū fuerint, solidè docendis insistere: respondeo, consilium Christi, cuius hīc fit mentio, quia Patris mandato & vocationi consentaneum erat, fuisse in optima ratione fundatum. Breui enim tempore peragrandia fuit Christo ludra, vt hominum mentes quasi tubæ clangore, passim ad audiendum Euangelium expergeraceret. qua de re fuisse alibi tractandum erit.

MATTH

M A R C . III.

13 Et ascendit in montem, ac vocauit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eum.

14 Et fecit ut duodecim essent secum, & ut emitteret eos ad predicandum:

15 Utque haberent potestatem sanandi morbos & eyendi demonia.

16 Et imposuit Simonis nomen Petrus.

17 Et Iacobum filium Zebedei, & Iohannem fratrem Iacob: & imposuit eis nomina Boanerges, quod est filii tonitru.

18 Et Andream, & Philippum, & Bartholomeum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphai, & Thaddæum, & Simonem Cananæum.

19 Et Iudam Iscariotem, qui & prodidit illis.

L V C . VI.

12 Factum est autem in illis diebus, exiit in montem ad orandum, eratque pernoctans in deprecatione Dei.

13 Et quum dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit:

14 Simonem, quem & nominavit Peterum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Iohannem, Philippum & Bartholomeum.

15 Matthæum & Thomam, Iacobum Alphai, & Simonem qui vocatur Zelotes.

16 Et Iudam Iacobum, & Iudam Iscariotem, qui idem fuit proditor.

17 Et descendens cum illis, stetis in

MATT. H.

MARC.

LVC. VI.

loco campestri; turbaque discipulorum eius, & multius copiosa plebis ex omni Iudea & Ierusalem, & a maritima Tyro & Sidone.

18 *Qui venerant ut audirent eum, & sanarentur a morbis suis, & qui vexabantur a spiritibus immundis, sanabantur.*

19 *Et omnis turba quarebat eum tangere: quia virtus ab illo exibat, & sanabat omnes.*

13 Marc. *Ascendit in montem.)* Hac electione nondum Apoltoles ordinat, vt protinus munere suo fungantur: sed tantum in spem Apostolatus eos sibi contubernales discipulos adoptat. Quia in re hallucinati sunt interpretes qui locos istos perperam confundunt enim Matth. i.e. cap. Atqui verba clarae sonant, tantum eos destinari ad futuram legationem quae apud Mattheum illis iniungitur. Et Marcus, & Lucas deinde suo loco missiones referent quam illic Matthæus commemorat. Nec mirum est si paulatim eos ad tam arduum prouinciam formare & affluefacere voluit caelestis magister, quorum ruditas ne longo quidecum disciplina vnu corrigi potuit. Ambo Evangelistæ dicunt Christum ascendile in montem. Lucas exprimit caufani, vt liberius in secessu oraret, quod Iep̄iū facere solitus, ex aliis locis notum est. Hoc autem exemplum nobis perpetua regula instar esse debet, vt a preicatione ordinamus quoties eligendi sunt Ecclesiæ pastores, alicui inauspicatum erit quicquid tentabimus. Nec sancte Dominus tam sua causa precatus est, quam ut nobis legem prescriberet. Prudentia enim destituitur & consilio: atque, ut maxime simus perspicaces, nihil tamen facilius quam hac in parte decipi. Iam ut simus extra errandi periculum, nisi Dominus affectus nostros moderetur, quanta ad nos abripiendos vel fauoris & gratiae, vel odij, vel ambitionis vis est, aut petius violentia? Ad hanc, vt summa in electione viguerit dexteritas, infelicititer tamen cedent omnia nisi Dominus regendos suscipiat qui fuerint electi, ac dotibus necessariis instruat. Quid ergo? dicit quispiam: annon serio postulauit à Patre Christus ut electioni sua praesert? Hoc quidem fateor, & simul addo, hoc testimonio declarasse quam esset de Ecclesia sua solicitus. Itaque non quotidiano more roganit Patrem, sed totam noctem in precibus consumpsit. Verum si ipse Spiritu sancto plenus tam ardenter & anxie Patrem electionis sua praesert inuocauit: quanto maior est nostra necessitas?

13 *Vocauit ad se quos voluit.)* Non dubito quin hoc verbo significet Marcus, mera Christi gratia, non pro sua dignitate, ad tam honorificum munus fuisse assumptos. Nam si intelligas delectos fuisse qui alii præstantiores erant, non quadrabit hoc in Judæam. Senbus ergo est, non fuisse delatum hominum meritis Apostolatum, sed gratuita Dei misericordia, qui minimè digni erant in illum gradu electos: atque ita impletum esse quod alibi Coloss. i. d. pronuntiat Christus. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Iohann. 15. c. 16. Eodem quoque senfu Paulus Dei propositum in suo Apostolatu sapienter commendat. Sed hic emergunt plures

questiones. Primo, cur destinato proposito Iudam elegerit, quem & honore indignum sciebat, & fore proditorem. Deinde, cui Deus à Filio tam ardenter rogatus, in primarium Ecclesiæ suæ ordinem obrepere paus fuerit hominem perfidum & scelestū, ac si Christum repudiasceret. Tertiò, cur voluerit primitias Ecclesiæ suæ tam secundo dedecore pollui. Quartò, qui factum sit ut probis ac fidelibus ministris Iudam Christus sciens ac volens præferret. Prima obiectio hoc responsonie solutio, yoluisse consulto Domini occurtere futuri scandalis, ne turbemur supra modum quoties locum in Ecclesia occupant perfidi doctores vel ex professoribus Euangelij sunt apostate: & simul exemplum horrende defectionis statuisse in viuis hominis persona, ne sibi nimium placeant qui in altiore dignitatis gradu locati sunt. Interea non dicimus repulsam paucum fuisse Christum, quem Pater admirabiliter consilio diabolum unum Angelis undecim adiungens, sic tamen moderatus est rei eventum, ut illius defecatio fidei Ecclesiæ suæ confirmaret potius quam concuteret. Hac eadem solutio tertia questioni aptanda est. In his primordiis maturescere ostensa est futura Ecclesiæ conditio, ne ad ullius reprobi casum labaserent infirmi: quia indignum est ut ab omnibus pœdeat Euangelij stabilitas. Quod ad ultimum obiectum spectat, Iudam non preculi Christus piis sanctisq; discipulis: sed eum in sublime tollens, unde ruiturus era, omnibus spectaculo esse voluit, adeoque omnibus seculis documentum ne quis honore diuinatus sibi collato abutatur: deinde ut columnis etiam cadentes stabiles maneat qui videntur esse ex vulgo fidelium.

13 Luc. *Quos & Apostolos nominavit.)* Potest hoc bifariam exponi: vel quod postea inaugurans in suum munus, illis nomen imposuerit: vel quod in spem futura dignitatis iam eos ornauerit isto elogio, vt sciens quorsum è vulgari numero septuaginta, & in quem vium destinati forent. Quod posterioris Marci verbis respondet, dicit enim Christum fecisse ut essent secum, atque ut eos dimitteret ad prædicandum. Si bi igitur contubernales esse voluit quibus deinde maiorem prouinciam iniungereret, neque enim quū dicit, ut essent secum, & ut eos ad prædicandum emitteret: idē temporis momentum in vitroque membro designat, sicuti prius attigi.

16 Marc. *Imposuit Simonem nomen.)* Quanquam omnes Christianos, viuos spiritualis templi lapides esse oportet, Christus tamen pro mensura gratiae qua Simonem instruere solebat, peculiare illi nomen imposuit. Nec obstat quod in Domino negando pudenda fuit eius infirmitas: si quis hor eloçio iniuncta illius virtus & constatua, ut in mortem

tem usque viguit ornata est. Ridiculi tamen sunt Papistæ, qui inde colligunt fundatam in eo esse Ecclesiæ: ut fuis explicabitur cap. 16. Mart. Filios Zebedæi vocavit Christus tonitru filios, quibus datus erat sonorant vocem qua tonarent in toto orbe. Et tonitru quidem hodie adhuc auditor

ex ore Iohannis: ab eius fratre, quoad vixit, cœculum fuisse terram minime dubium est. Ceterū dictio corrupta est, cuius integra pronuntiatio esset, **LENÆ REGES VEL RAGAS**, sed obscurum non est quām sit flexibilis verborum mutatio, vbi in alienam linguam transferuntur.

M A T T H . V .

I Quum vidisset autem Iesus turbas, ascendit in montem; & quum se disisset, acceserunt ad eum discipuli eius.

2 Et aperiens os suum, docebat eos, dicens,

3 Beati pauperes spiritu: quoniam illorum est regnum calorum.

4 Beati qui lugent: quoniam ipsi consolationem accipient.

5 Beati mitites: quoniam ipsi hereditatem accipient terram.

6 Beati qui furiunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.

7 Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.

8 Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.

9 Beati pacifici: quoniam ipsi filii Dei vocabuntur.

10 Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam illorum est regnum cœlorum.

11 Beati estis quum probra iecerint in vos & insectati fuerint, & dixerint omne malum verbum aduersum vos mentientes, propter me:

12 Gaudete & exultate: quoniam merces vestra multa est in cœlis. sic enim persequenti fuerunt Prophetas qui fuerunt ante vos.

I Matth. *Ascendit in montem.*) Qui aliam hic Christi concionem referri volunt quam que haberut sexto capite Lucas, nimirum leui ac triuolo argumento mouentur: quia Matthæus narrat Christum in monte loquutum esse discipulis: Lucas autem notare videtur habitum in planite fuisse sermonem. Præposterior enim Luce verba uno contextu legunt, quod descendenter Christus in locum campestrem, & quod oculos attollens in discipulos, sic loquutus fuerit. Vtrique enī, Evangelista propositum fuit semel vnum in locum principia quæque capita doctrinæ Christi colligere, quæ ad pīe sancteque viuendi regulam spectabant. Quanquam ergo Lucas prius loci campestris memorat, non profequitur eandem historiam continuam serie: sed à miraculis transfit ad doctrinam, neque tempus neque locum designans: sicuti apud Matthæum nulla est temporis, sed tantum solius loci notatio. Ac verisimile est non nisi post electos duodecim Christum ita, fuisse concionatum. Sed in tenendo ordine temporis, quem videbam à Spiritu Dei neglectum, nolui esse nimium curiosus. Sufficere enim piis & modestis lectoribus debet, quod hic ante oculos positam habeant breuem summam doctrine Christi, collectam ex plu-

M A R C .

L V C . VI .

20 Et ipse attollens oculos suos in discipulos, dicebat, Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. Beati qui ejuritis nunc: quia saturabimini.

21 Beati qui fletis nunc: quia ridebitis.

22 Beati eritis quum vos oderint homines, & separauerint vos, & probris afficerint, & ciecerint nomen vestrum tanquam malum, proper Filiū hominis:

23 Gaudete in illo die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cœlis. nam secundum hac faciebant Prophetis patres eorum.

24 Veruntamen ve vobis diuitibus: quia habetis consolationem vestram.

25 Ve vobis qui sa: urati estis: quia esurietis. Ve vobis qui rideatis nunc: quia lugebitis & flebitis.

26 Ve vobis quum laudauerint vos omnes homines. nam secundum hac faciebat pseudoprophetis Patres eorum.

ribus & diversis eius concionibus, quarum hac prima fuit, vbi de vera beatitudine differuit apud discipulos.

2 Aperiens os suum.) Hic ἀλετραρίου; Hebraicam phrasim respicit. nam quod in aliis linguis virtutum foret, Hebreis tricūm est ut dicant, ille os aperit, pro, Exorsus est loqui. Quanquam autem multi emphaticam loquitionem esse putat, quum aliquid graue & notable in medium protertur, siue in bonam, siue in malam partem: quia tamen reclamant quidam Scripturæ loci, nimirum prior illa exppositio magis arridet. Valeat etiam arguta eorum speculatio quæ allegoricæ Christum discipulos suos in montem duxisse docent, vt longè eorum mentes à curis & studiis terrenis sursum euerheret, potius enim secessum consenso monte quæsiuit, vt procul à turba, paulisper se cum discipulis à lassitudine reficeret. Primo autem loco vindendum est, quorsum de vera beatitudine Christus verba fecerit apud discipulos. Scimus, non vulgus hominum modò, sed ipsos quoque sapientes occupari hoc errore, Feliciter esse qui omni molestia exemptus, ac votorum suorum compos, letam & quietam vitam agit. Certe omnium serè iudicio à præfentī statu afflatur felicitas. Chri-

Itus ergo, ut fuos ad crucis tolerantiam assueficiat prauam hanc opinionem corrigit quod felices sint quibus nunc bene ac prosperè est secundum carnem. Neque enim fieri potest ut ferendis ærumnis & iniuriis collum placide submitant qui statuant aduersam esse beatæ vitæ patientiam. Vnum igitur solarium est quo mitigatur adeoque dulcedere crucis & malorum omnium acerbitas, dum persuasi sumus nos in mediis miseriis beatos esse: quia potentia nostra à Domino benedicitur, & breui sequetur letior exitus. Fateor quidem doctrinam hanc procul remotam esse à communis sensu: sed ita Christi discipulos philosophari conuenit, ut suam felicitatem extra mundum & supra carnis affectum constituant. Et si autem nunquam admittet carnis ratio, quod hic prædicat Christus, nihil tamè imaginariū proponit, quemadmodum olim suis paradoxis ludebant Stoici: sed ex te ipsa demonstrat cur verè sint felices quorum misera censetur conditio. Meminerimus ergo hoc est sermonis caput, Quod miseros esse Christus negat qui & improborum iniuriis prementur, & variis ærumnis sunt subiecti. Nec tantum contendit Christus, peruersè eos facere qui hominis felicitatem metiuntur presenti statu, quia breui mutandæ sint in melius piorum miseriarum: sed etiam proposita spe mercede suos ad patientiam hortatur.

3. *Beati pauperes spiritu, quo. &c.*) Apud Lucam nuda est metaphora: sed quia maledicta & infelix est multorum paupertas, Matthæus Christi mentem clarius exprimit. Quin ergo plerique malis prementur, qui tamen falso & ferocia intus turgere non desinunt, beatos pronuntiat Christus qui malis doinīti & subacti, se se totos subficiunt Deo, & intus humiliati, in eius præsidium se conferunt. Alij Pauperes spiritu interpretantur, qui nihil sibi arrogant: inò exinanita omni carnis fiducia suam inopiane agnoscunt. Sed quis necesse est eundem Lucæ & Matthæi verbis sensum constare, minimè dubium est Pauperes vocari qui rebus aduersis prementur & afflicti sunt. Hoc tantum interest, quod Matthæus addito epitheto beatitudinem ad eos solos restrinxit, qui sub crucis disciplina humiles esse didicerint. Quoniam illorum est. Videamus ut non inflet Christus suorum animos ventosa aliqua persuasione, vel ferrea contumacia obdurti, ut Stoici: sed ad spem æternæ viet ipsos reuocans, ad patientiam animet: quia hoc modo in cœlesti regnum transiuri sint. Notare verò operæ pretium est, neminem spiritu esse pauperem nisi qui in nihil unum apud se redactus, in Dei misericordiam recumbit. Nam qui desperatione fracti sunt vel obruti, quum aduersus Deum fremant, elato, superboque spiritu esse oportet.

4. *Beati qui lugent.*) Hæc sententia non modò proximæ est affinis, sed est eius quasi appendix vel confirmatio. Nam quod ærumnæ miserum reddant hominem, inde iudicium fieri solet, quod lugent & mœrem perpetuo secum trahant, felicitati autem nihil magis repugnat quam luctus. Christus autem lugentes non modò miseros esse negat, sed ipso luctu adiuvari docet beatam vitam, quod hoc modo formentur ad percipiendum æternum gaudium, & quasi stimulis excitentur, ne alibi quam in Deo solidam consolationem querant. Sic Paulus Röm. cap. 5. a. 3. Gloriamur in tribulationibus, quia operantur patientiam, patien-

tia probationem, probatio spem: spes verò non confundit.

5. *Beati mites.*) Mansuetos & placidos intelligit qui non facilè provocantur iniuriis, qui ad quausuis offensiones minimè sunt morosi: sed parati sunt quidvis potius ferre quam ut paria faciant cum improbis. Talibus hæreditatem terræ quod promittit Christus, videatur esse valde absurdum, terræ enim dominium potius sibi usurpan qui animosè quausuis iniurias repellunt, &c. si quando les sint, manu etiam prompti sunt ad vlciscendum. Et certè experientia docet, eo audaciis & petulantibus grassari improbis, quo mitius feruntur. Atque hinc natum est diabolicum prouerbium, Cum lupis v'lalandum esse, quia mox à lupis deuorandus sit quisquis se ouem facit. Sed Christus suum & Patris præsidium malorum furor & violentiæ opponens, non frustra mansuetos affirmat terræ dominos fore & hæredes. Non aliter se tutos fore confidunt filii huius seculi, quam si acriter quicquid illatum fuerit mali vindicent, atque ita manu & armis vitam suam tueantur. At vero quam statuendum sit Christum unicum esse vitæ nostræ custodem, nihil aliud restat nisi ut lateamus sub umbra alarum eius. Porro oves esse nos oportet si cupimus censer in eius grege. Si quis obiciat, cum experientia pugnare quod hic dicitur: primùm velim expendat quam inquieti sint ferociæ ut à scipis turbulentur. Certè in vita adeò tumultuosa quamvis centies terra sint Domini, omnia possidente nihil possident. Pro Dci autem Filiis respondeo, etiam si nusquam pedem in suo figere queant, terra domicilio quiete frui, neque imaginaria est haec possessio: quia terram inhabitant quam sibi Divinitus concessam esse norunt. Deinde aduersus malorum in temperiem & furias opposita Dei manu teguntur: & expostis omnibus fortunæ telis malorum improbitati obnoxij, periculis omnibus circumdati, securè tamen agunt sub Dei tutela, ut saltem hanc Dei gratiam iam degustent. atque hoc illis satis est, donec mundi hæreditatem ultimo die adeant.

6. *Beati qui esuriant.*) Esurire & sitiare per synecdochen accipio pro laborare inopia, destituti rebus necessariis, iure etiam suo fraudari. Quod Matthæus ponit Esurire iustitiam, species est pro genere. Indignitatem tamen amplificat, quod dicit auxiè gemendo nihil eos appetere nisi quod iustum est: acsi dixisset, Beati sunt qui licet suis votis moderentur, ut tantum sibi præstari quod æquum est cupiant, tanquam famelici nihilominus languent. Quanvis enim ludibrio sit eorum anxietas qua tormentur: est tamen illis certa præparatio ad beatitudinem, quia tandem saturabuntur. Deus enim tandem eorum gemitus exaudiens, & satisfaciet iustis desideriis, cuius officium est famelicos bonis implere, ut habetur in Cantico Virginis

7. *Beati misericordes.*) Hoc etiam paradoxum cum humano iudicio pugnat. Mundus reputat beatos qui malorum alienorum securi, quieti suæ cōsulunt: Christus autem hic beatos dicit qui non modò ferendis propriis malis parati sunt, sed aliena etiam in se fullopiunt, ut miseri succurrant, sponte laborantibus se coniungunt, & quasi eosdem induunt affectus, quo se libentius ad illos iuvandos impendant. Addit, Quia misericordiam consequentur, non modò apud Deum scilicet, sed inter ipsos quoque homines, quorum ad humanita-

tem Deus flectet animos. Quanvis autem interdū totus mundus ingratus sit, & peccatum benemerē tibus intercedenti repēdat, sufficere debet quod apud Deum reposita sit misericordibus & humanis gratia, ut aliuin vicissim tibi propitium & misericordem habeant.

8. *Beati munda corde.*) Videtur hic nihil afferre Christus quod non sit omnium iudicio contentaneum. Munditiae cordis sunt omnes matrem esse omnium virtutum, sed interea vix ceteris virtutis quisq; est qui non valit in loco maxime virtutis habeat. Hinc fit ut beati vulgo putentur qui dextre necēdis dolis ingeniosi sunt, qui obliquis artibus astute circumveniunt quibuscum habent negotium. Carnis ergo rationi minimè subscrībit Christus dum beatos vocat qui non delestantur astutia, sed sincere verlantur inter homines, nec aliud verbis aut vulgo præ se ferunt, quam agirent in corde. Quia autē simplices tanquam miris cauti ridentur, & quia non satis acutē sibi prolixū erit, Christus altius eos reuocat: quod si perspicaces non sunt ad fallendum in terra, Dei conspectu in cœlis futurū.

9. *Beati pacifici.*) Eos intelligit qui non modō paci student, & abhorrent à raxis quantum in se est, sed etiam fedulō dissensiones inter altos motas componunt, omnibus sunt pacis authores, ordinis & sumptutab. ansam præcidunt. Neque hoc tenere dictum estiam quum laboriosas sit & molestas pacificare eos qui inter se dissident, hāc dignitate in cogitare ferre n.oderat homines qui paci fouende student, quod vtrinque probra, querimonias & expostulationes audiunt, quod inde nascitur, quod nemo non cuperet omnes habere patronos qui à parte dimicent. Ergo, ne pendeamus ab hominum fauore, itibz nos Christus respicere iudicium Patris sui, qui quum Deus sit pacis, nos in filiis suis censet dum pacem fouemus, etiam si nostrum studium hominibus non placeat: vocari enim, idem valet atque censi.

10. *Beati qui persequitionem.* Hac doctrina maxime opus habent Christi discipuli: & quo difficultius & magis ægrē eam admittit caro, eo attentius meditanda est, neque enim alia lege Christo militare possumus, quam ut maior pars mundi infesta in nos consurgat, ac persequatur usque ad mortem. Sic res habet, Satan princeps mundi nunquā definit suos rabie armare, vt Christi membris insultent, est quidem hoc monstrō simile, & præter naturam, vt præter meritum hostiiliter vexentur qui iniustiam colunt. Ideo dicit Petrus, Si cauetis a maleficiis, quis est qui vobis noceat? Sed in tam effreni mundi præstatute nimis saepe cōtingit, vt boni iustitia zelo malorum odia contra te inflament. Præsertim vero Christianis hoc quasi fatale est, maiori hominum numero esse exoscos, caro enim Euangelij doctrinam ferre nequit: nulli sua via coargui sustinet. Propter isti sciam pati dicit qui inde malorum odia sibi conflant & furorem prouocat, quod recti & æqui studio, malis causis se opponunt, & bonas quoad licet tuentur. In hac verò parte merito Dei veritas primatum tenet. Quare hac nota Christus martyres suos à sceleratis & maleficiis discernit. Redeo, iā ad illud quod nuper dixi, quoniam omnes qui piē volunt viuere in Christo, persequutioni obnoxii sint, Paulus Tim. 3. c. lo teste, cōmuniter ad pios omnes spectat hęc admonitio. Quod si quādo nostrę infirmitati indul-

gat Dominus, neque impiis permittat pro libidine nos vexare, in umbra tamen & otio meditari hanc doctrinam par est, vt parati simus quoties opus fuerit in arenam prodire, nec certamen obeāmus nisi probe instructi. Ceterū quum toto huīus vita curfu mierrima sit conditio piorum, merito in spem cœlestis vitæ nos Christus erigit. Atque in hoc plurimū differt paradoxum Christi à Stoicorum commentis, qui sua quenque opinione contentum esse iubebant, vt sibi esset felicitatis arbiter: Christus autem non à vana imaginatione felicitatem suspendit, sed eam in spe futuræ mercedis fundat.

11. *Quum probra recerint.*) Pro eo Lucas habet, Quoniam vos oderint, & separauerint vos, & probris affecerint, ac non en veltrum eicerint tanquam malum. Quibus verbis solari voluit Christus suos fideles, ne animis concidant, etiā si se viderint coram mundo detestabiles. Erat enim hāc non leuis tentatio, tanquam impios & profanos extra Ecclesiam eiici. Quoniam enim nihil hypocritis magis virulentum esse seiret, deinde præuideret quām rabioso impetu exarsuri essent Euangelij hostes cōtra parvulum & contemptum gregem suum, solidē eos munire voluit, ne succumbent, quanvis in mensa probrorū congeries ad eos obruedos immineret. Atq; hinc apparet quām nihil metuenda sit Papalis excommunicatio, dum nos tyranni illi à synagogis suis separant quia diuotiū à Christo facere nolumus.

22. *Gaudete & exultate, quoniam.*) Significat in promptu esse remedium, ne iniustis opprobriis frangantur: quia simulac attollimus in cœlum nectes, illuc scel offert ingens gaudijs materia quæ tristitiam absorbeat. Quod Papistæ in nomine mercedis ludūt, nullo negotio hic fucus diluitur. neque enim (vt somniant ipsi) mutua est relatio in ter mercedem & meritum: sed gratuīta est promisio mercedis. Deinde si reputamus quām multum sit ac vitiosum quicquid bonorum operum eriam ab optimis prodit, nullum vñquam opus inueniet Deus mercede dignum. Notandæ sunt item particulae istæ, Propter me vel propter Filium hominis: item, Probris vos affecerint mentientes: ne se protinus Christi martyris esse iactet qui sua culpa sustinet persequitionem: quemadmodum olim Donatista hoc solo titulo sibi placebant, q; magistris haberent sibi aduersos. Et hodie Ana baptistæ quum perturbant suis deliriis Ecclesiam, Euangelium infamant, gloriantur tamen se ferre Christi insignia vbi iuste damnantur. At qui beatos non pronuntiat Christus nisi quibus constat iusta causa sua defensio. Sic n. persequuti sunt. Conculc hoc fuit additum: sine triumpho sine sudore & pugna sperantes Apostoli, in persequitionibus deficerent. Nam quia rerum omnium instauratio sub Christi regno passim in scriptura promittitur, periculum erat ne se inani fiducia iactaret, de militia nō cogitantes. Et ex aliis locis apparet Christi regnum opibus & deliciis refertum sicut imaginatos fuisse. Quare non sine causa admonet Christus eadem illis parata esse certamina qua quendam experti sunt Prophetæ, quandoquidem in eorum locum succedunt. Neque enim solo temporis respectu Prophetas dicunt fuisse illis priores: sed quia eiusdem sint ordinis: ideoque se ad illorum exemplum formare debeant. Quod vulgo nouem beatitudines finixerunt, magis triuolum est quām vt longa refutatione indiget.

24. *Luc. V. & vobis dimitib.)* Sicuti quatuor tantum benedictionum capita recensuit Lucas, ita nunc quatuor maledictiones opponit, ut membra inter se respondent. Ceterum antithesis ista non modo ad incutendum impis terrorem spectat, sed ad fideles excitandos, ne vanis & captiosis mūdi illecebris indormiant. Scimus enim quām proclive sit reb., prosperis inebrari, vel irretiri hominum blanditiis, vnde etiam sit vt sepe inuidae reprobis filij Dei, quib. omnia prospera & secunda fluere vident. Porro diutibus maledicit, non quibuslibet, sed qui consolationem suam in mūdo accipiunt, hoc est acquiescent in sua fortuna, vt futura vita obliviscantur. Significat ergo, tantum abesse vt beatum hominem diutia faciant, vt sepe in occasionem exitij vertantur. Alioqui diuites à regno suo minime arcer Deus: modo ne libi laqueos complicant, vel spem suam figentes in terra, ianuam celorum sibi præcludant. Elegeranter Augustinus, qui vt diutias filii Dei per se non esse in impedimento ostendat, Lazarum pauperem in finum diutis Abraham receptum fuisse admonet. Eodem sensu saturis maledicit ac plementis: *Gal. 1. 6. 10.*

MATT. V.

13. *Vos estis sal terra, quod si sal infatuatus fuerit, quo sa-*
gne salietur, & omnis virtus
luetur: ad nihil vales ultra
nisi vt projiciatur foras & co-
culetur ad hominibus.

14. *Vos estis lux mundi:*
non potest oppidum abscondi
supram oculum situm.

15. *Neque ascendunt lu-*
cernam, & ponunt illam su-
bier modum, sed super cande-
labrum, & lucet omnibus, qui
sunt in domo.

19. *Sic luceat lux vestra*
coram hominibus: vt videat
vestra bona opera, & glori-
ficiant Patrem vestrum qui
est in celis.

13. *Math. Vos estis sal terra.)* Quod proprium est doctrinæ, ad personas transfert, quib. commissa est eius administratio. Christus enim, Apostolos vocando Saleni terræ, intelligit eorum esse munus salire terram, quia scilicet nihil nisi insipidum habeant homines, donec sale doctrina celestis conditi fuerint. Postquam autem illos admonuit ad quid vocati sint, graue illis & horribile iudicium denuntiat, nisi officio respondeant. Ac doctrinam quæ apud illos deposita est, sic bona conscientia & pia rectaque vita annexa esse ostendit, vt quæ in aliis tolerabilis foret corruptio, in ipsius detestabilis sit, ac portenti loco habenda, ac si dicaret, Si coram Deo insulsi sūt reliqui homines, vobis dabitus sal qui saporem illis cōciliat. Si autem insatiati sitis, vnde vobis petendū erit remedium quod aliis conserre vos deceat. Metaphoram verò suam sequitur Dominus, quā dicit, alias res quæ à natura sua degenerant, esse tamen aliquo modo post corruptionem viles: sal verò etiā esse noxiū, vt sterquiliniis quoque sterilitatem inducat. Summa est igitur, Incurabilem esse mor-

MARC. IX.

49. *Nam omnis homo i-*
si sal infatuatus fuerit, quo sa-
gne salietur, & omnis virtus
luetur: ad nihil vales ultra
masale salietur.

50. *Bonares est sal, ceterum*
quilibet vulnus est, foras proiiciunt i-
si sal insulsi fuerit, in quo psum. Qui habet aures ad audiendum,

ipsum condicetur? Habete in
vobis ipsi salalem, & pacem in
uicem colite.

MARC. IV.

21. *Et dicebat illis, Nū lu-*
cerna incendiatur vt subter
modium ponatur, an subter
lectum? nonne vt super can-
delabrum ponatur?

nis: quia inflati præsentium bonorū fiducia, quicquid est cœlestium bonorum respūnt. Idem & de risu sentiendum, nunc enim ridere intelligit qui Epicureæ latitiae dediti & in carnis voluptatibus demersi quicquid molestiæ pro tuenda Dei gloria subeundum foret refugiunt. Postremum Væ ad corrigendam ambitionem pertinet, quia enim nihil magis commune est quām captere hominum plausus, vel saltē illis inescari: vt inde absterat Christus suos discipulos, ostendit extitalem fore hominum gratiam. Hæc autem admonitio peculiariter ad doctores spectat, quibus nulla pestis magis metuenda est quām ambitione: quia fieri non potest quin putram Dei doctrinam adulterent vbi hominum fauorem acupantur. Quid dicit Christus, Omnes homines, referri debet ad filios seculi, qui non nisi impostoribus & pseudo prophetis applaudunt. nam fideles & probi fanæ doctrina ministri suam apud bonos laudē & gratiam habent. Tātum ergo prauis carnis fauor hic damnatur: quia nemo Christi seruos esse poterit qui studebit hominibus placere, quemadmodum Paulus docet.

LV C. XIV.

34. *Bonus est sal, si vero sal infatua-*
tus fuerit, quo condicetur?

35. *Neque in terram neque in ster-*
quilinium vulnus est, foras proiiciunt i-
si sal insulsi fuerit, in quo psum. Qui habet aures ad audiendum,

ipsum condicetur.

LV C. VIII.

16. *Nemo vero, quum lucernam ac-*
cenderit, operit eam vase, aut subter le-
cernam ponit: sed super cadelabrum ponit
et intrantes videant lumen.

LV C. XI.

33. *Nemo lucernam accendit & in*
abscondito ponit: neque subter modium,
sed super candelabrum, vt quingre-
diuntur lumen videant.

bum quā verbī ministri & doctores seipso adulterant ac insipidos reddunt: quia reliquum mundum sale suo condire debeant. Porro non ministri solum utilis est hæc admonitio, sed cuncto gregi Christi, nam quā velit Deus verbo suo terram saliri, sequitur insulsum coram ipso esse quicquid eo sale caret, quantumvis hominibus sapiat. Quare nihil melius est quām cōdimentum admittere, quo solo nostra insulitas corrigitur, sed integrum viderint salitores ne mundum in fatuitate sua foueant: multo etiam magis ne prauo eum & viioso sapore inficiant. Itaque Papistarū improbitas minimè est ferenda. Quasi verò Christi consilium fuerit effrānem suis Apostolis licentiam permittere, & eos cōstituere animum tyrannos: ac non potius officiū sui monere, ne à recta linea deflectent. Pronuntiat Christus quales esse velit Ecclesiæ suæ doctores. Qui se pro Apostolis nullo iure venditant, hoc opere tegunt quidquid abominationum ingenerare libuit, quia Petrum & similes Christi vocavit salēm terræ, nec interea ex pendunt quām grauis & severa addita sit comminatio,

minatio , omnium esse deterrios si insipidi redendantur. Hæc sententia quali ex abrupto ponitur apud Lucam sed in eundem finem quo hic legitur, ut propria expositione opus non habeat.

49 Marc. *Omnis homo igne salitur.*) Ego hæc Marta verba ; roximus Matthei coniunctionem quod sensu omnino conueniant, vel quod eiusdem sint loci ac temporis, sed potius ut diuersum eiusdem sententie vobis melius ex comparatione perspicere rent lectors. Quum de igne aeterno loquatus est Christus apud Marcum hortatur suos ex opposito, ut se potius Deo nunc offerant igne & sale condendos, ut fiant sacrae victimæ, ne sibi peccatis suis ignem illum accersant qui nunquam extinguitur. Ignem saliri impropria est loquatio: sed quia salis & ignis causa est purgandi & excoquendi natura , idem verbum virique aptavit Christus. Nunc tenemus quemam fuerit huius sententiae occasio scilicet recuset fideles igne & sale macerari: quandoquidem sine hoc condimento sancti Deo esse nequeunt. Alludit autem ad præceptum legis, vbi dicitur vetat Deus ne quia sale fiat oblatio. Nunc autem Euangelij verbo saliri docet fideles ut sanctificantur. Quum deinde subiicit, Bonus est sal : generaliter ad omnes extendit quos semel Deus condire verbo suo dignatus est: ac hortatur ut saporem suum semper retineant. Paullò quidem durior est metaphora, dum saltem nominat quicquid salsum est: sensus tamē inde ambiguus non redditur, nempe, vbi saporem quo imbuit fuerunt per Dei gratiam sua ignavia perdiderint, nihil amplius esse remediatque ita deploratos esse qui fidem suam qua cœserati erant, sèque ipsos infatuantur: quando non alio condimento bonus sapor acquiri potest. deinde incredulis esse peiores qui exinanita Dei gratia corrupti sunt, sicut sal terram & sterquilinium vitiat.

enit. 2. d.

50 Marc. *Habete in vobis spissam salam.*) Potest hæc varia esse acceptio huius vocis : ut significet boni odoris cōdituram quæ fide acquiritur, vel Spiritus prudentiam : sicuti quā Paulus iubet sale cōditum esse sermonem nostrum, significat prophetae omnibz. ineptis & corruptis purum ac purgatum esse debere, & spirituali gratia refertum, quæ edificet sūcōdum odore perfundat omnes qui audiunt. Si placet hæc expostio, posterius membrum de mutua pace intelligere conueniet, quæ salle fouetur: quia tamen magis probabile est pēdere hanc postremam sententiam ex priori sermone , videtur mihi hortari Christus suos ad servandum fidei vigorem, qui etiam alios abstergat. ac si diceret , Danda est vobis opera non tantum ut falsi intus sitis , sed etiam ut saliatis alios.

coll. 4.

M A T T H . V .

17 Ne existimetis quod venerim ad destruendam Legem aut Prophetas, non veni ut destruam, sed ut impleam.

18 Amen quippe dico vobis, donec prætereat cœlum & terra, iota unum aut unus apex non præterierit ex Lege, quod omnia siant.

19 Quisquis igitur soluerit unum ex mandatis hisce minimis, & sic docuerit homines, minimus vocabitur in regno cœlorum , quisquis autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

Quia tamen sal acrimonia sua mordet, ideo statim admonet sic temperandam esse cōdituram, ut pax interim salua maneat.

14 Matth. *Vos estis lux mundi.*) Quanquam omnes sumus filii lucis postquam fide illuminati sumus, & iubemus lucernas ardentes manibz. gestare, ne erreamus in tenebris , immo etiam aliis viam vita monstrare : quia tamen praeterea mandata fuit Apostolis Euangelij prædicatio , & Ecclesiæ pastoribus hodie mandatur, peculiariter hoc illis elogii tribuit Christus, acsi dicaret, Haec lege eos collocari in tali gradu, ut reliquis omnibus quasi ē sublimi luceant. Postea addit. duas similitudines, Neque oppidum in monte situm latere posse, Nec lucernam, quam accensa est, tolere occultari, quibus verbis significat sic illis vivendum esse , acsi omnium oculis essent expositi. Et certè quo magis quisque eminet, eo grauius nocet malo exemplo si se perversè gerit. Vult ergo Christus Apostolos eo maiore studio intentos esse ad pię sancte que viuendum, quam quolibet ē vulgo obfiscros homines: quia omnium oculi in eos quasi in lucernas coniecti sint: nec illo modo ferendos esse, nisi pietas & virtus integritas, doctrina, cuius sunt ministri , respondeat. Apud Marcum & Lucam dissimilis esse videatur huius similitudinis accommodatio, nam illic generaliter admonet Christus sedulò cauendum esse ne sibi peccandi licetiam quisquam tenebris fretus indulget: quia quod ad tempus occultum est , tandem patet. Nisi forte abruptos sermones vterque sine contextu recitat.

16 *Sic luceat lux vestra coram hominibus.*) Postquam Apostolos in eo gradu positos esse docuit Christus, ut tam virtus eorum quam virtutes procul appareant in bonum vel malum exemplum: nunc iubet virtutem ita cōponere , ut omnes ad Deum glorificandum excident. Videant, inquit, homines bona vestra opera, quia, teste Paulo, non tantum ^{2. Cor. 8. d.} coram Deo, sed etiā corā hominibz. fideles bona iuxta procurant. Nam quid paulo post latebras & cœlum quartere iubebit in bonis operibus, id tantum corrigidæ ambitioni dictum est. Nuc verò longè alium fine commendat, vnius scilicet Dei gloriam. Porrò si bonorum operum gloria nō tri bui Deo nequit quin illi ferantur accepta, & censeatur vnicus eorum author: hinc apparet nō sine aperta crassitate Dei contumelia liberum arbitrium extollit, quasi ex eius virtute bona opera vel in totum vel ex parte emergant. Rursus natūrum est quam benignè nobiscum agat Deus qui nostra vocat bona opera, quorum solidam laudem iure sibi ascriberet.

M A R C .

L V C . XVI.

17 Facilius est autem cœlum & terram præterire, quam Legis apicem unum cadere.

17 *Ne existimetis, &c.*) Etsi Christus, qua fuit vita perfectione, iactare merito poterat se venisse ad implendam Legem: hic tamen de doctrina agitur, non de vita. Quia subinde clamabat venisse regnum Dei, & hominum animos insolita spe erigebat, discipulos etiam initiatibus Baptismo: probabile est suspenso ac dubios fuisse multorum animos, anxieque quæsiisse quorsum spectaret ea non uitæ. iam teltatur Christus adeo nunc esse doctrina sua cum legi diffidium, ut optimè confundat cum lege & Prophetis: neque id modo, sed ut solidum complementum afferat. Duabus autem maximè causis adductus fuisse videtur ad testandum hunc legis & Euangelij consensum. Simulac emergit noua aliqua docendi ratio, id perinde vulgus arripit ac si rerum omnium conuersio fieret. talis autem erat Euangelij prædicatio (sicuti nuper attigi) ut spem faceret aliter constitueret Ecclesiæ quæm prius fuerat. Putabant igitur vetus & vñitatum régimen aboliri, quæ opinio multis modis valde noxia erat: pīj enim Dei cultores nunquam Euangelium amplexi essent si fuissest à lege defectio: leues autem & turbulēti spiritus ansa arrepta totum religionis statum conuclere cupidè aggressi essent. scimus enim quæm protervè in rebus nouis exultet temeritas. Adhac Christus plerosque ex Iudeis, tametsi profitebantur se Legi credere, videbat tamen profanos esse ac degeneres. sic enim res collapsæ erant in populo illo, tantis corrupcionib[us] referata erant omnia, adeo puram doctrinæ lucem sua socracia vel malitia extinxerant Sacerdotes: vt non magna amplius legis reverentia vigeret. Quod si allatum fuissest noua doctrina genus, quod legi & Prophetis fidem abrogare, miserè concusa fuisse religio. Hac prior videtur fuisse ratio cur negaret Christus se venisse ad soluendam Legem, quod licet ex contextu etiā colligere, nam confirmationis vice inox subiicit, fieri nō posse ut vel vñus apex ex lege excidat, & eos doctores maledici qui non fideliter laborant in eius autoritate afferenda. Secunda autem ratio fuit, vt prauam calumniam dilueret quæ apud rudiores & ignaros grauari sentiebat. hāc enim notam eius doctrinæ inustam à Scribis inde appetet, quod statim in ipsis inuehitur. Hoc Christi consilium nobis tenendum est, quod Iudeos ita inuitat & hortatur ad suscipiendum Euangeliū vt tamen retineat in legis obedientia. deinde quod indigna probra & calumnias fortiter refellit, quib[us] covati erant hostes infamem vel suspecti eius predicationem reddere. nam si res dissipatas in melius restituere animus est, semper adhibenda est hæc prudenter & moderatio, vt agnoscat populus nō conuelli propter ea eternum Dei verbum, nec ingeri nouitatem quæ Scripturæ deroget, ne qua repugnantia suspicio piorum fidem labefactet, ac ne insolescat temerarij homines nouitatis prætextu deniq[ue] vt profano verbi Dei contemptui obuiā eatur, neque apud indoctos vilescat religio. Defensio autem Christi quæ doctrinæ suæ purgat, animare nos debet, si hodie his patemus caluniis.

A.H. 21.d. Obiectum etiam Paulo fuit istud crīmē, quod apostata esset à lege Dei: quare nihil mirum si ex eodem figura inuidiam nobis conflare studet Papistæ. Exemplo autem Christi falsi crimina diluere cōuenit: interim tamen liberè profitenda est veritas, quanvis obrectationib[us] iniustis obnoxia. *Norveni vi destruam.*) Pollicitus quideam fuerat Deus nouum fœdus Christi aduentu, sed simul ostende-

rat minimè diuersum fore à primo: quin potius hunc est finē, vt fœdus quod ab initio pepigerat cum suis, in perpetuum sanctificaret. Inscrībam, inquit, Leges meas in corda ipsorum, & peccata oblitui. *Ierem. 31. f.33.* scar. his verbis adeo non discedit à priori fœdere, vt potius denuntiet stabile demum illud ac ratum fore vbi nouum successerit. atque hoc idem sibi volunt verba Christi, quum dicit se ad implendam legem venisse. verè enim impleuit mortuam literam Spiritu suo vivificans: deinde re ipsa exhibens quod sub figuris duxat ostensum fuerat. Ergo quod ad doctrinam, nulla nobis in Christi aduentu fingenda est legis abrogatio, nam quā æterna sit p[ro]le sancte que vivendi regula, immutabilem esse oportet, sicut vna est ac constans Dei iustitia quam illic complexus est. Quantum ad cæmonias spectat, licet quiddam aduentum censes possint, solo tamen vnu furentur abrogare: significatio verò magis comprobata fuit, quare ne cæmoniis quidem aduentus Christi quicquam detraxit: quin potius exhibita umbrarum veritas firmatatem illis conciliat, dum solidum effectum cernentes, agnoscimus non vanas neque inviles suisse. Ideo discimus sacram hunc Legis & Euangelij nexum inuiolabilem seruare, quem multi perperam dissoluunt, neque n.hoc ad stabilendā Euangelij fidem parum valet, dum audimus nihil aliud esse quæm legis complementum, vt mutua concordia Deum communem authorem referant.

18 *Donec prætereat.*) Lucas paulo aliter, sed eodē sēta, *Facilius est calum & terram præterire quam cedere unum legis apicem.* docere enim vtrq[ue] loco Christus voluit, in tota mundi machina nihil esse tam stabile quæm firma est Legis veritas, & quidem omni ex parte. Arguitus ludunt quidam in voce Donec: quasi cœli & terra trāitus, qui futurus est extremo iudicij die, finē allatus sit Legi & Prophetis. Et certè quernadmodum tunc lingua cefabunt & Prophetia abolebuntur, ita scriptum Legem cum expositione desistunt arbitror. Sed quia simplicius loquutum est Christum existimo, talibus illecebris pacere nolo lectorum aures. Ergo hoc tenere sufficiat, ruiturum potius esse colum totāque mundi machinam miscendam esse, quām vacillet legis stabilitas. Sed quid est, omnia legis fieri vñque ad minimū apicem? videmus enim quantum à perfecta Legis obseruatione distent homines, etiam qui Spiritu Dei sunt regeniti. Refp[on]deo, istud Fieri, non referri ad hominum vitam, sed ad solidam doctrinæ veritatem. acsi dicere, Nihil esse fluxum in lege, nihil temere positum: ideo fieri non posse vt inde vna litera euaneat.

19 *Quisquis igitur soluerit.*) Hic nominatim loquitur Christus de præceptis vita vel decem verbis, ad quorum præscriptū omnes Dei filios vitam formare deceat. Itaque falsos & peruersos esse doctores pronuntiat qui discipulos non continent sub legis obsequio, ac indignos esse qui locum in Ecclesiæ obtineant quicunque minima in parte Legis autoritatem eneruant: probos autem & genuinos esse Dei ministros qui legis obseruantiam cum vita exemplo, turn verbis commendant. Porrò minima legis mandata vocat ex sensu hominum: nam etsi non idem omnibus inest pondus, sed dum inter se conferuntur, alia aliis minora sunt: nihil tamen minutum censefas est de quo precipere dignatus est celestis

stis Legislator. quantum enim sacrilegium est quicquam contemptum accipere quod ex sacro eius ore prodierit nam hoc modo in ordinem cogitur eius maiestas. quare vbi minuta precepta vocat Christus species est concessionis. Quam dicit, Minimus vocabitur, allusio est ad id quod paulo antea dictum erat de præceptis: sensus tamen clarus est reiectum iri, tanquam postremos hominum, qui Legis doctrinam vel in una syllaba contemptibilem reddiderint. Regnum cœlorum pro Ecclesiæ renouatione accipitur, vel secundo Ecclesiæ statu, qualis iam tunc surgebat ab Euangelij prædicatione. Ita Luca 7.d.28. maiore in Iohanne facit Christus qui minimus est in regno Dei, ratio loquutionis est, quia Deus mūdum Filii sui manu instaurans, regnum suum solidè constituit. Ergo Christus in Ecclesiam suam vbi renouata fuerit, admittendos negat doctores, nisi qui fidei erūt le-

gis interpres, & integrum eius doctrinam astere-re studebunt. Sed queritur annon ceremonia inter præcepta Dei forent, quarum tamen minimè exigenda est nunc obseruatio. Respondeo, spectandum esse legislatoris consilium & finem, nam quia ceremonias præcepit Deus, ut temporalis esset externus earum usus, significatio autem externa, non soluit ceremonias qui earum effectum retinens, quod umbratile est omittit. Jam quum à regno suo exterminet Christus qui ad Legis cōtemptum affluecunt homines, prodigiosus est eorum stupor quos nō pudet sacrilega indulgen-tia remittere quod Deus severè exigit: & venialis delicti prætextu legis iustitiam perfundere. Rur-sus notandum est quod probis ac sanctis doctoribus tribuit elogium: nempe quod ad seruandam legem non verbis tanquam horretur homines, sed in primis vita exemplo.

M A T T H . V.

M A R C . L ▶ C .

20 Dico enim vobis quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Phariseorum, non intrabitus in regnum cœlorum.

21 Audistis quoniam dictum est antiquis, Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio.

22 Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio: qui autem dixerit fatui, reus erit gehennæ ignis.

20 *Nisi abundauerit.*) Perstringit Scribas, qui maculam Euangeliæ doctrinæ apergere moliebātur quasi esset legis dissipatio. Hac de re quidem non disputat, sed tantum breviter ostendit nihil minus in eorum animis regnare quam legis zelū. ac si dixisset, Mihi se infestos esse simulant quia nolint violari legem: atqui ex eorum vita apparet quam frigide legem colant: inquit quam securè illudant Deo, dum se larvata ac ficticia iustitia apud homines venditant, sic plerique interpres. Sed vide anno viii. vitiosum docendi genus magis iustimuler, quo populū inebuerant Pharisei & Scribae. Nam quin legem Dei restringerent tantum ad externa officia, discipulos suos, quasi simas, ad hypocrisim formabant. Nō infiior quidem aquæ perperam, in ò deterius vixisse quam docebant. ideo libenter fucosam falsæ iustitiae ostentationem cum peruersa doctrina complector. Quod tam præcipuum in hanc inuehatur Christus, ex sequentib. facile patet, vbi legem repurgans à prauis eorum commentis, sua puritati restituit. in summa, quod illi à Scribis iniquè obiectum fuisse di-ximus, in ipsis validè retrorqueret. Vide te, inquit, quam dextri sint ac idonei legis interpres: iustitiam enim fabricant quæ ianuam cœlorum præcludat suis cultoribus. Tenendum est memoria quod alibi diximus, Phariseos adiungi Scribis ad amplificationem: quia sc̄ta illa sanctimonia famam praetali sibi acquisierat. Quanquam falluntur qui à divisione putant sic fuisse dictos, quasi à vulgari ordine segregatis, proprium sibi gradum vindicarē. vocati enim sunt Phœtussim, hoc est interpres: quia non contenti simplici litera, clavem se habere profitebantur ad elicendos arcanos sensus. unde nata est immensæ eorum farrago, quā ad se magisterium trahentes impia libidine parique superciliosum figura sua in Scripturæ locum obtrudere ausi fuerint.

21 *Audistis quod dictum sit.*) Cohæret hæc sententia

tia & alia sequentes cum proximo dicto: fuisis enim per species exponit Christus quam tortuosæ legem depauent Pharisei, vt eorum iustitia nihil aliud quam scoria sit. Decepi autem fuerunt, qui putarunt hanc esse Legis ἐπανόδωσην, ac Christum suos discipulos in altioreum perfectio-nis gradum extollere, quam potuerit Moses cras-sum carnalēq; populum, qui vix descendit elementis idoneus erat. Ita inuuluit opinio, iustitiae initium traditum olim fuisse in lege, perfectionē verò in Euangeliō doceri. atqui nihil minus propositū Christus habuit quam aliquid mutare vel nouare in legis præceptis. illic enim Deus semel fixit viuendi normam, cuius nunquam eum pertinet. Sed quum lex adulterinis cōmentis corrup-ta foret, ac in profundū sensu detorta, Christus à talib. eam corrupciliis vindicat, ac ostendit genuinū eius sensum à quo descivuerat Iudei. Quod autem legis doctrina nō inchoet modo, sed abfoliut rectâ vitam, vel ex uno hoc capite colligitur, quod requirit perfectū Dei ac proximi amorem. Porro qui tali amore prædius est, nihil illi deest ad summiā perfectionem. Ergo lex quoad bene viuendi præcepta, ad metam iustitiae homines adducit. Ideo Paulus non in seipso infirmam, sed in carne nostra facit. Quod si tyrocinium duntaxat traderet veræ iustitiae, friuola esset illa Mosis contrefatio, Cœlum & terram testor, quod tibi ostenderim hodie viam vitæ & mortis. Item, Et nūc Israël, quid abs te postulat Deus tuus nisi vt sibi penitus adhæreas? Inanis etiam ista esset promis-^{Deut. 30. 19.}
^{c. 12.}
^{Levit. 18. 4. 5.}
sio & frustratoria, Qui fecerit hæc, viuet in i-phīs.

Quod autem nihil in eius præceptis corrigeret voluerit Christus, ex aliis locis aperte liquet, nam qui volunt ad vitam ingredi per bona opera, eos nihil aliud quam legis mandata seruare iubet. Nec aliunde tam ipse quam Apostoli pie sancteque viuendi præcepta deducunt: & sanctæ a-trocem Deo legis autori faciunt iniuriam qui

tantum oculos, manus & pedes illi componi fungunt ad fucosam bonorum operum speciem : in folio autem Euangeli doceri amandum ex corde esse Deum. Facet sat igitur error ille , legis defensus hic à Christo corrigi. neque enim fingendus est Christus nouus legislator, qui ad aeternam Patris sui iustitiam aliquid addat : sed tanquam fidus interpres audiendus est, vt sciamus qualis sit Lex, quorsum tendat & quoque pateat. Nunc videndum restat quid daret Christus in Pharisaeis, & quid ab eorum commentis illius interpretatio differat. Sunimia est, quod Legis doctrinam ad politicum ordinem translulerat, vt sufficeret extensis officiis defungi. ita siebat ut se ab homicidio absolveret quisque hominem manu non occiderat, furum & castum putaret coram Deo, quicquid adulterio corpus non polluerat. Haec vero erat minime ferenda Legis profanatio, quum certus sit spiritualis Dei cultum vbiq; à Mose requiri: & Deus qui cā tulit per manum Mosis, pro sua natura cordibus non minus quam manibus & oculis loquutus sit. Adducit quidē Christus Legis verba, sed se ad communem vulgi captum accommodat: acsi diceret, Haec tenus literalis inter vos legis expeditio per Scribas vulgata est , latis esse si quis manus ab homicidio & vi abstineat : ego autem moneo, longe altius nitendum esse, & qua charitas legis est perfectio, violari proximum dico quod tuis aliquid aduersus eum minus amicè committitur. Posterioris membrum quod recitat, Reum fore iudicio qui hominem occiderit: confirmat quod nuper dixi , vitium illud reprehendi à Christo, quod Lex Dei quæ legendis animis tradita fuit, in politiam conuersa erat.

22 *Ego autem dico vobis.*) Responsum suum non precepto Mosis opponit, sed vulgari Scribarum figura. Porro quia vetustatem iactabant Pharisaei (vt serè solet longi temporis præscriptio

obtendi ad tuendos errores.) Christus ad suam auctoritatem, cui meritò cedere debet omnis veritas, populū reuocat, vnde colligimus quanto præponderet veritas tam confutudini quam annorum numero. *Dixerit si atri suo.* I res gradus condemnationis ponit Christus extra manuum violentiā: quo significat præceptum illud Legis non manus tantum cohibere, sed affectus onnes charitati fraternali contrarios. acsi diceret, Qui tantum fratribus irati fuerint, vel superbè insultauerint, vel laeserint aliquo conuiio, homicidas esse. iam quam certū sit vocem Racha medio loco statui inter iracundiam & manifestum probrūm dubito quin spernentis vel aduersantis fuerit interiectio. Tamen si autem gehenna ignis eos solos adjudicat Christus qui usque in apertum coniunctionis proficiunt, non tamen iracundiam eximit ab hac poena , sed ad terrena iudicia alludens testatur Deum occulte etiam ita futurum iudicem, vt eam puniat. Quia autem ultra progreditur qui indignationem amarulentu sermone prodit, eum forcè reum dicit coram toto caeleti consilio, vt grauiorem poenam sustineat. Qui vero usque ad coniuncta eruperint, eos addicit gehenna ignis, significans odium & quicquid charitati aduersum est, ad mortis aeternę reatum sufficere, quamvis nulla vis intercesserit. Quin gehenna nomen translatuum sit minimè dubium est. [¶] Hebreis vallem significat. Porro vallis Hennō locus erat nefanda superstitione infamis , quod illuc infantes suos idolis maestarent. Hinc factum est ut sancti viri , quo illa sclerata impetas maiore in odio esset, pro inferno acciperent, vt ipsum quoq; nomen tanquam omnino sum ac detestabile populus horret. Tempore Christi apparet receptum fuisse loquendi morem, nec se è aliter tunc vocatum fuisse infernum quam gehennam , voce à nativo sono paululum deflexa.

M A T T H E U S . V.

23 *Itaque si obtuleris munus tuum ad alterum, & illuc recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te,*

24 *Relinque illuc manus tuum coram altari, & abi, prius reconcilieris fratri tuo, & tunc veniens offer manus tuum*

25 *Habeo benevolentiam cum aduersario tuo citō, dum es in via cum illo : ne quando te tradat aduersarius Iudici, & Index te tradat ministro, & in carcere coniiciat.*

26 *Amen dico tibi, non exhibis illinc donec solueris ultimum quadrantem.*

M A R C U S .

L U C A S . X I I .

58 *Quum enim vadis cum aduersario tuo ad magistratum, in via da operam vt libereris ab illo: ne forte pertrahat te ad Iudicem, & Index tradat te exactori, & exactor coniiciat te in carcere.*

59 *Dico tibi, non exhibis inde donec ultimum etiam minutum reddas.*

23 *Si obtuleris manus.*) Hac clausula confirmat & simul explicat superiorē doctrinam. Sūna enim est, tunc deum satisficeri Legis præcepto quo vetamus occidere, si consensum & fraternalm benevolentiam cum proximi nostris faciemus. Atque ut nos magis afficiat Christus, ipsa quoque pietatis officia pronuntiat ingratia esse Deo & ab ipso repudiari, si inter nos disidemus. Nam quum iubet eos qui vnum aliquem ex fratribus laeserunt, redire prius cum illo in gratiam quam munus suū offerant : significat, quantisper alieni lunus nostra culpa à proximis , accedunt nobis ad Deum

non patere. Quod si odii suis totum, quem Deo impendunt, cultum polluant homines & corrumpunt, hinc colligimus quanti extimet mutua inter nos concordiam. Poteſt tamen hic obici quæſio, Annon absurdum sit charitatis officia pluris fieri quam Dei cultum. Nam aut præpostorum Legis ordinem dicamus esse oportet : aut prior tabula secunda præferri debet. Solutio facilis est. neque enim aliò spectant Christi verba, quam falsò & innanter profiteri se Dei cultores , qui fratres suos iniuste laſos superbè etiam cōtemnunt. Nam sub una specie per synecdochē externa Diuini cultus exercititia

exercitia designat, quibus sepe homines pietatem magis simulant quam vere testantur. Et notandum est, Christum pro illius seculi ratione de sacrificiis loqui. Hodie dissimilis est nostra conditio: doctrina tamen eadem manet, vitiolum scilicet esse quiequid Deo offerimus, nisi cum fratribus nostris lumen concordes, saltem quodam in nobis est. Eleemosynas Scriptura vocat sacrificia boni odoris: audimus tamen ex ore Pauli eum nihil esse qui totam suam substantiam consumat in pauperes, nisi charitatem habeat. Denique pro filiis non suscipit neque agnoscit Deus, nisi qui se hominibus vicissim exhibent fratres. Nam etiam Christus tantum eis qui iniuria affecterunt fratres, iubet ipsius placardis operam dare: sub una tamen specie ostendit quam pretiosa sit Deo fraterna concordia. Longè etiam plus exprimit, quem iubet manus relinqu ante altare, quam si dixisset frustra in templo venire homines, aut sacrificia vovere Deo, quandiu disidium habent cum proximi.

25 *Habebit benevolentiam.*) Tamen videtur Christus ultra progreedi, nec tantum hortari ad reconciliationem qui fratribus iniuriam fecerunt, sed etiam qui iniurie laeclitantur: ego tamen in alium finem spectasse interpretor, nempe ut ansam praecideret odios & discordias, modumque foudre benevolentia ostenderet. Vnde enim omnes iniuriaz, nisi quod singuli nimium tenaces sunt sui iniurie: hoc est, suis eodemodum cum alioru damno nimis sunt addicti? Omnes enim ferè excusat peruersus sui amor, vel sibi in pessimi causis blandatur. Christus itaque, vt editis, simulatis, pugnis, & omnibus iniuriis occurras, pertinaciam illa, horum malorum fontem, corrigit, ac iubet suos ad moderationem & a quitatem propensos esse, vt summo iure cedentes, pacem & amicitiam tali exequitate redimant. Optandum quidem foret ne qualis vnguam inter nos vel controversia incideret: & certè nunquam in contentione vel certamen prouumperent homines si vigeret inter eos ea quæ debet manu facta, sed quis fieri vix potest quin suboriantur aliquæ lites, remedium ostendit Christus quo statim componi queant, nempe si frenum cupiditatibus nostris initius, & potius cum damno nostro transfigere parati sumus, quam

vt inflexibili rigore ius nostrum persequamur. Christum tamen haec exhortatione Iepis vi. cap. collit ex Luca cap. 12. vbi non refertur sermo habitus in monte, sed epítome ex variis Christi tententis colligitur. Inde etiam apparet quid sit in via transfigere: nempe priusquam ad iudicem perueratum fuerit. *Tradat te aduersarius tuus.* Partem hanc metaphoricè quidam exponunt, & celestem iudicem nobiscum summo iure acturum, vt nihil proflus remittat, nisi pacificare studeamus quas habemus cum proximis nostris lites. Ego tamen simplicius accipio, quod admoneat Christus hoc humanitus etiam nobis esse utile, vt mature transfiganus cum aduersariis: quia rixosus sepe damnosa est sua cupiditas. Interea non nego quin similitudo aptè ad Deum transferatur, quod scilicet iudicium ab ipso misericordia sentiet qui implacabilis fratribus, vel ad extremum contentiosus fuerit. Ceterum plusquam ridiculi sunt Papistæ, qui in perpetua loci huius allegoria Purgatorium suum fabricant. nihil apertius est quam Christum de benevolentia inter homines colenda differere. Illi si nulla religio est sine pudore verba eius peruertere, & in sensu proflus extraneum torquere, modo inauditis fucum facient. Sed quoniam longa refutatio ne indigunt, vno tantum verbo ab initio quam pudenda sit eorum infectia. Aduersarium flagunt esse diabolum. Atque fideles suos ei benevolos esse Christus iubet. Ergo vt Purgatorium suum inueniant Papistæ, diabolicos amicos & fratres esse prius oportet. Quadrantem esse quartam partem assis notum est, hic autem pro teruncio vel minuta alia pecunia capitur, quemadmodum etiam ex Luca patet. Iam si cauillis agere libet, hinc quoque refellitur infusilitas Papistarum, nam si Purgatoriū semel ingressus, nunquam inde exibit donec soluerit vitium quadratum: sequitur irrita esse quæ vocant pro mortuis viuorum suffragia. Neque non alios admittit Christus qui satisfactione sua debitorum absoluunt, sed disertè ab uno quoque solutionem eius quod debet exigit. Quod si iniuriles sunt Missæ & reliqua piacula, quantumvis ferueat ignis Purgatorius, frigebunt tamen Sacerdotum & Monachorum culinæ, quarum in gratiam tanto studij ardore pro illo pugnant.

MATTH. V.

MARC. LVC.

- 27 *Judicabis quod dictum fuerit antiquis, Non committes adulterium.*
 28 *At ego dico vobis quod quicunque affixerit mulierem ad concupiscentiam eam, iam adulterium commisit cum ea in corde suo.*
 29 *Quod si oculus tuus dexter obstatu tibi fuerit, erue illum, & abiice ast te. expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, ac non totum corpus tuum coniiciatur in gehennam.*
 30 *Et si dextra tua manus obstatit tibi, amputa eam, & projice aste. expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, ac non totum corpus tuum coniiciatur in gehennam.*

27 *Non committes adulterium.*) Pergit Christus in sua disputatione, quod Lex Dei non sit tantum politico modo vita magistra ad formandas exteriores mores: sed pueros quoque & integratos cordis affectus requirat. Tenendum vero memoria est quod prius monui, quanvis referat Christus Legis verba, crassum tamen & adulterinum sensum quæ ministri interpres induxerant, ab eo reprehendi.

Iam enim ipse præfatus est, se non venisse novum legislatorem, sed fidum interpretarem Legis semel datae. Quia autem obici poterat longo usu inuestigare illud commentum, nominatione id fatetur Christus. Sed hoc modo anticipat, prejudicium ex erroris vetustate non debere fieri.

28 *Qui affixerit mulierem.*) Consilium Christi est generaliter carnis libidinem damnare. Dicit g. iiiij.

igitur adulteros esse coram Deo non tantum qui alienas vxores corruerint, sed qui oculos polluerint in pudico aspectu. Est autem synecdochica loquutio, quia homines adulterij reos faciunt non tantum oculi, sed cæcæ etiam cordis vñtiones. Ideo Paulus castitatem in corpore & spiritu constituit.

1 Cor. 7. f.
34.

Ceterum satis habuit Christus crastinum communitum quod obtinuerat resellere, quia putabant non nisi ab externo adulterio cauendum. Quia tamen ubi plurimum oculi animos suis lenocinii sollicitant, & libido quasi per istas foras penetrat, hac loquendi forma vñs est Christus quā veller concupiscentiam dampnare: idque ex verbo Concupiscentiæ facile elicetur. Quo etiam doceatur, adulteros censeri coram Deo non tantum qui fixo consenuit scorrutionem in animis concipiunt, sed qui admittunt quasvis punctiones. Quare nimis crastina est & supina Papistum hypocritis, qui concupiscentiam negant peccatum esse, donec totum cor assentiat. Sed nihil mirum est ita extenuari ab illis peccatum, quando socordes & prorsus stupidos in vñtis suis reputandis esse oportet qui iustiam operum meritis adscribunt.

29 Si oculuſ tuuſ.) Quia in hac carnis & naturæ imbecillitate videri poterat Christus nimis seuen-

rè vrgere hogines, occupat omnes illas querimonia. In summa, significat, quantumvis difficile, arduum, molestum, vel aperum sit quod præcipit Deus, nihil tamen excusationis inde captandum esse: quia pluris nobis esse debeat iustitia Dei quām alia omnia qua chara in primis & pretiosa sunt. ac si dixisset, Non est quod mihi obicias, te vix posse oculum hue illuc vertere quin ex improviso illecebra aliquæ obrepant. oculis enim tuis potius renuntiandum est quām vt discedas à mandatis Dei. Neque tamen intelligit Christus mutilandum esse corpus vt pareamus Deo. sed qualibet optarent omnes non ita frænati sensus suos quin liberum haberent eorum vñsum, Christus hyperbolice docet refendandum esse quicquid nos impedit ne obsequium Deo præsternis quale flagit in Lega sua. Atque id consultò facit: quia nimis licenter sibi homines hoc in parte indulgent. Si purus esset animus, oculos quoque & manus haberet sibi obsequentes, quibus certum est nullum inesse proprium motum. In eo autem grauitate peccamus, quād adeo non sumus solliciti, vt decebat, in cauendis illecebribus, vt potius ad malum vñtrō prouocemus sensus nostros effreni licentia.

MATTH. V.

31 Dic̄tū ēst autēm, Quicunque repudiaerit uxorem suam, dei illi libellum diuorti.

32 At ego dico vobis, quisquis repudiauerit uxorem suam nisi causa stupri, facit eam mœchari: & quicunque repudiatam dixerit, mœchatur.

31 Quicunque repudiauerū.) Quia opportunior erit tractanda fusius & explicanda doctrinæ locus capite 19. Matthæi, nunc breuiter percurram quod hī Christus dicit. Sicuti falsò defunctos se erga Deum putabant Iudei si Legem politico more feruarent: ita rursus quicquid Lex politica non prohibebat, stulte imaginabatur sibi esse licitum. Diuertia quæ fieri solebant cum vxoribus, Moles quoad externum ordinem non vetuerat, sed tantum cohibenda libidinis causa iussaret dari repudiatis vxoribus libellū diuorti. Erat autem quod. dñm manūmissionis testimonium, vt libera esset in posterum mulier à mariti iugo & potestate. simul vir confitebatur se non dimittere vxorem ob crimen aliquod, sed quia non placuerat. Hinc error inualuerat, nullam in tali repudio culpam esse, modo Legi satisficeret. Sed perperam sumebant piè sancte que viuendi regulam ex iure ciuili. Nam leges politicae interdum ad hominum mores flectuntur: Deus verò Legem spiritualem ferendo non

MARC.

LVC. XVI.

18 Quisquis dimittit uxorem suam, & alieram ducit, adulterium committit: & quisquis dimissam à marito ducit, adulterium committit.

reflexit quid possint homines, sed quid debeant. Ideo illic perfecta integrâque iustitia continetur, quantumvis eius præstante facultas nos deficit. Itaque admonet Christus, non protinus licere coram Deo si quid Lex politica Mosis tolerat. Prætextu Legis, inquit, se absoluīt qui vxorem dimittens, dat illi repudiū libellum. at sanctius est cōungij vinculum, quām vt hominum arbitrio vel potius libidine solvatur. Tametsi enim mutuo consensu se le coniungunt vir & vxor: Deus tamen nodo indisolubili eos alfringit, ne postea liberū sit discedere. Additur tamen exceptio, nisi ob fornicationem. Merito enim abiicitur mulier quæ perfidè coniugium violauit: quia eius culpa abrupto vinculo libertas viro parta est.

32 Facit eam mœchari. Quia ferebat libellus repudiū, vt mulier à priore marito soluta, transiret ad nouas nuptias, merito damnatur quasi proditor qui vxorem sibi Diuinitus adiunctam aliis præter ius & fas prostituit.

MATTH. V.

33 Rursum audisti quod dictum fuerit antiquis, Non peierabis: sed persolues Dominuſ que iuraueris.

34 At ego denuntio vobis ne iuretis omnino: neque per cælum, quia thronus est Dei:

35 Neque per terram, quia subcellium est pedum illius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni Regis:

MARC.

LVC.

36 Neque

36 Neque per caput tuum iurabis: quia non potes unum pilum album vel nigrum facere.

37 Sed erit sermo vester, est, est: non, non. porrò quod est extra hæc, ex malo est.

33 Non peierabis.) Hic quoque non Legis correctione est, sed potius germana interpretatio. Deus enim non modò per iuria in Lege damnauit, sed iurandi leuitatem, quæ nominis eius reuerentia derogat. neque enim is solus accipit nomen Dei frustra qui peierat, sed qui in rebus fruolis, vel in communis sermone temerè & contemptu nomen Dei arripit. Porro quini Lex quamlibet nominis Dei profanationem damnet, Iudæi in solis periuriis culpam esse fingebant. Crassum hunc errorem Christus reprehendit, quod sibi fas esse putent Dei nomine impunè abuti, modò iurando non fallant. Sanctè quidem præcipitur ut soluanus Deo iuramenta, nam qui post nomen Dei interpositum proximos fraudat & decipit, non hominibus tantum, sed Deo facit iniuriam. Sed virtus tua est ad viam patrum restringere quod latius patet. Aliqui istud Persuovere ad vota referunt, quum Deo aliiquid religionis causa promissum est. Sed loquitur hæc pacitis omnibus & promissis optimè quadrat, quæ adhibito Dei nomine sancta sunt. nam Deus tunc medius inter duas partes sponsor statuirat, cui fidem suam obli- gant.

34 Ne iureti omnino.) Multos decepit particula Omnino. vi putarent generaliter quodvis iurandum à Christo damnari. Atque ad hunc immodicum rigorem quosdam non malos homines impulit olim effrenis iurandi licentia, quam videbant in mundo passim grassari. Et Anabaptista hoc prætextu valde tumultuanti sunt, quasi nullam ob causam iurare permittat Christus dum omnino iurare yetat. Atqui non aliunde petenda est expositiō quā ex verborum contextu. Continuò pōst sequitur, Neque per cœlum, neque per terram. Quis non videt species istas exegitē additas fuisse quæ prius membrum distincta enumeratione clarius exprimerent? Habant Iudæi obliquas vel indirectas, vt loquuntur, iurandi formas: & quoniam iuraret per cœlum, terram vel altare, hoc fere pro nihil dicebant. & quemadmodum vitium aliud ex alio nascitur, hoc colore fucabant minus apertam nominis Dei profanationem. Huic vitio vt occurrat Christus, pronuntiat omnino non esse iurandum vel hoc vel illo modo, neque per cœlum, neque per terram, &c. Vnde colligimus, particulam Omnino non ad substantiam, sed ad formam referri, ac si dixisset, Neque directè. alioqui superuacuū erat species istas recensere. quare vñā cum rixādi libidine crassam incitiam Anabaptista produnt, dum vocem vnam morosè vrgendo, totum sermonis tenorem clausis oculis pratereunt. Si quis obiciat, nullum iurandum à Christo permitti. Respondeo, ex Legis intentione debere intelligi quod dicit eius interpres. Summa ergo hoc redit, alii modis frustra accipi Dei nomen quām peierando. Ideo ab omni superflua iurandi licentia abstinendum est, nam vbi iusta ratio cogit, Lex nō modò permittit iurare, sed disertè etiam iubet. Itaque nihil sibi aliud voluit Christus, quām illicita esse iuramenta onus quis sacrum Dei nomen abusu aliquo profanant: cuius reuerentia seruire debue-

rant. Neque per cœlum. Falluntur qui exponunt has iurandi formas à Christo corrigi quasi vitiosas, & quod per solum Deum iurandum sit. rationes enim quas adducit, magis in contraria partem inclinant, quod scilicet tunc quoque iuretur per non men Dei quum cœlum & terra nominantur: quia nulla est pars mundi cui Deus nō insculperit gloria sua notam. Videtur tamen hæc sententia non congruere cum Legis præcepto, vbi Deus per nomen suum iurare diserte iubet: item cum tot Scriptura locis, vbi cōqueritur iniuriam sibi fieri quoties iuratur per creaturas. Respondeo corruptelam esse idolatriæ affinē, quoniam vel iudicij potestas, vel testimonij probandi autoritas illis defetur. Spectandus est enim ipse iurandi finis, quod scilicet homines appellant Deum perfidiae vltorem & veritatis præsidem. Hic honor alio transferri nequit quin violetur eius maiestas. Hac ratio ne dicit Apostolus non ritè iurari nisi per maiorem: & hoc soli Deo esse propriū vt per seipsum iuret. Ita quisquis olim per Moloch vel per aliud idolum iurabat, tātundem minuebat ex iure Dei, quod alium eius loco substitueret cordium cognitorem & iudicem in animas. Et hodie qui per Angelos vel sanctos mortuos iurant, spoliato Deo, inane illis numen affingunt. Diversa autem ratio est quum per cœlum & terram iuratur iphus officis intuitu. Neque enim in creaturis subsistit iurandi religio: sed Deus ipse solus aduocatur in testem, productis in medium gloriae eius symbolis. Porro cœlum Scriptura Dei solium vocat, non quod illis sit inclusus, sed vt discant homines sursum mentes attollere quoties de ipso cogitant, nec quicquam terrenum vel humile de ipso imaginentur. Imò terra, scabellum pedum eius ideo vocatur vt sciamus ipsum vbique diffusum nullis locorum spatiis capi. Hierosolymæ sanctitas ex promissione pendebat. Sancta ergo fuit, quod eam Dominus in fedem ac domicilium elegerat sui imperij. Quum iurant homines per caput suum, vitam suam, quæ singulare est Dei donum, tanquam bona fidei pignus, in medium adducunt.

37 Sed erit sermo vester.) Iam Christus secundo loco remedium præscribit: nempe vt sincerè & bona fide inter se contrahant homines: quia tunc non minoris erit sermonis simplicitas quām si iurandum inter eos qui sinceritatem nō colunt. Et certè hæc optima est corrigendis vitiiis ratio, notare fontes ex quibus manant. Vnde tanta iurandi proclivitas, nī quod in tanta vanitate, in tot fallaciis, incōstantiis, utilitate nihil ferè creditur? Candorem igitur in verbis nostris & constans requiret Christus, ne iurare amplius necesse sit. Repetitio enim tam affirmationis quām negationis huc spectat, diuisis nostris standum esse, vt inde appareat ingenuitas. Quia autem hæc vera est & legitima contrahendi ratio, vbi non aliud in lingua habent homines quām in corde, pronuntiat Christus ex malo esse quicquid vlt̄rē est, neque enim mihi probatur quorundam expositione, iurandum eius culpa debere tribui qui fidem loquenti non habet. Sed Christus, meo iudicio, ex hominum vitiis manare docet quod iurare

coguntur: quia si inter eos vigeret bona fides, si varij non essent, nec flexiloqui, colerent eam simplicitatem quam dicit natura. Neque tamen se-

quitur quin licet in iurare quoties id necessitas postulat: quia purus est inultarum rerum vius quorum vitiosa est origo.

MATTH. V.

38 *Audistis quod dictum fuerit, Oculum pro oculo, & dentem pro dente.*

39 *At ego dico vobis, Ne resistatis malo: sed quisquis impeceras alapam in dexteram tuam maxillam, obuerte illi & alteram:*

40 *Et ei qui tecum velit iudicio contendere, ac tunicam tuam tollere, permitte illi & pallium:*

41 *Et qui te adegerit ad milliarium vnum, abito cum illo duo.*

MARC.

LVC. VI.

29 *Percutient te in maxillam prebe & alteram: & ab eo qui auferat tibi pallium eius tunicam noli prohibere.*

30 *Omnis autem exigentia abs te, tribue: & ab eo qui auferat que tua sunt ne reproches.*

38 Matth. *Oculum pro oculo.*) Hic aliis error corrigitur, quodcum Deus iudices & magistratus sua Lege iussit in iurias pari pena vincisci, quisque eo praetextu sibi ultionem sumebat. Ergo se peccare non putabant, modò ne quem priores lacerarent, sed laeti per pari reperderent. Christus autem contrà admonet, quoniam iudicibus mandata sit communis defensio, & ordinatis sint vindices ad cohibendos improbos, ac vim eorum reprimendam: debere tamen vnumquenq; patienter ferre illatas sibi iurias.

39 *Nerisisti malo.*) Duplex est resistendi modus: alter quo innoxie arcemus iurias: alter quo retaliamus. Quanquam autem Christus suis non permittit ut vi vi repellant, non tamen prohibet quin defeciat ào in iusta violentia. Atque huius loci Paulus nobis optimus esse potest interpres, dum iubet potius vincere malū bono quam vt maleficiis certemus, ad Romanos cap. 12. d.17. Notanda est enim antithesis inter virtutem & correctionem. Hic de talione agitur, eius licentiam vt Christus suis discipulis prædicat, malum pro malo vetat repudere. deinde longius extendit patientem legem, vt non tantum seruimus taciti acceptas iurias, sed potius nouis tolerandis nos paremus. Huc in summa spectat tota admonitio, vt obliuisci dicant fideles quicquid malorum ipsis illatum fuerit, ne laeti in odium vel malevolentiam prorumpant, aut vicissim nocere cupiant: sed cōpoliti sicut ad maiorem tolerantiam, si crescat ac magis irritetur malorum impotitas & libido. *Quis quis impeceras alapam.* Insulsè Iulianus & similes calumniati sunt doctrinam Christi, quasi leges & iudicia funditus cuarteret, nam sicuti Augustinus scire & prudenter epistola 5. dixerit, nō aliud fuit Christi consilium quam fidelium animos ad moderationem & æquitatem formare, ne semel aut bis offensi deficient vel fatigentur. Et verum est quod dicit Augustinus, Non ponit legem operibus externis, si modò dextrè intelligas. Coerces, fateor, Christus manus nostras à vindicta non minus quam animos. sed vbi sine vindicta potest quipiam se & sua protegere ab iuriis, non impediunt verba Christi quin placide & sine noxa irruentes vim declinet. Certe noluit Christus horrari suos ad eorum acundam malitiam qui iam nocendi libidine plus satis ardent. porrige verò altera maxillam quid aliud foret quam tale

irritamentum? non est igitur æqui sanique interpretis syllabas aucupari, sed attendere ad eius qui loquitur consilium. Et Christi discipulos nihil minus decet quam ludere verborum cauillis, vbi apparet quid velit magister. Atqui minimè obscurū est quò tendat Christus, nempe finem vnius certaminis fore alterius initium, & ita toto viœ cursu per continuos gradus subeundas esse fidelibus multas iurias. Ergo vbi semel laeti fuerint, hoc ipso documento formari vult ad tolerantiam, vt patiendo patientes esse dicant.

40 *Ei qui tecum vels.*) Alteram noxæ speciem attingit Christus, quoniam scilicet improbi nos litibus vexant. Iuber autem nos hac erat in parte sic esse animis ad patientiam compositos, vt ablata tunica parati simus pallium cedere. Ineptus erit quisquis verbis insister. Prius aduersariis dandum esse quod postulant quam in ius ventum fuerit. talis enim faciliter instar flabeli improborum animos ad furta & rapinas accenderet: à quo scimus procul absuissit Christi mentem. Quid est igitur pallium date tunicam sub iuris prætextu eripere conantur? Nempe si quis iniquo iudicio oppressus perdat quod suum est: ac interim paratus est reliquum (si opus fuerit) abiucere, non minorem patientiam laudem meretur quam qui bis se spoliare patitur antequam ad tribunal ventum fuerit. Summa est igitur, Christianos, vbi quis bonorum parte illos exuere tentat, debere paratos esse ad integrum spoliacionem. Hinc colligimus non arceri profus à iudiciis si quando iustæ defensioni locus datur. Nam eti fortunas suas prædæ non expnunt, non tamen discedunt ab hac Christi doctrina qua ad ferendam patienter nuditatem nos habatur. Rarum quidem exemplum est vt quis ad litigandum sedato integróque affectu ad forum accedat: sed quia fieri potest vt quis publici boni studio rectâ causam defendat, rem ipsam simpli citer damnare fas non est donec constet de vitiose affectu. Diuersæ locutiones apud Matthæum & Lucam sensum non mutant. Pallium maioris pretij esse solet quam tunica. quum ergo dicit Matthæus dandum esse pallium tunicam auferenti, significat accepta minori iactura debere nos ad servendum grauius damnum esse voluntarios. Dicitur verò Luce cum veteri proverbio conuenit, Tunica pallio proprius.

30 *Omnis autem exigentia abs te.*) Eadem verba apud

apud Matthæum habentur, ut paulo post videbimus. nam ex contextu promptum est colligere, Lucam non de precibus hic loqui quibus flagitare auxilium, sed de litibus quas improbi ad rapienda aliorum bona intentant. Ne reposcas, inquit, ab eo qui auferat quæ tua sunt. Quanquam si quis malit huc duo membra seorsum legere, non repugno: ita exhortatio erit ad largiendi facilitatem. Quod ad secundum membrum spectat ubi Christus reposcere vetat quæ iniustè ablata sunt,

M A T T H . V.

42 Petensi abs te dato: & cupientem mutum ab te accipere ne aueferis.

M A R C .

34 Si mutuum dederitis à quibus speratis vos recepturos, que gratia erit vobis? nam & peccatores peccatoribus dant mutum ut recipiant parta.

35 Mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa.

42 Matth. Petensi abs te.) Tametsi ita sonant Christi verba quæ referuntur à Matthæo, acsi iubet sine delectu quibusvis dare, alii tamen sensum ex Luca elicinunt, qui plenius rem totam explicat. Primò certū est Christo fuisse propoliū, liberales potius quam prodigos facere suos discipulos. Atqui stulta erit prodigalitas, temere effundere quæ dedit Dominus. deinde videamus quā alibi beneficentia regulam tradat Spiritus. Hoc ergo teneamus, primum hic discipulos suos Christum hortari ut largi sint ac benefici. Porro hūc esse modum, ut minime des funeris putent paucis quibusdam adiutis, sed omnes sua beneficentia proficiat studient, neq; vñquā fatigentur vsq; dum suppetet facultas. Deinde ne quis cauillū texat ex verbis Matthei, cōfēramus quæ habetur apud Lucam. Negat Christus quicquam offici nos Deo prestante, dum in mutuo dādo vel alijs officiis spectamus mercēdem mutuā: ita charitatē à carnali amicitia distinguit, amant enim prophani homines inter se, non gratis, sed mercenario affectu: ita fit vt in seipsum quisque amore quo alios prosequitur, reflectat: quemadmodum etiam prudenter expendit Plato. Christus vero à suis gratiis beneficentiam exigit, vt iuare studeant inopes, à quibus nihil viciſſim sperari potest. Nūc videmus quid sit apertam habere manum potentibus: nempe liberaliter expositū esse erga omnes qui ope nostra indigent,

M A T T H . V.

43 Audistis quod dictum sit, Diliges proximum tuum, & ideo habebis inimicum tuum.

44 Ego autem dico vobis, Diligitte inimicos vestros: bene precamini deuouentibus vos: benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro iis qui ledunt & infestant vos:

45 Ut sitis filii Patris vestri qui est in celis: quia solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluiam mitit super iustos & iniustos.

46 Nam si dilexeritis eos qui diligunt vos, quod premium habebitis: nonne & publicani idem faciunt?

M A R C .

27 Sed vobis dico qui auditis, Diligitte inimicos vestros: benefacite iis qui vos oderunt.

28 Bene precamini deuouentibus vos, & orate pro iis qui vos ledunt.

Et paulo post.

32 Et si diligitis eos qui vos diligunt, que vobis est gratia? nam & peccatores, eos à quibus diliguntur, diligunt.

33 Et si beneficeritis iis qui vobis benefacunt, que vobis erit gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt.

Item paulo post.

35 Veruntamen diligitte inimicos vestros. Item, Et eritis filii Altissimi, quia ipse

L V C . VI.

34 Si mutuum dederitis à quibus speratis vos recepturos, que gratia erit vobis? nam & peccatores peccatoribus dant mutum ut recipiant parta.

35 Mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa.

& qui beneficium pensare nequeunt.

35 Mutuum date.) Hec sententia perperam restringita fuit ad usuras: acsi tantum vetaret Christus usus fructuari. Atqui latius patere ex superiori termone liquet, postquam enim exposuit Christus quid impij facere soleant: nempe quod diligunt usus amicos, & eos iuvant à quibus sperant aliquid compensationis: & mutuum dant similibus sui, ut paria deinde ab illis recipient: subiect quāto plus à suis requirat, nempe ut diligent inimicos, gratis benefaciant, gratis dent mutuō. Nunc videamus particulam. Nihil perperam de fructu exponi quod ad sortem accedit: quoniam tātūm hortetur Christus ad gravata officia, & mercenaria nihil gratiæ coram Deo habere dicat. non quod simpliciter damnet quæcumque spe compensationis præstantur beneficia: sed docet nihil ad testam̄dām charitatem facere, quia ille demum erga proximos beneficis est, qui nullo commodi sui respondeat ad eos iuvandos ducitur, sed tantum cuiusque inopiae spectat. Ceterū an Christianis licet aliquid interdum ex mutuo lucri accipere, non disputabo fuisus hoc loco, ne quæstione ex falso sensu quem iam refutauī intemperie accersem. Iam enim expolui, nihil aliud velle Christum quām fideles mutuando debere ulteriū progredi quām homines profanos, nempe ut meram liberalitatem colant.

47 *Et si complexi fueritis fratres vestros tantum, quid eximium faciis nonne & pugnabis in faciunt?*

48 *Eritis igitur vos perfecti, quemadmodum Pater vester qui est in celis, perfectus est.*

43 *Diliges proximum tuum.*) Mirum est eò absurditatis delaylos fuisse Scribas, vt proximi non men refringere ad benevolos: quum nihil clarissit nec certius quam Deum complecti totum humanum genus, quum de proximi nostris loquitur. Nam quis sibi quisque addictus est: quoties a liis ab aliis separata priuata sua commoda, deferritur motuia communicatio quam natura ipsa dicitat. Deus ergo vt nos in fraterno amoris complexu retineat, propinquos esse testatur quicunque sunt homines: quia eos nobis conciliat communis natura: quoties enim hominem aspicio, quia os meum & caro mea est, me ipsum quasi in speculo intuerar necesse est. Quianus autem maior pars vt plurimum à sancta societate diffiliat, non violatur tamen eorum prauitate naturae ordo: quia spēctandus est Deus coniunctionis author. Vnde colligimus generale esse praeceptum Legis, quod iubemus proximum diligere. Scriba vero quin propter quoniam tacet ex cuiusque animo estimarent, negarunt proximi loco habendum nisi qui ob sua merita amore dignus esset: vel saltem qui vici sim responderet in officio amici. Hoc quidem praecepit communis sensus: ideoque filios seculi nunquam puduit sua odia profiteri quorum aliquam rationem iactare poterant. Charitas autem quam Lege sua Deus commendat, non respicit quid quisque meritus sit, sed se ad indigos, feruerdos & ingratos diffundit. Verum hunc & genuinum sensum restituit Christus, & à calunnia vindicat: vnde etiam apparet quod prius dixi, Christum non ferre nouas leges, sed corrigerre prava Scribarum commenta quibus vitiata Legis diuinæ puritas fuerat.

44 *Dilige inimicos.*) Hoc unum caput in se continet totam superiorem doctrinam: nam quisquis olores suos amare in animum induixerit, facile sibi temperabit ab omni vindicta, malorum patiens erit: ad miseros verò iuuandos multo magis propensus. Porro Christus in summa rationem & modum ostendit huius praecepti implendi, Dilige proximum tuum sicut te ipsum. Neque enim huic praecepto vngnus satias faciet nisi qui abdicato sui amore, vel potius se abnegato, tanti faciet homines sibi diuinitus coniunctos, vt eos quoque amare perget a quibus odio habetur. Discimus autem ex his verbis quam alienos esse deceat fideles ab omnī vindicta, quam non modo prohibent à Deo petere, sed ita remittere, & in totum deletere ex animis, vt hostibus suis bene precentur. Inter ea non desinunt suam causam Deo committere, donec ultionem sumat de reprobis, cupiunt enim, quoad in se est, malos redire ad sanam mentem, ne perirent, atque ita consulunt eorum salutem. Hoc tanen solatio suas omnes molestias leniunt, quod non dubitant Deum obstinatæ malitia fore ultorem, vt sibi innoxios curæ fuisse declareret. Est quidem hoc perquam arduum, & carnis ingenio prospersus aduersum, bonum male rependere. sed minimè querenda est ex virtutis nostris & infirmitate excusat: quin potius simpliciter querendum est quid exigat lex charitatis, vt cœlesti Spiritu-

benignus est erga ingratos & malos.

36 *Estate ergo misericordes sicut & Pater vester misericors est.*

tus virtute freti, luxuriantem supereremus quicquid affectum in nobis contrarium est. Hac quidem Monachis & similibus fabulis causa fuit vt fingerent hæc fuisse Christi consilia, non præcepta, quod hominum viribus metiebantur quid Deo & Legi ipsi debent. Interim verò nō iuduit Monachos per tectionem, sibi arrogare, quod seruandis consilis vltro se oblitingerent, quād fideliter praetinent quod titulo tenus usurpat, nunc dicere omitto. Quād verò de consilis præposteriorum sit insulfum, nūque commentum, primum inde patet, quia non sine Christi iniuria dicitur suahile ipsum discipulis, non pro imperio mandante quod rectum erat. Deinde plusquam insolitum est libera facere charitatis officia quæ ex lege pendent. Tertiò, Dicendi verbum quod denuntiare vel præcipere hoc loco significat, perperam pro consule exponiuntur. Potestrem diserte sancti quod necessariò præstandendum est, nullo negotio ex Christi verbis probatur, dum addit continuo post:

45 *Vt si quis filii patris vestri.*) Quum diserte pronuntiet, non aliter quenquam fore Dei filium nisi qui olores suos diligit, quis iam dicere audeat nulla huius doctrinæ feruanda necessitate nos obstringi? Perinde enim est ac si dixisset, Quisquis censi volet Christianus, inimicos diligit. Horribile sane portentum, quod mundus tam densis tenebris per tria vel quatuor secula obrutus fuerit, vt non videat diserte iuber quod quisquis negligit, ex numero filiorum Dei expungitur. Porro notandum est, non proponi ad imitationem Dei exemplum, quasi nos deceat quicquid ille facit. plecit enim ille ingratos, & sceleratos è mundo sapient exterminat, qua in parte non proponit se nobis imitandum, quia in nos iudicium mundi non competit quod eius proprium est: sed nos paternæ sua bonitatis & beneficentiae imitatores esse vult. Idque viderunt non modo profani philosophi, sed quidam nequissimi pieratis contempentes, quibus expressa fuit hac confessio. Nulla re magis nos esse Deo similes quam beneficendo. In summa, hanc nostræ adoptionis notam fore Christus testatur, si malis etiam & indignis sumus beneficii. Neque tamen intelligas fieri nos beneficentia nostra Dei filios, sed quia idem Spiritus (qui gratuita nostræ adoptionis testis est, arcta & sigillum) prauos carnis affectus, qui charitati repugnant, corrigit: ab effectu probat Christus non alios esse Dei filios nisi qui ipsum mansuetudine & clementia referunt. Pro eo Lucas habet, *Eratis filii altissimi.* Non quod hunc honorem sibi quisquam acquirat, vel quod incipiat esse Dei filius ex quo inimicos dilexerit: sed quia vitiata est Scriptura loquendi ratio, gratuita Dei beneficia mercedis loco proponere dū nos animare vult ad rectè agendum. Hac autem ratio est, quia respicit in quem finem vocati sumus: nempe vt reparata in nobis Dei imagine, pie sancteque viuamus. *Solem suum oriri facit.* Duo commemorant testimonia diuina in nos beneficentia, quæ non tantum maximè nobis nota

nota sunt, sed omnibus communia, quum magis ipsa societas ad idem vltro citroque inter nos præstatum inuitet, quanquam per syneodochen in numero quoque alia complectitur.

46 *Nomine & Publicans.*) Eodem sensu Lucas peccatores, hoc est nequam & sceleratos homines, ponunt: non quod minus ipsi per se damnetur, erant enim publicani vestigium redemptores, vestigia autem sicuti principes iure indicunt, ita exigere a populo licet, sed quia hoc genus hominum avarum esse solet ac rapax, in modo perfidum & crudele: deinde quoniam apud Iudeos habebantur iniusti tyrannidi ministri. Ergo si quis publicanus ex Christi verbis colligat omnium esse deterrimos, malè argumentabitur: quia loquitur pro recepto vulgi more: ac si diceret,

qui ferè humanitatis sunt expertes, aliquam tamen habent mutui iuris speciem dum suam utilitatem captant.

48 *Eritis igitur vos perfecti.*) Perfectio haec non æqualitatem sonat, sed tantum ad similitudinem refertur. Quantumvis ergo distemus a Deo, dicimus perfecti esse, sicut ipse est, dum ad eundem scopum tendimus quem in se nobis proponit. Si quis alter malit, non sit hic inter Deum & nos comparatio, sed perfectio Dei vocatur, primū gratitudo meritaq. liberalitas, quæ spe lucris non ducitur: deinde singularis bonitas quæ cum hominum malitia & ingratitudine certat. Quod melius liquet ex verbis Luce, *Estate misericordes, sicut Pater vester casfis.* Misericordia enim mercenario opponitur, qui priuato commodo alligatus est.

M A R C . L V C .

M A T T H . V I .

1 *Attendite ne cleem synam vestram profestis coram hominibus quod spectemini ab illis: at quoque mercedem non habetis apud Patrem vestrum qui in celis est.*

2 *Ite que quum praefatis eleemosynam, ne tubis canatur ante te, quem admodum hypocrites faciunt in synagogis & in vicis, ut glorificantur ab hominibus. amen dico vobis, habent mercedem suam.*

3 *Ceterum tu quum praefabis eleemosynam, nesciat sinistra tua quod facit dexter tua,*

4 *Vt si eleemosyna tua in occulto: & Pater tuus qui videt in occulto, reddat tibi in propatulo.*

1 *Attendite.*) Hoc loco suos hortatur Christus ad sincerum bonorum opem studium, hoc est ut simplicitate recte facere studeat cora Deo, non autem se hominibus ostentet. Admonitus in primis necessariis: quia ambitionis semper in virtutibus timida est, nec nullum est opus tam laudabile quod non inde sepe vitiarum & pollui contingat. Ceterum per syneodochen sub una specie traditur generalis doctrina: de eleemosynis enim tantum loquitur, sicuti populo post de precibus. Quāquam in nonnullis exemplaribus: pro Eleemosynis ponit nomen Iustitia, quemadmodum etiā reddidit vetus interpres. Sed in eo nihil est momenti, quia vtroque modo satis constat corrigi ambitionis morbum, dum recte agendo gloria ab hominibus captatur.

2 *Quum praefatis eleemosynam.*) Taxat hic nominatum virtutem nullum & consuetudine receptum, in quo non tantum palam cerni, sed manibus fere palpari inanis gloriae cupiditas potuit. In compitis enim & publicis locis, vbi haberit solebant publici conuentus, erat & erant pauperibus sportulas, in eo manifesta erat ostentatio, quod locorum celebritatem quarebant, vt multos haberent testes: nec eo contenti, addebat etiam tubarum clangorem. Fingebant quidem se pauperes accersere, vt nunquam defuncti prætextus: nisi tanien clariss erat quām ipsos venari plausus & laudem. Porro vbi seruimus hominum oculis, iam Deum non constituiimus vitæ nostræ aiutrum & approbatorem. Itaque merito dicit Christus mercedem suam nunc habere, qui se hoc modo ostentant: quia Deum repictere nequicūt quorum oculos talis vanitas occupat. Eadem ratione hypocrita vocantur omnes inanis gloriae cupidi. Nam quum hypocrite profanis scriptoribus dicti fuerint histrio qui in scena & ludis fictas personas agebat, Scriptura hoc nomine ad homines du-

plices corde & simulatos transtulit. Quanquam variæ sunt hypocitarum species, quidam enim quāuis pessimè sibi conscientiam: sint: tamen impudenter pro bonis viris coram mundo se venditant, & virtus sua quorum intus sunt conuicti, tegere conantur. Alij sibi tam securè indulgent, vt etiam perfectam iustitiam sibi arrogare audeant coram Deo. Alij non recte studio, nec gloriae Dei causa, sed tantum vt famam sibi & opinionem sanctitatis acquirant, benefaciant. Hanc postremam speciem Christus nunc designat, & iure vocat hypocritas, qui dum rectum finem non habent sibi propositionem in bonis operibus, alienani personam induunt, vt sancti probique Dei cultores appareant.

3 *Nesciat sinistra tua.*) Hac locutione intelligit debere nos vniuerso Dei teste contentos esse, atque ita intentos in eius obsequium, vt nulla vanitate circumferamur. Sepe enim fit vt non tam Deo sacrificient homines quam sibi ipsis. Non vult ergo Christus obliquis cogitationibus nos distrahi: sed recte in hunc scopum tendere, vt Deum pura conscientia colamus.

4 *Eleemosyna in occulto.*) Videtur haec sententia cum multis Scripturarum locis pugnare, vbi iubemus fratres adficemus bonis exemplis. Sed si tenemus Christi consilium, verba legioris trahere nos oportet: iubet suos discipulos purè & procul omnī ambitione bonis operibus dñe operā, vt hoc fiat, oculos ab hominum intuiri vult esse aueros: quod satis habeat sua officia vni Deo probare. Hęc verò simplicitas minimè impedit edificandi curia ac studiū. Et certe paulo antea non præcisè venit beneficiare coram hominibus, sed ostentationē dānavit. *Pater tuus qui videt in occulto.* Tacitè perstringit stultitiam quæ passim inter homines regnat, quod sibi videtur operā lūsse nisi spectata fuerit à multis testib' corū virtū. Deū ergo non magna lucide indigere dicit vt agnoscat benefacta: quia illi

conspicua sunt quæ tenebris sepulta videntur. Non est igitur cur putemus esse perdita quæ cōspectum hominū fugiunt, & testimonia carent: quia Deus theatrum suum habet in latebris. & ap̄fissimum remedium afferit curando ambitionis morbo, dum nos ad Dei intuitum reuocat, qui vānas omnes glorias cuanescere facit ex animis no-

stris, & prorsus delet. Secundo membro, quod proximē sequitur, admonet Christus in quaerenda bonorum operum mercede patienter expeditādum esse ultimum resurrectionis diem. Pater tuus, inquit, reddet tibi palam. Quando? nempe quoniam exorta ultima diei aurora, quæ nunc cōfondita sunt in tenebris patcent.

MARC. LVC.

5. *Et quum oraueris non eris quemadmodum h[ab]i: p[ro]crista: nam illi solent in conciliabulis & in angulis platearum stantes orare, quo conspicui sint hominibus. amen dico vobis quod habent mercedem suam.*

6. *Tu vero quum oras, introito in conclave tuum, & occulo suo hostio tuo ora Patrem tuum qui est in occulto: & pater tuus qui videt in occulto, persoluet tibi in propatulo.*

7. *Verum orantes ne sitis multiloqui, sicut Ethnici, putant enim fore ut ob multiloquium suum exaudiantur.*

8. *Ne igitur efficiamini similes istorum, non it enim Pater uester quibus rebus opus sit vobis, priusquam petatis ab illo.*

5. *Quum oraueris.)* Idem nunc de precibus docet quod prīus de eleemosynis. Est autem hęc nimis crassus & pudenda nominis Dei profanatio, quod hypocritæ, vt gloriam ab hominibus referant, in publico precantur, vel potius simulant se precari. Sed quū semper ambitiosa sit hypocrisia, non mirum est ita cæcam esse: iuber ergo discipulos suos, si ritè orare velint, conclave intrare. Etsi autem, quia hoc in speciem videtur absurdum, allegorice quidam exponunt interiorē cordis recessum: hac tamē argutia nihil est opus. Iubemur pluribus locis, in celebri cœtu & hominū frequētia, ac coram toto populo Deum precari, vel laudare, idque testanda nostra fidei vel gratitudinis causa, simul vt alios nostro exēpco incitemus ad idem agendum. neque ab eo studio nos Christus abducit, sed tantū admonet, Deum præ oculis habendum esse quoties ad preicationem accingimur. Ideo non sunt vrgenda hæc verba, Intra in conclave tuum: quasi iubeat fugere homines, ac nos rectè orare neget nisi testibus remotis, comparative enim loquitur, significans potius querēdum esse secessum quam appetendam hominum frequentiam quæ nos orantes videat. Utile quidē est fidelibus, quod liberius vota sua & gemitus corā Deo effundant, subducere se ab hominum cōspectu. Prodest etiā secessus alia de causa, quod magis ab omnibus avocationis libere sint ac solutū invenientes: ideo & Christus ipse orandi causa sapientia in secretum aliquem locum se abdidit. Sed hoc in præsentia non agitur: tantū enim corrigitur inanis gloria cupiditas. Summa autem est, Si quis solus, siue coram aliis precetur, hunc tamen affectum induendum esse, quasi abditus in conclave, solum Deum haberet testē. Quum dicit Christus mercedem rependi precibus nostris, satis declarat quicquid mercedis passim nobis Scriptura promittit, nō tanquā debitū solū, sed gratuum esse.

7. *Ne sitis multiloqui.)* Aliud virtutum reprehēdit in oratione, nēc multiloquium. Virtus autē duobus verbis, sed eodē sēsu, nā βατλογία super uacua est, & putida repetitio. πανυλογία autē inanis garrulitas. Porro eorum stultitiam reprehēdit Christus, qui vt Deū persuadeant & exoriant, multū verborum profundunt. Neque huic doctrinæ cōtrariū est quod precandi assiduitas passim lau-

MATTH. VI.

datur in Scriptura. Nam vbi serio affectu cōcipiunt precatio, lingua nō anteit pectus, deinde nō capitur Dei gratia inani verbū fluxu: sed potius suos effectus, nō secus ac sagittas, piū eorū emittit, qui in cœlū penetrat. Interim dāatur eorū superstitionis, qui lōgis suspiris Deum se promereri cōfidunt, quo errore sic imbutū videamus esse Papatū, vt præcipua orationis virtus illi credatur esse locuqacitas. nā quo quisque plus verborum demuratur ed magis censetur exactē precatus esse. Longi etiam prolixique cantus, quasi Dei aures demulceant, assidue resonant in eorum templis.

8. *Nec enim Pater uester.)* Hoc vnum remedium purgandæ ac tollēdæ qua hic dāatur superstitionis sufficit. vnde enim hęc stultitia, vt multū proficeret purent homines vbi suo multiloquio Deum fatigant, nisi quis similē imaginatur homini mortali, qui doceri & moneri opus habeat? Quisquis autē persuasus est Deum nō modò curā nostri habere, sed etiā nostras necessitates habere cognitas, & vota nostra curācōpanteuerire, priusqā admonitus fuerit: ille omnīs multiloquio, fastis habebit preces suas extenderet quatenus ad fidē exercendā expediet: Deum verò rhetorice aggredi, vt verborum copia flectatur, absurdum esse agnoscat ac ridiculum. Verum si Deus, antequam petamus, quid nobis opus sit nouit, videtur nulla esse precandi virtilitas. Nā si sponte ad nos innatos propensus est, quorūm attinet preces nostras interponere, quæ spontaneum prouidētia eius cursū abrumpant? Solutio facilis est in ipso precādi fine: neque enim orāt fideles vt Deum admoneant de rebus incognitis, eum ad officium hortēt, vel cessante sollicitet: sed potius vt se ipsos expergesciat ad ipsum quārēdum, meditandis eius promissionibus fidē suam exerceat, curas suas exonerando in eius sinu se subleuent: deniq. vt testentur tam sibi quā aliis ab eo vno sperare & expertere quicquid est bonoru. Et ipse quod gratitudo & nondum rogatus nobis largiri decreuit, votis tamē nostris promittit se daturum. Quare utrumque tenendum est, vota nostra ab eo spōte preueniri, & tamen nos precibus impetrare quod perimus. Cur autem interdum in longum tempus nos differat, interdum etiam votis nostris non indulget, alibi erit dicendilocus.

MAT-

MATTH. VI.

MARC.

LVC. XI.

9 *Fos ergo scorate, Pater noster qui es in cælis. Sanctificetur nomen tuum.*

10 *Veniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, ut in cælo, sic etiam in terra.*

11 *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*

12 *Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.*

13 *Et ne nos inducas in temptationem, sed libera nos à malo. Quia tuum est regnum, & potest, & gloria in secula, Amen.*

1 *Factum est quum oraret quoddam in loco, ut cessavit, dicit quidam ex discipulis eius ad eum, Domine doce nos orare, sicut & Iohannes docuit discipulos suos.*

2 *Et ait illis, Quam oratis dicite, Pater noster qui es in cælis. Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, quemadmodum in cælo, sic etiam in terra.*

3 *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*

4 *Et remitte nobis peccata nostra, si quid: m & ipsi remittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in temptationem, sed libera nos à malo.*

Incertū est semelne in his hanc orandi formā Christus discipulis tradiderit. Qubusdam hoc secundum videtur magis probabile: quia Lucas rogatum fuisse dicit, Matthæus vero inducit vltro docentem. Quia tamen diximus Matthæum præcipua quæque a ceteris capitula colligere, vt melius ex continua serie totam summam perspiciant lectors: fieri potest vt Matthæus occasione quam referat Lucas om̄serit, quanquam hac de re cum nemine pugnare velim.

1 *Luc. Sicut & Iohannes docuit discipulos.)* Quid Iohannes priuatam orandi formam tradidit suis discipulis, id fecisse existimo prout tēporis ratio ferebat. Res tūc valde apud Iudeos corrupta fuisse notum est, tota certe religio sic colapsa erat vt mirū nō sit precandi morem à paucis ritè cultum fuisse. Rursus quin instaret promissa redemptio, fidelium mentes precando ad eius spem & desiderium excitari oportuit. Iohannes ergo ex variis Scriptura locis certam aliquā preicationem confidere potuit, quæ temporis congrueret, ac propius accederet ad spirituale Christi regnum quod iam patēfieri coepit.

9 *Math. Vos ergo sic orate.) Pro quo Lucas, Quam oratis dico. quanquam non iubet Christus suos conceperit verbis orare, sed tantum ostendit quorūm vota omnia pre. & que referri debeat. Sex ergo petitionibus complectitur quicquid à Deo optare fas est. Atque hac doctrina nihil nobis est utilius. nam quum hoc præcipuum sit pietatis exercitium, in formandis tamen preceptibus aut votis conceperint sensus omnes nostri deficiunt. Ita nemo ritè orabit nisi cuius os & cor moderabitur cœlestis Magister. In hunc suum tradita est hæc regula, ad quam preces nostras exigere necesse est, si legitimas censeri Deoque probari cupimus. Noluit quidem vt nuper dictum est) præscribere Filius Dei quibus verbis vtedū sit, vt ab ea quam dictauit formula defletere non liceat: sed tamen vota nostra sic dirigere frænarèque voluit, ne extra metas istas obterrent, vnde colligimus, non in verbis, sed in rebus ipsis datum ab eo fuisse ritè precandi legem. Porro quod dixi, sex petitionibus constare hanc precandi formam, sciendum est tres priores, posthabita nostra ratione, respicere in Dei gloriam: tres autem reliquias ad ea quæ in salutem nostram utilia sunt esse compositas. Nam vt Lex Dei duabus tabulis distinguitur, quarum prior pietatis of-*

ficia continet, altera autem charitatis: sic orando Christus partim Dei glorian spectare & quætere iubet, partim nobis consulere permittit. Sciamus ergo tunc nos demum ad ritę precandum fore comparatos, si non tantum de nobis & propria vtilitate erimus solliciti, sed priorem locum Dei gloriae d. bimus. est enim nūis præposterior curare tantum quæ nostra sunt: regnum autem Dei, quod longe præferendum est, negligere. *Pater noster qui es in cælio.* Duo maximè nobis consideranda sunt quoties ad precandum accingimur, rūtū nobis accessus ad Deum pateat, tum vi plena solidaque fiducia in eum recumbamus, nempe paternus eius erga nos auctor, & immensa potentia. Quare ne dubitemus quin benignè amplecti nos Deus velit, quin paratus sit ad vota nostra ex audienda, quin denique sponte propensus sit ad nos iuandos, Patris nomen illi tribuitur. ergo in hoc epitheto iam sati vberem fiduciae materiam Christus nobis suppeditat: sed quoniam dividia tantum ex parte in Dei bonitate acquiescimus, proximo membro commendat eius potentiam, nam quum Scriptura Deum in cælo esse dicit, omnia subesse eius imperio, mundum & quicquid in eo est, manu eius cōtineri, virtutem eius vbiique diffusam, prouidentia eius cuncta ordinari significat. Psal. 2. b. 4. dicit David, Habitor cœlorum irridebit eos. Item Psalm. 115. a. 3. Deus noster in cœlo, quæcumque voluit fecit. Cæterū non ita locatur in cœlo Deus quasi illuc sit inclusus: potius enim tenendum est quod alibi dicitur, Cœlos cœlorum eum non capere, sed hęc loquutio ab ordine creaturarum eum eximens, nihil humile vel terrenum, vbi de ipso agitur, venire in mentem debere admonet: quia excelsior sit toto mundo. Nunc tenemus Christi consilium, nempe quod in ipso precadi exordio, suorum fiducia in Dei bonitate & potētia stabiliter voluerit, quia nisi in fide fundata sunt preces, profectu carebunt. Iam quum stultæ, imò infanæ arrogantiae sit Deum invocare Patrē nisi quatenus in Christi corpore insiti, pro filiis agnoscamur: hinc colligimus non aliud esse precandi modum quām vbi Mediatore freti ad Deum accedimus. *Sanctificetur nomen tuum.* Hic clarissūs apparet quod dixi, in tribus primis petitionibus posthabito nostri respectu, querendam esse Dei gloriam non quod separata sit à salute nostra, sed quod meretur Dei maiestas omnibus aliis curis longè præferri.

Salutare est nobis Deus regnare sicutumque illi tribui honorem: sed nemo satius magno Diuine gloriarum desiderio fligrat nisi qui sui quodammodo oblitus, ad querendam illius altitudinem se attollit. Porrò inter istas tres petitiones magna est affinitas & similitudo. sacerdotio enim nominis Dei cum eius regno semper coniuncta est, & precipua eiusdem regni pars in hoc sita est ut fiat eius voluntas. Verum quisquis expendet quatum sit nostrum frigus, quantumque gaudia in optandis rebus omnium maximis quarum hic vota nobis dictatur, nihil hic supereruacuum esse fatebitur: sed tria quae petunt, vtile fuisse, sic distingui. Sacerdotiam Dei nomine nihil aliud est quam suum Deo habere honorem quo dignus est, ut nunquam de ipsis loquatur vel cogitent homines sine summa ratione. Huic opponitur eiusdem nominis profanatio: quā scilicet vel minuitur eius maiestas, vel minus reverenter & honorificè quam meretur, eam homines suscipiunt. Porrò gloria qua sacerdotiatur, inde manat & pendet, quā agnoscitur inter homines eius sapientia, bonitas, iustitia, potestia, & quicquid in eo est virtutum. sua enim Deo sanctitatis semper intus cōficit: sed eam partim sua malitia & prauitatem homines obsecrāt, partim sacrilego contemptu violent & polluent. Ergo summa huius petitionis est, ut Dei gloria in mundo regaleceat, & qualis est celebretur inter homines. Tunc autem optimè viget pura religio, quā homines quicquid à Deo profectum est, rectū & laudabile, iustitia & sapientia plenā esse staruant. Nam hinc sit ut & verbum eius pro fidei obsequio amplectantur, & omnibus placitis & operibus acquiescant: fides enim quam Dei verbo deferimus (vt dicit Iohannes) quasi subscriptio est qua testamur Deum esse veracē: sicuti incredulitas & contemptus verbi eius grauissima eum contumelia afficit. Iam videmus quam maligni sint, plerique operum Dei astimatores, & quantum obrestandi licentiam sibi permittant: si quos nostrū castigat, obstrepunt, queruntur, obmurmurant: alij etiam in apertas vlique blasphemias profiliuntur nisi obtemperet votis nostris, non putamus satis esse erga nos liberalem. Multi de ineffibili eius prouidentia arcānūque iudicis vel iocosè garriunt. saepe etiam sacrosanctum eius nomen ad crassa ludibria abripit: denique pars mundi, eius sanctitatem quantum in se est profanat. Quare non mirum est si primo loco petere iubemur ut reverenter qualemque meretur, in mundo obtineat. Ceterum hæc non vulgaris dignatio est, quod Deus gloriæ suæ studium nobis commendat.

10. *Veniat regnum tuum.*) Quanquam verbum Graecum simplex est, sensus tamen manebit integrus si legamus Adueniat, quemadmodum vetus interpres reddidit. Primum autem tenenda est definitio regni Dei. regnare enim dicitur inter homines quum carne sua sub iugum redacta, & suis cupiditatibus valere iussis, illi se regendos vltro addicunt & tradunt. Nā in hac naturę corruptio omnes nostri affectus totidem sunt Satanæ milites, qui Dei iustitiae resistunt, & ita regnum eius impediunt vel turbant. Quare hac preicatione oportamus ut sublati omnibus impedimentis, sub imperium suum redigant cunctos mortales, eosque ad meditationem vita cœlestis adducant. Hoc autem sit partim verbi predicatione, partim arcana virtute Spiritus. Verbo suo gubernare vult homines: sed quia nuda vox, nisi accedat interior

vis Spiritus, vlique in corda non penetrat, coniūgi vtrunque simili oportet, vt stabilatur Dei regnum. Precamur ergo ut suam Deus potestatem exerat tam Verbo quam Spiritu, vt se illi vltro totus mundus subiciat. Regno Dei opponitur omnis *τραχεία* & confusio: neque enim quicquid ordinatum est in mundo nisi quum moderatur ipse manu sua consilia & affectus. Hinc colligimus initium regni Dei in nobis esse veteris hominis interiorum & nostri abnegationem, vt reuocemur in aliam vitam. Verum alio etiam modo regnat Deus, dum hostes suos proternit & cum Satana ipsorum capite iniuitos redigit sub potestate sua, donec stant omnes scabellum pedum eius. Quare summa huius preicationis est, vt Deus verbi sui luce inmundum irradiet, Spiritus sui astutu corda formet in obsequium iustitiae: quicquid est diffīl patum in terra, suis auspiciis in ordine restituit. exordium vero regandi facit à subigeniis carnis nostræ cupiditatibus. Iam verò, quia regnum Dei per continuos progressus augetur vlique ad mundi finem, necesse est quotidie optare eius aduentum. Quantū enim iniuritatis grassatur in mundo, tantundem abest regnum Dei, quod secum afferat plenam recompensationem. *Fiat voluntas tua.* Tametsi vna est ac simplex Dei voluntas, quod ad ipsum spectat: bisbiria tamen nobis in Scripturis proponitur. Dicitur enim fieri quod Deo placuit quā arcana prouidentia sue decreta exequitur, licet continuaciter in aduersari partem nitatur homines. Sed hic iubemur alio modo precari ut fiat eius voluntas: nēpe ut placidē & absque repugnatiā illi obtemperent omnes creaturae. Quod ex comparatione melius liquet: nam sicuti Angelos præstid habet ad omnia mādata (vnde & ministri vocantur in eius obsequium, semper parati) ita cupimus omnes hominum voluntates formari in eum iustitiae Dei consensu ut sponte electetur quoconque ille annuerit. Est quidem hoc piū votum, vbi nos submittimus Dei arbitrio, eiisque placitis subscriptibus: sed hæc precatio aliquid amplius continet, nempe ut Deus abolita omni hominum contumacia, quæ aduersus ipsū tumultuari non desinit, dociles sibi ac mansuetos reddat, ne quid velint aut appetant nisi quoce ei placet ac probatur. Posset tamen obici questione, an petendum à Deo sit quod nunquam fore pronuntiat vlique ad finem mundi. Respondeo, nihil opus esse, dum terram obediens componi oportamus ad Dei nutum, excutere singulos homines. Sufficit enim hoc voto testari nobis odio ac tristitia esse quicquid Dei voluntati aduersum cernimus, extinximusque cupere, non modò ut omnium nostrorum affectuum sit moderatrix, sed ut nos totus qua decet promptitudine ad eam in plendore offeramus.

11. *Panem nostrum quotidianum.*) Hæc est, ut dixi, quasi secunda tabula forme precandi quam nobis Christus dictauit: sic enim docēdi causa prius distinxit. Ut ex duab^{is} Legis tabulis prior de recto Dei cultu præcipit, altera vero de officiis charitatis: ita in hac preicatione prius nos instruit ad quæ redam Dei gloriam: deinde, in altera parte ostendit quid pro nobis petere conueniat. Quanquam simul notandum est, quæ in salutem nostram vel utilitatem concipimus vota, ut ultimum illum finē debere referri, non enim propriæ utilitatis studio sic nos occupari fas est, quin primatū semper teneat Dei gloria. Quoties ergo oramus, nunquā ab eo

et co scopo oculos deflectere licet. Hoc tamē inter duas precationum species quas possumus intererit, quod dum agitur de regno Dei sanctificatione nominis ipsius, sensus nostros sursum extoli oportet, ut omnis nostri respectu ad solu Deū attendant, deinde ad nos ipsos descendimus, & salutis nostrae curam coniungimus cum illis prioribus votis que Deum solum respiciunt. Etiam autem virtutis preferenda est peccatorum remissio, quatenus scilicet anima corpori praecellit: inquit tamen Christus fecit à pane & terrena vita sub diis, ut tali rudimento altius euehet. Non ergo panem quotidianum prius nobis dari petimus quām Deo reconciliati, quasi nobis pluris esse de beat caducus ventris cibus, quām æterna salus anima: sed mentes nostræ quasi per scalas à terra in celum confundant. Nam quām se Deus ad alend corpora demittat, minime dubium est quin de spiritu vita nostra longè sit magis felicitas. Ergo tam benigna eius indulgentia fiduciam nostram altius erigit. Quod nonnulli panem ἄρνον pro superfluitate accipiunt proflus absur dum est. Ratio verò quam adducit Erasmus, non modo triuola est, sed pietatis repugnat, non videatur illi probabile, quod dam prodimus in Dei conspectum, Christus nos de alimentis verbis facere iubeat. Quasi verò non passio hæc docendi ratio in Scripturis occurrat, ut scilicet presentū bonorum gustu in spei ecclœsi ducatur, immo verò hæc iusta demum fidei nostræ probatio est, quin nihil aliunde expectimus, quām à Deo: nec modò eum agnoscimus unicum bonorum omnium fontem, sed paternam eius bonitatem etiam ad minima quæque diffundi sentimus, ut ne carnis quidem nostræ curam fulcire reuelat. Quod autem de corporali victu hic loquatur Christus, primum inde colligere promptum est, quod aliqui mutila essent, non plena oratio. iubemur enim multis locis curas omnes nostras in Dei finium concidere: & ipse liberaliter promittit nulla in re nobis defuturum. Ergo in exhortatione orandi regula necessaria est innueris presentis vite necessitatibus aliquid præcipi. Deinde particula Hodie significat hic à Deo peti quod non nisi in diem curandum sit. Neque enim dubium est quin terreni victus cupiditatem, ad quā immodecum serimus omnes, restringere ac moderari voluerit. Porro sitis trita est hynedoche in nomine Panis: nam sub eo Hebrei comprehendunt omne genus alimenti. Hic verò latius etiā extenditur, neque enim tantu escam nobis porrigi Dei manus, sed quicquid ad transfigurandam vitam necesse farum est, nobis ab eo dari cupimus. Nunc selsus clarus est: primum iubemur orare ut Deus quam nobis in hoc mundo viā dedit tueatur ac foneat: & quia indiget multis subfidiis, ut ipse nobis sub ministret quicquid necessarium esse nouit. Iam quia Dei benignitas continuo tenore ad nos pacescens fluit, panis quem ministrat vocatur ἄρνος: hoc est superueniens. si enim interpretari licet. Tantudem ergo valet hoc nomen, acsi datum esset, Domine quum quotidie nouis aliñis opus habear vita nostra, ne assidue ea largiendo unquam fatigeris. Aduerbiū Hodie, vt paulo ante dixi, frāndæ nimis auditati additum est, ut discamus singulis momentis à Dei beneficentia pendere, & eo demenso cōtentī esse quod de die in diem (vt loquuntur) nobis suppeditat. Obiicitur tamen quæstio, Quam certum sit Christum

regulā orandi piis omnibus communem dedisse: ex eorum autē numero alij sunt annites qui repositam annoran habent, quomodo petere eos iubeat quod domi fux habent, & petere in diem quod abunde illis in annum vñque suppetit. Solitudo facilis est: monemur enim his verbis, nisi quotidie nos pascat Deus, nihil fore quamlibet anno non congeriat. affluat hinc triticum, vinum & reliqua omnia, nisi arcana Dei benedictione irrigetur, derepeste euaneat, vel aufereatur corum vas, vel excidet quæ illis ingenita est vis ad nos alegendos, vt famelici in nostra copia simus. Quare non mirum est si Christus diuites & inopes prouinciæ ad coelestem nutriciū inuitet. Ceterū nemo ita ex animo precebitur nisi qui didicrit, Pauli exemplo, esurire & abundare, vt suam inopiam vel tenetiam, in aquo animo toleret, nec letalaci abudatæ suæ fiducia inebriet. Si querat quispiam, quomodo panem, quem tam vocamus nostrum, petemus nobis dari. Respondeo vocari non quod iure debeatur, sed quia paterna Dei benevolenta in suum nostrum delimitatus est. Itaque eo ipso noster efficitur, quod eum coelestis Pater, ne desit nostris necessitatibus, gratuitò nobis donat. Collendi quidem sunt agri, iudicandum in colligendis terræ fructibus, lubeundus est cuique & ferendus vocationis suæ labor, vt sibi victu queratur: id hoc non obstat quin gratuita Dei bencientia palcamur, sine qua fruita se homines laboribus conficerent. Itaque illi acceptum ferre docemur quicquid videtur industria nostra esse quæsum. Similiter ex hoc verbo colligere licet, Diuinitus pasci cupimus, alieno esse abstinentem. se enim nihil nisi quod suum vocare possit, appetere testantur omnes Dei alumni quoties hac precandi forma vntur.

12 *Remite nobis debita*) Hic memoria repetere conuenit quod nuper dixi, Christū in digerendis fuorum votis non spectat, quid prius aut posterius ordine est. Nā quām scriptum sit peccata nostra instar maceris esse, quæ nos à Dei accessu prohibeant: & instar nubis, quæ impeditur eius oculei ne nos respiciant: preces noltas sēper à peccatorū remissione ordiri necesse est: quia hinc prima spes exorādi. Dei affulget dū nobis propitius est qui non aliter nobis placatur quā peccata gratis ignoscendo. Ceterū duabus petitionibus complexus est Christus quæ ad æternā salutem animæ & spiritualē vitam spectabunt: sicuti hęc duo sunt præcipua capita Diuini sc̄deris, quibus tota salus nostra constat: quod nobis gratuitam reconciliationem offert, peccata nō imputando & Spiritū promittit, qui iustitiam legis cordibus nostris insculpat. Vtrunque ergo petere iubemur, & priore loco ponitur votū pro obtinenda peccatorum remissione. Peccata apud Matthæum vocantur debita quoniam reatu nos obstringunt ad Dei tribunal, & debitores cōstituant: immo à Deo proflus alienant, vt nulla spes sit obtinēde pacis & gratiæ nisi per veniam. Ita impletur quod docet Paulus, Reos 1. 2. 3. esse omnes, & destituti Dei gloriæ, vt omne os obstruant, & obnoxius fiat omnis mūdus Deo. Nā etiā in sanctis ex parte affulget Dei iustitia, quādiu tamen carne circundari sunt, peccatis onerati iacent. Ita nemo reperiatur vñque adeo purus qui non indiget misericordia Dei: cuius si participes esse cupimus, miseriā nostram sentire necesse est: qui verò tantā sibi perfectionē in hoc mundo somniat, vt ab omni vitio & culpa sint immunes,

*Esa. 59. 4.
1. Cor. 4. 4.
2. 2.*

non tam peccatis valedicunt, quam ipsi Christo, à cuius Ecclesia fese abdicant. Nam quum discipulos omnes suos ad peccatorum remissionem iubeat quotidie confugere, ab eorum numero se expungit: quisquis supervacuum hoc remedium esse potat. Iam remissio, quam hinc nobis fieri optimus, satisfactionibus repugnat quibus se mundus redimere conatur. Neque enim remittere dicitur creditor quia accepta solutione nihil amplius exigit: sed qui vltro & liberaliter inre suo cedens, absoluiri debitorem. Neque hinc locum habet vulgaris illa culpa & pena distinctione. nec enim dubium est quin debita, pena reatum significantur. Hinc si nobis gratis remittitur, compensationes omnes euangelice oportet. Nec aliud est sensus Lucas, quanvis peccata nominet quia eorum veniam non aliter indulget Deus, quam reatum tollend. *Sicut ergo nos remittimus.*) Haec conditio ideo apposita est ne quis ad Deum perendere venire causi accedere audeat nisi omni odio pulsus ac vacuu. Neque tamen verius quam nobis dari pertinet, ab ea quam præstamus aliis, dependet: sed hoc modo ad remittendas omnes offendatas horum tri nos Christus voluit, & simul absolutionis nostræ fiduciari quia impremisso sigillo melius ratam facere. Nec oblitus quod apud Lucam habetur particula επιτηδεια, que tantundem valet ac Si quidem vel Etenim: quia Christi consilium non sicut causam notare: sed tantum in onere qualiter erga fratres animum afferre oportet, dum cupimus Deo reconciliari. Et certè si in cordibus nostris regnat Dei Spiritus, cessare oportet omnem malevolentiam & vindictam affectum. Quoniam autem Spiritus nobis sit adoptionis nostræ testis, videmus simpliciter hinc appositam esse notam quae Dei filios ab extraneis discernat. Debitorum hic vocantur non pecuniae, vel officij aliquius: sed qui ob illarum iniurias nobis sunt obnoxii.

13. *Et ne nos inducas in tentationem.*) Haec petitio perferam in duas à quibusdam secta fuit, quoniam ex reipla constet una & eandem esse, & verborum conexio idem demonstrat, aduersariam enim particulari quæ media ponit, duo membra inter se simul colligat, quod etiam prudenter expedit Augustinus. Sic igitur resoluti debet oratio, Ne in temptationem feranur, nos à malo redime. Summa autem est, quod propria infirmatis nobis conscienciam, Dei præsidio defendi nos cupimus, ut in expugnatis stetimus aduersus quilibet Satanæ machinas. Jam sicut ex proximo voto ostendimus, neminem celeri Christianum posse nisi qui se peccatis obstrictum agnoscat: ita ex hoc colligi mus, ad bene vivendum vires nobis minimè sufficiere nisi quatenus eas Deus suppeditat, quisquis

enim ad vincendas tentationes, Dei auxilium imploret, se ita ipso liberatore taretur habere opus, ne subinde labatur. Ceterum nomine Tentationis sapienter sumitur pro quaenam probatio, quo sensu dicitur tentatus à Deo fuisse Abraham quoniam ex iusta fuit eius fides. sic iam ad uestris rebus quoniam prosperis tentamus, quia hac occasione in lucem emergunt affectus qui prius latabant. Sed hinc notatur interior tentatio quæ diaboli flagellum aptè vocari potest, ad incitandam nostram concupiscentiam, absurdum enim esset à Deo petere ut nos ab omnibus fidei documentis immunes reddat. Ergo prauis omnes motus qui nos ad peccandum sollicitant, sub Tentationis nomine comprehenduntur. Quoniam autem fieri non potest quin tales in animis punctiones sentiantur, quia toto vita cursu continua est nobis cum carne militari: etiam tanquam à Domini non in temptationibus nos subiciat, vel obruca patiat. Ac quo melius exprimet Christus nos ad fiducias calus & ruinas proclives pendere nisi nos Deus manu sua sustineat: haec loquendi forma vobis est, Ne nos inducas in temptationem: vel ut alij vertunt, Ne nos inscras. Certum quidem est vnumquemque tentari à propria concupiscentia, quemadmodum docet Jacobus: sed quia Deus non modò Satana libidini nos permittit ut ignem concupiscentiae accendat, sed eo vitium ira & ministerio, quorū vult homines in exitium precipites agere, ipse quoque suo modo in temptationem inducit. Quo sensu dicitur Spiritus Dei malus arripuisse Saulem: & eodem tendente complures Scripturae loci, neque tamen propriea Deum vocabimus malorum authorem: quoniam homines mittendo in sensum reprobum, non confusam tyrannidem exercet, sed iusta sua iudicia, sicut arcana, exequitur. *Liberano à malo.*) Malum hinc tamen in neutrō quoniam masculino genere potest accipi. Chrysostomus ad diabolum refert, qui omnium est architectus, atque, ut infestus est salutis nostre hostis, assidue nos oppugnat, non minus tamen commode exponi poterit de peccato. Nec de eare emouendum est certamer: quia idem serè manet sensus, nos scilicet diabolo & peccato esse expositos nisi nos tueatur Dominus & eripiat. *Quia tuum est regnum.*) Mirum est hanc preceptionis clausulam, quia tam aperte quadrat, à Latinis fuisse omisiā. neque enim ideo solū addita est vi corda nostra ad experientiam Dei gloriam accendat, & admoneat quoniam esse debet votorum nostrorum scopus: sed etiam ut doceat, preces nostras quæ hic nobis dictatae sunt, non alibi quoniam in Deo solo fundatas esse, ne pro priis meritis nitamus.

M A T T H. VI.

14. *Si enim remiseritis hominibus peccata sua, remittet etiam vobis Pater cœlestis.*

15. *Quod si non remiseritis hominibus peccata sua, neque Pater vester remittet peccata vestra.*

M A R C. XI.

25. *Et quoniam steteritis orantes, remitte siquid habetis aduersus aliquem, ut & Pater vester qui in celis est, remittat*

26. *Quod si vos non remiseritis, nec Pater vester qui in celis est, remittat vobis peccata vestra.*

L V C.

Hic tantum exponit Christus quorsum apposita fuerit illa cōditio, Remitte nobis sicut nos remittimus: nepe Deū nō aliter fore nobis exorabilem

nisi nos etiā præbeamus faciles ad dandā veniam, si qui nos læserint. Et certè nisi plusquam ferri sumus, mollire nos debet hęc exhortatio, ut placabilis si-

les simus ad remittendas offensas. Nisi quotidie varia peccata condonet Deus, scimus nos innumeris modis perire, atque non alia lege ad veniam nos admittit, nisi fratribus ignoscimus quicquid

in nos peccant. Se igitur vltro quasi deo, s. animis exitio addicunt, & data opera Deum sibi reddunt implacabilem, qui illatas tibi iniurias obliuisci nolunt.

MARC.

LVC.

16 Porro quum ieunaueritis, ne sitis veluti hypocrita tetrici. defor-
mant enim facies suas, quo perspicuum sit hominibus ipsos retinare. A-
men dico vobis, habent mercedem suam.

17 Tu vero quum ieunas, vngue caput tuum & faciem tuam laua:

18 Ne conspicuum sit hominibus te ieunare, sed Pater tuo qui est
in occulto: & Pater tuus qui videt in abdito, reddet tibi in propa-
tulo.

Iterum redit ad superiorem doctrinam, quum enim vanam ostentationem in elemosynis & precibus reprehendere cœpisset, legitimam orandi regulam interposuit. Nunc de ieunio idē suis præcipit quod prius de precibus & elemosynis: ne scilicet tantopere scriuere theatro studiat, quā Deum habere operum suorum testem. Porro quod caput vngere & faciem lauare iubet, hyperbolicum est. neque enim Christus ab una specie hypocritos ita nos retrahit, vt in alterā inducat. Non ergo similare lauditas iubet: neque ita nos hortatur ad virtus réperiantiam, vt delicias in vnguentis & vestitu indulget: sed simpliciter nos hortatur ad tenendum moderationem, in qua nihil sit vel nouū vel affectatum: ac si dicere ita ieuniis vacandum esse, vt in consueta vita ratione

nihil mutemus. Quod ieuniis mercedem à Deo promittit, impropria est h. quatio, sicut paulo antē de precibus dictum est, quanquam inter preces & ieunia magnum est discrimen, ille enim inter officia primatum tenet: ieunium verò per se opus medium eit: non autem ex corum genere quæ Deus requirit & probat, vt sunt elem. ofynæ. Placet autem duntaxat, quatenus resurgent in aliis fineis: necum vt nos ad abstinentiam exerceat, vt subigat carnis lasciuia, vt ad studium orandi nos inflammet, vt testimonium sit pœnitentia nostræ, quoties Dei iudicio vrgemur. Sensus ergo verborum Christi est, Deus aliquando pœnitentiam sibi placuisse quæ videbantur perisse bona opera, quod hominum oculos fugerant.

MATT. VI.

19 Ne reponatis vobis thesauros in terra ubi erugo & tinea delet, ubi fures perfodiunt ac furantur.

20 Sed recondite vobis thesauros in celo, ubi neque erugo, neque tinea delet, & ubi fures non perfodiunt, neque furantur.

21 Nam ubi fuerit thesaurus vester, illuc erit & corvestrum.

19 Ne reponatis.) Peccatis hæc capitalis passim regnat in mundo, vt homines inexplibili habèdi cupiditate inficiantur. Eos verò stultitiae coarguit Christus, quod opibus magna cura congestis suā felicitatem vermis & erugini posseunt, futurisque exponunt in prædam. Quid autem rationi minus cōsentaneum est quā: bona sua locare vbi vel sponte pereat: vel rapiantur ab hominibus? Hoc quidem non cogitant aurari: opes enim suas includent arcis bene obscuratis: effugere ramen nequeunt quin furibus vel tineis obnoxiae sunt sue diuitiae. Cæci igitur & recto sensu priuati sunt qui tanto labore tantaque molestia inhabit congerendis opibus, que vel putredini, vel rapi- nis, vel aliis mille fortuitis casibus subiectæ sint: prefertim quum Deus locum thesauri in celo reponendi nobis comindonet, & ad diuitias quæ nūquam pereunt possidentas benignè inuitet. Thesaurum autem suum in celo reponere dicuntur qui expediti huius mundi laqueis, curas suas & studia ad celestis vita meditationem conferunt. Apud Lucā non exprimitur antithesis, & diversa

MARC.

33 Vendite que possidetis, & date elemosynam. Parate vobis sacculos, quæ non veterascunt, thesaurum non deficitem in celis, quod fur non accedit, neque tinea corrumpit.

34 Vbi enim fuerit thesaurus vester, ibi & corvestrum erit.

LVC. XII.

occasio notatur quare iubeat Christus parari sacculos qui non veterascunt. dixerat enim, Vendite quæ possidetis, vt datis elemosynam. Iū quia durum est atque acerbum hominibus se propriis facultatibus nudare, euandæ huius molestiae causa amplam & magnificam spē compensationis proponit, quod scilicet thesauros sibi in celo reponant, qui in terra subuenient fratrum cœlestis, iuxta illud Solomonis. Qui erogat pauperi, foeneratur Domino. Ceterum quod de possessionibus vendendis præcipit, non ita præcisè vrgendū est quia fas non sit Christiano homini quicquam sibi reliquum facere, tantum docere voluit, nō ea- tenus modò largiēdum esse pauperibus, vt quod nobis superfluum est, ad eos redundet: sed ne fūdis quidem parcendum esse si pauperum necessitatī non sufficiat redditus qui ad manum est, ac si dixisset, Liberalitas vestra etiam usque ad patrimonii diminutionem & agrorum alienationem se extenderat.

21 Vbi fuerit thesaurus vester.) Hac sententia cōuincit Christus miseris esse homines, qui the- sauros

fauros suos in terra repositos habent: quia feliciter caduca sit & euanida eorum felicitas. negant enim se impediri avari quominus corde in celum aspirent. sed Christus axioma opponit, quod vbi cunque summum bonum homines esse fingunt, illuc sunt impliciti & affixi. Hinc sequitur, celo renuntiare qui in mundo felices esse appetunt. Scimus quam accuratè disputarint philosophi de summo bono, inquit hoc illis precipuum fuit caput in quo sudarunt: neque immerito: quandoquidem tota inde vita formandæ ratio dependet, atque huc referuntur omnes sensus. Si censetur honor summum bonum, necesse est ut mentes humanas penitus occupet ambitio: si pecunias, avaritia protinus regnum inuadet: si voluptas,

fieri non poterit quin homines ad brutam indulgentiam degenerent. naturaliter enim omnes ad expetendum bonum ferimur, ita fit ut nos falsæ imaginationes huc illuc abripiant. Quod si nobis probè & seriò persuasum esset, felicitatem nostram in celo esse, facile esset calcato mundo, despiciisque terrenis bonis (quorum fallaces illecebra maiorem hominum partem fascinant) in celum descendere. Hac ratione Paulus, dum in sublime attollere vult fideles, &hortari ad celestis vita studium, illis Christum proponit, in quo solo querenda est solida felicitas: acsi dicaret, Absurdum esse & indignum ut in terra subsident eorum animæ quorum in celo esset thesaurus.

MATTH. VI.

22 *Lucerna corporis est oculus. si igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.*

23 *Quod si oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Ergo si lumen quod est in te, tenebra sunt, ipsa tenebra quantæ?*

24 *Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim hunc habebit odio, & alterum diligenter: aut huic adhæredit, & alterum neglegit. non potestis Deo seruire & mammonæ.*

MARC.

LVC. XI.

34 *Lucerna corporis est oculus. quum igitur oculus tuus fuerit simplex, totum quoque corpus tuum lucidum erit. quod si malus fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.*

35 *Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebra sint.*

36 *Si ergo corpus tuum totum fuerit lucidum, non habens aliquam partem tenebrosum, erit lucidum totum, ut quum lucernaf. Igore illuminas te.*

LVC. XVI.

13 *Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim unum odio habebit, & alterum diligenter: aut unius adhæredit, & alterum contemnet. non potestis Deo seruire & mammonæ.*

22 *Lucerna corporis est oculus.)* Tenendum memoria est quod prius monui, concisas hic referri sententias, non autem perpetuam esse cōcionem. Summa porrò huius sententiae est: Socordia errare homines, quia intenti non sunt, ut decebat, in rectum scopum. vnde enim sit ut turpiter vagentur, vel impingant, vel labantur, nisi quia corruptio iudicio, dum suis libidinibus quam Dei iustitiae obsequi malunt, non modis suffocant rationis lucem, quæ eorum vitâ regere debuerat, sed prorsus in tenebras concurunt? Similitudine autem vititur Christus, oculum totius corporis lucernā vocans. ac si diceret, Quum homines ambulant, neque manus, neque pedes, neque ventrem regēdā via p̄fesse, sed vnum oculum sufficere ducē reliquis mēbris. Ergo si temerè scrantur manus & pedes quod minime cōuenit, erroris culpa oculis erit imputanda, qui officium non faciunt. Nūc ad animalia transferēda est similitudo. singuli affectus quēdam sunt veluti eius membra: sed quia per se cæci sunt, directione opus habent. Iam Deus rationem indidit quae eos in ordinem congregat, & lucernæ polleat officio ad vitam monstrādam. Quid autem plerunque fieri solet? Nempe homines qui cūdā sanæ mentis datum erat sponte corrumpunt ac perverunt, ut ne scintilla quidem vna lucis residua maneat. Oculum simplicē vocat qui nec lema aliqua obiectus, nec lippitudine infectus est, nec alio vitio laborat. ὅτινος ē ac

cipit pro vitioso. Corpus lucidum, quod illumina tur ut actiones suas habeat ritè compositas. Tene brosum verò, quod confuso motu in varios errores fertur. Videmus ergo (quemadmodum iam dixi) his verbis coargui hominem ignoriam, qui mentis oculos aperte negligunt ad gubernādos suos affectus. Quod autem hinc colligunt Papistæ, pollere ratione & prudētia homines, ut libera sit illis boni & mali electio: fruolū est, neque enim Christus, qua facultate p̄dicti sumus, hoc loco disserit, sed quomodo nos ambulare deceat, ut scilicet in certum aliquē scopum sumus intenti. Ac simul docet, totū humanæ vitæ cursum ideo tenebrosum esse quia nemo rectum finem sibi proponeat, sed omnes sibi ad malum cupidē factandum indulgeant. Fateor quidem naturā ingenitam esse hominibus rationem qua discernant inter virtutia & virtutes: sed ita peccato virtutam esse dico, ut ad singulos passus deficiat. Inter ea non sequitur quin tenebras sibi sponte accersant homines, ac si clausis oculis oblatum lumen fugerent: quia scientes & volentes post suas concupiscentias ferruntur.

23 *Si lumen quod in te est.)* Lumen vocat rationem, quantulacunque in hominibus reliqua manet post lapsum Adæ. Tenebras autem crastos affectus & belluinos. Sensus est igitur, mirum non esse si tam feedē pecudum more in vitiorum luto se homines volentur: quandoquidē nulla est ratio

^{16a 19.d.15.} tio qua cæcas & tenebris carnis libidines regat. Lumen vero dicit in tenebras converti, non modò quum mēritis sua iudicium obrui sinū homines prauts carnis libidinibus, sed ingemū suū perueris cogitationibus dedentes, quasi in bellis degenerant. Videamus enim ut malignè ad astutiam deflectant homines quicquid datum erat prudentiè, vt sibi fodiunt profundas cogitationes quæ ad inodum dicunt Prophets, ut subterfugis suis frēti, proterè Deo insultent: denique innumeris modis ad te perdendos ingeniosi esse appetant. Quare non abs te pronuntiat Christus, hieri non posse quin horribiles & plusquam dēsæ tenebrae regent in vita, vbi homines data opera cœtiunt. Idem est sensus verborum quæ habentur apud Lucam: nisi quod sententiam hanc connectit illi Christus cum ea quæ prius exposita fuit Matthæi quinto capite, Neino lucernam accendit, & ponit eam in abscondito, &c. Deinde huius clausula loco, Si lumen quod in te est, tenebrae sunt, &c. exhortationem ponit. Vide ne lumen quod in te est, tenebrae sunt, acsi diceret, Vide ne mens tua, quæ instar lucernæ fulgere debuerat ad moderationas tuas actiones, totam vitam tuam obtenebat ac perierat. Postea subiicit, quum illuminatur corpus ab oculo, in singulis membris extare optima moderationem: sicut lumen ac censum diffunditur & penetrat in omnes cubiculi partes.

24 Nemo potest. Redit Christus ad superiorum doctrinam, ne in pte ut suos discipulos ab avaritia retrahat. Prius dixerat, cor hominis thesauro eius deuinctu esse & constrictum, nunc admonet alienati à Domino eorum corda qui se diuinitis addicunt. Delicias enim fallaci prætexu maior pars sibi facere solet, dum inter Dei & suas cupiditates partiri se posse fingit. Christus autem fieri posse negat ut quisquā Deo simul & carni sug obtemperet. Non dubium est quin proverbiū

tunc vulgo visitatum fuerit, Neminem posse dominis simul seruire. Quod igitur omnium opinione receperunt erat pro confesso sumit, atque ita ad præsentem causam accommodat, vbi regnum occupent diuitia, abdicari Deo suum imperium. Non est quidem impossibile Deo seruire qui diuities sunt: sed quisquis diuitias in seruitate tradit, à Deo se emanciper est necesse: quā doquidem diaboli mancipia nos avaritia semper reddit, quod alibi retetur à Luca, in hunc cōtextum inferi: quia quum sparsim, vt fert occasio, Euangelistæ ex Christi doctrina sententias in alienos locos transferant, nobis nulla esse debet religio eos i. ter se aptare. Ceterum quod specia liter de diuitiis hinc dicitur, ad alia omne genus virtutis rite extendi potest. Quā Deus tantopere sinceritate in vbiisque commendet, duplex autem cor abominetur, eos omnes falli qui ipsum dimidita cordis sui parte contentum fore putant. Etenim tenet quidem omnes esse orationem verè coli Deum nisi integrum affectus: sed re ipsa negant, dum conciliare student res inter se contrarias. Non desinam, inquit ambitionis, Deo seruire, quanvis ad venandos honores bonam ingenij mei partem applicem. Idem avari, voluptuosi, trapulæ dediti, libidinosi, crudeles, pro se quisque factant, quasi verò possibile sit Deo ex parte seruire quos ex professo contra eum bellare patet. Verum quidē est, fidèles ipsos nunquam ita in solidum additæ, seilē Dei obsequio quin retrahantur subinde vitiis carnis cupiditatibus. Sed quia gemū sub hac misera seruitute, vbiisque displicent, nec aliter carni seruiunt quām inuiti & reluctantess: non dicuntur duobus dominis seruire: quia perinde probantur eorum studia & conatus Domino: ac si integrum illi obedientiam præstarent. Hinc autem refellitur eorum hypocrisis qui sibi in vitiis blandiuntur, acsi lucem tenebris possent coniungere.

MATTH. VI.

25 Propterea dico vobis ne sis solliciti animæ vestre quid esuri sis atque bibit, atque corpori vestro quibus indumentis vsuri: nonne anima pluris est quam cibis, & corpus pluris quam indumentum?

26 Refrigescite ad volatilia cœli qui non serunt neque metunt, neque colligunt in horrea, & Pater vester cœlestis alit illa. nonne vos longè præcellitis illis?

27 Quis autem vestrum anxie curando potest addere ad staturam suam cubitum unum?

28 Ac de indumento quid solliciti estis? cognoscite lilia agri quomodo crescunt: non laborant neque nent.

29 Dico autem vobis ne Solomonem quidem in uniuersa sua gloria sic amictum fuisse ut unum ex his.

30 Quod si gramen agri quod hodie est, & cras in cibarium mittitur, Deus sic vestit, annon multo magis vos: o exiguae fidei!

MARC.

LVC. XII.

22 Dixitque ad discipulos suos, deo dico vobis, ne solliciti sis animæ vestre quid edatis, neque corpori quid indumentini.

23 Anima pluris est quam esca, & corpus pluris quam indumentum.

24 Considerate coruos quia non seminant neque metunt, qui bus non est pennariū neque horreum, & Deus pascat illos: quanto magis vos præstatis volucribus?

25 Quis autem nostrum soliditatem curando potest adicere ad staturam suam cubitum unum?

26 Si ergo ne id quidem quod minimum est potestis: quid de caseris solliciti estis?

27 Considerate lilia; quomodo crescunt: non laborant neque nent. dico autem vobis: nec Solomon in uniuersa gloria sua vestiebatur sicut unum ex iis.

28 *Si autem gramen quod hodie est in agro, & cras in cibarium missetur, Deus sic veretur quanto magis vos o' exiguae fidei?*

Hoc toto sermone Christus nimis anxiam vietum & vestitus curam qua se homines excruciant, reprehendit, ac simul curando huic morbo remedium adhibet. Quod sollicitos esse vetat, non ita praeceps sumi debet ac si omnem suis curam eximeret. Scimus enim ea lege natos esse homines ut aliquid curae sustineant: unde hec non ultima est pars misericordiarum quas Dominus nobis in peccati iniuriam vt nos humiliaret. Sed immodecum curam damnat ob duas causas: quia scilicet ea se frustra macerant homines & torquent, fatigando plus quam liceat vel ferat eorum vocatio: deinde quod i sibi plus sumunt quam oportet, ac propria industria freti, Deum inuocare negligunt. Tenet igitur illa promissio, Quoniam increduli sed etiā cubitum ibunt, manū surgent, & coquedent panem doloris, fideles quiete & somno per Dei gratiam potituros. Ergo filii Dei quoniam à labore & cura immunes non sint, propriè tamen non dicuntur esse solliciti de vita, quoniam in Dei prouidentiam recumbendo, tranquille quiescent, Hinc colligere promptum est quatenus habenda sit vietus cura, ne mēre ut labores quisque nostrū quantum fert sua vocatio, & Dominus præcipit: deinde ut sui quenque necessitas ad Deum inuocandum sollicitet. Talis cura inter sp̄im in securitatem & supereruacuas crucias quibus se conficiunt increduli, media est. Quod si probē expandimus Christi verba, non quoniamlibet curam nobis interdicit, sed quia ex diffidentia nascitur. Nolite, inquit, solliciti esse quid edatis aut bibatis, id verò præcipuum est eorum qui in opere & defectus metu trepidant, ac si illis in singulari momenta defuturus esset cibus.

25 *Nōne anima, Ratiocinatur à maiori ad minus. Veruerat nimium curare quomodo tollari possit vita: nunc rationem subiicit, Dominū qui vitam ipsam donauit, minimè paſſum ut quæ ad eam sustinendam pertinet subsidia nobis desint. Et certè non levem facimus Deo iniuriam quoties diffidimus ne vietus aut vestitus nobis suppetat, quasi nos fortuitò in terram proceret. Quisquis enim certè persus est eum minime latere qualis sit conditio vita nostræ, cuius ipse est autor, non dubitat quoniam eius necessitatibus optimè consulat. Ergo quoties de vietu metus aliquis vel sollicitudo obrepit, meminerimus Deo curae vitam nostram fore quam nobis donauit.*

26 *Ratiocinete ad volatilia. Hoc est quod dixi remedium, ut scilicet in Dei prouidentiam recumbere discamus, omnium enim curarum quæ modum excedunt, mater est infidelitas. Ideo unica corrigenē avaritia ratio est, si Dei promissiones amplectimur quibus se testatur habiturum curam nostri. In huc modum Apostolus retrahere fideles ab avaritia volens, eam doctrinam confirmat, quia scriptum sit: Non deseram, neque despiciam. Summa ergo est, quod nos ad fidendum Deo, hortatur, qui nullos ex suis, quamlibet contemptibiles negligit. Diligenter no-*

tandum est quod Patrem cœlestem dicit volatilia alere. Etsi enim non sine miraculo vitam sustentant, quotusquisque tamen nostrum reputat inde pendere eorum vitam quod Deus suam prouidentiam ad ipsa usque extendere dignatur? Quod si penitus animis nostris infixum sit subministrari Dei manu alimenta volucribus, facile erit de nobis sperare qui ad eius imaginem fumus conditi, & qui inter eius filios censemur. Quoniam dicit volatilia non serere neque merere, his verbis nos ad otium & pigritiam minimè inuitat: sed tantum intelligit, etiam si cesserent omnia subfida, nobis vna Dei prouidentiam sufficere, quæ abunde animalibus suppeditat quicquid opus est. Lucas pro Volucribus, Coruos ponit, alludens forte ad locum illum Psalmi, Qui dat escam pulchram coruorum inuocantibus eum. Davidem vero quidam exstimat nominatim ideo loquutum est de corvis, quod quoniam eos statim deserant patres & matres, necesse est Diuinus alimenta illis offerri. Hinc patet non aliud volo usus Christum quam ut suos doceret, curas suas in Deum reuocere.

27 *Quis autem vestrum anxie curando. Hic aliud vitium damnat Christus quod ferè semper implicitum est cum immodica vietus cura: nempe quod sibi suprà quam licet usurpans mortalis homo sacrilega temeritate fines suos transfilire non dubitat. Scio (inquit Ieremias) quod non est hominis via eius, nec viri ut dirigit gressus suos. Atqui vir centesimus quisque repperit qui non quidvis sibi de propria industria aut virtute promittere audeat. hinc fit ut posthabito Deo, quiduis etiam machinari non dubitem qui sibi arrogant prosperos rerum eventus. Hanc insaniam audaciam ut cohipeat Christus, quicquid ad vita nostræ sustentationem pertinet a sola Dei benedictione penderre dicit. Perinde enim est ac si diceret, stulte se fatigare homines, quando supereruaci sint omnes labores & irriti, profectu careant omnes cura, nisi quatenus illis Deus benedicit. quod clarissimus exprimitur apud Lucam, quoniam addit Christus. Si ne id quidem quod minimum est potestis, quid de ceteris estis solliciti? Nam ex illis verbis latet constat non solam diffidentiam argui, sed superbiam, quod homines sua solertia multo plus quam par sit arrogent.*

28 *Ne Solonem quidem in tota gloria. Sensus est, quæ in herbis & floribus reluet Dei benignitas, superare quicquid suis opibus, potentia, vel alio quoquis modo homines possunt: statuāt fideles nihil sibi ad perfectam copiam defore, quoniam desint omnis adminicula, modò vna vigeat Dei benedictio. O exiguae fidei. Non ab re hac in parte defectum vel imbecillitatem fidei Christi accusat, quo enim magis præsentis vita cura pro ingenij nostri crassitate afficiuntur, eò se magis prodit nostra infidelitas, nisi omnia ex voluntate suppetant. Itaque permulti qui in rebus maximis tolerabili saltem fide prædicti videntur, ad inopiat periculum expaufescunt.*

MATTH.

COMMENT.

95

MATTH. VI.

MARC.

LVC. XII.

31 Ne sis solliciti, dicentes,
Quid edemus aut quid bibemus
aut quibus operiemur?

32 Nam omnia ista Gentes
exquirunt, non ita enim Pater ve-
stercælestis quod opus habeatis
his omnibus.

33 Quia potius querite pri-
mum regnum Dei, & iustitiam
eius, & hæc omnia adiicientur vo-
bis.

34 Ne sis igitur solliciti in
crastinum: nam crastinus dies cu-
ram habebit suipsum, sufficit sua
dei afflictio.

29 Et vos nolite querere quid esuri sis, aut
quid bibiuri, & nolite in sublime tolli.

30 Hac enim omnia gentes mundi querunt.
Pater autem vester novit quod istis opus habeatis.

31 Quia potius querite regnum Dei, & hæco-
mnia adiicientur vobis.

32 Noli timere pusille gressus, quia complacitum
est Patri vestro dare vobis regnum.

Idem qui superioris doctrinæ scopus est: ut fi-
deles paterna Dei cura confisi, & quæcumque sibi
necessaria esse sentiunt ab eo sperantes, superna-
cua anxietate se non exructant. Sollicitos etsi ve-
tar, vel querere, sicuti habet Lucas: nepe eorum
more qui huc & illuc circunspiciunt, omnis Dei
respectu in quem vnum intentos esse decebat, ne
que vñquam quiescant nisi vbi sub oculis apparet
annone copia: imò qui Deo nō tribuentes tuen-
di mundi officium, assidua inquietudine altuant
ac vexantur. Quum dicit gentes omnia ista qua-
tere, exprobant nimis crastinam inficiat, vnde ma-
nent tales omnes curæ, vnde enim sit ut nunquā
tranquillo in statu relideant increduli, nisi quod
Deum fingunt otiosum in celo dormire, vel sal-
tem non propicere rebus humanis, vt quos in fi-
dem suam suscepit, in star familiæ sua pascat? Ita
hac comparatione significat male profecisse, nec
ad huc prima tenere pietatis rudimenta quicquid
occulta bonorum omnium copia refertam Dei
manu in fidei oculi nō aspiciunt, vt placide ac se-
dati animis victum inde expectent. Pater, inquit,
cælestis nouit vos ictis indigere, quasi dicer eos
omnes qui tantopere de victu sunt anxijs, Paterne
Dei bonitati & arcana prouidentia nihilo plus
deferre honoris quām incredulos.

33 Matth. Querite primum regnum Det.) Alio
argumento coercet nimiam victus curam, nam
ea crassum & socordem animæ cælestisque vitæ
neglectum arguit. Hoc ergo præposteriorum esse
admonet Christus, quod se homines, ad melio-
rem vitam natu, prorsus in rebus terrenis occupant. Quisquis autem primum gradum tribuet
regno Dei, non nisi moderatè in vietu curando
se exercebit, neque enim quicquam aptius est ad
frænandam carnis lasciviam, ne in vita præsentis
cursi exultet, quām cælestis vitæ meditatio. Iu-
stitia nomen tam ad Deum quām ad regnum
eius referri potest. Scimus enim regnum
Dei iustitia, hoc est spirituali vitæ nouitate, con-
stante. Quum pronuntiat reliqua adiectum iri, si-
gnificat, que presentem vitam spectant, eile quasi
secundas accessiones, atque ita debere infra Dei
regnum subsistere.

32 Luc. Noli timere pusille gressus.) Hæc sententia si-
duciā ad quā s̄ os hortatus erat Christus confir-
mat. Quonodo enim vilē & caducum cibum ne-
garet Deus suis, quos adoptauit in regni sui hæ-
redes? Ac disertè pusilli gregis nomine compellat
fuos, ne ideo se minoris apud Deum fieri purent
quod coram mundo ob suam paucitatem nihil es-
timantur. Verbo ἐστοεῖ significat ex gratitate
misericordie fonte nobis fluere vitam aeternam.
Huc quoque accedit Donandi verbum. Quā vē-
rō palam testetur Christus, Deum nobis regnum
dedisse, neque alia de causa nisi quoniam ita illi
placuit: hinc plusquam manifestum est, nullis o-
perum meritis acquireti. Proinde quories in spem
æternæ vitæ nos Dominus erigit, meminerimus
non esse de quotidiano vietu timendum.

MATTH. VII.

MARC.

LVC. VI.

1 Nolite iudicare, ne iudicemini.

2 Quo enim iudicio iudicatis, eo iudicabitur de-
vobis: & qua mensura metimini, ea remetetur vo-
bis.

III.

24 Qua mensura metimini, ea remetetur vo-
bis, & non condemnabimini: re-
mitte, eadem remittetur vobis.

3 Cur autem vides festucam que est in oculo fratris tui, strabem verò que est in oculo tuo non animaduertis?

4 Aut quomodo dices fratri tuo, Sine eximam festucam ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo?

5 Hypocrita eiice prius trabem ex oculo tuo, & tunc perspicias ut eximas festucam ex oculo fratris tui.

remetie-
tur vobis.

38 Date, & dabitur vobis. Mensuram bonam & consertam & concussam atque exundantē dabunt in simum vestrum, eadem quippe mensura qua metimi remetetur vobis.

41 Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem que in oculo proprio est non animaduertis?

42 Aut quomodo dicere posset fratri tuo, Frater sine eiiciā festucam que in oculo tuo est, ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, eiice primum trabem ex oculo tuo, & tunc perspicias ut eiicias festucam que est in oculo fratris tui.

1 Nolite cogitare. His verbis præcise nō prohibuit Christus à iudicando: sed morbus qui omnibus sc̄rè ingenitus est, sanare voluit. Videmus enim ut omnes sibi indulgeant: quisque autem in alios seuerus sit censor. Et quædam est huius vitij dulcedo, vt neminem sc̄rè non titillat cupiditas in aliena vita inquirendi. Patentur quidem omnes malum esse intolerabile, quod tamen nisi gni sint erga fratres qui sibi in propriis virtutis ignoscunt. Atque id etiam multis prouerbiis danarunt olim profani homines: omnibus tamen seculis obtinuit, & hodie quoque obtinet: in modo accedit altera peccatis deterior, quod bona pars alios dānando, peccandi licentiam vult acquirere. Hanc prauam mordendi, carpendi, obrectandi libidinem cohibet Christus, quū dicit, Nolite iudicare. Neque enim cœcūtū debent fideles vt nihil discerant: sed tantum sc̄ipios frænare, ne cupidius iudicent quām par est, sicut enim aliter non potest quin modum rigor excedat quisquis iudicium sibi de fratribus appetit. Talis est locutio apud Iacobum, Nolite plures esse magistri. Neque enim fideles absterret vel retrahit, ne docendi partibus fungantur: sed ambitiosè appetere honorem vetat. Iudicare ergo hoc loco tātundem valer ac curiosè inquire in aliena facta. Hic autem morbus primū iniquitatem secū perpetuò trahit, vt lege aliquod delictum non secū atque grauissimum crimen damnamus: deinde erumpit in peruersam audaciam vt superciliosè de re qualibet sinistrū feramus iudicium, etiam si in bona partem accipi poterat. Videmus nunc quorūsum tendat consilium Christi: nescilicet nimis cupidi, vel morosi, vel maligni simus, vel etiā curiosi in iudicādis proximis. Qui autem iudicat ex verbo & Lege Domini, & iudicium suum ad charitatis regulam exigit, semper à sc̄ipio initiuī censuræ faciens, ille rectum iudicandi modum & ordinem seruat. Unde apparet quām perperam hoc testimonio abundantur qui eius moderationis, quām Christus cōsiderat, prætextu omne boni & mali disserimen ē medio tollere cuperent. Atqui peccata omnia damnare non modo nobis licet, sed etiam neesse est: nisi velimus Deo ipsi obstrepare, in modo eius leges abrogare, rescidere iudicia & everttere eius tribunal. Vult enim eius, quām de hominum factis pronuntiat, sententia nos esse præcones: itā-

tum ea modestia inter nos colenda est vt ipse unicus maneat Legislator & iudex. Ne indicemini. Pœna denuntiat rigidis iuris censoribus qui tantopere aliorum vitia excutere affectant: futurum sc̄ilicet vt nihilo humanius ab aliis tractetur, sed vicissim eundem in se rigorem sentiat quā exercuerint contra alios. Ut nihil nobis fama nostra charius est vel pretiosius, ita plurquam acerbum est damnari ac subiici hominum probris & infamia. Atqui nostra culpa nobis accessitus hoc ipsum à quo tantopere natura nostra adhorret, quotus enim quisque est qui nō acutius disquirat in aliorum facta quām par sit, qui non durius succenseat Ieūibus delictis? qui non morosius improbet quod per se mediū erat? Hoc autē quid aliud est quām Deum quasi data opera prouocare in nos vt ore, vt paria rependat? Tametsi autem hoc fit iusta Dei vindicta, vt vicissim plectantur qui alios iudicantur: hanc tamen pœnam Domini per homines exequitur. Nam quod Chrysostomus & alij quidam ad futurā vitam restringunt, coactum est. Quemadmodum enim minatur Iesu 164.33. saias prædicti futuros qui alios predati fuerint: ita in tecligit Christus non before vindices qui homines iniquos & maleficos similiter virulentia vel rigore puniant. Quod si cessabunt homines vt pœnam effugiant in mundo qui damnadis fratribus nimis cupidè intenti fuerint, nō tamen effugiet in dictū Dei. Apud Lucā apponitur etiā premissio Remittite, & remittetur vobis, Date, & dabitur vobis, cuius sensus est, facturam est Dominum vt qui se facilem, humanum & æquum præberit fratribus, eandem sentiat erga sc̄eletūtiam aliorum, & benignè & amicè ab ipsis tractetur. Quod autem sepe contingit filiis Dei pessimam rependi mercedem, vt multis iniustis calumniis premantur, quām tamen nullius famam leserint, imò pepercident fratrū virtutis, cū hac Christi sententia non pugnat, nam quae ad presentem vitam spectant promissiones, eas scimus non esse perpetuas, nec exceptione carere. Deinde quamvis Dominus ad tempus innocētiam suorum dignè premi & propromodum obrui finat: simul implet quod alibi dicit, vt refuleat eoru integritas in statu auroræ, ita se per eminer cūs benedictio supra iniustas colūnas, sic enim fideles subiicit indignis probris, quod eos humiliet, vt tādem

dein bonam eorum causam afferat. Adeo quod i-
pli quoque fideles, vt cuncti iludeant fratribus, suis
equitatem præstare, tamen immodico rigore
interdum feruntur contra fratres vel innoxios,
vel non adeo culpabiles, sicut in se provocant
simile iudicium. Certe quod mensuram confert
& exundantem non recipiunt, quia inquam ingratia-
tum imputandum est, sibi tamen ex parte acce-
ptum ferre debent: quia nemo est qui tam libera-
liter ut decebat fratres suos foueat.

3 Cur autem vides festucum. Nominatum virtus

pestringit, quo communiter laborant hypocri-
tae. Nam quin plus oculati sunt in cernendis alio-
rum vitis, & canon severè modò, sed ferè tragice
ampli licet, sua ipsorum peccata recensuit post
tergum: vel ita ingeniosi sunt in illis extenuandis,
vt videri copiant etiam in crassissimo quoq; sce-
leto excusabiles. Ergo vtrumque malum repre-
hendit Christus: minima perspicaciam qua ex de-
fectu charitatis nascitur, dum nimis scrupulose
excutimus fratrum vitia, & indulgentiam qua pec-
cata nostra tegimus & fouemus.

M A T T H . VII.

*6 Ne detis quod sanctum est canibus: nec proiecatis margaritas vestras
ante porcos: ne quando bi concilcent eas pedibus suis, & illi versi lace-
rent vos.*

M A R C . L V C .

Cor. 2. 16. *6 Ne detis quod sanctum est? Non est quod si-
plus iterum concilias referri sen. Elias à Matthæo,
& quæ vno contextu minimè legentur. Ne-
que enim cohæret hæc doctrina cum proximo
sermone: sed protius separata eit. Admonet enim
Christus Apolitos, & sub eorum persona omnes
Euangelij doctores ut caelestis spientis thesa-
rum solis filii Dei conseruent, non autem pro-
ficiantur indignis & profanis Dei contemptoribus.
Sed hic oritur queſtiū: namq; olte iuſſit prædicare
Euangelium omni Creaturæ, & Paulus dicit eius
prædicationem reprobis mortiſerum odorem ef-
ſe, nec quicquam certius eſt quām Dei mandato
quotidie proponi incredulis in testimonio q. o
magis reddantur inexcusabiles. Respondaco,
Quia non possunt Euangelij ministri, & qui-
cunque ad docendi munus vocati sunt, inter filios
Dei & porcos discernere, eorum eſſe partes
omnibus promiscue offerri salutis doctrinam.
Nam quanvis initio multos videant prædictos &
indociles: non tamen patitur charitas eos statim
haberi pro deploratis, nam hoc tenendum eſt,
vocari a Christo canes & porcos, non quilibet
impurus homines, vel Dei meru vacuos, & vera
pietatis expertes: sed qui certis documentis per-
suicacem ostenderint Dei contemptum, ut mor-
bus incurabilis appearat. Alibi canes opponit
Christus electo Dei populo & domesticis fidelis,
quum dicit, Non eſt bonum sunere pane in filo-
rum, & dare canibus. Hic autem canes & por-
cos intelligit, qui impio Dei contemptu delibuti,
medicinam nullam admittunt. Hinc appetit quā
perperam torqueant Christi verba qui ab eo re-
stringi putant Euangelij doctrinam ad solos do-
ciles & bene præparatos. Quid enim fieri si nemini
canes &
cori qui
impurus homines, vel Dei meru vacuos, & vera
pietatis expertes: sed qui certis documentis per-
suicacem ostenderint Dei contemptum, ut mor-
bus incurabilis appearat. Alibi canes opponit
Christus electo Dei populo & domesticis fidelis,
quum dicit, Non eſt bonum sunere pane in filo-
rum, & dare canibus. Hic autem canes & por-
cos intelligit, qui impio Dei contemptu delibuti,
medicinam nullam admittunt. Hinc appetit quā
perperam torqueant Christi verba qui ab eo re-
stringi putant Euangelij doctrinam ad solos do-
ciles & bene præparatos. Quid enim fieri si nemini*

*Euangelium
Eugen. 1.*

Tim. 3. c.

11.

M A T T H . VII.

M A R C .

*7 Petite, & dabitur vobis: que-
rite, & inuenietis: pulsate, & aperietur
vobis.*

*8 Quisquis enim petit, accipit, &
quicunque querit inuenit, & pulsant
aperietur.*

*9 An quisquam eſt vestrum ho-
mo, qui, ſi filius eius petierit panem:
lapidem ſit daturus illi?*

*10 Aut ſi p̄fēc̄petierit, num fer-
tentem porrigit illi?*

L V C . XI.

*5 Et ait illis, Quis vestrū habebit amicū,
& ibit ad illum medianōctē, & dicet illi, Amice,
da mihi mutuō tres panes:*

*6 Quoniam amicus meus venit de via ad
me, & non habeo quod apponam illi.*

*7 Et ille intus reſpondens dicat, Noli mibi
moleſtus eſſe, iam oſtrum clauſum eſt, & pueri
mei mecum ſunt in cubili: non poſſum ſurgere
& dare tibi.*

*8 Dico vobis: etiamſi nō daturus ſit illi ſurges,
eo quod amic⁹ eius ſit: propter improbitatē tamē
eius ſurget, ac dabit illi quibusq; habet opus.*

i. j.

B

11 Si vos igitur quum
sitis mali, noscitis bona dona
dare filiis vestris, quantò
magis Pater vester qui est
in celis, dabit bona si pe-
stuleis ab ipso?

9 Et ego dico vobis, Petete, & dabitur vobis: querite, &
inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

10 Omnis enim qui petit, accipit: & qui querit, inuenit,
& pulsanti aperietur.

11 Quis autem ex vobis pater, à quo si filius petierit pa-
rem, lapidem dabit illi: aut si pescem, num pro pescce serpente
dabit illi?

12 Aut si petierit ouum, num porriget illi scorpium?

13 Si ergo vos quum sitis mali, noscitis bona dona dare filiis
vestris, quantò magis Pater vester celestis dabit Spiritum
sanctum poscentibus?

7 Petete, &c.) Exhortatio est ad precandum: &
quia in hoc pietatis exercitio, quod nobis prima
cura esse debebat, tam lenti sumus ac pigris, tribus
loquendi formis eandem rem vrgit Christus.
Neque enim superuacua est locutio, quum dicit,
Petete, querite, pulsate: sed ne frigeat simplex do-
ctrina, insistit in corpore nostro excitando. Eodem
spectant additæ promissiones. Inuenietis, dabitur
vobis, & aperietur. nihil est enim quod nos
me lius ad orandum animet, quām certa impetrandi
fiducia. necesse enim est defunctioni: tantum
orare qui dubitant: inīo inanis est ac lusoria cæ-
remonia, precatio sine fide. Inīo Christus, vt nos
efficaciter ad hanc officij partem extimulet, non
tantum præcipit quid facere nos oporteat: sed
promittit non irritas fore nostras preces. Atque
hoc diligenter notandum est: primū vt sciamus
hanc orandi legem nobis statui ac præscribi, vt
cerò persuasi simus nobis propitium esse Deum,
vt vota nostra exaudiat. Deinde quoties ad oran-
dum accingimur, vel quoties sentimus nō satis vi-
gere in nobis precandi ardorem, vt nobis in men-
tem veniat tam benigna initatio, in qua nobis
CHRISTVS de paterno Dei affectu testatur. Ita
fiet vt quisque nostrū fretus Christi gratia fiduciā
orandi concipiāt, & liberè audeat inuocare Deū,
sicut docet Paulus ad Ephes. cap. 3.c.12. Quia au-
tem plus iusto ad diffidentiā propensi sumus, hoc
quoque vitium vt corrigit Christus, promissionē
diuersis verbis iterat. Cæterum quārendi meta-
phora idēo vñus est, quod procul à nobis abesse
putamus, quæ vñus & necessitas nostra postulat:
Pulsandi verò, quod sensus carnis imaginantur
clausa esse quæ ad manum non suppetunt.

8 Quisquis enim petit, accipit.) Quidam prouer-
bialem sententiam esse putant ex communis vita
vñi sumptam. ego tamen lubentius in aduersam
partē inclino, quod Christus Patris gratiam pre-
cantib. offert: acsi dicerer, Deū vñtro ad nos exau-
diendos paratum est, modò preceum: expositas
nobis esse eius diuitias, modò petamus. Quibus
verbis significat eos ignauiax suæ iustas dare pœ-
nas, qui necessariis rebus destituti, hoc inopia
suæ remedium non quārunt. Certum quidem est
sepe quum dormiunt fideles, excubias Deum a-
gere pro eorum salute, vt ipsorum vota præueniat.
Nihil enim nobis miseriū, si in tanto, non dico
tempore, sed stupore, preces nostras expectet, si
in tanta nostra incogitania dissimulet. Inīo nō a-
liunde quā à seipso prouocatur, vt nobis fidē do-
nēt, quæ preces omnes ordine & tempore præce-
dit. Sed quis hī discipulos Christus alloquitur,
simpliciter admonet quomodo velit nos pater cœ-
lestis donorū suorum facere compotes. Ergo tamē
dein nostram exerceat, precari nos iubet vt peteti

bus concédat quæ nobis ex mera eius bonitate
fluent.

9 An quisquam vestrum est homo.) Comparatio
est à minori ad maius. Prīmò Christus malitiam
homínium immensam Dei bonitati opponit, nali-
guos autem nos reddit q̄iā avr̄i: quia dū sibi quis-
que plus satis addictus est, alios præterit ac negli-
git, atqui hoc virtū superat paternus anior, vt ho-
mines sui oblitū se in filios plusquam liberaliter ef-
fundant. Vnde autem id nisi quia Deus, à quo de-
scendit omnis paternitas, particulam suæ bonita-
tis eorum cordibus instillat? Quod si tantū ad be-
neficentia valent guttula, quid ab ipso mari inex-
hausto sperandum est? An restrictus esset Deus
qui hominum corda sic aperit? Interea tenendum
est illud Iesu: Et iāns mater filios obliviscatur,
dominum tanq; fore sui similem, vt se Patrem
semper exhibeat. Ephes. 4.19.

11 Bona dona.) Hoc cōsultō expressi Christus,
ne stultis prauis que desideriis precondabat
nimium laxent fideles. Scimus quanta sit in hac
parte carnis nostræ tam intemperies quā audacia,
nihil enim nobis non permittimus à Deo petere.
quod nisi morem stultitiae nostra gerat, aduersus
eum ferimur. Christus ergo vota nostra subiicit
Dei arbitrio, ne plus nobis largiatur quā vilē esse
nouerit. Quare ne putemus nullam illi esse nostri
curam quoties nostris desideriis non respondet:
qui penes ipsum est discernere quid nobis ex-
pediat. Iā verò quia cæci sunt omnes nostri affectus,
regula orandi ex verbo Dei petenda est, neque n-
ad rem tantam astinam idonei sumus. Ergo
quisquis cum exorandi fiducia accedere ad Deum
cupit, frānare cor suum discar, ne quid perat nisi ex
illius voluntate: sicuti admonet Iacobus Epistolæ
sue cap. 4.a.3. Lucas pro bonis in extremo mem-
bro ponit Spiritum sanctum, nō excludens alia be-
neficia, sed quid præcipiū perendū sit ostendens:
semper enim illud in memoriam subire debet,
Quārite primū regnum Dei, & alia subinde accē-
dent. Quare filios Dei, vt se ad ritè precandum cō-
parent, terrefrēs affectus exvere, & ad spiritualis
vita meditationē conscendere oportet. Sic fieri vt
victum ac vestitum posthabent adoptionis arrhæ
ac pignori: Deus autem ubi tam pretiosum the-
sauros dederit, minimè negabit alla minorā.

5 Luc. Quis vestrū habebit amicū.) Apud Lucā
additur hæc similitudo, cuius non meminit Matthæus. Sūma autē est, non esse cur animis fatigant
fideles si non statim potiantur suis votis, vel si im-
petrati videantur esse difficile quod postulat: nā si
inter homines rogandi importunitas extorquet
quod sponte non esset quis facturus, nō est quod
dubitamus exorabilem nobis fore Deum, si con-
stanter orando perstemus, nec animi nostri vel
mora vel difficultate flaccifant.

12 *Omnia igitur quacunque volueritis ut faciant vobis homines, sic & vos facite illis. hæc enim est Lex & Prophetæ.*

13 *Introite per arctam portam: quoniam latæ est porta & spatioſa via qua abducit in exitum: multisque sunt qui ingrediuntur per illam.*

14 *Quoniam angusta est porta, & stricta via qua abducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt illam.*

12 *Omnia igitur.) Superuacua est illatio, quemadmodum saepe in concisis sententiis particulae iste abundant. Dixi autem supra, non unam Christi concessionem referri à Matthæo: sed ex variis sermonibus suminam doctrinæ eius cōtexti. Seruum ergo legenda est hæc sententia qua discipulos Christus ad æquitatem instituit, brevènque & facilem eius definitionem ponit: vt sciamus non alia de causa tot inimicities regnare in mundo, ac tot modis homines iniurie libi esse noxiros, nisi quia scientes & volentes æquitatem pedibus calcant: quam tamen quisque erga se feruari rigide postulat, vbi propria veritas agitur, nemo nostru est qui non articulat & subtiliter differat quid reatum sit. Ergo singuli in suum commodum accusatos se offendunt aquitatis magistris, qui fit vt non eadem in promptu occurrat cognitio vbi aliena vel veritas, vel iactura in questionem venit, nisi quia nobis tantum super eolum, nemo autem proximi suis consulit? Neque id in modo, sed malignè dat, que opera conniuicem ad æquitatis regulam qua in cordibus nostris luet. Docet ergo Christus posse unumquenque sibi rectè & iuste cū proximiis viuendi esse regulam, si viciſsim aliis praestet quod libi fieri exigit. Ita vanos omnes p̄textus refellit, quo sibi excogitant homines ad tegendā vel fucandā suam iniuritatem. Regnaret enim proculdubio inter nos perfecta æquitas, si actiæ, vt ita loquar, charitatis tā fideles essemus discipuli, quā acuti sumus passiū doctores. Hæc enim est Lex & Prophetæ.) Nō intelligit Christus vnum hoc doctrinæ caput tradi in Lege & Prophetis: sed quicquid de charitate illie præcipitur, quæcumque extant leges & exhortationes de collenda iustitia, ad hunc scopum referri. Taque sensus est, satisficeri secundæ tabula, si in modo quales in se quisque alios esse cupit, talen si illis vicissim præbeat, acsi diceret, non lōgis ac perplexis disputationibus opus esse, si hæc simplicitas colatur, nec p̄postero sibi amore deleant homines rectitudinem cordibus suis insculptam.*

13 *Introite per arctam portam.) Quia nihil carni magis aduersum est doctrina Christi, nemo unquam in ea ritè proficer qui non didicerit sen-*

31 *Et prout vultis ut faciant vobis homines, vos quoque facite illis simili- ter.*

23 *Ait autem illi quidam, Domine, an pauci sunt qui salutem confe- quuntur ipse autem dixit ad illos,*

24 *Contendite intrare per angustum portam: quia multi, dico vobis, querent intrare, & non poterunt.*

23 *Ait autem, &c. Tametsi Matthæus hoc Christi responsum inter alias concessionales sententiæ recitat vno contextu, occasionem tamen sic loquendi datum ei fuisse suspicor ex præsenti interrogacione. Porrò huius questionis mouendæ videtur fuisse ratio, quod Christus, qui se vitæ au-*

thorem profitebatur, vix paucos discipulos colligere poterat. Videri autem poterat, exigua hominum manu seruata, totam Ecclesiam pessum ire. Totum enim populum illum apud quem non magnopere vigebat Christi doctrina, immo à quo paucum respuebatur, Deus quasi vita heredem adpauerauit. Eadē & nobis quoties peruersum mundi statum cernimus, obrepit dubitatio: quid hoc sibi velit quod maior pars alienam & dissentaneam ab Euangeliō viam sequitur. Ideo Christus sermonē ad omnes conuertens, hortatus est ut contendeant intrare per angustam portam. Quibus verbis suis à stulta curiositate abducere voluit, quae plerosque moratur & implicat, qui circunspiciunt an se alij comites adiungant: quasifalutem consequi

nolint nisi in turba. Duci certare vel enī iubet, non sine magnis & arduis difficultatibus ad vitam æternam perteniri posse intelligit. Ergo hoc potius suum studium conferant fideles quam ut prater modum curiosi sint de errantium multitudine.

24 *Quia multi querent intrare.*) Hoc ideo additum est ne spes inanis nos fructretur, ac si nos iuvaret comitum multitudo. nam, ut sibi libenter blanditor caro, multi facilem aditum ad vitam sibi prouidunt, qui sibi interea quiduis indulgent. Ita alij alios mutuo decipiunt, ut indormiant prae securitati. Tales delicias ut suis excauit Christus, exclusum iri pronuntiat qui iam sibi addicunt certam vitę possessionem.

MATTH. MARC.

- 25 *Quum autem surrexerit pater familias, & clauserit ostium, & capessi fore slave & pulsare ostium, dicentes, Domine, Domine aperi nobis: & respondens dicit vobis, Nescio vos unde sitis:*
 26 *Tunc incipietis dicere, Edimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti.*
 27 *Et dicet, Dico vobis, nescio unde vos sitis: discedite à me omnes qui patratis iniquitatem.*
 28 *Ibi erit fletus & stridor dentium, quum videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei: vos autem expelli foras.*
 29 *Et venient ab Oriente & Occidente, & Aquilone & Austrō, & accumbent in regno Dei.*
 30 *Et ecce sunt postremi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt postremi.*

LVC. XIIII.

25 *Quum autem surrexerit, &c.)* Tametsi hæc alio post tempore dicta sunt, ut nuper admonui, doctrinæ tamen rationem habere malui quam temporis: quia hoc nō paruum ad intelligentiam adiuuinentum est, si uno contextu legantur quæ sensu inter se coherent. Quia negauerat Christus aperiant multis ianuam fore qui in caluni intrare cupient, nunc dicit nihil proficeret, quanvis locum in Ecclesia occupent: quia tandem exurget in iudicium Deus vñ à regno suo excludat qui nunc sibi locū inter eius domésticos vindicant. Similitudine autem patrisfamilias vñtūr, qui si intelligat aliquor ex suis nequam & lascivios homines furtim sub noctem elab̄i, & domum furib. expōneret: surgit ipse & ianuam obseruat: nec vagos illos & noctuabundos homines admittit, qui intempestivè stiue per vias publicas errarunt. Porro his verbis admonet, occasione, diuin affertur, esse videntur. nam quandiu nos ad se Dominus inuitat licet quasi aperta ianua ingredi in regnum celorum: sed maior pars pedeū mouere non dignatur. Fore ergo denunciavit Christus, ut tandem claudatur ianua: itaque periculum esse ne prohibeantur aditu qui comites expectant.

26 *In plateis nostris docuisti.*) Nominatum excipit Christus nihil Iudeis profuturum, quod pro plus ad eos accesserit, sc̄que familiariter obtulerit illis frumentum, nisi vocati ad diem responderint. Ceterū non profequitur suam similitudinē, nā de patrifamilias loquutus seipsum nunc iudicem absque figura exprimit. nec verò hoc in aliam quam ipsius personam quadrat. Docuisti in plateis nostris. Teneamus nunc eius consilium, ne sc̄licet Iudei sua negligentia quam possunt salutem consequi, sibi intercidere sinant.

28 *Quum videritis Abraham.*) Quum Iudei nihil sanctis patribus simile habentes, corum tamē origine frustra superbirent, nec quicquam magis illis tritum fore, quā Ecclesia titulo abutit: Christus hic turbam degenerem, quæ à patrum fide & pietate discessit, à regno Dei extraneam esse testatur, ac subest tacita obiurgatio, quod non potius qui quārendæ salutis socios habere cupiunt, Abrahæ, Prophetis & sanctis patribus se aggregate studeant, quām circumsificant ad suos æquales, qui ab eorum exemplo procul delapsi fuerant ad innumeras corruptelas. acsi diceret, Si nūc per angustam portam intrare negligitis quia vos errantium multitudo retardat, annō videtis à fidelium ordine vos separari, dum estis impliciti incredulis? Quod si nunc vobis oculos perstringit mundi aspectus, dies vltimus hanc cordiam serō vobis eximet, tunc enim scietis vos cum similibus vestri alienos esse à Dei regno, nec quicquam vobis commune esse cum Abraham.

29 *Venient ab Oriente.*) Amplificatio est ex eo sumpta quod Iudeis abdicatis qui se putant solos legitimos esse Dei hæredes, in eorum locum gentes sint subroganda, ut vitam Abraham & generi eius promissam obtineant. Gentes autem illis opponit, ut sancta zelotypia ipsos ad fidem extinxerit: quemadmodum Paulus hoc ministeri sui de- 14. cūs fore scribit, si quis ex gente sua & sanguine ad talem simulationem prouocet. Atque ita Iudeos pungi necesse erat, quum sibi plus nimio placentes, Deum cum suis dolis superbè contemnerent. Sed quoniam hac sententia paulo post iterum occurret apud Matthæum, nunc eam parcūs attingo.

30 *Ecce sunt postremi.*) Isdem verbis sepius vñsum

volum fuisse Christum alibi videbimus, diverso tamen sensu. Hoc loco nihil aliud voluit quam innatum in Iudeis confidentiam deicere, qui quum posthabito reliquo mundo Divinitus electi essent, hac dignitate fratrum Deum sibi quasi obstrictum

fingebant. Hac ratione denuntiat illis Christus breui mutanda esse sortem, ut Gentes quæ tunc reiecitæ erant, priorem obtineant gradum: Iudei autem honore suo abdicari, ne poltremum quidem angulum teneant in Ecclesia.

M A T T H . VII.

15 Cauete vero vobis à pseudopropheticis qui veniant ad vos in vestitu ouium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces.

16 A fructibus eorum cognoscetis eos, non quid colligunt de spinis vnam, aut de tribulis ficus?

17 Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: putris autem arbor fructus malos facit.

18 Non potest arbor bona fructus malos face re: neque arbor putris fructus bonos facere.

19 Omnis arbor qua non facit fructum bonum exciditur, & in ignem conicitur.

20 Igitur ex fructibus ipsorum cognoscetis eos.

M A R C .

L V C . VI.

43 Non enim est arbor bona quæ facit fructum putrem: neque arbor prætris faciens fructum bonum.

44 Vnaque enim arbor ex fructu suo cognoscitur, neque enim eis spinis colligunt fucus: neque è rubro vindemiant vnam.

45 Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malum. Nam ex abundantia cordis loquitur os eius.

15 Cauete vobis.) His verbis docuit Christus, obnoxiam fore variis imposturis suam Ecclesiam: id est periculum esse ne multi à fide excidant, nisi intenti sint ad cauendum. Scimus quanta sit hominum ad vanitatem propensio. itaque non modò naturaliter falli appetunt, sed singuli ad seipso fallendos ingeniosi videntur esse. iam vero Satan minus fallaciarum artifex non desinit laquos tendere quib. simplices ac incertos irretiat. Vulgo autem Iudei sperabant latentes sibi sub Christi regno fore statum, omnique certamine & molestia exemptum. Admeton ergo discipulos suos, si perfidare cipiunt, vt se comparent ad vitandas Saranae insidias. Dominus enim (vt dictum est) continua militia suam Ecclesiam vult exerceri in hoc mundo. Quare ut nos illi discipulos praestemus usque in finem, non sufficit sola docilitas, vt si namus nos regi ipsius verbo: sed fidem nostram, quia subinde à Satana impetratur, atrinata ad resistendum esse oportet. Est quidem hoc maximum si nos à probis & fidelibus Christi ministris regi patimur: sed quia ex opposito emergunt falsi doctores, nisi sedulò vigilamus & muniri simus constantia, facile erit nos à grege abduci. Quod etiam pertinet illud Christi dictum, Oves audire pastoris vocem : alienum vero non audire, sed fugere ab eo. Vnde etiam colligimus non esse cur animis deficient fideles, vel turbentur, dum obrepunt lupi in Christi ouile: dum falsis doctrinis conantur pseudoprophetæ labefactare puram fidem, quin potius expergesieri debent ad excubias agendas, neque enim frustra cauere iubet Christus. Quare si modò nos propria socordia non circunueniat, quausus decipulas effugere licebit: & certè sine hac fiducia nobis non esset satis animi ad cauendum. Nunc quū sciamus Dominum nolle nos frustrari per quoquis Saranae incursum, intrepidè pergamus, Spiritum discretionis ab eo perentes, per quem ut cordibus nostris fidem sua veritatis ob-signat, ita Satanae fallacias & imposturas deteget ne ludamur. Qui dicit Christus venire in vestitu ouium qui intrinsecus sunt lupi rapaces: significat bene colorato prætextu non carere, nisi ad eos penitus exuriendos adhibeatur prudenter.

16 A fructibus eorum.) Nisi hæc apposita suis-
set discriminis nota, poterat sine exceptione in-

discrimen venire tota quorumlibet doctorum authoritas. Nam si extitale periculum in doctoribus timetur, nec vitandi ratio constat, omnes esse suspectos necesse crit: nec melius restabit compendium quam aures habere omnib. clausas. Et videmus profanos homines, vt impune reiciant quodvis doctrinæ genus periculum hoc obtendere, infirmos etiam ac rudes harere perplexos. Christus ergo ne quid reuerentie detrahatur suo Euangelio sincerisque eius ministris & doctoribus, iudicium de pseudoprophetis à fructibus facere iubet. Quare nimis putidi sunt Papistæ qui conflanda nobis inuidiæ causa illâ Christi vocem præcisè iactant, à pseudoprophetis cauendum esse: ac suis clamoribus efficiunt ut imperiti, causa incognita, temerè à nobis abhorreant. At vero quisquis Christi consilio parere cupit, necesse est vt prudenter & interposito deleculu indicet: nos vero non tantum libenter fatemur cauendos esse pseudoprophetas, sed etiam sedulò & acriter hortantur simplices, vt eos caueant. Tantum monemus, secundu[m] præscriptiâ Christo regulâ, vt iusta cognitio præcedat: ne simplices, puru[m] Dei verbum respuendo, temeritatis sua[re] peccas luant. Nâ inter maturam cautionem & præposteriorum fastidu longè intercessit. Nimirum autem improbè Christi mandatum abrogant Papistæ qui iniecta fallo metu miseras animas ab inquisitione deterrent. Sit igitur hoc primu[m] eos qui trepidando incognitam doctrinam respuunt vel fugiunt, perpera hoc & minime ex Christi mandato facere. Nunc videndum restat quo snam fructus Christus designaverint, autem meo iudicio, qui ad vitam restringunt, nam quum tæpe fucosa sanctimonia, ac nescio quibus etiam austerioris vita larvæ se venditent pessimi quique impostores, valde incertum esset hoc examen. Fateor quidem hypocritam tandem patefieri: quia nihil difficultius est quam virtutis simulatio. Veru[m] Christus tam iniquo & simul obscuro iudicio doctrinam suam subiungere noluit, vt aestimetur ex hominu[m] vita. Ergo sub fructibus ipsa docendi ratio comprehenditur, in modo præcipuum locum tenet. nam & inde Christus se à Deo misum probat: *Iohann. 7.* qui nō glorificet seipsum, sed Parrem à quo misus est. Si quis obiciat, paucis datum esse tacu[m] acumen, vt bonos fructus à malis discernat: respondeo i. iii.

sicuti iam dixi, nunquam discretionis Spiritu, vbi opus est, defluit fideles, qui modò sibi diffisi & proprio sensu valere iusso, totos se illi regendos tradunt. Interca meminerimus, ad verbum Dei exigendas esse omnes doctrinas: & ideo in iudicandis pseudopropheis fidei analogiam dominari. Deinde spectandum esse quid Deus Propheticis suis Verbique ministris iniungat: quia inde fidelitas facilè dignosci poterit. Quemadmodum exempli gratia, si nobis proponimus quæ Paulus in Episcopis requirit, sola illa descriptio ad damnandam totam Papatus colluviem sufficiet: quia videntur data opera Papales sacrifici contrariae ideam velle exprimere. Quare nihil mirum si iudicium de pseudopropheis fieri vetant. Ceterum clarè ostendit hic locus, pro nihilo dicendos esse titulos: immo nec ipsam vocationem multū habere momenti, nisi qui pastores vocantur, & ad docendi manus vocati sunt, fideliter officio suo respondent. *Nunquid colligunt?* His prouerbiiis, qua tunc vulgo trita erant, & omnium consensu recepta, confirmat Christus, neminem à pseudopropheis posse decipi nisi qui sponte cœcuerit: quia fructus palam faciunt probos Dei seruos, & fallaces operarios, non secus ac fructus arborem ostendunt. Apud Lucam videtur generalis è sententia qua doceat Christus de vnoquoque homine ex fructibus iudicium debere fieri, sicuti arbor à fructu dignoscitur. Postquam enim obiurgationem posuit aduersus hypocritas qui festu-

cam perspicuunt in alterius oculo, trahem in suo non videntes, continuò post subiicit. *Non enim potest arbor mala, &c.* & causalis particula 28 videtur duas illas sententias eonnectere. Sed quia certum est Lucam sexto illo capite recitare diuersos Christi sermones, fieri etiam potest ut breuius attigerit quod plenius exponitur à Matthæo. Nec aduerbiū causale moror, quod sepe alibi superuacuum est, quod etiam ex clausula appetit: sic enim concludit Lucas hunc sermonem, *Bonus homo ex bono thesauro cordus suis, &c.* Neque enim dubito quin ablique figura exprimat quale sit istud iudicium quod Christus ex fructibus fieri iubet: nempe ut sedulò examinent fideles quidnam afferant in medium qui se Dei seruos profitentur: acsi diceret, parum valere titulos donec re ipsa probet qui loquitur Diuinitus se esse nullum. Quanquam minime repugno quin accommodari possit hic locus ad generali doctrinam. Et certè postrem claustula, nempe quod *Ex abundantia cordis loquuntur, latius quam ad pseudoprophetas patet*, quoniam vulgare sit prouerbium. Si quis obliuiscatur, linguis hominum sape mentiri ut optimè loquantur qui pessime affecti sunt: respondeo, Christum hic simpliciter docere quod ut plurimum visu venit. Nam etsi aliud verbis præ se ferunt hypocritæ quām habeant in cordis recessu: id tamen non obstat quominus aptè & scitè lingua vocetur character mentis.

M A T T H . V I I .

- 21 *Non quisquis dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum: sed quisquis fecerit voluntatem patris mei qui in celis est.*
 22 *Multi dicent mihi in illo die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eieicimus, & in nomine tuo multi as virtutes edidimus?*
 23 *Ac tum confitebor illis, Nunquam noui vos: discedite à me qui operamini iniuriam.*

21 *Non quisquis dicit.*) Latius extendit sermonem suum Christus. neque enim tantum de pseudopropheis agit, qui rapiendi & vorandi causa in gregem insiliunt, sed de mercenariis, qui sub pastorum specie fallaciter se insinuant, quoniam tamen nullo prædicti sint affectu pietatis. Etsi autem hypocritas omnes complectiuntur hæc doctrina, quoconque sint gradu vel loco: propriè tamen fictitious doctores nunc perstringit, qui praetaliis excellere videntur. Neque sermonem tantum ad eos dirigit, ut securitatem in qua velut ebris iacent, expergescat, sed fideles etiam admonet ne talibus harvis plusquam oportet tribuat. In summa, prædicti, simulac profere fructum coepit Euagelij doctrina, ut complures habeat discipulos: non tantum ex vulgo permultos fore qui falso & per simulationem dent nomen, sed in ipso quoque ordine pastorum eandem fore perfidiam, ut factis virtutis abnegent quod ore profitentur. Itaque quisquis inter discipulos censeri cupit, dannum illi esse operari ut sincerè & ex animo ad meditationem virtutis nouitatem se addicat. Apud Lucam generalis est obiurgatio. *Quid autem vocatis me, Domine, Domine, &c.* Sed quia ut plurimum hæc corrumpela à sicutis doctribus emerget, & faciliter ab illis in totum corpus penetrat: ideo nominatum apud Matthæum in eos Chri-

M A R C .	L V C .	V I .
46 <i>Quid uitem vocatis me, Domine, Domine, & non facitis me dico?</i>		

stus inuechitur. Facere voluntatem Patris, non tantum significat philosophicè vitam & mores suos ad virtutum regulam formare, sed etiam credere in Christum, sicuti habetur Iohann. 6. e. 40. Non ergo his verbis excluditur fides, sed quasi principium statuitur unde reliqua fluunt.

22 *Mults dicent mihi.*) Iterum citat Christus hypocritas ad suum tribunal, quemadmodum nuper ex Luca retulimus. Quandiu enim locum occupant in Ecclesia, tum sibi ipsi blandiuntur, tum alios quoque decipiunt. Diem ergo venturum pronuntiant quo purgetur area, quisquiliac palea à puro tritico separantur. Prophetare in Christi nomine, est eius autoritate & tanquam ipsa duce fungi docendi officio. Propheetia enim, meo iudicio, largè hic sumitur, sicuti 14. cap. prioris ad Corinthios. Poterat quidem simpliciter vt Prædicáti verbo sed consulto quod magis honorificat erat posuit, quo melius exprimeret nihil esse externam professionem, quoconque sit splendorc apud homines. Ita in nomine Christi edere virtutes nihil aliud est quām eius virtute, auspiciis, imperio ac ductu miracula facere: quoniam enim virtutum nomen interdum ad specie vñ miraculorum restringitur, hoc tamen loco & pluribus aliis miracula quævis designat.
 23 *Confitebor illis.*) Hac voce alludere videtur Christus

stus ad fallacem iactantiam qua se nunc ostentant hypocritae ac si dixisset, ipsi quidem dum me lingua cōfessi sunt, videntur ibi rite defuncti: & nūc tonora auditur in eorum lingua nominis mei cōfessio: sed ego vici sibi ex aduerso confitebor vanum ac mendax esse quicquid proficerent. Quid autem continet Christi cōfessio? quod eos nūquam in suis reputaverit, etiam quo tempore gloriantur se esse Ecclesie columnas. Ideo facilius reā se iubet qui fallaci titulo iniustam possessionē domi suę ad tempus surati sunt. Videtur Paulus ex

hoc Christi sermone sumplisse quod dicit Tim. 2. cap. 2. c. 19. *Nouit Dominus qui sui sunt: discedat ab iniuitate quisquis invocat nomen Domini.* Prius enim membrum huc spectari, ne miseri quorundam defectione turbentur vel labascant quibus magnū & celebre fuerit nomen, negat enim tuile a Domino agnitos, scilicet inani splendore hominū oculos tenerent. Deinde hortatur eos omnes qui in Christi discipulis censeri volunt, ut se maturè ab iniuitate subducant, ne ipsos Christus à suo cōspectu abigat quem segregabit agnos ab hædis.

M A T T H . V I I .

24. Omnis igitur qui audit ex me sermones, & facit eos, assimilabo eum viro prudenti qui edificauit domum juam super petram.

25. Et descendit imber, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in dominum illam, & non cecidit. fundata enim fuerat super petram.

26. Et omnis qui audit ex me hos sermones, & non facit eos, assimilabitur viro factuo qui edificauit domum juam super arenam.

27. Et descendit imber, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & impegerunt in dominum illam: & cecidit, & fuit ruina eius magna.

28. Et factum est quum finisset Iesus hos sermones, ut obstupeferent turba super doctrinam eius.

29. Docebat enim eos velut autoritatem habens, & non sicuti Scribæ.

24. Omnis igitur. Quia plerunque difficile est veros Euangelij proficieores à fictis discernere, pulchra similitudine ostendit Christus in quo maximè differant, duas enim proponit domos, quarum altera sine fundamento extructa sit, altera autem benè fundata. Nam quum eadem in utraque appareat superficies, prior vento ac procellis impulsa, vel fluctibus illata, protinus concidit: posterior autem firmitate sua contra vim omnem subsisteret. Christus ergo inanem & ventosam professionem Euangelij speciosissimum sed non solidō adhuc comparat, quidam quamvis emineat, ruinæ tamen expositum est in singula momenta: quia fundamento caret. Ideò Paulus iubet nos benè & penitus fundatos esse in Christo, & altas habere radices, ne ad quemlibet impulsu labemur. Porro summa hoc redit, veram pietatem ab eius simulatione non benè distingui donec ad examen ventum est. Tentationes enim quibus probantur, fluctibus & procellis similes sunt: quia facile pessundant instabiles animos, quorum leui

M A R C . C .

L V C . V I .

47. Quisquis venit ad me, & audit sermones hos, & facit eos: ostendam vobis cui similis sis.

48. Similis est homini edificanti domum, qui fidet in alium, & posuit fundamentum super petram: inundatione autem facta, istud est flumen domini illi, & non potuit eam mouere, fundata enim erat super petram.

49. Qui autem audiuit, & non fecit, similis est homini qui edificauit domum suam super terram absque fundamento, in quam illis est fluminis, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

M A T T H . V I I I .

M A R C . I .

L V C . V .

1. Quum autem descendisset ē monte, sequuta est turba multa.

2. Et ecce leprosus ac-

40. Et venit ad eum leprosus de- precans eum, eique ad genua accidens, ac dicens illi, Svis potes me mūdare.

41. Iesus autem misertus, protensa

12. Et accidit, quum esset in quadam ciuitate, ecce vir ple-

nus leprosus: quimque vidisset le-

i. iiiij.

tas tranquillo tempore non perspicitur. *Audit sermones hos.* Relatuum *Hos* non speciem vnam sermonum, sed totam doctrinæ summam notat. Euangelium enim, nisi penitus in animos infixum sit, nūnile esse naceria significat, quæ in alium erigitur nullo fundamento suffulta. Perinde est igitur ac si dixisset, veram denum esse fidem que profundas habet radices in corde, & serio constanti⁹ affectu quasi fundamento nititur, ut tentationibus non cedat. Nam quæ vanitas est humani ingenij, super arenam ædificant quicunque intus non fodunt vñsc ad sui abnegationem.

28. Quum finisset Iesus hos sermones.) Tam concionem intelligo habitam ubi ē monte descendit, quām reliquam doctrinam quæ iam populo innotuerat. Sensus igitur est, Quum passim doctrinæ sua gustum desiderat populo, stuporem omnibus iniectum, quid noua quædam maiestas & insueta hominum mentes ad se raperet. Quid sit Docere cum potestate, & aliter quām Scribæ soleant, supra exp̄ osui.

cens, Domine, si velis, polo, mundus esto.
13 Et protensa manus te iugis
tes me mundare. 42 Et quum dixisset, statim disces-
tigis illum Iesus, dicens, 43 Et comminatus ei, statim emisit
volo, mundus esto. ac pro illum. 44 Dixitque ei, Vide nemini quic-
quam dicas: sed abi, te ipsum ostende
ne cui dixeris: sed abi, o-
tui que precepit Moses, in testimo-
stende te ipsum Sacerdoti, nium illis.
Et offer munus quod iussi
Moses, in testimonium il-
lis. 45 At ille egressus caput predicare
multa, & diuulgare sermonem, ita ut rumor de illo,
iam non posset Iesus manifeste introire turba multa vi eum audirent, &
in ciuitates, sed foris in desertis locis sanarentur per illum ab infimi-
erat: & veniebant ad eum vndeque, ratus suis.
16 Ipse autem secessum colebat
in desertis, & orabat.

Lepra.

Propterea
veri.

¹ Quum autem descendisset de monte.) Redit nunc Matthaeus ad historię contextum. Prius dixerat Christum ascendisse in montem: deinde conecit velut in vacuo accruisse multa doctrina Christi capita: nunc autem subiicit eo tempore quo in mo-
te cōcionatus est, fanasias leprosum querunt, quod idem referunt Marcus & Lucas, licet tempus non designent. Porro in eo eniit Diuina Christi virtus, quod solo vebo & tactu manus, lepram ab homine repente absisterit. Ceterum quanvis lepra aliud esset morbi genus quam sit elephanitas: fuisse tamen curato difficilem satis constat. Quid diuturniter inualuerat, ratum exemplum fuit quenquā liberari, certè ut demus medicos potuisse artis sue scientia aliquid auxiliū praestare, in hoc miraculo nihil fuisse humanum palam est.

² Accedens adorauit.) Quid significet verbum προσκυνεῖν quod adorare vertunt, colligere prom-
ptum est ex hoc Loco: nam alij duo Euangelista nobis idonei sunt interpretes, ex quibus Marcus dicit accidisse in genua: Lucas autem prostratum fuisse in faciem. Cestus ergo, hoc est, genuflexione signum reverentiae exhibuit leprosus. Scimus autem adoracionem in communī vsu fuisse Iudeis: vt sunt populi Orientales magis ad tales cæremonias propensi. Quare multi existimant leprosum in animo non habuisse Christum Diuino cultu prosequi, sed honorificè salutasse tanquam eximium Dei prophetā. Ego vero quo affectu Christum adorauerit nō disputo: quid autem illi detulerit video, nempe quod eum posset mundare si vellet, quibus verbis testatus est Diuinam in Christo virtutem se agnoscere. Et Christus quum rel-
pondet se yelle, plus sibi tributum ab eo esse ostēdit quam in hominem competit. Summo enim imperio pollere necesse est qui nutu solo hominibus sanitatem restituit. Siue autem Christum Dei Filium esse crediderit leprosus, siue hac virtute fuisse donatum, vt Moles & alij Prophetæ non tam dubitat in illius manu & potest esse sanitatis donum. Quod autem sub conditione loquitur, Si velis potes, non pugnat cum ea fidei certitudine quam Deus in precibus nostris exigit: neque enim plus sperare debent homines quam Deus promittat. Leprosus autem nullo Dei oraculo vel promissione certior factus erat quidnam facturus esset Christus. Temere ergo ultra has metas progrellus foret. nam quod interdum legitimus quos-

vis potes me mundare.

13 Et protensa manus te iugis
enum, dicens, Volo, mundus esto. &
confestim lepra discessit ab illo.
14 Et ipse præcepit illi ne cui-
quam diceret: sed Vade, inquit,
ostende te ipsum Sacerdoti, & of-
fer pro emundatione tui quemadmodum præcepit Moses, in testi-
monium illis.

dam simpliciter precatos esse, tenetum est singulares fuisse motus, c quibus petenda non est regula. Quanquam necio an propriè loquendo dicere licet preicationem fuisse conceptam a leproso. Tantum enim affirmat se ita persuasum esse de virtute Christi, vt non dubitet in eius arbitrio esse curare lepram. Deinde se illi sanandum offert, incertus tamen de euentu: quia voluntas Christi nondum illi cognita erat.

³ Propterea manus te iugis) In lege contagiosus era leprosi tactus, at vero quoniam ea est in Christo puritas quæ omnes fordes & inquinamenta ab sorbeta, neque se contaminat leprosum tangēdo, neque Legem transgreditur. Carnem enim nostrā suscipiens non modò nos dignatus est manus suæ contactū, sed in vnum idemque corpus nobiscum coaluit vt essemus caro de carne eius: nec modò brachium suum ad nos extendit, sed è cælo descedit usque ad ipsos inferos: nec tamen quicquam inde inaculx contraxit, sed integer manens fordes omnes nostras exhauit, & nos perfudit sua sanctitate. Ceterum quum solo verbo leprosum sanare posset, ad testandum misericordia affectum manus tactum simul adhibuit: nec mirum, quum induere voluerit carnem nostram, vt nos à peccatis omnibus purgaret. Quare manus extensis, immēta gratia & bonitatis lignum & tessera fuit. Et certè quod segniter legendè frigidè præterimus, sine in agno stupore rite expendi non potest, Filium Dei ad eō non abhorruisse à leprosi colloquio, vt manum quoque ad tangendam illam inmunditiem porrigeret.

⁴ Dicit illi Iesus) Quidam, vt leprosum excusent, non putant serio prohibitum fuisse à Christo ne miraculum vulgaret, sed illi potius additū fuisse stimulum. Rectius tamen alij, qui veterā causam fuisse sentiunt quia maturum tempus nondum aduenerat. Fateor quidem non oportuisse supprimi hoc miraculum: sed certa ratio fuit cur Dominus vel stimulum noluerit spargi illius famam, vel saltum per leprosum. Sic igitur statuo, leprosum præpostero suo fauore ad eo nihil laudis fuisse meritum, vt iure damnandus sit quod non paruit Christi mandato. Si gratiam referre sanitatis sue auctori volebas, non alter melius potuit quam obedientia, quæ omnibus sacrificiis apud Deum præfertur, & legitimi cultus principium & ca-
put est. Ita hoc exemplo docemur, peruersè fa-
cere

^{2 Sam. 13}^{6.22.}

cere quicunque incōsiderato zelo indulgentia quia quō magis fatigant in prouiderendo Deo, hoc tantum proinquit ut eius mandato sint rebellēs. *Ostende te ipsum Sacerdos.* Quia nondum abrogata erant cérémonie legis, eas contēnē vel prætermitti noluit Christus. Iam Deus in Lege præcepit (quemadmodum habet Leuit. cap. 14.a.2.) vt si quis mundatus esset à lepra, Sacerdoti se offerret vñā cum sacrificio gratiarum actionis. Porro tunc erat, vt Dei beneficium approbat Sacerdos suo iudicio: deinde qui sanatus erat, gratitudinis sua testimoniū redderet. Ergo Christus leprosum ad Sacerdotem ablegans, sibi non aliud propolitum fuisse testatur nisi vt Dei gloriā illustraret. Oltensio enim ad examen refertur: munus, gratiarum actionis symbolum erat. Iudicium itaque vult fieri à Sacerdotibus, quo perspicua sit & indubia Dei gratia: leprosum vero suam sanationem acceperat referre Deo. Interim (vt nuper attigi) ritus in lege præscriptos vñque ad tempus abrogationis feruare iubet. Quid hinc confessio[n]is sua legem elicium Papista, in eo sunt insulfi. Lepram allegoricē volunt esse peccatum. Sacrificios autem quos Papa inaugurat, spiritualis lepræ esse cognitores. Ut denuo in Lege Sacerdotibus hanc potestatem idēo datum esse vt sciret populus totu[m] suam munditudinem cuiusque iudicium pendere à Sacerdotio: impietatem tamen hoc ad se rapiunt Sacra[n]ti Papales. Quae[!]quid enim honoris datum erat antiquis Sacerdotibus, nunc vñus Christus sibi vendicat. Ille ergo & spiritualis lepræ cognitor est solus, & dignus cui purgationis sua munus offerant qui mundati sunt. Nam & ideo sub Lege sacrificio interposito signata fuit munitio[n]es: quia non aliter quam expiatione sanguinis purgantur homines. Ius ergo quod Filiu suo Deus afferuit, aliud transferre, nefandum sacrilegium est. Quid

autem ex Christi mandato suam peccatoribus munditudinem pronuntiant Euangelij inuentum, id ad fidicitiā iurisdictionem q[uod] am imaginatur Papistæ, minime torquendum est vt inter lepram discernantur.

44 Marc. In testimonium illis.) Testimonium quidam pro lege vel statuto accipiunt, quemadmodum in Psalmō dicitur, *Potuit hoc Deus in testimonium Israel.* Mihi tamen hoc videtur esse frigidum, neque enim dubito quin pronomen illis, ad Sacerdotes spectet. Itaque ad piatētū tēi circumstantiam, meo iudicio, Christus respexit: quia ad conuincendā eorum ingratitudinem in hoc miraculo satius luculentā probatio futura erat. Nec obstat quod leprosum tacere Christus iussit: quia noluit perpetuā sepultam sui miraculi in emoriā. Quum ergo iussu Christi in Sacerdotis conspectum venit leprosus, hoc illis in testimonium fuit, quod inexcusabiles rederent: si Christum pro Dei ministro amplecti nollet, & simul ablata illis erat obstructandi occasio, quum nullum legis apicē Christus omittaret. In summa, si fuissent fanabiles, adduci ad Christum poterant: incredulis veo demandatis satis efficax erat tam solennis Dei contestatio.

45 Vt iam non posset Iesu.) Hinc colligimus cur tam cit[er] miraculum celebrari noluerit Christus: quod scilicet liberior foret docendi facultas, non quod insutrexerint hostes qui illi os obstruere conati sint: sed quia tanta erat vulgi importunitas in flagitandis miraculis, vt non restaret doctrinæ locus, volebat autem omnes habere ad verbum magis quam ad signa intentos. Ideo dicit Lucas eum habitasse in desertis frequentiā, enim hominum fugiebat: quia se videbat populi votis non satisfacturum quin suam doctrinam signorum copia obrueret.

M A T T H. VIII.

5 Porro quum ingessus fuisse Iesu Capernaum, adiit eum Centurio, obserans eum,

6 Et dicens, Domine, famulus meus decumbit domi paralyticus, ac grauerter discruciatur.

7 Et dicit illi Iesu, Ego quum uenero medebo illi.

8 Et respondens Centurio dixit, Domine non sum idoneus ut tecum meum subeas: immo tamen dic verbum, & sanabitur famulus meus.

9 Etenim ego sum homo alterius potestatis subditus, & habeo sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit. & alteri, Veni, & venit. & seruo meo, Fac hoc, & facit.

10 Hac autem quum audisset Iesu admiratus est, & ait iis qui sequebantur, Amen dico vobis ne in Israhel quidem tantam fidem reperi.

11 Dico autem vobis quod multi ab Oriente & Occidente venient, & accebent cum Abraham, Isaac & Jacob in regno celorum:

M A R C.

L V C. VII.

1 Quum autem consummasset omnia verba sua audiiente populo, intravit Capernaum.

2 Centurionis autem curiam seruus male habens, propinquus erat morti, qui illi erat in pretio.

3 Quum audisset autem de Iesu, misit ad eum seniores Iudeorum, rogans eum vt veniret & seruaret seruum suum.

4 At illi quum venissent ad eum rogabant eum studiose, dicentes, Dignus est vt hoc illi praestes.

5 Diligit enim geniem nostram, & synagogam ipse edificauit nobis.

6 Iesus autem profectus est cum illis. Et quum iam non longe abscesseret à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens ei, Domine noli vexari: non enim sum idoneus ut sub teclum meum intres.

7 Quapropter nec meipsum a bitratus sum dignum qui veni em ad te: et dic verbo, & sanabitur puer meus.

8 Etenim ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit. & alteri, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit.

12 Filii vero regni eycientur in tenebris externas. illuc erit fletus & stridor dentium.

13 Et dixit Iesus Centurioni, Abi, & quemadmodum credis, ita fiat tibi. & sanatus est famulus eius in hora illa.

(Matth. Porro quum ingressus fuerit.) Qui putant diuersas historias à Mattheo & Luca referri, in re nihil hallucinantur. In verbis hoc solum est diuersum, quod apud Mattheum Centurio dicitur ad Christum venisse: apud Lucam verò dicitur missus ex Iudeis quosdam qui suo nomine verba facerent. Sed Mattheus nō incepit illi tribuit quod eius rogatu & nomine gestum est. Ceterum in omnibus circūstantiis ita cōueniunt duo Euāgeli. Sit ut ridiculum sit duo miracula pro uno fingere. Porro nō dubito quin militum turba, cui Cētūrio praeerat, statione habuerit in vrbe Capernaum, ut solebant legiones in præsidia vrbiū distribuit. Illic quum mores populi admodum prauos & vitiosos cerneret, quemadmodum scimus Capernaum urbem maritimā pluribus corruptelis quam alias referunt fuisse. Id tamen non obstat quo minus patrii superstitionibus damnatis, verè & sincera pietatis gustum caperet, neque enim synagogam extruxerat Iudeis nisi cum aliquia inuidia & periculorū nec gentei illam amabat nisi quia amplexus erat viuis Dei cultui. Itaque prius quam seruum eius Christus sanaret, ipse à Domino sanatus fuerat. Neque id sine miraculo: quod si sacerdos homo militaris qui armata manu mare traecebat ut Iudeos assuecerat ad ferendū tyrannidē Romanarū iugum, Deo Israel se vltro submittit & addicit in obsequium. Quod dicit Lucas, seruum hunc fuisse illi pretiosum: hoc modo dubitationem præuenit que subire poterat lectorum animos. Scimus enim non habitos fuisse seruos eo in pretio vt de ipsorum vita tam anxi essent domini, nisi qui singulari industria, vel fide, vel alia virtute sibi gratiam acquisierant. Significat ergo Lucas non vulgare fuisse fordidūmque mancipium sed fidelem & raris dotibus ornatum seruum qui eximia gratia apud Dominum polleret. Hinc tanta illius vita cura, & tam studiosa commendatio. Subitan verò fuisse paralyssin quæ primo accessu desperationem vitæ attulit, ex vitroque Euāngelista constat, lenta enim paralytes tormento carent. Dicit autē Mattheus grauerit discruciatum fuisse puerum: Lucas autem morti vicinum. Ita vtrumque ad illustrandā miraculi gloriam valet, dolor vel cruciatus & ultimum discriminē: quominus de specie morbi quicquam certi asserere audeo.

5. Luc. Diligit enim gentem nostram.) Non dubium est quin pietatis nomine ipsum commendet Iudei, neque enim aliunde manabat amor gentis passim exose, quam ex Legis studio & Dei cultu. Synagogam verò extruens, clarè testatus fuerat se fauere Legis doctrinæ. Quare non immitterò dignum pronuntiant, cui se tamquam pio Dei cultori beneficium exhibeat Christus. Mirus interea stupor, quod Dei gratiam, quam ipsi contemptum respunserunt, suo suffragio transferunt ad hominem gentilem. Si enim donorum Dei minister est illis ac dispensator Christus, cur non ipsi oblata gratia prius fruuntur quam extraneos adducant? Sed talis temper in hypocritis securitas regnat, vt Deum sibi quodammodo obnoxium reddere non dubitant: & eius gratiam, quasi sui iuris esset, suo arbitrio

9 Auditis autem his Iesus miratus est eum: & conuersus sequenti se turba dixit, Dico vobis, ne in Israhel quidem tantam fidem inueni.

10 Et reuersi qui miseri fuerant in domum, recupererunt seruum qui agrotauerat, sanum.

trio subiiciant: denique eius saturi, immo quia gustare non dignantur, quasi supervacuum aliis refingunt.

8 Matth. Non sum idoneus ut teclum meum subeas.) Quia brevior est Mattheus hominem ipsum ita loquentem inducit: Lucas autem plenius exprimit hoc amicis mandans, sed ideam amborum est sensus. Duo autem sunt huius sermonis capita: Cētūrio, Christo parcens, honoris causa penit ne se Christus faciat: qui se indignum reputat eius ad uentu. Deinde tantum illi potentia defert ut credit solo eius nutu ac verbo restitui in vitam posse seruum suum. Mira humilitas, quod hominem ex gente deuicta & sera tantopere præ se extollit. Fieri autem potest ut affletus superciliosus Iudeos, pro sua modestia non indignè tulerit se haberi hominem profanum, atque ita veritus fuerit iniuriā facere Dei Prophetas, si ad hominē gentilem & impurum ingredi coegerit. Quicquid sit, certū est ex animo ipsū loqui, ac de Christo tā reuenerenter sentire, vt ad se vocare nō audeat: immo sicuti in cōtextu sequitur apud Lucā, scipsū reputauit eius colloquio indignū. Querit tamen potest qua ratione inductus, Christū tam magnifice extulerit: difficultate etiam auger quod continuo post sequitur, Tā tum dic verbum, & fanabitur puer, vel, Dic verbo, sicuti habet Lucas, nisi enim Christum agnouisset Dei filium, superstitione fuisse Dei gloria ad hominem transferre. Atqui vix credibile est, de Christi diuinitate, que adhuc ferè omnibus signata erat, ritè fuisse edocētur. Porro Christus nō errori impunit eius verba, sed ex fide protecta esse testatur. aqui hæc ratio multos interpretes compulit ut Christum putarent centurionis elogio celebrari tanquam verum & vincum Deum. Mihi autē videtur vii pius quū de rariss & planè diuinis Christi operibus certior factus esset, simpliciter Dei potentiam in ipso apprehendisse. Aliquid etiam haud dubiè de pronōflio Redemptore audierat. Licet ergo nondū distinetē intelligat Christū esse Deum manifestatum in carne: sic tamen persuasus est, in eo manifestari Dei virtutem, illigque impossitum fuisse munus vt Dei prefatim miraculis demonstraret. Ita quod Dei proprium est nō transcribit superstitionē in hominem, sed quid diuinatus sit mandatum Christo reputans, solo verbo sanare seruum suum posse credit. Si quis excipiat, nil esse magis Deo proprium quam verbo perficere quod illi visum est, nec posse sumūmū istud imperium sine sacrilegio mortali homini concedi: facilis iterum est responsio. Quanvis Centurio non distingueret tam subtiliter, non tamen hanc potentiam, hominis mortalī sed Dei verbo tribuisse, cuius ministrum esse Christum certò persuasus erat. hoc illi minime dubium erat. Ergo quum apud Christum deposita esset sanationis gratia, hanc cælestem virtutem esse agnoscēs non alligat corporis presentiā, sed verbo contentus est ex quo talem vim prodire credit. Similitudo quam adducit Centurio, quum dicit se hominem esse, &c. non est ex pari sumpta, vt loquuntur, sed comparat minus cum maiori. Diuinā enim virtutem

*Ad lacum
Tiberias
dis stiam.*

tē quæ se in Christo profert, pluris æstimat quām imperium quod ipse habebat in seruos & milites.

10 *Iesu admiratus est.)* Tamē in Deum non competit admiratio, quia ex rebus nouis vel inopinatis oritur in Christum tamē quatenus vna cū carne nostra humanos affectus induerat, cadere potuit. Iam quod pronuntiat Christus, *Nec in Israele quidem tantam fidem inuenisse*, dictum est secundūn quid non si impliciter, nam si colliginus omnes fidei partes, saltem in eo præcellit Maria fides quod se ex Spíitu sancto fore grauidam credidit, vt Filiū Dei vnigenitum pareret. Deinde quod filium ex se natum amplexa est tanquam factorem suum, mundique totius opificē & vnicum Redemptorem. Sed duas maxime ob causas Christus fidem hominis Gentilis prætulit omnīū ludorū fidei: ne mēpē quod ex modico & tenui doctrina gustu, tantus ac tam repente fructus se proferret, neque enim hoc vulgare fuit, Dei virtutē, quæ tantum scintillas quadam iacere in Christo cœperet, tam magnifice prædicare. Deinde quum Iudei plus & quo exterriti signis intenti forent, hic homo Gentilis nullum requirit visibilē ymbolū, sed nudum verbum sibi sufficere testatur. Venturus ad eum erat Christus, non quod opus esset, sed vt hāc eius fidem probaret. Quare hoc præfertim nomine ipsam commendat, quod acquisierat in mundo verbo. Quid fecisset vel vnu ex Apostolis? *Veni Domine, vide & tange.* Hic neque aduentū corporalē, neque tactū desiderat: sed tātum efficaciae inclusum credit in verbo, vt inde certā famuli salutem expectet, hoc autem honoris nō hominis sed Dei verbo afferit qui Christum statuit non priuatum esse hominem, sed prophetam Diuinitus missum. Atque hinc colligi potest generalis regula. Quanuis salutem nostram Deus in carne Christi perfici voluerit, & Sacramēta quotidie obsignet: eius tamen certitudinem ex verbo petendam esse. Nisi enim hēc verbo defertur authoritas, vt statua misericordia loquuntur est Deus per ministros, remissa nobis esse peccata, nōsq; restitutos esse in vitam, tota salutis fiducia concidit.

11 *Multe ab Oriente.)* Sicut in persona famuli, Christus gratia sua libamen & quasi primicias Gentibus proponit: sic illius dominium specimē esse docet futurā Gentium vocationis, spargēdāque per totum mūndū fidei, neque enim tantum ex viciniis regionibus venturos esse docet, sed ab ultimis urbūs terrarū hinibus. Hoc verò licet multis Prophetarum vaticiniis testatum fore: initio tamen absurdum & incredibile Iudeis vīsum est, qui Deum generi Abrahā obstictum esse finge-

bant. Quare non sine admiringatione hoc audire fuit, domesticos regni Dei & h̄eres fore qui tunc extranei erant. Neque id folium, sed fodus fulvis mox publicandū esſe, vt totus orbis in unū Ecclesiæ corpus coalesceret, dū Centiles, qui ad fidem accedent, eiusdem cum Abraham, Isaac, & Iacob salutis participes fore dicunt. Hinc certo colligimus eandem qua nobis exhibita est in Christo, olim patribus quoque fuisse permisam, neque enim cōmūnū foret hereditas nisi vna esset fides, quæ est eius obtinenda ratio. In verbo Accumbēdi allusio elat inēlas, quia tanē scimus celestem vitam non indigere cibo & potu, perinde valet locutio aesi dictum foret, Eadem fruenter vita.

12 *Filiū verò regni.)* Quomodo filios regni appellat, qui nihil minus erant quām Abrahā ilij? nam certè qui ī fide alieni sunt, in Dei grege censeri minime aequum est. Respondeo, Quanuis ex Dei Ecclesiā verè non essent, quia tamē in locum in Ecclesia occupabant, hunc ipsiū titulum concedit. Deinde notandum est, tanti fuisse Dei fœdus quandū stetit in genere Abrahā, vt ad ipsos propriū spectaret regni celestis hereditas, latē ipsius Dei respectu tunc adhuc rani sancti exsancta radice. Et sanē quæ postea sequuta est aburatio fatis ostendit, tunc in Dei familia fuisse retentos Secundo notandum est, Ch̄ istū nou de singulis habere sermonem, sed de tota gente. Hoc verò longe diuinus erat quām Gentium vocatio. nam Gentes inferi gratuita adoptione in idem corpus cum Abrahā posteris, tolerabile vtcunque fuisse: sed Iudeos ipsos expelli vi in locum vacuum succederent Centes, id verò portento nimile habitum fuit. Vtrunque tamen fore Christus pronuntiat, vt admittat Deus extraneos in sinum Abrahā: filios autem abdicet. In Tenebris externis tacita antithesis subest. significat enim Deus extra regnum suum quod est regnum Lucis, non nisi tenebras regnare. metaphorice autem per tenebras Scriptura horrendum mōtorem designat, qui nec verbis exprimi, nec sensu comprehendendi potest in hac vita.

13 *Abi & quemadmodum credis.)* Hinc apparet quām benigne gratiam suam effundat Christus, ubi vas fidei apertum nāctus est. Et si enim his verbis Centurionem alloquitur, non dubium, rationē est quin sub eius perlona nos omnes ad bene sperandum invitet. Ceterū hinc quoque docemur cur Deus plerunque sit erga nos restrictior: quia scilicet incredulitas nostra liberalem esse non patitur. Ergo si fide patet, cīmus illi aditum, vota nostra precēsque exaudiet.

L V C. VII.

II *Accidit quum egressus est ut proficeretur in urbem que vocabatur Nain. & simul cum eo profecti sunt multi eius discipuli, & turba multa.*

12 *Quum verò appropinquaret ad portam urbis, efferebatur mortuus unigenitus matris sue: & hec vidua erat, & turba cinctatā multa cum ea.*

13 *Porrō quum vidisset eam Dominus, misericordia motus est super ipsam, & dixit illi, Ne plores.*

14 *Et accedens tetigit loculum (porro qui portabant substiterunt) & ait, Adolescens, tibi dico surge.*

15 *Et resedit qui erat mortuus, & caput loqui: & dedit illum matris sue.*

16 *Cepit autem omnes timor: & glorificabant Deum, dicentes, Propheta magnus surrexit inter nos: & visitauit Deus populum suum.*

17 *Et manauit hic sermo per totam Iudeam de ipso, & omnem suavitatem regionem.*

11 *Accidit autem.*) Quam in omnibus Christi miraculis tenenda sit analogia quam docet Matthæus, sciamus iuuenem hunc quem Christus à morte suscitauit, specie esse spiritualis vita quam nobis restituit. Nomen vrbis ad certitudinem historiæ facit. Eodem etiam pertinet quod dicit Lucas turbam magnam utrinque sequoram esse, nam & Christus multos seculū habebat comites, & multi officij causa, in duendo funere mulieriter aderat. Tot igitur tescum oculis spectata fuit adolescentis resurrectio, ut minimè dubia fuerit eius fides. Huc quoque accessit loci celebritas: scimus enim habitos suis in portis conuentus. Quod autem extra urbem efficebatur mortuus, id ex vetusto genitio omnium more fiebat. Porro urbem Nain Hieronymus sua astate adhuc superstitem suis tradit, duobus millibus infra montem Thabor, Meridiem versus.

12 *Vnigenitus matris sue.*) Hæc ad puerum suscitandum ratio Christum induxit, quod viduam unico filio orbaram videns, eius insertus est, neque enim gratiam suam continuit, donec quispiam rogarerit quemadmodum alias: sed omnium preces anteuererit, matrique nihil tale expectanti reddit fulum. In quo illustre habemus speculum gratuitæ eius misericordiæ, dum nos à morte vivificat. Loculum tangendo forte ostendere voluit sibi minimè horrore fore morte & sepulchrum quo nobis vitam acquireret. Et certe non tantum nos manuagere dignatur, ut mortuos viviscit: ed ut in cœlum nos efficeret, in sepulchrum ipse descendit.

Rom. 4. c. 17. 14. *Adolescens tibi dico.*) Hac voce testatus est Christus quām vere doceat Paulus Deum vocare ea quæ non sunt tanquam sint. Mortuum compellat & sibi audientiam facit, ut mortis ipsa repeante in

EVANG.

vitan mutetur. Atque in eo primum futuræ resurrectionis illustre habemus specimen quemadmodum iubetur Ezechiel mādere aridis osibus ut Dei verbum suscipiantur, deinde etiā docemur quomodo nos spiritualiter Christus fide viviscere: nempe dum arcana verbo suo virtutem inflat, ut usq; ad mortuas animas penetret, quemadmodum pronuntiat ipse Iohannis 5. e. 25. Venit hora quando mortui audient vocem Filii Dei: & qui audierint, viuent.

16 *Cepit autem omnes timor.*) Timorem secum afferat Diuinæ præsentis sensus necesse est: sed hoc interest inter species timoris, quod increduli velad stupore in usque expauecant, vel terrore perculi fremunt contra Deum: pij autem & religiosi, reverentia taci sponte se humiliant. Timor ergo hic in bonam partem accipitur: quia perspectæ Dei virtuti tribuentes suum honorem, non modo reverenti sunt Deum, sed gratias illi egerunt. Quid Deum dicunt visitasse plebem suam, non de qualibet visitatione accipio, sed quæ ipsos in integrum restituere. Non modò collapsæ res erant in ludea, sed misera deformisque incubuerat seruitus quasi Deus eos non respiceret. Vna si es restabat, quod Deus se Redemptorem fore promiserat postquam extremis miseriis afflicti essent. Mhi ergo non dubium est quin miraculo admotis, propinquam status sui instauracionem sperant, tantum in modo visitationis errant, nam etsi insolitus Dei gratiam in eo agnoscunt & commendant, quod Propheta magnus surrexit: hoc tamen elogium longè inferius est dignitate & gloria promissi Messiae. Vnde apparet fidem in populo illo tunc fusile valde confusa, multisque commentis implicitam.

MATTH. VIII.

19 *Et accedens unus Scriba dixit ei, Praeceptor sequar te quo cunque abieris.*

20 *Et dicit illi Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres calinidos: at Filius hominis nō habet ubi caput reclinet.*

21 *Alius autem ex discipulis dixit ei, Domine permitt me prius ut abeam & sepeliam patrem meum.*

22 *At Iesus dixit illi, Sequere me, & sine ut mortui sepeliant mortuos suos.*

19 *Et accedens unus ex.*) Duos hic homines Matthæus, tres autem Lucas nobis proponit: qui quum omnes parati essent Christo nomen dare, prout diversis vitiis impediabant à recto cursu, varia responsa accipiunt. Posset tamen absurdum primo aspectu videri, quod Christus eum qui statim & sine mora ad sequendum se offert, amādar, nec in contuberniū suū recipit: alterum vero qui missionem ad tempus petendo tardior est ac minus promptus, secum retinet. Atqui utriusque optimæ est ratio, unde tanta Scriba promptitudo ut se protinus ad Christum comitandum accingeret, nisi quia minime reputabat quām dura & misera esset comitum eius conditio? Tenendum est fusile Scribam qui vita quietæ & commodæ illuetus, versatilis; in honore, probrorū, inopie,

MARC.

57 *Factum est autem, ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum, Sequar te quocunque ieris.*

58 *Dixit illi Iesus, Vulpes cauernas habent, & volucres cali nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.*

59 *Ait autem ad alterum, Sequere me! Ille autem dixit, Domine permitte mihi ut prius abeam ac sepeliam patrem meum.*

60 *Dixit autem ei Iesus, Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu vero vade, & annuntia regnum Dei.*

61 *Et ait alius, Sequar te Domine, sed permitte mihi prius ut vale dicam his qui sunt domi meæ.*

62 *Ait ad illum Iesus, Nemo qui manus sua ad aratum admota reflexerit a tergo, aptus est regno Dei.*

persecutionum & crucis impatiens fusilet. Vult quidem hic Christum sequi: sed mollē & amerciā viam, & hospitia bonis omnibus reserta somniat: quum per spinas ambulandum sit Christi discipulis, & per continuas erratas ad crucem pergedundum. Ergo quod magis festinat, eò minus paratus est. Perinde enim facit acti in umbra & deliciis, sine sudore & pulvere, extra telorum iactum militare vellet. Tales à Christo repudiari mirum nō est: quia sicut temerè irrumpt, ita prima quaque molestia fracti, primo quoque certamine exanimati referunt pedem, & locum turpiter deserunt. Adde quod locum Scriba iste apud Christū querere potuit, ut ex eius mensa gratis & laetè in otio paſceretur. Quare sciamus in eius persona nos in re omnes ne temerè & secundum iactemus nos for Christi

C O M M E N T .

re Christi discipulos, de cruce & ærūnis nihil co-gitantes: quin potius ante tempus meditentur qualis nos maneat conditio, hoc enim tyrocinio nos initiat in scholam suam ut nos abnegantes crucem nostram tollamus.

20 *Fulps fousas.*) Declarat quidem Filius Dei qualis fuerit vita suæ cōditio dū in terris ver-satus est: sed discipulis suis omnibus prescribit ad quam se vita rationem formare debeant. Mirum tamen est Christum negare sibi esse terræ pedem vbi caput reclinatur: quin multos habet pios ho-mines & humanos qui libenter eum hospitio ex-ciperent. Sed notandum est, monendi causa hoc esse dictum, ne rāquam à locuplete domino mercedem amplam & opimam expectet Scriba, quia Dominus ipse precari degit in alienis domib⁹.

21 *Et sepeliam Patrem meum.* Diximus Scribā repudiari à Christo comitem, quia sibi cōmodum vita genus singēdo, temerē ē ingerebat. Hic ve-rò que n̄ retinet Christus, laborabat cōtrario vi-tio, nam quoniam in extēmō parcer Christo vo-canti oblitabat illa infirmitas, quod patrē desere-re durum esset: ac credibile est sūisse confec-tum, quoniam dicat, Permitte ut sepeliam, nam hæc loquutio subiudicat, n̄ in multum temporis illi fuisse reliquum. Lucas exprimit insluin sūisse à Christo ut sequitur. Pro eo dicit Matthæus v-nū sūisse ex discipulis. Porro vocationem non recusat, sed cum neautiū sibi ad tēpū dari petet, dum pietatis officio fungatur erga patrem Perinde enim valet eius excusatō, ac si liberū se negaret donec mortuus esset pater. Ceterū ex Christi responso intellegimus sic colendam esse filiis pietatem erga parentes, vt ea posth. bita, quoties alio Deus vocat, primum eius mandato gradum tribuant: cessare, inquit, oportet quacunque de-hētur hominibus officia, vbi sibi operam impendi iubet Deus. Nunc singulis vidēdum est quidnam ab illis requirat Deus, & quid vocatio cui sunt addicti postulet: ne ipsos terreni parentes impediant quoniam in summō & vnicō omnium patiū suū ius integrum maneat.

22 *Mortui sepeliunt mortuos.*) His verbis nō

damnat Christus sepulturæ officiū, esset enim dū & innane abiicere ins. pulta mortuorum cadavera, & scimus ritum sepelendi Diuinus fuisse traditum hominibus, & apud sanctos vñ re-cptū, ad spē vltimæ resurrectionis confirmā-dam. Tātū docere voluit, quicquid nos à recto cursu reuocat vel moratur, nihil nisi morte sa-cre, ac si diceret, Eos demum solos vivere qui sua studia & omnes vitæ partes ad Dei obsequiū ap-pliant: eos verū qui in mundo subsidunt, atq. vt se prebeat hominibus morigeros, Deum pre-te-reunt, similes esse mortuis, qui se in habenda mor-tuum cura frustra & inutiliter occupant.

60 *Luc. Vade & annuita.*) Matthæus tantum habet, Sequeru me: Lucas verò clarius exprimit quorū sūerit vocatus: nempe ut Euangelij mi-nister esset ac p̄aco. Nam si priuata vitæ relicitus fore, nulla necessitas cogebat patri deesse: modòne in patris gratiam ab Euangelio deficeret, sed quia Euangelij prædicatio eum domi sedere non patitur, à patre ipsum Christus meritū auellit. Ce-terū n̄ vīta in eo apparet Christi bonitas, qui hominem adhuc infirmum tam honiſtico mu-nere dignatur ita notare opere pretiūm est, cor-rigi vitium quod adhuc in eo hærebatur, non indul-gentia foueri.

61 *Luc. Et aut aliis.* Huius tertij non memi-nit Matthæus, apparebat autem mun. o suis magis affixum quānū vt ad secundum Christum solu-tus & expeditus fore. Se quidem Christo contu-bernalē offert, sed addita exceptione, quoniam val-dixerit domesticis suis: hoc est, quoniam negotia domi compoluerit: sicuti solēt qui discellūn par-ant. Hec cauſa est cur tam duriter illum castiget Christus, verbo enim professus se fore Christi co-mitem, tergū illi vertebat donec satisficeret terrenis negotiis. Iam quoniam neget Christus ap-toſe regno Dei qui post tergū respiciunt, at tentē quārēndum est quid hoc sibi velit. dicuntur autem A tergo respicere qui niundi curis im-pliciti, se à recta via abduci finunt: præsertim ve-rò qui se demergunt in eas quæ eos reddant inu-tiles ad secundum Christum.

MATTH. IX.

MARC. II.

LVC. V.

1 *Et ingressus na- uem traiecit, ac venit in suam ciuitatem.*

2 *Et ecce adduxerunt illi paralyticum in lecto decumbētum. Quimque vidisset le-fidem illorum, di-xit paralytico, Confi-de-fili, remittuntur tibi peccata tua.*

3 *Et ecce quidam cūm edūm in quibus erat: perfos-ē Scribis dicebant in-ſequē teclō demittunt grabbatum in traſe, Hic blaſphemat.*

4 *Et quoniam vidis-set Iesu cogitationes illorum, dixit, Quare vos cogitatis mala*

1 *Et iterum intravit Caperna- um post dies aliquot, & auditum est quod in domo esset.*

2 *Et protinus congregati sun-ti multi, adeo ut iam non caperent eos in lecto que circa ianuam erant loca, & lo-quebatur eis sermonem.*

3 *Et veniunt ad eū ferentes pa-ralyticū, qui à quatuor portabatur.*

4 *Et quoniam non possebant appropi-quare illi præturbā, nudauerunt te-*

5 *Quoniam autem vidisset Iesu fi-dem illorum, ait paralytico, Fili remittuntur tibi peccata tua.*

6 *Erant autem illi quidam è cata-tua.*

17 *Et factum est quodam die, & ipse docebat: erantque Pharisæi se- dentes, ac Legis doctores qui vence-rant ex omni castello Galilæe, & Iudeæ, & Ierusalem, & virtus Domini aderat ad sanandum eos.*

18 *Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus, & quæabant eum in ferre & ponere an-te eum.*

19 *Et non inuenientes quā parte illum inferrent præturbā, asciende-runt suprætectum, ac per tegulas de-miserunt eum cum lectulo in medium ante Iesum.*

20 *Quorū fidem vt vidi, di-xit illi, Homo, remittuntur tibi pec-*

IN HARMONIA EVANGELI.

in cordibus vestris? Scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis,
 5 Vtrum enim es facilis dicere, Remittitur tibi peccata tua. 7 Quid hic sic loquitur blasphemias? quis potest remittere peccata mutere peccata nisi solus Deus?
 an dicere, Surge & ambula? 8 Et protinus, quum cognovis spiritum suum quod sic cogitatis in cordibus vident intras, dixit illis, Quid ista stris?
 6 Vt autem sciat, quod potestatem habet Filius hominis in terra remittendi peccata (tunc dicit paralyticus) Surge, tolle grabbatum tuum, & abi domum tuam.
 7 Et ille surrexit, remittendi peccata (a paralytico) abutique domum suam. 11 Tibi dico, surge, tolle grabbatum tuum, & abi in dominum tuam.
 8 Turbe vero queatum tuum, & abi in dominum tuam, & admirare viderant, admirante. 12 Et statim surrexit, sublati sunt & glorificaueruntque eum quod grabbato egredens est in cappellam omnium, adeo ut stupescerent Deum qui dedisset potestam homini omnes, & glorificarent Deum, ditimur, dicentes, Vidimus incredibilis, Nunquam si: vidimus.
 1 Matth. In ciuitatem suam.) Docet hic locus urbem Capernaum vulgo creditam suctile natum locum Christi, quod eam maximè frequentaret, minimè enim dubium est eandem à tribus historiam retteri, quanvis circumstantias alius alio subtilius enumeret. Dicit Lucas venisse ex variis partibus Iudeæ Scribes, quibus spectantibus paralyticum Christus sanavit, subindicat tamen aliis quoque redditam esse sanitatem Christi gratia. Nam priusquam ad paralyticum descendat in plurali numero loquens dicit, paterfactam illuc suctile Dei virtuté ad sanandos eorum morbos. Fuit autem non vulgaris huius miraculi gloria, quod homo quem membris omnibus captum per funes in lecto iacentem demiserant, repente vegetus agilisque conseruit. Alia tamen peculiaris ratio est cur in hoc miraculo magis quam in aliis instant Evangelista, quod scilicet indignè tolerant Scribes Christiani sibi ius & potestatem sumere remittendi peccata: Christus vero eam visibili signo sanctitatem esse & obligitatem voluit.
 2 Quinque vidisset fidem illorum.) Fidei quidem solus est Deus cognitor: sed fidei speciem edebat in illo tam laborioso conatur: quia nunquam tantum subfessum molestiae, nec cum tantis obstaculis iunctati esset, nisi animos fecisset certa successus fiducia, ita fidei eorum in eo fructus apparuit, quod præcluso vnde aditu fatigati non fuerunt. Nā quod quidam existimat Christianum diuinitus & secundum suctile ipsorum fidei, quia occulta intus latebat, in hi coactum videtur. Nam quia illorum fidei concessit Christus quod paralyticum datus erat beneficium: ideo queri hoc loco solet quatenus hominibus proposita aliena fides. Ac primo quidem certum est profuisse Abraham fidem posteris, dum gratuitū salutis fædus sibi & semini suo oblatum amplexus est. Idem & de singulis fidelibus sentire cōuenit, quod Dei gratiā fide sua ad liberos & nepotes propagant, etiam antequam nascuntur.

21 Et cœperunt cogitare Scribes & Pharisæi, dicentes, Quis est hic qui nisi filius Deus?
 22 Vt autem cognovit Jesus cogitationes ipsorum, respondens dixit ad eum spiritu suo quod sic cogitatis in cordibus vident intras, dixit illis, Quid ista stris?
 23 Vtrum est facilis dicere, Remittuntur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula?
 24 Vt autem sciat quod Filius hominis habet potestatem in terra (ait paralyticus) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in dominum tuam.
 25 Iisque confessum surgens coamillis, sustulit lectum in quo lacuerat, abutique in dominum suam glorificans Deum.
 26 Et stupor corripuit omnes, & glorificabant Deum, & repleti sunt timore, dicentes, Vidimus incredibilis, Nunquam si: vidimus.
 Atque id in pueris infantibus locum habet, qui nondum per æratem fidei sunt capaces. Adultos vero, quos proprii deficit fides (sive extranei sive sanguine coniuncti) quoad æternam animæ salutem aliena fides non nisi mediare iuvat. Nam quis profectu non carent preces quibus à Deo petimus ut incredulos ad penitentiam convertant, hinc patet fidem illis nostram prodesse, eosque tamē vt ad salutem non perueniant donec illis impetrata fuerit eiusdem fidei societas. vbi autem inutius est fidei consensus, vicissim ab aliis iuvari aliorum salutem plusquam notum est. hoc quoque controversia caret, terrenis beneficiis in favorem piorum saepe donari incredulos. Quod ad presentem locum spectat, tametsi aliorum fidei motus suctile dicitur Christus, consequi tamen paralyticus remissionem peccatorum non potuit nisi propriam ipse haberet fidem. indignis saepe Christus corporis sanitatem restituit, hec ut Deus quotidie sole summum oriri facit super bonos & malos, & non alio modo reconciliat se nobis quam per fidem. Quare synecdoche est in voce illorum, quia non ita respexit Christus eos qui paralyticum ferabant, quin eius quoque fidem intuitus fuerit. Remittuntur tibi peccata. Videtur hinc Christus paralyticum aliud quam querierat promittere, sed quum sanitatem corporis dare velit, exordiū facit à causa morbi tollenda, & simul paralyticum admonet unde illi acciderit morbus, & quomodo vota sua disponere debeat. Nam quia vulgo non reputant homines flagella esse Dei quas sustinent ærumnas, tantum leuamē aliquod in carne optant, de peccatis suis interea sunt securi, perinde acsi ægrotus morbum negligens, praesenti tantum dolori remedium peteret. Atqui vincita à malis omnibus liberatio est, Deum habere propitium. Contingit quidem interdum ut impij ex malis suis emergant, Deo nihilominus adhuc illis infesto, sed dum se putant defunctos,

meo vel eadem recurrent, vel plura & graviora irruunt, quæ testentur nullū fore modū nec finē donec placata fuerit ira Dei, quemadmodum ipse testatur per Prophetam, Si leonem euferis, occurreret tibi virus domi te inclusiferis, infiliet scorpio. Itaque hæc loquendi ratio frequens & trita est Scripturis, ventiana à peccatis pioniterre, vbi poenarum mitigatione queritur. Hunc quoque ordinem tenere in precibus conuenit, ut afflictionā sensu de peccatis nostris admonitis, de impetranda venia primū simus solliciti, vt Deus nobis reconciliatus, à puniendo manum retrahat.

Gergeseni. **H**unc porrà lacum de Genesara intelligi debere, extra controuersiam est: quo trajecto profectus est Christus ad Gadarenos qui Gerseni à Matthæo vocantur. Qui autem ex nominis diuersitate diuersas historias narrari colligunt, dum arguti videri appetunt, nimis crassa infiditatem abundat. regio enim Gergesenorū, Gadarena quoque vocata fuit à Gadariis vrbe celebri. Hieronymi ætate mutatum erat nomē, itaque Gerasenos ex more tunc recepto appellat. Quum tamen porci in lacum Gidarenum precipites acti sint à diabolis, non repugno. Sed quom dicit Christus, Transeamus in ulteriore ripam, id non possum nisi de Genesara expondere. Nunc de tempore restat videndum, quod neque ex Matthæo, neque ex Luca potest colligi. solus Marcus vesperam notat eius diei quo differuit Christus de Euangelij predicatione sub parabola feminis. Vnde apparet nō seruatum fuisse ab illis temporis ordinem, quod etiam clare exprimit Lucas, quum dicit factum esse quadam die: quibus verbis ostendit se anxie non laborare quid prius vel posterius fuerit.

23 *Quam iugressus esset nautum.*) Marcus dicit alias quoque nauiculas traiecit: Christum vero propriam nauem cōscendisse cum suis discipulis. Lucas etiam recitat eius verba: Matthæus breuior est. In summa tamen consentiunt: nece quod se Christus ad quietem composuerit, ac eo dormiente repente exorta fuerit tempestas. Primo certum est non fuisse fortuitam procellā quæ lacum turbauit, quoniam enim Filium suum cœco ventorum impetu iactari passus fuisset Deus? Sed hac occasione patefecit Apostolis voluit quā exigua & debilis adhuc esset eorum fides. Quantius etiam naturalis fecerit Christi somnus, valuit tamen ad eundem usum, ut suam infirmitatem melius agnoscerent discipuli. non dicam quod multo, Christum finxisse somnum ut illos probaret, potius dormisse existimò ut ferebat humana eius naturæ conditio & necessitas. interim tamen vigilat cius Diuinitas ut sibi metuere Apostoli non deberent, quin statim subiret consolatio, patrum è celo fore auxilium. Scianus ergo, arcana Dei prouidentia hoc totum fuisse gubernatum, ut dormiret Christus, violenta tempesta surgeret, fluctus nauem operirent, parvumque abesse nauis à naufragio. atque hinc discamus, quoties aliquid aduersi exortitur, centari à Domino fidem nostram: si autem mala ingrauefcit, ut premodum nos obruant, eodem Dei consilio hoc fieri, ut patientiam nostram exerceat: vel ut hoc modo occulta nostra infirmitas in lucem emergat. sicuti videmus, quum fluctus operirent Apostolos, retectam fuisse eorum infirmitatem quæ prius latebat.

25 *Domine, serua nos.*) Pia, ut quidem videtur, precatio, quid enim potius illis agendum fuit, quām ut perditū salutem nihilominus à Christo peterent? Sed quó eos infidelitatis damnet Christus, videndum est qua in parte peccauerint. Evidenter non dubito in carnali magistri præsentia fuisse nimis defixos, nam apud Marcum non precantur simpliciter, sed cum eo expoſtantur, Magister, non est tibi cura quod perimus? A Luca

M A T T H E U S. VIII.

M A R C.

28 *Et quum veniſſet ad ulteriorempri- pam in regionem Ger-*

etiam notatur confusa trepidatio, Praeceptor, præceptor, perimus. Debuerat statuere Christi Deitatem non esse oppressum carnis somno, & ad eā confugere, quicquid autem donec extremum discrimen urget: tunc eos consternat immodicus timor, vt non putent se fore saluos, nisi expergefiat Christus. Hæc causa est cur eos infidelitatis accuset, nam quod rogabant opem ferret fidici, potius testimonium erat, si fiducia Diuinæ eius potentia freti, placidè & sine tanta fornidine sperassent quod perebant auxilium. Atque hinc foluitur quæstio quæ ex eius reprehensione morueri possit, nunquid vitiosus sit omnis timor, & cum sive pugnet. Primo non simpliciter eos reprehendit quod timeant, sed quod timidi sunt. Apud Marcum etiam additur *etiam*, qui particula notat eos extra modum expauescere. Deinde fidem opponens eorum timori, se de tommodica perturbatione loqui ostendit, quæ non tam exercet ipsorum fidem quām eorum animis excusat. Quenlibet vero timore non esse fidei contrarium inde patet, quod si nihil metuimus, obrepit supina carnis securitas: ita languescit fides, torpe precandi ast. Etus, stadiem extinguitur Dei memoria. Ad hęc qui malorum sensu non tanguntur ut metuam, stupidi magis sunt quām constantes. Ita videamus timorem, qui fidem sollicitat, per se vitiosum non esse donec excedat modum, in eo autem est excessus, si turbatur vel labascit fidei tranquillitas quæ acquiescere debet in verbo Dei. sed quia nunquam contingit ut sibi ita moderentur fideles, ne fides eorum labores, ferè semper timido peccant. Verum si tuere oportet, fidei defectu non quolibet timore coargui, sed ea fornicidine conscientia pacem turbat ut non recumbat in Dei promissione.

26 *Incepauit venos.*) Recitat enim Marcus verba Chisti, quibus mare compellans, silentiū, hoc est quietem, imperat, nō quod sensus aliquis subfuerit in lacu, sed ut virtutem sua vocis offendere in muta elementa penetrare. nec solū mare & venti sine sensu, Dei imperio obediunt, sed ipsi quoque impii cum sua contumacia, quum enim sedare vult Deus bellicos tumultus, non semper ferocios hominum animos mollit & format in suum obsequium, sed facit ut furentibus armis tamen è manibus effluant, atque ita impletur illud Psalmi quadragesimi sexti, a. 10. Componit bellū visque ad extremum terræ, confirgit arcam, detrunct hastam, currus igne comburit.

27 *Homines vero admirabantur.*) Hoc Apostolis tribuere videntur Marcus & Lucas. Postquam enim dixerunt à Christo reprehensoris, subiciunt cum timore exclamasse, Quisnam est hic? Hoc tandem in aliis magis competit quibus nondum innotuerat Christus. Vtrumquis tamen sequanur, hic iam miraculi fructus emergit quum celebratur Christi gloria. Siquis Apostolos loqui putet, sensus verborum erit, Diuinam eius potentiam eo satis probari quod illi obedient ventus & mare. Quia tamen alios sic loquuntur esse magis probabile est, his verbis docent Euangelistæ, miraculo percusso fuisse eorum animos, ut reverentia Christi quædam esset ad fidem præparatio. V.

L V C. VIII.

26 *Et nauigauerunt ad regionem Gadarenorū que est contra Galileam Gerasenorū.*

gesenoriū, occurrerunt ei duo dæmoni acce-
perantur, & neque catenis poterat quisquam eum ligare.

29 Et ecce vociferabantur, dicentes,

Quid nobis tecum est? numentis erat clamans, & concidens seipsum

Huc ante tempus ad

Torquendum nos?

30 Erat autem procul ab illis grecorum multorum pascens.

31 Demones vero

Rogabant eum, dicen-

tes, Si eycis nos, per-

mitte nobis ut demini-

gremus in gregem

porcorum.

32 Et ait illus, A-

bite. Illi vero egressi

abierunt in gregem

porcorum. Et ecce, fe-

rebatur totus grec-

porcorum per præcep-

in mare, & perierunt

in aquis.

33 Porro qui pa-

sciebant, ansigerunt:

& abentes in ciuitate-

tem, renuntiauerunt

omnia, & quid acci-

derit demoniacis.

34 Et ecce tota ci-

uitas exiuit in occur-

sus illum: & quum vi-

dissent illum, roga-

runt ut decederet e-

finibus eorum.

2 Et illi è nauis regesso statim occurrerit è mo-
numentis homo detentus à spiritu immundo,

3 Qui domicilium habebat in monumentis,

4 Propriea quod quum sepe compedibus &

nemo posset transire catenis vincitus fuisse, discepta fuerant ab eo

catena, & compedes fuerant communata, ut ne-

mo posset eum domare.

5 Et semper die ac nocte in montib. & mo-

num, & neque catenis poterat quisquam eum ligare.

6 Quum vidisset autem Iesum, eminus, cu-

currit & adoravit eum:

7 Et clamans voce magna, dixit: Quid tibi

meum Iesu Fili Dei altissimi? adiuro te per

Deum ne me torqueas.

8 Dicebat enim illi, Ex spiritu immunde

ab homine.

9 Et interrogabat eum, Quod tibi nomen?

Et respondit, dicens ei, Legio mihi nomen est:

quia multissimus.

10 Et deprecabatur cum multum ne se emi-

teret extra regionem.

11 Erat autem ibi iuxta montes grecorum magnus pascens.

12 Et deprecabatur cum omnes dæmones,

dicentes, Mitte nos in porcos, ut in eos intro-

eamus.

13 Et permisit eis statim Iesus. Et egressi spi-

ritus immundi ingressi sunt in porcos: & fereba-

tur grecus per præcepis in mare. erant autem ser-

bis mille, & suffocati sunt in mari.

14 Porro qui pasciebant porcos, fugerunt, &

renunciaverunt in ciuitatem & in agros. Et in-

gressi sunt ad videndum quid esset quod acci-

derat.

15 Et veniunt ad Iesum, & vident dæmonia-

cum sedentem acfestuum, & sane mcnis, qui

habuerat Legionem, & timuerunt.

16 Et narrauerunt illis qui viderant quali-

ter accidisset demoniaco, & de porcis.

17 Et rogare coepérunt eum ut discedere

de finibus ipsorum.

18 Et quum ingressus esset nauim, rogarat

illum qui fuerat à dæmonio corruptus ut esset

cum illo.

19 Iesus autem non admisit eum: sed ait illi,

Abi domū tuam ad tuos, & annuntia illis quā

ta tibi Dominus fecerit, & misericors sit tui.

20 Et abiit, & caput prædicare in Decapolis

quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur.

27 Et quum de na-
vi egressus esset ad terrā,
occurred illi vir quidam e-
cinitate qui habebat dæ-
moniam tam multis tempo-
ribus, & vestimento non
induebatur, neque in do-
mo manebat, sed in mo-
numentis.

28 Is viso Iesu exclama-
uit, ac procidit ante illum,
& voce magna dixit,
Quid ubi meum Iesu Fili
Dei altissimi? obsecro te ne
me torqueas.

29 Precipiebat enim
spiritui immundo ut exi-
ret ab homine: quia multis
temporibus corripuit at il-
lum, & vinciebat cate-
nus, & compedibus custodie-
batur: & rupis vinculis
agebatur à dæmonie in
deserta.

30 Interrogavit autem
illum Iesu, a cens, Quod
tibi nomen? Ille vero di-
xit, Legio: quia intrane-
rant multa dæmonia in
eum.

31 Et rogauerunt illum
ne imperaret ipsis ut in
abyssum irent.

32 Erat autem ibi grecus
porcorum multorum pa-
centium in monte.

33 Et rogauerunt illum
omnis multitudo regionis
Gadarenorum ut disce-
deret ab ipsis: qui amar-
go timore tenebantur.
ipse autem conscientia nauis
renversus est.

34 Rogauit autem vir
i quo dæmonia extierant,
ut cum eo esset. Sed dimi-
nit eū Iesus, dicens,

35 Redi domū tuam, &
narrare quecumque tibi fecit
Deus. Et abiit per totam
ciuitatem, prædicans que-
cumque sibi fecisset Iesus.

36 Iam prius eorum errorem refutauit qui Marcum
& Lucam aliud miraculum referre volunt. Nam
quum eadem à tribus Evangelistis notetur regio
Galilæa opposita, sicut etiam Lucas exprimit, &
conuenient omnes circumstantiae: cui persuadebi-
tur eadem hæc omnia diuersis temporib. accidisse?

37 Occurrerunt ei duo dæmoniaci) Hoc vnu dis-
crimen causam erroris præbuit interpretibus, vt
Matthæum ab aliis disenserent: quia hic duos

nominat, alij dūtaxat vnu. Sed probabilis est Augu-
stini cōiectura, qui duos fuisse sentiens, de uno tā-
tum hic verba fieri excusat. quod magis famosus esset:
atq; ita propter mali atrocitatē magis illustrē fues-
tit in eo miraculum. Et certe videamus Lucam &
Marcū in sc̄utia diaboli amplificanda multis ver-
bis insistere, vt constet miserum illum hominem,
de quo loquuntur, plus quam imp̄ tenter fuisse ve-
xatum. Quod ergo vnu insigne exemplum Di-

vinae Christi potentia celebrant, à Matthæi narratione non disfides, quæ alterū hominē, licet minus cognitū, adiungit. Quod Lucas dicit, occurrisse hominem ē ciuitate, incertum est ciuēmne Gadarenū fuisse intelligat, an illinc profectum Christo fuisse obuiam. Nam quum iuslus esse domum abi-re, & inter suos prædicare Dei gratiam, Marcus dicit eum in Decapoli hoc fecisse, quæ vicina erat regio in Galilæam vergens. vnde coniicitur Gadaris non fuisse natum. Porrò non egressum fuisse ex vrbe Matthæus & Marcus differunt, sed ex monumentis: & Lucas ipse toto cōtextu significat in solitudine vixisse. Hęc igitur verba, Occurrunt vir quidam ē ciuitate, si interpretor, quod priusquam accederet Christus ad vrbc, ab ea parte le medium obtulerit dæmoniacus. Cæterū qui putat in sepulchris habitasse hominē, quia vel odo re cadaverum delecatūr, vel oblationum nido ræ mulcentur dæmones, vel quia animas captent quæ suis corporibus propinquæ esse appetunt: fruola est, immo stolta corum diuinatio. Potius miserum hunc hominē in sepulchris detinuit immundus spiritus, vt continuo cum terrore ob tristem mortis confpectum laceraret: ac si excemptus ē numero hominum iam inter mortuos ageret. Adde quod hinc discimus diabolū nō cruciare in präsentī tantum vita homines, sed ad mortem usque persequi. adeo que regnum eius in morte vigere.

3. Marc. *Nequo catenis quisquam.*) Naturaliter catenas abrumptere non potuit, vnde colligimus extraordinarios interdum motus Satanæ permititi, quorum vis sensim nostrum & vñitatem rationem supereret. In phreneticis quidem plus multo roboris sepe cernitur quam si integris virib. pollerent, nec verò negādum est diabolum illis quoque agere suas partes, quoties à Deo permittitur: sed impetus quem describunt Euangelistæ, sicut longè maior. Triste sanè & horrendum spectaculum: sed quo monenter quam miserum & formidabile sit Satana tyrranidit subesse: nec minus timendum esse animæ vexationem quam corporis cruciatu[m] quantumvis diros atque atrocēs.

6. *Adtrauū eur.*) Taliſ fuit historiæ series, quā obuiam prodidit dæmoniaci, iustis Christus spiritus immundos ab illis egredi, tunc supplices deprecati sunt ne ante tempus ipsos torque-ret. Ergo adoratio non præcessit Christi verba: nec prius conqueri sunt molestum sibi esse Christum, quam dum eos exire cogerer. Scindunt verò est, non tam sponte in Christi conspectum veniente quam arcano Christi imperio tractos. Quem admodum enim prius furioso impetu abriperē homines in sepulchra soliti fuerant: ita nū superior potestas ad sui iudicis tribunal invitox cogit. Vnde colligimus totum Satanæ regnū Christi imperio subesse. neque. n. nunc magis cōpotes sui sunt dæmones, cū ad se eos citat Christus quam nuper miseri homines, quos sua tyram de huic illuc rapabant. Deniq[ue] arcana Christi potentia in medium fistuntur, vt illis electis hominum se libera-torem demonstreret. Coacti etiam cum adorant, & contumaces eorum querimoniæ testes sunt quam non voluntaria fuerit eorum confessio, sed vi extorta. *Quid tibi nebrisum?* haunt. Libenter hac voce procul cum fugarent: sed quia se constrictos teneri vident, vt frustra cuius imperium fugiant, queruntur se ante tempus torqueri- & deprecacionem simul admiscent. Ita videmus dæbolos nihil quam ferociam aduersus Deum spirare, & tamen cum sua superbia qua turgent, quasi frāctos cōci-

dere, & quidem eodem momento: quia eorum malitia & perueritas, quæ nunquam domatur, lu-ctari aduersus Dei imperium nō definit: & tamen interea coacta cedit. Quod autem diaboli confes-sionem aperte non repudiet Christus, sicut alibi, haec videtur esse ratio, quod dæsidiū minime obsecurum erat, vt nella sinistra obrectatio haberet locum. Adde quod hominum ratio à Christo habita fuit, hinc factum est, quum maleuoli & mali-gni aduersi testes, vt magis intentus esset ad refellendas calumnias: id eo quæ acris dæmones cō-pelceret. Quantum ad präsentem locum spectat, satis supēq[ue] esse debuit quod dæmones, suppliciter orando, stupuſtōs contra eum fremebant.

29. Matth. *Venit hic ante tempus.*) Genus tor-menti quidem exponunt quod hominem quem occupant, cogant liberum & solutum demitte-re. Alij referunt ad dicim extremum iudicij Ego verò intelligo, iudicis sui prefatam expaefactos, de pena sua cogitare, mala enim conscientia quid meriti essent, ipsi, tacente Christo, dictabat. Quenadmodum enim scelerati, vbi ad tribunal venturi est, supplicium suum concipiuntita necesse est diabolos & impios omnes ad Dei cōspe-ctuum contremiscere: non secus acsi iam inferos, ignem inextinguibilem, & futuros cruciatus sentirent. Quum verò scirent diaboli Christum esse mundi iudicem, non mirum est si eius intutus tor-menti präsentis metum illis incurrit. Quod quidā quatrunt, an illis cognitus fuerit ultimi iudicij dic: superuacuum est. Quid ergo sibi vult particu-la, Ante tempus? nempe quia iprobis peccata luedæ tempus nunquam maturum est, libenter enim dicim ex die traherent. Nam vt moram deputant in lucro quantisper eos sustiner Dominus: ita ter-giversado iudicem ei^o fugit, licet sine proœctu.

9. Marc. *Legio nibi nomen.*) Hanc vocem dia-bolo Christus expressit, vt melius gra & sue ma-gnitudinem commendaret. Non abs re homini inflicta fuerat tam grauis vltio, vt in eo habitaret quidam veluti exercitus dæmonium. Cuius ergo misericordia fuit hominem plus millies perditum ad totidem exitiis eripere? Magnificè etiam in eo refulgit Christi virtus, quod vox sua nō vnum dæmonem, sed multam turbam repellere profligauit. Legio autem non pro finito hominum numero, sed tam pro magna turba accipitur. Hinc aperte quam miserum animal sit homo vbi Dei tutela desfinitur: nempe vñusquisque non tantum singulis diabolis patet, sed ingentis turba est re-ceptaculum. Simil resellitur vulgaris ille error quem Iudei & Christiani à profanis hominibus mutuati sunt: quod scilicet singulis hominibus infesti sint singuli dæmones. Atqui scriptura palam affirmat, prout Domino vñus est, nunc diabolus vñus inniti qui totam aliquam gentem affligat, nunc pluribus tradi vñum hominem puni endum: sicut vicissim vñus interdum Angelus toti populo präfides, & singulis hominib. multi dan-tur salutis custodes. Quod magis sollicitè excubare nos decet ne tāta hostium turba nos circunueniat.

10. *Deprecabantur eum.*) Lucas dicit rogasse ne in abyſsu mitterentur, quod ira à quibusdam ex ponitur quasi soliditudinem fugerint. Ego verò ad nocendi libidinem refero quia hoc vñus diabolus studium est, oberrare inter homines leonum instar ad venandam prädam. Dolet illis in abyſsum demergi, in qua ablata sit lædēti & perdendi facultas. Atque huc genuinū esse sensum ex Marci verbis colligere licet. dicit enim precatos esse

ne extra regionem abire cogerentur. In summa, hoc sc̄ ingenio esse produnt, vt nihil magis appetant quām humani generis exitium.

31 Matth. *V idem gremus vi gregem porcorum.*) Diuinat quidam optasse irrue in porcos quia infesti sunt omnibus Dei creaturis. Hoc quidem verum esse fateor, totos in eo esse vt totum nūtrā ordinem Diuinatus constitutum dissipent ac peruent: longius tamen respxisse certum est, vt scilicet regionis incolas porcorum iactura ad maledicendum Deo impellerent. Nam quōd diabolus fulminat in dominum Ioh. nō facit hoc lignorum vel lapidum odio: sed vt sanctus vir, impatiens damnum ferendo, aduersus Deum fremat. Christus vero annuens, non eorum vota exaudit, sed hac occasione probare vult quales sint Gadareni. Fortasse etiam vt eorum scelerata castiget, tantum licentia permittit diabolis in eorum porcos. Ceterum vt nulla nobis constet certa ratio, occultum tamē Dei iudicij reuerētē suspicere, & pia humilitate adorare cōuenit. Docet autē hic locus quām insulē nugētū profani quidā homines, qui diaboli nos cōsentiles spiritus, sed tātūm prauos hominū affectus esse fingunt. Quomodo enim auraria, ambitio, crudelitas, perfidia, in porcos de ingratis? Sciamus ergo immūndos spiritus (vt sunt deuori exitio) generis humani hostes esse: ut quoscū que possunt in eundē secum interiti p̄cipent.

35 Marc. *Venimus ad Iesum.*) Hic infligne habemus documentum, non omnes qui Dei manum agnoscunt, proficere vt debeat, quōd se vera pieatis illi subiciant. Perfecto miraculo timuerunt Gadareni: nempe quia in Christo resulgebant Dei maiestas. Recte haec tenus: sed quōd illum à finibus suis ablegant, quid eo deterius fieri potuit? Erant ipsi quoque dissipatae deß pastor qui colligit: in dō Deus per filiū suū brachia porrigit, vt suo cōplexu in celū euehat qui mortis tenebris obruti erat. Oblata salute malunt priuari quām diutius ferre Christi presentiam. Videtur quidem iactura porcorum offensi: sed Lucas altiorem causam notat, quōd magno timore correpti forent, & certe accepto dāmo exasperati non rogassent, sed expulserent eum durius. Ceterum quin reuerentur vt Dei ministrum, formidine tamen percussi cupiūt procul abesse, videamus eos nullo gratiā Diuinā sensu fuisse tactos. Et certe quāvis omnes impij

M A T T H. X.

I Et accersitis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem aduersus sp̄iritus immundos, vt eycerente eos, & sanarent quemuis morbum & quemuis languorem.

2 Porro duodecim Apostolorum nomina sunt hęc: primus Simeon, qui vocatur Petrus, & Andreas frater eius: Iacobus filius Zebedei, & Iohannes frater eius.

3 Philippus ac Bartholomeus: Thomas, & Matthaeus qui fuerat ap̄blicanus: Iacobus filius Alphei, & Lebbeus cognomento Thaddeus:

4 Simon Cananeus, & Iudas Iscariotes, qui & prodidit illum.

5 Hos numero duodecim emisit Iesus, quib. p̄aceperat dicens: in viam Gentium ne abieritis, & in civitatem Samaritanorum ne ingrediamini;

6 Sed iste potius ad oues perditas domus Israel.

7 Profecti autem predicate, dicentes, Appropinquauit regnum celorum.

8 Infirmos sanate, leprosos mundate, mortuos suscitate, demonia eycite: gratuiō accepistis, gratuiō date.

Deum adorent, & in eo placando multum contamant laboris: si tamen diretur optio, quām longissimē se ab eo subducerent: quia terribilis eius tacies quādū iudicem portūs quām patet em illū cogitant. Hinc fit vt Euangelij doctrina, qua nihil suauis fingi potest, passim tristis & acerba sit, vt bona pars mundi seputam esse optet. Interea tamen verum est parte timoris ex dispensio accidisse. Ita hodie dum publicè & priuatim reputat homines ex Christi regnum suis coniugidis aduersū esse, prauo carnis metu occupati, gratiam eius non gustant. Itaque eius aduentu Deum magis iratum quām propitiū esse putantes, qui intūm in se est alio ipsum amandant. Hoc autem sceli stuporis signum est, quōd eos niagis terret porcorum iactura, quām anima salus exhibaret.

38 Luc. *Rogauerat autem vir.*) Gadareni Christum apud se terre nequeunt: qui autem à dñe iōnō liberatus est, relicta patria eum cupit sequi. hinc appetat quantum inter Diuinā bonitatis & potentie notitiam interit: quia potentia formidinem incuriens, à Dei aspectu homines fugat, longēque disspellit: bonitas autem suaviter allicit, vt sibi nihil optabilius esse statuit quām Deo esse venitos. Cur autem Christus hunc recusat habere comitem, incertum est, nisi quōd vberiorem stractum inde venturum sperabat, si apud gentiles faos tam preclaris ac singularis beneficij testis esset: quod etiam Marcus & Lucis testantur factū esse. Quōd iubet Christus narrare opus Dei, non suum, hoc consilio facit vt pro vero Dei ministro & Prophetā habitus, docendi autoritatem obtineat. Sic enim paulatim eruditri oportuit rudem populum, cui nondum cognita erat eius Diuinitas. Quanquam autem Christus scala est per quam ad Deum Patrem condenditur: quia ramen non dum patefactus erat, initium à patre fecit, donec maturior esset opportunitas. Nūc addenda est anagogē. Christus enim in viñis hominis persona, eius gratiā specimen edidit: qua ad totum genus humanum extenditur. Etsi enim non torquemur à diabolo, nos tamen sibi mancipari s̄ habet docēc ab eius tyrannide nos vindicet Filius Dei. Nudi, lacerti & deformes aberramus, donec sanx & composita menti nos restituat. Superest vt eius gratiam celebrando, gratitudinem nostram testemur.

M A R C. L V C. IX.
VI.

7 Et ac
cerſi duo
decim, cæ
pitq. eos cū , dedit
emittere ilis potesta
binos, ac tem & au
dabat il- thoritatem
lis potesta
tem ad- dēmonia, &
versus sp̄i vt morbos
ritus im- sanarent.
mundos.

2 Et misit
illos vt p̄-
carent re
gnū Dei &
sanarent in
firmos.

IN HARMONIA EVANGELI.

Hic Apostolorum vocatio nobis describitur, non qualis antea quam eos Dominus ad munus suum preparare volens, in suum contubernium elegit. Nunc eni vocantur ad praesentem functionem: iubentur se ad opus accingere: dantur illis mandata: & ne desit authoritas, Spiritus potentia ornatur. Prius ergo delinabunt in spem futuri laboris: nunc horam veniunt Christus denuntiat quā manus operi admoucant. Notandum tamen est, de perpetuo Apostolatu nondum haberi sermonem, sed tantum de praeconio temporali, quo erigi & expergesci oportuit hominum mentes ut ad Christum audiendum magis attenti forent. Nunc ergo mittuntur ut in Iudea tempus adeste promissa instauracionis & salutis nuntient: postea ordinabit eos Christus ut Euangelium propagant per totum orbem. Hic tantum adiutores sibi eos asserunt qui audientiam illi comparerent quā vox eius peruenire non poterat: postea docendi partes quas obierat, illis resignabit. Atque hoc notare operae pretium est, ne putemus itabilem, fixā i.e. que legem omnibus Verbi ministris praescrībi, dum praeconio mandat Dominus quid eos ad breue tempus facere velit. Quā inficiūt multos felicitē, ut fine discrimine ad hanc notam omnes Verbi ministros exigerent.

(Accersus duodecim.) Numerus duodenarius futuram Ecclesie instauracionem notabat. Sicut enim populus ex duodecim Patriarchis ortus erat, ita nunc reliquias distipatas ad originis suae memoriam reuocat Christus, ut de sua restitutione certam spem concipient. Et si autem in Iudea non ita floruit regnum Dei ut integer fuerit populi status: quin potius gens illa, quā iam miserere collapsa erat, oblatam gratiam spernendo, sua ingratitudine bis perire meruit: hoc tamen non obstat quin iterum nasceretur nouus populus. Postea factum est Sion sceptrum virtutis Filii sui longius emitteret, ut manarent ex fonte illo fluuij qui largè irrigaret quatuor mundi plagas. Tunc vndeque Deus Israelem suum collegit, ut coalescent in unum corpus non tantum dispersa & lacerata membra, sed homines qui ante prouersus alieni fuerant a populo Dei. Non ergo frustra Dominus duodecim veluti Patriarchas constitutus, Ecclesie renouationem testans est. Adde quod hoc numero admonuit Iudeos in quem finem venisset. Quia vero Dei gratia locum non dederunt, nouū sibi Israelem genuit. Si primordia spectes, videri posset hoc ridiculum, quod obscuris & nullius precij hominibus tam honorificas personas Christus imposuit: successus tamen incredibilis, & tan focundia Ecclesie propagatio ostendit, Apostolos honoris gradu & secunditate sobolis non modo Patriarchis non cedere, sed etiam longe præcellere.

(Dedu eis potestatem.) Quia inter homines nullo fere loco erant Apostoli, legatio autem quam illis iniungit Christus, Diuini erat: Deinde neq; ingenio, neque facundia pollebant, rei autem excellentia & nouitas requirebant plusquam humanas dotes: necesse fuit aliunde illis autoritatem accedere. Christus ergo edendis miraculis eos praeficiens, celestis potentie insignibus instruit, quā fidem ac reverentiam concilient apud populum. Atque hinc legitimus miraculorum vobis colligatur, nam quum Euangelij praecones & signori ministros Christus simul & coniunctim instituat, ut miracula nihil aliud sint quam doctrinę sue sigilla,

individuum hunc nexus abrumpere fas non est. Quare falsarij sunt Papistæ, & opera Dei scelerate depravant, verbum à miraculis separando.

(Primus Simon.) Infulse Romanenses primatum suum hinc elicunt, primum inter Apostolos fuisse Simonem Petrum libenter fatentur: sed quod inter paucos horum ines valuit, ad totum orbē extendere nulla ratio patitur. Adde quod qui primus numeratur, nō ideo protinus inter suos collegas dominum habet. Iam vt omnia illis quā postulat de Petro demus, donec impios & sacrilegos apostatas Petri successores esse probent, eius dignitas nihil ad Romanam sedem.

(In viam Gentium.) Hinc clarissim apparet quod nuper attigi, non alio speciale munus quod tunc impositum fuit Apostolis, nisi vt Iudeos in spem propinquā salutis excitando, attingentes ad Christum audiendum redirent. ideo nunc eorum vocem Iudeæ finibus includit, quā postea vbique ad ultimos orbis fines personare iubet. Ratio est, Quia missus à Patre erat Circumcisionis minister, ad implendas promissiones quā olim Patri, date fuerant, Rom. 15 b.d. Atqui speciale fecundus pepigerat Deus cum genere Abrahæ. Non abs i.e. ergo Christus initio Dei gratiam in populo electo continuit, donec matrum adestet eius publicandæ temporis. A resurrectione vero benedictionem secundo loco prostratam in omnes gentes effudit, quia & tunc velum templi scismum erat, & dissidij mactria diruta. Ergo si cui videtur parum humana hæc prohibitus, dum Christus gentes Euangelij participatione non dignatur, is cum Deo litiget, qui reliquum mundum excludens, cum solo Abrahæ semine fecundus suum fanciuit, unde hoc Christi mandatum dependet.

(Potius ad oues perditas.) Priorē, ut dixi, locum assignat Iudei, quia primogeniti erant: id quia tunc ipsos solos Deus in sua familia censebat, quū alij silent extranei. Et nominat oues perditas, tum vt misericordia taceti, alacritus & ardentiore studio illis succurrant Apostoli: ut sciens in praesentia vobrem laborandi materiam sibi suppetere, & tamen sub illius gentis figura docuit Christus qualis sit totius humani generis cōditio. Iudei, qui Deo propinquū & federati erāt, adeoq; legitimi vitæ æternæ heredes, perditū tamen dicuntur, donec salutem in Christo recuperent. Quid igitur nobis sit residuum, qui lögē inferiores honore sumus? Ceterū ouium nomen reprobis quoque tribuit, qui propriè ex grege Dei non erant, quia ad totum populum patebat adoptio: scutum alibi filios regni vocat qui tandem perfidia sue culpa abdicantur erant. In summa, ouium nomine Iudeos Apostolus commendat Christus, ut illis suam operam addicant: quia non poterant in grege Dei agnoscere nisi qui in ouile aggregati erant.

(Predicante ducentes.) Hoc est quod dixi praeconium quo erigi pepuli animos voluit Christus in spem propinquā redēptionis. Pro Regnum celorum, Lucas ponit regnum Dei, eodem sensu: nēpe & ut scirent Iudei, primum se Diuinitus restituī, nō 3 hominum beneficio: deinde felicem sub Deo regē eorum fore statum: tertio, non terrenā ac caduca felicitatem illis promitti, sed cælestem & nūquam finiendam.

(Infirmos sanare.) Sicuti potestate eos instruxit, sic iubet fideles & liberales esse eius ministros, cāmque supprimere verat quā in communice omnium

nium bonum apud ipsos erat deposita. Ceterū miraculis istis designat quorū à Patre misericordia facerit; & quisnam sit Euangelij sui finis. Neque enim temere mortuos excitare & agrotos sanare potius iubet quam morbis sanos affligere, aut mortem infligere viuentibus. Analogiam ergo & similitudinem habent miracula cum officio Christi, ut sciamus veniente nobis bonorum omnium auctorē, qui nos à Satana mortisque tyranne liberet, qui sancti morbos nostros & vita, & miseriissimis opem ferat.

Gratianus accepisti.) Quod libenter communiceat quae in illos cōtulerat dona, significat non in privatam suam gloriā fuisse illis creditos; sed ut gratuita Dei beneficentiae quidam sine veluti canales, ac si diceret, Cogitate vnde vobis prouenerit haec potestas. sicuti nullo vestro merito, ex inera Dei gratia fluit, nūc vestro ministerio gratis ad alios manare decet. Scimus quam ex grā impertiat quis-

M A T T H . X.

9 *Ne compareatis aurum, neque argenteum, neque as in crumenis vestris.* tollerent in viam nisi virgam

10 *Neque peram ad iter, neque bī-tantūm: non peram, nō panē, que virgam, neque peram, nō tunicas, neque calceamenta, neque non es in zona:*

virgam, nā dignus est operarius cibō suo. 9 *Sed calcearentur sandaliū: neque panem, neque pecuniam: neque binas tunicas habeatis.*

11 *Sed in quamcunque ciuitatem aut līs: & ne induerentur bītū: viūm faceritis ingressū: exquirite quis in tunicae.*

ea sit dignus, atque illuc manere donec exeat illī. 10 *Et dicebat eis, Vbi cuncte exeat.*

12 *Quum autem intrabis domum, manete donec exeat illī. salutat illam.*

13 *Et si quidem fuerit domus digna, veniat pax vestra super illī: si min⁹ fuerit digna, pax vestra ad vos renerratur.*

14 *Et quicunque non excepit vos, neque audiuit sermones vestros, execūtes illī excusite puluerem qui est sub pedibus vestris in testimonium illīs.*

15 *Amen dico vobis, tolerabilius erit terrena Sodomorum & Gomorrah, crit Sodome aut Gomorrha in die iudicij quam ciuitati illī.*

9 *Ne compareatis.*) Quia tale erat legationis genus ut discipulos velleret Christus intra paucos dies totam Iudeam lustare, & statim ad se reuerti, sarcinas secum gestare verat quae celeritate in hanc morentur. Inficitur vero quidam putarunt, Verbi Ministri vel Apostolis perpetuam hīc legendū prescribit. Nonnulla sententia paulo post sequentur qua longius spectabant: sed haec mandata de non tollendis impecunientis, ad temporale illud quod diximus præconium restringi certum est.

Porro vno contextu legenda est tota prohibicio de auro, argento, pera & binis tunicis, quæ apud Matthæum habetur, sicut ex aliis duobus patet.

ideo vertere malui, Ne comparearis: quia simili-

citer vetare Dominus voluit nequid in viaticum sumerent. Poteant domi habere peras, & calceamen-

ta, & alias tunicas, sed quod magis sint ad iter expediti, omnia onera relinquere iubet. Quod spe-

stat etiam illud Marci, ut calcearentur sandaliis. In

virga aut baculo discrepare videntur: nam apud

Marcum baculus permittitur: apud Matthæum & Lucam negatur. Sed quoniam ambigua sit apud Hebreos significatio vocis οὐτος, Euangelista, licet

Greci scriberent, p[er]devar variè acceperunt. Ergo

que ab his quod sibi peculiare esse putat, deinde ubi eminet vius quispiam præ aliis fratribus, quam proclue fit eos omnes despiceret. Nō potuit ergo inebis commendari benigna spiritualium donorum communicatio, quam dum admonet Christus neminem sua industria excellere, sed liberalitate Dei gratuita. Iam vero in suis ministeriis exhibuit

Christus eius gratia speciem quæ ab Iesaiā prædicta erat. Omnes fitientes venire ad aquas: bibite, & sumite absque pretio vinum & lac. Similiter tamen ostendit neminem sincerum fore Verbi sui ministru[m] & gratia dispensatoreu[n]ti nisi qui operam suam gratis impendere paratus sit: omnes autem mercenarios indignè corrūpere & profanare sacrū docēdi munus. Ceterū gratuita dispēsationi nō repugnat quod Ecclesia doctores publicis stipendiis aluntur, modò vltro & liberaliter Christo & Ecclesia seruant: vietus autem sit quasi latibus accessio.

M A R C . V I .

8 *Et precepit illis ne quid gentium, neque as in crumenis vestris.* tollerent in viam nisi virgam

9 *Neque peram ad iter, neque bī-tantūm: non peram, nō panē, que virgam, neque peram, nō tunicas, neque calceamenta, neque non es in zona:*

virgam, nā dignus est operarius cibō suo. 9 *Sed calcearentur sandaliū: neque panem, neque pecuniam: neque binas tunicas habeatis.*

10 *Et dicebat eis, Vbi cuncte exeat.* 4 *Et in quamcunque lōnum intraueritis, illīc manete, atque illinc e- ceatis.*

5 *Et quicunque non receperint vos, neque audierint vos, neque excusentur de ciuitate illa, etiam pulu-*

rem è pedibus vestris in testimonium illis, excuite in testimonium aduersus illos.

Matthæus & Lucas baculos intelligunt qui oneri sunt seruentibus. Marcus vero scipioneum qui viatores sustinet ac levat. Ad iter vero faciendum gestandi baculo morem fuisse constat. vnde etiam illud, *Cum baculo meo transi Jordanem istum,* Quibus verbis fatetur Jacob se vacuum & nullis diuinis onustum in Syriam venisse.

10 *Quia dignus est operarius.*) Occurrit Christus dubitationi: dura enim videri poterat condi-

tio, nullo viatico instructos totā Iudeā circuimere. Ideo Christus non esse timendum dicit ne

inedia laborent: quia quoque venerint, digni salem erunt alimētis. Operaries vocat non quod similes essent ordinarii ministri qui vineani Domini excolunt, & qui plātando & rigando in eandem culturam incumbunt: sed tantum quia vberioris & plenæ doctrinæ erant præcones. neque enim aliud tunc iniunctum fuit docendi munus

quam vt attentes redderent Iudeos ad Euangelijs predicationem. Porro ne obiicerent, se vi-

tu debito fraudatum iri, quia nemo illos pro operariis agnosceret: hanc quoque difficultatem

præuenit Christus, exquirere iubens quisnam in quaque ciuitate dignus sit salutis nuntio. Quibus

1 iii.

verbis sciscitari eos iubet, si qui sint p̄ij homines ac integri, in quibus vigeat aliquis Dei timor & religio, & de quorū docilitate bene sperari queat, v̄t illis præcipue suam operam offerat. Nam qui non licet in singulis locis diutius h̄ere, initium inde facere decebat vbi esset melior aliqua præparatio.

ii. *Ille manete donec.*) Hoc quoque ad festinationem spectat: nam si longiore alicubi morā traxissent, mutandum fuisset hospitium, ne vnum quempiam n̄i nisi grauerat. Quum ergo manere eos iuber Christus apud primum hospitem donec in aliam vrbe migrant, significat properandum esse, vt vulgato in vna vrbe Euangelij nuntio mox aliō curſent.

12. *Salutare illam.*) Quia probos Dei cultores discernere non poterant à contempitoribus, præcipit ut obuiis quibusq; familiis se amicè infimēt. Salutatio enim quidam est ad colloquium ingrelitus, iam quidem admoniti fuerant ut ad eos cōcederent hospites in quibus notum ac celebre esset pietatis studium: sed quia interdum contingit ut qui præclaris fama elegiis ornantur, vbi ad ser. a experientia ventum est, impietatē suam prodant, hoc præceptum differē subiici oportuit, sensus est igitur, *I entare primo ingressu nunquid libenter vos audi e sustineant hospites: quicunque vestram doctrinā libēter amplixi fuerint, apud eos manete, vt rata sit veltra salutatio: si qui respuerint, statim ab illis discedite, & quantum in vobis erit salutationem vestrā retrahite.* Perinde enim valet locutio achi dixisse: *Quia indigni sum propter suā ingratitudinem qui Dei benedictione fruantur quam illis fueritis precati, abrumptate omne communicationis vinculum.* Non enim Pacis ad salutandi formulam refertur, quam in cōmuni v̄su habebant Iudei, nam quum pax illis prosperum statum significet quibus bene & feliciter esse cupiunt, & quorum res optant esse saluas, his pacem precantur. Fateor quidem Apostolos aliam attulisse hominibus pacem: sed nimis arguta est corum speculatio qui locum hunc ad gratuitam Dei cum hominibus reconciliationem trahunt.

Pacis no-

mēn.

14. *Quicunque non receperit vos.*) Seuera vindicta denuntiatio contra Euangelij contempnatores, qua discipulos suos animare voluit Christus ne illis tremoram afferret mundi ingratitudo. Mādat quidem Apostolis quid agere ipse velit si in contempnatores inciderint: hoc tamen præcipue cōfiliū habuit, sicuti responderetur eorum doctrina, iusto ipsorum, dolori & regio solatium adhibere, ne in medio cursu fatiscerent. Et videmus ut Paulus hac consolatione fretus animose despiciat omnem hominum contumaciam, cōstanter per-

MATTH. X.

15. *Ecce ego emitto vos velut ones in medio luporum: estote igitur prudentes veluti serpentes, & simplices jucundabimini.*

17. *Caveat autem ab hominibus tradent enim vos in concilia, & in synagogis suis flagellabunt vos.*

18. *Etiam ad Principes & Reges ducemini propter me, in testimonium ipsis & Gentibus.*

19. *Quum autem tradiderint vos, ne sitis solliciti quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.*

20. *Non enim vos esis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.*

gat per media obſtacula, & gloriatur se bonum cf. 2. Co., 2 fe odorem Deo, quamvis lethalis sit pereuntibus. 4.19.

Cæterum docet hic locus quanti Dominus Euangelium suum æſthmer: & certe quum incomparabilis sit theſaurus, nimis turpiter ingratia fuit qui ſibi oblatum repudiant. Deinde quum ſceptrum fit regni ipsius, non potest sine maniſta in eum contumelia abiici. *Excute puluorem.* Sicuti Euangelij doctrinam hic commendat Dominus vt eam reuerenter omnes excipiant, & graui pœnæ ſanctione rebellibus metum incutit: ita Apoſtolos iuber eius quā denuntiat vltionis præcones esse, quod fieri non potest quin acerrimo doctrinæ quam prædicant afferendz zelo flagrent. Tenebundū igitur eſt, nullum eſſe idoneum cœleſtis doctriṇæ magistrum, niſi qui ſic affectus erit ut eius contemptus crucietur atque vtratur. Excutionem pulueris iam tunc in vſu fuſſe Iudæis probab.le eſt, quālī anathematis ſymbolum, ac ſteſtum feciſſent, tam pollutus eſſe loci incolas ut contagio ſua terram inficerent. Vſitatum fuſſe morem ideo coniicio, quād Christus tanquam de re nota loquitur. Magis autem cōſtruat hęc execrationis forma: quod nū, er dixi, nullo criminē magis offendit Deum quā verbi ſui contemptu: neque enim tam ſolemnū ritu vel adulteros, vel homicidas, vel quoſuis ſceleratos detefacti nos iubet.

15. *Amen dico vobis.*) Ne videatur inanc eſſe terriculamentum, pronuntiat Christus grauiores datus pœnas qui Euangelium respuerint quām Sodomitas. Quod iudicium quidam hic accipiunt pro Ierosolymæ excidio, alienū eſt à Christi mēte, communis enim iudicij diem intelligere oportet, in quo virtue rationem reddent, ut pœnarum comparatio. Sodomam Christus præ aliis vi bibus nominavit, non tantum quia extremis flagitiis omnes ſupereravit, ſed quia singulari exitij genere Diuinitus cōſumpta fuſt ut ſeculis omnibus eſt in exemplum, & non ē ipſum abominatione eſſet. Nec tamē mirum quod mitiū cum illis actū iuri Christus pronuntiat quām cum incredulis qui Euangelium audire abnuerint. Nam quoniā auteritate ſtori ſuo & opifici negant homines, nec eius vocem audientia dignantur, imò benigni ē vō cantem repellunt, & omnia liberaliter pellentiſti fidem derogantibꝫ impietas quālī ſupremus omnium ſcelerum cumulus eſt. Quād ſi obſcuri illius præconij repulſam ſequita eſt tō dira vltio, quām terribilis nunc eos pœna manet, qui Christū plenaria ore loquuntur reiſciunt? Deinde ſi tam ſeuere animaduertit Deus in contempnatores, quid furiosis hostibus fieri qui vel blasphemis & virulentā lingua oppugnant Euangelium, vel crudeliter iugibꝫ & gladiis perfequentur?

MARC.

LVC. XII.

11. *Quum autem adduxerint vos in synagogas & ad Magistratus ac Potestates, nolite ſolliciti eſſe qualiter aut quid repondeatis, aut quid dicatis.*

12. *Spiritus enim sanctus docebit vos in eadem hora quid oporteat vos dicere.*

Mandata

Mandata quæ haec tenus retulit Matthæus, tantum ad priorem illam expeditionem spectabant, quæ intra paucos dies finienda erat: nunc longius progeditur Christus, & eos in futurum tempus præannuntiat, vt sciens non ad breue tantum illud præconium vulgandum se electos esse, sed provinciam sibi retinare magis arduam longèque majoris negotij. Tamen etiam non statim protracti sunt in has pugnas de quibus loquitur Christus, vtile tamen fuit eos ante tempus moneri, vt si quas molestias tunc subirent, durioris militia ad quam destinati erant, sciens quedam esse præludia. Hoc quidem etiam in prima missione verum fuit, Apóstolos similis esse oibus in medio luporum: sed quia Dominus eorum infirmatati parcens, sequitum luporum continuit ne quid nocere proprie ad futurum tempus refertur quo Dominus eos asperius tractauit. Nam ante resurrectionem, præsente sponso, quasi nuptialiter habebi fuerunt: postquam autem ab illis discessit sponsus, cessavit illa indulgentia & mollities, & tam iustitia fuit eorum conditio, vt tunc sentirent non frustra se his armis mature suscisse instructos. Fieri etiam potest vt sermones diuersis temporibus habitos in unum locum Matthæus contulerit. Nam Lucas (vt postea videbimus) eadem septuaginta discipulis, qui Apóstolos subrogati sunt, dicta huius retegit. Hoc quidem extra controversiam est his verbis non fuisse prædictum successum itineris quodiam ingredicabantur, sed de toto Apóstolatus sui cursu tuisse præmonitos.

*Rechèz Chryso. ex pendit u magnarū economi-
Ego.*

16 Ecce ego emitor.) Quorūm hæc tendat ad initio, quæ mox sequitur exhortatio clarè ostendit. Itaque sic resoluti debet contextus. Prudentia & simplicitate vobis opus est: quia eritis velut oues inter lupos. Ratio aurem à necessitate sumpta est: quia nisi prudentia sibi cauerent, nox posset à lupis deuorari: si autem expaescerent ad luppen rabiem, vel minus cauti essent subinde titubarent, tandemque desiderent à suo officio. Piorre loco tractamus quid sibi hoc velit, quod mittantur quasi oues inter lupos. Quantu[m]uis crudelis ac sanguinirij sine homines, posset Dominus eorum ferociam mitigateare qui truculentas bestias, quæres ita vilium est, curiar ac mansuetas reddit. Quod ergo bonam hominum partem non donat in Eu[angelij] sui obsequiis, sed eos relinquit in feritate sui ingenij, consultò hoc facit vt suos ministros exerceat. Quanquam autem lupi sunt omnes natura quoescunq[ue] Deus Spiritu inanitudinis non regeneret, maximè tamen furiosos Eu[angelij] hostes Christus designat, qui audita pastoris voce adeo non mansuetum, vt in maiorem sequitiam exardeant. Hac ergo lege verbi sui ministros Dominus mittit vt versentur in medio luporum: hoc est, vt multos habeant sibi infestos hostes, & multis vnde periculis obsecuti, inter obstatula difficulter munere suo fungantur. Et quodacior sit probatio, non armis suffreditat quibus se violenter defendant, sed inermes ac nudos luporum dentibus exponit. Nā quod ouibus eos comparat, non referunt ad inores placidos ac mites, vel ad animi lenitatem: sed tantum significat nihil robustiores fore, vel magis pates ad vim hostium repellendam, quæ sunt oues contra luporum rabiem. Requirit quidem etiam oniles animos à suis discipulis Christus vt tolleriant certe contra improborum malitiam, & injurias placide excipiunt: verum huius loci simplex est sen-

sus, quod Apostolis patati sint multi hostes potentes ac fœvi, quin tamen ipsi nullo praefidio inimici sint. Si quis excipiat, hoc modo non constare anæthesia inter oues & lupos: in promptu est responsio. Etsi enim Dominus Euangelii hostes vocando lupos, nocendi potentiam magis quænlibidinem exprimit, quia tamen nemo lupus agnoscitur nisi contra Euangelium inficiatur: ideo hæc duo simul coniunxit, quod ad sanguinem hauriendi crudeli impetu ferantur, & simul quod viribus prædicti sunt. *Estne iugur prudens.* Summa est, prudentiam in cauendo sic temperandam esse ne timidi plusquam oportet reddantur, ac sint ad officium tardiores. Videmus enim eos qui circumspecti & prouidi haberi volunt, vt plurimum meticulosos ac segnes esse. Discipulos quidem Christi, quin vndeque immineant pericula, intentos ad cauendum esse ouuenit: sed quia maximum periculum est ne ignavia tardentur, sincere pergere iubet quoquinque feret vocatio. Atque hoc dupli similitudine exprimit. Serpentes quæ se exos sentiant, solite declinant ac refugunt quicquid libi aduersum est: ita fidelibus mandatur vita sua cura, ne temerè in discrimen protiliant, sc̄que exponant ad quilibet noxas. Contra vero columbae, quanvis hinc pauidæ natura innimeris laesionibus obnoxiae, simpliciter tamen volunt, quasi securæ expectant dum feriantur, plerunque etiam captantum insidiis se obiciunt. Ad hanc simplicitatem hortatur suos Christus, ne trepidatio nimia eos in peragendo cursu suo impeditat. Sunt qui acutius hic philosophantur de natura serpentis & columbae: sed non ultra progreditur similitudo. Videmus ergo dammaria à Christo carnalem prudentiam, vel potius vafritem, in quo sibi plus & quo bona pars hominum indulget, dum circumpiciunt huc & illuc quarenus tutum erit prodire. Ita dum periclitari nolunt, Christo vocari renunciant.

17 Causa autem ab hominibus.) Erismus addidit Illis: quia putauit articulo vim demonstrativi pronominis subesse. Atqui, meo iudicio, indefinite ac cipere satius est: tachi dixisset Christus, inter homines, ybi omnia plena sunt insidiis & noxiis, prudenter verfandum esse. Pugnare tamen secum videtur: nam hæc optima esse cauendi ratio, domi res suas agere, nec se committere in publicum. Respondeo, aliud hic nō tari cautionis genus, non vt metu percussi ab officio supersedeant, sed ne subiatis malis ultra modum turbentur. Scimus enim qui præter spem circumuenti sunt, examines concidere. Eminus ergo prospice: cū suos Christus voluit quid futurum esset, vt ad subeundos conflictus matrè animos componerent. Denique classificū illis canit, vt se alacrius ad prælū accingant: nam sicuti immodiæ prouidentia & plusquam pars est anxia, multos debilitatibus multos inebriat supina securitas, vt inconsulte ruentes, in ipso articulo deficiant. *Tradent enim vos in concilia.* Colligere promptu est: ex his verbis quæ nunc coramina denunciat Apóstolus Christus, ad primam expeditionem, in qua nihil tale experti sunt, restringi non debere. Hic autem est prædictiōnis scopus, ne vñquam fragrantur, quia rara virtutis erat pauperculos homines, quin in conspectum Principum venissent, præsenti stare an uno, nec villo mundi fulgore turbari. Admonet etiam, non in Iudea solū, sed in locis remotoribus pugnandum illis fore, non tantum vt longa meditatione

se comparent ad illam militiam, sed ut magistri professi ac confirmati, cælestibus auspiciis se regi non dubitarent. Quod addit, *In testimonium illis & Gentibus, hunc habet sensum, Exteris etiâ principibus & longinquis nationibus testandam esse Dei voluntatem ut sint inexcusabiles.* vnde sequitur non irritam fore Apostolorum operam quæ Dei iudicium illustrabit vbi suæ peruvicacia conuicti fuerint homines.

19 *Nec fuit sollicitus.)* Additur consolatio, frustra enim centies horribus esset Christus discipulos, nisi illis simul promitteret Deum ad futurum, & eius virtute certe eos fore victores. Hinc colligimus, minimè Christi consilium fuisse, denuntian-
dis periculis minuere studij ardorem, quo disci-
pulos flagrare necesse erat si munus suum rite exequi yellet. Magnum quidem est sustinere Principū conspectum: neque enim tantum formido, sed ipsa quoque verecundia intercedit bónas mentes consernat, quid ergo infesta iracundia Principes irrumpant, & propemodum fulminent? Christus tamen suos esti sollicitos vetat: quia Spiritus verba illis dicitur. Nam quod quisque magis imbecilitatis suæ conscius i bi diffidit, eo magis trepidat, nisi aliunde expectet auxilium. Et videmus pleroque ideo desicere quia viribus suis quæ perquam exiguae sunt, aut proflus nullæ, eorum quæ

ageinde suscipiunt, successum metuntur. Ideo Christus respicere discipulos vetat quid valeant, & ab una cælestis gratia fiducia pendere iuber. Non de facultate, inquit, vestra hic agitur, sed de Spiritu sancti virtute, qui fidelium linguis ad puram fidei confessionem format ac dirigit. Ac ne presenti suo defectu terreantur, auxilium in ipso momento superuenturum denuntiat. Sæpe enim Dominus facundiæ dono fideles destituit quandiu testimonium ab ipsis non postulat: vbi autem ad ipsam necessitatem ventum est, plusquam facundos reddit qui prius elingues visi fuerant. Sic nostro tempore quosdam martyres vidimus, qui quum ferè bruti fuissent, postquam vocati sunt ad edendam fidei confessionem, aptè & scire loquendi dono usque ad miraculum excelluerunt. Porro non omni cura vacare Apostolos Christus voluit: quia vtile erat ipsis esse sollicitos, vt Spiritum illum sibi dari precibus flagitarent: sed anxiam meditationem, qua se vt plurimum homines impediunt, voluit eximere. Nam dum secum querunt quid futurum si si hoc vel illud contingat, nec recumbunt in Dei prouidentiam, misera inquietudine turbantur. Et certè digni sunt eiusmodi tormento quicunque hunc honorem non tribuant Dei prouidentia, vt eorum defectui opportunitè succurrat.

M A T T H . X .

21 Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & in-
surget filij adhuc ius parenes, & afficiant eos:

22 Et eritis ex oī omnibus propter nomen meum: verūm qui suscep-
nerit usque in finem, hic saluus fuit.

23 Quum autem persequuti vos fuerint in urbe hac, fugite in a-
liam. Amen enim dico vobis, non per ambulanteritis omnes ciuitates
Iraelis, quin iam Filius hominis venerit.

24 Non est discipulus supra magistrum, neque scrius supra domi-
num suum.

25 Sufficit discipulo ut sit sicut magister ipsius, & ut seruus sit sicut
dominus ipsius, si ipsum patrem familiæ vocauerunt Beelzebul, quan-
tò magis domesticos illius?

M A R C . L V C . VI .

40 Non est di-
scipulus supra ma-
gistrum suum: co-
formis autem erit
omnis magistro
suo.

21 *Tradet autem frater.)* Primum admonet quām graues armina eos maneat: deinde addita insigni consolatione totam acerbitatem mitigat. Primum denuntiat, quæ alii solent esse praefidio, vel aliquid levitationis afferre, discipulis cœfura in maioriæ miseria accessionem: nempe fratres qui iuue oppressos, calamitosis manu porrigeret, & eorum salutem tueri debebant, insensos illis fore hostes. Falluntur tamen qui hoc solis fideli-
bus contingere putant ut à fratribus suis in mortem tradantur. Fieri enim potest ut sancto zelo pater filium persequatur, si apostolam à sincero Dei cultu esse videat: inò Dominus in hac parte iubet nos sanguinis & carnis oblitos ad vindican-
dam nominis sui gloriam omne studium conferre. Nec verò vbi cuncte viget Dei timor & reli-
gio, suis quisque confanguineis parcat: quin pe-
rire malit omnes, si ita necesse est, quām dissipari Christi regnum, extingui salutis doctrinam, cultu Dei aboleri: quod si rectè compositi esent affe-
ctus, hec vna iusti odii causa eset. At verò quum Christus non modò instaurer Dei regnum, & pie-
tatem suum integrum vigorē restituat, sed e-
tiam homines ab interitu reuocet in salutem: ni-
hil magis indignum quām eius causa odio haberit

tam amabilis doctrinæ ministros. Hoc, ut est prodigiū naturæ aduersum, vehementer turbare sim-
plicium animos poterat: prædicti tamen Christus ita futurum.

22 *Qui suscipierit.)* Hæc vna promissio ad ful-
ciodios piorum animos merito sufficere debet,
quānus totus mundus contrà insurgat, dum illis
felix & salutaris exitus promittitur. Nam si pro-
positi constantia, eos qui sub terrenis ducibus incerto Martis eventu pugnant, usque ad mortem rapit, an se ad extremum Christo impendere du-
bitabunt qui certi sunt de victoria?

23 *Quum autem persequuti vos fuerint?)* Präve-
nit quod excipere poterant, Si totius mundi sub-
cunda esent odia, quis tandem finis? Quānus ergo nusquam tutò subsistere liceat, non tamen de-
sperandum esse admonet Christus: sed ubi electi fuerint vno loco, tentandum potius esse num alibi sua opera proficere quicquam possint. Falluntur autem interpres, dum putant nuda esse per-
missionem: quin potius Apostolis Christus præ-
cipiat quidnam facere ipsis velit. Nam qui perse-
quitionem vnam suscipient, libenter ceſlaret quā-
si miles emeritus. Atqui talen vocationem Chri-
stus suis non concedit, sed vult indefesso studio
totum

totum cursuui confidere. In summa, iubentur Apoltoii nouis subinde certainibus se offerre: ne vno aut altero detinuti se absolutos putent, nec illis permittitur in latebras fugere, vbi otiosi iaceant: sed quanvis infelicitate succelerit vno in loco labor, Dominus ad pergeundum hortatur. Ceterum sub mandato continetur etiam permisso. Ac de fugienda quidem persecuzione sic habendum est. Neque omnes qui fugiunt, promiscue damnados esse, neque tamen quamlibet fugam esse licitam. Veterum quorundam nimis fuit hac in re fero, qui fugam non fecus damnarunt ac speciem abnegationis. Nam si hoc verum esset, pars aliqua ignominia in Christum & Ap. stolos redundaret. Rursum si fugere promiscue liceat, nullum in persecuzione dictimen erit boni pastoris & mercenarij. Tenenda igitur moderatio quam Augustinus ad Honoratum prescribit, ne quis timide stationem suam deserens, vel gregem perfide prodat, vel exemplum præbeat: tignaria: & tamen nemo in considerante præcipitet. Si vel tota Ecclesia in petitur, vel ad mortem pars queritur, præpositore se subducet pastor cuius partes erant vitam suam pro singulis opponere: sed fieri interdum poterit ut fia absentiâ tuorem hostiis fedando, Ecclesia melius consuiat. Hic ergo vi-geat c. lumbina illa simplicitas, ne prætextum sue timiditati delicii homines capient, vt semper ad fugiendas moletias nimis ingeniosa est caro. *Alien enim deo vobis.* Quod de prima missione quidam accipiunt, non conuenit, quin potius complectitur totum Apostolatum, sed in eo consistit difficultas, quid significet Adventus Filij hominis. Quidam exponunt talentum Evangelij progressum ut agnoscant omnes Christum vere regnare, & ab eo sperandam esse regni Davidis instauracionem. Alij ad excidium Hierosolymæ referunt, in quo Christus vindice ingratitudinis apparuit. Prior expositio tolerabilis est, posterior magis coacta. Mishi tamen videatur esse confortatio peculiariter Apostolis data. Venire dicitur Christus quoniam afferit rebus desperatis remedium, immensam proprie futura erat legatio, vt Evangelij doctrinam spargeat per totum mundum. Se ergo venturum Christus promittit priusquam totam Iudeam peragranire: nempe quia per Spiritus sui potentiam regnum suum illustrabit, vt vere Apostolis affulget gloria illa & maiestas quæ adhuc eos latbat.

24. *Non est discipulus.*) Nunc suo exemplo eos ad tolerantiam hortatur: & certè eiusmodi est hæc consolatio quæ omnem mœrem absorbeat, dum reputamus communem nobis forem esse cum Filio Dei. Quod tamen nobis plus inurat pudoris, duplum similitudinem mutuat ab hominum confusione. Discipulus honorificum sibi ducit magistro æquari: plus quidem honoris appetere non audet, deinde quæ patienter à dominis fertur

conditio, eam subire ferui non recusat. Quum vtroque iure super nos emineat Filius Dei, cui summum imperium traditum est à Patre, & magistri partes iniuncta sunt: pudeat nos refugere quod ipse nostra causa suscipere grauatus non est. Sed hæc meditatione potius quam explicacione indigent, quia satis per se clara sunt. *Lucas 6. cap. sententiam hanc, quali inter alios terminos ex abrupto prolatam, absque contextu reficit: quia autem optimè hoc loco Matthæus exprimit quorundam pertinet, non alibi melius locari posse duxi.* Ceterum in versione neque Erafnum, neque veterem interprete sequitur libuit, hac de causa. Particulum κατηπτορεψια tam perfectum quam aptum & concinnum significat. Porro quoniam de similitudine, non de perfectione hic differat Christus, ac si diceret nihil esse magis consentaneum quam ut se discipulis ad magistrum exemplum formet: posterior sensus melius congruere visus est.

25. *Sed ipsa pars rem familiam.*) Perinde est acsi dominum in Ecclesia se vocaret: sicuti Apostolus eum: *Meli & Prophetis comparans, hos dicit famulos suis, illū verò Filium & heredem.* Et si enim fratrum honore nos dignatur, primogenitus tamen est ac totius corporis caput: demique penes eum summa est gubernatio & potestas. Quae nihil magis absurdum est quam veile in ordine fidelium censeri, & interim Deo obsequere quoniam nos ad imaginem Filij sui conformat, quem toti familiæ sua præficit: quales enim sunt illæ deliciae si locum volumus occupare in domo eius, & supra Domum ipsum excellere? Summa autem est, nos esse nimis molles & lautos si nobis curu est conuenientias perferre quibus se ultrò subiecit princeps noster. Vox Beelzebub corrupta est, propriè dicendum esset Baalzebub. Sic primariū ex fictitiis diis Philistinorum vocavit, quem colebat civitas Accaron. Baalim autem dicti sunt dii minores qui hodie patroni dicuntur in Papatu. Quoniam autem Baalzebub tantudem valeat ac patronum musæ vel inuscarum, quidam nomen hinc putant deducimus, quod propter victimarum copiam, inuscarum examine templum scateret. ego autem potius conicio, e penè aduersus inuscas quæ loco infestæ essent, petitam fuisse ab idolo. Nam quoniam Ochuzi s' superstitione responsu de sua sanitate ab eo quareret, sic vocabatur: unde appetat nō fuisse proforum nonen. Porro sicuti gehennæ nomen sancti homines ad inferos transfluerunt, ut infamia notarent locum illunus in odium & detestationem idoli, Baalzebub vocarunt diabolum. Vnde colligimus: reprobos, vt detestabilem vulgo Christum redderent, cum quo poterant in maximo probro nastasse, quasi diabolum, qui maximus foret religio-nis hostis. Quare si nobis contingat eandem ignominiam inuri, videri nouum non debet, quod in capite ceperit, impleri in membris.

M A T T H . X .

M A R C . I I I I .

26. *Ne igitur metuatis eos: nihil est enim tellus quod non sit retegendum, & nihil occulū quin futurum sit ut sciatur.*

27. *Quod dico vobis in tenebris, dicit in luce: & quod in audi-rem auditu, prædicta in tectu.*

L V C . V I I I .

12. *Non est enim quicquam occultum manifestum sit futurum: nec absconditum quod non sit cognoscendum, & in lucem futurum sit ut sciatur.*

17. *Non est enim occultum quod non manifestum sit futurum: nec absconditum quod non sit cognoscendum, & in lucem futurum sit ut sciatur.*

L V C . X I I .

2. *Nihil enim operiū est quod non reueletur, neque absconditum quod non sciatur.*

28 Et ne metuatis ab his qui occidunt corpus, animam autem non possint occidere: sed res ad au-

metuatis magis illum qui potest diendū, an-

& animam & corpus perdere dicit.

in gehenna.

29 Nōnne duo pascirculi

minuto aſſe vaneunt, & unus

ex illis non cadet in terram

sine Patre vestro?

30 Vestrī verò etiā pili ca-

pitis omnes numerati sunt.

31 Nolite ergo timere: vos

multis pascirculis pluriſtis.

23 Siquis habet au-

tem non possit occidere: sed res ad au-

metuatis magis illum qui potest diendū, an-

& animam & corpus perdere dicit.

in gehenna.

3 Quoniam que in tenebris dixisti, in lumine au-

dientur: & quod in auren loquuti estis in conclaibus,

predicabitur in tecis.

4 Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini ab

his qui occidunt corpus, & post hac non habent quod

amplius faciant.

5 Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum

qui postquam occiderit, habet potestatem coniungi in

gehennam certe duo vobis, hunc timete.

6 Nōnne quinque pascirculi vaneunt duobus minu-

tis aſſibus, & unus ex illis non est in oblitione coram

Deo?

8 Quin & pili capitū vestri omnes numerati

sunt. nolite ergo timere: multis pascircibus pluris

estis.

27 Ne igitur metuatis.) Quid tam contem-

pibile Euangeliū esse viderent Apostoli, & cre-

dientium paucitas illis in mente veniret, in fu-

rum quoque tempus spei abnoscere poterat. Huic

dubitacioni nunc Christus occurrit, Euangeliū latius spargendum esse pronuncians, & quibusli-

bet hominum obſtaculis superius fore vt tandem

palam emergat. Tamen enim proverbiale fuisse

videtur hoc dictum, Nihil occultum est quod non

patefaciat: hic tamen ad salutis doctrinam specialiter

restringi debet, quam Christus vicerem fore

promittere quicquid ad eam opprimendam machi-

nentur homines. Quānus palam interdum con-

cionaretur in templo: quia tamen respuebatur ei-

ius doctrina, adhuc quasi in obscuris angulis late-

batis: sed venturum eius promulgandæ tempus aſſe-

rit, quod scimus paulo post factum esse: nullum e-

nim vñquam magis foliorum tonitru in aliqua

terra plaga auditum est, quān vox Euangeliū in

toto mundo personuit. Quia autem promissio hęc

animos illis facere debeat, hortatur eos Christus

vt audacter & strenue in hoc ipsum incubant,

neque terrenantur, quānus adhuc ignobile cer-

nant Euangeliū, quin sint clamori eius præco-

nes. Quod ex Marco retuli, alio forsitan tempore

& sensu dictum est: quia tamen illuc concisa ſen-

tentia leguntur, sequuntur ſun quod mihi magis

erat probabile. Postquam enim illuc Apostolis

præcepit Christus ut conspicuam lucem, quasi ar-

dentes lucernæ, procul emittant, continuo post

ſubiicit, Nihil est occultum quod non manifeſte-

tur. Euangeliū autem lucerna quasi in tenebris ac-

censu fuit Apostolis, vt per totum orbem eorum

ministerio in sublime euerget & fulgeret, idem est

proſrus contextus apud Lucam, cap.8. Quantum

ad locum duodecimi capitū ſpectat, mintinè diu-

bium eft, quin huic repondeat, in verbis tamen

est aliud diuersum: quia iubet illuc Christus, quā

in tenebris dixerunt Apostoli, in lucem proferre:

quo significat eos nonniſi futurafse haec tenus de

Evangeliū, ſed vñque adeò nobile fore præconiū

quod perferent ut ſe diffundat vñque ad extremas

orbis partes.

28 Net meatis ab his.) Optima ratione disci-

pulos ſuos animat Christus ad mortis contem-

ptum, quid hanc fluxam & caducam vitam flo-

cipendere debeant homines ad cæleſtem immor-

talitatem creati. Huc enim redit ſumma, ſi expen-

dant ſideles quorū natū ſint, & quā ſit ſua con-

ditio, non eſſe cur terrenam vitam adeò anxiè ap-

petant. Quāquam plenior eſt ac vñerior verborū

sensus. docet enim Christus, apud eos emortuum

elle Dei timorem qui tyrannorum metu à fidei

confiſſione excidunt: ac brum stuporem regna-

re in eorum cordibus qui mortis terrore eandem

fidei confiſſionem abigitere non dubitant. No-

tanda enim eſt antithesis inter duos contrarios

timores. Si hominum metu suffocatur Dei timor,

anno appetet plus illis nos deferre quām ipsi

Deo? iam hinc ſequitur, obiecta carēti & aeterna

vita, hoc nobis duntaxat nos facere residuum ut

ſinus pecudibus ſimiles. Penes Deum vnum po-

testas eſt aeterna vita & mortis eum negligimus,

quia nos abripit hominum timor. Nonno clarè pa-

pet pluris eſte nobis vñbratlein corporis vitam

quām aeternam animæ ſtatim, in cæleſte Dei

regnum nihil nobis eſſe praे fugaci & euanida

præfentis vita valbit. Sic ergo resoli debent

verba Christi, Agnoscite vobis datas eſte immor-

tales animas quām vñis Dei arbitrio ſubiectæ, in

hominum potestatem non veniunt. Atque ita

nullis terroribus vel minis hominum fidis vefra

fucumbet. Qui fit enim ut in conflictu præualeat

hominum timor, niſi quād animæ præterit cor-

pus, & immortalitas caducæ vita poſthabetur?

Idem emphatica eſt repetitio apud Lucam, Certe

dico vobis, hunc timete: ac si dixisset Christus, nul-

lum nobis eſte Dei respectum quoties ſuccumbim-

us hominum timori: contra ſi Deum reuere-

mur, facilem nobis in manu eſte victoria, ne

villa vis hominum ab officio nos abducat. Porro

temporum omnium experientia docet quām ne-

ceſſaria ſit Christi miniſtri & in genere piis quo-

que omnibus hæc exhortatio, nullum enim luit

tempus quo non ſe violenter extulerint homines

aduersus Deum, & Euangeliū obruire conati

sint. Non omnes quidem ad incutendum mor-

tit timorem pari armati ſunt potentia: ſed in ma-

iori numero regnat Cyclopica ſta feritas qua-

data occaſione exultat. ſæpe etiam gigantes Sa-

tan ſubornat, ad quorū conſpectum exanimis

caderent ferui Christi, niſi ad infractam conſtan-

tiā, hac doctrina instruci eſſent. Cæterū

quām uno nexo cohærent duo membra, per-

peram imperiti quidam ſeorsum hanc partem

accipiunt, non eſſe timendos homines. Christus

enim (ut iam dictum eſt) peruerso hominum

timori, qui nos à recta via abducit, remedij loco

pium ſanctumque Dei timorem opponit. ſecus

non valere conſequuntia, Si Deum meruius,

qui corporis & animæ Dominus eſt, non eſſe ti-

mendos homines, quorū potefas corporis non

transcedit

transcedit. Quod autem hominibus tribuit Christus occidendi potestatem, id per speciem concessionis dictum est. Sic impis fratre laxat Deus ut poterit sua fiducia inflati quiduis audeant, & percellat etiam infirmos animos, ac si quiduis posset. Quāquam ergo fructu insolecent impis, ac si eorum libidini obnoxia esset pitorum vita, & Deus ipsos teneri constrictos ut corum sauitam & violentos impetus, quoties ita visum est, coercat: dicuntur tamen posse occidere eius permissu: qui sepe eorum furorē impotenter grauiari sunt. Deinde bimembri est Christi concio: primum enim ut corporalis vita iacturam aequo animo ferre discamus, ad æternæ vitæ & mortis intuitum nos reuocare: deinde gradatim huc quoque descendit, vita nostra cuitadiam esse in Dei manu.

29 *Nōnne duo pafferceris.* Vlitrā progeditur Christus, ut iam admonui, Tyrannos quantumvis infamiant, ne in corpus quidem habere quicquam protestatis: perpetram igitur facere eos qui inuentant hominum sauitiam, ac si non essent in tutela Dei. Itaque in periculis hac nobis occurrat secunda consolatio: quum Deus custos sit vita nostra, tu dō posse nos recumerere in eius prouidentia: imò fieri illi iniuriam nisi vitam nostram illi permittimus, cuius cura non habere dignatur. Verūm Dei prouidentiam generaliter extendit ad omnes creaturas, vt à maiori ad minus demonstret peculiari eius præsidio nos seruari. Paterculis nihil ferè viilius est (duo enīm afflītū tunc vēnibant: vel ut Lucas dicit, quinque duobus afflītibus) & tamen ad ipsos

quoque tiendos intentus est Dei oculus ut nihil fortunato illis accidat: An liominum vitam negligenter qui de passerculis est sollicitus? Ceterū quo hic notāda sunt: nam primò longe alter Dei prouidentiam Christus definīt quām multi philosophs non absimiles: qui licet mundum Diuinū gubernari tradant, confusam tamen prouidentiam imaginantur, ac si Deus singulas creaturas nō respiceret. Christus autē pronuntiat distinctē singulas creaturas sub Dei manu & custodia esse, ut nihil sit fortunæ expositū. Nam certe Dei voluntas

*Contingē-**ta.**Fatūm sū.*

contingentia opponitur, neque tam enīm hoc modo statutum fatūm Stoicorum: quia aliud est necessita: em multiplici caufarum nexus implicitam finge re, aliud subiecte Dei arbitrio totum mundum & singulās eius partes. In ipsa quidem rerū natura fateor esse contingentia, insed nihil caco fortunæ rotatu accidere dico, vbi moderatur Dei voluntas. Secundo notāda est, considerandā cīte Dei prouidentiam, non ut curiosi & vani homines solent, sed ut nobis materia sit fiducia, & s̄que ad Deum inuocandū sollicitet. Neque enīm idco docet pilos omnes capitū nostri esse numeratos ut friuolas speculations alat, sed ut pendere discamus à patetia Dei cura quā pro cœdua hac carne gerit.

31 *Vos plures es̄tis.* Hoc in genere verūm est de cūctis hominibus, quorū gratia conditi sunt passerculi: propriè tamē de filiis Dei habetur sermo, qui alio quā creationis iure excellunt. Cāterū dignitas non aliter in hominēs competit quām gratuita Dei aestimatione.

M A T T H . X.

32 *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & illum coram Patre nostro qui in celis est.*

33 *Quisquis autem negaverit me coram hominibus, negabo eum & ego coram Patre meo qui est in celis.*

34 *Ne arbitremini quādānis, ubi venerūt me ad mitterendū pacem inter terrām, non ventūt ut mutuū rem pacem, sed gladium.*

35 *Nam ventūt discedere faciam hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & sponsam aduersus socrum suam.*

36 *Et inimici hominis erunt doméstici eius.*

M A R C . I X .

38 *Quemcumque enim pudice puderit, huius & Filium hominis pudebit, rit me ac meorūm quām venerūt in gloriam suam & patris & sanctorum Angelorum.*

39 *Querarene hac a- diuera & pecca- trice, vndebeit illi & Filium homi- nis cum Angelis sanctis.*

L V C . IX .

26 *Nam quem mei meorūmque sermonum puderit, huius & Filium hominis pudebit, rit me ac meorūm quām venerūt in gloriam suam & patris & sanctorum Angelorum.*

L V C . XII .

8 *Dico autem vobis, omnis qui me confessus fuerit coram hominibus, Filius etiam hominis confiebitur illum coram Angelis Dei.*

9 *Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.*

Et eodem capite.

51 *Putatis quādā pacem venerim missurus in terrām? Non, dico vobis: amò separationem.*

52 *Erunt enim ex hoc quinque in domo una dīnti, tres aduersus duos, & duo contra tres.*

53 *Dividetur pater aduersus filium, & filius aduersus patrem: mater aduersus filiam, & filia aduersus matrem: socrus aduersus nurum suam, & nurus aduersus socrum suam.*

32 *Omnis ergo.) Accommodat nunc ad præsentem visum quod de mortis contemptu prius disseruit: quia lucidū sit contra mortis horrē ne ab ingenua fidei confessione nos reuocet quā Deus seuerē exigit, mundus autē ferre nō potest. Ergo in hūc finem Christi discipulos fortes & magnanimos esse conuenit ut semper accincti sūt ad martyrium. Porrò Christi confessio, etiā à maiori hominum parte, quasi res leuis negligitur: hic tamen in præcipuo Dei cultu & singulari pietatis exercitio cenfetur: & merito. Nam si terreni Re-*

ges pro gloriæ sua amplitudine twenda augendis que opibus subditos suos ad arma vocant, cur non lingua fātem afferent fideles cælestis Regis sui gloriam? Quare certum est eos fidem (quantum in se est) extinguere qui intus eam supprimunt, quali superuacua estet externa eius professio. Neque enim fructu Christus hīc nos vocat suos testes, quorum ore nomen suum in mundo celebretur. vult, inquam, Christus nominis sui professionem falsis regionibus opponi. Quia res odiosa est, nobis testimonium de-

nuntiat, ne suffocata lateat in corde cuiusque fidet, sed palam se proferat cora hominibus. Quisquis refugit ac flet, nonnunquam filium Dei fructando, seipsum ex Dei familia abdicat? Requiritur quidem illustrioris fidei confessio a doctoribus quam ab omnibus priuatissimis: deinde quia non omnes aequali fidei mensura praediti sunt, quo quisque magis exuperat: Spiritus donis, praeceps suo exemplo debet. Nemo tamen est fidelius in quem non habere testem velit Filius Dei. Ceterum, ubi, quando, quoties, quomodo & quatenus profunda sit fides nostra, certam legem praefigere difficile est: sed spectanda est occasio, ne quicquam nostrum officio suis in tempore desit. Peccatum etiam a Domino est pruensis & fortitudinis Spiritus, quo directore sciamus quid expediatur, & fortiter exequamur quod certum erit nobis mandari. Confitebor et Iesum. Additur promissio que zelum nostrum officio in parte accedit. Notandum autem sunt antitheses: nam si nos confirimus cum Filio Dei, quam turpe est nostrum illi testimonium negare, quam nobis ille summi vicissim, quasi compensationis loco, offerat? Si mortales & nihil homines cum Deo & Angelis totaque cælesti gloria cōfimerimus, quanto excellentius est quod promittit Christus quam quod requirit? Nam quoniam increduli sunt homines ac peruersi, perinde tamquam quod illis reddimus testimonium altiorum Christus acti esset Dei & Angelorum confessus. Ideo apud Marcum & Lucam amplificandi causa dicitur *In hac gente adultera*, ne scilicet putemus nos operâ perdere quia minus iudei sunt auditores. Porro si quem non sat satis afficiat promissio, horribilis cōmunitatio sequitur, Christum ubi ad iudicium mundi apparuerit, abnegaturum esse omnes qui eum perfide apud homines negauerint. Et nunc, & sibi in sua dissimulatione placent inimici crucis, quemlibet libro vita Christus ipsos delectant. Quos enim Deus ultimo die inter filii agnosceret, nisi qui a Christo illi offerentur? Atqui se contraria illis fore testem prouunt, ne se falsis insinuent. Quod venturus esse dicitur Christus *in gloria Patri & Angelorum*, sensus est, Diuinam eius gloriam tunc clare manifestandam esse. & Angelos, ut nunc soli Dei cingunt, praestō illi futuros ad ornādām eius maiestatē. Locus ex Luce cap. 21. Matthæi contextu respōdet. Quod autem ex 9. cap. & Marco retulimus, videtur alio tempore esse dictum: sed quia similis propterea erat doctrina, coniungere placuit.

51. *Luc. Pateris quod reverim.*) Quod nupet a discipulis suis Christus postulauit, nullo negotio pro se quisquis nostru[m] præstaret si totus nundus uno cōfensus subscriberet in Euangelij doctrinā. Sed quia bona pars non modo aduersa est, sed acriter etiā repugnat, non possumus sine certamine ac multorum odio Christū confiteri. Admonet igitur suos Christus ut se ad preliū comparēt; quia pro testimonio veritatis necessariō bellandum sit. Atque ita duplice officio occurrit, quod alio-

qui nō parū turbas infirmas mentes. Quā Propheta vbiique pacē tranquillūque statū sub Christi regno promittant, quid aliud speralent discipuli quā pacata statim fore omnia, quocunque venirent? Ianquā Christus dicatur pax nostra, & Euangeliū nos Deo recōciliat: cōsequitur fraterna similitudo concordia inter nos constituit. Ergo pugnas & contiones in mundo accendi vbi Euangeliū prædicatur, nō videtur cōgruere cum Prophetarum vaticiniis, ac multo minus cum officio Christi ac Euangeliū natura. Sed pax illa quā celebant prophetæ, quia cū fide coniuncta est, nō nisi inter puros Dei cultores & in piis conscientiis viget: vndeque ad incredulos vero non peruenit, quoniam illis offertur, nihil etiam magis cum Deo in gratiā redire sustinent: quō fit ut pacis legatio maiorem in illis tumultum excitat. Quia enim Satan qui regnum occupat in reprobis, intanit ad nomen Christi, simil ac profertur Euangeliū doctrinā, illorū impietas quę prius sopia itacebat, acutur. Sic Christus, qui propriè pacis est auctor, propter hominum malitiam turbarum est occasio. Hinc discimus quanta sit corrupta natura prauitas, quę tam incomparabilē donum non modo cōtaninat, sed in pessimā noxam conuertit. Interea si exortente Christi regno surgunt tumultus, ne turbenur quasi re noua aut infolita: quando ipse Euangeliū suum gladio cōparat, & *Σημειώσας* esse dicit. Qui dam hic describi peccatum pūrat quia Euangeliū cōtemptoribus inflicta est, vt alij in alios hostiles insurgerent: sed contextus demonstrat Christum hic horranti discipulos ad constantiam, si bona pars mundi ab ipsis distideat, ac sua voce, quasi tuba militari, innumerous hostes ad arma concident.

35. *Dīsidere faciam.*) Hinc clarissimū p̄ceptū dicitur quod paulo ante diximus, præter Euangeliū naturā impiorū culpa hoc accidere, vt pugnæ & tumultus surgant. Nam quod de Iohanne Baptista docet Malachias, omnibus Christi ministris conuenit, in hunc scilicet finem mitti ut corda patrum converuant ad filios, & corda filiorum ad patres. Atqui impiorū malitia facit ut qui prius cōiuncti erant, audita Christi voce separantur in contrarias partes, inquit ut omnia necessitudinis vincula abrumptant. Denique è confessionis venturum esse mundum prædictit Christus, ut omnia naturæ iura pro nihilo ducantur, nullaque amplius colatur humanitas. Nam quum Michæl conquetur ho- *Mala. 4. b.*
stes cuique esse domesticos, extremā & perditam corruptionem deplorat. Idem futurum affirmat Christus vbi in medium prodierit sua doctrina: quod aliis credibile non erat. Neque tamen hoc esse perpetuum intelligit: sicut morosi quidam homines non aliter se probos eius discipulos fore somniant nisi a parentibus, liberis & vxoribus alienentur. quin potius omnis legitima coniunctio fidei unitate sanctificatur. Tantum admonet Christus, quoties id acciderit, non oportere suos turbari.

MATTH. X.

MARC. IX.

LVC. XIII.

37. *Qui amauerit patrem aut matrem supra me, non est me dignus: - qui amauerit filium suum aut filiam suam supra me, non est de derit vobis dignus.*

41. *Quisquis enim sus dixit ad illos,*

25. *Iabant autem turbæ multæ cum eo: & conuer- sus dixit ad illos,*
26. *Si quis venit ad me, nec odi patrem suum ac matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, his calicem præterea autem & animam suam, non potest esse aquæ nominis meus discipulus.*

38 Et qui non accipit crucem ne meo quodam
sum, ac sequitur me, non est meus discipulus Christi: sed amē dico vobis nequaquam perdet eam: qui perdidit animam suam mea causa, inueniet mercedem suam.

39 Qui innenerit animam suam, perdet eam: qui perdiderit animam suam mea causa, inueniet mercedem suam.

40 Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit.

41 Qui recipit Prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae accipiet: qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.

42 Et quicunque ad bibendum dederit unum ex pusillis hunc poculum aquae frigidae, tanum nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

37 Quia inuenierit.) Quia hoc valde aspernum est holtes ubi facere qui contumeliam esse debuerant, & cum sensu nature pugnat: ideo nunc dicit Christus non posse nos alia legi suos esse discipulos. Non iubet quidem exuere humanos affectus, non vetat quin debitam quisque benevolentiam suis fratribus: sed tantum in ordinem cogi vult quicquid est mutua dilectionis inter homines ut supereminent pietas. Diligit ergo maritus uxores, pater filium, & vicissim patrem filius, modò ne obseruantiam quæ Christo debetur, humanus amor obruat. Nā si inter homines ipsos ut arctiore vinculo cuique sumus deinceps, alij alios supererat, indignum est non omnibus vnum Christum preferri. Et certè non satis grato animo reputamus quid sit esse Christi discipulu nisi huius dignitatis pretium ad subigendos omnes carnis affectus valeat. Durior est locutio apud Lucā. Quisquis non oderit patrem suum idem tamen sensus, si nos à Christo sequendo impedit nostrorum amor, fortiter resistendum esse: quemadmodum Paulus dicit, Damnona se duxisse propter Christū quæ prius in iuris ponebant, omniumque iacturam libenter fecisse.

38 Quis non accipit crucem.) A specie ad genus progradientur, vt sciamus non aliter nos posse in eius discipulis censeri nisi ad multas ærumnas ferendas compositi simus. Si nos torquet ac excruciat quodam Evangelij causa nobis est cum patre, vel vxore, vel liberis dislidium, veniat nobis in mente ista conditio, Christum omnes suos discipulos cruci addicere. Interea subeat etiam mentem hæc consolatio, nos in ferenda cruce, Christi esse socios, ita fieri ut facilè mitescat omnis acerbitas. Crucis suæ nō minus affixi sunt reprobis, nec eam, quamcumque luctentur, excutere queū, sed quia extra Christum crux maledicta est, manet eos infelix exitus. Quare hęc duo simul connectere discimus: fidelibus tollendam esse crucem ut sequantur Magistrorum: hoc est se ad eius exemplum conformari, & tanquam fidi comites adhærent eius vestigia.

39 Quis innenerit.) Ne superior doctrina ut admodum difficultis & carni molesta est) parum sit per se efficax, duobus modis eam confirmat Christus in hac sententia: pronuntiat enim, nimis cautos & prouidiosos, vbi sibi visi fuerint vitia sua optimè fer-

27 Et quisquis non baniat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.

28 Quis enim est ex vobis qui volit turrim edificare, quin prius sedes computet sumptus, an habeat quibus opus est ad perficiendum?

29 Ne postquam posuerit fundamentum, nec potuerit perficere, omnes qui viderint iniiciant illudere ei.

30 Dicentes, Hic homo caput edificare, nec potuit consummare.

31 Aut quis Rex proficisciens ut committat prelium aduersus alterum regem, nōane sedens prius cogitat an possit cum decem milibus occurrere et qui cum virginu milibus venit contraria?

32 Alioqui adhuc illo procul agente, legatione missa petunt, & que sunt pacis.

33 Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus.

uasse, frustratuiri, ac cā perdituros: rursus, qui vitā neglexerint, nihil iacturæ facturos quia cā recuperabūt. Scimus vitę causa omnia fieri & omititūtūtūtū nobis ingenitus est eius amor. Q[uod]are necessitate fuit Christus, vt suos animaret ad mortis contemptum, ita promittere & minari. Inuenire vitā hoc loco significat eam possidere quasi sub tuta custodia. Nā qui terrena vitā nimis cupidi sunt, dum sibi cauent ab omnibus periculis, inani fiducia sibi placet, quasi bene sibi prospicerint; atqui anima illorū tam firmis præsidis nūmita effluet, quia tandem moriendum erit: mors autem illis erit exitio. Contrā vbi se fideles ad mortem offerunt, oruim anima que videtur ad momentū eua nescere, in meliori vitā restituatur. Porro quia reperiuntur interdum qui temere vel ambitionis causavet furoris vitam suam profundant, discribant causam exprimit Christus cur mors nobis oppentina sit. Dubium est an alio tempore habita fuerit concio quam narrat Lucas: illie quoque Dominus hortatur suos ad crucis tolerantiam, sed non tam prolixo sermone. Deinde huius sententia confirmanda causa duas similitudines mox subiicit, quarum apud Matthaeum nulla fit mentione, sed propter consensum in rei summa, mihi nulla religio fuit quia apud Lucanū habent hue transferre.

28 Luc. Quis enim est ex vobis.) Ne cui molestū sit hac lege Christū sequi ut desideriis suis omnibus renuntiet, proponitur vtilis admonitione, meditandū esse ante tempus quid requirat Evangelij professio. Nam inde sit ut multi leuissimis quibusque temptationibus succubant, quid meras tibi delicias finixerūt, quafi in umbra semper & otio futuri. Nunquam ergo idoneus erit Christi seruus nisi qui longo prius tempore ad militiam se parauerit. Iam huc optimè conuenient similitudines. Res plena est molestia ac tedium, edificare, atque etiam ob sumptus parum grata: bellum etiam (quia tot secum trahit incommoda, imò ferre humano generi ruinam minatur) ueno niſi invitus suscepit: & tamen ipsa habitandi vtilitas homines allicit ut suam substantiam profundere non dubitant: cogit etiam necessitas ut nullas in bellis gerendis expensis refugiant. Atqui templi Dei architectos, & Christi militie nomini dant

tes lōgē excellentius manet premium; neq; enim vel pro caduco adiſicio laborant Christiani, vel pro euaniō triumpho pugnant. Ceterum quod dicit Christus, Siquis rex impar sit ad sustinēdā bellī molem, ne cum ignominia vincatur, pacem cum hoste querere: ad præsentem caūsam aptari non debet, quasi illa nobis sit reconciliatio cum hoste spirituali, si nos opesac reru deficiunt. nam ineptū fore singulas particulas in parabolis exigere ad rem de qua agitur. Verū simpliciter intelligit Dominus, debere nos ita esse instructos, ne deprehēsi absq; iusto præsidio, terga turpiter vertamus. nam neque vniuersique nostrum rex est qui suis auspiciis bellum gerat. Sicuti autem hac doctrina coaguntur eorum temeritas qui sto lidē vltra mensuram suam profiliūt, vel sibi delicias ficiunt, de cruce ferenda non cogitantes: ita caudētū est ne hęc meditatio ad quam nos hortatur Christus, nos deterreat, vel alacritatē nostram retardet. Multū, quia non statim ab ipsis carceribus patientia legem sibi indixerat, propter molliiem retrocedunt à studijs cursu: non enim alio pacto sustinent esse Christiani quām si à cruce immunes sint. Alij, dum illis proponit aspera & carnī insuavis conditio ad Christum accedere nō audent. Atqui non est cur nobis animos minuat inopia nostra cognitionis, cui dominus tempestivē succurrit. Fateor certē, si sumptus expendimus, ita nos omnes destituī ut ne lapidem quidem vnum ponere vel hosti gladium opponere liceat. Sed quām materiam, sumptus, arima & vires suppeditat Dominus ē calor: nullum ex difficultate prætextum habebit ignavia nostra vel tarditas. Consilium ergo Christi est, de ferenda cruce suos mōnere, vt se fortitudine accingant.

33 Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat.) Ostendit hęc clausula quid sibi velit sumptuum sup potatio, quā suos ordīni iubet Christus: nempe vt hęc illis meditata sit ratio, omnibus renuntiandum esse. Frustra enim se ingerunt ad Christianis, finū profindunt quos suavis, otiosa & crucis expers conditio delectat. Porro omnibus renuntiare intellige quicunque ita Christum preferunt tam propria vitā quām omnibus carnis votis, vt nihil à recto cursu eos impedit. Præpostorē enim faciet si quis literam præcisē vrgeat: quasi nemo sit Christi discipulus nisi qui in mare proiecerit quicquid possidet, adeoq; diuortium fecerit cum vxore, & liberis valedixerit. Talibus signētis ad Monachatum inducti sunt stulti homines, vt ad Christum accedere volentes, ab humanitate deficerent. Atqui nemo verius renuntiat omnibus qua possidet quām qui omnia singulis momentis relinquere paratus, totum se quasi liber & solitus Domino impedit & omnibus obstaculis superior, vocationem suam prosequitur. Ita

vera abnegatio quā à suis requirit Dominus, non tam in actu, vt loquuntur, quām in affectione sita est, vt quisque in diem viuens, non retineat corde quod manu gubernat.

40 Matth. Qui recipi vos.) Altera consolatio, quod tametsi bona pars mundi infensa sit Christi discipulū, adeoq; fidei suę confessione omnium in se odia prouocent: Dominus tamen, vt quam plurimos ab benevolentiam illis præstandā inuitet, in suas tabulas acceptū ferre nō grauatur quicquid illis datum fuerit. Nam inde appetet quām charos habeat dum sibi imputari patitur quicquid illis præstata fuerint officia. Porro nō tam de receptione doctrinæ quām hominum loquitur. Fateor quidem hoc posterius ab illo pendere: sed consilium Christi spēctandū est, nam quod subleuantē eorū infirmitati maximē aptum esse videbat, testari voluit, si quis eos humaniter acciperet ac benignè iuaret, perinde sibi gratum fore officium acsi liberaliter tractatus esset in eorū personā: neque id modō, sed Deo quoque Patri boni odoris offerri sacrificium.

41 Qui recipit Prophetam.) Incipit quidem à Prophetis, sed tandem ad infinitum gradū descendens, suos omnes discipulos complectitur. Ergo sine exceptione veros Dei cultores & Euangelij studiosos commendat. Recipere autem in nomine Prophetē & iusti, tantundē valet atq; illis benefacere in doctrinæ honorem & pietatis respectu. Tametsi enim totum genus humānū charitatis officiū prosequi nos Deus iuber: merito tamē suos in superiore graduī attollit, vt peculiariis habeatur eorum cura & ratio. Mercedem Prophetæ. Hanc particulam variè exponunt interpres. Quibusdam videtur notari mutua compensatio, quod scilicet pro terrenis bonis spiritualia referat Dei Prophetē, verū si hęc expositio recipitur, quenā erit merces iusti? Alij eiusdem mercedis que Prophetis & iustis reposita est, confortes fore intelligūt, quia erga illos benefici fuenterit. Nō nulli ad sanctorum communicationem referunt, quod sicuti beneficium nostra testantr nos vnu esse cum Christi seruis corporis, ita hoc modo efficiunt omnium bonorum participes que Christus inter membra corporis sui communicat. Ego simplicius, mercedem quæ dignitati personæ respondet cui impensum erit officium: significat enim Christus hoc insigne fore documentum quanti Prophetas suos & deinde quoslibet discipulos estimet: quia ampla mercede confababit nullum excidisse officium quod illis præstitū fuerit. Ad amplificationem valet quod vilissimi etiam officiis, quale est poculum aquę frigidę dare, mercedem promittit. Pusilos vocat non tantum qui postrem sunt in Ecclesia & cōtempissimi, sed suos omnes discipulos qui mundi fastu calcantur.

MATTH.

MARC. VI.

12 Egressi predicabant ut resipiscerent.

13 Et demoria multa cīciebant, & ungebant oleo

LVC. IX.

6 Egressi autem circumibant per castella euangelizantes & curantes ubique.

12 Et egressi predicabant.) Matthēus silētō trāsit quid egerint Apostoli: Marcus & Lucas referūt in iūnctā sibi prouincia obiisse: ex quorū verbis clariū patet quod dixi, tēporale hoc & quidē paucū dierū fuisse munus quod tunc illis Christus in-

iunxit. dicūt enim profectos esse per v̄bes & castella, nec dubiū est quā paulo post reuersi sunt ad Magistrū, vt alibi dicetur. Hoc solum expositione indiget qđ Marcus recitat, Vnxiisse oleo multos firmos. Queritur n. quā sanādi facultas illis data est

set à Christo, quorsum oleum adhibuerint. Docti quidam homines medicamentis speciem suisse putant: & facere in illis regionibus frequenter olei suisse vnum, sed nihil minus cōsentaneū est quam Ap̄stolos ordinaris & naturalib. remediis vlos esse, quia Christi miraculis nebulas offunderent. neque enim arte & peritia medendi instructi fuerunt à Domino, sed potius iusti sunt miracula edere quæ totam Iudeam excitarent. Constituo igitur fuisse hoc visibile symbolū spiritualis gratiae, quo testati sunt prouenire exarcata Dei virtute san-

M A T T H . XI.

M A R C .

1 Et factum est, quum finem fecisset Iesu precipiēdī duodecim discipulis suis, progressus est illinc ut diceret, & predicaret in ciuitatibus illorum.

2 Iohannes autem quum audiret in carcere facta Christi misericordia duob. discipulis suis,

3 Dixit illi, Tu es ille venturus, an alium expectamus?

4 Et respondens Iesus dixit illis, Euntes renuntiate Iohanni quae auditis & videris:

5 Ceci visum recipiunt, & claudi ambulant, leprosi mundantur, & surdi audiunt, mortui excitantur, & pauperes accipiunt Euangelij nuntium.

6 Et beatus est qui non fuerit offensus in me.

1 Et factum est.) Hoc loco nihil aliud significat Matthaeus quām Christum minimē delitescere ab officiū sui cursu dum alibi Apostoli laborabant. Simul ergo atque illos dimisit cum mandatis ad lustrandam Iudeam, ipse in Galilaea funetus est docendī partibus. Subest autem pondus in verbo verbū. Præcipiendo: quia Matthaeus significat non suisse liberam illis legationem permisam, sed præscriptum & dictatum quid in medium proferre & qualiter se gerere deberent.

2 Iohannes autem quum audiret in carcere.) Non intelligunt Euangelistæ Iohannem communis- tum suisse miraculis, vt tunc deum Mediatorē agnosceret: sed quia videbat Christum inclinuisse, opportunum & maturum venisse tempus statuens quo sumū de illo testimonium comprobaretur, discipulos suos ad eum misit. Quod putant quidam sua etiam causa milisse, valde absurdum est: quasi non solidè persuasi esset & clare didicissem ipsum esse Christum. Friuola est etiam eorum speculatio qui singunt Baptizantem, quum propinquus esset morti, sciscitatum esse à Christo quod tanquam ex ore eius perficeret ad patres mortuos. Atqui palam est, sanctum Christi præconem, quia videbat se non procūl à stadij sui meta distare, discipulos autem suos, licet multum laboris in illis docendis impensisset, adhuc tamen manere suspensos, hoc extrellum remedium quæsuisse sananda eorum infirmitati. Fideliter (vt dixi) in hoc incubuerat vt discipuli Christum sine mora amplecte rentur. Quum aſsidū inſtando tam parum proficeret, non abs re timet ne post mortem suam penitus diſſuant: voluit ergo eorum tarditatem ferio exercefacere vbi ad Christum dimisit. Iterum hoc loco officiū sui monetur Ecclesiæ pastores, ne discipulos sibi addicētos & quasi deuinctos tenere studeant, sed ad Christum dirigere, qui vnicus est

tatem, cuius ministri erant. nam oleo Spiritus gratiam figurari, sub Lege visitatum fuit. Quām vero præpostore Apostolos imitati sint qui perpetuum ritum vngredi ægrotos in Ecclesia statuerunt, inde patet, quod sanationis donum Christus Apostolis conculit, non vt hæreditario illud ad posteros transmittenterent, sed vt ad tempus sigillū efficeret Euangelij doctrinæ. Et hodie nimis ridicula est Papistarum infirmitas, qui putidam vñctionem, qua semimortuos ad sepulchrum deducunt, pro facramento venditant.

L V C . VII.

18 Et nuntiauerunt Iohanni discipuli ipsius de yō omnibus. Et conuocauit duos de discipulis suis Iohannes.

19 Misitque ad Iesum, dicens, Tu es ille venturus, an alium expectamus?

Paulo p̄dit.

21 In eadem autem hora multos sanavit à morbis & plagiis, & spiritibus malis: & cecis multis donauit visum.

22 Et respondens dixit illis, Euntes renuntiate Iohanni quae auditis & vidiſtis, quod ceci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgent, pauperibus annuntiatur Euangelium.

23 Et beatus est quicunque non fuerit offensus in me.

Magister. Initio professus erat Iohannes se nō esse sponsum. Ergo, quod fidelis parvynphii est, casta & integrum sponsam offerit ipsi Christo, qui unicus est Ecclesiæ sponsus. Idem sibi suisse studium Paulus affirmat: & vtriusque exemplum ad imitationem proponit omnibus Euangelij ministris. 2. Cor. 11. 4. 1.

3 Tu es ille venturus.) Pro confuso sumit Iohannes quod à pueris tenebāt discipuli. Communis enim erat ludicris omnibus rudimentum pietatis, esse venturum Christum salutis & perfectæ beatitudinis authorem. Quare de hoc capite questionem non mouet: sed tantum querit an Iesus sit Redemptor ille promissus. Oportuit enim, post quam persuasi erant de redemptione in Lege & Prophetis promissa, illam in Christi persona exhibitam amplecti. Quum addit, An alium expectamus?) Hac particula oblique perstringit corum socordiam qui pridem certò edocti, tandem ambiguis animis fluctuerent. Simil etiam ostendit quæ sit natura & vis fidei, nempe vt fundata in Dei veritate, non circumspectat hoc vel illuc, nec variet: vt solo Christo contenta, non aliò flectatur. Ita renuntiate.) Sicuti Iohannes alienam in se personam transtulerat: sic ei renuntiari iubet Christus quod magis obseruandum erat eius discipulis. Quod simpliciter non responderet, primum eo consilio facit quia satius erat rei ipsam loqui. deinde vt præconi suo liberius docendi argumentum tradat. Néque tamen illi tantum suppeditat nudam & rudem materiam miraculis, sed miracula aptar in suum finem ex Preacherum oraculis. Præsertim verò locum vnuin ex 35. capite Iesaiæ, & alterum ex 61. notat: vt agnoscant discipuli Iohannis, quod Propheta de regno Christi testatus est, completem esse & præstitum. Priore loco continetur descriptio regni Christi, sub quo Deus se liberaliter & benefi-

cum fore promittit, ut opem remediumque morbis omnibus offerat. Nec dubium est quin de spirituali à malis omnibus & miseriis liberatione agat. Verùm Christus externis symbolis (sicuti priùs dictū est) ad sanandas animas spiritualem veniente medicum ostendit. Ita factum est ut discipuli miniū perplexi discederent, qui clarum & nullis ambigibus implicitum habebat respōsum. Posterior locus in hoc priori similis, quòd in Christo thesauros gratiæ Dei mundo expositos fore docens, peculiariter exprimit Christum definitari pauperibus & afflatis. Et consultò vaticinium hoc adducit Christus: partim ut suos omnes humilitatis tyrocinio imbut: partim ut offensionem tollat quam posset concipere carnis sensus ex contemptibili eius grege. Nam ut superbi natura sumus, nihil ferè nobis in pretio est nisi multo splendore ornatum sit. Atqui Ecclesia Christi quum ex pauperculis hominibus collecta sit, nihil est à splendido & magnifico decore magis remotum. Hinc multis obrepit Euangelij contemptus, quia à summis quibusque & magna dignitate præditis non recipitur. Porro quām peruersa sit & iniqua hæc æstimatione ex ipsis Euangelij natura Christus admonet, quando non nisi pauperib. & abieciis destinatum est. Vnde sequitur nihil nouum accidere vel quod nos turbare debeat, si à magnis omnibus spernitur, qui suis diuitiis inflati, nullū Dei gratiæ locum vacuum relinquent: inò si respicit à maiori hominum parte, nō est quòd miremur, quando vix centesimus quisque est qui non praua confidentia turget. Sicut autem Christus hic Euangelium suum vindicat à contemptu: ita rursus admonet quinam sint idonei ad percipi endam, quæ illic offertur, salutis gratiæ: atque hoc modo miseros peccatores blandè ad spem salutis inuitās, in certam fiduciam erigit. Pauperes enim

MATTH. XI.

7 Euntibus autem illis cœpit Iesus turbis dicere de Iohanne, Quid visuri existis in desertum? num arundinem que agitantur a vento?

8 Age quid visuri existis? num hominem mollibus vestibus amictum? ecce qui mollia gestant, in domibus Regum sunt.

9 Atqui quid existis videre? num Prophetam? ceriè dico vobis, etiam excellentiorem Prophetam.

10 Hic est enim de quo scriptum est, Ecce ego mitio nuntium meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te.

11 Amen dico vobis, non exortus fuit inter natos ex mulieribus maior Iohanne Baptista. attamen qui minor est in regno celorum, maior est illo.

12 Porro à dieb. Iohanni Baptista, usque ad hunc diem, regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

13 Nam omnes Prophetæ & ipsa Lex usque ad Iohannem prophetauerunt.

14 Et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus erat. (audiat.)

15 Qui habet aures ad audiendum

MARC.

24 Et quum discifissent nartij Iohannes, cœpit dicere ad turbas de Iohanne, Quid visuri existis in desertum? arundinem que vento agitantur?

25 Sed quid existis visuri? hominem mollibus vestimentis indutum? ecce qui in vestitu splendido & delicijs agunt, in aulis Regum sunt.

26 Sed quid visuri existis Prophetam? utique dico vobis & plusquam Prophetam.

27 Hic est de quo scriptum est, Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te.

28 Dico enim vobis, maior inter nos ex mulieribus Prophetæ Iohanne Baptista nullus est: attamen qui minimus est in regno Dei, maior est illo.

LVC. XVI.

16 Lex & Prophetæ usque ad Iohannem, ab eo tempore regnum Dei annuntiatur, & omnes in illud vim faciunt.

7 *Euntibus autem illis.)* Commendat Christus Iohannem populo , vt memoria repeatant quod audierant ex ipso, etiisque testimonio habeant similem, celebre cuim erat vulgo eius nomen, & honorifice de eo loquebantur : doctrina autem minore in precio erat, immo pauci erant qui attendebant ad eius ministerium. Admonet autem Christus eos operam lusisse qui eius videndi causa in desertum profecti erant, nisi reuerenter mentes & studia sua applicent ad eius doctrinam. Itaque sensus verborum est, *Vos exegistis in desertum.* (stulta omnino & ridicula fuisse leuitas nisi certum finem haberet vestra profectio. Atqui neque mundi pompa, neque aliquid ludicum quefisti. sed vobis propositum fuit audire vocem Dei ex ore Prophetæ. Nunc ergo vt fructum referatis consiliij vestri, memoria vestra infixum maneat quod loquutus est ille.

8 *Qui mollia gestant.*) Falluntur qui putant hoc Christi dicto aulicas lautitas damnari : alij sunt loci complures vbi luxuria in vestitu, & immodicu[n]s nitor reprehenditur. Sed huius loci sensus est simpliciter, nihil fuisse tale in deserto quod populum vindique alliceret, illuc enim inulta omni & squalida fuisse que nihil quam tedium afferret, elegantem cultum qui oculos delectet, potius in Regum aulis spectari.

ii *Amen dico vobis.*) His verbis non modò sanctatur Iohannis authoritas, sed supra veteres Prophetias euehit eius doctrina, vt populus ad regnum ministerij eius scopum collimet, nam quia non reputabant quorū est missus, hinc factum est ut nihil ferē proficerent ex eius sermone. Ideo Christus supra ordinem Prophetarum ipsum extollit & locat, ut peculiare aliquod & excellētius illi datum fuisse mandatum dicant. Quod autem ipse alibi negat se esse Prophetam, contrarium non est huic Christi elogio. Prophetam quidem non fuit aliorum more, quos & Legis interpres, & sue voluntatis interminutis olim Deus Ecclesia sue praefererat : excellētior tamen erat Prophetis, quod non eminus & obscure sub umbris, vt illi, sed propè & palam adesse iam redēptionis tempus nuntiabat. quod etiam pertinet vaticinū Malachij quod mox subiicitur : nempe in eo excellere Iohannem, quod p̄aco sit & apparitor Christi. Et si enim de eius regno loquuti erant Prophetæ veteres, non tamen instar Iohannis positi erant coram eius facie vt præsentem ostenderent. Reliqua petant lectores ex i. Lucæ cap. *Non exortus fuit.*) Ultrā progradientur Dominus, tanto excellentiores fore Euangelij ministros, quanto superior fuerat Iohannes Prophetis. Nimiris inscītē hallucinati sunt quibus visus est Christus seipsum conferre cum Iohanne, neque enim hic agitur de personæ dignitate, sed officijs præstantia laudatur : quod clarius ex verbis Lucae patet, vbi habetur, *Nullus surrexit Prophetam sicut.*) Nam magnitudo ad docendi munus disertē refertur. In summa tam præclaro elogio ornatur Iohannes vt attentius obseruent Iudei quam attolerat legationem. Deinde illi præferuntur qui paulo post sequuntur erant doctores, vt Euangelij maiestas supra Legem, & illud medium præconium emineat. Sic uero autem præparare Iudeos voluit Christus ad recipiendum Euangeliū, ita hodie ex pergeseret nos decet vt Christum ē sublimi cœlestis sue gloria solio nobis loquentem reuerenter audiamus:

ne contemptum nostrum vlcifatur horredō illo anathemate quod incredulis denūciat per Malachiam eodem loco. Regnum cœlorum & Dei prouo Ecclesiæ statu capit, vt aliis superioribus *Regnū cœli,* locis, quod Christi aduentu promissa esset rerum omnium instauratio. Vbi reddidi Minimū, Græcē legitur Minor in comparatio gradu: sed sensus hoc modo est dilucidior, dum constat omnes Euangelij ministros comprehendendi. Porro quod plerique exiguō fidei modulo donat, longè infra Iohannem subſidunt, hoc nihil obstat quin excellētior sit eorum predicatio quatenus Christum pronit æternā expiatione per unicum sacrificium peracta, mortis viuorem & vitæ Dominum, sublatōque velo discipulos in cœlestis sanctuarium attulit.

12 *Adieb u Iohannis.*) Non dubito quin Christus Euangelij maiestatem ex eo cōmendet quod feruenti multorum studio expetebatur, nam sic ut Iohannes Deus excitauerat qui p̄aco esset regni Filii sui, ita efficiaciam Spiritus indiderat eius doctrine, vt in hominum corda penetraret, accēderēque ardorem illum. Apparet igitur à Deo profectam esse, quæ insolito more tam subito emergit & ingentes motus concitat. Sed in secundo membro restrictio additur, *Quod de solenti illud rapiant.*) Nam quia maior pars mundo plus mouebatur quā si nulli vñquam vox de Christo emis̄a esset à Prophetis, vel nunquam prodūisset eius testis Iohannes, violētiam illam de qua loquutus fuerat, nonnisi certo hominum genere extare Christus admonet. Sensus est igitur, fit iam magnus hominum cōcurſus, acsi violenter homines iruerent ad occupandum regnum. nam erētī vniuersi hominis vox eternitatem confundit: nec solū cupidē, sed rapido imperio excipiūt oblatā gratiam. Qianquam autem permulti torpent, nec magis tanguntur quān si Iohannes fabulam ageret in deserto nihil ad eos spectatē: multi tamē violento furore accurvunt. Ad hunc verō scopū tendit Christi sententia, Inexcusabiles esse qui manifestā Dei virtutem, quæ tan in doctore quād in auditoribus refūget, contemptū, velut clavis oculis prætereunt, interea discimus ex his verbis quānam sit vera fidei natura & ratio: nempe vt homines non frigidē, & desuntoriē loquenti Deo annuant, sed ardenti effectu ad ipsum aspirent, & quasi impetuoso conatu perrumplant.

16 *Luc. Lex & Prophetæ.*) Quia Dominus in studio populi præludium extare dixerat eorum quæ Prophetæ de futura Ecclesiæ renouatione prædixerant, iam Iohannis ministerium cum Legi & Prophetis comparat, acsi diceret, Mirum non esse si Deus nunc tam potenter operetur in hominum animis: quia non procul vt antea, sub obscuris umbris se insinuet, sed palam & coenitus ad statūdum regnum suum adsit. Hinc sequitur, minus excusationis habere qui Iohannis doctrinam contumaciter respūnt, quān Legis & Prophetarum contempentes. In Prophetandi verbo subest emphasis, quod Lex & Prophetæ non sistent Deum ante oculos, sed tāquin absentem sūguris admirbrarent. Nunc vidēmus quorū tentat comparatio: nempe minimē & quām esse vt nunc frigant homines ex quo se illis præsentem Deus exhibuit, qui veterem populum vaticiniis suspensum tenebat. Quod autem Christus Iohan-

*Prophetæ
di verbū.*

nem nunc annumerat Euangelij ministris, quem prius mediū inter illos & Prophetas locauit, in conuictu nihil est absurdum: quia eius prædicatio, licet pars Euangelij fuerit, tamen nonnulli quoddam fuit eius rudimentum.

14. Matth. *Et si vultis recipere.*) Iam certius exponit quomodo euangelizare Johannes coepit regnum Dei: quia scilicet sit ille Elias qui initium duxit erat ante faciem Dei. Vult igitur Christus illum inuenire & terribilem Dei aduentum qui à Malachia celebratus est, nūc agnoscit à Iudeis, quādo Elias qui illuc promissus est, quasi apparitoris officio fungatur. Porro haec exceptione, *Si vultis recipere,* eorum duritiem perstringit, quod maligne cœcutirent in luce cōspicua. Sed an Elias esse desinet si receptus non fuerit? Non intelligit

MATT. XI.

16. *Sed cui assimilabo generationem hanc?* Similis est pueris qui sedent in foro, & acclamant sodalibus suis,

17. *Ac dicunt, Tibia cecinimus vobis, & non saltastis: lugubria cecinimus vobis, & non planxitis.*

18. *Venit enim Iohannes nec edens nec bibens, & aiunt, Demonum habet.*

19. *Venit Filius hominis edens ac bibens, & dicunt, Ecce hominem comedonem & vini potorem, publicanis amicum ac peccatoribus. & iustificata est Sapientia à filiis suis.*

MARC.

Christus ab eorum suffragiis pendere Iohannis munus: sed postquam testatus est esse Eliam, socradicia & ingratitudinis ipsos coarctavit, nisi auctoritatem quam meretur obtineat.

15. *Quis habet aures.*) Scimus Christū hanc sententiam interponere solitum quoties de re feria tractat, & quæ non vulgarem attentionem mereatur. Similiter tamen admonet, mysteria de quibus differit, ideo non ab omnibus capi, quod multi ex auditoribus surdi sint, vel saltu obstruētas habeant aures. Iam verò quia non solū sua quenque incredulitas impedit, sed alij alios multo retardant, Christus hic electos Dei hortatur, quibus per orationem sunt aures, ut attingant finit ad considerandum hoc singulare Dei arcana, nec obscurantur cum incredulis.

LVC. VII.

29. *Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt Deum, baptizati Baptismo Iohannis.*

30. *Pharisæi autem & Legis periti consilium Dei preuerunt in seip̄s, non baptizati eo:*

31. *Sit autem Dominus, Cui ergo assimilabo homines generationis huius? & cui similes sunt?*

32. *Similes sunt pueris sedentibus in foro, & acclamantibus inter se, ac dicentibus, Tibia cecinimus vobis, & non saltastis: lugubria cecinimus vobis, & non plorasti.*

33. *Venit enim Iohannes Baptista neque edens panem, neq; bibens vinum, & dicitis, Demonum habet.*

34. *Venit Filius hominis edens ac bibens, Et dicitis, Ecce homo edax, & vini potor, publicanis amicus & peccatoribus.*

35. *Et iustificata est Sapientia à filiis suis omnibus.*

29. Luc. *Omnis populus audiens.*) Hæc pars omisita est à Matthæo, quæ tamen non parvū lucis assert contextus: nam hinc Christo data est expostulandi occasio, quū Scribas tam obstinatos cerneret in Dei cōtemptu. Summa autem huius loci est, vulgus hominum & publicanos dedisse gloriam Deo: Scribas verò qui scientiæ fiducia sibi placabant, quicquid à Christo dictum fuerat pro nichilo duxisse. Hoc quidem primo aspectu Euangeli gloriā valde obsecravit, imò deformans, quod Dic平pilosi Christus non nisi ex facte populi & quid quiliis sibi colligere potuit: quia autē vel sanctitate vel doctrina præstabant, ipsum repudiarunt. Sed Dominus hoc initio specimen edere voluit, ne vel illius etatis homines vel etiā posteri Euangeliū estimarent ab humana probatione: propensi enim ad hoc vitium natura sumus fere omnes. Atqui nihil magis preposterum est quād Dei veritatem subiici hominum iudicio, quorum totū acumen & perspicacia nihil quād mera est vanitas. Ergo, ut dicit Paulus, partem secundum mūndum infirmam & stultam elegit Deus, ut quicquid forte & sapienter videtur, à sua altitudine deiiceret. Nostrum verò est hanc Dei stultitiam, vt idem Paulus docet, cuncto humana sapientiæ splendori præserre. *Iustificauerunt Deum.*) Notata digna locutio, quod Deo iustitiam tribuere dicuntur qui Filium eius honorificè amplexi, doctrina per hūc aliata subscriptiunt. Vnde non mirum est si fidem vbiq; singularibus encomiis extollit Spiritus sanctus: palnam illi desert in Dei cultu, ac gratissi-

mum obsequium esse prædicat. Quod enim sanctius officium excogitari potest quam Deo suam iustitiam asserere? quanquam iustificandi verbū generaliter ad totam Dei laudem extenditur: ac si dictum foret, probatum fuisse Deum, suāque gloria ornatum à populo, qui in doctrina ab illo profecta acquieuit. Sicut autem fides Deum iustificat, ita rursum fieri nequit quin blasphemia sit in eum incredulitas, & contumeliosa illum sua laude spoliat. Ceterū eadem locutio docet hoc modo ut etiā demum subigi homines ad credendum, vbi carnis sensu faciliere iussio, statuū nihil nisi rectū ac purū ab ipso prodire, nec eius verbo vel operibus obstrepare sibi permittunt. *Baptizari.*) intelligit Lucas fructum Baptismi quem accepérant, tunc exiisse, quia fuerit illis ad recipiendam Christi doctrinam utilis præparatio. hoc iam pietatis signum fuerat quod se baptizandos obtulerat. Nūc Dominus humile illud tyrocinium ad altiores progressus deducit: sicuti Scribæ Iohannis baptismū spernendo, sibi fidei ianuam sua superbia preclusebant. Ergo si cupimus ad solidam perfectionem condescendere, primū caudum est ne vel minimas Dei initiationes spernamus, sed humiliiter paratis sumus incipere à minutis elementis. Secundū dāda est opera ut fides nostra, si infirmum exordium habuerit, magis ac magis gradatim proficiat.

30. *Consilium Dei preuerunt in seip̄s.*) Consilium Dei honoris causa impio Scribarum fastui opponitur. nam in cōsilij nomine subest dignitas

1. Cor. 1. d.

27.

1. Cor. 1. c.

21.

qua doctrinam Dei ab hominum contemptu vindicat. Ceterum ad verbū dicit Lucas, *Spreuisse in seipsis.*) Nec verò quem alij sensum magis probat reiicio, quod in suum ipsorum exitiu rebiles fuerint, sed quia simplex est narratio Lucas, & propositio *si* pro *ut* subinde capitur, reddere malui, in seipsis: ac si diceret, Quāuis palam & disertē non reclamarent, ut tamen occulto fastu intus turgebant, apud seipsum spreuississe.

31 *Cui ergo assimilabo.*) Non comprehendit omnes atatis suā homines: sed de Scribis eorū que affectis propriè loquitur. Exprobrait illis quod quum variis modis Dominus tētauerit eos ad se alicere, inflexibili cōtumacia eius gratiam repulerint. Verū similitudine vītur, quā ex vulgari puerorū ludico sumptuā esse credibile est: neque n. vero absimilis est ista coniectura, q̄ pueri alteros choros agentes ita cecinerint. Et quidem existimo Chritū data opera, ut Scribarū supercilium decideret, à pueris mutuō sumplisse obiurgationis materiā, significans quātumvis emineant, ad eos tamen mandnōs carmē quod in foro cantillant ludibundi pueris sufficeret.

33 *Venit enim Iohannes.*) Hic quum vita austera est, tonaret p̄niteniam & seueras comprehensiones, quasi lugubrem cantum cecinit. Dominus autē ipse non fecit a lēto & hilari cantu blandiū eos ad Patrē illicere studuit. Quod neutrō modo quicquam profectū est, quid causē fuit præter ferream ipsorum peruvicationē? Ceterum docet hic locus cur tantū externē vīte discrinē fuerit inter Chritū & Baptistan, qui tamen idē agebant: nempe hac varietate voluit Dominus, quasi diuersas personas indueret, incredulos magis conuincere, quod se se ipse inflēctens & transformans ad eorum mores, nō tamen eos flexerit. Quod si illius seculi hominib. admittit omnis excusatio, qui duplēcē Dei invitationē p̄fēcta. Etā malitia repulerunt, nos quoque in eorū persona rei peraguntur, quando nullum melodīa genus vel tristis ac seueri carminis Deus omittit quo nos ad se trahat: nos verò faxei iacenus. Dæmoniacum Iohannē vocabant, sicuti vulgo malē sanx mentis homines, vel cerebro minus bene compotisci, fantasci vocantur.

34 *Venit filius hominis.*) Edere & bibere hoc loco tantundem valet atque promiscuo more vi uere: sicuti Iohannem Christus dicit non edisse, nec bibisse, quia peculiari illi erat vīctus ratio, vt qui etiam a cibis vulgarib. abstineret: quod clariū exprimitur his Lucas verbis. *Non edens panē neque bibens vīnum.*) Hunc locum obseruen qui summam perfectionis statuunt in externā vīte au steritate, & Angelicam vitam definiunt si quis sit abstemius, vel fe inedia maceret. Nam secundum hanc regulam p̄stantior eset Iohannes Filio Dei: atque potius illud tenendum est, corporalē exercitationem modicē prodesse, pietatem verō ad omnia vītem. Neque tamen hoc pretextu frēnum laxādūm est carnīty sibi in deliciis & molilitie indulgeat: tantū cauenda est superstitione

stulti homines perfectionem in rudib. elementis putates sitam esse, spiritualem Dei cultum negligant. Addē quod Chritus ita se accommodauit ad communis vīce vīsum, vt verē Duinam tē pe rantiam coleret, nec aliorum luxuriam aleret vel sua dissimulatione vel exemplo.

35 *Et iustificata est.*) Variè exponitur hic locus ab interpretib. Quidam dicunt absolutam fuisse à Iudeis sapientiam quod sibi male cōscij ac propriae incredulitatis iudices, agnoscere cogeretur sanctam piām quo doctrinam esse quā abiecerat. Ita filios sapientiae accipiūt pro Iudeis qui se hoc titulo venditabant. Alij putant ironice suis dīctū. Scilicet sapientiam Dei cuius vos tactatis esse filios, hoc modo approbat? Quia autem Grēca p̄positio *ad personam agentem propriē* non refertur, sūt qui ita exponant, Sapientia à filiis suis absolute est, vt iam illis non sit vīlo iure obstricta: quemadmodum si hereditas aliō trāsferatur: sicuti Paulus iustificatū à peccato Chritū esse dicit quia nihil in curiis amplius habet peccati maledictū. Quidam durius & maiore licentia, sapientiam à suis filiis alienam esse faciāt. Atqui vt hoc significet Grēca p̄positio, inibi alius sensus videtur esse aptior: Sapientia, quantumvis impī illi detrahant proprijs suis, nihil tamen de sua dignitate ac excellēcia perdere, sed manere integrā. Iudai, ac principes Scribarū pro sapientiae Dei alumnis se veniūtabant: interim quum matrem pedibus calcent, non modō blandiebantur sibi in tanto sacrilegio, sed Chritū volebant suo iudicio cadere: contrā excipit Chritus, Quānis malos & degeneres filios habeat Sapientia, saluam tamen manere: nec quicquam illius iuri derogari corum malitia qui scelerē & malignē obrectant. Nondum tamen sensum protulī qui, in eo iudicio, optimē conuenit & genuinus est. Primum subest tacita antithesis in verbis Chriti inter genuinos filios & nothos, qui inānē titulū sine re obtendunt: ac si diceret Chritus, Pergant in sua cōtumacia qui se ferociiter Sapientia filios esse gloriāntur: ea nibilominus laudem suam & autoritatem apud getmanos filios tenebit. Ideo apud Lucam additūt universalis nota, *A filiis suis omnibus,* quo significat, nemini obſtaculo fore Scribarū repugnantiam quin electi Dei omnes in Euangeliū fide permaneant. Quod ad Grēcam vocem spectat, dubium non est quin *ad* interdum idem valeat atq; *ad* vt omnītā alia exempla, quō dicit Chritus apud Lucā cap. 17.e.25. Oportet Filiū hominis multa pati *ad* suorum suū. Non vīcē rūmo nullus negabit quoniam eadē sit le quāndi summa in opposito mēbro. Deinde Chryostomus cui Grēca lingua nativa erat, perinde hoc trādit ac si nihil esset cōtrauersia. Præterquam autē quod nichil quadrat hæc sententia, superiori etiā membro refōdet, vbi dīctū sūt iustificatū à I. lebe fuisse Deū. Ergo quamlibet multi apostatae à Dei Ecclesia desūcūt, semper tamen apud omnes electos, qui verēsūt ex grēge, incolūs p̄sistet Euāgelij fides.

Rom. 6. 6.

7.

i. Tim. 4. 2.

MATTH. MARC.

1 Post hec autem designauit Dominus & alios septuaginta: misitque illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quō erat ipse venturus.

2 Dicebat ergo illis, Mēsis quidem multa, sed operarij pauci: rogate ergo dominum mēsīs ut extrudat operarios in messem suam.

IN HARMONIA EVANG.

3 Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.

4 Nolite portare fasculum, neque per am, neque calceamenta, & neminem per viam salutaueritis.

5 In quancunq; domi intraueritis, primi dicite, Pax huic domui.

6 Et si ibi fuerit filius pacis, requiesceret super eum pax vestra: si minus, ad vos reuertetur.

7 In eadem autem domo manete edetes & bibentes que ab illis dabuntur: dignus enim est operarius mercede sua. nolite transire de domo in domum.

8 Et in quancunq; ciuitatem intraueritis, & suscepient vos, edite que apponuntur vobis:

9 Et sanate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei.

10 In quancunq; autem ciuitatem intraueritis, & non suscepient vos, exeuates in plateas eius dicite:

11 Etiā puluerem qui adhesit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos: tamen hoc scitote quod appropinquauit in vos regnum Dei:

12 Dico vobis quod Sodomis in die illo remisius erit quam ciuitati illi.

Exod. 8.4. 22. & 24. a.1. Post huc autem.) Apostolos prius ad Christū reuersos esse quam iij Septuaginta in eorum locū sebrogarent, ex multis circumstantiis colligere licet. Missi ergo sunt duo, decimū qui in spem propinqua salutis Iudeos erigerent: post illorum redditum quin maiori attentione opus foret, submissi sunt plures velut secundarij precones, qui passim de Christi aduentu famam in singulis locis spargerent. Ceterū nulla illis propriū commissa fuit legatio, sed tantum Christus apparidores præmisit qui populi animos pararent ad excipendiam eius doctrinam. In numero Septuaginta videtur eum ordinem sequutus esse cui iam olim asfuerat populus. Tenendum est memoria quod de Apostolis duodecim diximus, quorū floriente populi statu fuerant tribus, totidem delegatos fuisse Apostolos quasi Patriarchas, qui membra laceri corporis in unum colligerent, vt inde prodiret integra Ecclesiæ restitutio. Non absimilis in Septuaginta ratio fuit. Scimus Mosen quoniam oneri nō sufficeret, septuaginta sibi aesculisse iudices qui populū vna cū ipso regerent. Iam verò ludaei à Babylonico exilio reuersi, synedrion haberuerunt, quod corruptè Sanedrin vocarunt, ex septuaginta duobus Iudicibus. Ut autem fieri solet in talibus numeris, quoniam de synedrio sermo erat, tancum dicebant septuaginta iudices: ac eos ex posteris Davidis fuisse electos testis est Philo, vt potestas aliqua maneret in regia stirpe. Quare post varias clades, hac ultima catastrophe excidijs fuit, quoniam Herodes abolito illo conselū, populū legitima gubernatione priuauit. Porro quia reditus è Babylone præludiū vera & solide redēptionis fuerat, videtur nunc septuaginta aduentu sui praecones eligere Dominus, vt instaurationē collapsi status promittat: quia tamen reuocandus erat populus ad unicum caput, non constituit Iudices cum potestate, sed tantum præfere iubet, vt ipse solus emineat. Quod binos misit, in eo videtur infirmitatis eoru habita fuisse ratio, timen-

dū erat ne singuli minūs haberent cordis quā necesse foret ad munus suū strenue exequendū: ergo vt alij alios mutuo animente, binī inituntur.

2 *Mefis quidem multa.*) Hanc sententiam expulsi nono Matthæi capite: iesi si tamen hic inservi oportuit, quoniam alia occasione refertur. Nam quod n. elius discipulos suos extimulet Christus, vt operi gnauiter incubant, pronūcia multā effēmēsi: unde sequitur ipsorum labore non fore irritū, sed vberē profectū materiam in qua se exercant reperturos. Postea de periculis, certanib; ac molestiis eos admonet, & iubet accinctos ire vt celeriter totā ludæam percurrant: denique eadē mandata repetit quæ dederat Apolo. Idē lectores multis verbis hic onerare super vacuū foret, quū illinc petere liceat plenā omnium expositionem, nisi quod breuiter monendi sunt quid sibi velit ista locutio. *Neminem in via salutaueritis.*) Est aut summū festinationis indicium, vbi si quis in itinere occurrat, ultrā pergitus, nec cum alloquimur qui vel rātū morari nos posset. Sic 2. Reg. 4.e.29. Elisa dū puerū suū ad Sunanitidē mittebat, ut eum nequē obuiū salutaret. Nō vult ergo Christus tā inhumanos esse discipulos vt salutare nō dignetur qui illis occurrēt: sed ita properare iubet vt omnia obstacula prætereant. Hoc quoq; propriū habet Lucas, Ut edat ac bibat discipuli quæ oblata fuerint. Quib; verbis non tantū iubet Christus cōtentos esse suos vulgari & tenui mēsa, sed illis permittit vt de alieno vescātur. Imò hic simplex ac genuinus sensus est: Liberū vobis sit alieno sumptu viuere quā diu in hac peregrinatione eritis: aquoni.n. est vt vobis cibū ministrarent in quorū gratiam laboratis. Quidam putat eximi scrupulū ne ab aliquo cibi genere abhorreant discipuli: sed nihil tale voluit Christus, ac ne hoc quidem eius confitū fuit de frugalitate præcipere: sed tantum illis concedere mercedis loco, vt ab hospitibus alecentur in sua legatione.

M A T T H. XI.

20 Tunc cœpit reprobrare ciuitatibus in quibus edit, & fuerant plurime virtutes ipsius, quod scelerū eis non paenituerit;

MARC.

L V C. X.

13 *Vt ibi Chorazin, v.e tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone edite fuissent virtutes que*

21 *V. e tibi Chorazin, u. e tibi Bethsaida: quoniam si in urbe Tyri & Sidonis factae fuissent virtutes que factae sunt in vobis, olim in sacco & cinere fecerunt suorum penitentiam egissent.*

22 *Attamen dico vobis, Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die iudicij quam vobis.*

23 *Et tu Capernaum, que es usque ad calum exaltata, usque ad inferos detrahesis: quoniam si in Sodomis editae fuissent virtutes que edita sunt in te, mansissent usque in hodiernum diem.*

24 *Veruntamen dico vobis quod terra Sodomorum tolerabilius erit in die iudicij quam tibi.*

editae sunt in vobis, olim in sacco & cinere sedentes, egissent penitentiam.

14 *Veruntamen Tyro & Sidoni remissus erit in iudicio quam vobis.*

15 *Et tu Capernaum que usque in calum exaltata es, usque in infernum detrahesis.*

16 *Qui vos audit, me audit: & quivos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.*

20 *Tunc caput exprobare.)* Lucas exprimit quo tempore & qua de causa sic inquietus fuerit Christus in istas vrbes, nempe quum discipulos in variis Iudeæ partes ablegaret, vt in transcurso nunciarent ad cœleste regnum Dei, eorum ingratitudinem reputans apud quos diu sine fructu Prophetæ munus exercuerat, & multas ediderat virtutes in has voces prorupit, ac si dixisset, iam venisse tempus quo le ad alias vrbes conferret, postquam expertus fuerat indociles ac deplorata malitia illius ripæ incolas, vbi Euangelium prædicare & miracula edere exorsus fuerat. Sed de doctrina tacens, exprobaret quod miraculis inducti non fuerint ad penitentiam agendam, nam certum est in hunc finem documenta sua virtutis Dominum proferre vt ad se homines inuitaret, atqui quum natura auersi sint ab eo omnes, initium à penitentia fieri necesse est. Chorazin & Bethsaida vrbes esse ad ripam lacus Genezareth sitas notum est.

21 *Si in urbe Tyri & Sidonis.)* Quoniam Tyri & Sidonis illic propter viciniam infamis erat impietas, superbia, luxurias, & alia vitia, data opera hanc comparationem adducit Christus, quod suos Iudeos magis pungat, horum enim nemo erat qui non haberet Tyrios & Sidonios pro nefandis Dei contemptoribus. Ergo maledictionem suam non parum amplificat Christus quum dicit plus sperandum fusile correctionis ex illis locis in quibus nulla erat religio, quam appareat in ipsa Iudea. Ceterum ne quis spinosas de arcana Dei iudicis quæstiones moveat, teneendum est ad communem humanæ mentis captum accommodari hunc Domini sermonem. Comparans ciues Bethsaida & eorum vicinos cum Tyriis & Sidoniiis, non dispurat quid præuiderit Deus futurum de iis vel illis, sed quid facturi fuerint alteri quatenus ex re ipsa percipi poterat. nam quod tam corrupti erat illarum in vbiuum mores, ac tam effraniis dissolutio, ignorantia imputari poterat: quod nulla illuc vox Dei audiebatur, nec miracula siebant quibus admoniti resipserent: in vrbibus autem Galilææ quas Christus obiurgat, plusquam ferrea fuerat cötumacia in spernendis miraculis, quod ingenitem copiam viderant sine vlo profectu. In summa, non aliò tendunt verba Christi quam malitia & infanibilis Dei contemptu Tyrum & Sidonem superari à Chorazin & Bethsaida. & tamen non est cur litigemus cum Deo, quod posthabitis aliis de quibus melior spes fuisset, virtutem suam erga peccatos quoque & proflus deploratos exerat. Quoscumque in sericordia sua non dignatur, iustè exitio destinat. Iam si quibusdam verbum suum

subducens, eos perire sinit: alios vero vt magis inexcusabiles reddat, hoc vel illo modo sollicitat &hortatur ad penitentiam: quis eum propterea iniquitatis insinulet? Ergo infirmitatis nostræ cōscie, discamus altitudinem istam reuerenter fulpicere: Minime enim ferenda est corū superba morositas, qui Deo iustitiae laudem tribuere non sustinent, nisi quod eorum sensus pertingit: myteria vero quæ adorare par tuunt, quia non aperta constat corum ratio, faltidiose respununt.

Factæ fuissent virtutes.) Diximus his verbis nos doceri de recto mira, uolorum vnu, quanquam sub illis comprehenditur doctrina: neque enim Christus spectandam proponens Patris virtutem, interea obnubuit: in eo Euangeliu annexa fuerunt miracula ut ad os Christi attenderent. *In sacco & cinere.* Penitentia hic ab extermis signis describitur, quorum tunc solennis erat vnu in Ecclesia Dei: non quod in hanc partem infistat Christus, sed quia se ad vulgi captiuum inslectit. Scimus non exigere penitentiam à fidelibus tantum ad paucos dies, sed vt se in ea meditanda assidue usque ad morte exercet. Atqui necesse non est quotidie sacco vestiri & aspergi cinere: ergo non semper locum habet exterior ista penitentia professio, sed quum ex graui aliqua defectione ad Deum se homines conuertant. Et certè facies & cinis signa sunt reatus, ad deprecandam iram iudicis, id eo ad initium conuersoris proprie spectant. Iam vero quum hac ceremonia testentur homines disponentiam & mororem, necesse est peccati odium, timorem Dei & carnis mortificationem præcedere, iuxta illud Iohelis, Scindite corda vestra, & non vestimenta. Videmus nunc cur siccum & cinereum penitentie coniungat Christus vbi Tyri & Sidonis sit mentio, quorum incolis Euangelium prædicari non poterat quin antea tam corum viua damnaret, nihil residuum faciens nisi vt suppliciter petendat venia causa, ad tristem reorum habitum configuraret. Eodem referri debet Sedendi *adire.* verbū quod ponitur apud Lucam: significat enim prostratos humi iacere, quod miseris ad luctum suum restandum conuenit, sicuti ex compluribus Prophetarum locis patet.

33 *Et tu Capernaum.)* Nominatum compellat urbem Capernaum, in qua sic fuerat assidius vt inde oriundum putarent: hæc vero incomparabilis erat dignitas, quod Filius Dei regnum suum auspicatur & sacerdotium, sibi eam palatij & sanctuarij loco delegaret. Atqui perinde in suis foribus demersa erat acsi nulla vnuquam illuc stile lasset gratia diuinæ gutta: idèo pronuntiat Chi-

stus eo magis horrendam illi peccati instare quo maioribus Dei beneficiis ornata erat. **Hic locus diligenter notatus est, profanationem donorum Dei, quia sacrilegio implicita est, numquam impunè cessuram.** Ideo quo quisque magis excelluerit, atrocius esse punitendum si dotes sibi Diuinus collatas indignè polluerit; ac praeferunt horribilem vindictam nobis instare, si ornatissimis Christi donis, ludibrio habemus ipsum cum suo Euangelio. *Sed in Sodomis.* Supradicatum enim Christum humano more loqui, non autem ex cœlesti adiutorio proferre quid praevidetur futurum si Sodomitis Prophetam aliquem misisset. **Quod si hac solutio contentiosis non sufficit, ansam tamē hoc unum illis praecedit, quanvis ad seruandos Sodomitas remedium esset in manu Dei, iustum tamen fuisse vltorem in illis perdendis.**

16 Luc. *Qui vos audit.*) Falluntur qui hoc loco idē repeti putat quod decimo capite Matthæi habuit us, *Qui vos recipi, me recipi.* nam illic de personis Christus agebat, nunc autem de doctrina: illa receptio ad officia charitatis spectabat, nunc vero commendat fidem que Deum in verbo suo recipit. **Summa est, fidei obedientia pietatem hominum probari: qui vero Euangelium respiciunt, quantumvis se primos Dei cultores fore iactent, prodere tamen inpium eius contemptū.** Portu tenendum est Christi consilium: quia enim bona pars mundi præpostole Euangelium astimatis ex hominum dignitate, & video vilipendit quod per humiles & contempte fortis homines adfertur, huc tam peruerso iudicio Christus occurrit. Deinde quoniam in omnibus ferè refidet ea superbia, vt non libenter se subiunctū suis æqualibus, vel quos etiam præse despiciunt: Deus autem Ecclesiastum suam regere statuit hominum ministerio, & qui-

Externū
Ministrū
rium.

dem sepe ex infima vulgi face deligit Verbi ministros: necesse fuit Euangelij maiestatem allere, ne ab humano ore protecta vilesceret. Et igitur insignis externi ministerij commendatio, dum pronuntiat Christus quicquid hominum prædicationi, modò fidelis sit, honoris & reverentiae defertur, Deū sibi impensum agnoscere. **Huius porro eloqij duplex est utilitas.** nihil enim est quod nos ad amplexandam Euangelij doctrinam nisi eius animarē debeat quād dum audimus præstatisimū hunc esse cultum Dei, & apti odoris sacrificium, audiē ipsam ore hominum loquentē, & nos eius verbo non secus subiictere quod per homines adfertur, quād si descenderet ipse de cœlo, vel per Angelos consilium suum patet faceret. Deinde ita bilita fiducia extimbit nobis dubitatio, dum audiēmus nihil deterius esse salutis nostræ testimoniū quod nobis reddunt homines à Deo missi, quād si vox eius ē cœlo sonaret. Contra vt nos ab Euangelij contēptu deterreat, severam denuntiationem addit, non in homines, sed in sepsum & Deum patrem esse contumeliosos qui ministros quanvis contemptibiles audire grauantur. Sicuti autem hic magnifice extollitur Pastorū dignitas qui sincerè & fideliter munus suum exercent: ita ridiculus est Papa cum suis, dum hoc prætextu tyrannidem suam lucat. Certum enim est non ita loqui Christū vt ius sibi à Patre datū hominibus regnet, sed tantū vt à contemptu vindicer suum Euangelium. Vnde sequitur nō in personas hominū transierū sibi debitum honorē, sed tantū contēdere ne à verbo suo separetur. Ergo si recipi velit Papa, doctrinam adferat in qua agnoscī queat Christi minister: quād verò est similitudine perget, hoc est capitalis Christi hostis, & nihil habēs apostolis affine, alienis se plurimis vestire definit.

MATTH. MARC.

- 17 *Reuerſi autem sunt septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine, etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.*
 18 *Ait autem illis, Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.*
 19 *Ecce do vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones & super omnem viriū inimici, & nihil vobis nocebit.*
 20 *Veruntamen in hoc nolite gaudere quod spiritus vobis subiiciuntur: sed gaudete quod nomina vestra scripta sunt in cœlis.*

17 Reuerſi autem sunt.) Apparet non plenam nec solidam Christi verbis habuisse fidem Septuaginta discipulos, quando reuerſi quasi re nota & inopinata exultant, quod Christi virtute elecerint demona. Atqui hæc illis data fuerat potestas, & final mandatum. Ego verò non dubito, quum discederent, perfusos fuisse nihil sibi fuisse frustra à Magistro dictum: postea tamen, quum rei magnitudo eorum opinionem excederet, tali spectaculo fuisse percussos. Atque hoc accidere plerunque solet, vt fideles gustum aliquem duntaxat Diuinæ virtutis concipiunt ex Verbo: deinde experientia in admirationem ipsos rapiat. Quale autem surerit ipsorum gaudium, ex Christi responso clarius patet.

18 Videbam Satanam.) Ab una specie ad totum genus eos Christus dedit: nempe quod Euangelium suum inserit promulgari hoc fine vt regnum Satanae euerteret. **Quom ergo vītibile illud documentum quo experti erant, simpliciter arriperent discipuli, admonet Christus vim & efficiaciam doctrinæ ipsorum longius patere, vt con-**

ciderat Satanae tyrannis quam in totū genus humānum exercet. Nunc tenemus sensum verborum, quum Euangelium suum prædicari iussit Christus, minimè reī tentas ambigui eventus, sed futuram Satanam ruinam vidisse. Iam quum falli nequeat Filius Dei, & hæc eius præscientia ad cœdinuum Euangelij cursum spectet: dubitandum non est, quoties excitat fidos doctores, quin idem ipse felicem daturus sit successum eorum labori. Vnde colligimus, non aliter nos eripi à Satanae seruitate, quād per Euangelium, deinde eos rite demum proficere in Euangelio, in quibus cōcidit Satanæ potestas, vt peccato extincto, Dei iustitia viuere incipiant. Notanda est etiam similitudo qua vitur, Satana ē Euangelij tonitru in instar fulgoris cadere, ita enim exprimitur Diuina & incre-
Euang.
vta.

19 *Ecce do vobis.*) Hoc per concessionem dicitur. Non negat Christus quin præclarum sit dominus illud in quo gloriantur: sed altius quiddam præcipue spectandum admonet, ne sublstant in exteriis miraculis. Itaque eorum gaudium sicut non erat conceptum de nihilo, non omni ex parte damnat, sed vitiosum esse ostendit: quia sibi gratia temporali immodicè placentes, non tollebant sursu animos. Atque hoc morbo laborant etiam pīj ferē omnes. tamenī enim Dei bonitatem expendunt cum gratiarū actione, nō tamēn quātam decebat Dei beneficiis quasi scalis iuūatur, vt in cālum afflurgent. idēo necesse habent à Dominō erigi tanquam porrecta manu, ne subsidat in terra, sed ad cālestē nouitatem aspirent. Noxīs omnes vocati hostis virtutem, quōd diabolus quidquid nobis aduersus est, in nos vibret, non quōd eius arbitrio subiaceat quæ valent ad legē dos homines: sed quia armat' Dēi maledictionē,

M A T T H . X I .

25 *In illo tempore respondens Iesus dixit, Confiteor tibi Pater, Domine cali & terre, quōd abcondisti hac à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis.*

26 *Certe Pater, sic fuit beneplacitum coram te*

27 *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & nemo non iūt Filiū nisi Pater, neque Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.*

28 *Venite ad me omnes qui laboratis & oneratis estis, & ego refosci labo vos.*

29 *To / t' iugum meū super vngs, & d / te à me quōd mitis sim & humiliis corde, & inuenietis requie animabus vestris.*

30 *Iugum enim meū suave est, & onus meū leue.*

omnia eius flagella in nostrū exitū vertere conatur, & arripit tanquam tela quibus nos vulneret.

20 *Nomina vestra scripta sunt.*) Quā propositū sit Christo suis ab euanido gaudio retrahere vt in vita eterna glorientur, ad eius originē & fontem ipsos deducit: nempe quōd Diuinus electi sunt & adoptati in filios. Præcipere quidem poterat vt gaudenter se regenitos esse Dei Spiritu, vt nouē essent creaturæ in Christo, se in hę salutis illuminatos esse, & sibi datā eius arham: sed principiū vnde hęc omnia bona fluxerant, non voluit gratuitate Dei electionē, ne quid sibi astri berent. Materiam quidē laudandi Dei nobis suppeditū quæ in nobis sentimus eius beneficia: sed aeternā in electio, quæ extra nos est, clarissim demonstrat in mera Dei bonitate fundatā esse salutē nostrā. Porro metaphoricē dixit, Scripta esse suorū nomina in celo, p eo quod est, Censeri corā Deo filios & heredes, acsi catalogo descripti essent.

M A R C .

L V C . X .

21 *In eadem hora exultauit spiritus Iesus, ac dixit, Confiteor tibi Pater, Domine cali & terre, quod abcondisti hac à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis sanè Pater, quoniam sic complacitum est coram te.*

22 *Omnia mihi tradita sunt à patre meo: & nemo scit quis sit Filius nisi Pater, & quis à Patre nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.*

25 *Respondens Iesus.*) Quāquam Respondendi verbum Hebreis familiare est etiam vbi fit initium sermonis, ego tamen huic loco emphasis subflesce arbitror, quōd scilicet Christus ex re praenti occasionem ita loquendi sumperferit: idque melius confirmant Lucē verba, quōd Christus in illa hora exultauerit spiritu. vnde porro illa exultatio nisi quōd Ecclesiām ex pusillis contemptis que hominibus collectam, non minus charam & preciosam habet quam si tota mūdi nobilitas ac dignitas in ea fulgeret? Ac plus vehementia habet oratio quæ ad Patrem dirigitur, quam si cum discipulis loquutus foret. Quanquam certum est illorum quoque respectu & causa gratias egisse Patri, nequos offendere et humili & ignobilis Ecclesia forma. Semper enim splendorem querimus: & nihil videtur niūis consentaneum quam cælestē regnum Filij Dēi, cuius gloria tam magnificē à Prophetis celebratur, ex vulgi face & quisquiliis constare. Et sane hoc admirabile Dei consilium est, quōd quum totum orbem habeat in manu, peculiarem sibi populum ex contemptibili vulgo diligere malit quam ex primoribus, qui sua excellētia Christi nomen melius ornarent. Sed hic à superbo & nimis alto sensu retrahit discipulos suis Christus, ne vilem & obscurū Ecclesię stātū despicerē audeant in quo sibi ipse placet ac gratulatur. Ceterū vt fortius curiositatem, quæ subinde obrepit humanis mentibus,

ei⁹ electione; quia alios trahens aliis præteritis, solus inter homines discernit, quorum natura æqualis est conditio. Quod tamen parvulos eligit potius quam sapientes, in eo gloria sua ratione habet. Nam, ut nimis cupide se esse effert caro, si præsente⁹ acuti & docti homines, statim regnaret illa persuasio, idem dexteritate hominum vel indultria vel doctrina acquiri. Quare nō aliter conspicua, ut meretur, Dei misericordia esse potest quam in tali habito delectu, unde pateat nihil esse quicquid ex se affuerat homines. Ideo iure deiicitur humana sapientia, ne Diuinæ gratiæ laudē obsecut̄. Quæritur tamen quos sapientes & quos parvulos vocet Christus. experientia. n. palam docet nec omnes idiotas & rudes illuminari ad fidem, nec omnes prudentes vel literatos relinqui in sua cœcitate. Ideo prudentes & sapientes definiunt qui diabol⁹ co-fatu inflati, Christum ē sublimi loquentem audire non sustinent. Atqui non hoc quidē perpetuum esse, reprobari à Deo qui sibi placent plusquam oportet, doceatur Pauli exemplo, cuius ferocia Christ⁹ domuit. Quod si ad rude vulges descendimus, sicut virulenta appetet maioris partis malicia, si promiscue videamus cum proceribus & magnis sue exitio relinqui. Fateor quidem incredulos omnes peruersa sui fiducia turgere, siue sapientia, siue probitatis fama, siue honores, siue diuitiae illis animos faciant. ego tamen Christum hic simpliciter & sine vitij notione omnes comprehendere arbitror qui ingenio & doctrina pollēt: sicuti rursum virtutis loco non ponit, aliquem parvulum esse. Nam etsi humiliu⁹ magister est Christus, hōcque primū est fute⁹ rudimentum. Ne quis sibi sapiat: non tamen hic de voluntaria paruitate agitur: sed Christus gratiam Patris hac ratione amplificat, quod vsque ad insinas fortes descendere non grauetur, vt ex stercore pauperes erigat. Sed hic emergit questio, Quā⁹ prudentia, Dei sit donum, quā⁹ conueniat cā nobis esse obstaculo ne cernamus Dei lucem quā⁹ in Euangelio affulget. Tenendū quidem est in memoria quod iam dixi, vitiari ab in credulis quidquid illis dātum est prudentiæ: ac ideo præclaræ ingenia s̄pē impediti quod se ad docilitatem submittere nequeunt. Sed quantum ad præsentem locum spectat, respondeo, Quā⁹ si prudentibus nihil obstat sua perspicacia, posse tanDEM Euangelij luce priuari. Nam quā⁹ eadem vel par sit omnī conditio, cur non suo arbitrio assumet Deus hos vel illos? Cur autem sapientes ac magnos posthabent, prīm⁹ ad Corinth, primo cap. d. 27. docet Paulus, quod scilicet infirma & stulta mundi elegerit Deus vt gloriam carnis cōfunderet. Ceterum inde etiam colligimus, non esse generalē Christi sermonē, vbi dicit, A sapientibus abscondi Euangelij mysteria. Nā si ex quinque sapientibus quatuor Euangelium respūnt, vnu⁹ amplexitur, ex totidem idiotis duo vel tres sunt Christi discipuli, impletur hæc sententia: quod etiam confirmat ille Pauli locus quem nuper citauit: quia non omnes sapientes & nobiles & potentes exterminat à regno Dei, sed tantum admonet non multos esse. Iam soluta est questio, quod hic non damnetur prudentia, quatenus Dei donum est, sed tantum pronuntiet Christus ad fidem cōtinendam nullius esse momenti. sicuti rursum in istri non commendat quasi homines conciliat Deo: sed eius misericordia obſtarē negat quō minus rudes & crassis homines cœlesti

sapientia illustret. Nunc dicendum restat quid sit Reuelare & Abscondere. De externa prædictio. Prædicatio extera Non loqui, inde certò colligitur, quod promiscue se omnibus doctorem obtulit, & idem Interna dedit Apostolis suis mādatum. Quare sensus est, neminem proprio acumine, sed arcana tantum Spiritus illuminatione fidem consequi.

26. *Certe Pater.*) Hęc clausula ansam præcedit inquirendæ laſciuia qua subinde nos titillat. Nil enim difficultius à nobis Deus extorquet, quā⁹ etius voluntas nobis sit pro summa ratione & iustitia. Sæpe inculcat, sua iudicia profundā esse abyssum: nos tamen in illam altitudinem præcipiti impetu irrumpimus: & si quid non ardit, tremimus cōtra ipsum vel obmurmuramus: inoltre etiam in apertas blasphemias profiliunt. Atqui Dominus hanc nobis regulā præscribit, vt quod placuit Deo, rectum esse statuimus. Hoc denum est ſobrie sapere, vnum Dei beneplacitum pro mille rationib. amplecti. Poterat certè Christus discriminis causas, si quā⁹ essem, in medium proferre: sed Dei beneplacito contentus, non ultra vestigat cur parvulos ad salutem potius quam alios vocet, regnūq; suū constitutus ex obsecro grege. Vnde apparet in Christū fūrere, qui dā audiunt Dei arbitrio gratis eligi alios, & alios reprobari, tumultuantur: quia illis molestum est Deo cedere.

27. *Omnia mīhi tradita.*) Malè hanc sententia cum proxima contextunt interpretes qui tantum hoc spectare putant vt maiori fiducia discipulos confirmet Christus ad prædicandum Euangeliū. Ego verò alia de causa & in alium finem Christū ita loquutum existimo. Sicuti enim prius afferuit Ecclesiā ex arcano gratiæ electionis Dei fonte producitur nūc quomodo ad homines perueniat salutis gratia, ostendit. Multi. n. quā⁹ audiūt non alios vitæ æternæ heredes esse nisi quos ante mundum conditum elegit Deus, anxiè inquirent vnde certi esse possint de arcano Dei consilio. Ita se in labyrinthum proiciunt, cuius nullum reperiunt exitum. Christus autem recta ad se venire iubet vt inde petatur salutis certitudo. Sensus est igitur, patescat & nō nobis in ipso Christo vita esse, ideoque neminem fore eius participem nisi qui per ianuam fidei ingreditur. Vide mus nunc vt fidem coniungat cum æterna Dei prædestinatione, quas stulti homines peruerserent contrarias inter se committunt. Etsi enim falsus nosfra apud Deum semper abscondita fuit: Christus tamen canalis est per quem ad nos defluit, & fide à nobis recipitur, vt in cordibus nostris firma & rata sit. Quare à Christo deflectere nos non est, nisi salutem nobis exposita repudiare libeat. *Nemo nosit filium.* Hoc ideo dicit ne sua iniecta perperam afflimeret ex hominum iudicio. Sēfus ergo est, vt sciamus qualis sit Christus, standū esse testimonio Patris qui solus verē nobis, & probē indicare potest quid in ipsum contulerit. Et certè eum fingendo quale mens nostra suo modulo cōcipit, magna virtutis sue parte spoliamus: ideo nō ritè nisi ex Patris voce cognoscitur. Quā⁹ sola vox nō sufficeret absq; Spiritus directione: altior. n. & magis recondita est Christi virtus, quā⁹ vt ad eā penetrarent homines donec à Patre illuminati fuerint. Ideo intellige Patrem non sibi cognoscere, sed nobis, vt cū nobis reuelet. Videlicet tamen nō plena esse oratio, quia duo membra inter se nō respondent: De Filiō

Ilo dicitur , quod nemo prater ipsum cognoscat Patrem & cui voluerit reuelare: de Patre hoc solū quod Filium solus cognoscet : reuelationis nulla in mentio. Respondeo super vacuum sūisse repeti quod iam dixerat. quid enim continet superior gratiarum actio , nisi quod pater Filium pateat quibus visum est? Quod ergo nunc subiicitur ab ipso solo Filio cognosci , velut causa redditio est: poterat enim hæc cognitio subire. Quid opus est si Filium à Patre manifestati , qui palam se visen- dum exhibuerat ? Nunc tenemus qua occasione dictum sit, Filium à solo Patre cognosci. Superest nunc posterius membrum. Quod nullus Patrem cognoscet nisi Filius. Porro hæc cognitione diuersa est à priore : neque enim Patrem cognoscere Filius dicitur quia Spiritu suo eum manifestet: sed quia quatenus viua est eius imago, eum quodā modo exhibet visibilem in sua persona. Interim Spiritum non excludo , sed reuelationem de qua nunc agitur , refero ad notitiam modum ac ita optime coheret sermonis contextus. confirmat enim Christus quod prius dixit, Omnia sibi tradita esse à Patre , ut sciamus in ipso habitare Deitatis plenitudinem. Huc summa redit, Patris donum esse quod cognoscitur Filius , quia Spiritu suo nobis mentis oculos aperit , quibus cernamus Christi gloria in qua aliquo nobis estet absconditi: Patrem verò qui lucem habitat inaccessam , & in se incomprehensibilis est , à Filio nobis manifestari , qui viua est eius imago , ut alibi frustra queratur.

28 *Venite ad me omnes.*: iam benigne ad se invitauit quos sibi idoneos fore discipulos agnoscat. Quid enim omnibus Patrem manifestare paratus sit , bona tamen pars accedere ideo negligit quia necessitas sua sensu non tangitur. Christum non curant hypocritæ : quia ebrii propria iustitia , gratiam eius non esuriunt nec sitiunt. Qui mundo sunt addicti , easdem vitam pro nibilo ducent. Frustra ergo vitiosque illos ad se Christus vocaret: id est ad miserios & afflictos conuertit. Porro Laborantes vocat qui sub onere gemunt: nec generaliter quoslibet intelligit tristitia & æruius oppresos, sed qui peccatis suis confusii, & ira Dei metu percussi , tanto oneri succumbunt. Variis quidem modis electos suos humiliat Deus : sed quia plerique misericordia grauita nibilominus contumaces & indomiti manent: laborantes & oneratos intelligit Christus qui mortis æternæ reatu conscientias afflictas habent, & ita suis malis intus irritantur ut deficiant: nam hic defectus nos ad recipiendam eius gratiam idoneos reddit. Perinde vero est ahi dixisset, ideo suā gratiam à maiori parte contemni quia pauci in opere suam sentiant: interea non esse eur illorum superbia vel stupor afflictas animas retardat quæ ad remedium suspirant. Quare sinamus valere eos omnes qui Satana præstigit fascinat , vel sibi perfudent iustitiam se habere extra Christum : vel se in hoc mundo beatos imaginantur. Nos ad Christum appetendum mala nostra impellant. Et quia non alios Christus admittit in fruitionem quietis sua nisi qui sub onere fatiscunt, discamus nullum esse magis pestiferum venenum quād sordidam illam

quam in nobis generat vel terrene felicitatis vel iustitiae & virtutis falsa & fallax opinio: ideo se quisque nostrum absidue exercefaciat, ac primò in excutiendis mundi deliciis ledulus sit: deinde omni peruersa fiducia se cuicuet. Ceterum quan- uis hæc ad recipiendam Christi gratiam in preparatio profructus exanimat homines, notandum tamen est Spiritus sancti donum esse, quia initium pœnitentiae est, ad quam nullus proprio marte aspirat. Nec sanè voluit Christus quid ex se possit homo docere, sed tamè qualiter affectos esse oporteat qui ad ipsum veniunt. Qui onus & labore restinguunt ad legales ceremonias, nimis extenuat Christi sententiam. Pateor quidem intolerabile fuisse onus Legis, & quod animas obrueret: atqui memoria tenendum est quod dixi, Christum omnibus afflictis manum porrigit, ut discriben statuat inter discipulos & Euangelij contemptores. Notanda autem est generalis particularis ideo enim fine exceptione complexus est Christus quicunque laborant & onerati sunt, ne quis prava dubitatione viam sibi præcludat. Et tamen omnes illi numero pauci sunt : qui ex innumera pereuentum turba pauci se perire sentiunt. Refocillatio quam proximitate in gratuita peccatorum remissione sita est, quæ sola nos tranquillat.

29 *Tolle iugum meum.* Quia multos videmus abuti Christi gratia dum illam ad carnis iudicentiam conuertunt : ideo Christus postquam conscientis misericordia laborantibus latam quietem promisit, simul admonet haec lege se esse liberatorem ut iugum suum suscipiant : ac si dicaret, Se non in eo absoluere à peccatis, vt qui Deum propitium habent, inde licentiam arripiunt peccandi: sed ut eius gratia crecti, simul iugum suscipiant, ac liberi secundum spiritum cōstringat carnis sue lasciuiam. Atque hinc colligitur illius quietis definitio de qua loquutus erat: nempe quod Christi discipulos minimè eximat à militia crucis, ut suauiter deliciantur, sed exerceat sub disciplina onere, & sub iugo contingat. *Discite à me.* Falluntur, meo iudicio, qui putant Christum de sua mansuetudine hic testari, ne discipuli / ut solet accessus potentum esse formidabilis / propter Diuinam eius gloriam ab ipso refugiant. Potius enim, quia propter carnis contumaciam iugum eius tanquam asperum & difficile refugimus, nos ad imitationem sui format. Paulò pōst dicit iugum suum esse suauescēt unde sicut ut libenter & placide collem quicque submittat, nisi ubi mansuetudinem induit, Christo conformis erit? Hunc porro verborum esse sensum constat: quia Christus discipuloshortatus ad iugum suum ferendum, ne eos terreat difficultas, continuo pōst addit: *Discite à me:* significans non fore molestum nobis illud iugum ubi suo exemplo ad mansuetudinem & humilitatem assuefacti erimus. Eodem etiam pertinet quod addit, *Inuenietis requiem.* Quandiu enim recalcarat caro, tumultuamur & qui iugum Christi recusantes alter Deum placare conantur, frustra se fatigant & macerant. Qualiter videmus Papistas miserè seipso executiare, & diram tyrannidem sub qua torquentur, tacitos ferre, ne subeant Christi iugum.

¹ In illo tempore ibat Iesus Sab-

23 Et accidit ut transi-

1 Accidit autem ut in Sabbatho secundoprimo tran-

luis esuriebant, & cæperunt vellere cæperunt discipuli eius inter sicut per sat: ac vellebant disci-
spicas, & comedere. viam vellere spicas. pulsus eius spicas, cædebantque con-
2 At Pharisai quum vidissent, 24 Et Pharisai dicebant fricantes manibus.
dixerunt illi, Ecce discipuli tui fa- ei, Ecce cur faciunt Sabbathis 2 Quidam autem Phari-
cunt quod non licet facere in Sab- quod non licet? seorum dicebant illis, Quid fa-
batho. 25 Et ipse ait illis, Nun- citis quod non licet facere Sab-
3 Ille vero dixit eis, Non legistis quam legistis quid feceris? bathus?
quid fecerit David quum esuriret? David, quum opus haberet, 3 Et respondens Iesus ad
ipse & qui cum illo erant? & esuriret ipse, & qui cum eo eos dicit, Ne hoc quidem legi-
4 Quomodo ingressus sit in do- derit, quos ipsi non licet edere, nec sit in domum Dei sub abia- stis quod fecit David, quum
mum Dei, & panes propositionis e- derant? 26 Quomodo ingressus esurisset ipse & qui cum eo
derit, quos qui cum eo erant, nisi Sacerdoti- thar principe Sacerdotum, & 4 Quomodo intravit in do-
bus solis? panes propositionis comedere- mum Dei, & panes proposizio-
5 Aut non legistis in Lege quod dicitur, quod non licet edere nisi nis sumpsit, editique, ac dedit
Sacerdotes in templo Sabbathum profanant, & criminis va- Sacerdotibus, & dederit etiam ys qui secum erant, quos
cant? ys qui secum erant? non licet edere nisi tantum Sacerdotibus.
6 Dico autem vobis quod tem- bathum propter hominem fa- 5 Et dicit illis, Dominus est
plo maius est in hoc loco. Etum est, non homo propter Sabbathum.
7 Quod si sciretis quid sit, Mi- sericordiam volo, & non sacrificium: 28 Itaque dominus est
nequaquam condemnassetis inno- Filius hominis etiam Sabbathi.
centes.
8 Nam dominus est & Sabbathi Filius hominis.

1. *Ibas Iesus Sabbathis.*) In hac historia Evangelistis propositionum fuit ostendere partim quām malignū fuerit ingenium Pharisæi: partim quām superflitiosē rebus externis & minutis addicti fuerint, totam in illis sanctitate in prorsus locarent. Discipulos n. Christi accusant quod vrgente inedia in itinere Sabbatho vellant spicas: quasi ita Sabbathum violaret. Sancta quidem res erat Sabbathi obseruatio, sed non qualem illi fingebant, ut vix digitum, nisi trepida conscientia, mouere licet. Hypocritis ergo tam scrupulosos in rebus leuiculis ipsos reddidit: quum libi in crassis super lititionibus parcerent: sicuti alibi Christus exprobaret, quod mentem & anethum decimenter, contemnunt verò quæ præcipua sunt Legis. Atq; hic hypocritis perpetuus mos est ut licentiam captantes in rebus maximis, sedulò cæremoniis intenti sint. Hinc etiam fit ut rigidius externos ritus servari flagitant, qui erga Deum carnali tantum cultu defungi volunt. Sed malevolentia potius & luxuriant quām superstitione eos impulit ad hanc reprehensionem: quia in alios nō adeò morosi fuissent. Vtile autem nobis est tenere qualiter affecti fuerint, ne quem perturbet quod ipsos doctores Christus tam infensos sibi habuit.

1. *Luc. Sabbatho secundoprimo.*) Minime dubium est quin hoc Sabbathum pertinuerit ad unum aliquem ex diebus festis quos semel quotannis celebrari Lex iubebat: ideo putarunt quidam continuas fuisse bidui ferias: sed quia post Babylonicum exilium sic Iudei dies festos distribuerant ut semper unus esset dies intermedius, inde refutatur illa opinio. Probabilius loquuntur qui dicunt ultimum fuisse solennitatis diem qui æquè celebris erat ac primus. Quanquam milii magis arridet eorum sententia qui secundam anni festitatem intelligunt: & nomen optimè congruit. Sabbathum vocari secundoprimum, quod ex pre-

cipuis illis & anniversariis ordine temporis secundum erat. Primum vero erat Pascha, ideo probabile est tunc fuisse primicias.

24. *Marc. Cur faciunt Sabbathis.*) Non reprehendunt Pharisai discipulos Christi quod ex alio no agio vellant spicas, sed quod Sabbathum violent. Quali vero in hunc finem ordinatum fuerit ut pereant famelicí homines potius quām inediā suam subfleuent. Atqui hæc tantum fuit Sabbathi ratio, ut populus se Deo sanctificas, ad verū spiritualē cultū se exerceret: deinde ut solitus ab omnibus terrenis negotiis, sacerdos conuentus liberius ageret. Quare legitimā obseruatio ad scopum illum referri debebat, quia ex mente Legislatoris perenda est interpretatio Legis. Sed hinc apparet quām maligna si & implacabilis superflitio: præfertim vero quām fastuose & crudeliter insultent hypocrites vbi ambitio & personæ odium concurrunt: non enim sola ficta lætitioria affectatio, quemadmodum dixi, Pharisæos tam austeros & rigidos fecit: sed quum ex professo cuperent omnia Christi dicta & facta arrodere, fieri non potuit quin traherent in malam partem in quibus nihil erat virtus, quemadmodum finistri interpres solent. Quod Marthæ & Marcus obiectum fuisse crimen Domino, referunt, Lucas autem discipulis, in eo nihil est dissidiij, probable enim est ita vexatos fuisse discipulos, ut accusatio in magistrum ipsum stringeretur. Fieri etiam potuit ut à discipulis initio facta, tandem ad Christum disceptatio peruererit: & Pharisæi malitia sua perierit, culpam illi imputauerint quod discipulos suos tacitus sinebat Sabbathum transgredi.

3. *Marth. Non legistis quid fecerit David.*) Quinque argumentis refutatur à Christo eorum calumnia. Primo suos discipulos exēlo Dauidis 1. Sam. 33. excusat. Dauid enim Saulis iracudiam fugiēs quā viaticum

viaticū peteret à sacerdote Achimelech, nec sōpeteret vulgaris cibus, Abiuit ut sacri panes ibi darentur. Si neccelitas Daniēl absoluīt, eadem ratio in aliis valeat oportet. Vnde sequitur non v. o. lai c̄eremonias Legis, modo ne pietas lādatur. Sumit autem Christus pro coniēlo culpa vacile Davidem: quia laudatur Sacerdos Sp̄ritus sancti eloq̄io qui sacerdos panes sanare illi permisit. Quā dicit non licuisse nisi sacerdotib. solis edere panes illos: intelligamus iure communis: si quid pr̄ter fas tentauit David, frustra eius exemplum pr̄texeret Christus, sed quod vetitum erat in certinū finem, neccelsitas licitum fecit.

5 Sabbathis Sacerdotes.) Secundum argumentum quo probat Christus Sabbathi violationē, de qua conculerti erant Pharisaei carere omni culpa: quia Sabbathis licet immolare victimas, circuncidere infantes, & alia peragere quæcumque ad Dei cultum s̄i extant. Vnde sequitur pietatis officia inter se minimē pugnare. Quod si templum manuarios labores in sacrificiis & toto extērno cultu s̄atisficat, pr̄stantior est veri & spiritualis templi sanctitas, vt suos cultores omni virtute purget dum officiis pietatis incumbit. Porro in hanc operam intenti erant discipuli ut animas per Euangelium consecratis offerrent Deo. Hoc argumentum solus Matthæus attingit, iam quod dicit Sabbathum profanari à Sacerdotibus, impropria est locutio, in qua se Christus auditoribus accommodat, non enim quam Lex homines à suis operib. abstinerre iubet, sacerdos operari verat: sed quod rudib. in speciem videlicet posset, Christus verum esse concedit, satis habens quod labores templi Deum non offendant.

7 Quod si seiretis.) Hoc quoq; tertium argumentum solus Matthæus commeniorat: perfringit autem Christus Pharisæos, quia non reputent quos sumi mandate sint, & in quem finem specent c̄eremonia. Et quidem fuit hoc omnibus ferē sc̄ulis commune virtutem. ideo Propheta Oseas artatūs sūe homines obiurgat, quod c̄eremoniis additūt, charitatis officia pro nihilo ducāt. Atqui Deus reclamat, se pluris facere misericordiam quā sacrificia: sub voce Misericordia, charitatis officia per synedcochen designans, sicuti externum Legis cultum sub Sacrificiis complectitur. Eadem sententiam Christus ad suum tempus accommodat, & Pharisæos accusat quod perperam in alienum sensum Legem Dei torquat: quod secunda tabula polhabita toti c̄eremoniis affixi sint. Quæ ritur tamen cur se Deus sacrificia morari neget,

quorum obseruationem severè in Lege mandabat. Solutio in promptu est, ritus exterios per se nihil habere momentū, neque etiam exigi a Deo, sed quatenus in suum finē diriguntur. Deinde nō simpliciter illos repudiat Deus, sed charitatis operibus comparans, minoria in pretio quām hæc apud se haberi docet. Nec obtat quid in perfectione iustitiae summum gradū obtinet Dei cultus: deinde secundo loco accedunt quæ p̄stāntur hominib. officia. Etsi enim pietas merito charitate pretiosior censetur, quanto sc̄ilicet supra homines Deus excellit: quia tamen fideles mutuam inter se iustitiam colendo, se Deum colere serio testantur: non sine causa hypocritas illuc revocat Deus, qui pietatē simulans extēnūs figūris, eānque operes in solo carnali cultu haren̄tes, pervertunt. Porro ex prophetæ testimonio Christus insonites eisfūs discipulos merito colligit: quia Deus legalibus rudimentis populum suum exercens, minimē volebat fame necare miserōs homines.

8 Nam dominus est.) Quidam sententiam hanc cum superiori illa contexunt, quod adesset maior templi: ego tamen diversus es! arbitror, prius enim Christus ad templum alludens, Legis transgressionem esse negabat quicquid cum sua sanctitate coniunctū foret. His autem potestatem sibi datam esse dicit vt à necessitate colendi Sabbathi suos liberet: Filius (inquit) hominis pro suo imperio, Sabbathū sicut alias c̄eremonias legales inoderari potest. Et certe extra Christum misera est Legis feruntur, à qua solus ipse absoluit quos donat libero adoptionis Sp̄itu.

27 Marc. Sabbathum propter hominem.) Quintum hoc argumentum à solo Marco refertur. Summa autem est, perperam facere qui Sabbathum in hominis exitium conuertunt, quod eius causa Deus instituit. Videbant Pharisæi in sancto operē occupatos Christi discipulos, videbant itineris labore confectos, simul inedia premiū interim succulent quod famelici paucis tritici granis sufficiunt defessum corpus. Annon hoc modo inscitè perueritur Dei consilium, si cum hominum noxa exigitur Sabbathi obseruantia quam prodeste volunt? Ceterū falluntur, meo iudicio, qui Sabbathum hīc penitus abrogatum esse putant: quoniam simpliciter doceat Christus quoniam sit rectus illius vius. Nam etsi paulo ante asseruit Sabbathi se quoque esse dominum: nondum tamen aduocat maturum abrogationis tempus, quia velum templi nondum scissum erat.

MATTH. II.

9 Ac progressus illinc venit in synagogam illorum.

10 Et ecce homo erat manus habens aridam, & interrogabant illum dicentes, Licetne Sabbathis curare? ut accusarent eum.

11 At ille dixiteis, Quis erit ex vobis homo qui habebit unam, & si ea inciderit

MARC. III.

1 Et introiuit iterum in synagogam, & ibi erat homo arefactam habens manum.

2 Et obseruabant eum an Sabbathis sanaturus esset ilium, ut accusarent eum.

3 Et ait homini habenti manum arefactam, Surge in medium.

LVC. VI.

6 Factum est autem & in alio Sabbatho ut intraret in synagogā, ac doceret, & erat ibi homo cuius manus dextera erat arida.

7 Obseruabant autem eum Scriptae ac Pharisæi an in Sabbatho sanaturus esset, ut inuenirent unde accusarent eum.

8 Ipse vero sc̄iebat cogitationes eorum: & ait homini qui habet ii.

Sabbatho infoueam, nōnne apprehender eam, & erigere?

12. Quanto igitur praeferatior est homo oue? Licet igitur Sabbathis benefacere.

13. Tunc dicit homini: Extende manum tuam. Is vero extendit, ac restituta est sanitati manus eius ut altera.

4. Et dicit illus, Vt huius libet bibat manum aridam. Surge, & sta in
ceci Sabbathis benefacere an medio: ille vero surgens fecit.

5. maleficere? animam seruare an occidere at illi tacebant.

6. Et quium circumflexis set illos cum iracundia, condolentes super cæcitate cordis

illorum, dicit homini, Extende illis, dixit homini, Extende manus tuam. Ille autem fecit: & re-

10. Et circumspectis omnibus

11. restituta est sanitati manus eius ut altera.

9. Ac progressus illuc.) Idem est huius historia scopus qui proximæ: nempe Scribas malitiosè in hoc fuisse intètos vt in calumniam raperent quicquid fiebat à Christo, ideoque non esse mirum si implacabiles eius hostes fuerint, quorum animi sic prauitatem infecti erant. Interea videmus hoc hypocritis solenne esse, vmbribatilē tantum Legis iustitiam lectari: & quemadmodum vulgo loquitur, magis infisteret in forma quam in substantia. Primum ergo hiue discamus, puras mentes & omni maligno affectu vacuas afferre, vbi serendū est de re aliqua iudicium. Nam si odium, vel fastus vel tale aliquid in nobis dominetur, non hominibus tantum erimus injurij, sed cum Dei ipsis contumelia lucem vertemus in tenebras. Nemo à malitia integer negasset Diuinum esse opus quod damnare isti boni doctores non dubitant. Vnde tantus furor, nisi quod omnes eorum sensus occupat impium Christi odium, vt in pleno solis fulgore cœcutiant? Non enim etiam ne ceremoniis tribuendo plusquam pat est, quæ longè pluris sunt coram Deo, & quæ præcipua Legis Christus alibi vocat, effluere sinamus. Nam quæ nostra est ad externos ritus propensio, nunquam hac in parte tenebimus modum nisi subinde in memoriam recurrat quicquid de cultu Dei præcipitur, primò spirituale esse, deinde ad regulam quæ hic à Christo præscribitur, debere exigi.

10. Interrogabani illum dicentes.) Marcus & Lucas tantum dicunt obseruasse quid facturus esset Dominus: Matthæus clarius exprimit, verbis quoque suis lacessitum. Probabile autem est sanatos ante Sabbathis suisse alios quospidam. Hinc igitur occasione sumpta interrogant, sibine licere puter quod egerat, denuò repetere. Atqui expendere ipsos decebat, Diuinum an humanum opus esset, solo tactu aut verbo vegetare manū aridam. Deus enim Sabbathū institutus, legē sibi non imposuit, vel aliquis scrutuisse obstrinxit quin Sabbathis, prout visum est, sicut aliis diebus operetur. Nimirum igitur amentia fuit, questionem hanc mouendo, cogere in ordinem Deum ipsum, & liberum eius operibus cursum præcidere.

11. Quis erit ex vobis homo qui? Iterum ostendit Christus quenam sit vera Sabbathi obseruatio: ac simul eos calumniæ arguit, quod in se uno carpant vñitatum inter omnes morem. Nam si cuius ouis cecidisset in foueam, nemo inde extrahí prohibebat: quanto autem homo pluris est pecude, tanto magis eum iuuare licet. Constat

igitur, si quis fratribus necessitatibus succurreret, praeciptam à Domino quietem minimè violaret. Nec si, ultiro apud Marcum & Lucam non habetur: tantum dicunt sciscitatum esse Christum, Liceatne benefacere Sabbathis an maleficere. Nam qui vitam hominis perdit, malificij reus est: ab homicida autem parum differt qui laboranti opem ferre non curat. Perstringit ergo eos Christus quod prætextu sanctæ quietis, ad malè agendum cogere vellent: quia non tantum delinquit, sicut dictum est, qui aliquid contra Legem designat, sed etiam qui officium suum negligit. Hinc etiam perspicimus non iisdem semper rationibus vñsum esse Christum, vt calumniam hanc depelleret: quia hic de sua Diuinitate non disputat, quemadmodum apud Iohannem. nec vero operæ pretium fuit, quum hæc vna defensio abunde Phariseos refelleret, nihil scilicet inimicus esse consentaneum quā Sabbathi transgressorē censi cōsideret qui Deum imitaretur.

8. Luc. Ipse vero sciebat.) Si verum dicit Matthæus, palam sermone suo prodiderat quid habere in animo. Non ergo tacitæ corum cogitationes, sed apertis verbis respónsū Christus Sed vtrumque stare potest: quod palam loquuti sint, & de secreto eorum affectu iudicauerit Christus: neque non profitebantur quid captarent, sicut & Matthæus ipse exprimit, capti osam fuisse illorum interrogationem: ideo nihil aliud intelligi Lucas quānotas Christi infidias fuisse, sicut verbis alii obtulerint. Marcus additum Christum intuitum esse eos cum iracundia: merito enim tam impia cōtumacia irasci debuit. Atque vt sciamus iustam & sanctam iram fuisse, inde ortam esse dicit quod super cæcitate cordis corum cōsoleceret. Primum ergo tristis est Christus quod homines in Lege Dei excitati tam crassè cœcutiant. Sed quia eos excœcabat malitia, simul cum dolore iracundiam concipit. Hæc vera est zeli moderatio, quum de hominum impiorum exitio sumus anxii, & contra impietatem excandescimus. Quemadmodum autem hic locus restatur Christum ab humanis passionib. non fuisse immunem: ita hinc colligimus passiones ipsas per se non esse vitiosas, modò absit intemperies. Nos quia propter corruptiæ naturam modū non tenemus, nunquam sine peccato irascimur, etiā iustas ob causas Christi alia fuit ratio, in quo nō solum vñgit naturæ integritas, sed absoluū iustitia exēplar enītuit. Petēdus ergo nobis est ē celo Dei Spiritus qui excessus nostros corrigat.

Matt. 23.
c. 23.

M A T T H . X I I L

14 Porro Pharisai egesi caperunt consilium aduersus eum quomodo ipsum perderent.

15 At Iesus hoc cognito secessit illinc: sequuntaque sunt eum turbæ multæ, & sanauit eos omnes.

16 Et interminatus est illis ne seferent manifestum.

17 Ut compleretur quod dictum erat per Esiam Prophetam, qui ait,

18 Ecce seruus meus quem elegi, dilectus meus, in quo sibi bene complacuit anima mea: ponam spiritum meū super illum, & iudicium Gentib. annuntiabit.

19 Nō cōtendet, neque clamabit, neque audiens quisquam in plateis vocem eius.

20 Arundinem quaſtam non corfringet, & lñum fumigans non extinguet: donec eyciat ad victoriam iudicium.

21 Et in nomine illius Gentes sperabunt.

M A R C . I I I .

6 Egesi verò Pharisai, statim vna cum Herodianis consilium inibant aduersus eum ut illum perderent.

7 Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare: & ingens multitudo à Galilea sequuta est eum, & ab Iudea,

8 Et ab Hierosolyma, & ab Idumea, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum hababant, ac Sidonem, hominum multitudo magna: qui quum audirent quæ faciebat, venerunt ad eum.

9 Et iustus discipulis suis ut nauicula sibi deseruiret propter turbam ne ipsum premerent.

10 Multos enim sanauerat, ita ut irruerent in eum, quot illum tangerent quot affligebantur.

11 Et spiritus immundi quum illum vidissent, procidebant ei, & clamabant, dientes, Tu es Filius Dei.

12 Et vehementer intermixabatur eius ne se manifestum facerent.

L V C . V I .

11 Ipsa autem repleti sunt ameni-

cia, & colloquuntur quæbantur inter se quid faceret Iesu.

Dei. Causam verò alibi ostendimus cur eiusmodi testes non admiserit. Neque tamen dubium est quin diuinus extorta fuerit diabolus hæc confessio, sed postquam ostendit Christus imperio suo esse subiectos, meritò simili à testimonio depulit. Sed latius patet quod dicit Matthæus: nèpe quod Christus signorum, quæ edebat, famam spargi vertutin: nò quòd eā penitus supp̄imi vellet, quemadmodum alibi admonuimus: sed vt acta radice, maturum deinde vberem fructum proferret. Scimus enim Christum non lusisse in miraculis, sed hunc habuisse propositum finem ut se Dei Filium probaret, ac datum mundo Redemptorem. Sed paulatim in lucem prodidit, ac per certos gradus: nec aliter patefactus est qualis erat quān terebat ordinatum à Patre tempus. Notare tamen operæ premium est, dum maximè conatur impij Dei gloriam obvire, adeò non consequi quod sperant, vt Deus retrosum potius agat peruersa eorum studia. Quia enim loci celebritate celerit Christus, in ipsis tamen latebris non desini fulgere eius gloria, imò in iustum suum splendorem magnificè erupit.

17 Vi impleretur quod dictum est.) Non intelligit Matthæus in eo prorsus completem fuisse vaticinium, quòd Christus rumores de sua virtute cum magno strepitu vulgari prohibuit: sed hac quoque in parte editum fuisse eius mansuetudinis specimen, que apud Iesiam in persona Melisie depingitur. Virtutes illæ quas inter paucos editas magnificè iactari noluit Christus, cælum & terram concutere poterant. Ergo non vulgari documento ostendit quām procul ab ostentatione & pompa mundi. Vtile tamen est propius excutere Matthæi consilium: haec enim circumstātia monstrare voluit, non ideo minoris astimandam esse Diuinatatis Christi gloriam quòd sub infirmitatis specie apparuit. Et certe in eundem scopum direxit Spiritus sanctus oculos Prophetar. Nam vt caro semper externum splendorem appetit, ne illum in Melisia quererent fideles, testatus est Spiritus Dei, prorsus dissimile fore ter-

renis Regibus, qui ut sibi admiratione concilient, quoquaque veniunt inagnos concitant clamores, virbes & oppida tumultu implent. Nunc perspicimus quād aptè Matthæus ad præsentem causam accommodet Prophetæ vaticinium. nam quia Deus Filio suo humiliè abiecit ànque perdonam imposuit, ne quid scandali rudes concipiāt ex contemptibili & obscuræ eius forma, tam Prophetæ quād Matthæus occurrit, ac pronuntiant non temerè, sed cælesti decreto ita fieri ut talis prodeat. Vnde sequitur, perperam facere eos omnes qui Christum aspernantur quia carnis votis non responder extera eius conditio. Neque enim nobis Christū imaginari fas est qui ingenio nostro respondeat: sed simpliciter necesse est eum amplecti qualis offertur à Patre. Itaq; salute indigens est cui vilesceat Christi humilitas, quam sibi placere Deus testatur. Nunc descendō ad verba

Esa 42. 4. Propheta.

18. *Ecce seruus meus.*) Quòd nos ad arbitrium suum altingat Deus, quasi digito ostendit quem tristis erit: atque hoc pertinet demonstrationis nota Ecce. Similis etiam ratio subest in epithetis quæ sequuntur, quid seruum suum nominat, & electum in quo acquiescit eius animus. Vnde enim fit ut Christum homines suo sensu metiri audeat, nisi quia non expendunt redēptionem suam à mera Dei gratia pendere? Hæc verò nimis improba est licentia quam nobis incomparabilem thesaurum offerat Deus, pretium illi statuere pro carnis nostra fastidio. Et per excellentiā vocat seruos, non tanquam vnum quilibet ex vulgo, sed cui Deus redimendæ Ecclesiæ partes & munus iniūxit. Quia verò nemo sibi usurpat honorē, sed qui vocatus est, merito in ordine censetur: pronuntiat Deus suo decreto electum esse qui talis prodit, vnde sequitur, fas non esse hominibus ipsum repudere: quia in Deum contumeliosi & sacrilegi essent. Et certè nimis absurdum est ut nostra libidine vel superbia irrita fiat quæ sancta & innobilis esse debet Dei vocatio. Longius tamen patet quod addit Deus apud Prophetam, Beneplacitum animæ suæ residere in Christo, nam eti cuiusque nostrum vocatio a gratuito Dei sauro, tanquam vno fonte manat: hoc tamen singulare est in Christo quid in eius persona totam Ecclesiam amore suo complectitur Deus Pater. Nam quum natura inimici Dei simus omnes, nunquam ad nos perueniet eius amor nisi à capite primū incipiat: sicut alibi vñsum est, ac iterum videbitur cap. 17. *Iudicium Gentibus annū.* Officium Christi breuiter designat Prophetæ, quid fore prædictum ut iudicium Gentibus proferat. Iudicij autem nomine comprehendunt Iudæi statum ritè & ordine cōpositum, vbi viget æquitas & rectitudo. Perinde est igitur acsi dixisset Prophetæ, venturum etiam qui collapsam iustitiam restituat: & quidem non vnius tantum populi sit moderator, sed Gentes etiam adducat sub Dei imperium, inter quas prius regnabat vasta dissipatio. Atque hoc significat verbum Educere, quo vitur Prophetæ: quia officium Christi fuit regnum Dei quod tunc inclusum erat in angulo Iudeæ, propagare in totum orbem, sicut alibi dicitur. Sceptrum virtutis tua emittet Dominus ex Sion. Simul etiam proferendū iudicij modus exprimitur, quid Deus Spiritum suum ponet in Christo. Verum quidē est nihil vñquam fuisse reūtudinis in mundo quod non profectū sit à Dei Spiritu, & cælesti eius virtute cōstituerit:

Psal. no. 2.2.

quemadmodū etiam nēmo ex Regib. legitimū ordinem vel erigere vel tueri potest, nisi quatenus eodem Spiritu instrutus erit. Sed Christus in proferendō iudicio lōgē alios omnes excellit: quia Spiritum accepit à Patre, quē in suos omnes effundat. non n. voce tantum vel scripto dicit quid reūtum sit, sed Spiritus sui gratia intus format corda hominum ad seruandam iustitiam regulam.

19. *Non contendet.*) Summa est, ut nuper attigi, non fore tumultuosum Christi aduentum, quia regio apparatu splendorēque carebit: mox tamen subiicitur, id in hominum salutem fore: ut amabilis sit ista māsuertudo quæ passim in mundo spernitur. Et certè mira est hominum stultitia quid minus honorificè de Christo sentiantur quia se ad eorum modulum placidè vtrōque demittit. Apparet Christus in sua gloria, quid futurum puramus nisi ut nos totos absorbeat? Quanam igitur ista prauitas est, minus libenter eum excipere qui in gratiam nostram ex altitudine sua descendit? Ergo ut Christi comitas reverentiam illi apud fidèles conciliat, quād uelitis, immo necessaria sit, admonet Iesu. Sibi quisque nostrum fragilitatis suæ conscientia est: hinc reputare conuenit quantopere omnibus expediat indulgenter à Christo soueri.

Non loquor de incredulis qui omni Spiritus gratia prorsus adhuc vacui sunt: sed qui iam vocati sunt à Domino donec plenius in illis lumen accēdat, & solidum robur suppeditet. Annon omnes semiracē arundini & ellychnio fumigant similes sunt? Quid ergo ita se Christus nostrę infirmatā attemperat, immēlam eius bonitatem exculcati discimus. Interē tamen nemo sibi in vitiis blandiatur: sed pto se quisque in melius proficere studeat, ne iactemur tota vita, vel ad quamlibet auram nutemus arundini instar: sed adolescentiam in viros perfectos, ut firmi stemus contra varios Satana in insultus exiguis tantum scintillis & obscuræ fuligine implicitis fides nostras niceat, sed lucidos radios emitat. Iam verò Christi exemplo, omnibus eius ministris præscribitur qualiter se gerere debeant. Sed quia huius loci prætextu, falso & insulso quidē prætentunt, promiscue cum omnibus tenuerit, manifestūdinem nonandum est discrimen quod disertè statuit Prophetæ inter infirmos & improbos. Nam qui plus satis robusti sunt, eorum duriori malleo violenter contundit, par est: qui vel tenebras vbiique obducere conantur, vel faces sunt ad excitanda incendiā, eorum fuliginem discutit, & ardorem extinguī necesse est. Ergo sicuti danda est opera fidelibus verbi ministris ut infirmis parcendo, gratiam Dei (quæ adhuc in illis exigua est) souerant atque augeant: ita prudenter cauendum ne obstinatae eorum malitia indulgent qui nihil habent affine cum fusco, ellychnio vel arundine quassata.

20. *Donec ejiciat iudicium.*) Paulo aliter habent verba Prophetæ, quidē scilicet iudicium in veritate proferet vel educet. Loquitio tamen quæ vñsum est Matthæus, valde emphatica est: vt sciamus non sine magno certamine & conatu cōstitui in mundo iustitiam. Nam diabolus quascūque potest difficultates ingerit, ut illa nonnisi luctando erumpat: idque cōfirmat nomen victoriz, quæ nonnisi pugnando acquiritur. Pro eo quod mox sequitur, habet Prophetæ, Legem eius insulæ expectabunt. Quanquam autem Matthæus verba mutauerit, in sensu tamen conuenit, Christi gratiam Gentibus communem fore.

C O M M E N T .

MATTH. XII.

22 Tunc adductus est ad eum qui demonio agitat: ut cæcus & mutuus sanauit illum, ita ut cæcus ac mutus loqueretur & corneret.

23 Et oīfuguerunt omnes turbæ, dicebantque: Num hic est filius David?

24 At Pharisei quum audissent, dico int. Hic non exicit demonia nisi per Beelzebub principem demoniorum.

MARC. III.

20 Et veniunt in domum, & conuenit iterum turba, sic ut non licet illis vel panem edere.

21 Et quum audirent qui ad illeum attinebant, exierunt ut manu in iacerent in eum: dicebant enim, In furorem verus est.

22 Et Scribe qui ab Hierosolymis descendebat, dicebat, Beelzebub habet, & per principem demoniorum exicit demonia.

151

LVC. XI.

dankt erat ejcens rat mutuus & illud e-

recepit & dicitur quoniam est multus, lo-

miratus sunt turbæ ad-

15 Quidam autem e-

cis dixerunt, Per Beel-

zebub principem demo-

niorum exicit demonia.

Non dubium est quin Marcus spatium aliquid temporis taris longum comprehendat, quum à miraculis descendit ad impiam conspirationem quam inter se fecerunt Christi cognati, ut eum quasi furiosum vincirent. Apud Mattheum & Lucam expressi tantum in vniuersitate miraculi sit in eis, quod maldecendi occasionem Phariseis prebuit. Quia vero in hoc ostremo modo tres si nul conuenient quod à Marco referunt huc inferire vobis est. Multum verbis quod in Christi cognatis tanta fuerit prauitas, qui ad promouendum Dei regnum priuatae adiutores esse debuerat. Quoniam vident aliquid iam nomen illi & le partum, & illatas eos ambitione ut Hierosolymæ celebrati cupiant. hortantur enim ut illuc adest, quod se melius ostenteret. Nunc quia vident partim exossum esse primoribus, partim multis calumniis obnoxium, contemni etiam à magna parte: nequid danni vel iniuria, vel dedecoris redundet ad commune genus, initere illi manum cogitant, & domi constitgere tanquam hominem mente alienatum, atque ita fuisse persuasos, ex verbis Euâgelistæ liquet. Vnde priuâ discimus quanta sit humani ingenij cæcitas, quod tam peruersè iudicar de manifesta Dei gloria. Ceterè virtus Spiritus sancti magnificè refugebat in omnibus Christi dictis ac factis, quod si alii fuisse obscuri, consanguineos propter familiare notitiam quomodo latere poterat? Sed quoniam agendi ratio quam Christus tenet, mundo non arridet, adicōque fauorem illi non conciliat ut potius exponat multorum odiis, ecstematic esse fingunt. Discamus secundo loco, sive lucem non ex carne & sanguine esse, sed ex celesti gratia, ne quis in alio quâ in Spiritus generatione glorietur, quæ admodum Paulus admonet, Si quis in Christo censerit, sit noua creatura.

22 Tunc adductus est.) Lucas dæmonium à quo possidebatur homo, ab effectu mutantur nominat: Matheus tamen dicit duplē plagan fuisse homini infictam. Certum quidem est multos naturalibus vitiis cæcos esse & mutos: sed hunc oculis

captum fuisse apparet, & sermonis vñ priuatum, quanvis in nervis opticis, vel in lingue synæmetria nullus esset defectus. Porro non mirum est tantum licet ad vitandos corporis sensus Satanæ permitti, quum omnes animæ facultates iusto Dei permisso corrumpat vel peruerteret.

23 Et obsuperunt omnes turbæ.) Hinc colligimus perspicuum fuisse Dei virtutem, quæ in admiratione sui turbam ab omni maligno affectu purâ & integrâ rapuit. Vnde enim factum est ut admirati sint omnes, nisi quia res ita cogebat? Et certè nemo est nostrum qui non in hac historia, tanquam in speculo, insolitam Dei potentiam cernat. Vnde consicitur diabolico veneno infectas fuisse Scribarum mentes, qui tam præclarum Dei opus calamitari veritatem non sunt. Ceterum notandum est miraculi fructus, quod admiratione tuæ qui viderant, secū inquirunt nunquid Iesus sit Christus. Nam agnita Dei virtute, quasi manus ducuntur ad fidem: non quod repente proficerint quantum oportebat: (dubitanter enim loquuntur) sed hic tam non exiguis est profectus, dum se se expergesciunt ad considerandam attentiùs Christi gloriam. Quibusdam videtur esse plena affirmatio: sed verba nihil tale sonant, & res ipsa ostendit re inopinata percussos non perfectè iudicasse: sed tam illis venisse in mentem, fieri posse ut ille esset Christus.

24 At Pharisei dicebant.) Quia in re tam aperta & coniuncta tergiuerari nequeunt Scribe, maligni & gñd tam enarrant quod Diuinitus à Christo factus erat: nec modò laudem miraculi obseurat, sed in probrum trahere conantur, quasi magico exorcismo editus fuerit: & eius operis quod homini tribui non poterat, diabolus finguat esse autorem. De voce Beelzebub dictum est cap. 10. De principatu inter diabulos cap. 9. artigimus. neq; enim ex vulgi errore aut superstitione natum est quod Scribe vnum inter spiritus malignos principem statuunt, sed ex recepta inter pios sententia: ut reprobis suis sit caput, quæ admodum caput Ecclesiæ est Christus.

MATTH. XII.

25 Iesus autem quum sciret cogitationes illorum, dixit illis: Omnes regnum diuinum aduersus sese, potest Satanus. Satanam eum aduersus se aduersabit: & omnis ciuitas auferet?

26 Et si Satanas Satanam ejicit, aduersus se ipsum diuinus est, quomodo rigitur stabit regnum illius?

MARC. III.

23 Et ad se vocatus eis in parabolis dicebat, Quomodo cogitationes illorum, dixit eis, Omne regnum aduersus se aduersabit?

24 Et si regnum aduersus cadit, se diuinum fuerit, non potest stare regnum illud.

LVC. XI.

17 Ipse autem quum sciret cogitationes illorum, dixit eis, Omne regnum aduersus se diuinum defolatur, & domus super dominum

18 Quod si Satanas quoque aduersus se ipsum diuinus est, quomodo stabit regnum ciuius? quia dicitur per Beelzebub me ejec-
n iiiij.

- 27 *Etsi ego præsidio Beelzebub ejcio demonia, filij vestri cuius ipsam diuisa fuerit, non potest stare domus illa.*
- 28 *Quod si Spiritu Dei ejcio demonia, ergo peruenit ad vos regnum Dei.*
- 29 *Alioqui quomodo potest aliquis intrare domum potentis, & vasa illius diripere, nisi prius vinxerit potentem, & tunc domum illius diripiatur?*
- 30 *Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non cūgregat mecum, spargit.*
- 31 *Propterea dico vobis, Omne peccatum & conitum remittetur hominibus: at conitum in Spiritum non remitteretur hominibus.*
- 32 *Ei quicunque dixit verbū aduersus Filium hominis, remittetur illi: qui autē dixerit aduersus Spiritum sanctū, nō remittetur ei neq. iā praesenti seculo, neque in futuro.*
- 25 *Etsi domus contra se remanentia.*
- 26 *Etsi Satan as insurrexit contra se ipsum ac dominus est, non potest stare, sed finem habet.*
- 27 *Non potest quisquam vasa fortis, ingressus domū illius, diripere, nisi prius forem alligauerit, & tunc dominum eius diripiatur.*
- 28 *Amen dico vobis, Omnia quibuscumque blasphemauerint.*
- 29 *At qui conitum dispergit, exiret in Spiritum sanctū,*
- 30 *Dicabant enim, Spiritus haud immundum habet.*
- 19 *Quod si ego per Beelzebub ejcio demonia, filij vestri per quē ejiciunt: id ē ipsi iudices vestre-runt.*
- 20 *Porro si digito Dei ejcio demonia, profecto peruenit ad vos regnum Dei.*
- 21 *Quum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt quae pos-sider:*
- 22 *Vbi verò fortior eo superue-niens vicerit eum, uniuersa eius munia remiscentur filiis ho-minum peccata & blasphemauerint.*
- 23 *Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum,*
- LV C. XII.
- 10 *Et quisquis loquuntur dictum in Filium hominis, remittetur ei: qui verò in Spiritum sanctū bla-phemauerit, non remittetur ei.*
- 25 *Iesus autem quum si iret cogitationes.) Quantum satis sciēbat Christus, & saepe expertus fuerat, Scribas pro sua malevolentia, quicquid age-ret, in sinistram partem rapere solitos: non tamen dubito quin Matthæus & Lucas significant Christum fuisse cordium cognitorem, ac probabile quidem est, obloquatos palam fuisse Christo ut ad eum peruenierint calunia: sed Divino suo Spiritu cognovit Christus quo animo detraheret. Saepē enim accidit ut præpostere iudicent homines, qui tamen dara opera non impugnant quod rectum est, sed per inficiam labuntur: vel oculatum & reconditum virus non sounent, sed temeritate feruntur præcipites. Sensus ergo est, id ē vehementius inuestum esse Christū contra eos, quia conceptus & intus malitia teltis ac iudex erat. Omne regnum. Calumniam sibi obiectam primū refutat prouerbiū sententia: videtur tamen parvum solidam esse refutatio. Scimus enim quibus interdū præstigiis illudat Satan speciem dissidij ostentans, ut superstitionibus illaqueat hominum mentes. Ita exorcismi in Papatu nihil aliud sunt quam vīnibratiles & scititū Sataua contra seipsum confi-ctus. Verū nulla in Christum cecidit talis suspi-cio: quia sic dæmones eiecit ex hominibus ut sanos & integros Deo restitueret. Quoties secum diabolus colludit, se ita vinci simulat ut ipse ideam nihilominus triumphet: atque Christus aperto Marte diabolum aggressus est ut illum profligatur: nec quicquam ei faceret residuum. Non prostrauit eum una in parte ut in altera magis stabiliret: verū vīndique omnes eius machinas di-ruit. Aptè ergo ratiocinatur Christus, sibi nihil esse cum eo commune: quia hoc vnuū propositum habet ille astutia pater ut regnū suum conseruet. Si quis obicit, diabolos saepe vertigine & cęca amictia raptari ut seipso cōficiantur prōptū est responso, nō aliud sonare verba Christi quam absurdū esse quod iactabat Scribæ, diabolū spōte euertere quam habebat in homines potestate, qui mo-*
- dis omnibus eos sibi mancipare studet. Deinde memoria tenendū est, vulgo receptis prouerbīis ita vīlū esse Christum, vt tantū essent probabiles cōiecturae, non autē solidē probarent. Addo quod de re nota & satis testata loquens, securius hostiū conscientiam cōpellat. Neminem latebat Satanā à Christo sua possessione depelli, nec quicquam manifestius erat quā in hunc finē tendere omnia eius miracula, vnde facile erat statuere eius virtutem, quā adē Satanā cōtraria erat, Diuinā esse.
- 27 *Filiū vestri per quem ejiciū? Iniqui & maligni iudicij eos insimulat quđ de eadē re non similiter pronunciaret, sed prout affecti erant erga personas. Hæc autem inæqualitas ostendit quod æquum & rectum est non valere, sed cæcum amorem vel odium dominari: inō hoc & prauæ φιλωτίας & inuidiæ signum erat, in Christo damnare quod in suis laudi dueabant. Filios eorum quidam accipiunt pro filiis totius gentis. & quidam Apostolos sic vocari putant, quia pro filiis agnoscērentur, quum Christum haberent extranei hominis loco. Alij ad veteres Prophetas referunt. Ego verò non dubito quin Exorcistas notet, quorum tunc vulgaris erat vīlus apud Iudeos, sicut patet ex decimo nono Actorum capite, c. 17. Nam verisimile est nihilō humanius sensisse ipsos de Christi discipulis, quam de Magistro. Et coactum est ad mortuos trahere, quin verba clarē sounent eiusdem temporis comparationem. Non habebant quidem Iudei Exorcistas ex Legi præscrip-tō: verū scimus Deum, ut in secederis sui fide purōque cultu illos retineret, suam inter eos præsentiam variis miraculis subinde testatum esse. Ita fieri potuit ut inuocato Dei nomine dæmones fugarent. Populus verò talem Dei virtutem expertus, ordinarium sibi munus temerē instituit, poste etiam Papistæ, ne sua conditio inferior esset, illos emulati sunt in creandis Exorcisis: atque hoc modo simiarum simiæ fuerunt. Porro nihil opus fuit exorcismos illos Christi elogio probari*

probari ut isto tum malitiam perstringeret qui sacros habent volebant, & Dei non tue iniquos: Christum interea fingebant Beelzebub ministru. Nam obiectio est ad personam (vt loquuntur) directa. Quod continuo post sequitur, illos ipsorum fore iudiccs: a mō proprie dictum est hoc tenu. Non longē petenda est veltra condemnatio: ad Beelzebub transversis que à Iesu eduntur miracula: eadem in filiis veltris Iudatis. Domini tigit habetis quod ad vos dannandos sufficiat. Quod si quis malit fēcū accipere, nempe exprobari Dei gratia: quā te interdum per Exorcistas proferebat, non valde repugno. Quoniam enim degeneres esent, nolunt tamen Dominus sua virtute eos penitus destitut, vt in genere Sacerdotium & Templi cultum aliquo testimoniō ostnaret. Nam id ī eī magnopere pertinuit, à Gentium superflitionibus claris notis discernit. Prior tamē sensus imh. genuinus videtur.

Exod. 8. c. 28 *Quod si spiritu Dei.)* Lucas metaphoricè Digitum ponit pro Spiritu: nam quia per spiritū suum operatur Deus, virtutēque suam exercit, aperte illi tribuitur Digi nomen. Atque hac locutio trita fuit inter Iudeos, sicuti Moies Pharaonis magis dixisset refert, Hic est Digitus Dei. Ceterum Christus ex superioribus colligit, Deo ingratatos esse Sribas qui ilium apud se regnare nolevant. Haec tamen enim diluit futilē eorum calamitatem: nunc quasi conuictis denuntiat ne impie se opponant Dei regno. Nec verò se intra vnum mīculum contineat: sed eius occasione de aduentis sui causa disserit, significans non vnum peculiare factum illis confiderandum esse, sed siquid longe prastantis, quod scilicet Deus patescēt Meīna suo collapsam corrum salutem erigere, ac regnum suum inter eos restituere vellet. Ergo vidēnus de eorum ingratitudine Christum conquerit: quia furiosē incomparabilem Dei gratiam ē medio sui reūciant. Nam emphasis est in verbo Peruenit, quod scilicet vtrō illis appareat Deus redemptor: illi verò quantum in se est, procul amoucant, præfentique & in salutem eorum parato non luttinent locum dare.

29 *Quomodo potest aliquid intrare.)* Tamē si verbi paululum dīferunt Euangelistæ, tamen de rei summa inter eos optimè conuenit: prosequitur enim Christus quod nuper attigerat de regno Dei: ac necessarium esse admonet Satanam violenter expelli, quod Deus regnum suum obtineat inter homines. Quare hac sententia nihil aliud est quā proxima confirmatio. Verūm vt certius teneamus Christi mentem, memorī repeteret conuenit analogiam illam quam supra Matthæus statuit inter visibiles & spirituales Christi gratias. Quicquid ergo corporibus præstítit Christus, ad animas referri voluit. ita quum à tyrannide diaboli liberavit corporales hominum sensus, sc̄ iniſsum esse à Patre vindicem̄ testatus est qui spiritualem eius in animas tyrannide aboleret. Nunc redeo ad eius verbū: Negat fortis & valido tyranō abrogari posse imperium, donec suis armis spoliatus fuerit: quia nisi alia vis superior opposita fuerit, nunquam sponte cessurus est. Quorūm hoc dicitur? Prīmō scimus diabolum paffi: in vocari mundi principem. Tyrannis verò quam occupat, validis vndique præludiis munita est. Innumeris enim sunt laquei ad illaqueandos homines: inī iam si bi mancipatos compedibus variis ita constringit, vt seruitutem cui addicti sunt, potius foueāt quam

ad libertatem vll. modo adspirent. Innuncie deinde sunt horarum, ecce quibus miserè op̄ pretios ub peccatis tenet. Denique nūl obicit quoniam sine controvēria, nūl o tyramice dominetur, non quod opt. ce ip̄i multo quicquā possit: sed quia posteros suos oīnes, vīam, vītū le alienauit Dei imperio, fab hanc aliena, dominationem rededit. Ceterū n quoniam prete, autram regnet diabolus, iusta que Dei vindicta ppter peccatum eius tyramis. subiecti int̄ nomines, tranquilla tamē est illi regni possēsio, vt impunis nobis insultet donec tortio misera exerit. Porro fortior hic in terra non rē erit, quād nulli hominibus ad se iuuandos suppetit faciitas. idē promissus fuit ē celo redemptor. Iam hunc redemptionis modum Christus necessarium esse ostēdit, vt diabolo manu armata extorqueret quod nunquam nisi coactus dimitteret. Quibus verbis significat, strūstra homines liberationem h̄erare donec violento conflicto subactus fuerit Satan. Quāquam autem Sribarum inficiātā ex protē arguit, quod principia regni Dei non teneant: hēc tamen oburgatio fere in omnes competit, quād ē em fere stultitia laborant. Nemo est qui nō verbi iactet se cupere regnum. Deīnterā Christū, n fortiter, sicut opus est, p̄ficiat nō patiatur, vt nos ē manu tyrami nostri eripiāt, perinde ac si quis agrotus inediū openi impicaret, ab omnibus autem remedis abhorreat. Nunc teneamus quo consilio parabolam hanc adduxerit Christus: nēpe vt Sribas ostendat regno Dei aduersos eis, cuius primordiis maligne obstatabant. Dicamus tamen, quia obnoxij sumus omnes Satana, Deum non aliter suum in nobis regnum auspicari, quād dum forti & viatrice Chirū manu ab infausta illa tristitia seruitur nō liberat.

30 *Qui non est mecum.)* Bifariam exponit hic locus, quidam ita contextum vt sit argumentum à repugnatibus: acsi dixisset Christus, Non possum nisi euerso diabolo regnare: quia in hoc intenti sunt omnes eius conatus vt dispergit quicquid coll go. Et certè plus fatis vidēnus quam teneat hostis ille in dissipatiōnē regni & hrili incumbat. Ego tamen eorum sententia possum subcribo qui Sribas duplices, reg nō Dei aduersarios vocari exponunt: quia data opera impeditūt eius progressus. Sensus ergo est, Veftrū n erat mihi adēsc manūque potrigere in erigendo Dei regno. Nam quisquis non adiuvat, qui cōm̄do, se fere opponit: vel saltem dignus est qui conſecutur inter hostes. Quid vos igitur, quos iablosa inēp̄ eties ad manifestū certamen impellit? Porro ex superioribus satis liquet quād verè nūc vocat Christus, quicunque secum non colligunt, dispergeret: quando ea est nature nostra ad malum propensiō, vt locus non sit Dei iustitiae nisi apud eos qui se ad illam serio applicant. Longius etiam patet h̄c doctrina, Indignos esse qui in Christigrege reputentur quia sua illi studia non impendunt: quia sit eorum ignavia vt difficiat, & pesum eat regnum & Dei, cui promovendo vocati sumus: omnes.

31 *Propterea dico vobis.)* Illatio hēc nō ad proximum meūbrum restringi debet, sed pender ex toto contextu. Postquam enim docuit Christus, Sribas non posse improbatē quod daemons ejeret quā regnum Dei oppugnat, tandem concludit non leue nec tolerabile esse delictum, sed nefandum crimen, quod sciētes & volentes Spīritū Dei contumelia afficiat. Præfati enim sumus, *Platōthēma nomina*

Christum non ex simplicibus ^{orum} verbis, sed impia & scelerata cogitatione tententia hanc protulisse. *Omnis peccatum blasphemia.* Quia blasphemiam aduersus ^{statu} peccatis omnibus gravem esse Dicitur pronuntiat, operæ pretium est inquirere, ad hoc verbo significet. Qui impunitate in esse definiunt, nullo negotio refelli possunt frustra enim & inepit negare Christus posse, ac seculo remittit, deinde nomen blasphemiarum. A quibus peccata promiscue extendi nequit. Sed ex comparatione quam Christus adducit, facile nobis constabit definitio. Cur atrocius peccare dicunt qui in spiritu blasphemant quam qui in Christo? An quia praecellit Spiritus maiestas, ut grauius vindicetur? Certe alia est ratio: nam quoniam in Christo reluceat plenitudo Divinitatis, quisquis in eum contumeliosus est, totam Dei gloriam, quantum in se est, currit atque abolet. Iam quomodo à suo Spiritu detrahatur Christus, ut qui illum probro afficiunt, hunc relinquant illum & intuetur. Hinc iam colligere incipimus, non quia superior Christo sit Spiritus, blasphemiant in eum superare alia peccata: sed quia patefacta Dei virtute quicunque recalcitrant, excusabiles non sunt ignorantie praetextu. Adhac notandum est, quod de blasphemia hic dicitur, non reterri ad Spiritus essentiam simpliciter, sed ad gratiam quoniam donati sumus. Nam qui Spiritus luce priuati sunt, quantumvis detrahant de Spiritu gloria, rei tamen huius criminis non agentur. Nec teneamus probro afficiere Spiritum Dei qui destinata malitia eius gratiam & virtutem oppugnant: neque id modò, sed tale sacrilegium non committi nisi dum habitante in nobis Spiritum, scientes extinguere conamus. Atque haec ratio est cur Spiritus probro affici potius dicitur quam vel Filius vel Pater ipse: quia videlicet Dei gratia & virtuti detrahendo, Spiritum reorū impenitus, à quo prodeunt & in quo nobis apparent. Maledicet quispiam incredulus Deo?

*In Spiritu
sanctum.*

nempe acsi in parietem cæcū impingeret. In Spiritum vero non maledicit, nisi qui ab eo illuminatus inimicis rebellionis sibi conscius est. neque enim superflua est ista distinctio, quod alii omnibus blasphemis venia dabitus, praterquam huic vni qua aduersus Spiritum effertur. Si quis in Deum simpliciter blasphemauerit, illi non negatur spes veniam: contumeliosus in Spiritum Deus nunquam propitius fore dicitur, ut hoc, nisi quia hi demum in Spiritum blasphemari sunt qui contra proprium animi sui sensum eius donis & virtuti obtrahant? Eodem quoque spectat ratio qua apud Marcum habetur, pharisaicis ita duriter minatum esse Christum quia dixerant spiritu immundo præditum esse: quia hoc modo lucem in tenebras consulto & malignè vertebarant. Hoc vero est Gigantum more, ut loquuntur, bellum Deo inferre. His tamē nascitur quæstio, An eò vsque anentia profiliant homines, ut contra Deum rueret, scientes & volentes non dubitent: hoc enim videtur esse incredibile portentum. Respondeo, audaciam hanc prodire ex phrenetica excitante, in qua tamē malitia & virulentus furor exasperat. Nec vero abs re est quod Paulus dicit, quum blasphemus esset, veniam se fuisse consequutum, quia ignorans in sua incredulitate id fecerat: suum enim peccatum hac

diant & videant. Nunc tenemus quomodo Prophetæ vaticinium Christus ad præsentem causam accommodet. *Auribus audietis.* Non recitantur Prophetæ verba, nec verò operæ retiū fuit: quia Christo satis erat ostendere neque nouū neque insolitus esse exemplum si multi ad verbū Dei oblitus esserent. Prophetæ dictum fuit, Vade, execæcantes, & corda obdura, hoc tribuit Matthæus auditoribus, vt cæxitatis sua & du. it. ei cui pan sustinet: neque enim alterius ab altero disiungi potest: quia quicquid in sensu reprobum cœcti sunt, sponte & intrinseca malitia le exæcant & obdurant. Nec fieri aliter potest ubique: non regnat Dei spiritus quo soli electi reguntur. Quare teneatur ista connexio, alienos esse à fana incerte quoque Deus Spiritu adoptionis nō illi uniuersitatē, ideoque verbo Dei magis exæcati, & tamē in illis residere culpan, quia h̄yontanea est exæratio. Ceterum hinc Ve bi ministris petenda est consolatio, si eorum labori sepe ex votō nō respondet succensus: multis adeo in prædictum eorum doctrina, vt deteriores fiant. Ne i pe illis accedit quod expertus est Prophetæ, supra quem non excellunt. Optandum quidem est ut vobis adducerent in Dei obsequiis, & hoc incumbere atque eniti ipsis deceat: interea ne miretur quod omnia Deus iudicium exercuit per ministerium Prophetæ, hodie quoque impleri. Quamquam sedulio canendum est ne ignorantia nostra pereat Euangeli fructus.

12. *Marc VI. videntes non videant.*) Hic breuiter notare sufficiat quod alibi fuisse exposatum est, doctrinam non esse propriæ neque per se, nec sua natura causam cæxitatis, sed per accidens. Sicut enim, quam ad Solem prodicunt Iusticiæ, magis eorum oculi hebetantur: atque id vitium Soli minimè imputatur, sed eorum oculisita quod reprobos Dei verbum excæcat, & obdurat, quia sit eorum prauitatem, ipsis proprium & genuinum, Verbo autem accidentale est. *Ne quando conteratur.* Hic particula ostendit quotsum protivitate & intelligere: vt scilicet homines ad Deum cœveri, cum ipso redant in gloriam, eo propter bene & feliciter habent. Ergo in hac finem propriæ verbum suum Dominus vult prefigi, ut mentes & corda hominum innovans, eos sibi reconciliet. De reprobis vero cōtrari, hic pronuntiat Iesuas, ne misericordiam obtineat, manere in ipsis lapideam duritatem, verbōque animi suum effectum erga eos, ne ad penitentiam corda emolliat. Sanationis voce Mattheus, sicuti Propheta, liberationem à malis omnibus complevit: populū, n. mundo Dei afflictionem metaphorice homini ægrotō comparant. i.e. sui iratē conterri dicunt quoniam Dominus penas relaxit. Sed quia finitas ista à peccatorum remissione pèdet, aptè Marcus & scitè causam & fortem desigat. Vnde enim peccatorum mitigatione, nisi quia Dominus nobis placatus, sua benedictione nos proficit? Etsi autem interdum reatu nostro abolitione, nos tamē punire nō desinit vel ut magis humiliemur, vel ut simus in posterū cautiores: quia tamen favoris sui signa ostendens, nos vivificat & instaurat, deinde ut plurimum cessant penæ cū culpæ merito sanatio cū venia coniungitur. Ceterum ex eo minime colligi debet, peccitantiam esse venia causam, quasi Deus conuersos in gloriam recipiat, quia hoc promeriti sunt: (nam &

ipsa conuersio signum est gratitiae Dei favoris) sed tantum ordo & consequentia notatur: quia Deus peccata non remittit nisi in quibus homines sibi displacent.

16 Matth. *Vox verò beatiorum oculi.*) Videtur Lucas hoc dictum in aliud tempus reuicere. Facilius tamen solutio est: quod illic plures fententias, non distincta temporum serie congerit. Sequuntur ergo Matthi contextum, qui clarius exprimit unde occasione sumperit ita loquendi. Nam sicuti prius de singulari gratia sibi collata, inde admoniti fuerant quod Dominus eos à vulgo exceptos ad mysteria regni sui sumbariter admittit tebat: nunc eadem gratia alia comparatione extollat, quod feliciter veteribus Prophetis sanctisque Regibus præcellat. Hoc autem nultò splendens est quam incredulæ tuæ praeferrit. Porro non quemlibet auditum, nec simpliciter carnis aspectum Christus intelligit: sed beatos oculos oculos pronuntiat quia gloriam cernant dignam uigilante Dei Filio, ut eum redemptorem agnoscant. Quis ipsi affligit viua Dei imago, in qua salute, & hincemque beatitudinem percipiant. deinde quia in ipsis compleatur quod dictum fuerat per Prophetas, ut uiene & perfecte à Deo educti, non dicant quisque à proximo suo. Ita diluitur: biectio quæ ex altera Chiristi sententia adferri posset, vbi Beatos dicit: qui non uiderunt & crediderunt, diuersi enim illi, ne notari uidenti ratio, qualiter scilicet Thomas pro sua erastis ap-

Tol. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

MATTH. XIII.

18 *Vos igitur audite parabolam seminantis.*

19 *Quum quisvis audit sermonem regni, & nō intelligit, venit ille malus, & rapit id quod seminatum est in corde iusti: hic est qui in uictis viam seminatus fuit.*

20 *At qui in petrisca semina taliū ibi seminatur sermo: & quum au-*

cepereat, hic est qui verba audiri, dierint, confessim uenit Satanas,

ac proinus cū gaudio excipit illum: & auferit sermonem qui semina-

vit.

21 *Verum noa habet radicem in tuis est in cordibus eorum.*

semel ipso, sed a temporarius est: porro

16 Et alij sunt similes qui in

quā incedit afflictio aut persequitur petrosa semē excipiunt: qui qui

tio proprie sermonem, continuo of-

feruntur.

22 *Qui autem in spinas semer-*

cepereat: hic est qui verbum audi-

ti, se, sed temporarii sunt: deinde

& cura seculi huius deceptio que di-

coorta afflictione aut persequi-

tarum suffocat sermonem, & in-

itione proprie sermonem, mox

fugit et redditur.

23 *Ceterum qui in terram bona*

excepit semen, hic est qui sermonem

semen excipiunt: hi sunt qui ser-

monem audunt:

19 *Et sollicitudines seculi hu-*

ius, ac deceptio diuinarum, re-

rūque aliarū cupiditates intro-

euntes suffocant sermonem, ac

redduntur infructiferi.

20 *Alij sunt qui in terram*

bonā semen exceperunt, qui au-

dunt sermonem, & suscipiunt,

& fructificant, alijs ad triginta,

alijs ad sexaginta, alijs ad

centum.

petebat. Aspeðus autem de quo nunc loquitur Christus, etiam omnium fidilib. cum Apostolis communis est. N.s.n. Christum non videntes videimus, & non audientes audimus: quia in Evangelio facie ad faciem, vt dicit Paulus, nobis 2. Cor. 3. d. apparer, ut in imaginem eius transformemur, & 38. semel in ipso exhibita sapientia, iustitia, & vita perfectio illic assidue resulget.

24 Luc. *Eregeres voluerunt.*) Merito potior Ecclesie presentis conditio esse dicitur, quam sā etorū Patrū qui sub Legi vixerunt: quib. non nisi sub umbris & incolub. ostendunt fuit quod nunc in lucida Christi facie p. lā apparet. Scisso enim templi velo in cælesti sanctuarium fide ingredimur, & familiaris patet ad Deum accessus. Nam eti Patres forte ha contenti beatam in animis suis pacem souebant, hoc tamen non obstat ut quominus votis suis lōgijs ferrentur. Sic Abraham vidit quidem enamus dīc Christi, & gauisus est: proprie re tam en aspectu potiri p. taut, nec compos s. etas ei voti sui. Nam ex otiorum sensu loquuntur eis Simeon quām dicere, Nunc in pace dimittit seruum tuum. Nec verò fieri aliter potuit, quoniam sub onere maledictionis quo oppressum est genus humani promulgat liberatioñis desiderio toti ardore. Si amus ergo quasi famelicos ad Christū suspirasse, & tanquam uagabundos eorum fidei in Deo i. 6. abstreverēt, sed patienter arinos fuos suspenderent vñq; ad matutinū revelationis tempus.

MARC. IV.

13 *Et ait illis, Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes*

parolas cogos/cētis?

14 *Seminator, est qui sermo-*

nem seminat.

15 *Alij autem sunt qui in-*

ter viam semen excipiunt, &

ad uictis viam accipiunt, v-

eruntur.

16 *Et alij sunt similes qui in*

gadio sermonem: habitu-

que radices non habent,

qui ad tempus credunt, &

tempore temptationis rece-

dunt.

17 *Et nō habent radicem in*

duo.

18 *Et alij sunt qui in spinas*

semen excepunt: hi sunt qui ser-

monem audunt:

19 *Et sollicitudines seculi hu-*

ius, ac deceptio diuinarum, re-

rūque aliarū cupiditates intro-

euntes suffocant sermonem, ac

redduntur infructiferi.

20 *Alij sunt qui in terram*

bonā semen exceperunt, qui au-

dunt sermonem, & suscipiunt,

& fructificant, alijs ad triginta,

alijs ad sexaginta, alijs ad

centum.

LVC. VIII.

II *Est autem hac para-*

bola: Semen, est sermo Dei.

12 *Qui autem iuxta-*

viam, i. sunt qui audiunt:

deinde venit diabolus,

& tollit sermonem de cor-

de eorum, nec redentes fer-

uentur.

13 *Nam qui super pe-*

ram, i. sunt, qui quum an-

dierint, suscipiunt cum

solicitudinibus & diuitiis, &

voluptatibus vita suffoca-

natur nec fructum reddunt.

14 *Quod autem in spi-*

nas cecidit, i. sunt qui in-

dierunt, & euntes & solici-

tudinibus & diuitiis, &

fructum afferunt in pa-

cientiam.

Apud Matthæum & Lucan simpliciter & sine obiurgatione parabolam discipulis exponit Christus: apud Marcum verò eorum tarditatem oblique perstringit quia alii nō præcurrunt qui futuri erant omnium doctores. Summa autē est doctrinam Euangelij, quam instar seminis sparsa est, nō ubique esse fructuoram: quia non semper in terra fecundam & bene cultam incidit. Enumerat auditorum quatuor auditorum species, quorum primi semini non concipiunt: secundi concipiunt quidē videntur, sed ita vt vias radices non agri: in tertii suffocatur fæges ita supereat quaream pars quo fructum reddit. Non quid ex quatuor auditoribus vias tantum, vel decem ex quadraginta, doctrinam amplexi fructificant: (certum enim numerum Christus præfigere hic noluit nec eos, de quibus loquitur in partes æquales distribuere: vt non semper idem, sed nunc vberior, nunc magis exiguis est prouentus fidei vbi Verbum seminatur) sed tantum admonuit, in multis ferire vita sciem ob diuersa via, quibus vel statim corrumpitur, vel arcet, vel paulatim degenerat. Cæterum quo melius pro sit nobis admonitio, teneo nō est, nullam de contemptoribus mentionem fieri qui palam Dei verbum repellunt: sed eos tantum notari in quibus aliqua videat esse docilitas. Quod si eorum maior pars euaneat, quid reliquo mundo fieri à quo palam repellunt salutis doctrina? Nunc ad singulas species descendo.

19. *Audit sermonem regni, & non intelligit.*) Primo loco steriles & incultos commemorat, qui semen intus non concipiunt: quia nulla est in eorum cordibus præparatio, tales, dura & sicca teræ comparati qualis est in via publica, quæ calcata, instar pavimenti dureat. Huius generis vitianum nō licet tam multos hodie cernere, qui vbi se ad audiendum obtulerint, stant tamen attoniti, nec ullum gustum capiunt: denique parum differunt a trunca vel lapidibus, quare non mirum est esse prorsus euaniens. Quod verbum Christus dicit in eorum cordibus seminari, licet impræpria sit locutio, ratione tamen non caret: quia hominum vitio & prauitatem non eripitur verbo sua nativa quin seminis vim retineat, idque diligenter notandum est, nō quid putemus Dei gratias dedecere, quoniam ad nos vñque earum effectus non perueniat. Dei enim respectu seminatur in cordibus verbum: sed non omnium corda illud instum cum mansuetudine recipiunt, quemadmodum Iacobus i.c.21. hortatur. Est ergo semper Euangelium potentiam fructuosum semen, sed non actu. Apud Lucan additur, diabolum tollere de corde eorum semen, ne credentes seruentur. Vnde colligimus, hunc salutis nostræ hostem, vt sationis tempore solent famelicas aues, simul ac prodit in medium doctrinam, instare, & irrumpere ad eam rapiendam prius quam humor concepto gerinetur. Non vulgaris etiam fidei laus est dum vocatur salutis nostræ causa.

20. *Qui impetrat.*) Hic ordo à superiori differt: quia temporalis fides quasi seminis cõceptio, fructum aliquem initio promittit: sed non ita bene & penitus subacta sunt corda ut ad continuum alimentum eorum mollities sufficiat. Huius etiam generis nimis multos iudie videmus, qui Euangelium cupidè amplexi, paulo post deficiunt: quia non subest viuis affectus qui ipsos ad constatiam confirmet. Quare se quisque penitus examinet, ne alacritas, quæ multum fulgorem emittit, bres-

ui euaneat quasi stuppea flamma, vt loquuntur. Nisi enim totum cor solidè penetret verbū, profundaque radices habeat, fidei non suppetet continuus humor ac perseuerantia. Landabilis quidē est ista promptitudo, verbum Dei simul ac prolatum est, sine mora cum gaudio excipere: sciamus tamen nihil auctum esse donec solidum robur collegerit fides, ne in prima herba arecat. Exempli causa, dicit Christus, qui tales sunt, crucis scandalo turbari. Et sanè, vt æstu solis probatur ter, & sterilitas ita persecutio & crux, eorum vanitatem degredit qui leuite tinteti, nescio quo desiderio, non probe serio pietatis affectu imbuti sunt. Tales apud Matthæum & Marcum vocantur temporarij, non tantum quia ad tempus profundi se Christi discipulos posita in tentatione defoscunt: sed quia sibi quoque videntur veram habere fidem: idèo apud Lucā dicit Christus eos ad tempus credere: quia fidei similis est honor ille quem Euangeliū deferunt. Interea tamen sciendum est, non vere esse incorrumpibili semine regenitos, quod *1. Pet. 1. 4.* nunquam marceat, quemadmodum Petrus dicit. Nam illud Iesaiæ, capite 40. b. 8. Sermo Dei manet in æternum, cordibus fidelium impleri dicit, quibus semel infixa Dci veritas nunquam effluit, sed vñque ad finem viget. Credunt tamen quodammodo quibus amabile est Dei verbum & apud quos reverentiam aliquam obtinet: quia certe ab incredulis distant qui fidem abrogant loquenti Deo, vel eius verbum respununt. Tantum sciamus, nullos esse vera fidei participes nisi qui adoptionis Spiritu obsignati, Deum ex animo Patrem invocant. Porro vt nunquam extinguitur Spiritus ille: ita & fidem quam semel inculpsit pectorum cordibus, euanscere & perire impossibile est.

22. *Qui in spinas.*) In tertia classe recenser eos qui ad fouendam intus sementem idonei fuerint nisi aliunde eam corrupti ac degenerem reddi sinerent. Spinis autem comparat Christus voluntates seculi, vel malas cupiditates, & avaritiam, & alias carnis sollicitudines. Quanquam Matthæus curas seculi duntaxat cum avaritia ponit, sed eodem sensu: quia sub hac voce, voluptatum illecebras (quarum Lucas invenit) & omne cupiditatis genus complectitur. Quia sicut letam, alioqui segetem, dum in culmos afflurgit, suffocant spinas, & alia noxæ impedimenta: si in hominum cordibus prævalent vitiösi carnis affectus, & fide superiores sunt, vt vni cœlestis doctrinæ quæ non dum natura est, obruant. Et si autem n'ale cupiditates, antequam verbum Domini in herbam emergat, & hominis occupant: non tamen inter prima initia videntur dominari, sed paulatim superuenient, postquam exorta est fæges, & vbi fructum promittit. Danda igitur singulis opera est, vt spinas in cordibus suis euellant nisi verbum Dei suffocari velint: quando nemo est qui non ingenti spinarum copia & quasi densa sylva resertus sit. Et certè videmus quam pauci ad maturitatē perueniant: quia vix decimus quisque non dico ad extirpandas, sed ne ad resecandas quidem spinas intentus est. Atqui ipsa multiplex copia quæ torporem excutere debebat, plerisque fatigandi causa est. Imposturam diuiniarum Christi pro avaritia posuit. Sed consultò diuinas vocavit fallaces vel deceptrices, quod magis ab eorum laqueis sibi cauere discant homines. Cæterum quot sunt carnis nostræ affectus, quorum innumeri est copia & varietas, meminerimus totidem esse noxas

ad corrumpendum vita semen.

23 *Qui in terram bonam.)* Eos tantum bona & fructuosa terra Christus comparat in quibus non solum radices agit verbum Domini, & quidem altas ac solidas, sed obstacula quoque omnia superat, ne fructum eius praevantur. Si quis obiciat, neminem posse reperiit à spinis vacuu & purum: facilis est solutio, Christum hic non differere de fidei perfectione, sed tantum ostendere in quibus verbum fructificet. Quanquam ergo mediocris erit profectus, quisquis tamen non degenerat a syncero Dei culto, bona terra & fertilis censetur. Spinis quidem euella odis incubere nos decet: sed quia nunquam vel assiduo labore consequemur quin residuum semper aliquid maneat, saltem quisque nostrum eas mortificare studeat, ne verbū fructū impedian. Confirmat hāc sententiam quod proximè sequitur, ybi docet Christus, non æquali omnino mensura fructum ferre. Et si enim centuplā

respectu tenuis est eius terra fertilitas quæ triccupum prouentum reddit, videmus tamen ut terras omnes simul coniungat Christus quæ agriculta labore, ac spem non profrus frustrantur. Atque hinc docemur, minimè spernendo esse quæ minus excellunt, quando ipse pater familias, licet vnumquaque pro abundatia sua gradu aliis preferat, communī tamen bonitatis elogio inferiores quoque dignatur. Ceterū tres istos gradus insulse Hieronymus ad virgines, viudas, & coniuges derorquet, quasi vero prouentum quem exigunt a nobis Dominus, ad solum ccelibatum pertineat: ac non sepe vberior sit in proferendo oīni virtutum fructu coniugum pietas. Hoc quoque obiter sciendum est, Christum non hyperbolice loqui de fructu centuplo, vt tunc sit quarundam regionum fecunditas: sicut ex historicis plerisque & quidem oculatis testibus constat.

MATTH. XIII.

MARC. LV C.

24 *Aliam parabolam proposuit eis, dicens, Assimilatum est regnum cœlorum homini seminanti bonum semen in agro suo.*

25 *Sed dormientibus hominibus, venit illius inimicus, & seminavit zizania inter triticum, abique.*

26 *Quum autem germinasset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania.*

27 *Accedentes autem serui patris familiâs dixerunt illi, Domine, Nonne bonum semen seminaveras in agro tuo? unde igitur habet zizania?*

28 *Ille vero dixit illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt illi, Fis igitur abeamus, & colligamus ea.*

29 *At ille dixit, Non: ne dum colligitis zizania, eradicitis simul cum illis & triticum.*

30 *Sinite pariter crescere utraque usque ad messem: & in tempore messis dicam messoribus, Colligite primū zizania, & colligate ea in fasciculos ad comburendum ea: triticum vero congregate in horreum meum.*

Paulo post.

36 *Tunc dimisis turbis venit in domum Iesu, & accesserunt ad illum discipuli eius, dicentes, Explica nobis parabolam zizaviorum agri.*

37 *At ille respondens, dixit illis, Qui seminat bonum semen, est filius hominis.*

38 *Ager autem, est mundus. Porro bonum semen, iij sunt filii regni: zizania vero sunt filii illius mali.*

39 *Inimicus autem qui seminat ea, est diabolus: Messis vero, consummatio seculi est: Messores autem, Angelis sunt.*

40 *Sicut ergo colligunt zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi huius.*

41 *Mittet Filius hominis Angelos suos, & colligeri è regno illius omnia offendicula, & eos qui patravit iniuriam:*

42 *Accident illos in caminum ignis: ibi erit ploratus, stridorque dentium.*

43 *Tunc iusti fulgebunt ut Sol in regno Patris sui. Qui habet aures ad audiendum, audiat.*

Vt nobis constet usus parabolæ, tenere operæ pretium est quorum tendat Christus. Putant quidam, ne sibi promiscuum vulgus placeret externa Euangelij professione, eum dixisse, in agro suo sepe viuolum semen bono permisitum esse, sed venturorum diem quo iolium à tritico separetur. Itaque hanc parabolam cum proxima coniungit, acsi cadem esset virtusque ratio. Mihil tamen secus videatur, nam separationis ideo meminit, ne tedium satisfiant piorum animi, dum confusam bo-

noruim simul cum malis mixturam cernunt. Etsi enim sanguine suo Ecclesiam mundauit Christus, vt sit absque ruga & macula: adhuc tamen multis vitiis laborare patitur. Nec de residuis infirmatibus carnis loquor, quibus obnoxij sunt singuli fideles postquam regeniti sunt Dei Spiritu: verum simul ac exiguum gregem sibi collegit Christus, multi hypocrita se insinuant, obrepunt peruersi homines, multi etiam improbi se ingerunt: ita fit vt multis fordibus inquinetur facer ille cœtus

quem sibi Christus segregauerat. Hoc porrò multis valde esse absurdum videtur, in Ecclesia finu foueri vel impios homines, vel profanos, vel sceleratos. Adde quid plerique zeli prætextu, plus & quo morosi, nisi omnia ad eum votum composita sint, quia nusquam appetit absoluta puritas, tumultuose ab Ecclesia discedunt, vel importuno rigore eam evertunt ac perdunt. Quare hic, meo iudicio, simplex est parabolæ scopus. Quanquā in hoc modo peregrinatur Ecclesia, bonis & synceris in ea permixtos fore malos & hypocritas, vt se patientia arment filij Dei, & inter offendicula quibus turbari possent, retineant infractions fidei constantiam. Est autē aptissima comparatio, quum Dominus Ecclesiam vocat agrum suum, quia eius semen sunt fidèles. Quanquā autē Christus postea subiicit mundum esse agrum, dubium ta. nē non est quin propriè hoc nomen ad Ecclesiam aptate voluerit de qua exorsus fuerat sci monem. Sed quoniam passim aratum suū ducturus erat per omnes mūdi plagas, vt sibi agros excolleret in toto mundo, ac spargeret virtæ semen, per syneccodenham ab mundum transtulit quod partē tantum magis quadrabat. Nunc videndum est quid per triticum intelligat, & quid per zizania. Nō potest hoc de doctrinā exponi, q. iā dixisset, vbi seminatur Euangeliū, statim corrumpi & adulterari prauis segmentis: nunquam n. vetus esset Christus, in tali corruptela purganda strenuè fatigere. Neque. n. vt in hominum mortibus, quæ corrigi nequeūt virtia, tolerari oportet: ita liceret impios errores ferre qui fidei puritate infectiunt. Deinde nominati Christus filios maligni zizania esse dicens, dubitationem tollit. Rursum tamen notandum est, non posse hoc etiā simpliciter de hominum personis intelligi, quasi Deus creatione bonos homines seminareret, diabolus verò malos. Quod ideo admoneo, quia hoc loco abusi sunt Manichæi, vt coloreni induceret suo figmento de duob. principiis. Atqui scimus quicquid vitij est tam in diabolo quam in hominibus non aliud esse quam integræ naturæ corruptelam. Sicut ergo Deus electos suos qui originali peccato infecti sunt, non creatione bonū semen facit, sed eos Spiritus sui gratia regenerat: ita diabolus non creat malos homines, sed à Deo creatos depravat, & in agrum Domini inserit ad viandum purum semen.

39. *Qui seminat bonum semen.*) Prius regnum celorum dixerat simile esse homini seminarī, sed impropriè. Sensus tamen clarus est, idem contingere predicato Euangeliō atque in satione agricultorum solet, vt lolium tritico succrescat. nisi quid speciale quiddam exprimit, dicens, inimici fraude aspergi agrum lolio: vt sciamus non fortitò neque naturaliter hoc fieri, quid multi improbi se fidélibus permiscent, quasi eadem sint seges: sed huius mali culpani diabolo imputare discimus, non vt eius danunario homines absoluat à reatu, sed primū, nequid inaculæ aspergatur Deo propter vitium hoc aduentitiū: deinde ne mitemur, subinde pallulare zizania in agro Domini, quū semper ad nocendum vigilet Satanas. Porrò quod Christus nō Verbi ministros seminarie dicit, sed se vnum: ratione non caret, quanvis enim ad eius personā hoc restringi minimè conueniat, quia tamen nostra opera sic virtutē, & ad culturam agri sui tanquam instrumenta nos adhibet, vt per nos solus & in nobis agat, me-

ritò sibi vendicat quod eius ministris quodammodo commune est. Meminerimus ergo non solum Christi mandato prædicari Euangeliū, sed eius auspiciis & ductu, vt simus tanquam eius in unus, ipse autem unicus operis auctor.

39. *Meßis verò consummatio seculi.*) Est q. idē hæc valde molesta conditio, quid reprobis one-rator Ecclesia vsque ad finem mundi: hoc tamen tempus nobis ad patientiam ideo Christus præscribit, ne vanas spe nos laetemus. Gnaviter quidem Pastores incūmbere decet ad purgandam Ecclesiam, & hic in parte ab omnibus prius adiuuandi sunt quia eius fert causulque vocatio. Veturū vbi omnes in communis mutuas operas cōtulerint, non tamen eosque proficient ut penitus ab omni sorde pingent Ecclesiam. Ieaneamus ergo, nihil minus fuisse Christo proposivū quam indulgentia sordes aleretātūni si clēs suos hor-tari voluit ne animis deficiant quia males tecum ferre cogiuntur: deinde etiā corum zelum fixare & moderari, qui fa. cīle non putant societatem nisi cum puris Angelis colere. Perperam igitur hoc testimonio Anabaptista & similes abūli sunt, vt gladij vñra accident ab Ecclesia. Atqui facilis est refutation: nam quum ex eo inuictatio nem ipsi admittant, quæ malos & reprobos saltē ad tempus eradicat, cur non in sceleratis, quoties res ita postulat, gladium exerceat pī Magistratus? Excipliunt, locum dari p̄mittent, & vbi capitalis pena non est, quasi veò latro in cruce remediu salutis non inuenerit. Ceterum hac solutio sufficiat, Christum hīc neque de Pastorum, neque de Magistratum officio differere, sed offendiculum tollere quo turbantur infirmi, dum Ecclesiam vident non modò ex electis, sed ex iniuria fratre collectam esse. *Atfōres, Angeli sunt.* Nomen hoc accommodari debet ad caulam præsentem. *Atfōres* alibi dicuntur *Apostoli*, Prophetae respeccū, quia in eorum labore ingressi sunt. Et omnib. Verbi ministris in. ügi. *Iohann. 4. c.* tū mādatū, vt fructū Domini afferant, qui semper maneat. Quid etiam pertinet illud, segetē tam. *Iohann. 15. c.* albescere, & ap̄t. etere inessores: Iten., incſſū et. *Iohann. 4. e. 31.* se multa, operarios vero panicos. Sed hic diuerfa. est ratio comparationis: quia in agro Domini plantati esse dicitur qui locum in Ecclesia occupant. Nec obſtat quid alibi dicitur Christus, si *Matth. 3. c. 12.* molac cū Euangeliō sic prodit, ventilabrum habere in manu quo aream suū in purget. Nam illie describitur eius purgatiōnis initium, quam hec loco fieri negat ante extremum diem: quia tunc demum suis omnib. numeris cōſtituit. Ceterum quanquam tunc extremam manū purgādæ Ecclesia apponet per Angelos, idem tamen nūc facere incipiit per prios doctores. Porrò Angelis has partes tribuit, quia nō adstabant ad eius tribunal otiosi, sed p̄fici se offerrent ad exequenda eius mandata. Ergo qui ad extirpandum quicquid displicerat prop̄ sterē festiviant, antevertunt quā in se est Christi iudicium, & ereptum Angelis officium temerē sibi usurpant.

41. *Colligent è regno eius.*) Quod sequitor de omnib. qui iniquitati dediti sunt, exegeticū est: neque. n. aliquid diversū noratur: sed perinde est ac si dixisset, tunc natūrum fore & opportunum tempus quo restituantur omnia in legi num oratione, atque ita tollantur impij qui nūc sunt offendicula. Sic autem vocantur, quia non sibi tan-

tum malè vivunt, sed labefactant multorum fidem, alios morantur in recto cursu, quosdam prorsus auertunt, alios precipitant. Hinc sumenda est utilis admonitione tot offendiculis circumdati, segnes ac securi pergamus, sed acriter intenti sumus ad caendum. Similiter etiam corrigitur coram molitibus qui tam delicati sunt ut ad minima quæque offendicula cursum reflectat. Difficile quidem est fateor, non subinde impingere, interdu etiam cadere innumeris scandalis se ingerenibus, sed firmandi sunt animi fiducia: quia minimè dubium est quin Filius Dei, qui suos per media scandala incedere iubet, superandis omnibus vires datus sit. Horribile etiam iudicium hypocritis & reprobis quibuslibet denunciat qui nūc primarij Ecclesiæ cines videtur, ne inani sua iactantia indormiant. Quod ad caminū ignis spectat, metaphorica est loquutio. Nam sicut gloria infinita quæ reposita est filiis Dei, sensus omnes nostros longè altius exasperat quam ut possit ullis verbis exprimi: ita supplicium quod reprobos maner, quia incomprehensibile est, pro modu lo captus nostri adumbratur. Cuius rei inficiatio se cit ut Sophistæ fructa, nihil disputacionib. se torqueat, siue alibi attigimus. Scio quosdain subtilius minutus quaque particulas persequi: sed quia timendum est ne argutiae minus solida nos ad ineptias deducant, parcus philosophari malo, simplici & genuino sensu contentus. Quib. tantopere arridet curiositas, si rogentur quonodo Christo sopito & nesciente, dubolus zizania bono semini insperga, quid respondeant nō habebunt: ego tamen ita sobrios esse studui, ut nihil cognitu dignum & utile omittereem.

43 Tuncq[ue] fulgebant.) Insignis consolatio, quod filii Dei qui nunc vel squalore obstici facēt,

vellent nullo in pretio, vel etiam probris coopti sunt, tunc quasi sereno celo, & disculsi omnibus nebulis, vere, & ad liquidum semel conspicui fulgebunt. Et aduerbiū temporis emphaticum est: tacitam enim continet antithesis presentis status & ultime instauracionis, cuus spē fideles suos Christus sustentat. Sensus ergo est, Quanvis nunc emineant in Ecclesia multi improbi, felicem tanDEM illum diem certò nobis sperandum esse, quò suos in sublime attollat filius Dei & omnem fuliginem absterget quia nūc eorum fulgor obruitur. Verum quidem est, nullis promitti futuram gloriam nisi in quibus iam elutat imago Dei, & qui in eam per continuos glorie gradus transformantur, sed quia nunc abiōdita est piorum vita, & falsus corum, quia in spe cōsistit, inuisibilis est: merito Christus, ut promis sa libi gloria potiuntur sive deles, in celo eos reuocat. Nec dubium est quin ad locum Danielis respxerit, quò magis ad viuum afficeret auditores: ac si dixisse, Propter hanc, vbi de futuro splendore concionatur, simul notare temporalem caliginem: ideoque, ut locus deitur varicinio, patiēter ferendam esse mixturam quæ electos Dei reprobis ad tempus inuoluit. Gloriam hanc S. Iohannes luci comparans, & qualitatē minimè flatuit. Sicut enim variè nunc dona sua inter fideles distribuit Christus, sic ea quoque ultimo die coronabit. Sed tenendum est memoria quod dixi, tantum instauratio quæ in ultimum Christi adventum differat, cum nubilo mundi statu cōferriri. Regnum Patris quasi piorum hæreditas, terra eponnitur, ut se in haec peregrinari meminerint, atq[ue] ita in celum aspirent. Est. alibi Regnum Dei esse in nobis dicitur, non cōstatib[us] nobis eius fruitio donec sit Deus omnia in omnibus.

MATTH. XIII.

31 Alio parabolam proposuit eis, dicens, Simile est regnum calorum grano sinapis, quod acceptum homo seminavit in agro suo.

32 Quod minimum quidem est omnium seminum: ubi vero excrescerit, maximū est inter olera, & fit arbor, ita ut venient volucres celi, & nudentur in ramis eius.

33 Alterum parabolam dixit illi, Simile est regnum calorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in tribus satis farine, donec fermentaretur totum.

34 Hec omnia loquutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabola nihil loquutus est illis:

35 Ut cōpleretur quod dictum fuerat per Prophetam, qui ait, Esperiam in parabolis meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.

MARC. III.

26 Et dicebat, Sic est regnum Dei quem admodum si homo iaciat semen in terrā, simile est regnum Dei: 27 Ac dormiat, & exurgat nocte & die, & exigit germinet, ac surgat in altum, dum nescit ille.

28 Ultra enim terra fructificat, primū herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentatum in spica.

29 Quum autem productus fuerit fructus, statim mittit falcam, quoniam adest mēsis.

30 Et dicebat, Cui assimilabimus regnum Dei? aut qua collatione conferemus illud?

31 Sicut granum sinapis, quod quum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus que sunt in terra:

32 Et quum seminatum fuerit, exurgit, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra eius aues celi nidificare.

33 Et talib[us] multis parabolis loquebatur iis sermonem, prout poterant audire:

34 Sine parabola vero non loquibatur eiis, seorsim autem discipulis exponebat omnia.

LVC. XIII.

18 Dicebat ergo, Cui simile est regnum Dei? & cui assimilabo illud? 19 Simile est grano sinapis, quod acceptum mo iecit in horū suum, & c. enī, & euasit in arbore magnam, & volu

20 Et iterum dixit, Cui assimilabo regnum Dei?

21 Simile est fermēto, quod acceptū mulier abscondit in tribus farine satis, donec fermentaretur totum.

22 Et iterat per ciuitates & castella, docens & interficiens Ieroſolymā.

His parabolis discipulos suos animat Christus, ne humiliis Euangelij exordiis offensi resiliant. Videamus quā superbe Euangeliū despiciant, immo subsannent profani homines: quia per obscuros & ignobiles ministros affectur, quia nō statim excipitur totius mundi applausu, sed paucos habet discipulos, & quidem vt plurimum nullius pretij hominunciones ex vulgo. Ita sit vt desperant infirmi de successu quē ex principiis estimant. Atqui Dominus cōsultò regnū suū à tenuib. & cōtemptis principiis auspicatur, vt insperati progreſſus eius potentiam melius illustrent. Regnum ergo Dei grano sinapis confertur, quod minimum inter feminā, crescit tamen in tantam altitudinem vt fiat arbustum in quo nidulētūr aues. Confertur & fermento, quod tamē exiguum est, vii tamē suam sic diffundit, vt magna larīna copia inde aescat. Discimus ergo, si contemptibilis est oculus carnis regni Christi species, ad immensam & inæstimabilem Dei potentiam mentes nostras attollere: quē sicuti ex nihilo semel creauit omnia, sic quoti die ea quae nō sunt, supra humani sensus modū ex citat: superbis sinamus suos caninos risus, donec ex inopinato eos Dominus obstupefaciat. Interim ne delphodeamus animos, sed fideurgamus contra mundi fastū donec incredibile virtutis sua documentū proferat Dominus de quo hīc cōcionatur. Fermenti nomē aliquando nūlē sonat, sicuti quā adinonet Christus caudētū esse à scribarū sermīne.

^{1. Cor. 5. b.} to: item quām docet Paulus exiguo fermento totam maslam corrumpi. Sed hic simpliciter tenenda est appellatio ad pr̄sentem causam. Dēregno Dei & celorum alibi dictum est.

26 Marc. Sc est regnum Dei.) Quanquam eodem tendit hīc similitudo quō dux priores, videatur tamen Christus data opera sermonem ad Verbi ministros dirigere, ne frigidū muneri suo incumbant quia non statim laboris fructus appetat. Ergo illis agricolas ad imitandum proponit, qui sub spē metendi, semen in terram prosciunt, neq; anxia inquietudine torquentur, sed eunt cubitum, & surgunt: hoc est pro more intenti sunt quotidiano labori, & se nocturna quiete reficiunt, donec tandem suo tempore maturēcat seges. Ergo quanuis Verbi semen ad tempus suffocatum lateat, iubet tamen Christus bono animo esse pios doctores, ne diffidentia illis alacritatem minuat.

34 Matth. Hec omnia loquuntur est.) Quanquam disertē exprimit Marcus loquutum esse Christum prout audire poterant: mihi tamen probabile videtur, non tam docendi consilio continuis parabolis vslum fuisse, quam vt attento redderet auditores in aliud tempus magis idoneum. Cur enim seorsum discipulis illas familiariter exposuit? An

quid ipso vulgo ruidiores forent? Immō verō quia animi sui sensum apud eos familiariter deponere voluit, alios autem relinquere suspensos, donec maturior opportunitas veniret. Hīc enim quādā solūm fuerunt Euangeliū pr̄ludia, cuius plenior claritas & promulgatio in suūmū tempus cūferebatur. Facile autem diluitur repugnantia species inter hoc Matthæi dictū & vaticinū refaia quod paulo antē adductum fuit. Quanvis enim doctrina lucem subduxerit reprobis, hoc tamen nō obstat quin se accommodauerit ad eorum captum, vt ipsos redderet inexcusabiles. Genus ergo docendi sequutus est aptum & congruum auditoribus, quos sciebat nondum satis esse ad discendum patratos.

35 Vt compleretur.) Non intelligit Matthæus Psalmū quēm citat, peculia ē esse de Christo vaticinium: sed quemadmodū enītuit Spiritus inaestas in sermone Prophetæ, eodem modo vni eius in sermone Christi fuisse expressam. Prophetæ illic de foedere Dei quo semē Abrahæ adoptauit, assiduis erga populū illum beneficiis, totaque Ecclesia gubernatione verba facētūr, magnificē p̄fatur. Aperiām in parabolis os meum, hoc est, non tractabo leues nugas, sed de rebus maximē seriis grauter differam. Ideū per anīgmata quoque significat: est enim repetitio satis trita in Psalmis: nam נִשְׁׁוֹן vocat Hebrei comparationes: deinde ^{psal. 63. a.2.} nomen hoc transferunt ad graues sententias, quia similitudines plerunque splendorem & ornatum orationi conciliant. וְנִשְׁׁוֹן nūne anīgma, nūne apophthegmata nomināt. Etsi autem videtur Matthæus ad vocem parabolæ alludere, non tamē dubium est quid sentiat Christum figuratē loquutū esse, vt ipsi dictio formā vulgari sermone sp̄lēdidiōr aliiquid dignitatis & p̄deris affret. Certē impletum dicit quod habetur in Psalmo: quia allegoriis & figuris admonuit de arcānis Dei mystis se tractare, ne vilesceret doctrina. Porrò hinc colligimus, nūlīlī esse absurdū quod in diuersos finis obscuriū loquitus sit ad plebem. Quanvis enim reprobos celare vellit quod dicebat, dedit tamen operam vt verbis suis cælestē aliiquid ac Diuinum subesse, etiam attoniti sentirent.

23 Luc. Iter faciens Hierosolymam.) Incertum est loquuturē Lucas de vna tantū profecitione, an intelligat, quum ambularet Christus per iudeā, & singulas partes docendo lustraret, diebus festis Hierosolymā aſcēdere solitus. Certē priorē membro notare videtur qualis perpetua Christo fucrit viviūt ratio ex quo invictum sibi à Patre munus obire coepit. Quare vt posterius inēbruni cohæreat, sensus erit, quoties instabant dies festi, ipsum cum aliis sacros conuentus celebraſſe.

M A T T H . XIII.

M A R C . L V C .

44 Rursum simile est regnum celorum theſauro abſcondo in agro, quem repertum homo abſcondit, & pr̄ gaudio quod habet ſup̄ eo, abiit, & qua-
cuque habet vendit, ac mercatur agrum illum.

45 Rursum simile est regnum celorum homini negotiatori quarenti pulchras margaritas.

46 Qui inuenit una preſiosa, abiens vendidit omnia que poſſidebat,
& mercatus eft illam.

47 Rursum simile est regnum celorum verriculo iacto in mare, & ex omni genere congreganti.

48 Quod quam impletum esset, subduxerunt in litus : & sedentes collegerunt bonos in vase, malos vero foras iecerunt.

49 Sic futurum est in consummatione seculi: venient Angeli, & segregabunt malos de medio nostrorum.

50 Et mittent eos in caminum ignis. illic erit ploratus & stridor dentium.

51 Dicit illis Iesus, Intellexisti hæc omnia? Dicunt illi, Etiam Domine.

52 At ille dixit eis, Propterea omnis Scriba doctus ad regnum celorum similis est patris familiæ, qui deponit è thesauro suo nona & vetera.

In hunc finem tendunt priores duæ similitudines ut discent fideles regnum cælorum toti mundo præferre, atque ideo renuntiare & sibi & omnibus carnis desideriis, ne quid eos impedit quo minus tanto bono potiantur. Porrò hæc admonitio valde nobis necessaria est, quia & mundi illecebria sic nos fascinant ut vita eterna nobis evanescat: & quia carnales sumus, spirituales Dei gratia suum premium minime apud nos obtinent. Meritò itaque Christus virtus æternæ excellentiæ eiusque exaltavit, ut molestum esse nobis non debet, eius causa quicquid pretiosum alioquin ducimus, relinqueremus. Primo regnum cælorum simile esse dicit thesauro abscondito. Nam ut plurimum magni facinus quæ apparent: atque ideo vilescit nobis noua & spiritualis vita quæ in Euāgeliō proponitur, quia sub spe inclusa latet. Ergo aptissima est thesauri comparatio, cuius pretio nihil decedit, quanvis sub terra defossus & obrutus hominū oculos fugiat. Quibus verbis docemur non æstimandas esse spiritualis Dei gracie dinitias ex carnis nostra intuitu, vel externo suo splendorē: sed quemadmodum thesaurus licet occultus sit, speciosis tamen opib. præfertur. Ideo exprimit altera similitudo. Margarita vna, quanvis exigua sit, tanti æstimatur ut peritus negotiator agros & ædes ad eam redimendā vendere non dubitet. Ergo quanvis cælestis vita excellētiā non apprehendat carnis sensus, non tamen eam satis pro dignitate expendimus nisi parati sumus, quæ oculis nostris resplendent, abnegare in illius gratiam. Nunc tenemus summanā vtriusque parabolæ, nempe eos demum ad percipiendam Euāgeliū gratiam esse idoneos qui posthabitatis omnibus aliis desideriis ad eam potiendam sua studia & se totos addicunt. Notandum autem est quod non ab omnibus tanti fieri thesaurum absconditum vel margaritam docet Christus ut libenter vendant sua omnia: sed thesauro statui pretium, posteaquam inventus est, ac cognitus: & peritus negotiatorum tale de margarita iudicium facere. Nam his verbis notatur fideli cognitionis acsi dixisset Christus, vulgo regnum cælestis pro nihilo serè haberi, quia insipidi sunt homines. nec satis perspicunt quām incomparabilem thesaurum in Euāgeliō Dominus offerat. Quæritur tamen an renuntiare bonis omnibus aliis necesse sit, ut vita eterna fruamur. Respondeo breuiter, hunc simplicem esse verborum sensum, nō haberi Euāgeliū iustum honorē nisi apud nos omnib. mundi opibus, deliciis, honorib. & commodis præcessat: & quidē eousque ut spiritualibus bonis qua nobis promittit, cōtent, quecūque nos inde retrahunt negligamus. nam omnib. impedimentis solutos esse oportet qui in cælum aspirat. Ergo nō nisi ad eorū abnegationē quæ pietati aduersa sunt, Christus fideles suos hortatur: interim temporalibus Dei beneficiis sic vti & frui con-

cedit quasi non vtantur.

46 Et mercatus est illam.) Mercandi verbo non significat Christus villam compensationē affiri ab hominibus qua cælestem vitam sibi comparent: scimus. n. quæ lege Dominus fideles suos apud Iesuā inuitet, Venite & emite absque artē. 1es. 55. 1. agentes, &c. Sed quanvis gratuitum sit donum Dei vita cælestis, & quicquid ad eam pertinet: dicimur tamē redimere quām volentes priuamus nos carnis desideriis, ne quid ab ea obtinenda nos impe- philip. 3. diat: quemadmodū dicit Paulus sibi omnia esse in b. 8. star iactura & ster coris ut Christum lucrificaret.

47 Simile est verricolo,) Nihil hic nouum docet Christus, sed alia similitudine confirmat quod prius habuimus, Ecclesiām Dei quandiu in terra versatur, permixtam est bonis & malis: nunquam verò sordibus & iniquitatibus puram esse. Finis tamen huius parabolæ fortè diuersus est: nempe ut Christus nō solūn medeatur scandalō quod pleroque infirmos turbat, quia nō reperitur in mundo quæ optanda foret puritas: sed etiam ut in timore & modeſtia cōtineat suos discipulos, ne inani fidei titulo, vel nuda professione sibi placeant. Ego quidem vtrunque libenter amplector, quod Christus patiēter ferendam vsque in mundi finem esse doceat mixturam ex bonis & malis: quia non antē cōſtabit vera & solida Ecclesiā restitutio. de inde quod admoneat non sufficere, inō non magis esse momēti, nos in ouile esse aggregatos, nisi genuina simus ac delecta oues: quō sp̄ctat illa Pauli sententia, Nouit Dominus qui sui sint. Ergo ab iniuitate discedat quisquis inuocat nomē Domini. Porrò Euāgeliū prædicationem sciē comparat verricolo sub aquis demero, ut sciamus præsentem Ecclesiā statuum confusum esse. Quanquam enim Deus noster, ut est Deus ordinis, & non dissipationis, disciplinā nobis cōmendat, hypocritis tamen locum ad tempus cōcedit inter fideles donec vltimo die regnum suū perfectè cōponat. Ergo quoad in nobis est, studeamus virtutia cotrigere, vigeat in sordibus purgandis seueritas, non tamen antē ab omnib. rugis & maculis immunitis erit Ecclesia, quā Christus segregauerit agnos ab haedis.

51 Intellexisti hæc omnia.) Tenēdum memoria est quod prius vidimus parolas omnes discipulis priuatim suis expositas. Nunc verò Dominus postquā illos tā familiariter ac benignè instituit, simul admonet se nō tātū opera posuisse in illis docēdis ut sibi tātū sapiat, sed ut impertiāt aliis quod apud ipsos depositum est. Atque hoc modo ad disceplū studiū eos magis acut ac sollicit. Doctores ergo similes patrib. familias esse dicit qui nō de suo tātū vietu solliciti sunt, sed repositā habent annonā in aliorum alimenta. deinde non in diem securè viunt, sed longè in futurum tempus prouident. Sensus autem illi, Ecclesiā doctores

2. Tim. 2.
c. 19.

longa meditatione debere esse instructos, ut Ecclesia multiplicem ex Dei verbo doctrinam, scitu-
ti usus feret, quasi ex protuario ministraret. Quod
multi ex veteribus per noua & vetera, Legem &

Evangelium intelligunt, nihil videtur coactum
esse. Ego igitur simplicius accipio pro varia &
multiplici dispensatione, quam ad cuiusque captu-
prudenter apte que accommodant.

MATTH. MARC.

L V C. VII.

36 Rogabat autem illum quidam ex Pharisaeis ut caperet cibum cum i-
psō: & ingressus domum Pharisæi accubuit.

37 Ecce mulier in ciuitate que erat peccatrix, ut cognouit quod accu-
busset in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguento:

38 Stensisque ad pedes eius a ieso stens lachrymis caput rigare pedes
eius, & capillis capitum sui extergebat, & deosculavatur pedes eius, & un-
guento unguento.

39 Videns autem Pharisæus qui vocaverat eum, ait intra se dicens, Hic
sic est Propheta, si recte vixit quia & qualis est mulier qua tangit ipsum,
quod peccatrix sit.

40 Et respondens Iesus dixit ad illum, Simon, habeo quiddam quod
ibi dicam. At ille ait, Magister, dic.

41 Duo debutores erant iuxtam creditori: unus debebat denarios quin-
gentos, & alter quinquaginta.

42 Quum autem illi non essent soluendo, condonauit utrisque. Horum
igitur dicit uter eum amilius diligeret?

43 Respondens Simon dixit, Existimo quod is cui plus condonauit. At
ille dixit ei, Recte iudicasti.

44 Et conuersus ad mulierem dixit Simoni, Vides hanc mulierem? in-
traui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: haec autem lacrymis
rigauit pedes meos, & capillus capitis sui extersest.

45 Oculum mihi non dedisti: haec autem ex quo intrauit, non cessauit
deosculari pedes meos.

46 Oleo caput meum non unxiisti: haec autem unguento unxit pedes
meos.

47 Propter quod dico tibi, remittuntur peccata eius multa, quoniam
dilexit multum, cui autem minus remittuntur, minus diligit.

48 Dixit autem ad illum, Remittuntur tibi peccata.

49 Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se, Quis est hic,
qui etiam peccata remittit?

50 Dicit autem ad mulierem, Fides tua saluam te fecit, vade in pace.

36 Rogabat autem illum.) Hac historia docet
quā morosi sint, & concipiendis, in modo captandis
offensionibus addicti quicunque Christi officium
non nouerunt. Inuitat Christum Pharisæus: vnde
colligimus neque ex infelis ac violentis doctrinę
eius hostibus, neque ex superbis contemptoribus
vnum fuisse: sed quanvis mansuetus esset, statim
offenditur ubi mulierem, quæ eius opinione ar-
cenda erat à congresu & colloquio, benignè ad-
mitti à Christo videt: ideoq; Prophetam esse ne-
gat, quia Mediatorem non agnoscit, cuius pro-
prium sit munus miseros peccatores in gratiam
cum Deo reducere. Hoc quidem iam aliquid erat,
Christum dignari Prophetæ honore: verū simul
inquirere oportuit quorū missus esset, quid af-
ferret, quod denique in iunctum illi esset à Patre:
quia reconciliationis gratiam, quod præcipue in
Christo tenendum est, neglexit, non putauit esse
Prophetam. Ex certe nisi Christi gratia hęc mu-
lier abolitis peccatis nouā iustitiam adepta esset,
reici oportuit. In eo tantum erat Simon, quia nō
reputans venisse Christū ad seruandum quod pe-
rierat, temerē conicit dignos ab indignis ipsum
non discernere. Porrò ne tale nobis iustitium ob-
repat, sciamus primò Christū miseris ac perditis
hominibus datum esse liberatorem, qui à morte

eos in vitam restituat. Deinde se quisquis exami-
net ac suam vitam: ita fiet ut non mirentur alios
nobiscum recipi, quia nemo se aliis preferre aude-
bit. sola enim hypocrisis inflat securos homines,
ut alios omnes despiciant.

37 Mulier in ciuitate.) Sic ad verbum habetur
vt translusi: Erasmo placuit tempus verbi plu-
quam præteritum, ne quis putaret eam tunc adhuc
fuisse peccatricem. Sed à genuino sensu discessit.
Volut enim notare Lucas, qualis esset mulieris
conditio, & quid de ea omnes sentirent. Tametsi
enim subita eius conuersio coram Deo aliam red-
diderat, quā prius fuisse, nondum tamen apud
homines extinctum erat superioris vita dedecus.
Erat ergo communī iudicio peccatrix, hoc est sce-
lerata & probroso vita. Vnde perperam infert
Simon spiritu discretionis destituti Christum quē
later infamia vulgo nota.

40 Respondens Iesus.) Hoc respōso demonstrat
Christus quantopere errauerit Simon. Tacitam
enim & occultam eius cogitationē in mediū pro-
ferens, aliquid Prophetis excellentius se habere
probat. Neque enim eius verbis respondeat, sed
quod ille intus supp̄fessu tenebat refellit. Neq; id
tātum Simonis causa, sed vt inde omnes discamus
nō esse tenendū ne quem ex peccatoribus reūciat,

qui non minus liberaliter velut protensis brachiis omnes paratus est recipere quam blande & amicè eos inuitet.

41 *Duo debitores.*) Summa huius parabolæ est errare Simonem in muliere damnanda, quam ex ecclesiis iudex absoluavit. Probat autem iustam esse, non quia satisficerit Deo, sed quod remissa sint illi peccata: nam alioquin non quadraret similitudo vbi dicitur exprimit Christus remissa gratis suis fe debitoribus nomina qui soluendo non erant. Itaque mirum est plerosque interpres tam crassè hallucinatos esse, quasi haec mulier veniam lacrymit, vnguione, & osculis pedum prouerita sit. Nam argumentum quo virtutur Christus, non à causa, sed ab effectu sumptum est: quia & prius ordinis est beneficium accipere, quam habere gratiam: & causa mutui amoris hic notatur gratuita remissio. In summa Christus mulierem hanc Deo reconciliatam esse, à fructibus, vel posterioribus effectis arguit.

44 *Conuersus ad mulierem.*) Videtur Dominus Simonem ita cum muliere conferre, ut illum levibus tantum delictis obstrictum faciat. Sed modus est concessionis, ac si dixisset, Finge Simonlemon fuisse tuum reatum, à quo te Deus absoluist: hanc verò multis & grauissimis criminibus suis obnoxiam vides tamen ut veniam sibi datum esse nunc re ipsa testatur faciat. Quid enim sibi voluntam profusa lacrymæ, quid alisdua pedum oscula, quid pretiosa vñctio, nisi quod fatur se ingenti damnationis mole fuisse oppressam? Et nunc è ardentiùs amplectitur Dei misericordiam, quod maiorem eius necessitatem sibi esse agnoscit. Ergo ex verbis Christi colligi non potest, exiguæ summa debitor fuerit Simon, & an à reatu foliatus fuerit. Magis credibile est, ut cœsus erat hypocrita, suis tunc adhuc in viatorum suorum foribus demersum. Sed Christus in hoc uno insit, quantumvis scelerata fuerit mulier, manifesta iustitia eius signa esse, quod ad testam suam gratitudinem nullum officium omittit, & quibusunque potest modis testatur quantopere Deo debeat. Interca admonet Christus Simonem non esse cur sibi blandiatur, quasi ab omni culpa immuni foret: nam ipsum quoque misericordia opus habere, quod si ne ipse quidè Deo placet absque venia, debere ex pœnitentia & gratitudinis signis reputare quicquid peccauerat haec mulier, illi esse donatum. Notanda sunt antitheta in quib. Simoni mulier præfertur: nempe quod haec lacrymis suis rigauit Christi pedes, & capillis abstulerit, quoniam ille ne vulgarem quidem aquam dari iussisset: quod haec non desiderat osculari pedes, quoniam ille ne hospitali quidem osculo dignatus esset Christum exciperet: quod pretiosum vnguentum illa effuderet in pedes, hic autem ne oleo quidem caput vixerit. Porro haec ratio fuit cur Dominus qui singulare parsimonia ex vita frugi exemplar fuit, paupl. sit vnguento sumptum fieri, quia hoc modo testata est misera peccatrix se illi omnia debere, nam delicias minimè expetiuit, nec odore illectus est, nec splendidae cultum probauit, sed vnicum ardorem spectauit testam pœnitentia: qui etiam nobis in exemplum proponitur à Luca, nam lacryme, eius tristitia quæ pœnitentia iniunctum est, fuerunt testes. Quod le à tergo adiuuit Christi pedibus, illi que prostrata iacuit in eo apparuit, pudor eius & humilitas. Vnguento præ se tulit, & sua omnia offerre Christo in sacrificium. Horum om-

nium ad nos pertinet imitatio: sed effusio vnguenti singularis actio fuit, ex qua perperam flatuet regula.

47 *Remittuntur peccata eius.*) Quidam verbum hortati modi esse putantes, hunc elicunt sensum, Quoniam haec mulier insignib. officiis Christi amore tota se seruere ostendat, minimè aquū esse ut in illa alperer sit & durior Ecclesia, sed clementer potius tractandæ es, quilibet grauiter peccaverit. Sed quoniam Attico more apertivit possum sit pro apertivis, valeat illa subtilior expeditio quam contextus repudiat. Nam paulo post Christus id repetit mulierem alloquens, vbi non quadraret hortandi modus. Et huic sententia subiectur oppositum membrum, Minus ei remittit qui minus diligit. Quoniam præsentis tenoris verbum debet in præteritum resoluti, quia, ut iam sollicitè omnibus pietatis officiis defungi studebat, hinc Christus inserit, quonlibet multis peccatis cooperata fuerit, vberiorem fuisse Dei misericordia quam ut peccatrix amplius habenda sit. Ceterum hic dilectio non dicitur esse veniam causa, sed posterius signum, ut prius admonui, hoc enim verba sonant, Qui cernunt tam effusum pietatis studium in muliere, peruersos esse iudices, nisi inde vestimentum propitiuum illi iam fuisse Deum ut ordine præcedat gratuita peccatorum remissio. Neque enim disputat Christus, quo sibi pretio, Dei gratia acquirant homines, sed Deum miserere huic peccatri ci iam ignouisse arguit, ne mortalish homo in eam sit implacabilis.

48 *Remittuntur tibi peccata.*) Quæsi potest quorsum veniam quam adepta erat, & cuius redita erat certior, nunc demum illi promittat Christus. Quidam excipiunt, nō tam ipsius quoniam aliorum causa prolata fuisse hanc sententiam. Ego verò non dubito quoniam eius ratio maximè habita fuerit: atque id sequentibus clarissipat. Nec mirum est Christi voce de integro absoluiri, quia iam ipsius gratiam gustauerat: inquit quæ persuasa erat vnicum sibi esse salutis asylum. Sic geotidie præire fiduciam necesse est, quoniam à Domino petimus ut peccata nobis remittat, neque tamen frustra precationem hanc velut superuacuam fundimus, sed ut magis ac magis cordib. nostris misericordiam suam obsignet cœlestis Iudex, atque hoc modo nos tranquillat. Quanquam ergo cœcepta huius gratia quā obtinuit, fiducia attulerat haec mulier, non tamen superuacua fuit haec promissio quæ ad fidei confirmationem plurimum valuit.

49 *Cœperum qui accumbebant.*) Hinc rursus percipimus, ex ignorantia officij Christi homines noua sibi offendicula subinde gignere. Haec autem mali radix est, quod nemo suas miseras extutit, quæ proculdubio singulos accenderent ad querendum remedium. Hypocritæ verò qui suis vitis indormiunt non mirum est si obnimirintur, quasi ad rem nouam & insolitam, vbi Christus peccata remittit.

50 *Fides tua.*) Ut susurros illos compellet Christus & mulierem simul confirmet, fiduciæ eius laudat: ac si dicaret, Vt cunque obstrepant isti, tu in ea fide constanter acquiclice quæ tibi certa salutem atrulit. Interca sibi vindicat Christus ius à Patri datum: nam quia penes ipsum est sanandi potestas, rite in eum dirigitur fides. Atque id significat non temere, vel errore inductam fuisse mulierem ut ad se veniret, sed duce Spiritu rectam fideli viam tenuisse. Vnde sequitur, non posse nos in alium

in alium credere, quām Filium Dei, quin ipsū statuamus vitæ & mortis arbitrū. Si n. rite in Christum creditur, quia remittēdis peccatis eum præfecit cælestis Pater, simul atque aliò transfertur fides: hunc ei suum honorem cripī necesse est. Hoc etiam dicto refellitur corū error qui putant charti-

tate redimi peccata: longè enim alium modū hic Christus definit, dū scilicet fide amplectimur oblatā misericordiā. In ultima clausula, fidei notatur incōparabilis ille fructus quē toties Scriptura cōmēdat, quōd scilicet cōsciētiā pacis afferat ac gaudiū, ne inquietudine & tumultu huc illuc iactetur.

MATTH. MARC.

38 Factum est autem dum irent, ut ipse intraret in quoddam castellum: Mulier vero quedam Martha nomine, exceptit illum in domum suam.
 39 Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam a fidē ad pedes Iesu, audiebat sermonem eius.
 40 Martha autem distrahēbatur circa multum ministerium: quæ stetit, & ait, Domine, non est tibi cur & quid soror mea reliquit me ut sola ministerem dic igitur ei ut me adiuvet.
 41 Et respondens dixit illi Iesus, Martha, Martha sollicita es, & tumultuavis circa me.
 42 Atqui unum est necessarium: Maria bonam partem delegit, quæ non auferetur ab ea.

38 Ut intraret in quoddam castellum.) Hæc historia docet, Christum quoconque accelsit, non sibi priuatim fuisse debitu: nec sua commoda vel lauitias captas: sed hoc verum illi facile studium ut alii prodesset, & quece munus perageret sibi à Patre inunctum. Narrat enī Lucas quin hospitaliter exceptus esset a Martha, simili ac domini ingressus est, docēdo & horando operam dedisse. Ceterū quia turpiter hic locus ad laudem vitæ, vt vocant, contemplatiæ detortus est, eliciendus nobis est genuinus sensus, unde parcat nihil iniunximus Christi fuisse propositum, quām discipulos suos otio & frigidis speculationibus addicere. Vetus quidem error est, Angelicam vitam agere qui procul negotiis, in totam contemplationem incubunt. Ac videntur Sorbonici, quod hæc de re nungantur, ex Aristotele haussisse qui summum bonū & ultimum vitæ humana finem in contemplatione locat, quæ secundum eum, virtutis fruitio est. Quoniam verò ambitio quosdam impulsasset ut se à communī vitæ vsu subducerent, vel morosi homines in solitudinem & otium se dedissent, sequuta est etiam hæc superbia, vt se Angelis similes esse fingerent nihil agēdo. Despecta enim ab illis fuit actua vita, non fecis acsi nos ē cælo retraheret. Atqui scimus hunc in finē conditos esse homines, vt se laboribus exerceant, nec vlla sacrificia magis placere Deo, quām dum in suam quisq; vocationē intentus vtiliter in commune bonum viuere studeat. Quām verò inscītē Christi verbis abusi sint ad probandum suum cōsentum, facilē ex simplici sensu patebit. Mariam Lucas dicit stetisse ad pedes Iesu: an significat tota vita nihil aliud egisse? Quin potius ita Dominus iubet tempora distribui, vt qui proficeret in Christi schola studeat, non assidue sit & ignavus auditor, sed vt quod didicit in vsum proferat, tempus enim audiendi & tempus agendi. Stulte ergo Monachī locum hūc arripiunt, quasi Christus vitam speculatiuanā cū actiua comparet: quoniam simpliciter ostendar quorū sum & quomodo velit recipi Christus. Etsi enim laude dignauit Martha hospitalitas, sicuti laudatur, in ea tamen Christus duo vitia notat. Prius est quōd fatigendo, modum excederet Martha, malebat enim Christus frugaliter & modico sumptu tractari, quām sanctam matronam suscipere tan-

tum laboris. Secundum vitium erat, quōd Martha seipsum astrahens, & superfluis laboribus se occupans inutilem sibi reddebat Christi aduentū. Ex Quoniam n. notat Lucas dum multi ministerij neni recipiēnit, quōd Christus modico contentus erat. Perinde. hoc fuit acsi quis honorificè recipiens, eum audire non curet, sed potiū magno & superfluo apparatu sepeliat omnem doctrinam. Atqui legitima Prophetaarum receptio est, dum vtilitas, quam per eos destinat nobis Deus ac offert, percipitur. Videlicet nunc vt laudabile Martha officium, natus tamen suis non caruit. Accelsit hoc quoque malum, quōd Martha sibi in turbulentis operis placenti, piū discendi studium in forore contempserit. Q. o exemplo monenur in recte agendo semper caendum esse ne alii alii se præferant.

42 Vnum est necessarium.) Quidam nimis frigide exponunt, sufficere vnum feruli genus. Alij subtlerit, sed extra rem, de monade dilputant. Sed alio spectauit Christus, nempe quidquid agendū suscipiant fideles, & quoconque sc̄ applicent, vnu tamen scopum esse ad quem referri omnia cōueniat. Summa igitur est, vagari nos per inanes circuitus, nisi omnes nostras actiones dirigimus in certum finem. Ideo vitiosa erat hospitalitas Martha, quia posthabito præcipuo capite, tota ad fata gendum rapiebatur. Hoc verò intelligit Christus, excepto hoc vno nihil esse alia omnia, sed ordinē prudenter tenendum, ne accessoriū, vt vocant, præualeat. Maria bonam partem.) Nulla est hīc comparatio, quemadmodum stulti & absurdii interpretes somniant: sed tantum pronuntiat Christus, Mariam in sancto & vili studio occupari, vnde abstrahi non debet, acsi dixisset, lute fororem tuam reprehendentes, si otio indulgens, vel inanibus curis implicita, vel aliud officio suo minus consentaneum appetens, totum onus curandæ rei domesticæ in te reicceret. Nunc verò quum recte & vtiliter se ad audiendum contulerit, iniquum inde abduci: neque enim talis semper datur opportunitas. Quanquam alij posterius membrū securus accipiunt, quasi ideo Christus bonam partem electam à Maria esse dicat, quōd nunquam intercidat fructus doctrinæ cœlestis. Ego, quanquam sententiam hanc non reicio, sequitus tamen sum quod aptius ad Christi mentem putavi.

- 13 Ait autem ei quidam de turba, Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem.
- 14 At ille dixit ei, Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos?
- 15 Dixitque ad illos, Videte & cauete ab avaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex ijs que posset.
- 16 Dicit autem similitudinem ad illos, dicens, Homines cuiusdam diuisus ager ubere prouentum attulit.
- 17 Et cogitabas intra se, dicens, Quid faciam? quia non habeo, quo congregem fructum meos?
- 18 Et dixit, Hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora extruam, & illuc congregabo omnia, que nata sunt mibi, & bona mea.
- 19 Et dicam anima mea, Anima, habes multa bona reposita in annos multos: requiesce, come de, bibe, gaudie.
- 20 Dicit autem illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuam repetent abs te: quae verò parasiti, cui cedent?
- 21 Sic qui recordis sibi, nec est erga Deum diues.

13 *Dic fratri ut dividat.*) Rogatus Dominus ut arbitrium suscipiat familiæ erescundæ, hoc facere renuit. Quum hoc ad fouendâ fraternalm concordiam faciet, Christi autem officium sit non tantum reconciliare homines Deo, sed ad mutuum cōsensum adducere: quæritur quid cause oblitiorit quoniam item inter duos fratres diriseret. Duas autem præcipue fuisse causas apparet cur ab officio arbitrii abstineretur. Primum cauere voluit, quum sibi Iudei terrenum fingerent Messias regnum ne quo exemplo errorem illum aleteret. Quod si illum vidissent hæreditates partiri, mox sparsus fuisse eius facti rumor. Ita à multis sperata fuisse carnalis redemptio cui nimis cupidè inhibabant: improbi iactasent eum res nouas moliri, statimque Romani imperij conuelle-re. Quare nihil melius fuit quām hoc dari responsu, ex quo intellegentem omnes spirituale esse Christi regnum. discamus ergo & nos sobrie nobis temperare, nec quicquam aggredi quod in sinistrâ partem trahi queat. Deinde voluit etiam Dominus inter politica huius mundi imperii & Ecclesiæ sua regimen discernere: erat enim creatus à Patre doctor, qui verbi gladio fecaret cogitationes & affectus, & penetraret in animas hominum: Magistratus verò non erat, qui hæreditates diuidebat. Ita damnatur Papæ & suorum latrocinium, qui quām Ecclesiæ se esse pastores obtendant, inuade re tamen ausi sunt terrena ac profanam iurisdictionem qua ab eorum officio disidet. Erit enim aliquid per se licitum quod non tamen quibuslibet conueniet. Accessit etiam, meo iudicio, tertia particularis ratio, quia scilicet videbat Christus hunc hominem relicta doctrina, domesticis suis commodis prospicere. Atque hic morbus nimium vulgaris est, vt multi Euangeliū profes- si, eius prætextu abuti non dubitent ad augendam rem domesticam, & Christi autoritatem suis lucris prætexere. Hoc coniicere promptū est ex circumstantia exhortationis: nisi enim homo ille Euā gelij titulo abusus esset ad suum quæstum, nō fuisse data Christo occasio damnandæ avaritiae. Contextus ergo satis ostendit, si cœtitium hunc fuisse discipulum, cuius animus in agris vel loculis demersus erat. Porro nimis insulè Anabaptista ex hoc responso inferunt non licere homini Christiano hæreditates partiri, se interponere forensibus ne-

gotiis, vel aliquod obire civile munus. Neque enim Christus e ipsa arguit, sed à sua vocatione, quia enim ordinatus à Patre erat in alium fine in se iudicem esse negat, quia non habeat tale mandatum. Hæc igitur vigeat inter nos regula, vt se quisque intra vocationis Diuinæ metas contineat.

15 *Videte & cauete.*) Primum ab avaritia suos reuocat Christus: deinde vt p̄tētes penitus ab hoc morbo purget, vitam nostram negat in abundantia confistere. Quibus verbis notatur fons & interior origo unde fecurit insana habendi cupiditas. Quia enim vulgo ita iudicant, felicem esse cuiusque vitam prout quisque plurimum possideret, ac diuitias imaginantur beatæ vite esse causam: hinc illa cupiditatum intemperies, quæ instar ardoris fornacis enitit suum feroarem, neq; tamē intus calore definit. Quod si persuasi essent diuitias & quamlibet bonorum copiam adminicula esse prætentis vita quæ Dominus sua manu nobis suppeditat, & quorum vsum benedicit, hæc vna cogitatio facile prauas omnes cupiditates sedaret: id que fideles sua experientia compertū habēt. Vnde enim fit, vt compostis votis pendeant à se lo Deo nisi quid vitā suam alligant, neque subiiciunt abundantia, sed recubunt in Dei prouidentiam, qui & solus nos sustinet sua virtute, & suppeditat quātum expedit?

16 *Dixit autem similitudinem.*) Hæc similitudo quasi in speculo viam nobis effigiem proponit illius sententia, quod homines sua abundantia nō viuunt. Nam quām momento vita tollatur etiam diffissimis quibusque, quid iuuat cumulatæ magnas opes? Fatentur hoc omnes verum esse, vt nihil nisi tritum ac vulgare dicat Christus & quod personat in omnium linguis: interius quotusquisque animum suum adiicit? an non potius ita vitam omnes instituunt, & consilia rationesque suas ita miscent, vt longissimè à Deo recessant, in præsenti rerum copia vitam suam locantes? Ergo necesse habent omnes se ipso exercefacere, ne se diuitiis beatos singentes, avaritiae laqueis se implacent. Portò in hac parabola nobis ostenditur fluxa huius vite breuitas. Deinde quām nihil proficiunt diuitia ad vitam prorogandam. Addendum est tertium quod non exprimitur, sed ex priorib; facilè colligi potest, optimum hoc esse medium

medium fidelibus ut panem quotidianum à Domino petentes, in sola eius prouidentia quiescant, siue diuites sint siue egeni.

17 *Quid faciam?*) Ideo perplexi sunt in suis consiliis impii, quia legitimum rerum vsum non uerunt: deinde quia peruersa fiducia ebrii, seipso obliuiscuntur. Sic diues iste spem vitæ sua ad ingentem prouentum extendens, mortis memoriam procul excutit. Et tamen huic superbia annexa est diffidentia: quia saturos istos nihilominus exigitat inexplicabilis cupiditas, sicuti diues ille horrea sua amplificat, quasi venter eius prioribus horreis refertus, non habeat quantum satis est. Neque tamen præcisè hoc damnat Christus, quod officium seduli patrisfamilias in reponendo prouentus faciat, sed quia velut profundus gurges famelica sua cupiditate absorbeat ac deuoret multa horrea: unde sequitur, non tenere verum copiosi prouentus vsum. Iam quum se ad edendum & bibendum horretatur, non amplius meminit se esse hominem, sed abundantia sua freus superbit. At huius insolentia luculenta quotidie exempla cernimus in profanis hominibus, qui luarum opum congeriem non fecus atque ænea propugnacula morti opponunt. Quoniam dicit, Ecce anima mea, & lætare: in hac loquutione, Hebraica subest emphasis: sic enim leipsum compellat ut tamen significet abunde suppetere quod animi desiderium omnisque sensus expletat.

20 *Stulte, animam tuam.*) Allusio est in animæ nomine. Prius animam suam alloquebatur diues quam affectuum omnium sedem: nunc autem

de vita ipsa aut vitali spiritu agitur. Verbum Re. 2. petunt, quanquam pluralis est numeri, quia tamen indeumtum est, nihil aliud significat quam alterius iuris esse quam diues in manu sua vitam esse ducebant, quod idem admoneo, quia de Angelis quidam abs re philosophantur. Staplex autem Christi filium fuit, docere singulis momentis vitam hominibus eripi, quam opum suarum præsidio probemunitam putant. Atque in hoc stultitia coagitur diues iste, quod vitam suam abunde penderet non agnoscet.

21 *Sic quis recondit sibi.* Quum hic antithesis esse constet, alterius membra expositio ex altero petenda. Definiamus ergo quid hoc sibi velit. Divitatem esse in Deo, vel erga Deum, vel Dei respectu. Qui mediocriter exercitati sunt in Scriptura, scilicet particularia ei, non raro accipi pro se. Ceterum virtutis modo sumatur, non multum inter se est, quia hoc reddit summa diutes esse secundum Deum qui rebus terrenis non confisi, ab unicâ illius prouidentia dependent. Nec refert, abundanter an esuriant: modo virtute panem quotidianum sincerè petant à Domino. Nam eius oppositum Recondere sibi, tantudem valet ac posthabita Dei benedictione, anxiè coaceruare multam copiam, vt fiducia in horreis inclusa sit. Hinc fine in parabolæ colligere promptum est, irrita fore eorum consilia & ridiculos contumis, qui opum suarum abundantia innixi, in Deum solum non recubuerint, nec contenti fuerint sua mensura, parati ad utramque fortunam, ac tandem suæ vanitatis pœnam daturos.

Recedere.

MATTH. | MARC.

L V C. XIII.

- 1 Aderant autem quidam eodem tempore nunciantes illi de Galileis, quorum sanguinem Pilatus miscerat cum sacrificijs eorum.
- 2 Et respondens Iesus dixit illis, Putatis quod hi Galilæi p̄ te cunctis Galilæis peccatores fuerint quia talia passi sunt?
- 3 Non, dico vobis: immo nisi resipueritis, omnes similiter peribitis.
- 4 At illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloah, & occidit eos, putatis quod debitores fuerint ultra cunctos homines habitantes Hierosolymis:
- 5 Non, dico vobis: immo nisi resipueritis, omnes similiter peribitis.
- 6 Dicebat & hanc similitudinem, Arborēm sibi habebat quia ampliata in vinea sua: & venit querens fructum in illa, & non inueniuit.
- 7 Dixit autem ad cultorem vinea, Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum in sibi hac, & non inuenio: succide illam, ad quid vel terram occupat?
- 8 At ille respondens dixit illi, Domine, sine illam & hoc anno, donec foderem circum eam, & iniecerō sterco:
- 9 Et si quidem feceris fructum: sin minus, in posterum succides eam.

2 *Putatis quod?*) Hic locus vel hac de causa appetimè utilis est, quod hic morbus nobis ferè ingenitus est, vt in aliis nimis rigidi ac seueri iudices, nobis blandiamur in malis nostris. Ita fit vt non solum actiùs quam par est exigitamus fratrum peccata, verum simulac contigit eis aliquid aduersi, quasi sceleratos & reprobos dannemus. Interim quisquis non vrgetur manu Dei, securè pecatis suis indormit ac Deū haberet fauentem ac propitiū: in quo duplex est culpa: nam quoties aliquem Deus sub oculis nostris castigat, de iudiciis suis nos admonet, vt seipso examine discant singuli, & quid promeriti sint expendere. Quod autem nobis ad tempus parcit, hac beni-

gnitate & clementia nos ad penitentiam invitat: tantum abest vt nobis occasio esse debeat torporis. Ergo vt prauum illud iudicium in quo misericordia & calamitosis solemus esse iniuncti, corrigit Christus & simul quas quisque sibi facit delicias excusat, primò docet non omnium esse pessimos, qui pro alijs duriter tractantur: quia Deus iudicia sua quo visum est ordine & modo sic exercet, vt alij statim rapiantur ad poenam, si in otio & deliciis diu quietant. Deinde pronunciat, quotquot in mundo accident calunitates, totidem esse irae Dei testimonia. Vnde colligimus quale exitum nos maneat nisi anteuerteramus. Potrò inde exhortationis nata est occasio, quod retulerunt quidam

Pilatum sanguinē humanū cum sacrificiis mis-
cūsse, vt scilicet tali flagitio sacrificia in detesta-
tionem venirent. Quia autem verisimile est pro-
brum hoc Samaritanis illatum esse qui à puro Le-
gis cultu desciuerant, facile ac promptum Iudeis
fuit Samaritanos daninando, subiis plaudere:
sed Dominus aliò eos conuerit. Nam quia illis
exosa & infamis erat totius gentis impietas, qua-
erit an putent miseros illos qui occisi fuerant à Pi-
lato, fuisse alii peiores: ac si dixisset, Minime cer-
tè vos latet terram illam impiorum refertam esse, &
multos qui eadem pœna digni fuisse, adhuc man-
nere superflites. Cæcus ergo ac prauus arbiter est
qui hominum peccata extimat ex pœnis præsen-
tibus. Neque enim vt quisque deterior est, ita pri-
mus ad pœnam trahitur: sed quum paucos ex adul-
tis puniendos Deus eligit, in eorum persona re-
liquis denunciat fe ore vltorem, vt omnes ter-
reantur. Postquam autem de Samaritanis loquu-
tos est, propius ad Iudeos ipsos accedit. Nam quā
illis diebus octodecim homines, turris ruina Ie-
rosolymæ oppresi essent, negat eos fuisse cele-
stissimos, sed in eorum clade omnibus proposi-
tam fuisse materiam terroris: qui si in illis iudicij
sui specimen edidit Deus, nihil alijs magis, sicut
ad tempus tolerentur, eius manum effugient. Non
prohibet quidem Christus quin attenti sint fide-
les ad consideranda Dei iudicia: sed hunc ordi-
nem tenendum præscribit, vt à suis peccatis incipi-
ant. Nam hinc sequetur optimus profectus, vt
præueniat flagella Dei voluntaria pœnitentia.

Quod etiam tendit illa Pauli admonitio, Ne quis Ephe. 5. b.
vos fallat inanibus verbis: nam propter hæc, venit 6.
ira Dei aduersus rebelles.

⁶ Dicebat & hanc similitudinem.) Summa huic
redit, multos ad tempus tolerari qui digni essent
excidi: nihil tamen ex mora lucrificare, si in cō-
tumacia sua pergant. Nam hinc prauus adulatio,
qua se indurant hypocrite, & obstinatio redi-
duntur, quia mala sua nisi coacti non reputant:
ideoq; quantisper connuer Deus, sùaque castiga-
tiones suspendit, sibi cum illo bene cōuenire fin-
gunt. Ita securius sibi indulgent, quasi pœnum ha-
beant cū morte & sepulchro, vt dicit Iesaias. Ideo
tam vehementer in ipso Paulus inuehit ad Ro-
manos cap. 2. a. 5. quia iram Dei sibi accumulat ^{1sa. 28. b.}
vique ad diem extremum. Scimus autem arbores ^{15.}
interdum seruari, non quid viles semper Domini-
nis fuerint ac fructuose, sed quia sedulus & indu-
strius agriculta nihil non experitur ac tentat, prius
quam agrum aut vineam nudare velit. Hinc autem
docemur, quum Dominus non statim improbos
vlicifatur, sed eorum pœnas differt, optimam illi
sua tolerantiae rationem constare. Quo compe-
scitur humana tenetitas: ne quis summo omnium
iudicii obstrepare audeat, si non semper & quilibet
modo iudicia sua exequitur. Cæterum hic compa-
ratio fit inter Dominum & Villicum, non quia
Dei ministri illum clementia & mansuetudine su-
perent, sed quia Dominus non tantum peccatori-
bus vitam prorogat, sed eos quoque variis modis
excolit, vt meliorem fructum eliciat.

MATTH. | MARC.

L V C. X I I I.

- 10 Docebat autem in una Synagogarum Sabbathis.
- 11 Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis octodecim, e-
atque contracta, nec omnino poterat erigere caput.
- 12 Quam quum videret Iesus, vocauit eam ad se: & ait illi, Mulier libe-
rata es ab infirmitate tua.
- 13 Et imposuit illi manus: & confessim recta est, & glorificabat Deum.
- 14 Respondens autem princeps Synagoge, indignans quod Sabbatho sa-
asset Iesus, dicebat turba, Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his er-
go venie, & sanemini, & non in die Sabbathi.
- 15 Respondens autem ad illum Dominus, dixit, Hypocrita, unusquisque
vestrum Sabbatho nonne soluit bouem suum aut asinam à præsepi, & ducit
aquatum?
- 16 Hanc autem filiam Abrahe quam alligavit Satan, as ecce octodecim
annis, non oportuit solvi à vinculo isto die Sabbathi?
- 17 Et quum hæc diceret, erubescabant omnes aduersarij eius, & omnis
populus gaudebat super omnibus magnificis que siebant ab ipso.

Huc vno contextu referre statui quæ sparsim
leguntur apud solum Lucam sine expressa tempo-
ris mentione, sicuti hac in parte Euanglistas pa-
rū fuisse curiosos alibi diximus. Postea ad commu-
nem harmoniam opportunior erit reditus. Hic
refertur miraculum in muliere sanata, & offensio
maligè concepta à Iudeis, quod Sabbatho eam
Dominus sanasset. Dicit Lucas mulierem detenam
spiritu infirmitatis, vt ex neruorum contractione
incuruum esset corpus. Quia speciem morbi ali-
ter non designat, verisimile est non vulgarem fuis-
te, vel cuius ratio medicis constaret: idèo vocat
infirmitatis spiritum, scimus enim diabolus opera
vt plurimum insolitis malis, & non naturalibus

affligi homines. Quo clarius enituit Diuina Chri-
sti virtus, quæ de Satana triumphum egit: nō quod
Satan pro suo arbitrio dominetur in homines, sed
quatenus nocendi facultas illi Diuinitus concedit-
ur. Cæterum quemadmodum Dominus, quum
vnicus sit bonorum omnium autor, tamen in be-
neficiis singularibus, & quinque visitat gloria suam
præcipue illustrat: sic vicefim vim & tyrannidem
Satanæ in extraordinariis flagellis maximè vult a-
gnosci, quanvis eius manu vtatur etiam ad leues
ferulas quibus quotidie nos castigat.

⁶ Mulier liberata es ab inf.) In hoc miraculo,
sicuti in aliis, tam potentia sua specimen, quam
gratia exhibuit Christus. Se enim idèo venisse
testatus

testatus est ut misericordia succurrat. Potestas exprimitur in his verbis, *Mulier liberata es: nam pro imperio liberationis in manu sua esse pronuntiat.* Addit tamen exterritum symbolum, de cuius vlo alibi tractauimus. Quod Deus glorificat populus, hoc pertinet ut sciamus conspicuum fuisse celeste beneficium. Non fuit igitur obscurum aliquod opus de quo posset in utramque partem disputari, sed quod amplius ac certam laudandi Dei materiam daret. Vnde cognoscitur prauitas magistrorum Synagogae.

14. *Sex dies sunt.)* Non audet hic censor Christum palam reprehendere, sed morositatis huz virus alio cōvertit, Christum in vulgi persona obliquitate dammans. Mira autem malitia recordia fuit: sex dies labori destinatos esse admonet; sed quam perperam & stulte illud operari definit, quod non nisi sex diebus permittitur? Cur non etiam ab ingressu Synagogae eos arceret, ne Sabbathum violaret? Cur cessare non iubet ab omnibus pietatis exercitiis? Quod si a suis tantum operibus prohibentur homines die Sabbathi, quam indigneum est tunc alligari Dei grariam? venire iubet alii diebus ad petendam sanitatem: quasi Sabbatho sopia iaceat Dei virtus, ac non eam potius illo die maxime exerat in salutem populi sui. Quos sum enim sacra conuentus, nisi vt Dei opem & auxilium implorent fideles? Perinde ergo loquitur impius iste hypocrita ac si legitima Sabbathi obseruatio cursu abrumperet Dei beneficis, homines excluderet ab eius invocatione, & gratia sensu priuaret.

15. *Vt quisque vestrum.)* Quomodo malitiam adeo
Salvatori obserua-
tio.

MATTH | MARC.

31. *Eodem die accesserunt quidam Pharisaeorum, dicentes illi, Exi & vadde hinc: quia Herodes vult te occidere.*
 32. *Et ait illis, Ite, dicate vulpi illi, Ecce eijcio demonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die coniunor.*
 33. *Veruntamen oportet me hodie & cras, & perinde ambulare: quia accidere non solet ut Propheta alibi pereat quam Hierosolymis.*

Hoc etiam quo tempore acciderit, certò conciui vix potest nisi quod tunc versatum fuisse Christum in Galilea certum est, sicuti toto vocationis sue cursu, siccis plus moris quam alibi traxit. Hortantur enim qui volunt videri amici, vt si velit salvus esse, extra Herodis ditionem concedat. Iam qualiter affecti fuerint qui hoc dabant consilium, nescit: nisi quod in hanc coniecturam magis inclino, quia maiorem populi partem illuc videbant Christo deditam, vt paucum recepta esset Euangelij doctrina, tentasse alio ipsum expellere. Notandum quinam sint isti monitores, dicit Lucas fuisse quosdam ex Pharisaeis, atqui scimus sectam illam non adeo fuisse Christo propria, vt probabile sit de eius vita fuisse sollicitos. Quid ergo? nempe consilium erat iniecta formidine, in alias latebras eum abigere: quia fore sperabant ut breui concideret eius autoritas, immo euansceret tota doctrina. Sed interim considerandus nobis est primus huius consilij magister atque artifex Satan: quia sicuti Filium Dei terreddo, Euangelij cursum tunc abrupere conatus est, ita subinde nouos terrores comminiscitur ac fabricat, quibus examinet Christi ministros, ac cursum reflectere cogat.

Herodes Antipas. 32. *Dicte vulpi illi, Ecce eijcio demonia.)* Certe-
tum est de Herode Antipa haberit sermonem. Quia-
quam autem ille vulpinus erat moribus, ac ingenio non animis seruili quam versato, non arbitror to-

crassum pluribus argumentis refellere promptum est, hoc uno contentus fuit Christus, Si iumentis humanitatem Sabbatho praeflate licet, praeposterum in eo cultum fingi, ne filii Dei iuuentur. Ceterum duplex in verbis Christi est comparatio, iumenti cum filia Abraham: & capituli quo ligatur asinus vel bos ad praefepse suum, cum Satanæ vinculis, quibus homines in exitium constrictos tenet. Vos, inquit, tan scrupulosi Sabbathi cultores auditis boues & asinos soluere vt aquatum ducentur, mihi cur non licet tantundem officij praeflare electo Dei populo, praesertim vbi maior virget necellitas, quin feliciter liberandus est quispiam à Satanæ laqueis? Quanquam autem pudore obmutuit impius reprehensor, videmus tamen nullum à Christo editum fuisse tam praelatum opus quod non raperent ad calumniam improbi. Nec mirum si omni studio & conatu hue incubuit Satan, vt Christi gloria perueceret, qui non cessat nebulas suas assidue spargere, quibus sancta fidelium opera obscuret. Notandum quod Abraham filia à Christo vocatur, cuius corpus per annos octodecim Satanæ mancipatum fuerat: nec tantum respectu generis, quemadmodum Iudei omnes promiscue superbebant hoc titulum, sed quia ex veris & genuinis Ecclesiæ membris erat. Vbi etiam perspicimus quod docet Paulus, quodam Satanæ tradi in carnis interitum, vt spiritus in die Domini saluus sit. Et temporis spatium admetit, quanvis miseriis nostris non faciat in medietate Dominus, non tamen esse desperandum.

Abrahæ filia.

1.Cors 5.

L V C. X I I I .

tius vitæ astutiam generaliter perstringi sub vulpis nomine: sed clandestinas eius insidias, quibus Euangelij doctrinam subtrahere moliebatur, quum aperto marte congregi non auderet. Significat enim Christus, quantumvis callidus sit, nihil tamè profectorum suis artibus. Ego, inquit, quascunque fraudes machinetur ille, hodie & cras defungar munere mihi diuinitus iniuncto: ubi ad finem studij ventum fuerit, tunc in sacrificium offerat. Ut tamen distinctius nobis verborum sensus constet, priore membro fatetur Christus, tertio post die, hoc est exiguo tempore sibi esse moriendum: atque hoc modo ostendit nullo mortis metu se posse ad officio reuocari, ad quam destinato animi proposito intrepidus contendit. Deinde subiicit inane esse terriculamentum quod à falsis & fucosis monitoribus obiicitur: quia non alibi quam Hierosolymæ mortis periculum impendeat. Hoc autem secundo membro acriter pungit Pharisæos. Vobis vt ab Herode mihi caueam, monetis, quos video meos fore carnifices? Quanquam longius procedit exprobatio: non enim sibi tantum dicit paratu esse Hierosolymæ interitum, sed priudem illam fuisse quasi latronum cavernam, vbi iugulati sint ferre omnes Propheta. Verum quidem est, multos alibi fuisse occisos, ac praesertim quo tempore crudelissilla furia Iezabel in eos sauit: sed quia nusquam alibi omni tempore hostilius vexati

fuerant Prophetæ, meritò Christus hoc probrum impiis verbis sanctæ ciuitatis inurit. Prophetas autem contigit ut plurimum illuc occidi: quia quoniam inde prodiret tota impietas, qua referta erat Iudea, ille etiam campus fuit in quo Deus exercuit suos Prophetas. Scimus enim quo magis a fulgore lux doctrinæ que proprius impios urget, ad maiorem ipsos infamiam impelli. Hoc tamen horrebat exempli est, quod locus qui in sacrarium diuini cultus, & in Legis ecclesiastique sapientie domiciliū electus erat, non una vel altera cede, sed ordinaria strage Prophetarum pollutus fuerit. Ceterè hinc appareat quām contumax sit mundi ingratitudo ad

repellendam sanam doctrinam. Quanquam exclamatione quæ continuò post apud Lucam sequitur, videtur sic contexti quasi Christus sumpta occasione tunc contra Ierosolymam inuectus sit: ego tamen magis arbitror, quia Lucas dixerat Ierosolymam pridem sanguine Prophetico imbutam esse, inò continua multorum statum serie crudelē & sacrilegam carnificinam exercuisse mactandis Prophetis, statim suo more infereat sententiam quæ cum sermone illo congruebat. Supra enim aliquoties vidimus minime illi esse infrequens, dicta Christi variis temporibus prolatā simul colligere.

[MATTH.] [MARC.]

37 *Et quum loqueretur, roganit illum quidam Phariseus ut prandaret apud se. Iesus autem ingessus accubuit.*
 38 *Phariseus autem quum vidisset, admiratus est quod non prius lanisset ante prandium.*
 39 *Et ait Dominus ad illum, Nunc vos Pharisei exteriora poculi carinque mundatis: & quod intus est vestri, plenum est rapina & malitia.*
 40 *Stulti, nonne qui fecit quod foris est, etiam id quod intus est fecit?*
 41 *Ceterum ex eo quod adegit, date elemosynam: & ecce omnia mundata sunt vobis.*

*Exteri ri-
tus.* Conuenit aliquatenus, non tamen in totum, hec narratio cum ea doctrina quam Matth 15. cap. habuimus, externos scilicet ritus humanitus inueniōs, quibus seruandis plus satis anxie intenti erant Iudei, data opera neglectos fuisse à Christo, ut superstitionem populi ac præfertim Scribarum corrigeret. Deus certas quasdam ablutiones in Legge sua præcepérat, quibus suis ad verā puritatem meditandam utiliter exercebat. Iudei hac mediocritate non contenti, multas alias lotiones addiderat, præfertim ne quis cibum caperet nisi lustrali aqua perfusus, sicuti Marcus 7. capite fusus narrat, & pater ex 2. cap. Iohannis. Porro ad hoc virtutē praua fiducia acceſſerat, quia de spirituali Dei cultu non admodum solliciti, bellè se perfunditos putabant, modo figura in Dei locum succederet. Christus quum offendiculo fore non ignoret huius ceremoniæ contemptum, eam tamen omittit, ut ostendat Deum minime externam mundationem carnis morari, sed spirituale cordis iustitiam requiri.

39 *Nunc vos Pharisei.*) Non reprehendit hoc loco Christus Phariseos sicuti apud Matthæum & Marcum, quod præpostere humanis commentis Deum colant, ac propter suas traditiones violent Legem Dei: sed crassam hypocrisim tantum attingit, quod puritatem non nisi in hominum oculis appetant, quasi illis cum Deo nihil esset negotiū. Hęc autem reprehēsio in omnes hypocritas competit, etiam qui in cæmoniis Diuinis mandatis iustitiam statuunt. Ideoque plus complectitur Christus, quām si diceret hominum mandatis frustra Deum coli: quia generaliter errorem illum damnat quod ceremoniis colatur Deus, non autem spiritualiter fide & puro cordis affectu. Quanquam autem semper hac de re magnū certamen haberunt Prophetæ cum Iudeis: ut tamen ad hypocrisim propensa sunt hominum ingenia, prævaluerat superba illa obstinatio placere Deo externos cultus etiam fide vacuos. Præfertim ve-

rò Christi aetate usque adeò obſtupuerant, ut religio tantum in meritis nugis sita esset. Ergo in Phariseos inuehitur, qui sedulò occupantur in poculis lauandis: fœdissimas autem fortes rapina & malitia intus in corde fouent, eorum vero stultitiam hac ratione coarguit, quod Deus qui interiorem hominis animam non minus quam corpus creavit, sola externa specie placari nequeat. Nam hoc maximè fallit homines, quod vel non reputant sibi cum Deo agendum esse: vel pro sensu sui vanitate illum transformant aſci ab homine mortali nihil differret.

41 *Ceterum ex eo quod adegit.*) Christus more suo Phariseos à ceremoniis ad charitatem reuocat, pronuntians non aqua, sed beneficentia mundari tum homines tum cibos. Quibus tamen verbis neque extenuat Dei gratiam, nec legales ritus quali vanos & inutiles reicit, quia stylum in eis dirigit qui nudis signis Deo securè illudunt. perinde aſci dixisset, Solus est legitimus uſus qui cibos sanctificat. Arqui ritè, iusteque cibis uuntur qui ex sua abundantiā pauperum inopie subueniunt. Ergo præstare elemosynam dare ex ea copia quæ suppetit, quām scrupulosè manus & calices lauando, pauperes negligere. Quod inde inferunt Papistæ elemosynas esse satisfactiones quibus mundamus à peccatis, stultius est quam vt longa refutatione opus habeat. Neque enim hic disserit Christus quo pretio nos peccatorum remissionē acquirere oporteat: sed eos pure vesci pane suo qui partem erogant pauperibus. Ego enim *Caribea* pro copia præsenti accipio: non autem sicuti Veteris interpres & Erasmus transferunt, quod superest. Obiurgationes quæ continuò post sequuntur, in alium locum reiicere satius est. neque enim Christum uno cōtextu in mensa sic inuectum fuisse interpres contra Scribas & Phariseos: sed Lucam quod alio tempore dictum fuerat, hic restulisse: quemadmodum sapientiam ostendimus, Evangelistis cura non fuisse temporis ordinem.

MATTH.

MATTH. | MARC.

L V C. X I I I .

- 1 Et accidit ut introiret in domum cuiusdam principis Pharisaeorum Sabbatho, ad capendum cibum: & ipsi obseruabant eum.
- 2 Ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.
- 3 Et respondens Iesus dixit ad Legisperitos & Phariseos, dicens, Nunquid licet Sabbatho sanare?
- 4 Ut illi tacuerunt: ipse vero apprehendens sanauit ipsum, ac dimisit.
- 5 Et respondens ad illos, dixit, Cuius vestrum affinis aut bos in pateum cadet, & non continuo extrahet illum die Sabbathi?
- 6 Et non poterant adhuc respondere illi.

Hæc historia nihil aliud continet quam miraculum à Christo editum, quo superflutiosum Sabbathi cultum corrigeret. neque enim (vt quidam putant) Sabbathum implicant abrogare voluit, sed tantum ostendere, neque Dei opera, neque officia charitatis violare sacram quietem quæ in Lege mandatur. Porrò an ipsis autoribus consultò illuc deductus fuerit hydropicus, incertum est. Certè neque fortuitò occurrere potuit ad mensam, nec prorumpere in priuatum domum nisi permisum domini ac voluntate. Quare verisimile est tentandi Christi causa insidiose illic fuisse locatù, quod tamen non minus stulte quam improbè ab illis factum est: quia iam ante experti fuerant quid Christus facere soleret quoties ualata erat similis occasio.

Sabbathi 3 Nunquid licet Sabbatho sanare?) Huc tendit obseruatio quæstio, an hominis fanatio inter opera qua Sabbathum violant, censeretur. Si dixissent Sabbathi obseruationem hoc modo violari, in promptu erat exceptio, esse Diuinum opus. Atqui non aliud continet lex Sabbathi, nisi vt homines à suis operibus quiescant. Quod autem eos Christus priuè interrogat, id facit anteuerterendæ ostensi-

nis causa. Per eum igitur non stetit quominus eos placaret, nisi obstinata malitia fuissent imbuti. Non quod semper hac lege se obstrinxerit: (nam fæpe posthabito scandalò peregit quod sibi à Patre mandatum erat) sed hoc exemplo docere voluit se nō tenere Sabbathis edere miracula, quia rationem facti sui paratus esset reddere. Ipsi autem silentio suo demonstrant se ausam reprehensionis magis captare, quam Legis studio moueri. ideo susque deque habet Christus quid de facto suo iudicent quia patet eos sponte sibi accersere scandalum.

5 Cuius vestrum affinis.) Quanquam indigni erant quorū offensa mederi Christus studeret, ostendit tamē nihil à se cōtra Sabbathi obseruationem fuisse commissum. Quanquam id facit nō tam docendi consilio, quam vt se ab eorum calumnis vindicet: sciebat enim virulento odio magis esse execratos, quam vt se rationi dociles præberent: sed voluit de eorum inilitia triumphum agere dum pudore obmutescere coegit. Nam si brutis animalibus auxilium licet ferre die Sabbathi, homini ad imaginem Dei formatu non tantundem præstari officij, nimis indignum est.

MATTH. | MARC.

L V C. X VI .

- 7 Dicebat autem ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos:
- 8 Quum inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accumbas in primo accubitu: ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo:
- 9 Et veniens is qui te & illum vocavit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubore extrellum locum tenere.
- 10 Quin potius quum vocatus fueris, vade, accumbe in nouissimo loco: vt quum venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discubentibus.
- 11 Quia omnis qui se excollet, deiecitur: & qui se deicit, extolleretur.
- 12 Dicebat autem etiam ei à quo fuerat inuitatus, Quum facis prandium aut cœnam ne voces amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites: ne quando ipsi quoque vicissim te inuisent, ac rependatur tibi beneficium.
- 13 Imò quum facis conuiuum, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos.
- 14 Et beatus eris, quia non possunt rependere tibi: rependetur enim tibi in resurrectione inistorum.

7 Dicebat ad inuitatos.) Scimus quantopere in Phariseis & Scribis omnibus regnauerit ambitio. Quum autem omnibus superbè dominari cuperent, mutuò etiam inter ipsis erat de primatu cōcertatio. Hoc enim habent homines inanis glorie cupidì, vt singuli vltro citroque sibi inuidéant dum quisque ad se trahere appetit quod sibi alij deberi putant. Ita Pharisei & Scribae, quum omnes pariter apud populum se venditarent facri ordinis ti-

tulo, nunc inter se contendunt de honoris gradu, quia quisque primū locum sibi arrogat. Hanc eorum ambitionem apta similitudine Christus salse deridet, nam si quis in aliena mensa primū locum occupet, deinde cogatur potiori cedere, non sine pudore & ignominia à domino conuiij in alium locum relegabatur. Atqui idem contingere omnibus necesse est qui se fastuosè ingerunt vt supra alios eminant, quia Deus ipsis probrose

deiciet. Notandum enim est, Christum de extera & ciuii modestia hic non concionari: nam eos qui superbissimi sunt, saepe videmus in hac parte excellere, ac ciuiliter, ut loquuntur, pra se ferre magnam modestiam. Verum similitudine ab hominibus sumptus, quales intus esse nos coram Deo oporteat, docere vult: acsi diceret, Si coniuuam, quia stulte primum sibi locum usurpauerat, reiici contingat in postrem, pudore confusus cuperet eò nunquam ascendisse: ergo idem vobis vsu venias apud Deum ut vestram arrogantiam extrema ignominia notet, sponte sitis humiles ac modesti.

ii. *Quae exsollit.*) Hæc clausula demonstrat de ambitione loquutum esse Christum: neque enim pronunciat quid in communione hominum vita soleat fieri, sed Deum hic nobis statuit iudicem qui superbis resistat, eorumque supercilium humiliet, humilibus vero det gratiam. Plena est huiusmodi testimonia Scriptura, Deum esse eorum omnium hostem qui se efferre appetunt, sicuti bellum cum eo suscipere necesse est quicunque aliquid sibi arrogant. Nam hæc est superbia, Dei donis perinde gloriari ac si qua nobis subest dignitas que nos proprio merito exolleret: sicuti rufum humilitas, non fucata solùm deiectione censeri debet, sed vera exinanitio, quoniam scilicet et infimitatis nostræ probè nobis concipi, nihil sublimis spiramus scientes nos sola Dei gratia excellere.

*Coniuia in-
ser familiæ
ræ.*

12. *Quum facis prandium.*) Qui putant hic simpliciter damnari coniuia quæ inter se viciissim agitant cognati & familiæ, partem humanitatis tollunt ex hominibus. Hoc enim magis barbarum est, quam austерum, cognatos à mensa hospitali excludere, & tantum extraneis dare locum.

M A T T H . X X I I .

1. *Etrepondens Iesus, iterum dixit eis per parabolam, & ait,*
2. *Simile factum est regnum celorum homini Regi qui fecit nuptias filio suo,*
3. *Et emisit seruos suos ut vocarent inuitatos ad nuptias, & noluerunt venire.*
4. *Rufus emisit alios seruos, dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia macellata sunt, & omnia parata, venite ad nuptias.*
5. *Illi autem neglexerunt, & abierunt, aliud in villam suam, alius vero ad negotiationem suam.*
6. *Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelij affecerunt, & occiderunt.*
7. *Rex autem quum audisset, iratus est: & misericordis exercitibus suis, perdidit homicidas illos: & ciuitatem illorum succendit.*
8. *Tunc ait seruis suis, Nuptia quidem parata sunt, sed qui inuitati erant non fuerunt digni.*
9. *Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias.*
10. *Et egressi serui eius in vias congregaverunt omnes quotquot inuenerunt, malos pariter ac bonos: & impletæ sunt nuptia discubentibus.*
11. *Ingressus autem Rex ut videret discubentes, ubi vidit illic hominem non vestitum*

M A R C .

15. *Hac quum audissent quidam de simul discubentibus, dixit illi, Beatus qui comedit panem in regno Dei.*
16. *At ipse dixit ei, Homo quidam apparauerat cænam magnam, & vacauit multis.*
17. *Misericorde seruum suum hora canæ, ut diceret inuicatis, Venite, quia iam parata sunt omnia.*
18. *Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei, villam emi, & necesse est mihi exire, & videre illam: rogo te habe me excusatam.*
19. *Et alter dixit, iuga bonum emi quinque, & eo ad probandum illam: rogo te habe me excusatam.*
20. *Et aliis dixit, Vxorem duxi, & ideo non possum venire.*
21. *Et reuersus seruus renunciavit hec domino suo. Tunc iratus pater familias dixit seruo suo, Exi cuicunque plateas & vicos urbiss, pauperes ac debiles, claudosque & cacos huc introduc.*
22. *Et ait seruus, Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est.*
23. *Et ait dominus seruo, exi in vestie*

veste nuptiali,

12 *Ait illi, Amice, quomodo hic intrasti non habens vestem nuptialem? Si ille obmutuit.*

13 *Tunc dixit Rex ministris, Ligatis pedibus & manibus eius, tollite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.*

14 *Muli enim sunt: vocati, pauci vero electi.*

vias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.

24 *Dico enim vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœvam meam.*

1 *Et respondens Iesus,) Tametsi Matthæus hæc parabolam recitat inter alios ser...ones à Christo sub ultimum Pascha habitos: quia tamen mensa designat tempus, Lucas autem discrete affirmat, quoniam discubaret in mensa Pharisæi, sic loquutum esse, hunc potius ordinem sequi visu...elt. Porrò quia Matthæi consilium erat, offendere quibus de causis in extremam rabiem accen...tum sent Scribe, inter odiosos eius sermones hunc quoque tempesiū posuit, & in contextum interfuit, neglecto temporis ordine. Notanda est autem Luce narratio, quod quoniam unus ex coniuiciis dixisse, beatos eil: qui panem comedunt in regno Dei, Christus inde Iudeos exprobando in gratitudinis occasionem sumpsit. Quanquam autem vix credibile est, Pharisæi hospitem & a. n. c. i. m. serio pietatis affectu erupisse in hanc vocem, mihi tamen non videtur esse subsannatio sed & homines mediocri fide tincti, nec pal. m. impj. secure inter pocula de vita eterna garrire solet, ex illo ab hoc homine inictum fusile sermonem de futura beatitudine, ut vicissim aliquid à Christo eliceret.*

2 *Et verba eius indicant nihil nisi crassum ac terrestre sparsisse: neque enim metaphoriè Panem edere dixit pro Fru... eterna gloria: sed videtur somnia esse nescio quem statim scelici rerum omnium opulentia refertur. Sensus raneum est, beatos fore qui pane Dei vescentur postquam filios suos in regnum suum collegerit.*

3 *Smile factum est regnum celorum,) Quemadmodum Spartanus ille olim dixit, Athenies sci re que recta essent, sed non facere ita hic Iudeis Christus exprobaret præclaras quidem ipsos de regno Dei voces edere: sed dum eos ad se benignè & humaniter Deus inuitat, & tempum se respirere eius gratiam. Neque n. dubium est quin Iudeos nominatum perstringat, vt melius patebit paulo post. Ceterum hoc à Luca differt Matthæus quod minimè circumstantias exprimit, quoniam ille summatis & in genere tantum rem proponat. Sic Matthæus à Rege nuptias filij celebratas fusile dicit: apud Lucam simpliciter fit conuiuij metrio. Ille plures seruos commenorat, hic non nominat nisi unum. Ille plures missiones notat, hic tantum unam. Ille quodam ex seruis dicit malè mulctatos fusile vel occisos, hic tantum de contēpto loquitur. Postrem ille habet, electum fusile qui sine ueste nuptiali ingressus fuerat conuiuum, cuius apud Lucam nulla fit mentio. Sed alibi quoq; obseruamus simile discrimen, quoniam scilicet in eadē re docēda Matthæus vberior esset ac magis fatus. In summa quidem optimè conueniunt, quod quoniam Deus Iudeos peculiari honore dignatus fuerit, quasi mensam hospitalem illis instruens, illi oblatum sibi honorem contempserint. Quod nuptias filij regij hue referunt multi interpres quia Christus finis est Legis, neque aliud spectauit Deus in suo secundum quām ut eum populo suo preficeret, sacrōque spiritualis coniugij vinculo Ecclesiā ei coniugere, libenter amplector. Quod au-*

tē dicit emissos esse seruos qui inuitatos vocarent, his verbis duplēcim gratiam Dei notare voluit: nempe quod Iudeos prætulerit alii Gētibus: deinde per Prophetas Iuā. illis adoptionem patefecerit. Alludit enim ad vistitum hominum morem qui nuptias facturi, eorum catalogum conscribit quos habere volunt coniuicias: deinde per seruos suos inuitant. ita Deus Iudeos, quasi fauniliares essent amici, præ aliis elegit: deinde per suos Prophetas vocavit, vt promille redēptionis participes essent, quod erat in nuptiis epulari. Quāquam autem qui primi vocati fuerunt, non vixerunt usque ad Christi adventum: scimus tamen communem omnibus salutem fuisse propositam, qua eos priuatu sua ingratitudo & malitia, nam ab initio, Dei invitationem populus ille impie contempnit.

4 *Rursus emittit alios,) Perinde loquitur acsi iijdeū fuissent homines, quia unum fuit populi corpus. Sensus autem est, Quoniam appropinquaret facili & latius redēptionis dies, admonitos fusile ut opportune adfuerint: nam tempus longe ante conditum illis fuerat. Nunc vero dici Christus, in ipso articulo nouis nuntiis eos uigeri ut venire festinent, nam prima in uitatio cuius meminit, superiores omnes Prophetas complectitur usque ad Euangeliū promulgationem. Quāquam autem iam olim se uitum fuerat in Prophetas, quia tamē tempore creuit furor, qui tandem in Christum & Apostolos toto imperio effusus est, veterē populū contemptus & superbie tantum accusat. Ultimos autem seruos qui sub horam cœnæ missi fuerant contumelii affectos, vel occisos fusile dicit, ita ad extre...um scelerum prorupit illi populus, quoniam ad superbam gratiæ reiectionem accessit vesana crudelitas. Neque tamen in omnes pariter crimine hoc confert: quia etiam in ultima vocatione quæ per Euangeliū facta est, partim à securis contemptoribus derisa fuit Dei gratia, partim furiosè repulsa ab hypocritis. Atque ita fieri solet ut magis ebulliantur impj contra Deum, quæ magis ad salutem eos sollicitat. Nunc tractanda est pars doctrina quæ Matthæo & Lucae communis est, nempe quod alius profectus est in villam suam, alius ad negotiationem: vel, sicut habetur apud Lucam, alius excusauit se vxorem duxisse, alius villam emisse, alius quinque paria boum. His verbis significat Christus ita mundo & rebus terrenis deditos fusile Iudeos ut nemini vacaret ad Deum accedere, sicuti duas nos mundi curæ tenent implicatos, totidem sunt auocamenta quibus à regno Dei abstrahimur. Turpe quidem ac pudendum est, quod homines ad cælestem vitam creati, belluino stupore toti ad res caducas feruntur: sed hic moib; pasim grassatur: ita vix centesimus quisque in regnum Dei caducis diuitiis vel aliis cōmodis præfert. Quanquam autem non eodem omnes laborent morbo, quisque tamen sua cupiditate in diuersum rapitur: ita sit ut omnes hue vel illuc diffluant. Notandum præterea est, ab hominibus pro-*

fanis honestos repudiandæ gratiæ Dei prætextus obtendi, quasi excusabilis eset eorum socracia dū intenti præsentis vitæ negotiis, cælestē hæreditatē parcipendunt. Atqui videmus vt tales delicias Christus nobis excutiat, ne quis se quicquam proficeret existimat dum se terrenis impedimentis teneri cauſantur: immo duplicatur hominū culpa, dum se rebus alioqui licitis impediunt quib. adiuuari potius decebat. Quos sum enim præsentis vitæ cōmoditates nobis Deus concedit nisi vt ad se nos allicit? atqui tantum abest vt quisque, prout iuuantur Dei beneficiis, in cælum alipret, & vt sacræ nuptiæ, & agri, & reliquæ opes totidec laquei sint qui singulos terræ affixos constringunt.

7. *Rex autem quum audiret.*) Hanc pœnā solus Matthæus cōmemorat, qu'a apud Luc. à de illata seruis iniuria nullus habetur sermo. Hoc vterque dicit, exclusos priuatosq; suis honore conuiuij qui ad tempus condicium non venerunt. Hæc vero doctrina nobis etiam communis est: nam impios omnes qui violenter contra Euangelij ministros insurgunt, idem manet exiitum quod prædictum Christus iudeis. Quos autem sic occupant terræ euræ, vt Dei invitationem pro nihil ducant, hi omnes famelici tâdem inopinata miserè tabescunt. Itaque quot es nos vocat, accionet & alacres simus ad sequendum.

9. *Ite ergo ad exitus viarum.*) Postquam indignos Dei gratia esse ostendit qui sibi oblatam fastidiosæ respūnt, nūc dicit in eorum locum aliis substituit, & quidecum maximè obscuros vulgo & contemptibiles. Atqui hic Gentium vocatio describitur quæ ad zelotypiam Iudeos stimulat, sicuti habetur in cantico Molis, Prouocarūt me in iis

Deut. 32.

c. 19.

qui non erant dij, & ego viciſſim eos prouocabo in eo qui non est populus, in gente stulta irritabo eos. Quia priore loco electi erant perinde ac si illis Deus carere nō posset, eius gratiam sibi fingeant esse addictam. Quām superbè verò alios omnes de p̄exerint notum est. Ergo per concessionē Gentiles mendicis, cecis & claudis comparat. Vocari autem ex triuīs & plateis dicit rāquam extraneos & ignotos: interim tamen in locum ab amicis & familiaribus neglectum subrogandos esse affirmat. Ita quod obscurius de creanda noua Ecclesiæ prædictum fuerat à Prophetis, clare exprimit: Et certè probrum hoc diuina vindicta cumulus fuit, quod Deus illis relictis, in radicem olea seruit sylvestres surculos, & illis abdicatis pollutas fordidas Gentes in domum suam recepit. Quod si tunc non pepercit naturalibus ramis, eadem nobis hodie impendet vltio, nūc vocanti respondeamus. Nec vero peribit cœna que nobis parata erat, sed alios sibi conuiuas Deus accerſet.

23. *Luc. Compelle intrare.*) Tantudem hoc valeret ac si iuberet pater familiæ quasi coniuciūs impellere mendicos & nullos omittere ex ultima fratre: quibus verbis significat Christus, Deum potius corrasurum omnes mundi quisquilias, quām vt ingratis in mēsam suam in posterum admittat. Alludere tamen videtur ad Euangelicā in uitiationis modum, quum simpliciter proponitur nobis Dei gratia, sed ad doctrinam simul accedunt exhortationū stimuli in qua perspicitur mira Dei bonitas, qui vbi vltro ad se vocatos torpere nosvidet, pigritudinem nostram importunè sollicitat: nec tantum exhortationibus nos pungit, sed etiam minis compellit ad se accedere. Interea non improbo quod Augustinus hoc testimoniō sapientia contra

Donatistas vñus est, vt probaret piorum principiū edictis, ad veri Dei cultum & fidei unitatem licite cogi praefractos & rebelles: quia eti voluntaria est fides, videmus tamen iis mediis utiliter domari corum peruvicaciam qui non nisi coacti parent.

11. *Matth. Ingressus autem Rex ut videbet.*) Hic iam non exprobrat Christus Iudeis quod impiè cōtempserint Dei gratiam & vocationem: sed eos qui subrogandi erant in illorū locum maturè præmonet ne suis foribus sacras nuptias inquinent, vbi Deus mensa sua participatione eos dignatus fuerit. Ergo hæc tenet docuit, Iudeos speciali honoris priuilegio ob inipiū suum fastidium priuandos esse: ac ex profanis & reiectiis Gentibus vocandos qui in eorum locum succederent. Nunc verò denuntiat, ex hoc quoque numero exterminandos esse qui Ecclesiam contumelia affecterint, nam quia promisuerat Euāgelium omnes Dei vocat, mali impuri & scotidi homines perrumpunt, qui tamen etiā ad tempus locum occupant inter alios, tandem vbi suos cōuiuas perflustrat Deus, foras cœcti rapiantur ad pœnā. Summa est, Non omnes qui semel Ecclesiam ingressi fuerint, vita aeterna fore participes, sed qui ornatum cœlesti palatio dignū gestare cōpertū fuerint. Porro de ueste nuptiali fruita certatur, sitne fides, an sancta pia vita quia neq; fides à bonis operib. separari potest, & bona opera nō nisi ex fide procedunt. Christus autē hoc tacitū voluit, hac lege nos à Domino vocari, vt Spiritu renouemur in eius imaginē, id est, vt perpetuū domini eius maneamus, veterem hominem cuni suis inquinamentis exaudendum esse, ac meditandam nouam vitam, vt vestitus tam honorificè vocationi respondeat. Sed queritur quāc conueniat mendicūm atrocī pœna multari quia nuptiale vestem non attulerit: quasi verò nouū si miseros, qui victum in compitiis queritant, laceros ac deformes confici. Respondeo, hic non tractari unde vestis petenda sit: nam Dominus quoconque inuitat simul etiam vestit, ac in omnibus nobis impletur quod dicit Ezechiel 16. a. 7. quum nihil Deus inueniat in nobis præter miseram nuditatem & scotidas lordes, ornare nos splendido vestitu, cœimus etiam non aliter reformari nos in imaginē Dei nisi dum Christum induimus. Nō ergo pronuntiat Christus, cœctum iri miseros homines qui pretiosam vestem ex arca sua deromptam nō attulerint, sed qui reperti fuerint in suis foribus, vbi Deus ad examen de cōuiuis suis habendum adueniet. Conclusio verò finem parabolæ ostendit, panicos cœlestos, licet multi vocati sint, vnde colligimus non esse subtiliter excutendas singulas particulas. neque enim Christus nuper denuntiavit maiorem partem cœctum iri, sed vnius tantum meminit: hic verò audimus paucos ex magno numero retentum iri. Et certè quum hodie plures Euāgeliū voce in Ecclesiam congregentur, quām olim per Legem, exigua portio vitæ nouitate fidem suam approbat. Quare ne placeamus nobis inani fidei titulo, sed quisque serio se ipsum examinet, vt in ultimo delectu censeri possit inter legitimos conuiuas. Nam vt Paulus ad-

Rom. ii. b.

21.

Tim. 2. Tim. 2. 19.

monet, non vnius generis vasa sunt in domo dominis, ideo discedat ab iniuitate: quisquis inuocat nomen Domini. Hic de æterna Dei electione alius non disputo: quia non aliò spectant verba Christi, quām externam fidei professionem minime sufficere vt pro suis Deus agnoscat quicunque videntur nomen vocationi eius dedisse.

MATT. TH.

MATTH. MARC.

L V C. X VI.

1 Dicebat autem & ad discipulos suos, Homo quidam e-
babebat dispensatorem: & hic delatus est apud illum quod dis-
ipsius.

2 Et vocauit eum dixitque ei, Quid hoc audio de te? redde ratione-
dispensationis tuae: non enim poteris posthac esse aconimus.

3 Autem dispensator intra se, Quia faciam, quia dominus meus au-
fert: i me dispensationem: sedere non valeo, mendicare crubeisco.

4 Si ergo quid faciam: ut quum amotus fuerim a dispensatione, recipient me
in domos suas.

5 Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dixit primo, Quā-
tum debes domino meo?

6 At ille dixit, Centum batatos olei. Dixitque illi, Accipe cautionem
tuam, & sede citio, & scribe quinquaginta.

7 Deinde alteri dixit, Tu vero quantum debes? Qui ait, Centum coros
tricicli. Ait illi, Accipe cautionem tuam, & scribe octoginta.

8 Et laudavit Dominus dispensatorem inquit, quod prudenter fecisset:
quia filii huius seculi prude alteres sunt filii lucis in natione sua.

9 Et ego vobis dico, facite vobis amicos ex manmona iniusto, ut quum
defeceritis, recipient vos in eternam abernacula.

10 Qui fidelis est in minimo, & in multo fidelis est: & qui in minimo ini-
quus est, & in multo iniquus est.

11 Stergo in iniquo mammona fideles non fuisti, quod verum est quis
credet vobis?

12 Et si in alieno fideles non fuisti, quod vestrum est quis dabit
vobis?

Paulo p̄st.

14 Audiebat autem haec omnia & Pharisaei qui erant auari. & deri-
debant illum.

15 Et ait illis, Vos estis qui inflatisfatis vos ipsos coram hominibus: Deus
autem nouit corda vestra: quia quod hominibus excelsum est, abominatio-
nem est coram Deo.

Summa huius parabolæ est, humaniter & beni-
gnè cum proximis nostris esse agendum: ut quoniam
ad Dei tribunal ventum fuerit, liberalitatis nostre
fructus ad nos redeat. Quanquam autem dura &
longè perita videtur similitudo, clausula tamen os-
tendit non aliud fuisse Christi consilium. Et hinc
perspicit, nepte eosphilosophari qui in para-
bolis singulas partes scrupulose excutiunt. Neque
enim hic trahens, rapinas, prodigia dissipationem,
& alia male dissipationis peccata largitionib. re-
dimere Christus subet: sed quum bonorum omni-
num quæ nobis confert, dispensationi nos praefi-
ciat Deus, hic nobis ratio prescribitur quæ olim
quum ad reddendam rationem ventum fuerit, à
summo rigore nos subleuer. Nam qui singulæ elec-
mosynas ad luxuriam ac dissipatam vitam compensa-
tionem valere, non satis expendunt, hoc primò
nobis iniungi vt sobrio & temperante vivamus:
deinde vt ex puro fonte riui ad nos desfluant. Cer-
tum quidem est neminem esse tam frugi, qui non
interdum deposita apud se bona dilapidet: ideo-
que vel eos qui summan parlimoniū colunt nō
profusæ à mala dispensatione esse immunes: adde
quid multiplices sunt donorum Dei abusus, vt
culpam alij alio modo cōtrahant. non nego etiam
quoniam prout nobis vitiæ dispensationis sanus
conserui, hoc nos ad officia charitatis magis stimulare.
Sed alius finis nobis propositus esse debet, quām vt soluto redemptionis pretio effugia-
mus Dei iudicium: nempe vt liberalitas bene san-

et que locata, superflua impensas sanet tantum-
dem ac corrigit: deinde vt nostra erga fratres hu-
manitas, Dei misericordiam in nos prouocet.
Quare hic minimè effugium ostendit Dominus
suis discipulis quo se à reatu liberent dum ab
illis rationem exiget cœlestis iudex: sed ma-
tutè caendum esse admonet ne crudelitatis
sua pœnam luant si deprehensi fuerint, Dei
bona ingurgitando, nullam beneficentie ope-
ram deduisse. Tenendum enim semper illud est,
Qua quisque mensura alios mensus fuerit, ei re-
pensum sit.

Matth. 7. a. 2.

8 Laudauit Dominus.) Hic etiam cerneret
propter illum est, si quis in singulis particulis inflat
stulte facturum. Nam quoniam ex alieno largiri, res
minimè sit laude digna, quis sequo animo feret ab
improbo nebulone sibi eripi quod pro sua libi-
dine condonet? Hoc certè nimis crassi stuporis
foret vbi substantia sua partem quispiani dire-
ptam viderit, quod residuum est sibi furto abla-
tum, alisque donatum probare. Sed hoc tantum
voluit Christus quod subiecti continuo possit, ho-
mines profanos & mundo addictos in curandis
vitæ caduce rationib. magis esse industrios & so-
lertes quam filij Dei de cœlesti aeternaque vita
sollliciti sint, vel ad eius studium & meditatio-
nem intenti. Hac enim comparatione ignaviam
nostram plusquam socordem nobis exprobatis,
quod saltē æquæ nobis propiciimus in futu-
rum ac profani homines sibi in hoc mundo

q. ij.

consultunt. Quam enim turpe est filios lucis, quibus Deus spiritu verbōque suo affulget, torpere, ac negligere spēm aeternā beatitudinis sibi oblata quum tam cupidē mundani homines ad sua comoda ferantur, tamque prouidi sunt atque acuti? Hinc colligimus, non conferri Spiritus & carnis prudentiam (quod non sine ipsis Dei cōtūmelia fieret) sed tantu m expergieri fideles ut attentius considerent quā sunt futura vita: neque oculos ad Euangelij lucem claudant, quum videant cæcos in tenebris esse magis perspicaces. Et quidem eos affici magis decet quum videant filios seculi pro fluxa vita, & quā momento præterit, in longum tempus prospicere.

9 *Facite vobis amicos.*) Sicuti antehac nō iussit Christus sacrificia Deo offerre ex rapinis: ita nunc non intelligit vel deprecatores quærendos esse, vel patronos, qui suo Præsidio nos regant ac defendant: sed benignè erogando fauorem apud Deum acquiri docet qui se misericordibus & humanis vicissim misericordem fore proponit. Stulte verò & absurdè quis mortuorum precibus vel suffragiis iuuari nos hinc colligat, nam hoc modo periret et quicquid indignis impeditur. Atqui non obstat hominum præbitas quin Dominus in tabulas suas exp̄sum referat quidquid in pauperes cōtulimus. Relicit ergo Dominus non ad personas, sed ad opus ipsum, ut beneficentia nostra, etiam si in homines ingratos inciderit, nobis coram Deo respondeat. Sed ita videtur innuere vitam aeternā meritis nostris rendi. Respondeo, satis clarè ex contextu patere, humano more cum loqui: nempe quemadmodum is qui gratia pollet ac opibus, si amicos sibi conciliet in sua prospera fortuna, perculsus aduerso casu habet à quibus sustentetur: ita nostram humanitatem nobis opportuni refugit instar fore, quia Dominus quisquid liberaliter in proximos quisque contulerit, nō secus ac sibi præstatum agnoscat. *Quum defeceritis.* Hoc verbo denotat mortis tempus, ac breue dispensationis nostra tempus fore admonet, ne tenaciores nos reddit longioris vita fiducia. Vnde enim sit ut maior pars indormiat suis diuitiis: multi quod habent, profusis sumptibus dispendunt: alii supprimendo, se & alios malignè fraudent: nisi quia falsa diuturna vita imaginatione decepti, securè sibi indulgent? Quod mammona iniurias vocat, suspectas nobis diuitias reddere vult: quia vt plurimum dominos suos iniuriant inuolunt. Etsi enim per se nō malæ sunt, quia tamen raro acquirunt sine fraude, aut violentia, aut aliis artibus illicitis, raro etiam sine superbia, vel luxu, vel alio prauo affectu possidentur: meritò suspectas nobis Christus reddit: que madmodum & alibi vocavit spinas. Videatur tamen subaudienda esse antithesis, acsi dixisset diuitias quā aliqui propter vitiosum abusum possessores suos coinquant, ac ferè sunt peccādi illecebra, vertendas esse in contrarium finem vt gratiam nobis concilient. Tenendum præterea memoria est quod prius dixi, Deū ex præda iniuste parta sacrificium non querere ac si focius esset furum: ideóque potius moneri fideles ut se ab iniuitate puro conseruent.

10 *Qui fidelis est in minimo.*) Proverbiales sūt sententiae communi visu & experientia sumptu, ideóque sufficit ut plurimum esse veras. Continget quidem interdum vt fraudator, neglecto paruo lucto, in re magna suam nequitiam prodatur: imo

multi in rebus minutis, simplicitatis suo amplissimum quættum venantur: quemadmodum dicit Linnaeus ille, *Fraus in paruis tibi huecum prætruit, vt quum oī erat pretium fuerit, magna mercede fallat. neque tamen filia est Christi lenteitia: quia in prouerbis, vt dixi, sequitur quod est vulgo viratum.* Horratur ergo iuves discipulos Christus ut hædileter agentes in reb. paruis, sed ad fidem in maximis reb. colendam affluefaciant.) cindit hanc doctrinā ad spirituales gratias rite dispensandas accommodat, quas tancti non suo prelio altniat mundus, certum tamen est longe supra caducus mundi opes excellere. Indignos autem esse docet quibus incomparabilem Euangelij & similium donorum thesaurum Deus cōmittat qui male & infideliter agunt in reb. minūs pretiosis, vt sunt suadē mīdi opes. Itaque his verbis inclusa est tacita cōminatio, timendum esse, non propter terrenā dispensationis abusum, cælestib. donis priueniūr. Quo sensu diuitias opponit, verum tanquam luctum & perpetuum vmbritati & caduco.

12 *Sicut alienum fidelis.*) Alienum vocat quod est extra hunc: meque enim hic lege diuitias nobis largitur Deus ut simus illis altissi: sed ita nos constitutis carum dispensatores ne ius vincunt nos constringant Nec vero fieri potest ut nientes foliata & libera in celo habi. eunt, nisi alienum ducent quā cōuid in mundo est. Spirituales autem diuitias quā ad futuram vitam spectant, nobis proprias facit, quia aeterna est earum fructu. iam verò alia similitudine vitius, sperādū non esse vt bonis nostris recte & moderate vitam si perpetram vel mala fide in alienis versati furcimur, solent enim homines securiū suis reb. abuti, plūisque sibi licet in illis perdēs concedunt: quia verentur ne quis exprobret. In deposito autem, vel commōdato, vel mutuo, de quib. mox reddenda erit ratio, cautores sunt ac magis timidi. T' enemus ergo Christi mentem, in alios spiritualium donorum fore custodes qui terrena bona malè administrant. Postea inseritur sententia, quod nemo posset Deo seruire & mammona, quanī Matthæi capite 6. exposuit. inde etiam petant lectores quid significet vox Mammona.

14 *Audiebant autem hac.*) Qui putant derisum fuisse Christum à Phariseis quia plebeio iuuique sermone contentus, verborum ampullas non iactaret, non satis expendunt Lucæ verba. Fateor quidem superbis hominib. & fastidiosis contemptibilem videi Euangelij doctrinam: sed Lucas disertè exprimit, Christum ideo illis derisi fuisse quia auari erant. Quia igitur illis persuasum & penitus inifixum erat, beatos esse diuities, id est q̄ nihil melius esse quam rē suam augere quovis modo & tenaciter incubare partis opibus: quæcumque in diversam partem à Christo erant dicta, tanquam absurdā paradoxā reiciunt. Et certè quisquis de spernendis diuitiis, vel in pauperes erogādis disserit, auaris despere videtur. Notum est illud Horatij, *Populus me sibilat, ac mihi plaudo.* Quod si omnium iudicio damnati, sibi tamen placent, quanto magis instar fabula ridebunt istam philosophiam Christi quā remota est à vulgi sensu? Neque tamen dubito quin alium colorem prætexerint Pharisei, vt aduersam suo vitio doctrinam iocose eluderent. tenendum tamen est quid eos impulerit: nam & hic morbus semper fere in mūdo grassatur, vt maior pars hominum se asper-

nari singat quod pratis eorum moribus non conuenit. Hinc tot probris, scismaticis & subfraktionibus obnoxium est verbum Dei: quia pro vitorum suorum defensione quisque litigat, putantq; facetis fuis dictis velut obiecta nebula, tecum effusum flagitiam.

15 *Vos estis.*) Videmus Christum illorum fastidio minime cedere, sed constanter afferere doctrinam suam auctoritatem contra lucibria: quod etiam omnibus Euangelij ministris agendum est, ut impis contemptoribus terrible Dei iudicium opponant. Fucum ergo quo decipiunt hominum oculos, in Dei iudicio quicquam illis profuturum negat, nolebat videri in suis ludibriis auritiq; sua patrocinium suscipere: Christus autem venenum hoc ab occulto uicerere erumpere docet: quemadmodum si quis hodie cornutis Episcopis dicat, ideo tam infelos esse Euangeliu quia intefina eorum

mala nimis acriter punguntur. Dicit autem, satis illis esse si probi apparent hominibus, ac falso sanctimonio se vendident: sed Deum qui cordum cognitor est, non latere quae coram mundo abscondunt vitia. Vbi etiam notandum est inter Dei & hominum iudicia differentia: quia quum exter-
nis larvis plaudant homines, apud Dei tribunal nihil praeter syncerum cor probatur. Additur insignis sententia, *Quicquid excellum homines ducunt, abominationem esse Deo:* non quod virtutes repudiet Deus quatuor laudem humanis coribus impresit: sed quia abominatur Deus quicquid proprio sensu homines extollunt. Vnde appetat quo loco habendis sint factitii omnes cultus, *Festisq; cuius-*
quo suo arbitrio mundus sibi fabricat. Quantum-
uis enim suis inuentoribus plecent, Christus non modo vanos coram Deo, & nihil esse pronuntiat, sed etiam fecitos.

MATTH. MARC.

LVC. XVI.

- 19 *Homo quidam erat dues qui induebatur purpura & byssus, & epulabatur quotidie splendide.*
- 20 *Erat autem quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius uicerofus.*
- 21 *Et cupiens saturari de misericordia tuae cadebant de mensa dinitis: sed canes veniebant, & lingebant uicera eius.*
- 22 *Accidit autem ut moreretur mendicus, & deportaretur ab angelis in sinum Abraham: mortuus est autem & dues, ac sepultus est.*
- 23 *Atque apud inferos sublati oculis suis, quum esset in tormentis, videt Abraham eminus, & Lazarum in sinu eius.*
- 24 *Et ipse clamans dixit, Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum ut iningat extremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meam: quia crucior in flamma hac.*
- 25 *Dixit autem Abraham, Fili, recordare quod receperis bona tua in vita tua: & Lazarus similiter mala: nunc autem hic solatio fruitur, tu vero cruciaris.*
- 26 *Et super haec omnia, inter nos & vos hiatus ingens firmatus est: ut qui volunt hinc transire ad vos, non possint: neque isti hinc transirent.*
- 27 *Sicut autem, Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei.*
- 28 *Habeo enim quinque fratres, ut testificetur illis, ne & ipsi veniant in locum hunc cruciatum.*
- 29 *Ait illi Abraham, Habent Mosen & Prophetas, audiunt illos.*
- 30 *Utile dixit, Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos resipiscat.*
- 31 *Ait autem illi, Si Mosen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent.*

Tamen alia quedam inferit Lucas, non tamen dubium est quin hoc exemplo proximum sermone confirmet Christus. Ostendit enim qualis eos conditio maneat qui posthabita pauperum cura, se totos in delicias ingurgitant: qui crapulis & voluptatibus dediti, proximos miserè effurire sinunt, immò crudeliter inedia conficiunt, quibus open ferre debuerant quum suppeteret illis facultas. Quanquam autem quibuldam simplex videatur esse parabola: quia tamen Lazarus nomen exprimitur, potius rem gestam narrari arbitror. Ceterum in ea re parum est momenti, modo summā doctrinā rēnēant lectores. Primo diues in ducitur purpura & byssus vestitus, & splēditis lau-

titis quotidie indulgens, quibus verbis notatur delicatior vita, luxūque & pompis referta, non quod Deo omnis vestium elegantiā & ornatus per se displaceat, vel omnis uictus munditiae sit damnabilis: sed quia rarò contingit in his rebus seruari temperantiam, nam quia splendorē appetit in vestibus, nouis subinde additamentis luxum augabit: ac fieri vix potest quin se ad intemperiem proiciat qui opiparis & bene refertis mensis gaudet. Præcipue tamen damnatur in eo crudelitas, quod Lazarum pauperem & uicerofum sinebat iacere fortis ad ianuā suam. Nam haec opposita membra Christus inter se contextit: quod diues crapulae pompisque deditus tanquam

q. iii.

inexplebilis gurges, ingētes copias intus voraret: Lazarī autem inopia & miseria non tangeretur, sed fame, frigore & ulcerum foetore tabescere, sciens ac volens fineret. In hunc modum & Ezechiel (16. f. 46.) Sodomiam accusat quod in saturitate panis & vinis manū mōpi non porrigeret. Byssus, quæ tela et subtilior, Orientales ad interiore & pounpani ut solitos suisse notum est: quem more sacrifici Papales in suis, quæ vocant superciliis, amulati sunt.

21. *Sed & canes.*) Iam inde satis convicta erat ferrea diutius immanitas, quod tam miserabile spe Etaculum ad sympathiam eum non flebēbat, nam figura humanitatis gutta in eo fuisset, saltem mādare debebat ut aliquid ex culina suā reliquias misero homini daretur. Sed hic impia & plusquam belluina truculentus cumulus fuit, saltem à canibus non discere misericordiam. Nec dubium est quin arcana Dei consilio directi fuerint canes isti qui eum suo exemplo damnarent. Christus certe eos hic quasi in testimonium producit: qui execranda hoīiinis duritatem coarguant, quid enim magis portentosum, quām hominem a canib. curari qui à proximo suo negligitur? imò ne micas quidem panis dari famelico, cui mendeni gratia linguas suas canes accommodant? Quoties ergo vel alieni, vel ipsa bruta animalia in vicissim nostras subeunt ut officio fungantur quo potius à nobis præstandunt erat, sciamus totidem Divinitus testes ac iudices nobis statui qui crimen nostrum magis detegant.

22. *Accidit autem ut mori.*) His ostendit Christus quantum in morte mutata fuerit utriusque cōditio. Mors quidem ambobus cōmuni sed mortuum ab Angelis deferri in sinu Abrahæ felicitas est regnū omnibus optabilior. Addici verò ad æternos cruciatus, horribile est, & centum vites, si fieri posset, redimendum. Ac nobis quidem in Lazarī persona illustre documentum proponit, ne coram Deo inaledictos putemus, qui per continuos languores vitam æruginis refertam ægrè trahunt, nam in eo sic abscondita fuit Dei gratia & crucis deformitate, probrisque oppressa, ut carnis sensus nihil præter maledictionem apprehendat: atqui videmus quām pretiosa anima in fredo & putrido corpore latuerit, quæ ab Angelis in beatam vitam defertur. Quare nihil illi nocuit, desperatum ac contemptum omni humano solatio destituti cui ex carnis ergastulo migranti præstò ad obsequium adesse dignatur spiritus cælestes. Rursum in diuite tanquā in illustri speculo, cernitur quām non expetenda sit temporalis felicitas quæ æterno exitio constat. Notandum tamen est, quod diuitis sepulturam nominatim prædicans Christus, quid fātum fuerit Lazarō tacer, nō quod eius cadaver feris obiectum sub dio iacerit, sed quia contemptum ac sine honore projectum fuerit in foream (hoc enim ex opposito membro colligere prōptum est, nihil plus officij mortuo, quām viuo impensu fuisse) diues contraria sumptuosè pro suis opib. lepultus, aliquid adhuc ex pristina superbia residuum habet. Nam hac in parte quodammodo naturę reluctari videmus profanos homines quod funeris splendore & exequiis superstites fortunæ sua esse appetunt, carerunt quām stulta sit & ridicula hæc ambitio, testes sunt apud inferos corum animæ. Quid Lazarum delatum esse dicit, synecdochica est loquutio: nam quia præstantior est

hominis pars anima, nomen totius sibi merito vendicat. Angelis autem hoc munus non frustra designat Christus, quos scimus datos fuisse fideli bus int̄ introit⁹ ut corum salutis sua studia operalique impendant.

In *sinu Abrahæ.* De sinu Abrahæ quām variè ^{sinu} philosophati sint multi Scripturæ interpr̄etes, re-^{br.} terne nihil opus est, ac ne meo quidem iudicio expedit, sufficiat tenere quod lectores probe in scriptura exercitati genuinum eile agnoscent. Nam si ut Abraham ideo pater fideliū dictus est quia penes ipsum depositum fuit externa vita fœdos, quod fœlii custodia seruatū tiliis suis primū, deinde cunctis gentibus per manus traderet, & filii eius vocantur quicunque eiusdem promissionis sunt heredes: ita post mortem dicuntur in eius lumen colligi qui eiusdem cum eo fidei fructū percipiunt. Metaphora à patre sumpta, in cuius veluti sinu filii conuenient dum vespera ab operis diuinis domi congregantur. Quoniam ergo illic Dei in hoc mundo dispersi peregrinentur, sicuti in praesenti curriculo fidem sequuntur patris sui Abrahæ, ita defuncti in beatā quiete in qua eos expectant, se recipiunt. Nec vero certum locum imaginari necesse est: sed tantum collectio illa quam dixi, notatur, ut scilicet res ipsa agnoscant fidèles se nō frustra sub fide Abrahæ auspiciis militasse, quia eodem ^{Quæstio.} in celis domicilio fruatur. Si queratur, an eadem hodie pīs conditio reposita sit post mortem, an vero Christus resurgendo sinum suum aperuerit, in quo tam Abrahā ipse, quām pīj omnes quiescant: breuiter respondeo, Sicuti luculentior Dei gratia per Euangelium nobis affulgit, & Christus ipse Sol iustitiae suo aduentu salutem nobis arulit quām eminus sub obscuris vmbbris Patrib. inueni olim datum est: ita minimè dubium est quia mortui proprius ad cœlestis vitę fruitionem accesserint. Inter ea tenendum est, *immortalitatis gloriam ^{Plenam.} usque ad diem ultimum redemptionis differri. Quod ad nomen spectat tam sinus Abrahæ quām Christi vocari potest tranquillus ille portus qui à praesenti vita navigatione fideles excipit. Ceterum quia altius progressi sumus, quām Patres sub Legi, aptius notabitur hæc distinctio, si dicamus Christi membra ad caput suum aggregari: atq; ita ceſſabit metaphora de sinu Abrahæ, sicuti foliis fulgor exortu suo stellas omnes obscurat. Ex hac tamen loquendi forma qua vñus est Christus colligere interictum licet, Patres sub Legi cœlestis vita hæreditatem, in quam mortui recepti sunt, fide complexos esse dum viuerent.

23. *Apud inferos sublati oculis.*) Etsi Christus historiam narrat, res tamen spirituales describit sub figuris quas sciebat accommodas esse ad sensum nostrum. Neque enim anima digitis & oculis prædictæ sunt, neque siti laborant: neque multa habent inter se colloquia, quale hic inter Abraham & epalonem describitur: sed Dominus hic tabulam depinxit, quæ statum futuræ vita pro sensu nostri modulo representet. Summa autem est, fideles animas, vbi à corporibus migrarunt, latam & beatam vitam extra mundum agere: reprobis vero paratos esse horribiles cruciatus, qui mentib. nostris non magis concipi possunt, quam immensa celorum gloria. Quemadmodum enim ^{status, fu-} exigua tantum parte quatenus scilicet illuminati sumus Dei Spiritu, per spem gustamus promissam nobis gloriam qua sensus omnes len-^{sura vita.} ge

gè exasperat: ita sufficiat incomprehensibilem Dei vindictam quæ impios menet, obsecare cognoscere quatenus ad incutendum nobis terrorem expedire. Ita harum rerum tenuem noritiam, & que fiancanda curiositat conueniat, delibant Christi verba, quod scilicet impij miseria sua tensu dire torqueatur: solatum aliquod cupiant, præcisata men spe duplex sentient tormentum: quod etiam magis crucientur dum reminisci cogantur sua sceleræ, & presentem felicitatem beatitudinem cum misero suo & perdito statu conferre. Huc pertinet colloquij descriptio, quasi inter eos habitum foret quibus nihil est inter se commercij. Quum etiam patrem vocat Abraham diues, aliud eius tormentum exprimitur, quod fero è numero filiorum Abraham se abdiciatum esse sentit.

25 *Fili recordare.)* Nomen filii videtur ironice possum, ut sit acris exprobatio ad pungendum diutem, qui falsò gloriatus est in vita secundum esse ex filiis Abraham. Nam quasi inficto cauterio vulneratur eius animus, dum sua hypocrisis modâxq; fiducia illi obiciunt ante oculos. Quod autem dicitur cruciari apud inferos, quia bona sua in mundo doceperit, non ita accipere operat, quasi omnes aeternam maneat interitus qui bene & prospere in mundo habuerint, inò ut prudenter Augustinus notauit, idèo pauper Lazarus in limbo diutis Abraham delatus est, ut sciamus diutias nemini praeccludere ianuam regni celorum, sed cōmuniciter omnibus patere qui vel sobrie diutias vbi fuerint, vel patienter caruerint. Tantum sensus est, Quia præsentis vitæ illecebris se totū demersit in terrenas delicias, Deûque & eius regnum contempnit, nunc socrordia iuxta peccata dare. Ideo pronomen Tua, emphaticum est: ac si dixisset Abraham, Quum ad immortalem vitam creatus fore, & Lex Dei sursum te ad meditâdam celestem vitam attolleret, tu fortis tam præclaræ oblitus, porco vel cani simili est esse maluisti, mercedem ergo brutis voluptatibus dignam recipis. Rursum quū de Lazaro dicitur, solatio cum frui, quia multas ærumnas in mundo pertulerit, hoc ad omnes miseris incepte quis traheret, quibus adeò nihil prodierunt afflictiones, ut magis in extremam peccatum cœssura sint: sed crucis tolerantia in Lazarо laudatur, quæ semper nascitur ex fide sincera & que timore Dei. Neque enim qui contumaciter malis resistit, & indomitus in sua ferocia perstat, villam tolerantia laudem meretur ut solatiū illi Deus pro cruce rependat. Summa ergo hoc redit, qui patiēter tulerint onus crucis sibi impositum, neq; aduersus Dei iugum & ferulas præfaci fuerint, sed per continuas ærumnas aspirauerint ad spem melioris vitæ, illis post eneritum militie tempus repositam esse in celo quietem: contrà verò prophani Dei contemptoribus, qui se in carnis voluptates ingurgitant, & quadam mentis crapula suffocant omne pieratis studium, statim à morte parata fore tormenta qua vanas delicias excutiant. Porro memoria tenendum est, consolationem hanc qua fruuntur filii Dei, in eo sitam esse quod coronam gloriaz sibi parata esse cernentes, in lata eius expectatione acquiescent. Sicut rursum impios torquet futuri iudicij sensus quod sibi instare vident.

26 *Super hec omnia.)* His verbis noratur perpetuitas in futuræ vitæ statu: acsi dictum esset fines qui reprobos ab electis discernunt, nunquā posse perfringi. Atque ita monemur, dum tempus est

maturè in viam redendum esse, ne præcipites iuimus in illam abyssum unde surgere nō licet. Ceterum impropte hoc dicitur, quia nullum est translatum si quis ē celo ad inferos defecderit velit: quia certum est nulli pitorum tale desideriū obrepere.

27 *Rogo te Pater.)* Quòd nichil historiam vbi nō nostro accommōdet, diutis votum proponit ut fratres quos habet superflites à Lazarо monentur. Hic ineptè arguti sunt Papilla, dum probare volunt mortuos curam agere viuorum: quo caullo nihil est putidus, nam code in colore elicia in fideles annus sorte sua non contentas, nisi firmus hiatus ab inferis eas arecat, illuc migrandi desiderio teneri. Hanc insania si nemo recipit, non est quod in altero commento Papilla sibi multū placeant. Neque tamen contentiose in hanc vel illā partem disputare mihi propositum est: sed obiect notare volui, quā in futilibus argumentis inducunt, mortuos pro nobis apud Deum deprecatores singant. Redeo nunc ad simplicem germanumque huius loci sensum: Christus sub diutis & Abraham persona nos admonet, in anime eis expectandum, vbi certa viuendi regula nobis tradita est, dum mortui resurgent ad nos docendos & hortandos. Nam Moses & Prophetæ, quū adhuc vinerent ita præfecti fuē, ut doctores etatis sue hominibus, ut ex eorum scriptis ad posteros idem fructus perueniret. Quum hoc modo intuitu nos velit Deus ad recte viuendum, non est cur mortui de pugnâ vel pœnis futuræ vitæ telles mittantur, nec excusabilis est eorum locordia, qui sibi hoc prætextu indulgent quia nesciunt quid extra mundum agatur. Scimus autem apud profanos homines voluntate impian hā vocem, vel potius grunnum portorum, stultos esse qui dubio metu se excruciant, quia nullus virquā ab inferis nontius recuersus est. Talibus Satanæ falciis mederi volens Christus, ad Legem & Prophetas nos reuocat: secundum illum Moysi testimonium, Ne posthac dixeris, Quis ascendit in celum? vel, Quis descendit in abyssum? ^{Deut. 19. 12.} vel, Quis mare traxit? Proberet vel verbum in ore tuo & in corde. Ergo qui pro fabuis derident quæ de futuro iudicio testatur Scriptura, olim sentiēt quā non tolerabili sit illa impietas, fidem abrogare sanctis Dei oraculis. Ceterum ab hoc veterano suos exercefacit Christus, ne spe impunitatis decepti, pœnitentia tempus prætereant. Atque hoc tendit responsum Abraham: quia Dei s per Mosen & Prophetas satis supérque populo suo tradiderat salutis doctrinam, nihil aliud restare nisi ut in ea omnes acquiescant. Sic (ut prauo curionatis morbo penitus infectum est hominis ingenium) maior pars semper ad nouas reuelationes inhiat. Iā quia Deo nihil magis displiceret quā homines ita cupidè extra metas vagari, à magis & ariolis verum sciscitari, & Götium more fictitia oracula appetere vetans, simul ad sedandum illum pruritum, Prophetas se daturum promittit, ex quibus populis discat quicquid vrile erit in salutem, Deut. 13. b. 10. Quod si in hunc finem missi sunt Prophetæ, ut populum contineret Deus sub verbi sui frâno, cui non sufficiat haec doctrina ratio, non tenetur studio discendi, sed eum impia lascivia titillat: ideoque sibi iniuriam fieri Deus conqueritur, quū ipse solus non auditur à viuis usque ad mortuos, Iesia 8.d.19. Quod Dei verbum Abraham in Legem & Prophetias distribuit, ad tempus Veteris testamenti resertur. Nunc quum accesserit plenior Euangelij interpretatio, minus ferenda est nostra

impietas, si doctrinæ illius fastidio huc vel illuc rapimus, ac breuiter si non patimur à verbo Dei regi. Hinc etiam colligitur quād firma sit de Purgatorio & talibus nugis Papistarum fides quæ nō nisi spectris innititur.

30 Non pater Abraham.) Prostropopœia est, vt diximus, in qua magis viuorum sensus exprimitur quād mortuorum cura. Friget enim legis doctrina in mundo, iacent Propheciæ, ac Deum suo modo loquentे audire nemo suffinet. Alij Angelos è cælis descendere cuperent: alijs mortuos à sepulchris prodire: alijs nouis subinde miraculis sancti quicquid audiunt: alijs voces ex aëre tonare. Ceterū si præposterioris omnium votis Deū obsequi contingere, nullo id fieret profectu: nam & Deus verbo suo cōplexus est quicquid nobis utile erat cogitū, & huius verbi authoritas legitimis

sigillis testata & comprobata fuit. Deinde fides à miraculis non pendet, vel quibuslibet portentis, sed peculiare donum est Spiritus, & nascitur ex Verbo. Deniq; proprium Dei manus est, nos ad se trahere, qui vult efficaciter per verbum suum operari. Quare m: nīmē sperandum est vt nobis proficit media quād nos à Verbi obedientia abstrahunt. Fateor quidem nihil esse proclivius, quād vt vanis reuelationibus auctoritate caro: & videmus quād ardēter se se proiciant in laqueos Sathanè qui totam Scripturam fastidiant. Hinc fluxit Necromantia, & similes præstigiæ, quas mundus non tantum auidè suscipit, sed infano quoque impetu arripit. Sed hīc tantum negat Christus, qui ad Legis doctrinam furdī sunt ac præfati, posse corrigi à mortuis vel reduci ad sanam mentem.

MATT. MARC.

- 7 Quis autem vestrum habens seruum arantem aut pascentem, qui regres-
sus ab agro dicat statim. Transi & accumbe:
8 Ac non potius dicit illi, Para quod canem, & præcinge te, ac ministra
mihi donec edero & bibero, & post hæc edito & bibito tu?
9 Num gratiam habet seruo illi, quia fecit que ei imperata fuerant? Non
puto.
10 Sic & vos quum feceritis que præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles
sumus: quod debuimus facere, fecimus.

LVC. XVI.

Finis huius parabolæ est, quum Deus iure suo nostra omnia sibi vindicet, nēxūque & mancipios possideat, quicquid impendere studeamus officijs, non tamen obstringi nobis villo merito: quia quum eius sumus, ipse vicissim nihil nobis debere potest. Similitudinem ergo serui proponit, qui postquam strenue laborando transexit totum diē, domum vespere reuersus operas suas continuat donec ad arbitrium heri sui perfunctus sit officio. Loquitur autem Christus non de mercenariis qui hodie nobis ministrant, sed de veteribus mācīpiis quibus ea erat viuenti conditio vt sibi nihil acquirerent, sed cum toto suo labore, studio, industria ad languinem vsque hieris essent addicti. Hīc docet Christus non minus arcte seruitutis vinculos esse Deo obstrictos ac deuinctos: vnde colligit nullam eius obligāti rationem nobis esse. Est autem argumentum à minori ad maius, nam si rāta homini mortali conceditur in hominem potestas, vt eum ad cōtinua obsequia nocte diēque adiagat, & tamen nullam mutuæ compensationis rationem contrahat, quasi sit illi debitor: quanto magis licebit Deo quo usque se facultas nostra extendet, onnia vita nostræ officia exigere, vt tamen prorsus nobis debeat? Praue igitur arrogantiæ videmus damnari eos omnes qui se apud Deum quicquam mereri singunt, vt cum sibi obnoxium habeant, & tamen nullum vitium tali arrogantiæ magis est vulgare: nemo enim est qui nō liberet Deum ad calculum vocaret, vnde & meritorum imaginatio seculis ferè omnibus inualuit. Sed tenenda est Christi sententia, nos Deo nihil gratuitum præstare: sed hac legi subesse eius imperio, vt ei debetur quicquid in nobis situm est. Ac duo quidem sunt membra, vitam nostram ad finem usque sui curriculi penitus addictam esse Deo: vt si quis partem eius impenderit in Dei ipsius obsequium, de quiete in reliquum tēpus pa-

cisci non licet: sicuti bona pars, peracta decem annorum militia libenter missione peteret. Deinde sequitur illud alterum quod iam attigimus, Deum nullis officiis ad soluendam nobis mercedem obstringi. Meminerit ergo vnuquisque se ideo crea tum esse vt laboret, ac strenue se in ministerio suo exerceat: neque id ad finitum modò tempus, sed usque ad mortem ipsam, in dō vt non minus moriatur Deo quād viuat. Verū quod ad ineritum spectat, soluēdus est nodus qui plerosque impedit. nam Scriptura toties operibus mercedem promittens, videtur meritum aliquod illis tribuere. Solutio facilis est, mercedem indebitam non aliunde quād ex mero Dei beneplacito promitti. Longè enim falluntur qui mutua relatione mercedem cum merito copulant: quia Deus non operum dignitate ad reddendum illis præmium, sed gratuita indulgentia mouetur. Fateor quidem ex pacto Legis, Deum hominibus esse obstrictum si in solidum præstarent quicquid ab ipsis requiritur: sed quia voluntaria est hæc obligatio, manet hoc fixum, hominem nihil posse à Deo flagitare ac si quicquam esset promeritus. Sic ergo concidit carnis arrogantia: quia vt quis Legem impleuerit, nihil tamē expensum Deo ferre potest, quia tantum reddidit quod debebat. Arque hoc sensu pronuntiat nos esse seruos inutiles, quia scilicet nihil aduentum Deus à nobis recipit, sed tantum colligit legitimos dominii sui fructus. Hæc igitur duo tenenda sunt: Deum naturaliter nihil nobis debere, nec quæcumque illi præstamus obsequia, vnius pilii meritoria esse: deinde ex Legi pacto mercede operibus statui nō pro dignitate, sed vt Deus sit gratuitus debitor. Hæc autē minime tolerabilis ingratiudo est, si quis se hoc pre textu fastuose efficeret, nā quod liberalius nobis Deus indulger, eō nos magis reddit sibi cibos: tantum abest vt fas nobis sit vana cōfidētia insurgere.

Quoties

Quoties ergo occurrit mercedis nomen , vel in memoriam nobis venit, sciamus hanc Diuinam erga nos bonitatis esse cumulum , quod quem nos in ore suo totos habeat, nobiscum tamen in pacem descendit. Quod magis detentabile est Sophistarum commentum , qui meritum de condigno fabricare ausi sunt. Tam per se meriti nomen profanum & à pietatis regula alienum erat, sed hoc longè dexterius, diabolico fastu inebriare homines quali mereri possint de condigno.

1. Quod debemus facere.) Hoc est, nihil attulimus de nostro, sed tantum perfuncti sumus legitimis operis. Loquitur autem hic Christus de in-

tegra Legis obseruatione que nusquam reperitur: nam qui omniū est perfectus, a utilitate quam Lex requirit longissime adhuc distat. Nō ergo hic tractatur quæstio, iustitiae nōne operibus, sed an Legi, obseruatio vilius premij apud Deū meritoria sit. Hoc posterius negatur: quia Deus nos sibi mancipatos habet ut suum iure censeat, quicquid à nobis proficiet potest. Cæterum etiam verum illud esset, Legis obseruationi deberi mercedem meriti respectu, non tam propterea sequetur iustificari quenquā operum meritis: quia deficitus omnes, nec solum manca est nostra obedientia, sed nulla eius pars exacte Dei iudicio respondet.

MATT. MARC.

L V C. XVIII.

- 1 *Dicebat autem ē parabolam ad illos, quod oporteat semper orare, nec defatigari:*
- 2 *Dicens, iudex quidam erat in quadam urbe qui Deum non timebat, nec hominem reverebatur.*
- 3 *Vidua autem quedam erat in urbe illa quaenam venit ad eum dicens, Vindice ab aduersario meo.*
- 4 *Et nolebat aliquandiu. Post h.e.c autem dixit in trāse, Quanquam Deum non timeo, nec hominem reveror:*
- 5 *Quia tamen molestia est mihi h.e.c vidua, vindictabo illam, ne tandem veniens fugillet me.*
- 6 *Ait autem Dominus, Audite quid iudex iniquus dicat:*
- 7 *Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se nocte & die, etiam quā patienter fuerit super illis?*
- 8 *Di. o vobis quod vindictam illorum faciet citio. Verum tamen Filius hominis quām venerit an reperturus est fidem in terra?*

Scimus quām rara sit ac difficultis virtus, precādi assiduitas: atque in hoc se prodit nostra infidelitas, quod nī primis votis succedat, proutnū vñā cum spe studiū quoque abiiciimus. Atqui h.e.c demū legitima est fiducie probatio, si quis desiderio suo frustratus, non tamen animū desponeat. Quare non abs re Christus orandi perseverantiam nunc commendat suis discipulis. Porro similitudine vertitur sicut dura in specie, tamen in primis apposita, dum importunus suis apud Deum Patrem instare docet, donec tandem extorqueat quod ailioqui videtur non libenter dare, non quod Deus precibus nostris vicitus, ad misericordiam agre & serio fleatur: sed quia non statim re ipsa tellatur se votis nostris fuisse propitiū. Quod autem Christus in parabola viduam nobis proponit quā à iudice iniquo & crudeli impetravit quod volebat, quia assidue flagitare non desistit: summa est, Deum non statim suis ope. in ferre, quia precibus quodammodo vult fatigari. Cæterum quantumvis miseri sint ac despici qui ipsum orant, modò tamen non desicant, à continuo orandi tenore, respici tandem ab ipso vi eorum necessitatibus succurrat. Quanquam non est æqualium comparatio: longa enim distantiā est inter hominem impium & lēnum, & Deum qui ad elementiam propendit, sed docere voluit Christus, minime timendum esse ne fideles assidue orando Patrem misericordie exorent, quum homines saevitiae deditos sua importunitate cogant. Iudex sceleratus & ferreus vidua flagitatione ferre non potuit quin demum vel initius annueret: quomodo igitur frater careret fidelium preces, modò sint assidue? Ergo si nos tadiū debilitet, si leuite defuncti euangelizamus, vel quia videntur surdæ esse Dei au-

res, languescit precandi ardor: statuimus tamen certum fore profectum, licet nondum appareat. Atque hac persuasione cum impatientia nostra sic luxemur, ut longior mora, orandi cursum non abrupiat.

7 *Deus autem non faciet?)* Iudex ille quem nobis prorsus deploratum Christus depinxit, ypotē qui non tantum obduruissest in Dei conspectu, sed excusso etiam pudore nullam fanæ curam haberet, aperuit tandem oculos ad viduæ miseras: minimè dubitandum est quin eundem silete profectum sensuri sincideles, modo ne apud Deum iniitare desinat. Notandum verò est, dum similitudinem accommodat Christus ad suum propositum, non facere Deum similem prauo & humano iudici, sed easum longè diuersam noctare cui fideles suos differat in longum tempus, nec statim re ipsa inanum ipsis porrigit: nempe quia patientes est. Quare si quando diutius quām vellemus ad nostras injurias Deus connueat, sciamus paterno eius consilio id fieri, ut nos ad tolerantiam exercat: temporalis quidem diu similitudo minime æterna est scelerum impunitas. Quod autem promittit Deus citio vindictam facturum, ad eius prouideniam referri debet: quia ut sumus præcipites, non satis tempestivè pro carnis nostræ senū ad ferendas suppeditas accurrit. Verū si licet in eius consilium penetrare, sciremus prout expedit, promptum & maturum semper eius esse auxilium, ac ne uno quidem momento tardare quin singulis articulis præstō sit. Quirritur tamen quomodo hic Christus ad petendam vindictam discipulos instituit, qui alibi suis persecutoribus bene precari iubet. Respondeo, Christum de vindicta hic differere, ut nihil doctrinæ sua deroget.

Deus se fidelium vltorem fore affirmat, non vt habendas laxer carnis affectibus, sed vt perfudeat chara esse & pretiosam eorum salutem: hoc quoque modo ad presidij sui fiducia eos inuitet. si odio extuti & prauo vltionis ardore puri & vacui, recto & composito Spiritus motu Dei auxiliari implorant, licitum & sanctum erit eorum votum, & à Deo ipso exaudietur. Verùm quia nihil diffidit, est quām exuere vitiosos affectus, ut puras & liquidas preces quis concipiatur, petendum est à Domino vt corda nostra Spiritu suo dirigit & moderetur: ita fieri vt iuste inuocemus Deum vltorem, ipsique rogatus nobis respondeat.

8 *Filius hominis quem veneru.*) Hac sententia docet Christus non fore mirum si post hac in suis malis tabescant homines, quia scilicet verum remedium negligent. Volut autem occurrere scadalo quod ex indigna terum omnium confusione quotidie concipiimus. Graſſantur paſſim perfidia, crudelitas, inſidiæ, fraudes, violentia, nulla æqui-

tatis ratio, nullus pudor, pauperes oppresi gemūt, vexantur superbe & contumeliosè innoxij: Deus interim videtur in cælo dormire: hinc sit vt cæcū fortunæ imperium imaginetur caro. Christus autem hic admonet iuste homines destituti cælesti auxilio, in cuius fiduciam recumbere nec sciunt nec volunt. Neque enim æquum est à Domino iuvari qui intus tantum frementes, nullum eius prouidentia locum assignant. Diserte vero Christus à suo in cælum ascensu usque ad redditum homines paſſim incredulos fore predictis, his verbis significans, si non tam mature appareat Redemptor, tarditatis culpam penes homines fore, quia nemo ferē ad ipsum reficiet. Atque viuani non tam clare nobis constaret huius vaticinij effectus: sed experientia docet, licet ingenti malorum cōgerie obrutur & prematur mundus, vix in paucis exiguam fidei scintillam posse exprimi. Alij fidei nomen pro integritate accipiunt, sed prior sensus melius quadrat contextui.

MATT. MARC.

LV C. XVIII.

9 *Dixit autem ē ad quosdam qui in se confidebant quod essent iusti & aspernabantur ceteros, parabolam istam:*

10 *Duo homines ascendebant in templum ut precarentur: unus Phariseus & alter Publicanus.*

11 *Phariseus flās, bac apud se orabat, Deus gratias ego tibi quod non sim sicut ceteri homines, raptore, in iusti, adulteri, velut etiam hic Publicanus.*

12 *Ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omnium quæ posideo.*

13 *Et Publicanus procūſans, nec oculos solebat ad cælum attollere, sed percutiebat pectus suum, dicens, Domine propitiatus es tu mihi peccatori.*

14 *Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam magis quam ille: quia omnis qui se extollit, humiliabitur: & qui se humiliat, extollebitur.*

Nunc de alia virtute præcipit Christus quæ ad ritè precanendum necessaria est: vt fideles in Dei cōspectum non nisi simplices ac diecti veniant. Nullus magis extialis morbus est quam arrogantia: qui tamen omnium medullis ita penitus infixus est vt vix ullis remedii abigi & extirpari queat. Mirum quidem est ita despere homines vt aduerfus Deum cristas erigere audeant, suāque apud ipsum meita iactare. Nam vt inter homines ambitione nos fascinet, ubi tamen in Dei conspectum venitur, omnis confidentia obliuisci nos decebat. interim satis humiliatum se quicque putat si tantum per simulationem veniat depreciation vtratur. Hinc colligimus quām non supervacua sit haec Domini admonitio. Porro duo vitia perstrigit Christus, quæ damnare ipsi Christo propositū fuit, prauam nostri fiduciam, & superbia in spernendis fratribus: quorum alterum ex altero nascitur: nam quisquis se inani fiducia decipit, fieri non potest quin supra fratres se efferat, nec mirum: quomodo enim non æquales suos despiceret qui contra Deum ipsum superbit? Sui autem fiducia quisquis inflatur, bellum cum Deo ex professo gerit quām nobis sola nostri abnegatio conciliat, dñi scilicet exinaniti omni propriæ virtutis & iustitiae fiducia, in vnam eius misericordiam recumbimus.

10 *Do duos homines.)* Duos homines inter se confert Christus, qui quim ambo pietatis studium orando p̄ se ferant, videntur tamen ambo longè disparens, nam Phariseus externa sanctimonia præ-

ditus ad Deum accedens, vita commendationem afferit, in rēque suo accedit ut sacrificium laudis offerat. Publicanus autē quasi reiecitus quispiam, quia se accessu indignum cognoscit, trepidè se supplici confessione insinuat: Christus autem reiecit Phariseum, gratas Publicani preces Deo sufficerat. Porro iterum notantur duas illæ causæ quia repulsa passus sit Phariseus, quod scilicet propria iustitiae confusus, se cum aliorum contumelia magnifaceret. Neque tamen reprehenditur quod se vendite liberī arbitrij viribus, sed quod operum meritis Deum sibi placatum esse confidat. nam ista gratiarum actio quæ refertur in vniuersi persona, minimè gloriantis est de propria virtute, quasi adeptus sit à seipso iustitiam, vel sua industria quicquam sit promeritus: quin potius Dei gratia adscribit quod iustus est. Quanquam autem Deo gratias agens, fatetur: quicquid bonorum operum habet, merum esse eius beneficium: quia tamen operum fiducia innititur, s̄equē alii præferat, cum sua preicatione reicitur. vnde colligimus non ritè neque in solidum humiliari homines (quanvis se nihil posse reputent) nisi operum meritis simul diffisi, salutem suam in gratuata Dei bonitate locare discant, vt illæ fundata sit tota eorum fiducia. Insignis locus: nam quibusdam sufficere videtur si homini detrahant bonorum operum gloriam, quia dona sunt Spiritus sancti: atque ita gratis iustificari nos intelligunt, quia nihil iustitiae in nobis reperit Deus nisi quod cōtulit. atqui longius progreditur Christus, non solum

solum recte agendi virtutem Spiritus gratia afflignans, sed nos exinanens omni operum fiducia, non enim reprehenditur in ea parte Pharisaeus quia sibi arroget quod Dei proprius est: sed quia meritis suis iustitiae, ut Deum proprium habeat quatenus dignus est. Scimus ergo quanvis bonorum operum laudem Deo quis ascribat, si tamen eorum iustitia, ut imaginatur salutis suę causam effeve, vel in eam recumbit, peruersa arrogantia dannari. Ac nota hic ventolanum ambitionem non taxari, dum apud homines gloriantur qui sibi alias male conficiunt, sed occitam hypocrisim: neque enim dicitur praeceps fuisse luorum laudum, sed tacite apud se precatus. Ceterum quanvis sue iustitia fauam non spargeret alta voce, interior superbia Deo abominabilius fuit. Duplex autem gloria eius fuit: nam primum fe à communis hominum reatu absolvit: deinde suas virtutes proferat. Ne gat se esse tanquam unum c reliquis, quia à seculi culpa sit immunitus quia passio regnare in mundo. Quod autem facta est bis ieiunare singulis Sabbathis, & decimas bonorum suorum dare, perinde ac si uiceret plus se praetare quam Lex requirat. Sicuti Monachi in Papata opere supererogationis praedicant: acsi parum illis esset Legem Dei impiere. Quanquam autem quinque pro mensura virtutum quam Deus in ipsum contulit ad gratias authoris agendas magis oblitus est, & pia est haec meditatione reputare quantum quinque receperit, ne Dei beneficium ingratitudine obuiat: duo tamen obteruanda sunt, ne qua fiducia nos inflet, acsi satisfactum esset Deo, deinde ne insolens camus cum fratribus contemptu. In vitrore deligit Pharisaeus: quia iustitiam sibi falsò vendicas, Dei misericordia nihil fecit reliquum: deinde pre se alios omnes contemplit. Nec vero ista gratiarum actio, nisi fuisset duobus his vitiis infecta, à Christo improbaretur: sed quia ad sua peccata conniuens superbus hypocrita, integræ perfectæ que iustitia signum Dei iudicio opposuit, necesse fuit cum impia & sacrilega audacia concidere. Unica enim spes piorum est, quandiu sub carnis infirmitate laborant, ubi sua bona agnouerint, ad unicam Dei misericordiam confugere, & in venia depreciatione locare suam salutem. Sed queritur quomodo tanta sanctimonia prædicta fuerit qui impi fastu excœratus erat, neque enim aliunde manat tanta integritas nisi à Dei Spiritu, quem certum est minime in hypocritis regnare. Respondeo, externa tantum larva fuisse confusa, acsi oculata & interior cordis immundities in rationem non venirent. Quare licet prauis concupiscentiis intus scateret: quia tamen non nisi ex specie iudicat, securè innocentiam obtendit. Dominus quidem ipsum vanitatis non coarguit, quod sibi falsò tribuat quod non habet: tenendum tamen est, neminem à rapina, iniustitia, libidine & alijs vitiis purum esse nisi Spiritu Dei regitur. Sabbathum hoc loco ut sepe alibi, pro hebdomade accipitur: Deus autem nunquam in Lege præcepit ut singulis septimanis serui sui ieiunent, quare hoc ieiunium & decimæ, voluntaria exer-

citia fuerunt præter Legis præscriptum.

13. *Publicanus procul stan.*) Hic generalē regulâ Christus tradere noluit, quasi necesse sit oculos in terram deuicere quoties deprecamur: sed tantum signa humilitatis posuit, quam sola suis discipulis commendar. Porò in eo sita est humilitas, si peccatis suis non ignoscant, sed leprosos damnando, præuemant Dei iudicium: atque ut Deo reconcilientur, simpliciter reatus confessione afferat. Atq; hoc spectat pudor qui semper penitentia comes est: nra certe in hoc præcipue iniicit Dominus, q; Publicanus se miserit & perditū se: iō agnoscens, ad Dei misericordiam te contulit: nam quanvis sit peccator, gratuita venia fretus, Deum sibi propitium fore sperat. In summa, ut fauore impetrat, eo se indignum fatetur. Et certe quum sola peccatorū re ambo nobis Deum cōcliceret, hinc exordium facere necesse est, si preces nostras illi gratas esse cupimus. Porro qui te reum & coniunctum præfatus, abolui rāmē petiit, operum se fiducia abdicat, idque voluit Christus, Deum non alius fore exorabilem, nisi qui trepidè ad solam eius misericordiam confugient.

14. *Descendit hic iustificatus.*) Impropria est comparatio: neque enim quasi communis ambo bus sit iustitia, Publieanum Christus tantum gradu aliquo preferit, sed intelligit eum fuisse gratum Deo: quum Pharisaeus in totum rejectus fuerit. Atque locus perspicue docet quid propriè sit iustificari: nempe stare coram Deo ac si iusti essent, neque enim Publicanus ideò iustificatus dicitur, quod nouam qualitatē repente sibi acquisierit, sed quia inducto reatu & abolito peccatis, gratia adeptus est, unde sequitur iustitiam in peccatorum remissione esse positam. Ergo sicuti Pharisæi virtutes fœdauit ac polluit prava confidentialia, ut nullius apud Deum pretij fuerit laudabilis etius coram mundo integritas: ita Publicanus nullius adjutus operum meritis iustitiam obtinuit sola venia & deprecatione: quia scilicet non alibi quam in mera Dei clementia sperauit. Sed videtur esse absurdum omnes in eundem cogi ordinem, quum longè alia sit sanctorum puritas quam fuerit Publicani. Respondeo, quantumvis in Dei cultu & vera sanctimonia quipiam profecerit, si tamen reputet quatum adhuc sibi deficit, non posse alia forma ritè precari quam si à reatus confessione incipiat. nam quanvis alij plus, alij minus, omnes tamen communiter obnoxii sunt. Quare nō dubium est quin Legem hic Christus omnibus prescribat: acsi dicaret, tunc denum nobis Deum placari quom operibus diffisi, gratis reconciliari petimus. Et hoc quidem aliqua ex parte fateri coguntur Papistæ: sed mox prauo commento hanc doctrinam adulterant. Concedunt omnes opus habere veniam re medio, quia nemo perfectus est: sed primum miseros homines inebriant partialis (quam vocant) iustitiae fiducia: deinde satisfactiones attexunt quibus reatum suum delinant. Atqui haec una fidei nostra futura esse debet, Deo non esse acceptos, non quod ita simus promeriti, sed quia peccata non imputat.

IN HARMONIA EVANG.

13 Et elata voce, dixerunt, Iesu preceptor miserere nostri.

14 Quos ut vidit, dixit, Ite offendite vos Sacerdotibus. Et factum est ut inter eundem mundati sint.

15 Vnus autem ex illis, ut vidit quod mundatus esset, regressus est cum voce magna glorificans Deum.

16 Et procidit in faciem ad pedes eius, gratias agens ei, & hic erat Samaritanus.

17 Respondens autem Iesus dixit, Nonne decem mundati sunt? nouem autem vbi?

18 Non sunt reperti qui redierint ut darent gloriam Deo, nisi hic alienigena.

19 Et ait illi, Surge, vade, fides tua te seruauit.

20 Interrogatus autem a Pharisaeis quando venturum esset regnum Dei, respondit eis & dixit, Non veniet regnum cum observatione:

21 Neque enim dicent, Ecce hic, aut ecce illic: ecce enim regnum Dei intra vos est.

Quemadmodum supra octavo capite Matthaeus & duo reliqui Euangelista proforum vnum à Christo mandatum fuisse narrarunt, sic Lucas idem miraculum sanationis in decem leprosis editum fuisse refert. Quanquam alius est huius historiae scopus: describitur enim scda & incredibilis iudaica gentis ingratitudo, ne cui mirum sit tot illuc suppresa fuisse Christi beneficia, tisque virtutes sepultas. Additur etiam circumstantia que eorum flagitium magis infamet: nam quoniam noui Iudeos sunferi Dominus, ne vnuis quidem gratiam retulit, sed vt morbi me mortiani extinguerent, furtim clapsi sunt. vnuus duxit Samaritanus quid Christo deberet profilius est. Ergo ab una parte hic resulget diuina Christi potentia: tursum Iudeis exprobatur sua impietas, qua factum est ut tam præclaro miraculo nullus ferre habitus fuerit honor.

13 Iesu preceptor.) Apparet omnes fide quadam fuisse imbutos non solum quia Christi opem implorant, sed Magistri titulo insigniunt. Porro ex animo non sicut lic loquitos es, ex prompta eorum obedientia colligitur. quanvis enim fecitdam adhuc scabie in carne sua conspiciant, simul tamen ac iussi sunt se offendere Sacerdotibus, parere non detrectant. Addo quod nonnulli, nisi fidei impulsu profecti essent ad Sacerdotes: ridiculum enim fuisse ad testandam suam munditatem, lepra iudicibus se offerre, nisi pluris illis fuisse Christi promissio, quam praesens morbi sui intutus. Visibilem in carne sua lepram gestant: vnuco tamen Christi verbo confisi, mundos se profiteri non dubitant. negari igitur non potest eorum cordibus insitum fuisse aliquod fidei semen. Quanquam autem certum est spiritu adoptionis non fuisse regenitos, nihil tamen est absurdum quedam pietatis principia renuisse. Quod magis intendendum est ne & nobis contingat scintillas fidei in nobis niancates extingueret. eti enim via fides nonquam emoriatur, qua in spiritu regenerationis fixas habet radices, alibi tamen vidimus temporalem fidem à multis concipi qua statim euanescit. Hic præfertum morbus nimium communis est quoniam necessitas nos vrget ut ad Deum querendum ferantur nientes nostræ, atque hoc etiam Dominus ipse arcano Spiritus insinuè nos sollicitat, sed postquam votis potiti sumus, ut illum pietatis sensum absborbeat ingrata obliuio. Sic inopia & esuries fidem gignit quam occidit saturitas.

14 Ostendite vos Sacerdotibus.) Perinde valuit

hoc responsum, ac si dixisset mundatos esse: scimus enim lepra iudicium Sacerdotibus mandatum fuisse in Lege, ut discernerent mundos ab immundis: ita Christus & illis saluum ius suu relinquunt, & testes facit sui miraculi atque approbatores. Ideo diximus p̄ & iuenerter istos de Christo sentisse qui adhuc morbidi ex iuda eius voce sp̄e lanitatis priotinus conceperint. Infusus vero Papista cōfessionē suam auricularem hinc alfruant. Misli sunt, fateor, à Christo leprosi ad Sacerdotes, sed non ut sua peccata in illorum aures euomerent: qui potius misli sunt ut ex Legis pr̄scripto sacrificium offerrent. neque misli sunt ad se purgandos, sicuti Papistis confessio munditatem afferat: sed ut Sacerdotibus ostenderent se iam ante fuisse mūdos. Bis autem misli sunt, non reputantes quā turpem infamiam maculam suā confessioni albergant. bene scilicet agetur si ex tota eorum caterua qui ad Sacerdotes profecti fuerint tantum decima pars ad Christum redeat, reliqui verò omnes impie alienentur. Neque enim obtendere poterunt confessionis sua titulum, quin profectum hunc vicissim regereret licet, nullos à Sacerdotibus reuerti gloria Deo daturos. Ceterū nugis valere iussi, tenemus quorū de Sacerdotibus facta fuerit mérito. Factum est ut inter eundem. Hic Diuina Christi & verborum eius virtus enituit, editum etiam fui documentum quantopere Deo placeat fidei obedientia, nam inde tam ūbita sanitas, quod bona spe innixa, iter, Christi mandato, arripere non dubitarent. Quod si euanida illa fides, viva radice carens, herbam tantum protulit, mirabiliter tamen effectu Divinitis fuit ornata: quanto excellētius præmium fidem nostram manet, si in Deo sincerè & solidè sit definīta? Quanquam enim nouem leprosū nihil in salutem profuit carnis sanitas, sed tantum pro fluxa & caduca fide temporale donum adepti sunt: sub hoc tamen typo nobis ostensum fuit quā efficacia futura sit vera fides.

15 Vnus autem.) Incertum est an reuersus sit ex medio itinere: idque videntur innuere Luce verbā: mihi tamē magis probabile est, non nisi auditio Sacerdotis iudicio ad gratias agendas venisse. nam & cōmune illi coniunctum à Sacerdotibus restituī oportuit: nec licuit præterito Christi iussu, templum Dei sacrificio fraudare. Nisi forte magis placet diuersa conjectura, simulac mundatum se vidit, antequam testimonium expereret à Sacerdotibus, ad ipsum autorem pio & sancto ardore correptum venisse, ut sacrificium suum à gloriarum

tiarum actione inciperet. Cæterū in Christū verbis expostulatio subelt cum tota gente: odiosē enim alienigenam vnum pluribus Iudeis comparat: quia ipsi tritum erat Dei beneficia absque vlo pietatis sensu vorare. Atque hinc factum est ut tot ac tam insignibus miraculis nullum ferè nomen apud eos Christus obtinuerit. Sciamus tamen, in genere hac querimonia nos omnes damnari nisi Dei beneficiis. Item gratitudinis officium repetimus.

19. *Fides tua seruauit.*) Seruandi verbum qui dam interpres ad carnis mūditie in restringunt verū si ita est, quā vivam in hoc Samaritano fidem commendet Christus, quā potest quomodo seruati fuerint alij nouem: nam eadem promis cuè omnibus sanitas obtigit. Sic ergo habendum est, Christum hīc alterā etiamē donum Dei quā soleant profani homines, nempe tanquam salutare paterni amoris symbolū vel pignus. Senati fuerunt nouem: leprosi: sed quia Dei gratiam impie oblitterant, ipsam sauitate in infect & contaminat eorum ingratitudo, vt quam decebat vilitatē ex ea non percipient. Sola igitur fides dona Dei nobis sanctificat vt pura sint, & cum legitimo usu coniunct in salutem nobis cedant. Denique haec voce testatus est Christus quomodo ritē Dei beneficis fruamur. Vnde colligimus, aeternam animam salutem vñā cum temporali dono complexū esse. Seruatus est sua fide Samaritanus. Quomodo? Certè non ideō tantum quod à terra curatus sit (nam hoc & reliquias commune erat) sed quia in numerum filiorum Dei acceptus est, vt paternia amoris tessera ex eius manu acciperet.

20. *Interrogatus autem à Pharisæis.*) Quæstio-

hac haue dubiè per ludibrium agitata fuit: nam quā illud se propinquu Dei regno Christus disticeret, nulla autē fieret status extermi mutatio inter Iudeas, sputarunt improbi & maligni homines plausibilem eius vexandi colorem hunc esse. Ergo pertinde achi de regno Dei sustra garriat & nuge: ut, mordæciter interrogant quando tandem venturum sit illud regnum. Si quis tanq̄ pro crasfia sua opinione hoc magis quæsile exultaret, quā subfamandi caus, non contendō. Non veniet Regnum Dei. Respōlunt hoc, meo iudicio, neglectis illis canibus, Christus ad discipulos accommodat: sicuti se ab improbis lacessitus, docendis de occasionē inde artipuit. atque ita Dūinitus eludit eorum iniquitatem, dum veritas ab eorum cauillis affterat magis eluet. Porro obsecrationem hic posuit Christus pro notabili splendore: achi negaret regnum Dei eminus tanquam in pompa, tare conspicuum. Significat enīm vehementer eos falsi qui regnum Dei carnis oculis querunt, quod minime carnale est vel terrenum: quando nihil aliud est nisi interior & spiritualis anima renouatio. nam à natura ipsius regni peruersè eos facere docet, qui circumspectiūt huc vel illuc, vt visibilēs notas obseruent, achi dixit, intus querenda est quā Deus promisit. Ecclesiæ inslauratio: quia electos tuos in cœlestem nouitatem vivificans, scū in ipsis regnum erigit. Atque ita oblique perstrinxit Pharisæorum cordiam, quod nihil nisi terrestre & caducum spirarent. Notandum tamen est, Christum de primordiis tantum regni Dei loqui: quia nunc Spiritu refomari incipimus ad imaginem Dei, vt suo deinde tempore integrā sequatur & nostri & totius mundi renouatio.

MATTH. XIII.

MARC. VI.

LVC.

53. *Et factū est, quum finisset Iesu*
bos sermones, ut egredieretur illinc.

54. *Et quum venisset in patriam suam,*
docuit eos in Synagoga illorum: ita ut flu-
perent, ac dicerent, *Vnde huic sapientia
hac & virtutes?*

55. *Nōnne hic est ille fabri filius nō-
ne mater eius vocatur Maria, & fra-
tres eius Iacobus, & Iose, & Simon, &
Iudas?*

56. *Et sorores illius nōnne omnes
ēpud nos sunt? unde igitur huic haec o-
mnia?*

57. *Et offendebantur super eo.* Iesu
autem dixit illis, *Non est Propheta ex-
pers honoris nisi in patria sua, & domo
sua.*

58. *Et non edidit illuc virtutes multas*
propter incredulitatem illorum.

1. *Et egressus est illinc, venitque in
patriam suam, & sequutis sunt eum disci-
puli sui.*

2. *Et quum esset Sabbathum, cœpit in
synagoga docere: multique audientes ob-
stupuerunt, dicentes, *Vnde huic haec, &
hac & virtutes?**

3. *Nōnne hic est faber ille filius Mariae,
frater Iacobi, & Iose, & Iude, & Simonis?*

4. *nōnne & sorores eius hic nobiscum sunt?
Et offendebantur in eo.*

5. *Et non poterat ibi virtutem ullam
edere, nisi quod paucos infirmos, impositis*

manibus, sanavit.

6. *Et mirabatur propter incredulita-
tem illorum, & obambulabat per vias
vndique circumiacentes, docens.*

53. *Quum finisset Iesu.*) Non intelligit Mattheus Christum illis sermonibus habitis cōtinuō post in patriam suā venisse: nam ex Marco apparet aliquā fuisse temporis distatiā, verū sensus est, quā aliquādiū in Iudea docuisset, rursus ad Galilæos reuersum, quibus tamen parū humaniter acceptus fuerat. Lucas ferè similē historiā retulit

cap. 4. nō tamen cādē. Nec verò mirum est iā cīrca iniā ostēlos fuisse cōterraneos Christi, domū eius ignobilem, & obscurum ac vile educationis genus reputantes, vt ipsius doctrinę obstrepererēt: & postea in eadem malitia persistisse, vt obrecta re non desinerent quoties apud eos munus Prophetarū obire voluit. Docet igitur secunda hec Chri-

fit relectio, cives Nazareth interposito temporis spatio non fuisse correctos, sed semper idem contemptus obstatum sibi fecisse ne Christum audirent.

54 *Ita ut supererent.*) Stupent rei nouitate percuti, quod Christus, qui literas non didicerat, sed a pueritate usque ad virilem etatem versatus erat in mechanico opificio, tantus sit doctor, ac Divinam sapientiam spiret, in hoc miraculo quum Dei manum suspicere deberet, eorum ingratitudo fecit ut sibi tenebras obducerent. Mirari, velint, nolunt, coguntur interea spernunt. Quid hoc aliud est quam Prophetam Divinitus edocendum abiucere quia ex hominum schola non prodeat? Et se propria confessione iugulant, quum tam insigne testi monium reddunt Christi doctrinæ, quæ tamē locum apud eos non inueniunt quia visitata non habet originem in terra. Cur non potius oculos in celum attollunt, vt discant a Deo profectum esse quod humanam rationem superat? Adde quod virtutes doctrinæ annexæ vehementius eos tangere debebat, vel saltem expergesfacere nimia cordia torpentes, ut gloriam Deo tribuerent. nam certè dum insolitus modis agit Deus, eodem clarioris manus sua potentiam exercit. Atqui hæc ipsa occasio est Nazarenus, ut inaligne velut oculis suis obducant. Videmus ergo non simplicem ignorantiam obesse hominibus, sed sponte sibi accessere scandala, ne sequantur quod Deus vocat. Nos potius in contraria partem ratiocinari conuenit, vbi deficiunt humana media, Dei virtutem nobis clarè patcheri, vt solidam laudem obtineat.

55 *Nonne hic est fabri filius?*) Scimus admirabilis Dei consilio factum esse ut Christus ad annum tricesimum in vita priuata se continuerit. Hinc ergo perpetram & iniuste à Nazarenis concepta fuit offensio, quum potius amplecti eum reverenter debuerint, quasi repente à celo delapsū. Deum in Christo operantem cernunt: illinc data opera oculos suos concurvant ad Ioseph, & Mariam, & omnes cognatos, quorum obscura erat conditio, ut velut manifeste luci opponant. Fratres more Hebraico vocari consanguineos quoilibet, iam alibi diximus. Quare nimis infuscè Heluidius plures fuisse Mariæ filios finxit, quia de Christi fratribus aliquoties sint mentio.

57 *Non est Propheta.*) Sententiam hanc fuisus

exposui 4. cap. in Ioannem. Potest quidem generale esse proverbium, quod nunquam minore in pretio sint quia preclaris donis excellunt, quam in partia sua in quo te prodit hominum ingratitudo qui Deum in Spiritu sui donis ea tardacius respuit quo familiarius sece offerit, ego tamē Chrysostomo libenter subscrivo quia peculiariter ludaeos hoc dicto fuisse perstrictos putat. Sed Christus quod solebat in totam gentem dici, propriè accommodat ad suos Galilæos: natus enim minus honoris habuit quam in solo suo natali. Quare merito illis exprobatur quod quem primi debuerint oblatam sibi gratiam amplecti, procul à se recessant. est enim valde absurdum, sperni in eo loco Dei Prophetam vbi natus est, cui alij cupidè veint aduentatio, occurunt.

58 *Non edidit illic virtutes.*) Magis emphaticè Mircus loquitur, quod non potuerit viam virtutem edere. In summa tamen rei optimè consentiantur Christo cuium suorum in impietate præclusam fuisse viam ne plures apud eos virtutes ederent. Guttū aliquem tā illis præbuerat: vtrō scipios obstupefaciunt ne quid percipiant. Ideo aperte Augustinus fidem aperto vasis ori comparat: infidelitatem verò dicit operculo similem esse quo vas obstruitur, ne insufsum Diuinitus liquorem admittat. Et sane ita res habet, nam Dominus vbi virtutem suam videt a nobis non recipi, tandem eam subducit: & tamen interea cōquerimur eius opem nobis deelle quam nostra incidelitas procul atacet repellit. Marcus negans Christum potuisse, eorum culpam amplificat à quibus impedita fuit eius bonitas. nam certè increduli, quantum in se est, Dei manus sua contumacia constringuntur quod Deus quasi inferior vincatur, sed quia illi non permitunt virtutem suam executi Notandum tamen est quod addit Marcus, lunatos nihilominus fuisse quosdam insirmos. nam hinc coilingimus Christi bonitatem certasse cum eorum malitia, ut supra obstacula emergeret. Idem in Deo quotidie experimur: et si enim potentiam suam, quia illi aditus ad nos non patet, iuslē necessārīo restringit, videmus tamen ut viam per inua sibi faciens, nobis benefacere non desinat. Mirabilis luēta, quod quum modis omnibus opprimere conenerat Dei gratiam ne ad vos usque perueniat, illi tamē victrix perrumpit, & quasi nobis inuictus efficaciam suam obtinet.

MATT. XLI.

1 *In illo tem-* 14 *Et audiuit rex Herodes inno-*

MARC VI.

pore audiuit Herod-tuerat enim nomē eius dixitque, lo-

LVC. IX.

cha omnia que siebant ab eo, & hec iu- bat, *eo quod diceatur à quibus uans* quid Ioannes surrexisset à mortuis.

2 *Et dixit fa-in illo.*

muli suis, Hic est 15 *Alij dicebant, Elias est. Alij*

Ioannes Baptista, i- verò dicebant, *Propheta est, vel tan-*

pse surrexit à mor- quam vis ex Prophetis.

tuis: & ideo virtu-

tes agunt in illo.

ait, Cui ego precidi caput, Ioannes iste

est, is surrexit à mortuis.

ab quibusdam verò quod Elias apparisset: ab aliis autem, quod Propheta quispiam ex antiquis surrexisset.

9 *Et ait Herodes, Ioannem ego decollari, quis est autem iste de quo i-a-* lia audio? Et querebat videre eum.

Hoc ideo referunt Euangelistæ, ut sciamus celebre passim fuisse Christi nomen, ut Iudeos ignoratio minimè excusat, posset enim alioquin multorum mentibus obrepere hæc dubitatio, quia sa-

etum sit ut Christo in terris agentes, Iudei securè quieuerit, acsi in angulū aliquæ retrusus, Diuinā suam virtutem nullis patefecisset. Nunc ergo testantur Euangelistæ vbiique sparsum fuisse de illo famam

famam, ut in aetam usque Herodis penetrauerit.

2 *Dixit famulis suis.*) Ex Lucae verbis colligitur, non venisse hoc ultra in mentem Herodi, sed in ecclesiam illi suspicione non ex communione populi rumore. Nec vero mihi dubium est quin odiu Tyranus & nefandæ crudelitatis sermonum in auctoriam dederint, ut fieri solet. Hoc erat passim in hominibus, in enimibus haec superstitio, redire mortuos in vitam sub alta persona, quemadmodum alibi dictum est. Nunc arripiunt quod proximum est, ut herodes crudeliter necando sanctum virum, minimus adeptum esse quod sperabat, quia repente mirifica Dei virutem è morte resurrexerit, acrior felicem eius hostem futurus ac vindex. Docent tamen Marcus & Lucas varie loquuntur suis homines: neque quod alijs putabant Eliam esse, alij vnum quempiam ex Prophetis, vel qui Prophetas Spiritus excellentia aequaliter. Cur de Elija potius quam de alio quoquis suspiciati sint, alibi dissimus. Quia per Malachiam promiserat Deus, venturum Eliam, qui dissipatam Ecclesiam colligeret, vaescientiam perperam traxerant ad hominis personam: quoniam simplex comparatio esset in hunc sensum, Ne obscurus sit Messias aduentus, & ne populum fugiat redemptio gratia, precedet Elias quidem, qualis ille fuit olim, qui res colapsis & euersum Dei cultum restituit. Praecedet igitur singulari Spiritus virtute, ut magnum illum diem illustreret. Iudei, ut crassi erant interpres, hoc ad illum Eliam Thesbitem traxerant, quali functione officio Prophetæ denuo foret. Divinat tamen alijs, vel vnum aliquem resurrexisse ex veteribus Prophetis, vel magnum esse aliquem virum qui ad illorum prestantiam accederet.

MATTH. XIII.

3 Nam Herodes ceperat Ioannem, & vinixerat, & posuerat in carcere propter Herodem uxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eam uxorem.

4 Dicebat enim illi Iohannes, Non licet tibi habere uxorem fratris tui.

5 Et quoniam vellet eum occidere, metuebat multitudinem, propterea quod illum cœc Prophetam habebant.

6 Qum autem celebraretur natalis Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi.

7 Unde cum iureiurando pollicitus est se daturum illi quicquid peteret.

8 At illa prius instructa à matre sua, Da mihi, inquit, hic in patinacaput Iohannis Baptiste.

9 Et indoluit Rex: tamen propter iuriandum, & eos qui simul accumbebant, iussit dari.

17 Nam ipse Herodes miserat, & ceperat Ioannem, vinixeratque eum in carcere propter Herodem uxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eam uxorem.

18 Dicebat enim Iohannes Herodi, Non licet tibi habere uxorem fratris tui.

19 Herodias autem insidiabatur illi, volebatque eum occidere, nec poterat.

20 Herodes enim metuebat Iohannem, sciens eum virum iustum ac sanctum, & obseruabat eum, auditioque eo multa faciebat, & libenter eum audiiebat.

21 Et quoniam dies opportunitus accidisset, quoniam Herodes in natalitiis suis canam faceret Primatis ac Tribunis, & Primoribus Galilee:

22 Quumque introisset filia ipsius Herodai dñs, ac saltasset, placuisseque Herodi, ac simul accumbentibus, Rex ait pueræ, Pete à me quiduis, & dabo tibi.

23 Et iurauit illi, Quicquid à me petieris, dabo tibi, usque ad dimidium regni mei.

24 At illa egressa dixit matris sue, Quid petam? Illa vero dixit, Caput Iohannis Baptiste.

25 Et ingressa statim cum festinatione ad Regem, petiuit dicens, Volo ut protinus des mihi in lince caput Iohannis Baptiste.

26 Et dolore affectus Rex, propter iuriandum eosque qui simul accumbebant, noluit eam rejecere.

MARC. VI.

LVC.

- 10 Misitque & decollauit Iohan-
nem in carcere.
- 11 Et allatum est caput eius in carcere.
patina, datumque puellæ: & illa ob-
tulit matri sue.
- 12 Et accesserunt discipuli eius,
& suslulerunt corpus, ac sepelierunt
illud, abierantque, & renuntiaue-
runt Iesu.
- 27 Missoque confessim spiculatore, in sit infer-
ri caput eius: ille vero abiit, & decollauit eum in
- 28 Et attulit caput eius in lance, deditque il-
lud puellæ, & puella dedit matris sue.
- 29 Quo audito discipuli eius venerant, &
suslulerunt cadaver eius, posueruntque illud in
monumento.

Huius historiæ recitatio nunc omittitur à Luca, quoniam alibi eam exposuerat. Ego quoque ne bis idem scribendo, molestus sum lectoribus, ero in hoc loco brevior. Euangelista captum fuisse Iohannem referunt, quia Herodiadis raptum & incestum cum ea coniugium palam damnauerat. Quod Josephus alias causam assignat, quod scilicet Herodes sibi à rebus nouis timens, suspeccum Iohannem habuerit, fieri potest ut scelus suum hoc prætextu excusauerit. Tyrannus, vel sparsus fuerit rumor ille, vt iniusta violentia & crudelitas variis criminationibus obnoxia esset. Reim verò ipsam Euangelistæ exprimunt, sancto viro infensum fuisse Herodem quod ab eo reprehensus foret. Fallitur portio Iosephus, qui putat non Philippo fratri, sed Herodi regis Chalcidis patruo abreptam Herodiadem fuisse. Nam quo tempore Euangelista scriperunt, non modo recentis erat sceleris huius memoria, sed ante omnium oculos versabatur. Quod autem alibi tradit Iosephus manueroingenuo fuisse Philippum, nō dubito quin hac spe audacior redditus fucrit Herodes, quod in hominem placidum, imbellem & modestum iniquum contumeliosus foret. Accedit altera probabilis coniectura, quod Herodias patruo Philippo in matrimonium potius data fuisse viderit, quam patruo magno avi sui fratri, seniam decipito. Ceterum Herodes Antipas, cuius hic fit mentio, & Philippus non veterini fratres erant, sed prior ex Marchaca tertia Herodis magni coniuge, alter verò ex Cleopatra natus erat. Nunc vt ad Euangelistas reuertar: coniectum in vincula Iohannem fuisse tradunt quia Herodis scelus liberius reprehendisset quam ferre Tyranni ferocia. Iam sahis per se odiosa & infamis erat facti atrocitas, quod non modò alienam vxorem à legitimo thoro abductam domi sua aletet: sed quod hanc injuriam germano fratri intulerat. Quin accedit libera Iohannis obiurgatio, non frustra timet Herodes ne qua repente sedition orriatur. Peccatum corrigere non sinebat libido: viñto autem Dei Propheta sibi tranquillam licentiam promittit. Historiæ insectitia factum est vt multi supervacuum disputationem ingesserint, liceatne inhi duceret vxorem quæ prius fratri meo nupta fuit. Quanquam enim à tali copiugio abhorreat natura pudor, raptum tamen magis damnat Iohannes, quam incestum: quia Herodes per vim vel fraude fratrem suum legitima vxore spoliauerat. Et alioqui minùs ei licebat nepteni suani, quam fratri mortui vxorem ex vinditate sumere. Ac minimè quidem dubium est quin flagitium tam immana passim traductum fuerit: sed aliis suis maledictis absenteum Herodeum vexabant: solus Iohannes in eius conspectum prodit, & liberè coram obiurgat, si quo forte modo ad pœnitentiam possit adduci. Vnde discimus

quām inflectibili fortitudine instructos esse oporteat Dei seruos vbi cum principibus negotium est: nam in omnibus ferè aulis regnat hypocrisia & seruilius adulatio: ita principum aures deliciis asfuetæ vocem nullam, quā alpèrius virtus sua taxentur, admittunt. Sed quia scelus adeò turpe, Dei Prophetae minimè diffimulandum erat, procedit in mediū Iohannes, licet molestus & ingratus monitores, ac ne officio suo desit, in offensam Tyranni incurrendo nō dubitat: præsternit quū scilicet inercitarris illecebris captū vix posse à proposito moueri.

5. *(Quum vellet cum occidere.)* Videatur in Matthæi & Marci verbis nonnulla esse discrepancia, quod prior Herodem nefandæ cædis cupidū fuisse dicit, sed in eis populi fuisse retentum: alter verò tantum Herodiadem huius crudelitatis insimulat. Sed facilis solutio est, initio quod Herodes nisi quia maior necessitas inuitum ita facere cogeret, sanctum virum occide, et noluerit: quia illum reverebatur, & quidem obstat religio ne tam atro citeri Dei Prophetae sciret: Herodias autem assidue eum stimulando, Dei timorem ei excusserit. Sed quoniam efferas ab illa furia, extinctum cuperet sanctum virum, retentus fuerit novo obstaculo, quia sibi timebat à populari motu. Atque hic notanda sunt Marci verba, Herodias, inquit, insidiabatur illi: nempe quia sponte ad cædem proponens non erat Herodes, vel obliquis artibus cū circuēnire tentabat, vel clandestinum sancto viro exitium moliebatur. Mibi prior sententia magis placet, quod per infidias, mariti animum captauerit, sed frustra, quoniam scilicet obstat consientia Herodii, ne sancto viro ultimam vim afficeret. Deinde successit alius metus, ne quis ex mortis eius indignitate tumultus engereret. Sed Marcus tantum attingit quid Herodē impederet quo minus statim mox gescerit scorti piccibus. opacitatem enim Herodias, simulac in carcere traxit furcas Iohannes, de eo sibi occultum supplicium. Atque Herodes colebat sanctum virum, vt etiam in eius consiliis libenter pareret. Porrò timor eius hic fit mentio, nō erat formido ex aliena opinione cœcepta, sicuti metuimus quibus parta est aliqua autho ritas, tametí honore indignos censemus: sed hic timor voluntaria erat obseruantia, quia Herodes, quæ sanctum virū & fideli Dei ministri esse persuasus erat, hac de causa non audebat cötenerre. Atque hoc notatu dignū est: quanvis enim expertus esset Iohannes vtile esse multis modis se pollere aliqua gratia apud Tetrarchā, non tamē eius animū alienare veritus est, quum alter non posset fauore illum tueri, quam perfidè ad notum & infame scelus conniuendo. Testari quidem poterat se priuatis commodis minimè cœfulere, nec aliud quām publica virilitatis habere respectum. Certum enim est nihil ambitiosè rogasse, sed morigerum illi fuisse Herodem in sanctis consiliis quæ ad legitimam

legitimam regni administrationem spectabant. Verum quia hoc compensationis genus sibi licetum esse non vides, ut veritatē prodendo, quedam officia elicat; hostem ex amico sibi facere manuit, quād adulatione vel silentio souere malum quod seuerē reprehendere cogit. Praescripsit ergo Iohannes suo exemplo, piis doctribus certam regulam, ne dissimulēt p̄incipum vitia, ut hac mercede fauorem eorum quantumvis in commune vtilem, redimant. In Herode quasi in speculo, nobis ostendit Spiritus Dei, saepe contingit ut qui Deum sincere non colunt, parati sint tamen aliqua ex parte obsequi eius mandatis, modō per indulgentiam aliquid relaxet. Sed vbi rigidius urgentur, excuso iugō, nō in modo in contumaciā, sed in rabiem profiliunt. Nō estigitur cur sibi placeant qui multis laniis consiliis obtemerant, donec se in solidum Deo ad dicere & subiungere dicerint.

6 *Quam autem celebraretur.*) Nunc incipiunt narrare Euangelista qua fraude Herodias Ioanni exitium, quod diu machinata fuerat, tandem aucterit: occasio autem illi data est ex solenni epulō, quoniam Herodes diem suum natalem celebraret. Vix enim fieri potest quin illi magnifici apparatus præter luxurianas fastas, effraneas in latitudinem & alias nequitas plura quoque alia mala fecerūt, non quod liberalius conuiuum instrueret, per se malum sit: sed ea est humani ingenii ad lasciviam propensio, vt laxatis habenis facile difficiat. Mos ille vetustus per se improbari non potest, quotannis diem natalem solenni gaudio prosequi: admonet enim dies ille, quoties recurrat, unum quenque nostrum vi Domino gratias agat, à quo in hanc vitam productus, complures iam annos eiusdem beneficio transgit: deinde ut in memoriam reuocet, quād male & inutiliter tempus diuinitus concessum passus fuerit perire: tandem ut se in reliquo vitę tēpus eiusdem Dei praesidio commendet. Sed nihil est tam purum quod non vitiis suis corrumpat mundus: nam diem natalem qui sacer esse de buerat, maior pars prophana fœdis corruptelis: & nullum ferē sumptuosius conuiuum à dissoluta protervia purum est: primū largiūs bibitur: deinde ianua patet impuris vel minus verecundis sermōnibus: nulla denique feratur intēperies. Hæc ratio fuit sancto lob cur filii suis mutua conuiuiis agitantibus, post vices peractas sacrificium offerret, quod scilicet reputabat nunquam sibi homines ita probè tēperare, vbi sodales alij alios ad hilaritatem inuitant, quin multis modis peccetur. Ita factum est ut Herodes conuiuias suos lautiū tractare volēs, passus fuerit vxoris lux sibi saltare. Hinc quoque apparet qualis fuerit aula eius disciplina: nam eti plerique saltandi licentiam tunc sibi permitterēt, mereetriciae tamē lasciviarū turpis nota fuit nubilis puelæ saltatio. Verū impura Herodias Solomē filiam, ne sibi dedecori esset, ad mores suos ita formauerat. Quid verò tandem sequutum est? nempe impia sancti Propheta cades. Nam vini calor in Herode ita effebuit, ut grauitatis & prudentiae oblitus, saltanticulæ vsque ad dimidiā regni sui partem daturum se promitteret. Pudendum sane exemplum: quod Rex ebrius nō modō spectaculum familiæ suę probrosum æquis oculis aspicere sustinet, sed tantam mercedem paciscitur. Quare discamus sollicitè obuiam ire dia-

bo lo, ne talibus laqueis nos implicant.

24 *Marc. Egredi duxi matris sue.*) Nihil mirum quod tanti fecerit Herodias Iohannis mortem. Quod coniunctum nonnulli, vindicta fuisse accusan, ratione caret: potius enim eam vrebatur & cruciabat metus repudiij: sicuti plerunque, vbi fastidium obrepit fœtatoribus, sua libidinis eos pudet. Speravit autem hoc sceleris sibi magis devictum fore Herodē, si fœdus adulterini conjugij sanguine Prophetæ maectatū esset. Ergo ut securè in posterum dominaretur, eū extingui voluit quem ynum sibi adulteriarum sécerat. Vnde etiam docemur, quād misera anxietas semper malā conscientiam torqueat. Iohannes in vinculis tenebatur, poterat imperiosa & crudelis mulier prohibere omnes ab eius colloquio & adiutoriū minime tamen quiescit, sed cura metuque angitum, doncē ē medio sublatu fuerit Prophetā. Hoc quoque ad monstrandam verbī Dei officiam valet, quod vox sancti viri, licet carcere inclusa instar grauius tormentū regiæ vxoris animū lacerat.

26 *Dolor affectus Rex.*) Euanuerat quidem, ut diximus, religio ex eius corde: sed quia præuidet quād odiosum sit futurum criminē infamiam simul ac dannum metuit: hinc fit ut eū sue levitatis pœnitiat. Nec tamen audet saltanticulæ negare, ne inconstituit ignominia sustineat. quāsi vero retractare turpius sit quod temere stulte que promisit, quād sibi constare in sceleris nefario. Verū quia pro solida regum vanitate irritum fieri non vult quod semel protulit, Prophetam exemplo iubet occidi. Colligimus autē in arce Macheronis Herodem tunc cœnassem, vbi Iosephus tradit Iohannē fuisse detentum. Notare autem opere preçium est quod dicunt Euangeliſtæ, Propter iuriandū, & coniuas qui aderant. Vnde colligimus, si centies nullo teste iurasset, promisso tamen minimē staturum fuisse. Non ergo interior religio conſtrinxit Herodē, sed mera ambitione præcipitē adegit: quia sibi minimē honestū duceret, fidē datum non præstare. Ita fit ut impij subinde in officio labantur: quia ad Deum minimē respiciunt, sed tantum ad hūc scopū intenti sunt, ne hominū probris iaceant. Porro etiam si iuriandandi sanctitas tantum, & non hominum verecundia versata esset ante oculos Herodis, grauius tamen peccauit quod stulte promiserat exequendo, quād si iuriandum violasset. Primiū hæc fit preposta iurandi celeritas, quod promissionem rei dubiq̄ cōfirmat: deinde vbi apparuit nō posse absoluī à fide data quin se nefando scelere obstringeret, nō licuit sacram Dei nomen tali flagitio involvere, quid enim magis alienum à Deo, quād ut impie neci p̄fideat? Si priuata iactura agitur, pœna stultizie luat, qui temere iurauit, sed interim caendum est, vbi quis frusta sumpsit nomen Dei, ne eius pretextu abutens ad patrandū aliquod scelus, lacerilegium duplice. Hinc sequitur, vota Monastica, quibus coniuncta est manifesta impietas, non magis conscientiam ligare, quād magicos exorcismos: quia Deus sacrū suū nomen ad peccari confirmationem valere non vult. Docet tamen hic locus caendum esse nequid inconsideratē quisquam promittat: deinde ne ad leuitatem accedat contumacia.

28 *Dedique illud pueræ.*) Hoc quoque ad sceleris atrocitatē accessit, q̄ sancti viri caput post

mortem ludibrio habitū fuit, sed Dominus ita suos interdum subiicit impiorum superbiaz, donec tandem ostendat pretiosum in suis oculis esse ipsorum sanguinem. Exultat Herodias libidinis sua composta facta, & crudele triumphum de suo censore agit: sed postea exuta suis opibus, nec regni tantum honore, sed natali solo, & omnibus sublidiis priuatis, quum inops miseram vitam agri in exilio traheret, suave Angelis & bonis omnibus spectaculum prebeat. Quod conuinque abominanda pompa intuitu sedare oculos coguntur, hinc discamus, qui regiis mensis assident, s̄epe multis sceleribus implicari: nam ut nullum cruentum facinus mensam funefiter, omni tamen nequitur genere sic reire sunt omnia, ut saltē lenociniis addictos esse oporteat quicunque illuc accedant.

29 *Discipuli eius venerunt.*) Hoc ad mulieris sequitur restabat ut cadaver sancti viri insepulcum iaceret: probabile enim est quum hoc officio functi sint discipuli, proiectum fusile à tyranno satellitibus. Etiā autem nihil mortuis confert honor sepulturæ, vult tamen ceremoniam hanc Dominus à nobis coli, ut symbolum sit ultimæ resurrectionis. Quare Deo grata fuit hec fedulitas, quod discipuli Iohannem venerunt ut corpus magistri sepulchro mandarent. Adde quod hoc ad teatandam pietatem valuit: nam hoc modo profecti sunt mortui hominis doctrinam superflitem in cordibus suis vigeare. Laudabilis ergo fuit ista confessio, præferrim quum à periculo non abesse: quia honore profecti hominem à carnifice occisum non poterant, quin Tyranni rabiem in se provocarent.

MATT. XLI.

MARC. VI.

LVC. IX.

13 *Id quum audissent Iesu sc̄eptu illius in nati sum, & renuntiaverunt ei omnia, & que ad desertum locum secesserunt.*

14 *Et egressus Iesus vidit multam turbam, & tacitus est affectu misericordie erga illos: sananit que ex illis qui male habebant.*

15 *Porrò quum appetisset vespera, adierunt eum discipuli eius, dicens: Desertus est locus, & hora iam præteriit, dimittite pastorem, & emant sibi cibaria.*

16 *At Iesus dixit illis, Non est illis neccesse abire: date illis vos quod edunt.*

17 *At illi dicunt ei, Non habemus hic nisi quinque panes & duos pisces.*

18 *Ille verò dixit, Af-*

19 Et in sepe turbis dis-
cumbere super gramina, sumptuque quinque panes & duos pisces,
20 Et cum freq-
set dedit discipulis panes:

21 Et comedenter o-

22 pediit ac fregit panes, deditque disci-

23 plis, & saturati sunt, & pulsi ut apponenter illis, & duos pisces

24 susulerunt quod super-

30 Et congregantur Apostoli ad Iesum, & renuntiaverunt ei omnia, & que egreditur & que docuerint.

31 Et ait illis, Venite vs. soli in desertus, & quiescite paupillum. Erant enim multi qui venebant & abivanebantur, ne cibum quidem capere vacaret.

32 Et abiit in desertum locum nautioseum.

33 Et videbant eos abeuntes turbas, & agnouerunt eum multi, & usq; pene destrit ex omnibus urbibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos, & connenerunt que ad illum.

34 Et egressus vidit turbam multam bas, ut eentes in castella villas, & affectu misericordiae tactus est eis, & ga eos: qui erant velut oves nos habentes, & caput illos docere multa.

35 Et quum iam multum diei preterisset, accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, & iam multum temporis effluxit.

36 Dimitte illos, ut abeant in circumiacentes villas ac viros, emantque si-

37 Ipse vero respondens dixit illis, Date illis vos quod edant. Et dixerunt ei, Euntes emamus ducentis denariis pa-

38 At ille dixit eis, Quot panes habetis, & videbetis. Et quum cogauis-

39 Et præcepit illis ut accumbere facerent omnes, distributis conviuis in viribus, & duobus pisces, su-

40 Et discubuerunt diuisi in cente-

41 Et quum accepisset quinque panes & duos pisces, sublati in calum oculis be-

42 nos & quinquagenos.

43 Et quum dixit illis & fregit, distri-

44 buitque discipulis, ut appone-

45 rent turbam.

10 Et reuersi Apostoli nati auerunt illi que, quinque secerint. Et aijmpis illi fecerunt seorsum in locum desertum ciuitatis que vocatur Bethsarda.

11 Quod quum agnouissent turba, sequente sunt illum: & excepti illos, & loquibatur illis de regno Dei, & eos qui cura iacebant indigebant sanabat.

12 Dies autem cœperat declinare: & accedentes duodecim, dixerunt illi, Dime turbas, ut eentes in castella villas, & agnouerunt eum multi, & usq; pene destrit ex omnibus urbibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos, & connenerunt que ad illum.

13 Ait autem ad illos, Vos date illis quod edant. At illi dixerunt, Non sunt nobis plures, quam quinque panes, &

14 Erant autem ferme vi-

15 Atque ita fecerunt: & fe-

16 Acceptis autem quinque panibus, & duobus pisces,

17 sublati in calum oculis be-

18 nedixit illis & fregit, distri-

19 buitque discipulis, ut appone-

20 rent turbam.

fuerat

- fuerat è fragmentis duo. 42 Et comedenter omnes, & saturati decim cophinos plenos sunt. 37 Et comedenter omnes, & saturati sunt: & sub latum est quod superfluit illic fragmentorum, cophini fere quinque milia, præceter quinque milia virorum.
- 21 Porro quicome 43 Et sustulerunt fragmentorum duo. derent fuerunt virorum decim cophinos plenos, & de piscibus.

13 Id quum audisset Iesus.) Iohannes eandem historiam referens, quo cōfilio transferit Iesum in ripam vltiorem meminit. Marcus etiam & Lucas nonnihil à Matthæo differunt: causam enim itineris suis docet ut discipulis suis aliquid quietis daret, & postquam ex sua legatione reuersi fuerant. Sed in eo nihil est dissidij: quia fieri potest ut Apóstolos segregare voluerit in desertum locū, quo liberius eos ad maiora formaret, ac sub idem tempus acciderit ex morte Iohannis noua occasio, & debiles animos terrere potuit mores Iohannis, quia tristis ille summi Prophetae exercitus iam monebat qualis eos omnes maneret conditio. Certe quemadmodum prius narratum est, capro Iohanne Christum ex dictione Hierodis migrasse, ut à præsenti furore defleteret: ita nunc colligere licet, Christum ut padulos adhuc discipulos ab invictis subducere, in desertum locum abiens. Porro quantum temporis consueperint Apóstoli in principio sua legatione, incertum est: tērōrum series (ut alibi diximus) vel neglecta sunt ab Evangelio, vel minus curiose obseruata, quia potius illi probabile est, non se vel tantum iussisse dimissemus ut präconium regni Christi vulgariter, sed ut terribiliter occasio, vel illud iteras in quibusdam locis, vel post aliquantum temporis in diuersa loca profectos esse. Itaque nūc congregatos esse interpres, ut assidui in posterum illi conites essent: ac si dictum esset, non ita digressos esse à magistro vt singulis ordinarium docendi munus semper eibent: sed temporali präconio defunctorum, denuo ad scholam redisse ut inelius proficerent.

Sequitur autem illud.) Tametsi Christum, qui omnium präcessus erat, minime latuit quid futurū esset, voluit tamen discipulis secundum hominem profpicere, vt rē ipsa testatum ficeret: se habere illorum curam. Ex tanto vero concursu patet quām celebris vbiique fuerit eius fama, vt inexcusabiles essent Iudei, quos sua fœcordia oblato salutis beneficio priuatis. Nam & ex hac magna turba, quae subito impetu exarsit ad secundum Christum, non nisi per quam exiguis numerus verē & constanter eius doctrinā se addixit, sicuti ex Iohanne patet.

14 Talius est affectu misericordie.) Clarius ex primis reliqui duo ac präsertim Marcus, vnde Christo hæc ~~avertit~~: quia scilicet famelicas animas videbat desiderij ardore è suis sedibus abrepertas ferri in locum desertum. Illa porro doctrina inopia nostra dissipatio signum erat: ideo dicit Marcus misertum esse Christum, quia essent tanquam oves carentes pastore: non quod secundum Deitatem Spiritum omnes pro ouibus agnosceret, sed quatenus homo erat, iudicium fecit ex präsenti rei intuitu. Erat enim hoc non leue pietatis iudicium, relinquere proprias domos, & turmarum ad Dei prophetam consolere, quanvis data opera conspectum eorum fugeret. Deinde notare conuenit, Christum eius quam sustinebat per

sonam memorem suissimū illi erat doctoris officium: debuit ergo ad tempus cétere ex grege Dei & Ecclesia iudeos omnes donec se pī alienarent. Ceterum hic in illicet corda affectus in Christo prevaluit, vt fessus cum discipulis suis, continuo in molestia ferè oppressus, libi tamen non parceret. Aliquid relaxationis querierat, neque id tam sibi quād discipulis: quia ita haec eum officij necessitas ad nouum in boc vocat, libenter post habito priuato illo respectu, se impendit docendis turbis. Etsi autem nunc affectus illos exiit qui in hominem in mortalem quadrabant, dubiam tamen non est quin miseras eues patere delitatus modò querant inopie sua remedium, è celo respiciat. Dicit Marcus ipsum docuisse multa, hoc est dīa concionatum esse, vt solidum aliquem profectum referrent. Lucas, De regno Dei loquaciter esse tradit, quod iste in valle. Matthæus nonnisi de miraculis meminit, ita scilicet ad conciliandum Caritatem nostram plus ulis tuberat momentum. Sed facile colligitur, non omissemus sūisse ab eo doctrinam quæ principem in locum tenebat.

15 Quoniam appetet et vespera.) Iam spē sua frustrata erat discipulis, nūc Christum decendo intentum esse videnter: turbas etiam p̄ discendi studiū de redita non cogitare: Christum ergo adiungent ut corporibus curandis illas amandet in propinquos vitios. Consultò autem miraculum quod ecce habebat in animo, in illud usque tempus distulerat: primùm ut ad eius cōsiderationem discipuli paulatim eret, melius inde proficere: tēdeinde ut ipsa temporis circumstantia deceret, quāuis non præueniat necessitates suorum, neque etiā illis statim occurrat, nunquam tamen eorum curam abdicere, sed opem semper habere in manu repositam quām exhibeat in ipso articulo.

16 Date vos illis quod edam.) Quia plenior huius miraculi expeditio reperiatur sexto Iohannis capite, ne molesta sit lectoribus repetitio, illinc peti malimine tamen vacuous sit hic locus, summā breviter perstringam. Hactenus Christus operam suam ad pastandas animas contulerat: nunc quoque ad corporum usque curam pastoris officium extendit. In quo etiam confirmat suam illud dictum, quod regnum Dei quārentibus, eiusque iustitiam, reliqua deinde accedunt. Sperandum quidem non est ut semper hoc modo Christus cibum ieiuniis & eluctientibus suppeditet: certū tamen est nunquam passurum ut suis desint vita subsidia quin manum è celo porrigit ybi ita utile esse videbit ad levandas eorum necessitates. Ceterum qui sibi Christum cupient nutricium esse, simul disicat non appetere exquisitas lauitas, sed pane hordeaceo cōtentī esse. Quid per turmas iussis Christus populum discumbere, hoc primū consilio fecit, ut ordinibus sic dispositis, magis conspicuum effet miraculum: deinde ut commodiūs numerari possent homines, & quum alios respicerent, sibi inuicem testes forent ecclœstis huius gratia: tertio quia sollicitos esse videbat discipulos,

eorum obediētiā probare voluit, quod in specieī ridiculū erat illis p̄cipiens. mirū enim erat nullis alīmētis suppetentibus, quorū sp̄cīem conuiūj Christus instrueret. Eodem sp̄cīētātē quā sequūtur, panes illi sūisse datos, vt in ter eorum manus creceret adinībilis illa copia, atque ita diuina Christi virtutis ministri fōrēt. Nam quasi parum esset oculatos esse testes, voluit Christus suam virtutē ab illis palpari. Docētē denarij ex Budēi supputationē cīrciter trīginta quatuor libras Francicas valent. Ita exiguū panem in singula capita teruncio Gallico afflīnant. Quām tanti vērō panem taxasent qui tenuiter ad pascēdūm populum sufficeret, non parūm laudem merebūt eorum obedientia, dū Christi mandato simpliciter parentes, euentum committunt cīns arbitrio.

19 Benedictio. Benedic̄tio hoc loco, vt alibi s̄c̄e, pro gratiarū actione capitū. Suo autem exēplo nos docuit Christus, nō aliter sanctē p̄uēque cibis nos posse vesci quā si Deo, ex cuius manu nobis proueniunt, gratitudinem nostram testāntur. Ideo dicit Paulus, quęcunque Deus a liumenta nobis largitur, sanctificari verbo & preceōne, quo significat, brutos homines, qui nec fidei reputant Dei benedictionē, nec eā gratiarū actione celebrāt, inficere, ac polluere in fidelitatis suā fōrdibus quicquid natura purū erat: & viciſſim cibō quē ingurgitant, pollui ac corrumpi, quia infidelibus nihil est mundū. Suis ergo prāscriptis Christus iūtē vescēdi formam ne se & Dei beneficia impio sacrilegio profa-

5.
5.

MATTHEI. X. 1111.

22 Et statim compulit Iesūs discipulos suos ut confundērēt nauim, & precederēt se in vēteriore mēripām, donec dimisſet turbas.

23 Ac dimis̄is turbis, ascēdit in montem solus ad orandum. quum autem adueniisset vēspera, solus erat illuc.

24 Ceterū nauis iam in medio maris erat, & afflīcta' atur ab vndis: nam ventus erat aduersus.

25 Quartā autem noctis vigilia abiit ad illos Iesūs, ambulans super mare.

26 Et ubi viderunt eum discipuli super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes, spectrum est: ac p̄metu exclamauerūt.

27 Sed statim loquens est illis Iesūs, dicens, Confidite, ego sum, ne terreamini.

28 Respondens autem illi Petrus, dixit, Domine, si tu es, iubeto me ad te ventre super aquas.

29 At ille dixit, Veni. Et quum descedisset ē nāni Petrus, ambulabat super aquas, vt iret ad Iesūs.

30 Ceterū quum videret ventum validū, territus est: & quum cōpīsset demergi, clamauit dicens, Domine seruame.

31 Continuo autem Iesūs extenta manu ap̄prehendit eum, & dixit ei, Exigua fidei homo, cur hafīasti?

32 Et quum essent ingressi nauim, conquie- uit vēsus.

33 Porro qui erant in nauī accesserunt, & adorauerunt eum dicentes, Verē Filius Dei es.

nent. Sublati in cālū oculi, seruum ac vehemētē precandi affectū declarant. Nō quōd sēper necellariis sit hic gestus quoties precamur: sed quia ceremonias humanae infirmatiū vtilē negligere Filius Dei noluit, adē eiū quōd excitatē tarditati nostrā aptus flūnulus est sursum tolle re oculos, dum mentes nimis in terra subfident.

20 Sūstulerunt quod superfuerat. Quā cliquī, post tantam hominū turbam satiata, plus uno decuplo quod initio propositum fuerat, excederent, hoc non parūm miraculo splendorū matutulit. sic enim omnes intellexerunt, Christi virtute non modō creata sibi de nihilo esse alimēta quā ad praesentēm vñū sufficerent: verū si opus esset, prouisū quoque esse futurā necessitatē, denique edito miraculo, Christus illustrē eius documētū rufus extare voluit quod cibō refecti per otium spectarent. Ceterū tamē sibi p̄ane quotidie multiplicat Christus, nec sine labore manario vel agrorū cultura palcit homines, huius tanē historiē fructus ad nos vñque pertinet. Nā quōd non p̄terspicimus Dei benedictiōne augeri frumenti cōpiā vnde nobis vñctus sup̄petat, statūm obstat nostra sociorū & ingratitudiō. Quōd etiam sumptis ex annuo prouento semē restat, non sine cœlesti incremento fieri, quisque nostriū pro se sentiret nisi eadem illa obstat prautas quā oculos tam mentis quā carnis excēdat ne manifestum Dei opus cernant. Porro Christus testatum voluit, sicuti omnia illi in manū à Patre data sunt, ita cibos, quibus vescimur, nobis à sua gratia profluere.

MARCUS. VI.

45 Et statim coēgit discipulos suos confundēre nauim, ut precederēt transmissō lacu Bethsaidam, dum ipse dimis̄eret turbam.

46 Et quum dimis̄eret eos, abiit in montem ad orandum.

47 Et quum adueniisset vespera, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra.

48 Vidiisque eos laborantes in emigando. (erat enim ventus eis contrarius) & circa quartam vigiliā noctis venit ad eos, ambulans super mare, & volebat præterire eos.

49 At illi ut viderunt eum ambularem super mare, putauerunt sp̄ētrum esse, & exclamauerunt.

50 Omnes enim videbant eum, & conturbati sunt. Et statim cum eis loquutus est, ac dixit eis, Confidite, ego sum, ne terreamini.

51 Et ascendit ad illos in nauim, & quieuit ventus, & vehementer supermodum intra se stupebant, & admirabantur.

52 Non enim intellexerant super panibus: erat enim cor eorum obtacatum.

22 *Et statim compulit Iesu discipulos suos.*) Compelli oportuit, quia nunquam eo relitto, nisi induiti, aliò transfissent. Porro in eo testantur quantum illi deferant, dum prater animi sui sententiam eius imperio cedunt ac obtemperant. Et quidem res in speciem absurdâ erat, ipsum in loco deserto solum manere quam nox appeteret. Eò igitur plus laudis meretur eorum docilitas, quibus pluris est authoritas cælestis magistrorum, quam quod à parte contraria probabile videri poterat. Nec vero rite & in solidum Deo paremus, nisi simpliciter sequendo quicquid iubet, quantumvis repugnet sensus nostri. Deo certè optima semper conflat consilij sui ratio: sed nos sœpe ad tempus cœlat, vt discimus nobis non sapere, sed toti pendere ab eius natus. Hoc modo cogit Christus suos discipulos trahere, vt eos ad illam, quam dixi, obsequij regulam formaret. Nec verò dubium est quin libi ad initium cultum quod proximè sequetur viam sternere voluerit.

23 *Ascendit in montem solus.*) Verisimile est Filium Dei, quem minime latebat futura tempestas, suorum saluteam non neglexisse in precibus: mirum tamen est cur non potius occurrat periculo quam intentus sit ad orandum. Verum tamen mediatoris partes impleret, verè se Deum & hominem esse ostendit, ac virtuique natura documenta præbuit quatenus res ferebat. Quum omnia haberet in suo arbitrio, hominem feso orando exhibuit: nec verò id egit simulacrum sed sincerum humani erga nos amoris affectum testatus est. In hac parte quodammodo queuit Diuina eius maiestas, quæ se tandem ordine suo exeruit. Ceterum in ascensu montis qualitas est commoditas, vt liberius procul omni strepitu oraret. Scimus quam facile minimis quibusque auocamentis concidat precondi ardor, vel remissus languescat. Tamen autem hoc vitio non laboravit Christus, exemplo tamen suo monere nos voluit, ad minicu[m] omnibus qua[m] mentes nostras expediant ab omnibus mundi laqueis, sedulò vtendum esse, vt soluti in calorem feramur. Ad hoc autem plurimum valet solitudo, vt qui se ad precondum comparant, Deum solum testem habentes magis evigilent, cor suum effundant in eius sanguinem, seipso diligentius exaniment: denique reputantes sibi cum Deo esse negotium, supra seipso assurgant. Notandum tamen est non sussisse legem ab eo prefixam, quasi nusquam nisi in secessu orare licet: nam & Paulus ubique tollere nos iubet puras manus. Et Christus ipse interdum coram hominibus erat: imò etiam instituit suos discipulos, vt simul congregati communes inter se preces concipient. Sed illa precondi in omnibus locis libertas non obstat quo minus secretas etiam preces suo tempore admisceant.

1.Tim.1.8.

24 *Nauis iam in medio mari.*) Hanc historiam sexto Iohannis capite à me expositam reperient lectors, ideoque hic ero breuior. Quod passus est Christus discipulos suos aduersa tempestate cum periculo per tempus aliquod iactari, factum est vallata[m] sibi op[er]e magis attentis animis exciperent. Nam contrarius ventus surrexit circiter medianam noctem, vel etiam paulo ante. Quarta autem demum vigilia apparuit Christus, hoc est, tribus ad sumnum horis ante lucis exortum, non magis ergo brachii luctati sunt remigado, quam eorum fides terroribus duriter concussa. Ceterum quum ipsa necessitas ad expetendam magistrorum præsentiam maximè eos urgeret, nimis crassi

fuit stuporis turbari eius cōspectu, quasi spectru[m] esset. hac de causa dicit Marcus cor coru[m] fuisse obsecutum, nec intellexisse super panibus. nam illo miraculo sati sūpérque edociti fuerant, nec esse Christo Divinam virtutem ad suos tuandos: & sollicitè, ybi ita postulabat necessitas, prospicere. Merito igitur nunc damnatur coru[m], scordia, quod non statim illis in incertem venit cæcitas illa virtus, cuius tam insigni specimena pridie exhibutum adhuc ante oculos versari debebat. Verum quidem est tarditus sua culpa fuisse atomicos, quia non rite ut decebat, in prioribus aliis miraculis profecerant: sed præcipue coarguitur eorum cæcitas, quod tam recentis spectaculi memoria illis effluxerat, vel potius quod non mentem suam applicuerant ad considerandam Christi Deitatem, cuius satis clarum speculum erat panum multiplicatio. duo tamē suis verbis exprimit Marcus, quod non recte expendiunt Chirili gloriam, quæ in panibus multiplicatis ostensa fuerat: deinde causam assignat, quod executum esset cor eorum. Id verò non modo ad augendam culpe gravitatem additum videtur, sed etiam ut de metis nostræ virtu admoniti, nouos oculos à Dominio petamus. Fuit certè, ut nuper dixi, nimis bruta ignorantia quali palpabilem Dei virtutem non sentire, quia tamen eodem morbo laborat totum humanum genus, data opera Marcus cæcitatibus meminuit, ut sciamus non esse nouū, si in manifestis Dei operibus cæxificant homines donec superne illuminati feremur: quemadmodum etiam dicebat Moses, Hac tenuis non dedit tibi Dominus cor ad intelligendum. Quantum autem cordis nomine septius notatur voluntas vel affectum sedes, sic timens sicut in illo Mo^{deut. 29.42} sis loco quem citant, pro mente accepitur.

27 *Statim loquuntur est Iesu.*) Quia non agnoscitur Christus liberator dum se re ipsa offert, verbo ad sibi ipsius notitiam iuinit discipulos. Portò fiduciam ad quam illos hortatur, in praesentia lui locat, acsi diceret, Postquam ipsius sibi adesse sentiunt, solidam bene sperandu[m] materia[m] suppetere. Sed quia iam terror eorum animos occupaverat, illum ne impeditum ac moretur ipsorum fiduciam, corrigit, non quod omni metu vacui merari latitiam habere potuerint: sed quia necesse fuit metu qui præualuerat, sedari, ne fiduciam obrueret. Esi autem reprobis mortifera est vox filij Dei, & terribilis praesentia, longè diversus eorum erga fideles effectus hic nobis describitur, nempe ut palmarum in cordibus nostris obtineat pax interior, & animosa fiducia, ne carnis timeribus cedamus. Sed hinc cæci ac præcipites tumultus nos perturbant: quia ingrat & maligni non opponimus pro clypeis innumeris Dei beneficia, quæ ritè expensas ad nos fulcierendos sufficerent. Esi autem opportunum erat ferendi auxiliū tempus quam apparuit Christus, non tamē mox cessauit tempestas, donec melius exercegerent discipuli tum ad expetendam, tum ad sperandam eius gratiam. Atque id notandum est, vt sciamus non absq[ue] causa Domini plerunque differre quam in manu sua habet salutem.

28 *Respondens Petrus.*) Condicio quam ponit, nō dum inturam esse eius fidem testatur: Si tu es, inquit, iube me venire. Atqui loquente audierat Christum: cur ergo dubius & perplexus, secum adhuc disceptat? In fide verò tam exigua & debili erumpit parvum considerati voti ardor: debuerat enim suo modulo se metiri, & potius à Christo pe-

tere fidei incrementum, ut ea duce & moderatricē, maria tandem & montes transcenderet: nunc vero sine fidei aliis temerē volare cupit, & quin in eius corde iuitā firmatatem non habeat vox Christi, aquas sub pedibus suis solidas fieri cupit. Neque tamen dubium est, quin ex bono principio natus fuerit hic affectus: sed quia in virtutem excessum degenerat, bonitatis laudem amittit. Hinc sit enim ut statim temeritatem suam peccata dare incipiat Petrus. Quare fideles hoc exemplo edocēti, à nimia festinatione caueant. Quocūque vocat Dominus strenuè currendum est: sed qui vlt̄ pro-greditur, tandem in faulto euentu tentat quid sin-hes suos transilire. Quari tamē potest cur Petri voto annuat Christus: nā videtur hoc modo probare. Sed in promptu est solutio, Deum plerisque nobis melius prospicere negando quā permissa liquando autem nobis esse facilem, ut ita experie-tia, stultitia nostra nos melius conuinat. Sic quo tidie fideles suos, dum plus illis concedit quā expediā, in futurum tempus instituit ad sobrietatem & modestiam. adde quod Petro & reliquis hoc profuit, hodiēque nobis prodet. Luculentius resplenduit virtus Christi in Petri persona dum sibi eum comitem adiungit, quām si solus ipse am-bulasset super aquas: interea cognoscit Petrus, & alij palam cernunt, quia solida fide nō residet nec recumbit in verbo Domini, arcanae Dei virtutē, quā prius aquas solidabat, disfluere: cum eo tamen benignē egit Christus, quād non pafus est penitus submergi. Horum vtrunque nobis contingit: nam sicuti Petrus simulac timore correptus est, submergi cœpit: sic fluxæ & euanidæ carnis cogita-tiones subinde faciunt ut in medio negotiorum

curlu mergamus. Interea Dominus veniam dat nostrā infirmati, manūquē porrigit ne aquæ nos in totum absolvant. Notandum etiam est quid Petrus male & infeliciter suam temeritatem sibi cessisse videns, ad Christi misericordiam se confert. Quare nos quoque, licet meritō plectā-nur, ad ipsum tamen contugere nos decet, vt nostri misertus, opem qua indigimus sumus, offerat.

31 *Exigne fides homo.*) Sic Petrum clementer seruat Christus, ut tamen eius virtus indulgentia non foueat. Huc pertinet ista castigatio quā fidei eius imbecillitas damnatur. Quæritur tamen an fideli defectum arguat quilibet tumor: id enim vide-tur innuere Christi verba, dubitationē nō esse locum vbi fides regnat. Respondeo dubitationēm hic à Christo reprehendi, quā directē fidei contraria erat. Fieri poterit ut dubitet quispiam sine vi-tio, vbi felicit̄ nondum occurrit verbum Domini, quo certior reddatur. Sed alia fuit Petri ratio qui instructus mandato Christi, & tam eius virtutem expertus, ab illa duplē firmatae ad vanum peruerſumque timorem delabitor.

32 *Qui erant in nauī.*) Nō tantum de discipulis hoc dictum esse arbitror, sed de nautis, alijq; ve-ctoribus. Qui ergo nondum se illum habere pro magistro protellit̄ erant, repente fatentur esse Dei Filium, qua voce honore Meissia illi tribuant. Et si enim vulgo tunc subline istud mysterium cognitione non erat, quomodo manifestādus esset Deus in carne: quia tamen ex prophetis didicerat eum qui futurus esset redemptor, vocandum esse Filium Dei, qui Christi gloriam celebrant hoc titulo, se Christum credere eum declarant.

M A T T H . X I I I I .

34 *Et quum traiecerint, vene-runt in terram Genesareth.*

35 *Et quum agnouissent illum viri loci illius, emiserunt nuntios in totam undique finitimam regionem illam, & obtulerunt illi omnes male habentes.*

36 *Et obsecrabant eum ut tan-tum tangerent simbriam vestimentis ipsius: & quotquot tetigerunt, salu-facti sunt.*

34 *Venerunt in terram Genesareth.*) Tractum il-lum designant Euangeliste qui à lacu nomē sum-pserat, quāquam incertum est an ad lacum potius translatum fuerit terræ nomen: sed in eo parum est momenti. Huc præcipue attendere conuenit quod nos deducunt Euangelista, non vno vel altero miraculo testatā fuisse Christi gloriam, sed refertam fuisse partem illam Iudeæ innumeris eius testimoniis quorum fama Hierosolymā, & in alias vrbes quaqua versus, facile manare posset. Vnde colligimus quām turpis & impia fuerit illius gen-tis ingrātitudō, quæ ad præsentem gloria Diuina fulgorem maligne clausit oculos: imo quātum in se fuit, illum extingue conata est. Nunc verò no-strum est in hac tanta miraculorum congerie, agnoscere quorsum venerit Christus, népe vt me-dicū fanidis omnibus omnium morbis se pre-staret. Nā memoria repetere conuenit quod prius ex Propheta Iesaiā adduxit Matthæus, ipsum fan-

M A R C . VI.

33 *Et quum traiecerint, vene-runt in terram Genesareth, & applicuerunt in portum.*

34 *Quinque egressi essent de navi, continuo agnouerunt eum.*

35 *Ac percurrentes totam undique regionem illam, cœperunt in grabbatis eos qui male habebāt circumferre, quām audiissent eum illi esse.*

36 *Et quoconque intrajerit in viros, aut in ci-tates aut in villas, ponebat in plateis infirmos, & deprecabantur eum ut vel simbriam vestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, salu-fiebant.*

dis corporibus adumbrasse aliquid maius, quād scilicet animas nostras sanitati restitutā, propriumque eius munus sit spirituales morbos tollere. Quanquam autem hodie in terris non versatur, certū tamen est nunc in celo pollere iisdem gratiis præstandis, quarum tunc visibile documentum exhibuit. Quia autem omni morborum gene-re laboramus omnes donec ipse nos sanet: non inqdō se quisque nostrum illi offerat, sed etiam alios offerre studeat qui simili remedio indi-gent.

36 *Vt tangerent simbriam.*) Credibile est super-stitione aliqua fuisse implicitos quām ad tactum vestis restringerent Christi gratiam: saltem illum fraudabant honoris sui parte, quām nihil virtutis sperarent ex simplici eius verbo. Sed ne linū sumi-gans extinguit, se se accommodat corum ruditati: interca non est quid inde sibi placent qui grauā Dei in ligno, aut clavis, aut vestibus querant, quā ex*l. 12.4.1*

L V C .

discretè pronuntiet Scriptura, nefas celi quicquam nunc concipere de Christo, nisi spirituali celesti que eius gloria dignum. Tolerata fuit ad tempus eorum infirmitas qui neficientes Christum esse

MATT. XV.

1 Tunc accedunt ad Iesum qui ab Hierosolymis venerantur de Scribeis qui venerant Hierosolymis.
Scribe & Pharisæi, dicentes,
2 Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim abluant manus suis quicquam edunt.

3 At ille respondens dixit: Quare & vos transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestram?

4 Nam Dens præcepit: dicens, Honora patrem & matrem: & Qui maledixerit patrem aut matrem, mortiatur.

5 Vos autem dicitis, Qui cunque dixerit patri & mari, Quicquid doni à me est, tibi præderit.

6 Et non honorabit patrem suum vel matrem suam. itaque irritum fecisti præceptum Dei propter traditionem vestram.

7 Hypocrite, recte de vobis prædixit Iesaias, dicens,

8 Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labii me honoret: cor autem eorum procul abest à me.

9 Sed frust a me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum.

7 Frustra autem me colunt docentes doctri-nas, præcepta hominum.

8 Nam omisso præcepto Dei, tenetis constitutio-nem hominum, vices et ablutiones & poculum.

9 Et dicebat illis, Bene reiicitis præceptum Dei, ut constitutionem vestram seruetis.

10 Moses enim dixit, Honorata patrem tuum &

matrem tuam: & Qui maledixerit patri vel matri,

morte moriatur.

11 Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri vel

matri, Corbam, quod est donum, quodcunque ex

me est, tibi proderit.

12 Et ultra non sinitis eum quicquam facere pri-

tri suo vel matris sue.

13 Irritum facientes verbum Dei per tradicio-

nem vestram quam tradiditis: & similia huiusmo-

di multa facitis.

Deum, proprius ad eum accedere optarunt. Nunc quā odore gratia suę celum & terram impletat, fide, non manibus vel oculis apprehendere decet quam ē celis offert salutem.

MARC. VII.

L. V. C.

1 Et conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribeis qui venerant Hierosolymis.

2 Et quum vidissent quosdam ex discipulis e-ius communibus manibus, id est illotis, edere pa-grediuntur traditionem seniorum, incubabant.

3 Nam Pharisæi, & omnes Iudei nisi crebro-lauerint manus, non capiunt cibum, tenentes insi-tu a maiorum:

4 Et à foro reverfisi loti fuerint, non come-dunt: & alia multa sunt quæ suscepserunt fernanda, nempe lotiones poculorum, & vices et cramen torum, & lectorum.

5 Deinde interrogant eum Pharisæi & Scribe, Quare discipuli tui non ambulant iuxta seniorum traditionem, sed illotis manibus edunt panem?

6 At ille respondens dixit eis, Bene vaticina-tus est Iesaias de vobis hypocritis sicut scriptum est, Populus hic labii me honorat, cor autem eorum lo-gie est à me.

7 Frustra autem me colunt docentes doctri-nas, præcepta hominum.

8 Nam omisso præcepto Dei, tenetis constitutio-nem hominum, vices et ablutiones & poculum,

aliisque his similia facitis multa.

9 Et dicebat illis, Bene reiicitis præceptum Dei,

ut constitutionem vestram seruetis.

10 Moses enim dixit, Honorata patrem tuum &

matrem tuam: & Qui maledixerit patri vel matri,

morte moriatur.

11 Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri vel

matri, Corbam, quod est donum, quodcunque ex

me est, tibi proderit.

12 Et ultra non sinitis eum quicquam facere pri-

tri suo vel matris sue.

13 Irritum facientes verbum Dei per tradicio-

nem vestram quam tradiditis: & similia huiusmo-

di multa facitis.

14 Ita ergo negligenter omitti. Porro inuidus quū le-

gitimi in imperiū sit impatiens, in similitudine ad iugū

Dominī ferendum coniunctum, laqueostamen va-

naram traditionum facile ac libenter induit: in i-

talē seruiturem videntur multi appetere. inter-

rea vitiaria cultus Dei, cuius primus iurac epius

Principiū est obediencia: eius imperio presertim hominum cuius Dei

authoritas. Morosè ad eosq; tyranicè cogitur vul-

gus totum suum studium ad nugas applicare. Do-

cet autem hic locus primum omnes fictitious cul-

tus minimū Deo placere: quia se vñū audiri vult

vt nos ad veram pietatem suo arbitrio formet ac

instituet: deinde operā ludere, qui vñica Dei Le-

ge non contenti in seruandis hominum tradicio-

nibus se fatigant: tertio iniuriam Deo fieri, quum

ita in sublime efferuntur hominum commēta, vt

Legis eius maiestas ferē concidat, vel saltē fri-

geat eius reuerētia. Ab Hierosolymis Scribe.) Quo-

consilio venerint Scribe isti ad Iesum, non expri-

mitur: mihi tamē probable est, fama eius com-

motus venisse descendit studio, siquidem vius effet idoneus magister: quanquam hieri potest ut ad speculandum misli sint. Ut cuncte res habeat, quia suum supercilium atulerat, facilè eos minima offensio exasperat ut Christum mordent vel arrostand. Vnde videnuis quād difficile sit ad sanam doctrinam electi quos ambitio libidōque dominandi occupat: præterim qui cærementis additi sunt vbi diuturnus vius accessit, nullam nouitatem admittunt, sed præfacte dannat quicquid est infolitum. Denique hoc hominum genere nihil vel magis imperiosum, vel morosius fingi potest. Ambo Euangeliæ Scribas ac Pharisæos suis se commemorant: Mattheus tamen priore loco, Marcus autem secundo ponit. Porro idem sensus est, quia intelligit veniente quidem Scribas ex aliis sectis, sed Pharisæos fuisse primores, sicut honore præstabant, & tunc penes eos gubernatio erat. Eos autem legum neglectu quarum ipsi erant a thores citius fuisse offensos mirum non est, nam, ut alibi diximus, quād se Legis interpres esse iacentur, & inde nomen illis effet impositum, tuis figuratis corruerant verbi Dei puritatem, itaque ab eorum officina quicquid tunc traditum erat apud Iudeos, prodierat: vnde factum est ut se magis animosos & acerbos earum zelotas ostenderent.

Translitteratio humana. 2. *Quare discipuli tui.*) Quam de humanis traditionibus agitur, ad leges politicas minime pertinet hæc quæstio, quarum vius & finis alio tendit quād ut præcipiant qualiter colendus sit Deus: sed quoniam inter se differunt humanæ traditio[n]es, adhibenda est aliqua distinctio. Quarundam enim manifesta est impietas, quia peruersi cultus, & ex diametro cum verbo Dei pugnantes instituunt. Aliæ quum profanis ineptis inuoluant Dei cultum, vitiant eius puritatem. Aliæ que plus habent coloris, nec virio aliquo notabili infecta sunt, hoc tamen nomine damnantur, quod necel fariae esse singuntur ad Dei cultum: atque ita disceditur à vera via Dei obedientia, & conscientia iniicitur laqueus. De hac postrema specie hoc loco tractari certum est, nam manuum lotio quārgebant Pharisæi, per se nō poterat argui præsuperstitionis: alia non passus fuisset Christus hydriis in nuptiis Iherusalem nisi libera fuisset cærenonia: sed in hoc situ erat vitium, quod non putabant aliter Deum rite coli. Initio ritus lauandi non sine specioso prætextu inductus erat. Scinus quād se uice Læx Dei requirat externam munditionem: non quod in ea Dominus occupari vellat seruos suos, sed quo magis sollicitè ob omni spiritu illi inquinamento sibi cauerent. Cæterum in ablationibus aliquem modum Lex tenebat. Superuenierant autem doctores qui se non putabant satis acutos habitum iri nisi aliquid verbo Dei affueret: hinc fluxerunt lotiones quarum nulla siebat in lege mentio. Legistores ipsi non iætabant se nouum quicquam tradere, sed tantum addere cauendi formulas, quæ media essent admicula ad seruandam Dei Legem. Mox vero sequuta est corruptela, quum pars Diuinæ cultus censori manitus inducta cærenonia cœperūt. Deinde quum in rebus liberis & voluntariis necessitas est imposta. Deus enim (ut iam dictum est) tempest ex verbi sui præscripto coli voluit: ideoq; nulla tolerabilis est ad Legem eius accessio. Ita ut ritus externos fidelibus sibi habere permittit, in quibus se exerceat ad pietatem: ita nō patitur

cum verbo suo misericordia in illis posita effet religio. Non abluunt manus suas. Officidi causa copiosius exponitur apud Marcum: summa tamen huc redit multa sive in vñ apud Scribas quæ vñ seruanda suscepserant: ille erant secundarie leges à curiosis hominibus inuenient, quasi simplex Dei mandatum nō sufficeret. Abiū iubebat Deus qui aliquid pollutionis contraxerant: hoc ad pocula & vrceos, vestem & reliquam suppellecile patebat, nequid attingerent pollutum vel immundum. Sed nouas ablutiones cōminisci, otiosæ vanitatis fuit. Non deerat quidem color, ut Paulus dicit, hominem inuenta speciem habere sapientem: verū si acquiescerent in sola Dei Legem, magis illi probata fuisset modestia, quād scrupulosæ anxietas. Cauere volebant nequis immundus per incogitatiā cibum sumeret, atqui satis Domino fuerat purgare sordes cognitas. Porro iste cauriones nullum habebant finem vel modum, quia vix digitū mouerant poterat quin oboperet noua aliqua macula: sed corruptela hec longè deterior erat, quod iniecta erat cōsciētia religio, vt pollutionis reus fieret qui subinde corpus aqua non abluebat. In plebeis fortè hominibus tolerarentur cæreniae huius neglectum: sed quia de Christo & eius discipulis aliquid eximium conceperant, ac non vulgare, indignum esse videtur quod ritus à maioribus traditos, quorum vius inter Scribas sancti erat, non obseruent eius magistri discipuli qui aliquid melius præsenti statu prefitebatur. Porro multum falluntur qui aspersione in aqua lustralis aqua lustralis, quæ Benedicta vocatur apud Papistas, cum lotione Iudaicis comparant. Unicum enim Baptismū toties iterando, quantum in se est obliterant Papista. Deinde ad exorcismos confertur friuola illa aspersio. Qod si per se licita, & talibus corruptelis vacua fore, semper tamen damnanda est illa quam vrgent necessitas.

3. *Quare vos transgredimini.*) Duplex hæc ponitur Christi responsio: prior est ad personam, ut loquantur altera rei, & causa definitionem continet. Inuersus est ordo apud Marcum, qui prius Christum de re tota loquentem inducit: deinde subiicit obiurgationem, quia inuenitur contra hypocritas: nos filii Matthæi sequemur. Quād vicissim quærerit Dominus à Scribis cur Dei Legem propter suas traditiones violent, nōdum planè discipulos à crimine obiecto liberat, sed ratu admonet quād iniqua sit & præpostera eorum morositas. Indigne ferunt, hominum præcepta non exactè serua: quanto indignus est, posthabita Lege Dei totum studium ad illa seruāda impedere? Apparet igitur ambitiosè magis, quād recto zelo ipsos offendit, dum ita homines Deo præferunt. Porro quo sensu dicat eos transgredi Dei mandata, ex contextu facile colligitur. Non abolebant palam vel ex professo Legem Dei, ut quod veterat, licet esse fingerent: sed obliqua erat transgressio, quum officia Diuinities iniuncta secure omitti patiebatur. Claram & familiare exemplum est quod Christus adducit, Præceptum Dei est ut liberi honorem habeant suis parentibus. Quia sacra ablutiones in lucrum Sacerdotum cedebant, tam rigida erat earum exactio ut grauius peccare fingerent qui nihil sponte offerret, quād qui parētē fraudaret debito iure. Denique quod secundū legem Dei voluntarium erat, pluris erat Scribarum iudicio, quād vnum ex præcipiis Dei mādat. Ergo quoties ita intenti sumus ad seruandas hominum leges, ut

leges, ut ad ipsam Dei Legem seruandam minus studij curæque impendamus, ceterumnam transgredivi. Paulo post dicit et irritum fieri Dei iudicatum propter hominum traditiones: quia Scriba ita suis placitis addidit, tamen tenebant populum ut intendere verbo Dei non vacaret: deinde quia scire pulchre defunctos putabant qui ad vnguiem illis erant obsequuti, hinc s' rgebat peccandi licentia. Impune enim violari creditur Lex Dei quoties ubi quam in eius observatione, locatur sanctitas. Nunc pro se quique expendat an non hodie magis hec pravitas in Papatu graefetur, quam olim apud Indeos. Non negat quidem Papa cum tota cleri sui colluvie quin sit obedientium Deo: sed ubi ad rem ventum est, quia non fecus ac capitale crimen detestantur modicum carnis gustum, quibus furtum vel scortatio ventale delictum est, propter ius tradiciones euerunt Legem Dei, quia nullo modo ferendum est ut hominum pl. citia de obseruancia qua Deo vni debetur, qui, quia in minuant. Porro honor quem praefatius habet Deus parentibus, ad omnia pietatis officia extenditur. Posterior membris: quod adiungit Christus, niente dignum esse qui maledixit pati vel matri, huc iectat, ut sciamus non vulgare esse aut leuis momenti preceptum de honorandis parentibus, cuius violatio tam leuè punitur. Hoc verò Scribarum culpam non parum amplificat, quod tam leuè denuntiatio iniuriam eos terret quo minus frumenta laxent parentum contemptoribus.

⁵ Vos autem dicitis.) Defectiva est loquutio, quæ apud Marcum est plenior, ubi additur, Non simis enim ultra quicquam praescribere.) lensus autem est, perperam à Scribis absoluvi qui per iustis subtrahunt sua officia, modò hunc defectum supplerant voluntario sacrificio quod sine Dei offensa omitti poterat. Nec enim Christi verbasic accipere conuenit quasi ab omni iusto obsequio homines prohibuerint Scribe: led tanto feruore instabant ad prædam venandam, ut parentibus interea decessent filii.

^{5a29.b.13.} 8 Rele de vobis prædixit Iesaias.) Longius nunc progreditur Dominus. nam de ipsa causa pronuntiat, quam in duo membra distribuit. Prius est, quod extensis solùm ritibus affixi, verà sanctitudinem, quæ sincera cordis integritate constat, pro

M A T T H. XV.

10 Et aduocatis ad se turbis, dixit eis, Audite & intelligite.

11 Non quod ingreditur in os impurat hominem, sed quod egreditur ex ore hoc immurum reddit hominem.

12 Tunc accedentes discipuli eius direxerunt illi, Nostris Pharisæos auditio sermone isto offendens fuisset?

13 At ille respondens ait, Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus callestis eradicabatur.

14 Omitte illos, duces sunt ceci cecorum. Porro si cecus ceco fuerit, ambo in foueam cadent.

15 Respondens autem Petrus dixit ei, Edisti nos nobis parabolam istam. (gētia caretis)

16 Iesus autem dixit, Adhuc & vos intellig-

17 Nondum intelligitis quidquid in ventrem: & in secessum exit repurgat in os, in aliuum abit, & in secessus gans omnes escas.

nihil ducerent: alterum quod peruersè Deum colerent suo ai bitu. Quanquam autem ubi liruatauani scita inque sanctimoniam exigit, videtur adhuc personas stringere, doctrinæ tamen summa complectitur, cuius haec piena fuit definitio, cultum Dei spirituali esse, non in asperitione aquæ, vel in alia cæremonia positum. Deinde non aliud esse rationalem Dei cultum, quam qui ad regulam velbi cius formatus est. Quanqua in autem felias non in futurum modo tempus vaticinatus est, sed ætatis sibi homines respexit, Christus tamen in Pharisæos & Scribas competere dicit vaticinum: quia similes sunt veteribus illis hypocritis cum quibus certabat Prophetæ. Non refert Christus ad verbum quod illuc haberetur: duo tamen haec vita Prophetæ diligenter commemorant, quibus Dei vindictam in se provocauerant Iudei, quod labitis tantum & externa professione pietatem simularent deinceps quod deflecterent ad cultus fictiños. Primo igitur inopia est hypocritis, quum homines non nisi externa specie Deum honorant: nam ore & labiis appropinquare Deo, per se malum non est si modò cor paret. Summa est igitur, quia spiritualis est cultus Dei, nec quicquam illi placet nisi adsit interior cordis sinceritas, hypocritis esse qui sanctitatem in externis pompis constituent.

9 Frustra me colunt.) Ad verbum sic loquitur Prophetæ, Fuit timor eorum ex præcepto hominum eductus. Sed Christus facilius & aptè sensum reddidit, frustra Deum coli ubi pro doctrina ingeritur hominū voluntas. Porro his verbis omnes ^{Colof. 2. d. 25.} ibaneo ñprouueias, vt Paulus vocat, damnari minime obscurum est. Nam, vt diximus, quia vult Deus suo unius arbitrio coli, nouos sibi cultus fabricari minime sustinet. Simil ergo atque vagari sibi permittunt homines extra Dei verbum, quo quisque in eo colendo magis strenue & curiosè fatigetur, eo grauius sibi accersit iudicium: quia profanatur religio talibus fragmentis. In his verbis appositio est, Docentes doctrinas, præcepta hominum. Eos enim errare Christus pronuntiat qui loco doctrinæ obtrudunt hominum mandata: vel qui inde regulam petunt colendi Dei. Fixum ergo illud maneat, ^{1. Sam. 15. 1.} quia Deo pluris est obedientia quam victimæ, ficitios omnes cultus coram eo vanos esse: imò teste Prophetæ, maledictos & detestabiles.

M A R C. VII.

14 Et quum aduocasset ad se totam turbam, dicebat illis, Audite me omnes, bat autem il-

& intelligite. ^{l. simil studi-}

15 Nihil est extra hominem intro- nem, Nun- iens in eum, quod posse cum inquinare: quid potest sed que de homine procedunt, illa sunt cecus cæcum que inquinant hominem.

16 Si quis habet aures ad audiendum ne ambo in audiatur. ^{foueam ca-}

17 Et quum ingessus esset dominum dentes at fenestræ à turba, interrogarunt eum discipuli eius de similitudine.

18 Et ait illis, Adeo & vos intelligi- gentia caretis? nondum intelligitis quod omne foris introiens in hominem, non potest eum inquinare?

19 Quia non intrat in cor eius, sed in secessum exit repurgat in os, in aliuum abit, & in secessus gans omnes escas.

L V C. VI.

39 Dice-

turbam, dicebat illis, Audite me omnes, bat autem il-

& intelligite. ^{l. simil studi-}

15 Nihil est extra hominem intro-

nem, Nun- iens in eum, quod posse cum inquinare: quid potest

sed que de homine procedunt, illa sunt cecus cæcum

que inquinant hominem.

16 Si quis habet aures ad audiendum ne ambo in

foueam ca-

17 Et quum ingessus esset dominum dentes at fenestræ à turba, interrogarunt eum discipuli eius de similitudine.

18 Et ait illis, Adeo & vos intelligi-

- 18 *At ea que proficiuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa impurum reddunt hominem.*
- 19 *Nam ex corde exeunt cogitationes malae, cædes, adulteria, supra, furtæ, falsa testimonio, conuictio.*
- 20 *Hæc sunt que impurum reddunt hominem. Ceterum illotis manibus capere cibum, non conuinquit hominem.*
- 20 *Dicebat autem, Quod ab homine exit, illud inquinat hominem.*
- 21 *Ab interioribus enim de corde hominum mala cogitationes procedunt, adulteria, supra, homicidia,*
- 22 *Furtæ, cupiditatem, fraudes, dolus, lascivia, malus oculus, conuictio, superbia, flultitia.*
- 23 *Omnia hæc mala ab interioribus procedunt, & inquinant hominem.*

^{257. 14. c. 17.} *Aduocatis ad se turbis.*) Hic Christus ad dociles se conuertens, sūsus exponit quod prius attigerat, regnum Dei non esse positum in cibo & potu, sicut etiam Paulus docet, nam quum res exterræ natura puræ sint, liber quoque ac purus est earum v̄sus. nec verò ex bonis Dei creaturis contrahitur immundities. Generalis est igitur sententia, sordes non aliunde venire in hominem, sed fonte in ipso latere. Ceterum per synecdochem *Ex ore hominis* prodire dicit quæ ex se quisque mala profert. Alludit enim ad presentem causam, ac si diceret, Nos non hauireris ore immunditiam vñā cum cibo & potu: sed ex nobis omne sordium genus proflueret.

12 *Nostri Phariseos.*) Quia superciliosi ac indociles erant Scribæ, non multum operæ impedit Christus in illis placandis, sed satis habuit eorum hypocrisi & fastum repellere. Ita duplicita est offensio quam prius conceperant, vbi vident non incuria, sed quasi ex professo suas lotiones tanquam nugas à Christo sperni. Iam quum malignos & virulentos animos Christus acriter pungendo magis accendere non dubitauerit, discimus eius exemplo non magnopere curandum esse vt omnibus placeant facta ac dicta nostra. Discipuli tamen (vt rūdibus & indecētis nos est) Christum incommodè & perperam respondisse, ex eventu minus secundo coniuncti. Huc enim spectat eorum admonitio, vt Christus asperius dictum corrigendo, offensos animos lenire studeat. Hoc ferè solenne est infirmis, sinistrè iudicare de doctrina quam vident iniquis & aduersis auribus accipi. Et certè optandum esset eam placide & sine offensa probari omnium suffragiis: sed quia multorum mentes excœcat Satan, & corda etiam in rabiem accentdit, multas etiam animas bruto stupore obrutas tenet, fieri non potest vt omnibus sapientia recta salutis doctrina: præsertim verò exasperati mirum non est qui malitia & contumacia virus intus souuent. Danda quidem opera est, quoad licebit, ne qua ex nostra docendi ratione offensio nascatur: sed extreme insanie forer, velle nobis prudentius moderari quā edocti sumus à celesti magistro. Videntem autem vt ex eius sermone sumpta fuerit ab improbis & peruersis boni nubis scandali occasio: imò videntius vt illam scandali specie in qua malignè contracta erat, sūsque déque haberit.

13 *Omnis plantatio.*) Quia minus prospero doctrina successu vulnerati erat debiles animi, Christus hinc malo mederi voluit. Hoc autem remedium adhibet, non esse quod turbentur boni, vel minus honorificē de doctrina sentiant, quāvis multis in mortem cedat. Inscīte hic locus exponit à quibusdam, quod omnia hominum figura, &

quicquid ex ore Dei profectum non est, euelli ac perire oporteat: nam ad homines potius Christus respexit, ac sensus est, mirum non esse si reprobis mortifera est salutis doctrina, quia semper in exitium, cui deuoti sunt, præcipites feruntur. Quare plātatos Dei manu intellege, qui gratuita eius adoptione in arbore vītæ inflati sunt: sicuti & Iesaias renouata Christi gratia Ecclesiam vocat gerumen à Domino plantatum. Porro quia ex sola Dei electione est salus, reprobos perire necesse est quoque id siat modo: non quod Deus innoxios & omni culpa vacuos perdat, sed quia ipsi propria malitia quicquid oblatum est, quamlibet sit salutare, in exitium suum conuertunt. ita vt sit sponte pereuntibus Euangelium odor sit mortis in morteni, teste Paulo. Etsi enim omnibus in salutem proponitur, hunc tamen fructum non profert nisi in electis. Fidi etiam & probi doctoris est sic temperare quicquid adducit in medium vt omnibus proficit: sed quoties aliter succedit, consolentur nos Christi responso. Pulchritè autem exprimit similitudo causam exitij non esse in doctrina, sed reprobos qui nullam in Deo radicem habent, obiecta sibi doctrina, euomere occultum venenum vt sibi mortem accelerent, cui iam erant addicti. Adde quod hypocritas qui videntur ad tempus instar baroniarum arborum plantati, specialiter Christus designat. Epicurei enim qui crasso & insanī Dei contemptu sunt notabiles, non dicentur propriè similes esse arboribus, sed in quibus aliqua inanis pietatis species emicat. Tales erant Scribæ qui in Ecclesia Dei, non secus ac cedri in Libano cunibant: quo magis absurdâ videti poterat eorum defectio. Porro quia dicere posset Christus merito perire qui salutem indignè respununt, altius concidunt, ac quenquam perpetuō staturum negat nisi cuius filius in Dei electione fixa est. Quibus verbis disertè exprimit primam salutis nostræ originem fluere ab illa gratia qua Deus nos sibi antequam creati essemus, in filios elegit.

14 *Omittite ipsos.*) Indignos esse pronuntiat quorum haberi debeat ratio: itaque non esse cur nos eorum offensio nimis commoueat. Hinc sumpta fuit trita illa de scandalis vitandis distinctio, quod caendum sit ne infirmis detur scandalum: si quis verò contumax & malignus scandalum accipiat, non esse curandum: Christum enim qui petra est scandali, sepeliri necesse foret, si velleinus omnium peruvicacit satificeare. Ergo inter infirmos qui ignorantia offensi, mox reddant se sanabiles & superbos & morosos qui scandala sibi accersunt discernere operæ pretium est, ne quis infirmus nostra culpa turbetur. Ceterum vbi mali contumaciter impingent, per medianas offensiones securè pergamimus. Scandala.

nam qui infirmis fratribus non parcit, quasi pedibus eos calcat, quibus iubemus manum portugere. Altos vero curare minime consentaneum est et quorum in scandala incidere necesse est si reclam viam tenere cupimus. Deinde ubi offendiculi praetextu eos a Christo alienari & deficere contigerit, finendi sunt, ne secum nos abripiant. *Duxes sum eorum & eorum.*) Significat Christus misere perituros quicumque, huc iluc se infligent ad illorum arbitrium, nam quoniam in plana via impingant, hinc constat sponte eos cecutire. Nunc quorum se illis regendum quisquam permitteret, nisi ut in eandem cadat foueam? Christus autem qui Sol iustitiae nobis illuxit, nec solùm Euangeli sui face nobis viam monstrat, sed eandem a nobis vult praeferti, merito ab illa cordicia discipulos revocat, ne in eorum gratiam, quasi in tenebris errent. Hinc etiam colliginus inexcusabiles esse omnes qui simplicitatis aut modestiae praetextu fallendos se, ac erroribus illaqueandos tradunt. Lucas in hac sententia recitanda: ullam circumstantiam notat: sed generaliter dicit, Christum hac similrudine usum fuisse, tuncut multos Christi sermones commorans, quorum habitu fuerint subiecti. Potest quidem fieri ut Iepus idem hoc Christus dixerit: ego tamen (quia Iesus alibi non erat aprior) hoc insinuere non dubitau quod tempore non exprefso resert Lucas.

15 *Respondens Petrus.*) Quia discipuli nimiam ruditate, nprodunt, me ito eos castigat Christus, & exprobrat quod adhuc intelligentia careant, ne que tamen illis doctorem se præstare definit. Quod nominatum Petro Matthæus tribuit, Marcus eodem sensu ab omnibus quæsumus fuisse refert, idque patet ex Christi responso, ubi non sola Petri ignorantia, sed omnium pariter coarguitur. Summa autem est, cibis non pollui homines, sed

fordes vitorum intus habere inclusas quæ palam in opera emergunt. Si quis obiciat, uten peritem victus inquinamentum esse facilis est solutio, Christum non agere nisi de nativo & legitimo earum rerum visu quas nobis Dominus subiecit. Edere & bibere libera per se, & media res est: si quid accedit corrupte, ab ipso homine oritur, ideoque internum censeri, non extrinsecum debet.

19 *Ex corde exēunt.*) Hinc colliginus quod admonovi, nomen Oris pro loci præfensis circumstantia fuisse prius a Christo positum: nunc enim non sit oris intentio, sed tantum ex eo de hominis manare dicitur quicquid virtutum est, & suis sorribus inquinat. In hoc differt a Matthæo Marcus, quod plura virtus enumerat, vt sunt libidines, vel cupiditates nimiae, quas alij anaritias transferunt, ego generaliter accipere malui. Item dolus & intemperantia, & quæ deinde sequuntur. Ceterum quanvis impropria sit loquendi forma, sufficit tenere mentem Christi, quod omnia virtus ex malis & corruptis cordis affectibus procedant. Improprie dicitur malus oculus ex corde procedere, in re tamen ipsa nihil est vel absurdum vel ambiguum, neque quod impurum cor oculos contaminet, vt ministeri sint vel organa malarum cupiditatum. Neque tamen restrigit Christus quidquid mali est in homine ad manifesta peccata, sed vt clarius ostendat cor hominis omnium malorum sedem esse, testimonia & fructus in ipsis peccatis extare dicit. Pro verbo inquinandi Græce habeatur Commune facere: sicuti paulo ante Marcus communes dixit manus pro impuris. Est autem Hebraica phrasis: nam quia hac lege Dominus Iudeos segregauerat ut disiuncti essent ab omnibus Gentium inquinamentis, quicquid ab hac sanctitate alienum erat, commune quasi profanum vocarunt.

M A T T H . X V .

21 *Et egressus inde Iesus fecerit in partes Tyri & Sidonis.*

22 *Et ecce mulier Chananea qua à finibus illis venerat, clamauit dicens, Misereere mei Domine fili David filia mea miserere à dominio vexatur.*

23 *Ille vero non respondit ei quicquam. Et accedentes discipuli eius rogabant illum dicentes, Amanda illam: nam clamat post nos.*

24 *At ille respondens, dixit, Non sum missus nisi ad oves perdidas domus Israel.*

25 *Ilia autem venit, & adorauit eum, dicens, Domine succurre mihi.*

26 *At ille respondens dixit, Non est decorum sumere panem filiorum, & projicere catellis.*

27 *At illa dixit, Certe Domine: etenim catelli edunt de micis quæ cadunt à mensa dominorum suorum.*

28 *Tunc respondens Iesus dixit illi, O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata fuit filia eius ex eo tempore.*

M A R C . VII .

24 *Et inde surgens abiit in confinia Tyri ac Sidoni: & ingressus domum, neminem voluit scire, nec potuit latere:*

25 *Mulier enim statim ut audiuit de eo cuius filiola habebat spiritum immundum, venit, & accidit ad pedes eius.*

26 *(Erat enim mulier Græca Syrophœnissa genere) & rogabat eum ut demonium ejiceret de filia sua.*

27 *Iesus autem dixit illi, Sine prius saturari filios: non est enim decorum sumere panem filiorum, & projicere catellis.*

28 *At illa respondit, & dixit illi, Certe Domine: nam catelli quoque comedunt sub mensa de micis filiorum.*

29 *Et ait illi, Propter istum sermonem vade, exige demonium à filia tua.*

30 *Et quam abiisset in domum suam, repperit demonium exisse, & filiam iacentem super lectum.*

L V C .

In hoc miraculo docemur quomodo ad Genes manare ceperit Christi gratia, et si enim nondum aduenierat maturum tempus quo se toti mun-

do Christus publicaret, præludia tamen quædam dare voluit communis misericordię, quæ tandem promiscue Iudeis & Gentibus fuit exhibita post eius

Chananæ resurrectionem. Insignis etiam fidei imago depingitur in muliere Chananæ, ut comparatione facta scimus promissa redemptione meritò priuatius fuisse Iudeos quorum tam stupidia fuit impietas. Mulier quam Matthæus Chananæ vocat, à Marco dicitur fuisse Græca, & genere Syrophœnæ: in quo nihil est dissidij. Scimus enim vulgo receptionem fuisse Iudeis loquendi morem, ut omnes exteras gentes, Græcas vocarent: idéoque illa antithesis inter Græcos & Iudeos frequenter occurrit apud Paulum. Porro quum ex partibus Tyri & Sidonis oriunda esset, non mirum est vocari Syrophœniam: quando & regio nomen habebat Syria, & pars Phœnicie erat: omnes vero illius terræ incolas Iudei Chananæos odiose vocabant. Et credibile est maiori ex parte traxisse originem à populis Chana, qui patria expulsi, tanquam in vicinum exilium profugerant. In hoc aucto consentiunt, mulierem ex profana gente natam, non educata:n in Legis doctrina, vltro venisse ad Christum ut simpliciter ope:n ab ipso petret. Notanda est etiam circumstantia quæ à Marco exprimitur, Christum illuc venisse nō erecto vexillo, sed vt instar priuati hominis in illo angulo ad tempus lateret. Loquitur autem Marcus pro communi carnis sensu. et si enim Spiritu suo Diuino præuiderat Christus quid futurum esset, quatenus tamen patris minister erat ac legatus sese intra vocationsi sibi iniunctæ fines humanitatis continuit: ideo non potuisse dicitur quod secundum hominem in volebat. Interim hæc circumstantia, vt dixi, ad damnandos Iudeos graue pondus habet, quod quum ipsis Christus promissam redemptionem sonora voce & miraculis additis in medium proferre, cæci & surdi fuerint, quum tamen iactarent se fœderis Domini esse hæredes, peculium eius, regnumque Sacerdotiale: mulier vero hæc, cui nihil commune erat cum filiis Abraham, & ad quam fœdus minimè in speciem pertinebat, nulla voce aut signo inuitata vltro accurrerit.

22 Miserere mei Domine.) Quanquam à grege Domini extranca erat hæc mulier, gustum taeniam aliquem pietatis imbibebat: nam sine aliqua promissionum notitia Christum non vocasset filium Davidis. Tametsi enim à dura & integra Legis doctrina ferè desciuerant Iudei, vel saltem procul deflexerant, celebris tamen vigebat promissæ redemptoris fama. Et quoniam Ecclesiæ restitutio à regno Davidis pendebat, quum de Messia erat sermo, tritum apud eos erat nomen filij Davidis, & quidem in ore omnium volitabat hæc cœfessio. Sed quum apud ipsis obsoleuisset vera fides, mira & incredibili Dei bonitate factum est vt promissionum odor ad vicinas gentes peruenieret. Quanquam ergo mulier hæc à nullo magistro familiariter edoceta erat, fidem tamen de Christo non temerè sibi fabricauit, sed concepit ex lege & Prophetis. Quare non minùs insulsa quā in iipiæ canis ille Scrutus, vt fidem promissionibus nudaret, abusus est hoc exemplo. Secundum hunc sensum non nego quin poslit interdum aliqua esse fides implicita, cui scilicet nō constat diserta distincta: que sane doctrinæ cognitio: modò hoc teneamus, fidem semper ex Dei verbo nasci & principium suum ex veris rudimentis habere, vt semper ad aliquam scientiæ lucem annexa sit.

23 Ille vero non respondit.) Variis modis fidem huius sceminarum Euangelistæ commendant, sicuti

nunc ab iniuncta constantia, nam quum silentium Christi quoddam esset repulsa genus, hac tentatione deiecit non fuisse mirum elassitudines autem precondi, perseueratia testis fuit. Videtur tamen hoc fidei & inuocationis naturæ esse contra Rom. 10. t. riuum, qualiter eam Paulus describit ad Rom. quod¹⁴ scilicet nemo ritè precari queat nisi praevante verbo Dei. Quis ergo mulierem hanc fide præditam esse dicet, quæ tacente Christo fiduciam ex seu proprio spiru? Sed quum bifarium loquatur Christus, & tacet, notandum est, quāvis tunc supprime rei oris verba, intus tamē loquuntur esse mulieris animo: itaque atcanum hunc instinctum externæ prædicationis vice fuisse. Adde quod quum ex auditu fidei nata esset eius precatio, quanvis non statim respondeat Christus, semper tamen resonat doctrina illa quam seip[s]el didicit, quod Christus aduenierit Redemptor. Ita saepè Dominus fideles suos alloquitur & simul taceat: nam Scripturæ testimoniis freti, vbi ipsum audiunt loquentem, sibi non dubitant proprium fore: & tamen votis eorum & precibus nō statim respondet, quin potius se audire dissimulat. Videmus ergo quodnam fuerit Christo consilium tacendi, non vt fidem mulieris extingueret, sed potius vt acueret eius studium & accenderet fervorem. Quid si exiguum doctrinæ sensu in Chananæ tam vberem fructum tulit, nihil minùs decet quāvis nos deficeret si quando nos suscepimus, nec statim humano responso dignatur. *Amanda eam.*) Nihil in eius gratiam petunt discipuli: sed quia illis molesta est importunitas, dimitti quovis modo cupiunt. Ceterum puerile figmentum fuit, quod hoc prætextu conati sunt Papistæ Sanctos, qui mortui sunt, nobis inducere patronos. nam vt demus hanc sceminarum petitiæ à discipulis aliquid suffragationis vel gratiæ (quod tanquam ex contextu clici non potest) alia tamen est mortuorum ratio quā viuorum. Adde quod fastidiosè eam audiunt discipuli: atque vt aninus illis fuerit patrocinio suo eam leuare, nihil tamen impetrant.

24 Non sum missus.) Reddit cansam Apostolis cur Chananam non exaudiat, quia velit Iudeis se totum impendere, quibus solis destinatus erat Diuinæ gratiæ minister. Ergo à vocatione & mādato Patris arguit nihil esse extraneis auxilijs præstandum: non quod perpetuè inclusa fuerit Christi virtus intra tam angustos fines, sed quia sic febrebat temporis ratio, vt initium faciens à Iudeis, se tunc illis peculiariter addiceret. Nam vt dictum fuit cap. 10. non ante resurrectionem diruta fuit maceria vt pacem annuntiaret Christus ipse Gentibus regno Dei alienis. Ideo tunc vetabat Apostolos alibi, quām in Iudea primum doctrinæ sermonem spargere. Verè igitur se missum hoc loco negat nisi ad solos Iudeos donec suo tandem ordine Gentes quoque succederent. Porro Oues domus Israël appellat non solos electos, sed quicunque genus à sanctis Patribus trahebant: quia omnes complexus fuerat Dominus in fœdere, & promiscuè omnibus redemptor promissus erat, sicuti etiā sine exceptione omnibus se patefecit hac obtulit. Hoc quoque notatu dignum est, quod se datum esse pronuntiat oibus perditiis: sicuti alibi se venisse testatur ad seruandum quod perierat. Im quum nobis hodie communis sit eius gratia cum Iudeis, colligimus qualis sit nostra conditio, donec ipsa appetat nobis seruator.

25 Illa venit & adoravit.) Videatur mulier obfuscatione quadam luctari, ut ab initio aliquid extorqueat, sed non dubium est quin concepta de Misericordia bonitate fides illam sic animaverit. Quod autem in Christo praeceps negat hoc esse sui officij, eam non terruit repugnaria, neque deduxit à proposito. Hinc factum est quod penitus defixa in priori re illo quem dixi, fiduci sensu, nihil tpei sua contraria admisit. Atque hæc vera est fidei probatio, quum generale salutis nostræ principium, quod in verbo Dei fundatum est, nullo modo nobis excepti patimur.

26 Non est decorum.) Iam Christus duriore quam prius, responsu spem omnem praecidere videtur. non enim solùm docet, quicquid accepit à Patre gratia Iudeis deberi, & illis esse dispelrandum, ne peculiari suo iure fraudentur: sed non si ne contumelia comparat mulierem ipsam cani, significans indignant esse qua gratis sua participes fiat. Ceterum ut clarè nobis pateat sensus, sciendu est hic vocari panem filiorum non quilibet Dei dona, sed tantum quæ distinctè Abram & eius generi contulerat. Nam ab initio mundi sic effusa vbique Dei fuit bonitas, imo celum & terram impletuit, ut patrè ipsum senserint omnes mortales. Sed quia filios Abram majori honore dignatus fuerat, quam reliquum humanum genus, panis filiorum dicitur quicquid propriæ ad illam adoptionem spectat, qua soli Iudei electi erant in filios. Luce Solis, vitali spiritu, terra, quæ alimentis communiter fruebantur cum Iudeis Gentes: sed bene dicitur quæ in Christo sperantia erat, resistebat in una domo Abram. Quare sine discriminâ vulgo exponere quod Deus singulari privilegio penes gentem unam deposituerat, nihil aliud erat quam abolere Dei seodus. nam hoc modo Iudeis, quos excellere decebat, pares siebant Gentes. Ideo Christus proiciendi verbo vituper, significans non bene locari quod Ecclesia Dei ablatur, profinis hominibus vulgatur. Hoc autem restringi debet ad tempus illud quo Deus inuocabatur tantum in Iudea. Nam ex quo ascitæ sunt Gentes in confitum eiusdem salutis (quod factum est vbi per Euæ gelium Christus vbiq[ue] illuxit) sublatum est discrimen, vt qui prius canes erant, nunc reputentur inter filios. Ceterum hinc ieceat necesse est carnis superbia, vbi audimus nos originè esse canes. Major quidem ab initio fuit humanæ nature prestatia, in qua fulgebat Dei imago, quam ut tam probrosum nomine in Gentes omnes competenter, adeoque in ipsis Reges quos Deus suo titulo insignit, sed fecit Ad perfidia & detestatio, ut Dominus meritò cum canib[us] in sterquilinium proiciat,

MATT. XV.

29 Et digressus illinc Iesus, venit iuxta mare Galilee: & consenserunt monte sedebat illuc.

30 Et accesserunt ad eum turbæ multæ ducentes si cum claudos, cœcos, mutos, mutilos, & alios multos. Et abiicerunt eos ad pedes Iesu, & sanauit eos:

31 Adeò ut turbæ miratae sint quum viderent mutos loqui, mutilos esse sanos, claudos ambulare, cœcos videre: & glorificabant Deum.

qui primi parentis culpa facti sunt degeneres: precepit vbi sit comparatio inter Iudeos, qui excepti sunt à communè forte, & Gentiles qui exulant à regno Dei. Clarius exprimitur consulta Christi apud Marcum, ubi habetur, *Sine priu[ile]giis curari filios.*) Nam Cananæam admovet præposteriorū scires, quæ velut in media cœna in uenienti inuolat. Ceterum quoniam præceptu respexerit ad sumendum de fide mulieris exueni, si uulnus tamen docevit quām horrendi Iudeos ultro manaret, qui bonum incomparabile ultro sibi oblatum respuebant, quod alii cupidè seruerenturque appetentibus negabat.

27 Certè Domine.) Responsio mulieris ostendit non fuisse cœco vel obtuso impetu abruptam vt direcione impingeret in Christi sermonem, nam quia Iudeos alii præcepit Deus, ipsa quoque adoptionis honorem illis relinquit, seque immē obstatore testatur quin Christus sermonem Diuinatus præscriptum illos sitient tantum petit, vt inicæ aliquæ, quasi fortuito cadentes, ad catulos & que perueniant. Et certe nunquam ita Deus suam gratiam inclusit inter Iudeos, quin gentes exiguo saltuum eius gustu aspergeret. Itaque ad exprimendam quæ tunc vigebat gratię Dei dispensationem: nihil aptius vel magis scite dici possumus.

28 Magna est fides tua.) Primum si tem mulieris *fides tua*, laudat: deinde se illius precibus in fidei gratiam *testudo*, annuere testatur. Porro fidei magnitudo præcipue in eo se exeruit, quod modice tantum docitatem scimilla duce, non modò agnouit genuinum Christi officium, cœlestemque ei potentiā tribuit, sed constanter perrexerit per tam ardua obstacula, scilicet exanimari patiit est, modò retineret quod sibi persuaserat, non defore sibi Christi auxilium, denique fiduciam humilitate sic conuidit, vt neque sibi temere quicquam arrogaretur: neque tandem fontem gratię Christi sibi precluderet. eius dignitatis propriæ scis. Hoc autem profanæ mulieris eloigit damnata est eius populi ingratitudine, qui se Deo factum esse iactabat. Ceterum quoniamodo rite credere dicatur mulier quæ non tantum destituitur Christi promissione, sed aduersa eius sermone repellitur, suprà admoniti, quoniam enim duriter in specie non recusat eiis preces, de pronuſſa tamen Divinitus per Messiam filiale persuasa, bene sperare non desinit: id est quoniam tandem sibi claudi, non vt penitus arceatur, sed vt magis se in fidei conatu per rimulas penetreret. Posteriorius membrum utilem doctrinam continet, quod fides quiduis impetrat à Domino, quia tantum cam estimat ut semper paratus sit votis nostris quoad expedit, morem genere.

MARC. VII.

L V C.

31 Et rursus egreddi est finibus Tyri & Sidonis, venit ad mare Galilee per medios fines Decapolis.

32 Et adducunt ei surdum, linguaeque impeditam, ac deprecantur eum vt impozat illi manum.

33 Et quum apprehendisset illum de turbæ seorsum, misit digitos suos in auriculam eius, & expuens tetigit linguam eius.

34 Ac suspicens in calum ingemuit, & ait illi, Ephphata, quod est aperire.

35 Et statim aperte sunt eius aures, & solu[m] est vinculum lingua eius, ac loquebatur reſte.

32 Iesus autem vocatis ad se discipulis suis, dixit, Misericordia mea magis illis eis praeceperat, tanto magis prædicturbæ, propterea quod iam triduum perseverant apud me, & non habent quod edant: & dimittere eos ieiunos volo, ne deficiant in via.

33 Dicunt ei discipuli eius, Vnde nobis in solitudine panes tam multi, ut satureremus turbam tantam?

34 Et dicit illis Iesus, Quot panes habetis? At illi dicunt, Septem, & paucos pesciculos.

35 Etiusmodi turbas discubere in terra.

36 Et sumpsit illos septem panes ac pesciculos: & postquam gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis: dicens verò turbæ.

37 Comederunt omnes, & saturati sunt: & sustulerunt quod supererat fragmentorum septem portulas plenas.

38 Qui verò comederant, erant quatuor milliavirorum præter mulieres & parvulos.

39 Et dimisit turbis concordit nauim, venique in fines Atagdala.

36 Tunc præcepit illis ne cui dicerent: sed quod magis illis eis praeceperat, tanto magis prædicturbæ bant:

37 Et supra modum stupebant, dicentes, Bene omnia fecit, & surdos facit audire, & mutos loqui.

MARCUS VIII.

1 In diebus illis quum turba admodum multa esset, nec haberent quod manducarent, accessit ad eis Iesus discipulis suis, dixit illis:

2 Misericordia tangor erga turbam, quia iam triduo manent apud me, nec habent quod edant.

3 Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis è longinquο venerunt.

4 Et responderunt ei discipuli sui, Vnde istos quis poterit hic satiare panibus in solitudine?

5 Et interrogauit eos, Quot panes habetis? illi vero dixerunt, Septem.

6 Et præcepit turba discubere super terram: & accepit septem panibus, quum gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis ut apponenter: & apponuerunt turbe.

7 Ei habebant pesciculos paucos: & quum benedixisset, iussit apponere & hos.

8 Comeaderunt autem, & saturati sunt: ac sustulerunt quæ superfluerant fragmentorum septem portulas.

9 Erant autem qui comederant circiter quatuor millia: & dimisit illos.

10 Et mox ingressus nauim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha.

Dicapo-
lia.

39 *Digressus illinc.*) Quum idem haud dubie Christi redditus è partibus Sidonis narretur à Mattheo & Marco, in quibusdam tamen nō nihil discrepant. Hoc leue est, quod alter in fines Magdala venisse ipsum dicit: alter verò in partes Dalmanutha: nam quum vicinæ essent vites supra lacum Genesaret sita versus montem Tabor, non minus est media regni attribui vtrunque nomen. Decapolis verò sic vocata à decem vribus, quia & Phoeniciae & maritimæ Galilææ contigua erat, Christo transiuncta fuit q[uod] iuri Phoenicia in Galilæa lades rediret. In eo plus apparebat dissidij, quod Matthæus plures variis morbis affectos illum susasse narrat: Marcus verò vnius tantum surdi minimi. Facilius tamen huius quoque nodi solutione est: Marcus n. miraculum tibi celebrandum de legit quod in itinere editum fuerat, & cuius fama dispersa, terra illius incolas passim excitauit ut plures Christo sanandos offerrent. Scimus autem Euangelistas curiosè non referre quicquid gestum est à Christo: in miraculo verò sic esse parcos ut pauca duntaxat in exemplum attingant. Deinde satis habuit Marcus specimen unum propnere, in quo reducit Christi potentia, perinde ac reliquis eiusdem generis quæ paulo post sequentia sunt.

39 *Marc. Adducunt ei surdum.*) Quorū precati sunt ut manum imponeret, ex superioribus locis colligitur. Nam manuum impositio, solenne erat confectionis symbolum, quo etiam cōfabantur spiritus sancti dona. Nec dubium est quin

ritum hunc frequenter usurparerit Christus, vt nihil rogarint isti homines nisi quod sciebant ei habens in vlo fuisse. Ceterum Christus alia symbola adhibet: nam muti lingua sputo suo intingit, ac digitum mitit in aures. Satis quidem efficax fuisse vñica manuum impositio: immo ut digitum nō moueret, præstare hoc solo nutu poterat, sed cōstat liberè vñus fuisse signis externis, vt ferrebat hominum vtilitas: sicut nunc lingua sputū aspergens, notare voluit loquendi facultatem à se vno transfundi, digitum in auriculas mittens, docuit proprium esse suum munus surda aures quasi perforare, nam ad allegorias confugere nihil opus est: & videmus quib[us] illius hac in parte interfuerunt adeo nihil solidi effere vt portius ludibrio Scriptorum exponant. Sufficiet igitur hoc vnum sobris lectoribus, nos à Christo loquelam & auditum precariò habere, quatenus vim suam linguis nostris inspirat, & digitis penetrat in aures nostras. Quod seorsum à turba surdum removet, partim ex consilio facit vt rudib. & nondum facit idoneis testibus eminus spectandam præbeat Deitatis sue gloriam: partim ut precandi ardorem libertatis ostendat. Nam quod suspexit in calum ac ingenitum, signum fuit vehementis affectus: vnde perspicitur quām singularis fuerit eius amor erga homines quorum miseriis ita condoluit. Nec dubium est quin sputum ex ore suo transfundens in os illius, & digitos auribus inferens, eundem humanitatis affectum testari & exprimere voluerit. Interea sibi summum imperium esse demonstrat

monstrat corrigendis omnibus vitiis & reddendae sanitati, quam si applicetur iubet linguan & aures aperiri, neque enim tenere Marcus Chaldaean huc vocem posuit, sed ut teftis esset Diauid Christi potentia. Inter alias nugas quibus baptisimum inquinarent stulti homines, hic quoque histrioni eius lusus agitur. Quo exemplo inveniuntur nullum esse licentiam modum ubi homines in Detinystriis pro sua arbitrio laetariunt.

36 *Precipit ille in cuius dicereunt.)* Quanquam multi sunt interpres qui precepit haec in diversam partem torquent, ac si confitio ita Paula set illos Christus ad celebrandam in facili famam: mihi tamen si applicius videtur quod asibi attulit, tantum voluntate diffiri in aliud tempore magis opportunum & maturum. Quare non debito quin illorum intemperie ficerit zelus, dum silere iussi, ad loquendum festinant. Mirum tamen non est, homines Christi doctrina non astuetos immodico ardore ferri quem non expedit. Veritatem in suam gloriam Christus quod minus prudenter ab illis tentatum fuerat, quia & miraculum innontat, & tota illa regio celestiu in donorum auctore in spemens, reddit auctio inexcubilis.

37 *Bona omnia feci.)* Mattheus postquam multa collegit miracula, subiecti tandem in hanc clausulam, miratas esse turbas & gloriam dedit Deo Israel: quia scilicet Deus in multis modis potentiam suam illustrans, seceris sui memoriam renouabat. In Marci autem verbis forte antithesis subest: nam quia varius ex Christo erat rumor, signis turbae impios esse & malignos quiunque eius factis obterebant, quando luminum potias lucem omnia merebantur, quam columnas sine obnoxia. Scimus autem dictante naturae sensu nihil esse magis iniquum, quam beneficia in crimen & inuidiam trahi.

38 *Matth. Misere me turbe.)* Hic refertur mi-

raculum alteri non absimile quod paulo ante expressimus: hoc tantum est dilecti, nec, quod quin prius quinque panibus & duabus pescibus saturasset Christus quinque hominum milia, nunc quatuor millia septem panibus & pesciculis aliquot pacatur. Deinde quoniam fragmatis impleti sunt duodecim cophini, nunc ex maiore copia minores supersunt reliqui. Hinc discamus non altrimenti Dei potentiam mediis vel adminiculis, nec referre coram ipsi sitne multum an parum: sicut de mediocri suo exercitu, & ingenti hostium multitudine loquens dicebat Jonathan. Sicut autem Dei benedictio non secus uno pane ac viginti contenta, ad magna ^{1. Sam. 14. 4.} turbam aleandom exasperat: ita si desit, illa deceat hominibus pascendis non sufficienter centum panes: nam ubi fractus fuerit baculus panis, etiam si in pondere referatur a pistriño farina, & ex furno panis, ventrem tamem vorando farcire nihil prodiderit. Triduanum ieiunium de quo loquitur Christus, intellige non quod tridui inediem pertulerint, sed quia in locis desertis non magna fuerit commoditas, ut necesse fuerit ordinario cibo carere. Adde quod in illis calidis regionibus minor est edacitas, quam sub crasso nostro & frigido aere. Quare nihil mirum est si diutius à cibo abstineantur.

39 *Vnde nobis in solitudine.)* Nimirum brutum produnt stuporem discipuli, quod tunc saltem non reuocant in memoriam superius illud documentum virtutis & gratiae Christi quod ad presentem usum aptare poterant: nunc quasi nihil inquam tale vidissent, remedium ab eo petere obliuiscuntur. Quia autem similis quotidie nobis obrepit tempor, eo magis cauedum est ne inquam distrahatur mentes nostrae à reputandis Dei beneficiis, ut praeteriti temporis experientia, in futurum idem nos sperare doceat quod iam semel vel saepius latus est Deus.

M A T T H . X V I .

I *Et egressi Pharisæi una cum Sadduceis tentantes rogabant eum cuperintque disputare cum turbas, Quum videritis nū signum ē celo ostenderet sibi.*

II *Et egressi sunt Pharisæi, illo, querentes ab eo signum ē emorientē ab occasu, statim dicit̄, Imber venit: & ita fit.*

2 *Et ille respondens dixit eis, calo, tentantes eum.*

Quum experit essē vespera, dicit̄, 12 Et quum ingenuisset spirita suo, dicit, Cur genera- tem, dicitis quod aës erit,

Serenitas: nam roubet calum.

3 *Et manū, Hodie tempestas: ru- tio hac signum querit̄ Amen & fit.*

ber enim celum tristis. Hypocrite, fa- dico vobis si dabitur genera- cīm celi scitis diudicare: signa verō tioni huic signum.

temporum non potest̄?

4 *Natio prava & adultera signū ruisus nauim, abiit trajecto la- requirit̄, & signum ei non dabuntur, cu- nisi signum lone Prophete. Et reli- cīt illis abiit.*

1 *Et egressi Pharisæi.)* Marcus dicit initio disputationis, unde coniuste licet, quoniam vici essent rationibus, extremū hoc illis fusile suffagium: ut obstinati homines quoties redacti sunt ad extrema, ne tamen veritati subscribere cogantur, aliquid extra causam solent obtendere. Quanquam autem non exprimitur species disputationis, nihil tamen verisimile est de Christi vocatione rixatos esse cur aliquid nouare auderet, cur se tam magnificē efferreret, ac si suo aduentu redditia esset sua integritas regno Dei. Vbi nihil sappicit quod contra eius doctrinam obliuant, signū postulat sibi ē celo da-

M A R C . VIII .

II *Et egressi sunt Pharisæi, 12 Et quum ingenuisset spirita suo, dicit, Cur genera- tem, dicitis quod aës erit,*

13 *Et relictis illis ingressus autem tempus q̄s̄ fit ut non probetis?*

L V C . XII .

54 *Dicebat autem & ad*

*55 *Et quum Austrū flan-**

*56 *Hypocrite, faciem celi**

& terre nostris probare: hoc

autem tempus q̄s̄ fit ut non

probetis?

57 *Cur autem & ex vobis*

ipsiis non indicatis quod in-

stum est?

ri. Atqui certū est centum signis non magis fuisse celluros, quam Scripturæ testimoniis. Adde quod multus ī miraculis sub oculis posita fuerat Christi virtus, & quasi manibus palpabilis. Signa quibus se familiariter patefecit Christus negligunt: quāto itaq; minus ex longinquō & obscuro signo proficiunt? Sic hodie Papistæ quasi nunquā sancta effeat Euangelij doctrina nouis miraculis probari sibi postulant. Notandum autem est quod quum hostiliter contendenter Sadducei cum Pharisæis, nec modo acre esset odium, sed assidue arderent inter ipsos lites, nunc se tamen alij aliis contra

Tentare.

Christum mutuo adiungunt, ita quum dissident
impj, nunquam tamen eos impediunt intestinæ
discordie quin adversus Deum cōspirent, & quasi
paetis inducisi manum vicissim porriganter ad op-
primendam veritatem. Tentandi verbo significat
Euangelistæ non synceris animis, nec studio di-
scendi, sed per fraudem captasæ quod sibi negatū
iri putabant, vel saltem quod fixerant non esse
in manu Christi. Quia enim nihil nisi humile &
contemptibile sibi de illo persuaferant, non aliud
illis est propositum, quam ut deprehensa eius in-
firmitas, quicquid hactenus acquisierat laudis, &
apud populum abroget. Sic tentare Deum incredibili
dicuntur, quoties sibi non esse datum obste-
penes quicquid tulerit corum libido, Deum in-
firmitatis inserviant.

Quum cœperit esse vespera. His verbis admonet Christus satis tellatum esse suam virtutem ut
visitationis sua tempus agnosceret deberent, nisi
sponte oculo claudendo, refugenter apertam lu-
cem. Pulchra autem & valde appolla similitudine
vititur: quamvis enim mutabilis sit aëris ratio,
ut nunc repente surgat te nubes, nunc serenitas
præter spem atfulgeat: natura tamen doce ex si-
gnis præfigiunt homines Ieronim an nubilus dies
futurus sit. Querit ergo tunc Christus cur regnum Dei
non minus evidenter signis patet? scilicet agno-
scant: nam hinc certe constabat eos terrenis com-
modis ac eaduis nimium addictos, quicquid ad
caelestem spiritualè, & que vitam spectaret iisque
dèque habere: nec rā errore excutire quam spontanea
malitia. Ideo etiam hypocritas vocat quia si
mulèt se querere quod sibi oftensum cernere no-
lebant. Porò ad totum serè mundum pertinet eadem
exprobratio: nam quia ad præficiem vñsum
acumen suu intendunt homines, & sensu applican-
t, nemo serè est qui hoc in parte non satis pol-
leat ingenio, vel saltem aliquid tolerabilis notitiae
adeptus, sequatur quod expedit. Vnde ergo fit ut
nobis insipida sint signa quibus nos ad se Deus
invitat, nisi quia voluntaria locordia se quisque
dedendo, solum oblatum suffocat? Christi autem
vocatio, & præsens exhibitora eterna salutis, con-
spicua Scribiæ erat rā ex Lege & Prophetia, quam
ex ipsius doctrina, cui & miracula annexa erant.
Tales sunt hodie permuli qui in rebus perplexis
se merito suspendere iudicium causantur quia ex-
pectanda sit certa definitio: imò prudentia hoc
esse purum, omnem veri inquisitionem data opera
fugere. Quasi vero turpis ignavie non sit, quum
tam sedulò carent quæ carnis sunt ac terra, negligere
eternam animarum salutem, & interim cra-
fæ ac supinæ ignorantiae vanos sibi accersere præ-

textus. Nimis autem absurdè indecti quidam ho-
mines ex hoc loco eliciunt, non licere ex cali-
nitatu facere vel de temperie, vel de procelsis iudi-
ciorum. Potius enim à recta natura ordine arguit
Christus iulie sua ingratitudine perire qui in te-
bus præficiens vitæ fatus acutus, & celic lucem scien-
tes & volentes stupore suo obtiunt. Apud Marcum
additur, Christum ingenuissime spiritum: quibus ver-
bis significat dolenter acerbè tullisse quam vi-
deret ingratos istos homines præfracte Deo resi-
stere. Et certè omnes gloriæ Dei studiosos, & qui-
cunque hominum salutem cura habent, sic ani-
matos esse decet ut nulla res grauior in ætate eos
vulneret quam dum incredulos sibi viam creden-
di data opera obstruere videant, & eo confirme
quicquid habent ingenij, & operum Dei
fulgorem suis nebulis obfurent. Vocem Spiritus
enim patetè pessimam esse arbitrari, vt sciamus gemi-
tum huc ex intimo cordis affectu manatis, ne quis
Sophista dicere, Christum gestu p̄ se tulisse do-
lorem quem in tuis non sentiret. Sanctam enim an-
nimam, quam Spiritus zeli gubernabat, tam impia
peruicacia penitus tristari necesse fuit.

Luc. Cur ex verbis ipsis. Hic mali fontem aperi-
tur Christus, & quasi scapello vleus ipsum tan-
git: quod scilicet in suis conscientias non descen-
dant, neque illuc coram Deo secum inquirat quid
rectum sit. Hinc enim tantè hypocritis ad cau-
llandum protinus, quod suas ampullas secure in
aerem proiliunt: non colligunt autem suos sensus, nec seipso listunt ad Dei tribunal, vt palmam
obtinat quæ semel agnita fuerat veritas. Porò
quod Lucas hoc tibi dicitum esse tradit, à Matthæi & Marci narratione non dissiderit: quia probabile est Christum in Scribarum ascleias, ac di-
scipulos & alios Dei contempentes illis similes,
quos nimis multos esse cernebat, generaliter stylum strinxisse: sicut in totam illam col-
luciuem competebat haec querimonia vel obiugatio.

Matth. Natio praua. Hic locus expositus fuit
capite 12. Summa autem est, Iudeos nullis signis
acquiescere quin subinde eos titillat praua Dei
tentandi cupiditas. Neque enim simpliciter eos
vocat gentem adulteram, quia signum quæleculi;
postulent, quod interdum Dominus suis eravit:
sed quia Deum ex professo irritent, ideo se illis
instar Ione rediuium Prophetam fore denuntiat. *Iona cap. 2.*
Sic quidem habet Matthæus: apud Marcum nulla
fit Iona mentio, idem tamen est sensus: quia ne
hoc quidem propriè illis signi vice fuit, Christum
à morte excitatum sonoram Euangeli sui vocem
vbique emittere.

MATTH. XVI.

5 Et quum venissent discipuli eius in
ulteriori ripam, per oblituonem non sum-
pserant panes.

6 Iesus autem dixit illis, Videte, & ca-
nete à fermento Pharisæorum & Saddu-
ceorum.

7 At illi reputabant intrasese, dicen-
tes, Panes non sumpsumus.

8 Quid ubi cognouis Iesus, dixit illis,
Quid coquitis intras in ipso parum fi-
dentes, quæ panes non sumpseritis?

9 Nondum intelligitis, neque memoria
huc obiectatum habetis cor vestrum?

MARC. VIII.

14 Et obliiti fuerant sumere panes: *i* Quum
nec preter unum panem habebant secum
in nau.

15 Ac præcepit illis dicens, Videte, ca-
nete à fermento Pharisæorum, & à fer-
mento Herodis.

16 Et disputabant inter se, dicentes, èo ut se in-
Panes non habemus.

17 Et eo cognito Iesus dicit illis: quid
disputatis, quod panes non habetis? no-
dum animaduertitis, nec intelligitis? ad-
cuperant,

pepit dice-
te ad dis-
pulos suos,
tenetis

*Simplificatio
ad aptatio-
nem.*

LVC. XII.

tenetis quinque illos panes, quum homines 18. Oulos habentes non cernitis, & Primū ca-
cessent quin pates mille, & quot cophinos su-
asres habentes non auditus, & non me-
stulerius? uite vobis
ministri?

19. Quum quinque pates fregisse in meo i ha-
mines essent quater mille, & quot sportas
accepterunt?

20. Quum autem septem in quatuor
pane dixisse vobis illud, ut cancretis i fer-
mento Phariſeorum & Sadduceorum?

21. Tunc intellexerunt quid non iſſet torum iſſis? illi vero dixerunt, Septem.
canere i fermento panis sed i doctrina Pha-
risorum & Sadduceorum.

5. *Quum venissent discipuli.*) Hic Christus ex re-
nata discipulos hortatur ut libi a corruptelis omni-
bus caueant, quæ sinceram pretatem inficiunt.
Venerant paulo ante Pharisæi qui specimen dede-
rant virulenta peruvacare: Sadducei illis fuerant
comites: ab alia parte stebat Herodes peccatum &
ipse fane doctrinæ aduerſarius & corruptor. Inter
hec pericula necessario monendi tuerunt discipu-
li ut libi cauerent: nam quoni ad vanitatem &
errores sp̄ote inclinet humana n ingenium, vbi nos
circumstant, peruersa cōmenta, adulterina doctrinæ,
& similes alię pestes, nihil procluimus eit quam
deficere à vera & nativa puritate verbi Dei. Si ve-
ro iam contigerit nos teneri implicitos, fieri nū-
quam poterit ut integrum regnum in nobis obti-
neat vera religio. Veiūm ut res ipsa clarissim patet,
expendamus verba Christi.

6. *A fermento Phariſeorum.*) Matthæus Saddu-
ceos Pharisæis adiungit: Marcus pro his secundis
substitutus Heroden: apud Lucam de solis Phari-
ſeis fit mentio. Quanquam incertum est an Lucas
eundem reciter sermonem Christi: & fermentum
hypocrisie eſt definiti: demque breviter perfringit
hanc sententiam ac si in verbis nihil fuisset am-
biguum. Quanquam autem metaphora ferenti,
qua hic falsa doctrina aptatur, alibi ad vitæ morumque
hypocrisie transferri potuit, vel etiam
idem bis dici: nihil tamē absurdi erit si dicamus,
qua alij duo secundum historię feriem copiosius
narrant. Luca paulo aliter, nec suo loco, vel ordi-
ne attingi, ut tamē in re nulla discrepancy sit. Si
hanc coniecturam sequi libeat, hypocrisia aliud
notabit quām fucosam ac ficti sapientiam speciem,
nempe fontem ipsum ac materiam inanis pompe,
qua magnum aliquid coram hominibus ostētans,
nullo apud Deum in pretio eſt. Nam sicut oculi
Domini, teste Ieremi, veritatem respiciunt, ita
verbo suo fideles ad solidam pietatem instituit, ut
perfectio ac sincero corde iustitiae adhærent, iux-
ta illud, Et nunc Israel quid abs te petit Domini-
nus: nisi ut libi adhæreas toto corde & tota ani-
ma? Contrà verò hominum traditiones posthabito
spirituali cultu, euānidos colores inducunt,
quali Deus talibus illecebris capi posset. nā quan-
tumvis emineant extrema ceremonia, corā Deo
tamen pueriles nūgē sunt nisi quatenus earum ad-
miniculō exercemur ad veram pietatem. Nunc te-
nemus cur hypocrisie loco commentitia doctrinæ
posuerit Lucas, & hoc nomine complexus sit
hominum fermenta qua tantum inflat, coram
Deo autē nihil continent solidam inquit quia men-
tes hominum à resto pietatis studio ad inanis &
nihil ritus traducunt. Cateūm quia clarior eſt
Matthæi expositiō, in ea insisterem preſtabit. Quum
discipuli à Domino reprehensi, tandem intellexe-

18. Oulos habentes non cernitis, & Primū ca-
asres habentes non auditus, & non me-
ministri?

19. Quum quinque pates fregisse in meo i ha-

minum quinque mille, quot cophinos

fragmentis plenos iſſitūtis? Dicunt ei, quod eſt

hypocrisie.

20. Quum autem septem in quatuor

mille, quot sportas ex reliquo fragmen-

tiatis illi vero dixerunt, Septem.

21. Ei dixit illis, Qui fit ut non intel-

ligatis?

Apofata.

rint libi præceptum eſt ut cauerent à doctrina,
certum eſt hanc fuisse Christi mentem, ut contra
præsentes corruptelas, quibus vndeque erant ob-
ſeffi, eos muniret. ac ideo de Pharisæis & Saddu-
ceis disertè loquutus eſt: quia duæ illæ sectæ tunc
tyrannicè regnabant in Ecclesia, & vitiolis suis
dogmatis opprelsam tenebant Legis & Propheta-
tarum doctrinam, vt nihil terè sanū vel integrum
maneret. Quæritur tamen quorū Marcus Herodeo
annumeret falsi, doctoribus, qui nihil tale
profitebatur. Respondeo, quum ipse sensuadus
eſet, degener ac pertitus, quibuscunque potuit
artibus conatus eſſe ut in suas partes abduceret
populu. n. Iloc enim omnibus Apostatis mos eſt,
mixitaram aliquam communisci ut surgat noua re-
ligio qua priorem aboleat. Quomodo ergo prin-
cipia vera & antiqua pietatis astute subducitare
moliebatur, ut ea denum valeret religio qua ad
eius tyrrannidem maximè apta foret: imo quia no-
num quendam Iudaismū inducere tentabat: non
fīca Dominus ab eius quoque fermento ca-
ueri iubet. nam scuti ex templo Dei spargebant
errores suos Sc̄ribæ: ita Herodis aula ad fabrican-
dos alios errores aia Satana officina erat. Sicut
hodie in Papatu videntur non in templis modò, &
Sophistarum ac Monachorum atris Antichristi
suas fallacias vomere: sed aulicæ etiam Theologie
subsidiò fulcire regnum suum, vt ita nihil artificij
omittat. Sicut autem tunc prætibus malis oc-
currit Christus, & ut quicquid maximè noxiū
erat, fauor mentes ad id cauendum excitauit:
hoc exemplo moniti prudenter hodie expendere
discimus quānam corruptela nobis officijs poſ-
fint. Citius ignis aqua miscebitur quām ut Pa-
pæ figmenta cum Euāngelio quis conciliet. Ita-
que quisquis se Christo discipulum bona fide ad-
dicere cupit, puram ab illis fermentis anima suam
seruare stadeat. Quid si iam iniubus fuerit, eosuf-
que laboret in se purgando dum nihil faciat aut
fordium amplius in ipso hæreat. Iam vero quia
ex alia parte homines turbulenti sanam doctrinam
corrumpere variè aggressi sunt, ad cauēdas etiā
tales fallacias sedulō excubent fideles, vt in
azymis veritatis perpetuum Pascha celebrent.
Quia vero pascham ian græffatur Lucianica impie-
tas, nocentissimum fermentum, in ò plusquam le-
thalē virus, ad hanc omnium maximè necessariam
cautionem totos suos sensus conferant.

8. *Quid cogitat intra vos.*) Iterum ostendunt
discipuli quām male tum ex Magistri doctrina, tu
ex mirificis eius operibus profecerint. Quod e-
nim de fermento cauendo dixerat, sic attipiunt
ac si tantum ab externo commercio abducere eos
vellet Christus. Nam quia vſu receptum erat in-
ter Iudeos ne viētum haberent communem cum

hominibus profanis, putant discipuli in eorum ordinem ac numerum redigi Pharisaeos. Et haec quidem inscribitur ut cuncte erat tolerabilis: sed quia iam recentius beneficij oblitus, non cogitant remedium in manu Christi esse, ne in cibo & potu se polluere cogantur, asperius eos ut digni sunt, increpat. & certe nimis crastina erat ingratisudo, quia nuper de nihilo videlicet creatum esse panem multum hominum in multis saturatis. Idque bis esse factum: nunc de pane esse sollicitos, ac si non eadem adhuc Magistro suppeteret virtus. Ex quibus verbis colliguntur, infidelitatis conuinci omnes qui Dei potentiam seneat aut iterum experti, in futurum tempus diffidunt. Nam ut fides donorum Dei memoriam souet in cordibus nostris, ita nili casopiam, nunquam obrepet illorum obliuio.

Fermentum nomen.

12 Intellexerunt quod de doctrina. Minime obscurum est quin fermenti nomen Christus simplifici puroque Dei verbo opponat. Nomen hoc super in bonam partem accepit Christus, quem diceret fermento simile esse Euangeliū: sed ut plurimum Scriptura hoc nomine quiduis aduenti-

tium designat, quo nativa rei cuiusque puritas inservit. In hoc autem loco haec inter se duo antithesis haud dubie respondent, simplex Dei veritas, & figura quæ ex proprio sensu communiscatur homines. Neque est quod elabi tentet quispiam Sophista, negans de qualibet doctrina hoc debere intelligi: quia non alia reperiatur doctrina quæ puræ & aymæ nomen sustineat quam quæ à Deo profecta est. Vnde sequitur fermentum vocari quicquid aliunde mixtum prouenit: sicut etiam Paulus docet adulterari fidem simulatique à Christo simplicitate abducimus. Iam videlicet est quorum doctrinam cauei i velit Dominus. Tunc certè penes Scribas & Sacerdotes ordinari est Ecclesiæ potestas, in quibus priuatum tenebat. Narrat. Quoniam nominatum ab eorum doctrina prohibeat suos Christus, sequitur repudiatio: nos che omnes qui signata admilcent verbo Dei, vel quicquam alienum ingerent, quo cuncte tandem polleant honoris gradu, vel titulu superbiant. Quare maledicta & prævaricatrix est coru subiectio qui se vltro Papæ commentis & legibus subiiciunt.

MATT. V.

22 Et venit Bethsaidam, & adiucunt illi cecum, & obsecrant eum ut illum tangat.

23 Tunc apprehensa manus ceci, eduxit illum extra vicum. Et quum expusset in oculis eius, imposuitque illi manus, interrogauit eum si quid videret.

24 Et ille intuitus ait, Video homines: quia cerno instar arborum ambulantes.

25 Deinde rursum imposuit manus super oculos illius, & iussit ut aspiceret, & restitutus est ut lucide videret omnes.

26 Et dimisit illum in domum suam, dicens, Neque in vicum ingrediaris, neque dixeris quicquam in vico.

Hoc in raculum, cuius omisita est ab aliis narratio, propter hanc maximè circumstantiam videatur à Marco referri, quod Christus non momento, ut sepe facere solet, sed paulatim ex eo visum restituit: quod ideo factum esse probabile est, ut documentum in hoc homine statueret liberae sue dispensationis, nec se astricatum esse ad certam normam, quia hoc vel illo modo virtutem suam proferret. Oculos ergo cæci non statim ita illuminat ut officio suo fungantur, sed obscurum illis, confusumque intuitum instillat: deinde altera manuū impositione integrum aciem illis reddit: ita gratia Christi, qua in alios repete effusa prius erat, quasi guttatum defluxit in hunc hominem.

24 Video homines.) Interrogatus fuerat cæcus propter discipulos, vt scirent aliquid iam illi datum esse, sed tamen tenue duntaxat factum fanaticis initium. Respondebat igitur se homines vide-

MATT. XVI.

13 Quum venisset autem Iesus in partes Cesareæ & Philippi, interrogauit discipulos suis, dicens: Quem me dicunt homines esse filium hominis?

14 Illi vero dicebant, Alij quidem Iohannem Baptistam, alijs vero Eliam, alijs vero Ieremiam, aut unum ex Prophetis.

15 Dicit illis, At vos quem me dicitis esse?

16 Respondens autem Simon Petrus dixit, Tu es Christus Filius Dei viventis.

17 Et respondens Iesus dixit illi, Beatus es rursus unus de numero quod Propheta quis-

re, quia cernat quosdam ambulantes qui recti sunt instar arborum. Quibus verbis facetur se nondum pollere tam dilucidu visu, ut homines ab arborebus discernat: se tamen iam aliqui vident, i. scilicet prædictum, quia ex motu hominis esse conicit, quos rectæ statura esse vident: quo etiam sensu similes esse dicit arboribus. Quare videamus ut tantum non conjectura se homines videare dicat.

26 Dimisit illum in domum.) Quod Christus non patitur redire Bethsaidam ut miraculum: in multis habuisset testes, quidam factum esse dominum quia Christus gratia sua fructuone eius loci incolas priuando, de illis poenam lumere voluerit. Quicquid fuerit cause, certum est non fuisse ab eo editum miraculum ut perpetuo sepeliretur, sed latere cum multis aliis voluisse, donec expiat morte sua mundi peccatis gloriam Patris consideraret.

MATT. XVII.

27 Et egrediebatur Iesus, & discipuli illius in eis solus orans, erant viros Cesareæ, que cognoscuntur cum illo & discipuli, inminatur Philippi: & interrogauitque illos discipulos, dicens illis, Quem me dicunt homines esse?

28 Illi vero respondentes dixerunt, Iohannem Baptistam, alijs Eliam, alijs antem Eliam, alijs vero

LVC. IX.

18 Et factum est quum

19 Ut illi respon-

20 illi vero respondentes dixerunt, Iohannem Baptistam, alijs Eliam, alijs antem Eliam, alijs vero

21 Propheta quis-

Simon.

omnes admonuit Christus, fidem à Patre suo pertendam esse, eiisque laudem gratia eius debere tribu:nam hinc carni & sanguini opponitur peculiaris Dei illuminatio. Vnde colligimus perspicacia destrui humanas mentes, qua cælestis sapientia mysteria in Christo abscondita percipiuntur: quod omnes humanos sensus hac in parte deficere, donec oculos nobis aperiat Deus, qui eius gloriam in Christo cernant. Nemo itaque tu acunimur confusus, superbè prorupit, sed humiliter doceri nos intus inanimus à Patre luminatus, ut solus eius Spiritus tenebras nostras illustret. Iam vero qui fide donati sunt, proprie cætitatis conficij, Deo accepti n reterre dicunt quod ipsius est.

18 At ego dico ibi.) His verbis declarat Christus quoniam pere sibi placeat Petri confessio, quod tam amplius eam præmio dignatur. Est enim iam Simon discipulo imposuerat Petri nomē, & gratias Apostolum sibi destinaverat, hec tamen quæ gratia erant dona, quali mercedis loco fidei acribit, quod Scriptura non est insolitum. Porro duplice honore ornatur Petrus: nam prior species ad priuata eius salutem spectat: posterior vero ad innumeros Apoitolicū. Quin dicit, *Tu es Petrus,* confirmat non frustra se illi hoc antea nomine dedisse, quia viuus in templo Dei lapis suā stabilitatem retinebat. Quanquam hoc ad omnes fideles extendetur, quorum singuli sunt Dei templorum & fidei inter se compati, viuum templum finali efficiunt: eximia tamen Petri inter alios excellētia notatur, quemadmodū quisq; suo ordine pro donationis Christi mēsura, plus vel minus accipit. *Super hanc*

Ephes. 2.21. Petram. Hinc patet quonodo Petri nomine tam in Simonis nomine, quam deinde in aliis fideles cōpetat: quia scilicet fundati super Christi fidem, sancto consensu in spirituā & fiducia aptantur, ut Deus in medio ipsorum residat. Nam Christus hoc commune fore totius Ecclesiæ fundatum denuntians, quicquid plorium in mundo futurū erat Petro aggregare voluit: ac si dixisset, *Vos quidem nunc pusilli effis hominum numerus, idoque vestra haec confessio parvum habet dignitatis in præsentia: sed breui adueniet tempus quo magnificē emerget, ac multo se latius proferet.* Atque hoc animandis ad constantiam discipulis non parum valuit: quod quanvis obscura ac ignobilis esset eorum fides, delecti tamen essent à Domino quasi primitia, et tādem ex illo contemptibili exordio surgeret noua Ecclesia, quæ vītrix staret contra omnes inferiorum machinas. Tamen si enim vel ad fidem vel ad Ecclesiam pronomen *Eam*, referri potest, posterior tamen sensus melius conuenit, quod cōtra omnem Satanæ potentiam inuicta stabit Ecclesia si unita: nempe quia incōcussa perpetuò manebit Dei veritas, cui innititur eius fides. Atque huic sententia responderet illa lohannis. *Hoc est vītrix quæ vincit mundum, fides vestra.* In primis notata digna promissio, quod quicunque in Christo vnit, Christum & mediato rem eum agnoscat, in finē usque ab omni noxati maneuntur. nam quod de corpore Ecclesiæ dicitur, ad singula eius membra pertinet quatenus unū sunt in Christo. Hinc tamen inonemur quādū in terris peregrinabitur Ecclesia, minime quietā fore, sed ad multos insultus expositam. Nam ideo negatur superior fore Satan, quia illi assidue infestus erit. Ergo ut hac Christi voce freti, securè gloriamur contra Saranam & iam fide triumphamus de omnibus eius copiis: ita rursus sciamus

quasi classicum nobis cani, ut ad bellandum semper instruci patratus sumus. Portarunt nomine quodius potentiæ & munitionis genus notari nihil dubium est.

19 Et dabo tibi claves.) Hic iam de publico munere, hoc est de Apostolatu differere Christus incipit, cuius dignitas ornatur duplici encomio. dicit enim Christus, Euangelij ministros regni cælorū esse quasi ianitores, quia claves eius gelent: secundo addit, poteſtate ligandi & soluendi esse præditos, quæ sit in cælis efficax. Clavum similitudo concinnè ad docendi munus aptatur, sicut apud Lucam dicit Christus, *Scribas & Phariseos,* *Luc. 11.5.7.* quia Legis erant interpres, habentes si. nulliter clavum regni celorum. Scimus enim non aliter vitæ ianuā nū. bis aperiri quam Dei verbo. Vnde sequitur, eius ministriæ clavem velut in manu tradit. Qui claves numero plurali ideo dictas putant, quod Apostolis non aperiendi modo, sed etiam claudendi iniunctum fuerit mandatum, non sine probabili colore loquuntur: si quis tamen minus argutè accipit, fruatur suo sensu. Quaratur cur se Petro daturum Dominus promittat quod prius vīsus erat dedisse Apostolū creādo. Verūm hac quæſtio decimo capite soluta fuit, vbi dixi duodecim illos initio non nisi temporarios fuisse praecōnes: ita ad Christum reveri, vocacionis suæ cursū conferant. Postquam autem à mortuis resurrectus Christus, tunc cōperunt instituti ordinarij Ecclesiæ doctores, hoc respectu in futurum tempus confertur hic honor. *Quicquid ligaueris.* Secunda metaphora, vel similitudo propriæ ad notandum peccatorum remissionem valet. Christus enim suo Euangeliō nos ab externe mortis reatu liberās maledictionis laqueos, quibus tememus cōstricti, soluit. Ergo Euangelij doctrinam soluendis nostris vinculis destinata esse testatur, ut vox ac testimonio hominum in terra soluti, rē ipsa etiam in cælo soluantur. Sed quia permulti non modo oblatam liberationem impie respūnt, sed sua contumacia grauius sibi accersunt iudicium, ligandi etiam facultas ac mandatum Euangelij ministris datur. Quanquam notandum est, hoc Euangelio est accidentale, & quasi præter naturam: sicut & Paulus docet, quin de vindicta differens, quā se in promptu habere dicit contra omnes incredulos & rebelles, continuo post adiungit, *Vbi impleta fuerit obedientia vestra.* Nisi enim sua culpa reprobi vitam in morteū conuerterent, Euangelium potentia Dei omnibus esset in salutem: quia tamen eo auditio, multorum impietas palam erumpens, iram Dei magis provocat, talibus mortiferum esse eius odore necesse est. Sūmū hec est,

2. Cor. 10.6.6.

1. Cor. 4.6.7. *T. Iacob. 5.4.* *R.* *quod certiores reddere suos voluit Christus de salute sibi in Euangeliō promissa, ut eam non minus secundū expectent, quā si ipse testis ē cælo descendere: rursus vero incutere terrorem contemporibus, ne impunè Verbi ministris illudirent, quorum utrumque valde necessarium fuit. Nam quia in vīsis fictilibus nobis incomparabilis vita thesaurus proponitur, nisi hoc modo sancta fūsset æterna doctrinæ autoritas, singulis ferē momentis labaseret eius fides, rursus tā aqua ducter proteruiunt impij, quia negotium sibi cum hominibus esse putant. Pronuntiat ergo Christus, patet fieri Euangelij præconio in terra quale futurum sit cœlestē Dei iudicium, nec aliunde petendum esse vitæ aut mortis certitudinem. Magnus hic honor, quod Dīci interpres sumus ad testandū*

dominu[m] mundo suam salutem. Summa Euangelij maliestas, quod mutua inter Deum & homines reconciliationis legatio esse dicitur. Mira denique piis animis confortatio, quod ratum coram Deo esse sciunt allatum sibi ab hominione mortalitatis salutis nuncium. Interca subfannent inpij, ut libuerit, quae Dei mandato prædicator, doctrinam sentient tandem quam vere ac feni per os hominum minatus sit ilius Deus. Denique hac fiducia instructi pii doctores, sibi & aliis intrepidi sint (ponentes viuiss. & Dei gratiae, nec minus animosè in præfractos doctrinæ sua contemptores fulminent. Hactenus germanum verborum sensum dilucidè exposui, vt nihil desiderari queat, nisi Romanus Antichristus tyrannidu[m] sua colorē inducere volens, non minus improbe, quam perfide locum hunc totum pervertere auctor foret. Quanquam autem lux ipsa vera interpretationis quam atulit, purgandis eius tenebris sufficeat videtur, ne quid tamè moretur pios lectores, putidas eius calumnias breuiter diluam. Primo singit Petrum vocati Ecclesiæ fundamentum. Quis autem non videt quod transfert ad hominis personam, de Petri fide in Christum dictum esse? id fateor, apud Graecos significant Petrus & Petra, nihil quod prius nomen Atticum est, alterum vero communis lingua: sed hæc varietas non temerè à Matthæo positæ est: quin potius consułto mutatum est genus, vt diuersum aliquid exprimeret: nec dubito quin tale discrimen notauerit Christus sua lingua. Prudenter itaque Augustinus non Petram à Petro, sed Petru[m] à Petra dici admonet: sicut à Christo sumus omnes Christiani. Porro ne longior finis, quum illud Pauli inter nos pro certo & confessio habendum sit, non alibi posse fundari Ecclesiæ quam in Christo solo, non sine sacrilega blasphemia aliud fundamentum Papa commentus est. Et certè quanto pere vel vno nomine tyrannidem Papatus derelicti non deceat, nullis verbis exprimî satis potest, quod in eius gratiam sublatum fuerit Ecclesiæ fundamentum vt apertus inferni gurges nise ras animas absorbeat. Adde quod pars isti (sicuti prius attigi) nondum ad publicu[m] Petri officium spectat, sed tantu[m] inter sacros templi lapides vnu[m] ex præcipuis locis illi datur. Quæ sequuntur encyclopiæ, ad munus Apostolicum spectant. Vnde sequitur, nihil Petro dici quod non conveniat reliquis etiam collegis: nam si communis est inter ipsos Apostolatus dignitas, commune etiam sit oportet quicquid ei annexum est. At Christus Petru[m] vnum nominatum alloquitur: nempe sicuti vnu[m] omnium nomine Christum confessus fuerat Dei Filius, ita vicissim ad vnum dirigitur sermo, qui tamè

M A T T H . X VI.

20 Tunc edixit discipulis suis
necui dicerent quod ipse esset Iesus
Christus.

21 Ex eo tempore capiit Ie-
sus indicare discipulis suis quod
oporeret ipsum abire Hierosolymam, ac multa pati à Senioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertio die resuscitari.

22 Et abducens eum Petrus,
capiit illum increpare, dicens, pro
pitius tibi sis Domine, nequaquam

M A R C . V I I I .

30 Et interminatus est eis no-
cui dicerent de se.

31 Et cœsir docere eos quod
32 Et aperte sermonem loque-
batur, & apprehendit illu[m] Petrus,
capitque increpare eum.

33 At ille conuersus, & intui-
tus discipulos suos, increpauit Pe-
trum dicens, Abi post me Satana,

perequæ ad alios pertinet. Nec vero spernenda est illa quæ à Cypria jo & aliis adducitur ratio, Christi in unius persona loquuntur esse omnibus ut Ecclæ uitatem commendaret. Excipiunt, alii omnibus preferri, cui hoc peculiariter datum est. Hoc vero perinde est aci magis fuisse Apostolum contenderet, quam suos collegas: neque enim à descendenti munere & Apollolatu magis auctelli potest ligandi & soluendi potest, quam à Sole calor vel lumen. Ceterum vt Dennis Petro concepsit plus aliquid fuisse quam reliquis, vt inter Apostolos excelleret: Itulæ tamen inferunt Papistæ, datum illi fuisse primatum, vt universale esset totius Ecclesiæ caput. Nam aliud est dignitas quam imperium, & aliud inter paucos summo honoris gradu pollere quam sub vnuas suas colligere totum orbem. Et sanè non plus illi oneris impositum Christus, quam obire posset. Iubetur regni carcerem esse ianitor, iubetur ligando & trahiendo disperdere Dei gratiam, cu[m] que iudicium in terra exequi: nempe quatenus le extendat mortalis hominis facultas. Ergo quicquid ei datum est, ad mensuram gratia restringere convenient, qua donatus est in Ecclesiæ ædificationem. Ita concidit imperium illud imperium quod illi arrogant Papistæ. Verum vt de Petro nihil sit contrafictum aut litus, nihil tamen inde Papæ tyrannidem accedit. Nam principium quod arripiunt Papista, nemo illis fatus concedet, datum hic Petro fuisse quod velut iure hereditario ad posteros deinde transitteret, neque enim quicquam successoribus dare permittitur. quare Papistæ cum de alieno liberaliter faciant. Denique vt continua valere debet successio, nihil tamen inde extorquet Papa donec legitimus Petri successor probatus fuerit. Vnde autem probat? Quia Petrus Romæ mortuus est. Quali vero Roma, nefanda Apostoli cæde primatum sibi acquisierit. Sed obtundant, illi: quoque fuisse Episcopum, quam fuiu[m] sit, abunde in mea Institutione docui, vnde integrum huius argumenti tractationem peti malo, quam hic cum inclemencia & rædio lectorum retexere. Hoc tamen accedit brevis clausula. Etiam si iure Petri successor fuisse Romanus Episcopus, quam tamen sua perficia tanto se honore abdicauerit, nihil ei prodere quicquid Petri successoribus Christus consulit. Curiam Papæ Romæ esse plus satis notum est: sed nullam illuc Ecclesiæ notam ostendent. Ab officio vero Pastoris non secessus abhorret, quam cupidus pro sua dominatione pugnat. Certe vt nihil omissemus Christus in extollendis heredibus Petri, non tamen ita pro ligus fuit vt suum honorem in apostatas transferret.

L V C . IX .

21 At ille comminatus
vnuis, precepit necui dicerent
hunc,

22 Dicens, Oportet Fi-
lium hominis multa pa-
tire, & reprobari à Senioribus, &
misque Sacerdotibus ac Scribis, &
reprobari à Senioribus, &
principibus Sacerdotum &
Scribis, & occidi, & terita
die resurgere.

23 Duebat autem ad e-
mnes, Se quis vult post me
venire, abneget semetipsum,
Abi post me, & tollat crucem suam quoti-

erit tibi hoc.

23 At ille conuersus dixit quia non sapis que Dei sunt, sed die, & sequatur me. Petro, Abi post me Satana, scanda- que sunt hominum.

lum es mihi : quia non sapis ea que sunt homini- 34 Et quum ad se vocasset tur- illis, Quicunque vult me sequi, ab neget semetipsum, & tollat crucem num.

24 Tunc Iesus dixit discipu- lisi suis, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat nimam suam seruare, perdet eam. crucem suam: ac sequatur me.

25 Qui enim voluerit suam animam seruare, perdet eam rur- sus: qui perdidit animam suam mea causa, inueniet eam.

26 Quid enim prodest homi- ni, si totum mundum lucratu- fuerit, anime vero sine iactu am- fecerit? aut quid dabit homo cu- tis permutatione redimat ani- mam suam?

27 Futurum est enim ut Filius hominis veniat in gloria Patris cum gelu suis: & tunc reddet Angelis sanctis.

28 Amen dico vobis, sunt qui dam hic stantes, qui non gustabunt mortem donec viderint Filium hominis venientem in regno suo.

quia non sapis que Dei sunt, sed die, & sequatur me.

24 Quid enim voluerit animam suam seruare, perdet illam: qui vero per- siderit eam: hic seruabit eam.

25 Quid enim profitit homo, si totum mundum lu- ratu, se autem perdit, ia- eturam sui ipsius faciat?

26 Nam quem mei ac sermonum meorum pudue- rit, huius & Filium hominis pudebit quum venerit in maiestate sua & Patris san-ctorumque Angelorum.

27 Dico autem vobis, verè sunt quidam hic stan- tes qui non gustabunt mor- tem donec videant regnum Dicitur.

28 Quid enim profuerit homini, si lucratus fuerit totum mundum & anime sua iacturam fecerit?

29 Aut quid datum est homo compensationis pro anima sua?

30 Quemcumque enim puduerit

met ac meorum sermonum in gene-

ratione hac adultera & peccati, i.e.,

tem donec videant regnum

M A R C . I X .

1 Et dicebat illis, Amen dico vobis,

sunt quidam inter eos qui hic stant,

mortem donec gustabunt morte donec via-

rit regnum Dei venisse cum virtute.

Editio futura sua gloriae specimen admonet Christus discipulos quid sibi patientium sit, ut ipsi quoque ad serendam crucem se comparent: instabat enim tempus certaminis, cui eos longe impares nouerat, nisi noua fortitudine instrucci essent. Hoc vero in primis agendum erat, suum Christo regnum non splendida pompa, non opibus magnificis, non latro inundi applausu, sed morte reprobrosa auspicandum esse. Atque nihil erat difficultius quam superare tantum scandalum, praesertim si reputemus quid iam penitus de magistro persuasum haberent: sibi enim imaginari fuerant eum terrena felicitatis autorem. Vana igitur spes susensi erant, temporis articulo cupidè inhiantes quo repente Christus regni sui gloriam patetace- ret. De crucis ignominia adeo nihil presumper- rent animis, ut minimè consentaneum esse crede- rent quicquam illi non honorificum accidere. Grauis etiam erat haec circumstantia, reprobari à Senioribus & Scribis, penes quos erat Ecclesia & primatus. unde colligere promptum est, quam ne- cessaria fuerit haec admonitio. Ceterum quia fieri non poterat quin sola crucis mentio grauerit tur- baret infirmos animos, statim vulneri medetur: dicit se tertio die resurrecturum à morte. Et certe quum in eius cruce tantum appareat carnis infirmitas, donec ad resurrectionem ventum fuctit, in qua reluet virtus Spiritus, non reperiet fides no- stra quo se erigat vel sustinet. Ideo hec ratio pre- denter tenenda est Verbi ministris qui cum pro- fectu docere cupiunt, ut semper resurrectionis gloriam coniungant cum mortis ignominia. Sed mirum est cur nolit Christus Apostolos sibi esse testes, quibus iam munus hoc prius iniunxerat.

quossum enim missi fuerant, nisi ut redemptionis essent praecones, qua pendebat à Christi adveniū? Solutio non difficilis est, si memoria tenemus que tunc exposui, nempe minimè creatos fuisse docto- res qui certum & plenum Christo testimonium redderent, sed tantum ut magistro pararent disci- pulos, hoc est dociles & attentos redderent, qui ni- niuum sopiti erant, deinde fuisse temporale man- datum, cui finem attulit ipsius Christi prædicatio. Nunc quia inquit tempus mortis, ipsi vero non dum ad testandam fidem suam maturi erant, immo propter fidem debilitatem ludibrio fuisse corum confessio, silere eos Dominus iubet donec ab aliis agnitus fuerit mortis victor, nouaque constantia eos inducerit.

22 Petrus caput illum increpare.) Immodici feruoris signum est, quod Petrus magistrum repre- hendit: quanquam videtur reverentia quoque induitus esse ut cum abduceret feruorum, quia coram testibus non audebat reprehendere: magna tamen intemperies est, quod admonet quasi non satis mentis competentia sibi parcat. Sed huc homines impellit, adeoque præcipitat inconsideratus zelus, ut Deum ipsum suo arbitrio subicie non dubitet. Absurdum esse indicat Petrus crucifixi Dei filium à Senioribus, qui Redemptor populi futurus erat, & ad mortem adduci qui autor erat vita. Christū ergo retrahere conatur, ne se in mortem exponat. Speciosus color est, sed plus defere necesse est Christi sententia quam Petri zelo, quoconque tandem prætextu si excusibilis. Atque hinc doce- mur quid valeant coram Deo que bona putantur intentiones. Tanta quidem hominibus ingenita est superbia, ut sibi credant fieri infuriam ac que-

rantur, nisi quod rectum esse statuunt, Deo quoq.
arrideat. Itaque videntur quanta pertinacia suas
deuotiones vendirent Papistæ, atqui dum ita au-
daeret sibi plaudunt, Deus non lolum repudiat
quod sibi persuadent tumida laude esse dignum,
sed seueræ etiam damnat impiæ vefanæ. Certe si
sensus & iudicium carnis valcent, pia fuit Petri in-
tentio, vel saltē probabilis. Atqui non potuit du-
rius nec magis contumeliose eum reiisse Chri-
stus. Quid oſſecro sibi vult tam alſera reſponſio?
tij. 42. 4. 3. qui tantum manuetudinem vbiq[ue] seruauit ne ea
laminam quafatim confringeret, quomodo nunc
in diſcipulūm electūm tam atrociter fulminat? Manifeſta certè ratio est, quòd in vniu[er]s hominis
perſona compellere omnes voluerit ne zelo ſuo
indulgeant. Quanquam enim carnis libidines, vt
ſimiles ſunt feris bestiis, cohibere diſſicile eſt: nulla
tamē magis furioſa bellua eſt quam carnis pru-
dentiā. Ergo tan[ta] acriter in eam inuechitur Chri-
ſtus, & quaſi ferreo malleo eam retundit, vt diſca-
muſ tantum ex Dei verbo ſapere.

23. *Abi poſt me Satana.*) Ineptè quidam philo-
ſophantur in voce Retro, quafi iubeatur Petrus ſe-
qui, non piaſte, nam & Lucas ſuprà cap. 4. diabolū
hiſtērii verbis à Domino repulſum fuſtē nar-
rauit. Et verbum ὅταν, faceſſere ſignificat, vnde
& Latinum Apage deducunt eſt. Procul ergo re-
iici Christus diſcipulum, qui p[re]p[ro]p[ter]o tuo ze-
lo Satanæ partes obiret: neque enim ſimpliceret
adversarium vocat, ſed diaboli nomen ei imponit
in ſignum maximæ deteſtationis. Notanda eſt que
mox additur ratio, *Tu ſcandalum mihi eſt, qua[di] hu-
manus ſapit, et non ſecundum Deum.* Scandalum
Christo ſuit Petrus, dum ſe ciuſ vocatiōnē oppo-
ſuit. Vnde etiam appetat quanopere in peruerso
ſuo zelo infamiant homines, nam dum Petrus cur-
ſum magiſtri abrumpere conatus eſt, per eum non
ſtit quin ſe & totum humanum genus aeternaſa
lute fraudaret. Vno igituſ verbo docemur quan-
topere fugiendum ſit quicquid nos abducit à Dei
obſequio. Primum vero totius mali fontem aperit
Christus quem dicit Petruſ ſapere que ſunt homi-
num. Ergo ne caeleſtis iudex nos & ſtudia noſtra
ad Diabolūm ableget, diſcamus non proprio ſen-
ſu eſi addicti, ſed obediēnti amplecti quod Do-
minus probat. Eant nunc Papistæ, & ſua placita in
caelum extollant: ſentient tandem, vbi ad caeleſte
tribunal ventum furcit, quid valeat iactantia
quam Christus Satanicam eſt pronuntiat. Nos ve-
ro, niſi ſponte velimus mortiferis obſtaculis viam
ſalutis nobis precludere, non aliter ſapere appeta-
muſ quam ex ore Dei.

24. *Tunc Ieſus dixit diſcipulis suis.*) Quia vide-
bat Christus Petruſ crucem horrende, & eoden-
tis omnes ſenſu p[re]ditoſ eſt nouerat, generali-
ter de tolerantia crucis diſſerit: nec ſolos duode-
cim coniellat, ſed eandem imponit legem piis
omnibus. Similem ferè ſententiam habuimus a-
pud Matthæum: ſed illi tantum admontiſ fue-
runt Apoſtoli de perſequitione qua[di] ipſos manea-
bat ſimulac exorbi eſſent offiſio ſuo defungi: hic
verbū communis tyrocinio imbuit, & quaſi primis
rudimentis initiat quicunque Euangelio nomen
date volunt. Nominatim verò dicit, *Siquis poſt
me veniunt eſt, vt refellat Petri ſigmentum,* nam
ſe abnegationis ſui, & patientia exemplar cuique
proponens, ſibi ferendum eſt ostendit quod
ab eius perſona alienum eſt duebat Petrus:

deinde ad imitationem iuitat singula corporis
ſui membra. Sic autem refutat p[re]ter verba. Si
qui vult meus eſt, abnegatio ſcipio, & cruce ſu-
blatam ſequatur, vel ad exemplum meum ſe con-
foruet. Scenius autem eſt, non poſſe ceneri Chri-
ſti diſcipulos niſi qui veri ſunt eius imitatores, ac
in eodem currere itadio parati ſunt. Porro bre-
uem imitationis regulā p[re]ſcribit ut ſcianus qua
principiū in re velit ſibi nos eſt ſimiles: ea verò
duobus modis conſtat, abnegatione noſtri, & vo-
lunaria crucis tolerantia. Abnegatio h[oc] la[re] patet,
vt ſeſcīcet renuntiantis proprio ingenio, & o-
mnibus carnis affectibus valere iuſſis, parati ſimus
in nihilum redigi, modo in nobis viuat ac regnet
Deus. Scimus quam e[go] amore ſui naturaliter iu-
pliciti h[ab]ent homines, quantum ſibi dediti ſint, qua-
tū ſeipſos aſſtinent. Atqui ſi ingredi cupimus in
Christi ſcholam, ab ea ſtultiſta incipere oportet
ad quam nos Paulus hortatur: deinde ad omnes
affectus domādos & ſubigēdos progredi. De cru-
ce tollenda ideo cōſcionatur, quia eti[am] cōmuniſbus
miseriis promiscu[am] ſubiecta eſt hominū vita, quia
tamē peculiariſter Deus ſuos exercet ut confor-
mes reddit imaginis Filii ſui, hanc illis legem pro-
prietati non mirum eſt. Deinde quanquam Deus
cruce oneret tam malos quam bonos, non tam en-
dicuntur crucem tollere niſi qui humeros libēter
ſubincunt, quanuis enim ferocia ac refractarius e-
quis ſefforeſ ſuſtinet, non tamē eum ſuſcipit.
Hac igituſ patientia eſt fideliuſ, crucem ſibi im-
poſitā animo ſubire. Apud Lucam additur parti-
cula *Quotidie, cui ſubeft magnam pondus:* ſignifi-
cat enim Christus nullum malitię noſtre fore finē
donec ē mūdo examus. Sit igituſ h[oc] affida pio-
rum meditatio, vbi pluribus arūmnis perfundit
ſuerint, ad nouas ferendas ſe parare.

25. *Qui enim voluerit animam ſeruare.*) Aptiſſi-
ma conſolatio, quod ſibi vitam verē acquirant qui
ſponte mortem pro Christo obeunt: nam Marcus
diſertē hanc moriēdi causam fidelibus p[re]ſcribit:
ideo & in verbis Matthæi ſubaudienda eſt. Fit e-
nim ſape ut ambitio vel desperatio ad vitā contē-
ptum profanos homines impellat, qui tamē ſine
protectu animoſ ad mortem properant. Oppoſi-
ta etiam comminatio ad vellicandam carnis igna-
uiam plurimū valet, quoniam p[re]fentis vita cupi-
dos hoc tamē p[ro]p[ter]e proficeret admonet ut eam per-
dant. Eſt autem antithesis inter temporaſi &
aeternam vitam, ſicuti in decimum caput docuimus,
vnde reliqua petant lectors.

26. *Quid enim, &c. Anima verò ſue.*) Nomēn
Anime hic proprieſ accepit: admonet enim Chri-
ſtus non ideo creatam eſſe hominis animam ut
mundo tantum ad paucos dies fruatur: ſed ut ſua
deum illi conſet in celo immortaliſtas: achi dixiſ
ſet, Quanta haec ſocordia eſt & quam brutus stu-
pore quid homines ita ſibi deuincētos tenet nūndi-
lus & occupat, ut non cogitent quorū ſunt natū ſint
& ſibi daram eſſe immortalem animam, ut confe-
cto terrene vitā curriculo in caelis perpetuò vi-
niant? Et quidem fatentur omnes plurim eſſe ani-
mam cunctis mundi opibus & deliciis: ſed interea
eos excēdat carnis ſenſus, ut animas ſuas in exitū
ſcientes, ac volentes proſſiciant. Ergo ne ſuis ille-
cebris nos mūrdus ſaſiinet, nobis veniat in men-
tem animæ noſtrae p[re]ſtantia: qua[di] ſi ſerio expen-
ditur, ſicilē vanas imaginationes terrene ſeſcī-
tas diſcutit.

27 *Futurum est enim ut simus hominis.*) Quo melius in animos penetret superior doctrina, futurum ante oculos iudicium ponit Christus: nam ut vilescat nobis caduca haec vita, serio vita calestis sensu tangi nos necesse est. Adiumento autem opus habet mentis nostrae tarditas & segnities, vt in cælum respiciat. Ideo fideles ad tribunal suum citat Christus, vt singulis momentis cogitent non alia de causa se vivere nisi vt adspiceret ad beatam illam redemtionem, qua suo die patet. Huc autem spectat admonitus, vt sciamus non frustra eos certare quibus pretiosior est sibi vita confessio fidei: acsi dixisset Christus, Deponite intrepide in manu & custodia mea vitas vestras: ego enim tandem vindex adero, qui vos in integrum restituam, quantius visi sitis ad tempus perire. Gloriam Patris & Angelos commenrorat, ne ex præsenti aspectu æstimarent discipuli eius regnum. adhuc enim ignorabilis & contemptus sub serui habitu & specie latebat. Longè ergo alium se fore promittit quem adueniet mundi iudex. Quæ præterea apud Marcum & Lucam habentur, lectors decimo capite Matthæi exposita reperient: de eorum quoq. mercede alibi differui quantum satis erat. Summa hæc est, Quoties bonis operibus promittitur merces, minimè opponi eorum meritum gratuitę fidei iustitia: nec salutis causam ostendi, sed tantum animari fideles ad recte agendi studium, dum certi

MATT. XVIII.

1 *Et post dies sex assumit Iesus Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem eius, & subducit illos in montem excelsum seorsum:*

2 *Act transformatus est coram illis, & splenduit facies eius sicut Sol: vestimenta autem illius facta sunt candida sicut lumen.*

3 *Et ecce vidi sunt illis Moses & Elias cum illo colloquentes.*

4 *Respondens autem Petrus dixit Iesu, Domine, bonum est nos hic esse: si vis faciamus hictria tabernacula, tibi unum, & Eliae unum, & Moysi unum,*

5 *Aduoceo loquente, ecce nubes lucida obumbravit illos: Ecce vox è nube, quæ dicebat, Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacitum est, ipsum audite.*

6 *Et hoc auditio discipuli procederunt in faciem suam, ac territi sunt vehementer.*

7 *Tunc accedens Iesus testigavit illos, & dixit, Surgite, & retimeatis.*

8 *Quum vero sustulissent oculos suos, neminem viderunt nisi solum Iesum.*

sunt se operam nō ludere. Quare optimè hæc duo conueniunt, gratis nos iustificari, quia Deo præter meritum accepti sumus: & tamen ipsum indebitam operibus nostris mercedem pro suo beneplacito rependere.

28 *Amen dico vobis.*) Quia secum adhuc discepitare poterant discipuli quando futurus esset ille dies, Dominus eos propiore fiducia erigit, quod scilicet futura gloria specimen brevi daturus sit. Scimus quām verè dicatur vulgari pronerbio, in defiderio celeritatem quoque moram esse: sed hoc præcipue nobis vsu venit dum ad Christi aduentum differtur salus nostra. Ergo vt discipulos suos interim sustinet D. minus, confirmationem temporis intermedij illis proponit: acsi dixisset, Si dieni aduentus mei expectare nimis longum videatur, ergo maturè præueniam: nā antequam vobis moriendum sit, regnum illud Dei, à cuius spe vos pendere iubeo, conspicuum erit oculis vestris. Hic genuinus est verborum sensus. nam quod de Iohanne quidam fingunt, ridiculum est. Aduentum verò regni Dei, intellige gloria cælestis manifestationem quam à resurrectione auspicias est Christus, & pleniū deinde Spiritum sanctum mitendo, & mirificas edendo virtutes, exhibuit: nam in illis primitiis gustandam suis præbuit cælestis vita nouitatem, quim veris & certis experimentis ipsum ad Patris dextram federe agnoscerent.

MARC. IX.

2 *Ac post dies sex assuntes Iesus Petrum & Iacobum & Iohannem, & subducit eos in montem excelsum, seorsum solos, & transformatus fuit coram illis.*

3 *Et vestimenta illius facta sunt splendida, candida valde veluti nix, quām candida facere non potest fullo super terram.*

4 *Et conspectus est illius Elias cum Moysi, colloquebanturque cum Iesu.*

5 *Et respondens Petrus dixit Iesu, Rabbi, bonum est hic nos esse: & faciamus tria tabernacula, tibi unum, & Eliae unum & Moysi unum.*

6 *Non enim nouerat quod loqueretur: erant enim expati.*

7 *Et facta est nubes, quæ obumbravit illos: & venit vox ē nube dicens, Hic est Filius*

meus dilectus, ipsum audite.

8 *Et repente quum circunspergissent, non amplius videbant quenquam, sed Iesum solum secum.*

28 *Factum est autem post hæc verba ferè diebus octo, & assumpsit Petrum & Iohannem, & Iacobum & ascendit in montem ut oraret.*

29 *Et facta est, dum oraret, species vultus eius alia, & vestitus eius candidus ac resplendens.*

30 *Et ecce duo viri loquebantur cum illo, qui erant Moses & Elias.*

31 *Qui vidi in maiestate, dicebant excessum eius quem compleetus erat Hierosolymis.*

32 *Petrus vero & qui cum illo erant granati erant somno: experieti autem viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo.*

33 *Et factum est quum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum, Preceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, unum tibi, & unum Moysi, & unum Eliæ, nesciens quid diceret.*

34 *Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbravit eos, timuerunt autem intrantibus illis in nubem.*

35 *Et vox facta est de nube dicens, Hic est filius mens dilectus, ipsum audite.*

36 *Et dum fieret vox, innuitus est Iesus solus.*

Primum videndum est quo consilio Christus cælestem gloriam ad breve tempus induerit, & tres solum ex suis discipulis testes adhibuerit ad hoc spectaculum. Quod sentiunt quidam fecile in eum finem ut contra tentationem, quæ instabat à morte sua, eos muniret, mihi non est probabile. nam cur eodem remedio alios priuasset, immo cur disertè vetat ne ante resurrectionem suam proferant quod viderunt, nisi quia visionis fructus morte posterior erat? Mibi ergo dubium non est quin testari voluerit Christus se non inuitum ad mortem trahit, sed ultra accedere: ut obediens sacrificium Patri offerret. Non venit hæc cognitio discipulis in memet donec resurrexit Christus: neque etiam in illo temporis articulo necesse fuit Divinam Christi potentiam concipere, quam in cruce viætricem agnoscerent: sed in aliud tempus tam sibi quam nobis edocti sunt, ne quem offenderer Christi infirmitas, quasi necessitate & vi passus foret. Clarum enim est nihilus suffice difficultis Christo corpore suum à morte eximere, quam ornare cælesti gloria. Docemur itaque morti fuisse obnoxium quia voluit: crucifixum fuisse quia se obtulit: nam eadem illa caro quæ in eruce immolata, in sepulchro iacuit, quam iam prius cælestis glorie particeps fuisset, immunitus esse potuit à morte & sepulchro. Quinetiam docemur quandiu in accepsa serui forma versatus est in mundo Christos, & sub carnis insitmitate latuit eius maiestas, nihil ei fuisse detrahitum: quia sponte se exinanivit. nunc autem resurrectio velum illud sustulit quo virtus eius recta ad tempus fuerat. Porro tres testes deligere satis habui Dominus, quia hic numerus ad rem probadat à Lega præscribitur. Discrepancia temporis nos offendere non debet. Sex dies integrorum numerant Matthæus & Marcus qui medijs fluxerunt: Lucas autem factum esse dicens octo ferè postea diebus, tam diem illum quo loquutus erat Christus quamque transformatus est comprehendit. Videntur ergo ut sensus idem in verbis diversis optimè conuenient.

Dnu. 17. b.
76.

2 Transformatus est.) Lucas hoc factum esse dicit quum oraret: ex circumstantia autem loci & temporis colligere licet hoc precatum esse quod obtinuit, ut in splendore nouæ formæ visibile Deitatis suæ speculum esset: non quod vel precastio aliunde petere opus esset quod non habebat, vel dubia esset Patris voluntas, sed quia toto humilitatis suæ cursu, semper ad Patrem retulit quicquid Diuinitus agebat: & nos suo exemplo ad preces stimulare voluit. Transformatio autem hæc non prouersus exhibuit Christum: visendum discipulis qualis nunc est in cælo, sed guttum immenſæ gloriae præbuit qualem ipsi capere poterant. Resplendit tunc eius facies sicut Sol: nunc verò Solis fulgorem longè superat. In solitus in vestitu candor eniuit: nunc extra vestitum Diuina in toto eius corpore maiestas resulget. Sic olim Deus sanctis Patribus apparuit, non qualis in se erat, sed quantum inmensi eius splendoris radios ferre poterant: nam fideles, non antè, ipsum sicuti est, visu rostro hannes pronuntiat quam facti sint ei similes. Iam non est quod subtiliter quisquam disputet de albedine vestium, vel de facie splendida, quando non sicut hec solida exhibito cælestis Christi gloria: sed symbolis quæ carnis modulo congruent, ex parte guttandum præbuit quod in totum percipi nondum poterat.

3 Vjsunt illis Moses & Elias.) Quæritur verēne adfuerint Moles & Elias, ut spectrum uantaxat oblatum fuerit discipulis, sicuti tape Prohetis objecta sunt rerum abuentium visiones. Quanquam res est in utramque partem disputabilis, ut loquuntur, mihi tamen magis probatur ipsos verē in eum locum adductos esse: neque enim absurdum est, quum Deus corpora & animas habet in sua manu, mortuos ad tempus in vitam eius arbitrio restituiri dum ita expedire. Tunc autem Moses & Elias non sibi refur exerunt sed ut præstò auct sent Christo. si quis turbum querat unde Apoltois notitia Moses & Elias, quos nunquam conspererant, responsio facilis est: Quam eos in medium Deus produceret, signa etiam & notas decollat qui bus innotescerent apud eos. Extraordinaria quidem reuelationis modo hoc factum est, ut certè scirent esse Mosen & Eliam. Cur autem apparerint hi duo ponus, quam alij ex sanctorum: a. u. choros, sufficere nobis debet illa ratio, ut constaret non alium Legi & Prophetis scopum esse quam Christum. Nam fieri nostræ magnæ erat intentus, Christum non prodire sine testimoniis, sed tam olim à Deo commendatum. Neque enim diuinctus quæ affterri solet ratio, Etiam maxime alius, non esse qui Prophetas omnes referret: quia tantum nihil reliquit scriptum, præceptum, statuta, excellit post Mosen: cuitum Dei uitium, refutatur: in quo incomparabilis fuit Legis & veræ doctrina propemodum extinctæ vindex. Quid aperte cum Christo, & sermonem communicant, figura iam est consensus. Quale autem fuerit colloquium, locus Lucas exprimit: nempe quod exitum narrarunt qui Christum manebat Hierosolymis. Hoc poterò ad priuatas eorum personas restringi non debet, sed potius ad legationem ipsis olim iniunctam. Voluit enim Dominus, quanquim pridem inorruerant, ac consecrarent vocacionis sue curriculum, vocante tamen sua iterum sancire quod in vita sua docuerant: ut sciremus communem nobis situm in Christi sacrificio propositam esse cum sanctis Patribus. Iam quin de Christi morte varcianati sunt Prophetæ veteres, sedebat ipse (qui æterni erat Dei sapientia) in arcane gloria sua solus. Vnde sequitur, ipsius carne indutus non fuisse obnoxium morti nisi quatenus se liberè subvenit.

4 Domine bonum est.) Lucas ita loquitur: esse Petrum referri, quum Moses & Elias discicerent. Vnde colliguntur veritati fuisse ne ipsorum discipuli intercederet suane illud & beatissimum spectaculum. Etsi autem mirum non est, Petrus sic dulcedine illa captum fuisse, ut alii omniibus spretis, sola eius fructu illi sufficeret: sicut in Pslmo dicitur, Satietas lætitia: esse in Dei vultu: præpolteruna tamen eius votum fuit, quod finem visionis non teneret: deinde stulte & aquit Dominino seruos: tertio errauit quum hominibus in celestem & Angelicam gloriam receptis caduca tabernacula extrire vellet. Dico finem visionis fuisse illi incognitum. Nam quum ex ore Elias & Moses audierit instantem mortis Christi, stupidus specie illam, quæ temporalis erat, æternam fore somniet. Quid quod hoc modo regnum Christi viginti aut triginta pedum angustiis inclusum fuisse? vbi totius Ecclesiæ redemptio? vbi salutis æternae societas? Hoc quoque valde peruersum fuit, Eliam & Moses collegas fingere Dei Filio, quasi non omnes in ordinem cogi necesse sit ut solus ipse eminet. Iam si forte sua contentus est Petrus, cur eos

egere terrenis subsidiis putat quorum aspectu tunc huius sibi videtur? Recetè ergo Euangelistæ duo annotant, *Nesciis quid diceret*. Marcus causâ addit, *Quod esset expulsus*, neque enim ultra tunc Apostolos proficere voluit Deus nisi ut filii sui Deitatem quasi in viuo speculo ad momentum cernerent. Postea successu temporis fructum illis ostendens, iudicij defectum corxit. Significat ergo Marcus Petrum quam in ecclastin raptus foret, instar hominis attoniti loquutum esse.

Ecce nubes lucidae.) Opposita fuit nubes eorum oculis, ut scirent nondum se ad contemplandum cœlestis gloria fulgore idoneos esse. Nam quoniam dominus signa dedit præsentia sua, summi regumenta quædam addidit quæ compescerent humani ingenii audaciam: ita nunc ut discipulos ad humilitatem erudiat, cœlestis gloria intuitum subducit ab eorum oculis. Hæc quoque admonitio ad nos pertinet, ne appetamus erumpere in arcana que tensus nostros tuperam: sed potius ut in fidem suam mensura quisque le sobrie contineat. Denique nubes hæc træni loco nobis esse debet, ne curiositas nostra plusquam pars est laetiorum. Deinde admontio fuerunt discipuli redeundum ibi esse ad prætinam militiam, ne triumphum, ibi promitterent ante tēpus. *Vox facta est de nube.* Et hoc notatum dignum est, sonare vocem Dei ex nube, corpus autem vel faciem non videri. Ergo nobis

D. 4. c. 15.

illa admontio Mosis veniat in mentem, Deum visibili figura non fuisse indutum, ne forte decepti putemus illum homini similem esse. Verum quidem est variæ species olim sancti Patribus visas esse, in quibus Deum agnoscerent, semper tanè à symbolis abstinuit quæ fabricandis idolis materialiam præberent. Et sanè quoniam plus à quo ad cratulas phantasias propensa sunt humanæ inentes, oleum camino addere nequaquam vtile fuit. Hæc maxime illustris fuit Dei gloria manifestatio: quæ interposita nube nos vox sua ad se invitet, quæam absurdum est in truncu ligni vel lapide, cuius præsentiam velle ante oculos nostros siftere? Ergo discamus sola fide, non autem carnis oculis penetra re ad illam lucem inaccessimam quam Deus inhabitat. Vox autem edita fuit è nube, ut à Deo profectam esse scientes discipuli, qua decebat reverentia eam exciperent. *Hic est filius meus.*) Libenter eorum subscribo sententiæ, qui tacitam subesse antithesen putant Mosis & Eliaz cum Christo, ac si iuberet Christus suos discipulos vnico Filio esse contentos. Emphaticum enim est Filij nomen

P. 2. b. 6.

D. 42.

D. 18.

c. 78.

quo supra seruos extollitur. Porro duobus elo-
giis hic ornatur Christus non magis sibi honorificis quoniam fidei nostræ vtilibus: nempe Filii dilecti, deinde Magistri. Quod Pater Dilectum vocat in quo sibi complacuit, Mediatorem in esse testatur, in quo sibi mundum reconciliat. Quoniam audiri iubet, sumnum & vnicum Ecclesiæ sua doctorem præficit. Nam quoniam eius consilium fuerit, eum à reliquis omnibus discernere, sicuti ex his verbis verè & propriè colligimus, natura vnicum esse Filium, similiter conficitur, solum à Patre dilig., & solum constituti doctorem, ut tota autoritas penes ipsum resideat. Siquis excipiatis, ànon Angelos & homines amet Deus: in promptu solutio est, Pater num Dei amorem, qui diffunditur ad Angelos & homines, ab illo fonte prodire. Neque enim ideo diligitur à Patre Filius ut odio sint alia creature: sed ut quod sibi proprium est, cum illis communiceat. Quanquam diuersa est nostra & Angelorum

ratio, nam hi à Deo nunquam alienati fuerunt, vt reconciliator opus habeant: nos autem inimici propter peccatum, donec eum nobis Christus propitiatus. Manet tamen illud fixum, Deum utique propitiū esse, quatenus nos in Christo complectitur: quia ne Angelis quidem sine capite firma esset cum Deo coniunctio, iam quoniam hic loquatur Pater, & se aliù à Filio designet: sequuntur personis distinctos esse, quando una est eternità & eadem maietas. *Ipsum audie.* Nuper admonui hac voce reuocari Ecclesiam ad vincum doctorem Christum, ut tantum ab eius ore pendeat. Etsi enim venit Christus ut Legi & Prophetis fidem afferat, sic tamen occupat summum gradum ut fulgore sui Euangelij absortbeat scintillas illas quæ in Veteri testamento micabant. Est enim Sol iustitiae, cuius adiutus plenus illuxit dies. Atque haec ratio est ut Apostolus dicat primo ad Hebreos episcopo, De mihi olim multifariam multisque modis loquutus erat per Prophetas, nouissime loquutus esse in dilecto filio. Denique non minus hodie in Lege & Prophetis auditur Christus quoniam in Euangeliō suo, ut penes ipsum resideat Magistri autoritas, quemadmodum eam sibi vni vendicat Matth. 23. a. 8. Porro ius suum saluum non obtinet quin si leant omnes humanæ linguae. Quare ut nesciis sua doctrina continet, quicquid commenti sunt homines, prosteini & concidere necesse est. Doctores quidem quotidie emitunt: sed qui pure & bona fide proferant quod ab eo dicierent, non qui suis additamentis Euangeliū insufficiunt. In summa, nullus est fidelis Ecclesiæ doctor nisi qui & discipulus est Christi, & alios ei docendos offert.

Et hoc audito.) Terrore isto percelli Deus voluit discipulos, ut melius visionis memoriam imprimere coruni cordibus. Interim videmus quanta sit natura nostræ infirmitas quæ audita Dei vox sic expaescit. Nam quod impij vel subfannant eam, vel securè negligunt, ideo fit quia Deus efficaciter eos non compellat: sed necesse est, ut Dei maiestas simulacrum sentimus, nos deiciat. Ceterum Christus prostratos erigens, officium suum exequitur, nam ideo ad nos descendit ut eo duce in Dei conspectum intrepide prodeant fideles, nec amplius terribilis sit illis maiestas quæ omnem carnem alioqui absumeret. Adde quod non ferimur tantum eos solatur, sed tactu eriam confirmat. Quod dicuntur tandem solum Christum vidisse, huc pertinet, Legi & Prophetis temporalem fuisse gloriam, ut solus Christus conspicuus inaneat. Nam ut rite Mosis opera vtamur, in ipso hærendum non est, sed danda opera ut per ipsum manu ducamus ad Christum cuius minister est vna cum aliis omnibus. Accommodari etiam potest hic locus ad damnandæ eorum superstitiones qui Christum non Prophetis tantum & Apostolis, sed gregarii sanctulis ita permiscent, ut sit tanquam vnuus quilibet ex numero. Atqui longè alium in finem excellunt in sanctis Dei gratiæ quoniam ut partem honoris Christo debiti ad se rapiant. Fons autem erroris in discipulis ipsis notari potest, quandiu enim territi fuerunt Dei maiestate, vagæ sunt in hominibus quærendis eorum mentes: vbi autem eos suauiter Christus erexit, solus ab ipsis vñus est, nam si vigeat in nobis consolario qua Christus terroribus nostris medetur, euangelient stulti omnes affectus qui nos luci illic distracthant.

C O M M E N T .

MATTH. XVII.

MARC. IX.

223

9 Et quum decenterent de monte, **9** Porro quum decenterent de monte, **36** Et ipsi tan
prceps illis Iesus dicens, Ne cui dixeret praecepit illis ne cui dicerent ea quæ videuerunt & ne
rius visionem donec Filius hominis a rante, nisi quum Filius hominis a mortuis misericorditer
mortuis resurgat.

10 Et interrogauerunt eum discipuli **10** Ac verbum hoc tenuerunt apud quisquam ex
suidientes, Cur igitur Scriba dicunt sepe, inter se disputantes quid esset hoc illis quæ vide-
quod Eliam oporteat venire prius?

11 Iesus autem respondens dixit illis, **11** Et interrogabant illum, dicentes,
Elias quidem veniet prius, & restituere omnia.

12 Ceterum dico vobis, Elias iam **12** Ille vero respondens dixit illis, Elias
venisse, & non agnouerunt eum, sed fe- quidem ubi veperit, prius restituere omnia:
cerunt in eo quæcumque voluerunt: sic & quemadmodum scriptum est de Filio ho-
minis, ut multa patiatur & contemnatur.

13 Tunc intellexerunt discipuli quod **13** Verum dico vobis Elias venisse, &
de Iohanne Baptista dixisset ipsis. fecerunt illi quæcumque voluerunt, sicut
scriptum est de illo.

9 Et quum decenterem de monte.) Diximus cur
nondum tunc maturum esset tempus publicandæ
visionis. Et certe fides discipulis non fuisset habita
nisi luculentius gloria sua specimen Christus in
resurrectione deisset. Verum postquam se palam
exeruit Divina eius virtus, locum etiam habere coe-
pit temporalis ille conspectus eius glorie, ut certò
constaret, etiam quo tempore exinanitus fuit,
Deitatem tamen suam illi integrantibet, licet
abcondita esset carnis velo. Ergo non abs re sile-
re iubet discipulos donec à morte resurrexit.

10 Et interrogauerunt eum discipuli suis dicentes.) Simul ac facta tuit resurrectionis mentio, auspicia regni Christi concipiunt discipuli: sic enim expoununt hoc nomen, quod ipsum mundus agnitus sit Messias. nam de resurrectione aliud fuisse una gignatus quam volebat Christus, pater ex Marco: Disputabat, inquit, inter se quidnam hoc esset, resur gere a mortuis. Forte iam inualuerat deliriū quod hodie pro certo oraculo habetur inter Rabbinos, duplice fore aduentum Messie, quia contemplabilis futurus sit ab initio. sed paulo post successura sit regia eius dignitas. Et quidem aliquid coloris habet error iste, quia ex vero principio fluxit. Duos Messiae aduentus commendat etiam Scriptura: quia redemptorem fore promittit, qui suo Sacrificio peccata mundi expiat. Atque hoc spectant va-
Zach.9,9. b. Exult filia Sion, ecce Rex tuus venit pauper fedens super asinam, &c. Item, Vidi eum, & aspectus carcerat: deformis fuit, & similis leproso, vt non reputaremus eum. Deinde mortis vi-
torem proponit, qui sibi subiicit omnia. Sed vi-
demus vt Rabbini sincera Scripturæ doctrinam suis figuris depravent. Arqui vt Christi etate omnia valde corrupta erat, credibile est hoc quoque commento imbutum fuisse populuni. In Eliæ
Eze.33,4.4.

persona quam crassè errauerint, bis aut ter ostendit fuit. Fortassis enim maligne & attorè Elias ob tentu Christo derogare conati sunt. nam quū promissus esset Elias tanquam apparitor Messiae, qui via illi pararet, hoc præjudicio Christi in granare facile illis fuit, quod sine Elia prodire: sicuti eodem ferè alto Papistas diabolus hodie fascinat, ne diem Iudicij expectet donec apparuerint Elias & Henoch. Conuicere certè licet hoc datu opera captatum fuisse à Scribis, vt Christo fidem detraherent, quasi legitimo Messiae insigni caueret.

11 Elias quidem veniet.) Diximus alibi unde natus fuerit error ille inter Iudeos. Quia in collapsu Ecclesiæ statu instaurando similis Elias futurus erat Iohannes Baptista, nomen quoque ad eum transflusterat Malachias: id temere arreptu ficerat à Scribis, quasi idem ille Elias Thesbites rediturus iterum esset in mundum. In testarv. Caristus nihil frustra prædictum à Malachia fuisse, sed male aliò det. artuum fuisse eius vaticinium: achi-
xiisset. Vera fuit prouissio de venturo Elia, que ei-
tim implita fuit: sed tam à Scribis repudiatum fuit Elias, cuius inane nomen falso minus oportet. Re-
stitutio autem Baptista tributur, non perfecta: sed quia continua serie Christo de manu in manum absoluendam tradidit quam ex-
fusus erat. Quia autem Scriba Iohannem indigne reiecerant, admonet Christus discipulos non esse cur si impedianter eorum fallacis: deinde novum videri non debere si eadem libidine Magistrum deinde reiciant qua prius ministrum. Ac ne quis rei nouitate turberet, vt rurisque Dominus Scripturis fuisse proditum commemorat, nempe quod res-
tulam passurus fore apud falsos & in pios do-
ctores, tam mundi Redemptor, quam Elias eius præco.

MATTH. XVII.

MARC. IX.

LVC. IX.

14 Et quum venisset ad discipulos, vidit turbam **14** Et quum venisset ad discipulos, vidit turbam **37** Factum est autem
multam circum illos, & Scribas disputantes cum eis. sequent die, de cenden-
bam, accessit ad **15** Et protinus uniuersa turba quoniam vidisset eum, tibus illis de monte occur-
eum homo qui- obstatuit, & accurrentes salutauerunt eum. rit illi turbam multam.

dam fletens ge- **16** Et interrogauit Scribas, Quid disputatis inter **38** Et ecce vir de
nua illi: vos? **17** Et respondens unus è turba dixit, Preceptor, ad- cens, Magister, obsecro te
Domine, misere- duxi filium meum ad te, habensem spiritum mutum. refice ad filium meum,

t. iiiij.

refilij mei, quo- 18 Et quondam cum eum corripuerit, lacerat eum: quia unicus est mihi.
niā lunaticus est, & ille spumat, stridetque dentibus suis, & arescit, & di-
& miser torque- xi discipulis tuis ut ejercent, & non potuerunt.
sur: nam sepe ca- 19 At ille respondens ei dicit, O natio incredula:
dit in ignem & quousque apud vos ero? quousque patiar vos? adducite
sepe in aquam. illum ad me.
16 Et obtuli 20 Et adduxerunt illum ad eum: & quum vidisset
eū discipulis tuis, eum, statim spiritus eum discerpit, & prolapsus in ter-
nec potuerūt eum ram, voluebatur spumans.
fanare.
21 Et interrogauit patrem eius, Quantum temporis
17 Respondens est ex quo hoc accidit ei? Ille verò dixit, Puer:
autem Iesus di- 22 Et frequenter illum in igne abiecti, & in aquas,
xit, O natio incre- quo perderet eum: agere si quid potes, subueni nobis, mi-
dula & distorta, serius nostri.
quousque tādem 23 Iesus autem dixit ei, Illud si potes credere, omnia
ero vobiscum? vs posibilitia credenti.
quequo patiar 24 Et confessim exclamans pater pueri cum lacry-
vos? adducite huc mis, dixit, Cred. Domine succurre incredulitati mea.
illum mihi. 25 Quum vidisset autem Iesus quod turba concur-
18 Et increpa- raret, increpauit spiritum immundum, dicens illi, Spiritus
uit illum Iesus, & tuus muius & surde, ego tibi impero, extab eo: & ne post
exiuit ab eo de- hac ingrediaris in illum.
monium: & sana- 26 Et quum clamasset spiritus, multi umque discerpser-
tus est puer à tem- set eum, exiuit: & factus est tanquam mortuus, adeò vi-
pore illo. multi dicerent, Mortuus est.
27 At Iesus correpta manu illius, erexit eum, & ille
surrexit.

39 Et ecce spiritus: ap-
prehendit eum, & subito
clamat, & discerpit eum
cum spuma, & vix disce-
dit ab eo dilaniat eum.
40 Et rogauit disci-
pulos tuos ut ejercent
illum, & non potuerunt.
41 Respondens autem
Iesus dixit, O natio infi-
delis & distracta, vige-
quo ero apud vos? & pa-
tiar vos? adducit filium
tuum hic.
42 Quum axiū adhuc
accederet, lanianillum
demonium & dispergit:
increpauit autem Iesus
spiritum immundum, &
sanauit puerum, & redi-
dit eum patris iuuo.
43 Stupebant autem
omnes super magnifi-
centia Dei.

Quia Marcus plenior est, & singulas partes di-
serit explicat, lequeinur verborum eius contextū.
Ac principio clare demonstrat unde insolita hæc
asperitas Christo, quum Iudeos ob distorta fum
malitiam indignos esse exclamat qui diutius ferā-
tur. Scimus quām comiter alios excipere solitus
sit, etiam si quid importunus peterent. Pater hic
rogat pro vñco filio: maxima vrget necessitas:
modestè & suppliciter implorat Christi miseri-
cordiam, cur ergo præter morem repente exan-
descit ut tolerabilem non esse pronuntiet? Quia
ex Matthæo & Luca non perspicitur ratio tanta
seueritatis, quidam interpretes decepti fuerunt,
quibus hæc obiurgatio vel in discipulos, vel in pa-
trem afflitti pueri competere visa est. Atqui si
probè expendimus totum historiæ complexum
qualis apud Marcum habetur, iudicium facere
promptum erit, Christum potius in Scribari ma-
litiam stomachari, quām adeò duriter vexare ru-
des & infirmos. Quin in medium absente Christo,
productus est puer lunaticus, plausibilis in-
fectionis occasio Scribis visa est, ac cupidè ab il-
lis abrepta, instant ergo apud discipulos, vt si quid
habent potestatis in sanando puer, demonstrent.
Verisimile est discipulos tentasse, & irritos fuisse
conatus: ira Scribi quasi viatores insultant, nec
modò subsannant discipulos, sed proteruent ad-
uersus Christum, quasi in illorum persona exinan-
ita esset eius virtus. Hæc verò plus quam scelestā
erat impietas cum pari ingratitudine coniuncta,
tot miracula ex quibus didicerant quanta virtute
polleret Christus, malitiosè suppressimere. Nam ex
professo studebant lucem ante oculos positam ex-
tinguere, quare non abs re exclamat Christus sibi
non esse diutius ferendos, gentēmque incredulam
& peruersam appellat: debuerant enim tot priori-
bus documentis saltem hoc vñq; proficere, ne ob-

trectandi ansam caparent.

14 Marc. Vidi turbam multam.) Non dubium
est quin o stentui habitu fuerint discipuli, qualiter
solent veritatis hostes suis iactantiis, etiam de ni-
hilo, theatrum querere. Suo igitur strepitu fece-
rant Scribæ vt multorum ludibrio parerent disci-
puli. Et tamen appareat non male affectos fuisse
quodam: quia simulacrum Iesum conspiciunt, eum
salutant: in dō eius præsentis Scribarum insolentia
compescit: quia rogati quade re disputent,
obmutescunt.

17 Preceptor adduxit filium meum.) Matthæus
aliud morbi genus designat quām Marcus: nam
hominem lunaticum fuisse dicit. Congruunt tamē
inter se hæc duo, mutum fuisse, & certis temporib-
us in furiis actum. Lunatici autem vocantur qui
vel sibz lunæ defectum comitiali morbo laberant
vel torquentur vertigine. Nec recipio quod fin-
git Chrysostomus, nomen hoc Satanæ astu fuisse
inuentum, vt bonis creaturis infamia notam as-
pergeret: docet enim certa experientia pro Lunæ
curlu augeri vel decrescere morbos illos: neque
tamē hoc obstat quo minus Satan naturalibus me-
diis suos impetus permiscuerit. Ego itaque existi-
mo non fuisse naturaliter surdum ac mutum hunc
hominem, sed linguam eius & aures à Satana fuisse
possessas. Deinde quum cerebri & nervorum
debilitas eum morbo comitiali obnoxium red-
deret, deterius malum fuisse additum ab eodem
Satanæ. Hinc factum est vt sibi perniciem vndeque
accerferet, deinde vt discerptus iaceret, vt conci-
deret exanimis & similis mortuo. Hinc verò dis-
camus quām multiplices nocendi modos habeat
Satan, nisi quatenus Dei manu arceret. Quotquot
sunt carnis & animæ infirmitates, quas sentimus
esse innumeratas, totidem ad nos ladendos tela ei
fuppertunt. Plusquam ergo stupidi sumus, nisi tam

misera

misera nostra conditio nos ad preces sollicitet. In eo autem se profert incomparabilis Dei bonitas, quod quoniam tam variis nostris timus obnoxij, presi-
dio tamen suo nos tuerit; praeferuntur si repudiamus
quanta nos perdendi cupidine flagret hostis no-
ster. Sed haec quoque consolatio venire nobis de-
bet in mentem, Christum ad fraternam eius ra-
biem venisse, ac ideo nos inter tot discrimina ma-
nere incolumes, qui malis nostris superior est et celestis medicina. Huc & temporis circumstantia ac-
cedit; responderet pater, à pueritia filium suum tam
misericorditer fuisse afflictum, si tantum licentiae in tene-
ram illam etatulam Satanæ permisum fuit, quid
nobis non timendum est qui vitam nostris subinde
ad mortiferos ictus nos obvincimus, qui suggesti-
mus enim hosti nostro tela, & in quos iure suo gra-
fari posset, nisi mirabili Dei bonitate cohibita ia-
ceret eius libido?

17 Matth. *O natio incredula.*) Quanquam vide-
tur Christus sermonem dirigere in patrem lunati-
ci, non dubium tamen est quin Scribas respiciant,
scuti paulo ante docui. nam certum est non ob-
iurgari rudes ac infirmos, sed qui impliciti in sua
malitia contumaciter Deo resistunt, ideo dignos
esse negat Christus quos amplius toleret, sive
breui duotum cum illis facturum minatur. Ni-
hil autem potest accidere deterius quam ut nos
deferat. Non leuis autem exprobatio est, quod
visitationis sua gratiani tam superbe reliquerent.
vbi etiam notandum est varie tractando esse ho-
mines pro suo quenque ingenio: nam qui doli-
ciles summa humanitate afficiat, sustineat infir-
mos, tardos etiam moderate excite, flexuolis ictis
se pertibunt non parcit, quos vider nullis reme-
diis sanari posse.

20 Marc. *Quum vidiisset illum.*) Quod atrocius
solito in hominem fecerit diabolus vbi ad Christum
adductum, mirum non est: nam qui proprius afful-
ger Christi gratia, & efficaciter agit, eo impoten-
tius furt Satan. Christi igitur praetentia non secus
ac clangore tubæ accenditur, & quocunque po-
test tumultus mouet, configit etiam quantum in-
se est. Hoc ante tempus, meditatum nos habere
coenit, ne turbetur fides nostra: quoties ad exor-
tum gratiae Christi solito violentius insurget hic
nostrus hostis. in modo aliud præterea tenendum est,
verum nostra sanationis initium esse, ita penitus
affligi ut nimium à morte distemus. Adde quod
ex furioso Satanæ imperio Dominus ad illutranda
statim gratiam faciem accendit: nam quoniam horribilis
illio spectaculo attoniti sufficiunt homines, inde
melius perspecta illis fuit, que mox sequuta est,
Christi virtus.

21 Apvero.) Hinc colligimus, non sive pecca-
tis hominis hac poenam inflictam, sed arcum
sive Dei iudicium. Certum quidem est, ne infan-
tes quidem simul atque egressi sunt ex utero, in-
fontes coram Deo & reatu solutos esse: sed Dei
flagella interdum occultas habent causas, idque

ad probandam nostram obedientiam: neque enim
aliter iustum deterius us honorem Deo quam si
reuerenter & modeliter adoramus eius iustitiam
dum nobis est abscondita. Si quis hac de re plura
appetat, petere licet ex nono capite tomatis in
locum illum, Neque peccauit hic, neque parentes
eius.

22 *Si quid potes subueni.*) Videmus quoniam parum
honoris tribuat Christus prophetam enim quem-
piam esse putans, cuius finita sit facultas: dubius ad
eum accedit, atqui primum fidem fundat, entu est,
immensam Dei potentiam amplecti: primus etiam
ad preces ingressus est, suprad omnia obstacula ca-
deum attollere: ut certo persuasi simus non frustra
nos precari. Quia autem non nisi humilitus de
Christo sentiebat hic homo, fallta eius opinio cor-
rigitur: formari enim eius fidem oportuit, ut opta-
ta gratia capax & compos fieret. Non expoliat
aperte Christus in suo responsu, sed oblique in
hominem retorquens quod perperam dixerat,
culpæ eum coartuit, & de quaenam reitate reue-
monit, perinde enim valet ista exceptio, *Spores
crederet,* acsi dixisset, Tu me rogas ut subueniam
quoad potero: atqui inexhaustum virtutis fontem
in me reperies, si modo afferas satis amplam tidei
mensuram. Hinc colligi potest utilis doctrina que
coniunctur ad nos omnes: patet, non stare per
Dominum quoniam larga bonorum vberitas ab
ipso ad nos profluit: sed tidei nostra angustias esse
imputandum quod guttatum tantum diffundit: in modo
sive ne guttam quidem nos sentire, quia incredulitas
cor nostrum obstruit. Frustra autem hic quidam
arguit esse volunt, quasi Christus significet
posse hominem a seipso credere, quando nihil aliud
ei propositum fuit quoniam reicare in homines
inopiaz sua culpan quoties Dei virtutem sua in-
credulitate extenuant.

23 *Omnia possibilia credenti.*) Non dubium est
quoniam Christus sibi à Patre bonorum omnium plen-
itudinem datam esse docuerit: ecce secus speran-
dum esse à se uno quodquis auxiliij genus quoniam ex
ipsa Dei manu. acsi dixisset, Tantum cōfide & im-
petras. Quomodo autem quodquis impetrat fi-
des, paulo post videbitur.

24 *Credo Domine.*) Testatur se credere, & ta-
men se fatetur incredulum, quanquam videntur
hæc duo pugnare, nemo tamen est qui non idem
in se experientur: nam quoniam nusquam perfecta ex-
tentifides, sequitur ex parte esse incredulos. sic tam
pro sua indulgentia nobis ignoscit Deus ut ab ex-
iguo fidei in dulio nos fideles estimet. Nostrum
interessum est sedulò excutere infidelitatem reliquias
quæ in nobis hærent, ut cum illis luctemur; ac pe-
tere à Domino ut eas corrigat: quoties etiam la-
boramus in hac pugna ad eum confugere ut suc-
currem. Si probè expendimus quid cuique datuni
sit, facile patet quod cœlum sive qui excellenti fide
de poileant, pacies esse mediocrem, plurimos au-
tem exigua mensura esse præditos.

M A T T H . XVII.

19 *Tunc accedentes discipuli ad Ie-
sum seorsum, dixerunt, Quare nos no-
potuimus eycere illud?*

20 *Iesus autem dixit illis, Proprie-
tatem incredulitatem vestram. amen quippe
dico vobis, si habeatis fidem sicut granum
sinapis, dicetis moti huic, Demigrahinc*

M A R C . IX.

28 *Et quum esset ingre-
sus domum, discipuli illius
interrugabant eum seorsum, fidem si-*

*er nos non potuimus eyce-
re illum?*

29 *Et dixit illis, Hoc cui granum sinapes, ducre-*

L V C . XVII.

3 *Et dixerunt Aposto-
li Domino, Adauge nobis
fidem.*

6 *Dixit autem Domi-
nus, Si habereitis fidem si-*

zenus nulla re potest exire tis huic arbori sycamino,

illuc, & migrabit: nec quicquam impositum per precationem & ie-
nisti per precationem & ie-
bile erit vobis. nium. Eradicare, & transplantare
in mare, & obediret vobis.
21 Sed hoc genus non egreditur nisi
per precationem & ieiunium.

19 Accedentes discipuli.) Mirantur discipuli ablatam sibi esse virtutem qua semel instructi fuerat, quam proprio vitio ea se priuauerint. Christus ergo defectum hunc, eorum incredulitati assignat, & sententiam illam quam prius attingerat repetit, ac fusi prosequitur, fidei nihil esse impossibile. Certum quidem est hyperbolam esse loquendi formam, quam fide pronuntiat transferri arbores & montes. Summa tamen hoc reddit, Deum nunquam nobis before, modò tanquam aperiamus gratiae eius. Neque enim intelligit, quicquid temere in metem vel in buccam venerit, Deum daturum: immo quam nihil fidei magis contrarium sit statim & incompositis carnis nostrae votis, sequitur ubi regnat fides, non promiscue quiduis optari, sed quod Dominus promittit. Haec igitur sobrietas tenenda est, ne plus appetamus quam non nobis politicus est, atque ut preces nostre restricte sint ad eam quam dictauit regulâ. Si quis obiciat, ne scisse discipulos a Domino placeret lunaticum sanare, prompta responsio est, haec accidisse ex eorum culpa, nam propriè de speciali fide nunc agit Christus, que prout res nata cerebat, arcanos habebat instinctus. Atque haec fides est cuius Paulus meminit prioris ad Corinthios cap. 12. 1. 2. Vnde ergo factum est ut nudati fuerint Apostoli Spiritus virtute, quam prius apprehenderant ad edenda

miracula, nisi quod sua ignavia eam suffocarunt? Sed quod de particulari fide pro circumstantia loci differuit Christus, ad communem totius Ecclesie fidem extenditur.

21 Hoc genus non egreditur.) Hac voce Christus nonnullorum segnitiem prescrinxit, vt sciret non vulgari opus esse fide, nam alioqui excipere poterant se non prorsus fide esse vacuos. Sensus ergo est non sufficere quamlibet fidem, vbi serio praeliandum est cum Satana, sed requiri strenuos conatus. Languori autem fidei remedium prescribit orationem, cui ieiuniū adiungit administruli vice. Vos, inquit, molles exorcista quasi ad umbra-
tile & lusorium certamen descenatis: atqui cum valido antagonista vobis est negotium, qui nisi summa contentionem minimè vincetur. Ergo pre-
cibus excitanda erat fides: & quoniam ad precandum tardi elits & frigidi, accedere etiā debebat subfus-
diū ex ieiunio. Hinc clarè apparet quād ridicule Papista antidotū in ieiunio cōstituant fugādī dia-
bolis, quum Dominus non aliò referat quād ad acuendum precandi ardorem. Quoniam autem genus illud demonij alter eiici posse negat quād pre-
cibus & ieiunio, sensus est, vbi altas radices fixit Satana, & diurna possessione inualuit, vel vbi effreni licentia graſſatur, difficultē effe & arduam victoriam, ideo quē totis viribus pugnandum.

MATTH. XVII.

22 Quum autem versare-
tur in Galilaea, dixit illis Ie-
sus, Futurum est ut Filius ho-
minis tradatur in manus ho-
minum.

23 Et occidetur, ac tertio
die resurget. Et mærore affe-
ctu sunt vehementer.

MATTH. XVIII.

1 In illo tempore accesserunt
discipuli ad Iesum, ducen-
tes, Quis maximus est in re-
gno celorum?

2 Et accersitum ad se puerum Iesus statuit in medio il-
lorum,

3 Et dixit, Amen dico vobis nisi conuersificeritis, & ef-
ficiamini sicut pueri, non in-
gredimini in regnum celo-
rum.

4 Quisquis igitur demise-
rit semetipsum sicut puerus iste, hic est maximus in regno
celorum.

5 Et qui receperit unum puel-
lum talium in nomine meo, me
recipit.

MARC. IX.

30 Et illinc egredi, iter fece-
runt per Galileam, nec volebat ut
quisquam sciret.

31 Docebat enim discipulos suos,
& dicebat illis, Filius hominis
tradetur in manus hominum, &
occident eum: & occisus, tertio die
resurget.

32 At illi ignorabant quod di-
xerat, & timebant eum interro-
gare.

33 Et venit Capernaum, &
quum venisset in domum, inter-
rogavit illos, Quid in itinere in-
ter vos disputabatis?

34 At illi siluerunt: nam inter-
se disputauerant in via quis esset
maior.

35 Et postquam confedit, acce-
suit duodecim, & dicit eis, Si quis
vult primus esse, is erit omnium
postremus & omnium minister.

36 Atque acceptum puerum
statuit in medio illorum: & quum
cepisset illum in vlnas suas, dixit

37 Quisquis unum ex talibus
pueris receperit nomine meo, me
recipit: & quicunque me recipit, no
me recipit, sed eum qui misit me.

LVC. IX.

43 Sed omnibus mirantibus
super omnibus que fecerat, dixit
ad discipulos suos,

44 Ponite vos in auribus ve-
bris sermones istos: futurum est
enim ut Filius hominis tradatur
in manus hominum.

45 At illi ignorabant ver-
bum istud, & erat absconditum
ab illis, ut non intelligerent il-
lud: & timebant eum interrogar-
e de hoc verbo.

46 Intravit autem disputatio
inter eos, Quis eorum maior es-
set.

47 At Iesus videns cogita-
tionem cordis illorum apprehen-
dit puerum, & statuit eum in exta-
fe,

48 Et ait illis, Quicunque re-
cepit puorum huc nomine meo,
me recipit: & quicunque me re-
cepit, recipit eum qui me misit:
nam qui minor est inter vos, hic
erit magnus.

22. *Quum autem versarentur in Galilaea.*) Quo propius instabat tempus mortis, eo sepius monuit Christus discipulos, ne tristis illa species labefacaret ipsorum fidem. Paulo post editum miraculum habitus hic sermo fuit: dicit enim Marcus ab eo loco profectum esse in Galileam, ut illic quietus tempus medium transigeret: statuerat enim Hierosolymam venire ad solennem sacrificij diem, quia proximo Paschate immolandus erat. Quanquam autem iam aliquoties hac de re fuerant admoniti, turbabant tamen non secus ac si nihil unquam audissent. Tantum valet praesumpta opinio, ut mentibus in luce clarissima tenebras obducatur. Fixerant sibi Apostoli amorem & iucundum regni Christi statum: putabant simul ac innocentem, summo plausu ab omnibus exceptum iri nihil minus erat credibile, quam Sacerdotes & Scribas, aliosque Ecclesie primores illi fore aduerteros. Ergo errore occupati, quicquid in contraria partem dicitur non admittunt: nam Marcus ignorasse dicit quid vellet Dominus. Vnde autem ignorantia, ubi sermo haberetur tam apertus ac dilucius, nisi quod vana illusio velatas tenebat eorum mentes? Quod non aut si sunt vterius rogare, quāquam reverentia ex parte tribuendum est, non tamen in dubito quin miserore confitēti, & absurditate quam sibi singebant, perculsi tacuerint. Quare non fuit in totum laudabilis hic pudor, qui & perplexam dubitationem & vitiosam tristitiam aluit. In tera magis implicitum pietatis semen quam liquidaveri cognitio, ipsos tenuit Christo decūtētos, ne ab eius schoola deficerent. Erat quidem insitum fidei & recte intelligentiae principium aliquod eorum coribus, ut procul à fide implicita Papistarum distaret zelus iste sequendi Christi: sed quia nondum usque ad descendāt regni Dei & promissā in Christo renouationis naturā progressi erant, pietatis magis studium in ipsis quam distinctā scientiam viguisse dico. Hinc colligimus quid vel laude vel reprehensione digni in ipsis fuerit. Ceterum quanvis excusabilis non sit eorum stupor: non est tamen quod mirenur & enigma illis suis clarum & discretum crucis & ignominie magistrorum testimonium: non modò quia respui & damnari a Filii Dei gloria alienum erat, sed quia nihil minus erat consentaneum, quam gratiam pecuniariter Iudeas promisiā, a gentiis dubius reprobari. Quia autem inmodicus crucis horror quo repente correpti fuerunt, consolationi ex spe resurrectionis addita ianuam praeclusit: discamus quies mortis Christi sit mentio, totum simul triduum complecti, ut mors & sepultura usque ad felicem triumphantem & nouam vitam nos deducant.

1. *In illo tempore accesserunt.*) Ex aliis duobus patet non sponte venisse discipulos ad Christum: sed quum in via clanculum disputassent, ē suis latibris in lucem suis tractos. In eo vero nihil est absurdum, quod Matthæus ad Christi responsum festinans, non contexit totam historię seriem, sed præterito exordio, summatum refert cur in discipulis stultam primatus cupiditatem Christus correxerit. Quum autem inquirit Christus de furtivo colloquio, & discipulos fateri cogit quod suppressum esse optarent; docemur, ab omni quantumvis occulta emulazione caudendum esse. Notanda porrè est temporis circumstantia: tristes & perplexos reddiderat mortis prædictio: quasi tamen me-

ris delictis imbuti sint, ac poeticum nectar illis sit propinquum, de primatu statim contendunt. Quis fieri potest ut momento cuanerit anxietas illa, nisi quod usque adeo ambitioni dedita sunt homini num ingenia, ut praesentis militia oblitii, ad triumphos falsi imaginatione delusi subinde profiliant? Quod si tam citò Apostolis effluxit recentis sermonis memoria: quid nobis accidet si crucis meditationi longum vale dicentes, torpori & ignaviae vel otiosis speculationibus nos dedamus? Sed queritur quanam certaminis occasio fuerit discipulis. Respondeo, ut libenter caro executit omnem molestiam, omisisti tristitia materia, quod de resurrectione dictum erat arripiisse: vnde inter securos orta est disputatio. Et quia priorem doctrinæ partem, quæ insuavis est carni, refugiant, Deus in resurrectione eos hallucinari patitur, ut somnient quod minimè futurū erat, Christū tibi nulla prædicatione regnum acquirere, & quidem certum, ut mox ad beatam opulentiam emerget. In hac vero quæstione duplex fuit vitium: præpostere enim Apostoli, dum abiecta militię, ad quam vocati erant, cura, qualis milites enim quietem & flippendia cum honorario sibi ante tempus postulat. Perperam & hoc secundo: quod quin certatum uno consensu intenti esse debeant ad se mutuo suuandos, nec fratribus minus quam sibi paham applicere, maligna ambitione alij alios pervertere student. Quare ut prius obetur curius noster Dominus, discamus patienter ferre impositum nobis crucis onus, donec maturum recipienda coronæ tempus adueniat: deinde quemadmodum Paulus Rom. 11. 13 horatur, alij alios vicissim honore præuenire. Priori vitio affinis hodie est vana coruus curiositas qui reliquo vocacionis sua legitimo cursu, supra causas impotentes saltant. Dominus in Evangelio ad regnum suum nos inuitans, viam quæ illic peruenitur ostendit. Volatili homines, de fide, patientia, Dei invocatione & aliis exercitiis nihil cogitantes, quid in cælo geratur disputant: hoc vero perinde est ac si quis iter facturus, de hospitiis sita inquirens, pedem non promoveat. Nam quum Dominus in terra nos ambulare iubat, quomodo sedeant in cælis mortui quisquis curiosè disputat, se ab accessu cælorum moratur.

2. *Accersitum puellum.*) Summa est, Qui magnitudinem appetunt, qua emineant supra fratres, adeo non fore eius compotes, ut ne extremo quidem angulo hætere queant. A contrario autem ratiocinatur, quia sola nos humilitas extollat. Quia vero magis afficiunt obiectæ oculis species, typum humilitatis in pueri infante proponit. Nam quod iubet suos offici pueri similes, non ad omnia promiscue extenditur. Scimus in pueris multa esse virtuosa: quare & Paulus non sensu, sed malitia pueros esse vult, quos alibi ad extarem virilem epitii iubet. Sed quia non dum tenent infantes quid sit aliis præferri, ut de primatu certent, eorum exemplo Christus deleri vult ex suorum animis quæ profani homines & filii seculi de honorum dulcedine perpetuò agitant, ne qua constitueret ambitio. Si quis excipiat, infinitibus quoque ab vetero ingenitam esse superbia, ut primam sui curam & rationem haberi velint: facilis responsio est, Similitudines non exacte nimis nec scrupulosè debere excuti, ut in singulis partibus congruant.

Quia ergo tanta adhuc in etate infantorum regnat similitudines, ut honorum gradus & quaevis superbiae fomenta ignorentur: eos meritò & aptè Christus in exemplu proponit. Atque hoc spectat conversionis cuius meminit, quod scilicet ad communes hominum mores iam nimis assuefuerunt discipuli, idcōque ut ad scopum aspirent, cursum illis retro flectendum esse. Quisque primum locum vel secundum sibi optabat: Christus verò neminem vel infimo subsellio dignatur nisi qui eminentia oblitus se humiliat. Cōtra verò maximos fore pronuntias qui se demiserint: ne quid scilicet nobis decedere putemus ubi vltro cedimus omnī magnitudine. Atque hinc colligi potest breuis humilitatis definitio: quod scilicet verè humilis sit qui neque sibi quicquam arrogat eorum Deo, nec fastuose despicit fratres, vel superiori videri affectat, sed satis habet se vnum ceneri ex Christi membris, nihil aliud optans quam ut solum caput excellat.

MATTH. XVIII.

6 Qui autem offenderit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut p̄nfillis qui confidunt in me, melius est ei ad discipulos, suspendatur mola aſinaria ad collum eius, ac demergatur in profundum maris.

7 Vnde mundo ab offendiculis: necesse est enim vieniant offendicula: verum amēt vñ homini per quem offendiculum venit.

8 Quod si manus tuæ vel pes tuus obſtaculo est tibi, abscede ea, & proiece abste. bonum est tibi ad vitam iugredii claudum aut mutilum, potius quam duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem eternum.

9 Et si oculus tuus offendit te, erue eum & proiece ab te. bonum est tibi ut luscus intres in vitam, potius quam ut duos oculos habens, mittaris in gehennam ignis.

10 Vide te ne contemnatis unum ex istis pusillis: dico enim vobis quod Angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei qui in celis est.

5 Et quareceperū. Iam metaphoricè pueros appellat Christus, qui deposita altitudine, se ad modestiam & subiecctionem componerint. idque consolationis vice additum est, ne molesta nobis sit vel acerba submissio, qua fit ut non modò in suum patrociniū nos recipiat Christus, sed etiā hominibus commendet. Atque hoc modo fideles docentur, quomodo alij alios in pretio habere debeant dum se quisque subicit. Quomodo enim mutua inter seculi filios amicitia vulgo fouetur, nisi dum alterius cupiditatē quisque indulget? Itaque quisque gloriae cupidior est, sibi audaciū imperium usurpat, vel in sublime tollatur, humiles verò ludibrio sint, vel contempti iaceant: Christus autem quo se quisque magis exinaniet, ita plus honoris illi haberi præcipit. Atque ideū sibi vult clausula qua apud Lucā additur, neque enim qui merito sunt contemptibiles, ideo pluriſ fieri mandat: sed qui omni superbia vacui, in nihilum redigi, pro nihilo ducunt.

MARC. IX.

42 Et quisquis offenderit unum ex iis, qui in me credunt, expedit ei ut p̄nfillis qui confidunt in me, melius est ei ad discipulos, circundetur saxum molare circum eius collum, & abiiciatur in mare.

43 Et si offendiculo est tibi manus tua, amputa illam. bonum est tibi multum id vitam ingredi, potius quam duas manus habentem abire in gehennam in ignem inextinguibilem:

44 Vbi vermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur.

45 Et si pes tuus fuerit tibi obstaculo, & proiectus impura eum. bonum est tibi ingredi in mare, vitam claudum potius quam duos pedes habentem, mitti in gehennam in ignem inextinguibilem:

46 Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

47 Et si oculus tuus obstaculo tibi est, erue eum. bonum est tibi luscum intrare in regnum Dei, potius quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis:

48 Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

LVC. XVII.

1 Ait autem quisquis offendit unum ex iis, qui in me credunt, expedit ei ut p̄nfillis qui confidunt in me, melius est ei ad discipulos, circundetur saxum molare circum eius collum, & abiiciatur in mare.

2 Expedit illi si mola aſinaria ponatur circum eius collum, & proiectus

3 Expedit illi si mola aſinaria ponatur circum eius collum, & proiectus

4 Impura eum. bonum est tibi ingredi in mare, vitam claudum potius quam duos pedes habentem, mitti in gehennam in ignem inextinguibilem:

5 Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

6 Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

7 Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

6 Qui autem offenderit.) Videtur hoc additum esse ad priorum consolationem, ne illis molesta sit sua conditio, si eos mundus despiciat. Hoc enim plurimum obstat, ne ad voluntariam modestiam se submittant, qui putant hoc modo se reddi contemptibiles. Durum tamen est à superbis hominibus non tantum haberi fastidio, sed propè conculari. Discipulos ergo Christus hoc solatio animat, quod si eorum parvitiati insultat mūdus, Deus tamē eos minime neglit. Videat tamen etiam alio spectaculo: certa enim fuerat de honoris primatu contentio, unde facile colligi potuit, Apostolos praua eminendi potestate esse infectos. Porrò fieri non potest quin sit in fratres contumeliosus quisquis vel sibi nimium placet, vel omnibus præferri appetit. Hunc mortbum vt sanet Christus, horribilem peccatum denuntiat, si quis suo fastu pauperculos homines & iūm sponte submissos deiecat. Scandali autem nomine plus complexus est, quam

fiā contemptu prohibuisset: quanquam nō aliquide contingit ut quis securè infirmos offendat, nisi quia non prosequitur eos quo decebat honore. Iam quum variae sint offensio[n]um species, genus tamen ipsum quale sit, breuiter tenendum est. Si quis nostra culpa vel impingit vel abducitur à recto cursu, vel tardatur, eum dicimus offendere. Ergo quisquis peccatum hāc quam seuerè Christus denuntiat, effugere cupit, parvulus qui coram mūdo abiecti sunt, manum porrigit, & comiter ad bene currendum adiuuet: quia eos nobis commendet Christus, vt nobis voluntaria humilitatis fint materia licet hanc regulam Paulus præscribit F. Rom. 12. 16. liis Dei vñ se humilibus accommodent. Item, Ne sibi quisque placeat. Quia genus supplicij Christus expressit, quod tunc erat maximē formidabile, & quo atrocissima scelerā puniebantur, hinc colligimus quam charos ac præriosos Deus habeat qui coram mundo ignobiles sunt ac contempti.

7 V a m u n d o a b o f f e n d i c u l i s . Bifariam exponit potest hic locus; actius, ut scandalorum authoribus Christus maledicat: atque ita sub mundi nomine intelligendi erunt omnes increauit vel passiū, ut Christus mala deplorat que propter scandalum mundo infastare incumbeat: quae certit: acti diceret, nullam fore magis noctiam peleam, & quæ plures clades inferat, quæ nō quod multos scandalis turbari vel deficere contingat. Atque hic sensus melius quadrat: neque enim dubito quin Dominus de scadaliis alia occasione loquutus, sermonem longius protraxerit, ut suos ad cauendum magis attentos, sollicitosque redderet. Ne igitur nos torpētes circumvent Satan, exclamat Dominus nō: siude magis esse nobis inquietum, quam à scandalis: quia quin Satan innumera habeat ad manum, non definit ad singulos ferè passus noua subinde obiicare: & nos, ut vt nimium sumus teneri vel ignavi, facilè succumbimus. Ita sit vt pauci in Christi fide mediocres faciant progressus: ex paucis autem qui stadium salutis ingressi sunt vix decimus quisque ad metam indeleitus contendat. Nunc quanuoc hoc consilio terrorem à scandalis incuslerat Christus, ut suos expregi faceret, & nostraræ incuriaz, nō si ad ea supererà tamenne quicque se compareret. *Neceſſe est, eum.*) Quo magis suorum curam & sollicitudinem acutum, admonet fieri alter non posse quin pergundit sit per varia scandalata: acti dixisset inevitabile esse hoc malum. Ita confirmatio est proxime sententiæ quia inde docet Christus quāta incommoda à scandalis impendant, quoniam ab hoc malo nunquam immunis futura sit Ecclesia, nec esse queat. Ceterum necessitas causam non exprimit: sicut Paulus de hæretibus loquens, ideo dicit oriri, ut qui probi sunt manifesti siant. Sed hoc tenendum est, neum homines scandalis velle esse obnoxios, quo fidem suorum exercet hypocritas autem tamquam quisquilius & paleam excutiat à puro tristico. Siquis autem obſtepat, & queratur absurdum esse laxari Satanæ frænum à Domino, ut miseris hominibus exitium machineatur: nostrum est reverenter sentire de arcans Dei collis, ex quibus hoc vnum est, quod scandalis necessitas est mundum turbari. *V erum tamen ve homini per quem offendiculum venit.*) Postquam ad caueda scandalata suos hortatus est, rursus in autores inuenitur, & quo plus vehementer habet communia addit, nec dextro oculo nec dextræ manu parecendum esse si nobis offendiculi causam præbeat. Nam hoc amplificandi causa additum fuisse interpretor: acti dixisset, Tam fedulò & constanter re-

*1 Cor. 11. 14.
15.*

sistendum est scandalis, ut oculos potius erueret & manus abscondere contineat, quām ut scandalum fo uatis. Si quis enim men. brorum suorum iacturam facere dubitet, hac indulgentia se projicit in eternum interitum. Quām horribilis igitur virtus eos manet qui fratres offendiculis perdiderint? Quia autem duo illi versus supra capite 5. exposti fuerunt, satis fuit nunc attungere quorū hoc loco eandem sententiam repeatat Christus.

10 V idete ne contemnatis vnum ex iſis.) Quoniam superbia mater est contumeliaz, & contemptus scandalizandi audacia generat, merito Christus, ut hinc morbo sanando opportunum re medium exhibeat, parvulos vetat contenniri. Et certè quemadmodum neper antiguus, quisquis iuitam fratrum curam habebit, nunquam facile ad offendicula proficiet. Eodem vero tendit hæc etiam sermonis Christi clausula quod initium, nempe subinuisione & modello certandum inter nos est, quia parvulos Deus singulari amore complectitur. Atqui ab homine mortali despici vel proximulo duci quos Deus in tanto prelio haberet, nimis absurdum foret. Amorem portò inde probat, quod Angelii qui ministri sunt salutis ipsorum, familiariter Dei conspectu fruuntur. Quanquam non sin pletter, ut eo iudicio docere voluit quam honorifice tractet eos Deus, Angelos illis assignans custodes, scilicet euan contemporibus eorum ministras si dixisset, Non impunè contemni eos quorum Angelii propinquai sunt ac familiares, ut vindictam exigant. Caendum itaque ne vilecat nobis eorum falsus quorum procurandæ Angelis manus est iniunctum. Quod hunc locum ita quidam accipiunt quasi Deus singulis fidelibus proprios Angelos attribuat, infirmum est, neque enim sonant verba Christi Angelum vnum huic vel illi perpetuò addicturn esse, idque cum tota Scriptura P. 34. b. 3. doctrina pugnat, quæ testatur Angelos casta metari in circuitu piorum: & non vni tantum Angelo, sed pluribus mandaturn esse ut quenque fidelium tueantur. Facet ergo commentum illud de bono & malo genio, ac nobis tenere sufficiat Angelis mandari totius Ecclesie curam, ut singulis membris succurrant prout feret necessitas & vltus. Si quis roget an inferior (quanvis natura supranos excellant) si Angelorum conditio quām nostra quia nobis ordinati sunt ministri: respondeo nihil obstat quominus Deo obsequium suum præbeat in gratuito quo nos dignatar favore, ita fit vt nostri vocentur, quia suam operam nobis impendunt.

M A T T H . X V I I I .

11 *V enientem Filius hominis ad fernandum quod perierat.*

12 *Quid vobis videtur? Si fuerint alicui homini centum oues, & errauerit una ex iis, non ne reliquias nonaginta novem in montibus vadit, & querit eam quæ errauerat?*

13 *Et si contigerit ut inueniat eam, amen dico vobis, gaudet super ea ma-*

M A R C .

1 *A c c e d e b a n t a u t e m a d e u m o m n e s P u b l i c a n i & p e c c a t o r e s , ut audirent eum.*

2 *E t m u r m u r a b a n t P h a r i s e i & S c r i b e , d i c e n t e s , H i c p e c c a t o r e s r e c i p i , & c i b u m c a p i t c u m i l l i s .*

3 *D i c e b a t a u t e m a d i l l o s p a r a b o l a m , d i c e n s :*

4 *Q u i s e x v o b i s e s t h o m o q u i h a b e t c e n t u m o u e s , & s i p e r d i d e r i t v n a m e x i l l i s , n o n m e r e l i n q u i t n o n a g i n t a n o u e m i n d e s e r t o , & v a d i t a d i l l a m q u æ p e r i e r a t , d o n e c i n u e n e r i t e a m ?*

5 *E t q u u m i n u e n e r i t e a m , i m p o n i t e a m i n b u m e r o s s u o s g a u d e n s :*

6 *V e n i e n s q u e d o m u m , c o n u o c a t a m i c o s & v i c i n o s , d i c e n s i l l i s , G a u d e t e m e c u m , q u i a i n u e n i o u e m m e a n q u e p e r i e r a t .*

L V C . X V .

gis quam super nonaginta nouem quae non errauerunt.

14 Sic non est voluntas coram Patre vestro qui in celis est, ut pereat unus de pusillis istis.

7 Dico vobis quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore respissente, magis quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent penitentia.

8 Aut mulier habens drachmas decem, si perdididerit drachmam unam, non accendit lucernam, & verrit domum, quemque diligenter donec inueniat?

9 Et quum inuenierit, conuocat amicas ac vicinas, dicens, Gaudete cum me, quia inueni drachmam quam perdidera.

10 Ita, dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore respissente.

11 Venit enim Filius hominis.) Nunc suo quoque exemplo hortatur Christus ad honorem infirmis quoque & abiectis fratribus habendum: quia non ipsis modo seruandis sed etiam mortuis qui perierant defunderit est celo redemptor. Est autem nimis indignum, fastidio nostrum respici quos tanti fecit Dei Filius. Nec verò vitiis laborant infirmi quae contemptum possint inducere, ideo excusabilis est fastidio nostrum quia non suarum virtutum pretio altima sunt, sed Christi gratia: ad cuius exemplum si le non conformat, nimis morosus est ac superbus.

12 Quid vobis videatur.) Lucas occasionem huius parabolæ altius repetit, quod scilicet obfuererent Domino Scribae & Pharisei, quem videbant quotidie venari cum peccatoribus. Volevit ergo ostendere Christus, bono doctori non minus esse laborandum ut quae perdita sunt recuperentur, quam ut conseruetur quae sunt sub manu. Quanquam apud Matthæum vitra progradientur similitudo, nempe non tantum amice fouendos esse Christi discipulos, sed toleranda eorum virtus, ut studeamus errantes in viam reducere. Etsi enim contingit interdù ipsos vagari, quia tamen oves sunt quibus Deus pastorem suum Filium præfecit, eas ex dispersione colligere oportet: tantum abest ut eas inhumaniter fugare vel abigere liceat. Huc enim spectat oratio, caendum esse ne perdamus quod Deus salvum esse vult. Paulus diuersum finem spectat quod referatur à Luca, quia totum humanum genus Dei est, colligendos esse qui alienati sunt, ac perinde gaudentium esse dum perdit ad bonam vitam re-

deunt ac si quis præter spem recuperet quod amissum esse doluit.

10 Gaudium erit coram Angelis.) Si Angeli sibi inuicem in celo gratulatur, dum vident restitutum in gregem suum quod diffuxerat: nos etiam quibus omnibus & par est causa, euilem gaudi socios esse decet. Sed quomodo unius impij hominis resipiscientia magis quam multorum iustorum perseuerantia gaudere dicit Angelos, quos nihil magis delectat quam continuus & æquabilis iustitia tenet? Respondeo quāuis Angelorum votis magis congrueret (vt etiam magis optabile est) homines in pura integritate semper stare, quia tamen in peccatoris liberatione, qui iam exitio deuotus erat, & quasi putridū in embru à corpore exciderat, magis resulget Dei misericordia, Angelis, humano more ex insperato bono maius gaudi attribuit. Porro non enim penitentia specialiter ad eorum conuersionem restringitur qui penitus à Deo auersi, quasi à morte in vitam resurgunt. Nam alioqui continua in totam vitam esse debet penitentia meditatio: nec quisquam ab hac necessitate eximitur, quoniam singulos sua virtus ad quotidianū profectum follicent. Sed aliud est inter offendicula, vel lapsus, vel aberrationes, ad metam eniti, ubi iam reatum cursum ingressus sis: aliud autem, ab errore prorsus deuio se recipere, vel rectum cursum à carceribus inchoare. Tali penitentia non indigent qui iam cœperunt ad regulam Divinæ legis vitam suam forinare, ut sancte pie que vivere incipiunt: quanvis sub carnis sue infirmitatibus gemere, & illis corrigendis operam dare necesse sit.

11 Ait autem Homo quidam habuit duos filios.

12 Et dixit adolescentior illorum patri, Pater da mihi portionem substantiae que ad me reddit. Et diuisi illi substantiam.

13 Ac post dies non paucos, adolescentior filius quem omnia collegerat, peregrinè profectus est in regionem longinquam: & ibi dissipauit substantiam suam vimendo luxuriose.

14 Postquam vero omnia consumperat, facta est fames valida in regione illa: & capiit egere.

15 Et abiit, & adhuc sit cuidam ciuium regionis illius: atque is misit illum in villam suam ad porcos pascendos.

16 Et cupiebat implere ventrem suum de filiis quibus porci vescebantur, nec quisquam illi dabat.

17 In se autem reuersus dixit, Quoniam multi mercenary patris mei abundant panibus, ego vero fame pereo.

18 Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater, peccavi in celum & eoram te:

19 *Iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis.*

20 *Etsurgens venit ad patrem suum. Qum autem adhuc longè abefset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est: & accurrens ruit in collum eius: & osculatus est eum:*

21 *Dixitque ei filius, Pater, peccavi in cælum & coram te: neque post hac dignus sum vocari filius tuus.*

22 *Dixit autem pater ad seruos suos, Proferte foliam primam, & induite illum: & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes.*

23 *Et adducite vitulum saginatum, & macilatate: & epulando latemur.*

24 *Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuenitus est. Et cœperant latari.*

Hæc parabola nihil aliud est quam proximè doctrina confirmatio. Ac priore quidē nō cōbro, quām propensus & facilis sit Deus ad dandam peccatis nostris veniam ostenditur: altera autem (quod postea suo loco tractabimus) quām malignè faciant ac peruersè qui etius miseris cordiæ brecent. Ac sub persona quidem adolescentis prodigi, qui luxu & sumptibus dissolutis ad extremam inopiam redactus, supplex ad patrē, cum iniurias ac rebellis fuerat, reuertitur, peccatores omnes describit Christus, qui sua amentia pertæsi, ad Dei gratiā se referunt. Humano autem patri, qui non tantum filij delictis ignoscit, sed redeunti vltro occurrit, Deum comparat, cui non satis est veniam deprecantibus ignoscere, nisi etiam paterna indulgentia eos præueniat. Nunc singula expendamus.

12 *Dixit adolescentior. Primiū impia proterua signū describitur in iuvene, quod à patre discedere appetens sibi rectè esse non putat nisi impunè lascivit abiecto patris imperio. Accedit etiam ingratitudo, quod senem deserens non modò iustis officiis eum priuat, sed domesticas eius opes mutilat & diminuit. Sequitur tandem profusa luxuries, & dissoluta nequitia, qua omnia sua di lapidat. Tot peccatis erat promeritus vt patrem incomplacibilem experiretur. Nec verò dubium est quin sub hac imagine imimenta Dei bonitas & incomparabilis indulgentia nobis pingatur, ne vlla scelerum atrocitas à spe impetranda venias nos deterreat. Non inepta erit anagogie, si quis stulto & proteruo adolescenti similes cœlē dicat, qui quum summa bonorum copia apud Deum affluant, cœca tamen & vefana cupiditate incitati cum eo partiri volunt, vt seorsum liberi sint: quasi non omnibus regnis optabilius sit sub paterna Dei cura & gubernatione degere. Sed quia vereor ne hæc allusio nimis arguta sit, contentus cro literali sensu: non quod mihi displiceat, sub tali figura reprehēdi omen amentium qui sibi feliciter cestorum putant aliquid habere proprium, vt seorsum à Patre cœlesti sint diuites: sed quia nunc intra metas interpretis me cōincet. Cœterū hic refert Christus quid iuuenib. cō: ingere s' leat vbi proprio ingenio ferūtur. nā quia & cōsilij inopes & seruentes intemperie, ad se regendos minime sūt idonei, vbi metus & pudor eos nō cohibet, he ri nō potest quin se proicitant quoconque tolerit libido, plenīque decoris ad turpeum egestatem festinent. Postea pœnam describit quæ iusto Dei iudicio vt plurimū prodigos decoctores manet: nempe vt male confūnpiis cibis prolixè esuriāt: & quia optimi panis abūdantia frugiliter vti*

nescierunt, ad glandes & siliquas redigantur. deni que vt porcorum fodales facti indignos se sentiat humano victu, nam & hæc est porcina ingluies, malè disperdere quod in vītæ subfida datum erat. Quod subtiliter quidam exp̄nunt, hanc tuttam esse impī fūlidiū pœnam vt famelici ad siliquas confugiant qui lautum panem in familia cœlesti Patris respuerint, verè quidem & vrliter dicitur, nec vlla religio prohibet hac similitudine vti: sed memoria interim tenendum est quid allegorizā genuino sensu differat.

17 *Cupebat implere.) Significat, præ sanē non amplius cogitasse veteres delicias, sed auidè voras se siliquas. neq; enim quum porcis ipse daret hoc cibi genus, carere potuit. Celebre est illud Cyri dictum, quia quum in fuga longam inediā p̄ flūs esset, cibario & atro pane paululum refectus, dixit se nunquam sapidum panem gustasse: ita iuuenē cuius nunc fit mentio, necessitus cœgit appetitum ad siliquas adicere. Additur ratio, Quia nemo illi dabat, nā copula in causalem particulari, meo iudicio, resoluti debet. Neque hoc de siliquis dicitur quæ illi erant ad manum: fed intelligo nemīc eius inopia fuisse missertum. Prodigis enim qui sine delectu sua dissipant, nemo se debere agnoscit: imò qui omnia disperdere solet sunt, nihil illis videtur ergandū.*

17 *In se autem reuersu.) Hic nobis describitur ratio qua Deus homines ad pœnitentiam inuitat. Si vltro saperent, sēque præberent dociles, blandius eis alliceret: verū quia nīfū ferulæ domiti, ad obsequium non descendunt, & urus eis castigat. Ergo iuueni quem saturitas reddebat ferocē & immorigēfū, optima fuit magistra famæ. Hoc exemplo edocet, ne putemus Deum crudeliter nobiscum agere siquando nos grauioribus ærunis vrget: quia hoc modo præfractos & lentiæ ebrios ad obedientiam erudit. Denique quicquid misericordiarum p̄ itūrum, ut ilis est ad pœnitentiam inuitatio. Verū, vt tardī fundus, vix vñquā recipimus sanam mētem nisi extremis malis coacti. nam donec vndique nos premant angustiæ, & desperatio constringat, semper exultat caro, vel sollempnē reflit. Vnde colligimus, non cœle mirum si Dominus violenter s' p̄ & quidem repetitis iētibus, ad fāgēdam nostram contumaciā incurrat, & duris nobis (vt est in prouerbio) duros cuneiū impingat. Notandum est etiā quod spes melioris fortunæ, si ad patrem rediret, animum recipiendū iuueni dedit. Nulla enim pœnārum grauitas prauitatem nostram emolliet, vel efficiet vt nobis peccata displiceant donec aliquis appareat profectus.*

Ergo quemadmodū hic iuuenis paternā clementia fiducia ad quārendā reconciliationē erigitur: ita nobis p̄cōnitentia initium sit oportet Diuinā misericordiā agnitiō, quae nos ad bene sperādū exicit.

Quum adhuc longè abeſſet.) Hoc est caput parabolæ, Si homines qui & natura cupidi sunt vindictæ, & iuris sui nimium tenaces, paternus tamen amor inflebit ut clementer filiis ignoscant & miserè perditos vltro requirant, Deum, cuius immea bonitas omnes patrum amore superat, nihilo fore nobis duriorem. Et certè nihil hic de patre terreno refertur quod Deus non de se promittat. Antequam clamauerint, inquit, egi exaudiam. Notum est etiam illud Davidis. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. Ergo sicuti pater hic non tantum exorabilis est fili⁹ precibus, sed yenti⁹ occurrit, & nondum verbo uno audito, squalidum, & deformem amplectitur: ita Deus longam deprecationem non expectat: verum simulac propousit peccator culpan fateri, v. luntari⁹ occurrit. Putidum verò eorum caullum est qui hinc eli⁹ iunt, gratiam Dei non antē expositam esse peccatoribus quām ipsi sua p̄cōnitentia eam anteuerterint. Hic nobis inquinūt, pater ad ignoscendum facilis proponit, sed ex quo filius ad eum redire instuit: ergo nō alios respicit Deus, nec gratia sua dignatur, nisi qui eam quātere incipiunt. Verum quidem est, vt veniam impetrat peccator, requiri conscientiæ dolorē quo sibi dispiceat: sed perperam inde elicitor, p̄cōnitentiam, quae Dei donum est, ab hominibus ex proprio cordis sui motu aſſerti. Atque in hac parte insicte mortalis homo Deo conſerfatur. neque enim terreni patris est, arcano Spiritus instinctu

peruerſum cor filij renouare, ſicut Deus ex corrib. lapideis carneia facit. Denique hic non agitur an homo à ſcīpſo conuertus ad eum redeat: ſed tātum sub hominis figura, paterna Dei indulgentia laudatur, & ad dandam veniam facilis.

Pater, peccauis in calum.) Hic pars altera p̄cōnitentia notatur: neimpe ſenſus peccati cum triftia & pudore conuinctus, nam cui non dolet peccasse, & ſua culpa ante oculos non verſatur, quiduis potius tentabit quām vt ad bonam frumentum redire cogitet. P̄cōnitentiam ergo necesse eft vt præcedat diſplicentia. Atque huic loquutioni magnum ſubēt pondus: quod in ſe reuerſus dicitur adoleſcens, vt pote qui vagis cupiditatē erroribus in obliuionem ſui abreptus erat. Et certè ita erratici sūt carniſ impetus, vt quifq̄ ſe illis permittit, & ſeipſo egressus evanescat. Ideoq; iubentur tranſgredores redire ad cor. Sequitur etiā confeffio, nō qualem fabricauit Papa, ſed qua filii offendit patrē ſibi placat, nam hæc huius illitas redimendis offenſis omnino necessaria eft. Fórmā hæc loquendi, peccauis in calum & coram te, tantundine in valē acſi dictum eft, laſsum fuſſe Deū in perſona terreni patris. Et certè hoc natura dicit, quicunque contra patrem inſoleſcīt, impie quoque aduersus Deum inſurgere, qui filios parentibus ſubiecit.

Proferte ſolam primam.) Quanquam in parabolis (vt ſepiuſ dictum eft) ſingulas minutias ex eute in euptum fore: hinc tamen non torquebitur litera ſi dicamus celeſtem Patrem non modò ita ignorſcere peccatis nostris vt eorum memoriam ſepeliat: ſed dona etiam reſtituere quibus eramus exuti: ſicut vicilſim nos illis ſpolijs, ingratitudinem noſtrām caſtilat, vt nuditatis probro & decoro ad podorem nos cogat.

L V C. XV.

MATTH. MARC.

- 25 *Erat autem filius eius senior in agro: & quum veniret, & appropinquaſſet domui, audiuit concentum & choros.*
 26 *Et vocauit unum e seruis suis, & interrogauit quid eſſent illa.*
 27 *Ipſe vero dixit ei, Frater tuus venit, & maſtauit pater tuus vitulum saginatum, quod in columem illum recuperit.*
 28 *Indignatus eſt autem, nec volebat introire. Pater ergo illius egressus, rogapabat illum.*
 29 *At ille respondens dixit patri, Ecce, tot annis seruo ibi, nec unquam preceptum tuum transgrefſus sum, & mihi nunquam dedisti hadum, vt cū amicis meis letarer.*
 30 *Sed poſquam filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam tuam cum meretricibus, venit, maſtaſti illi vitulum saginatum.*
 31 *At ille dixit ei, Fili, tu ſemper mecum eſt: & omnia mea, tua ſunt.*
 32 *Latai autem & gaudere oportebat: quia frater tuus hic, mortuus eſt, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.*

Hoc posterius membrum parabolæ, inhumanitatis eos accusat qui Dei gratiam maligne restringere vellet, quali miseriſ peccatoribus inuident salutem. Scimus enim Scribarum fastum hic perſtingi, qui ſibi debitam merit⁹ ſuis mercedem non putabant rependi, ſi Publicanos & promiscuum vulgus Christus ad ſpecim eternæ hæreditatis admitteret. Summa igitur eſt, ſi filij Dei censeri cupimus, fratrum vitis, quae ipſe paternè remittit, fraternè ignoscendum eſt. Qui putant ſub primogeniti filij typō Iudaicum populum defcribi, tamēt ratione non parent, inhi tamen videntur non ſatis ad totum contextum attendere. Nā ex Scribarum murmurē natus fermo fuit, quibus

moleſta erat Christi humanitas erga miseros & pa- rum probata vita homines. Scribas ergo qui arro- gantia turgebant, comparat frugi & modeſtis ho- minibus, vt ſemper honestè parcēque viuendo, tē domeſticam bene curauerint: in dī filiis obſequen- tibus, qui tota vita patienter tulerint patris impe- riū. Quāquam autem prorsus indigni erant hac laude, Christus tamen ex eorum ſenſu loquens, ſi- tam ſanctimoniam illis pro virtute per cōfessionem imputat, acſi dixiſſet, Etiamſi vobis concedā quod falſo iactatis, vos Deo ſemper obedientes fuſſe filios, non tamen ita ſuperbē & crudeliter obiiciendi erant fratres vbi à perdiſta vita refi- ſcent.

28 Pater illius egressus.) His verbis superbium non ferendam hypocritis exprobat, quod à patre rogandi sint ne fratibus suis misericordiam inuident. Porro licet non roget Deus, suo tamen exemplo ad toleranda fratum vitia nos hortatur. Atque ut improbo rigori omnem excusatricem praecidat, non tantum hypocritas loquentes inducit, quorum refutari possit falsa iactatio, verum etiam si quis integrissime omnibus pietatis officiis erga Patrem sit defunctus, ei tamen iustum querimonia esse causam negat quod fratri veniam detur. Certum quidem est, sinceros Dei cultores ab hoc maligno affectu puros semper & vacuos fore: sed Christi consilium est ostendere iniquum esse qui fratri in gratiam recepto obrectat, etiam si sanctitate Angelis non cedat.

M A T T H . XVIII.

15 Si vero peccauerit in te frater tuus, vade & argue eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum:

16 Si vero te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos: ut in ore duorum aut trium testium conficiat omne verbum, quod si non audierit eos, dic Ecclesie.

17 Quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.

18 Amen dico vobis, quaecunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in celo, & quaecunque solueritis super terram, erunt soluta & in celo.

19 Rursum dico vobis quod si duo ex vobis consenserint super terram, de omnire quam petierint, sicut illis à Patre meo qui in celo est.

20 Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

15 Si vero peccauerit.) Quia de ferendis fratribus infirmitatibus concionatus fuerat, nunc quomodo & in quem finem, & quatenus ferenda sint, clarius ostendit. Nam alioqui promptum fuisse obiceire, non posse aliter caueri: offendiones quam si quisque ad aliorum vitia conniuicat, & sic in alium indulgentia soucatur. Mediam ergo rationem Christus prescribit, quae nec infirmos nimis offendat, & tamen apta sit sanandis eorum morbis. Virtus enim & laude digna est seueritas ad medicinam naturam composta. In summa, Christus suos discipulos ita iubet alios aliis ignoroscere, vt tamen via corrigere studeant, quod prudenter obseruare conuenit: quia nihil difficultius est, quam hominibus parcendo, liberas tamen reprehensiones non omittere. In alterutram serè partem omnes inclinant, vt mutuò se fallant mortiferis blanditiis, vel nimis acriter insectentur quib. mederi decebat. Christus autem mutuum amorem commendat suis discipulis, qui procul sit ab adulatioine. Tantum admonitiones moderatione condite iubet: ne si nimis rigidè sint ac duræ, infirmos exaniment. Tres autem fraternal correctionis gradus distingueuntur: primus est, vt priuatim monetur qui peccauit: secundus autem, si aliquod signum contumacie dederit, vt rursum admonetur adhibitus testibus: tertius est, si nihil hoc via profectum fuerit, vt tradatur publico Ecclesie iudicio. Ille vero quæ dixi, scopus est, ne feruidi zeli pretextu violetur charitas. Porro quia maior enim hominem partem impellit ambitio vt nimis cupidè fratum dilecta in publicum traducat, tempestiuè occurrit

Christus huic vitio, praepiens vt fratrū probra, quantū in nobis est, tegamus. quos enim fratrū decusc, & infamia oblectat, odio & malevolentia rapi certum est: quia si in illis vigeret charitas, fratrū pudori cōsulerent. Quarēt tamen an promiscue regula hæc ad quævis peccata extendi debat. Sunt uero multi qui in illas admittunt publicas censuras, donec priuatim admonitus fuerit peccator. Atqui manifesta est in Christi verbis restrictio. neque n. simpliciter & sine exceptione moneri vel argui seorsum, & sine teste iubet, quicunque peccauerint: sed hanc viam à nobis tēcari vult, vbi priuatim offensi sumus: non quidem in proprio negotio, sed quia dolore nos vulnerari conuenit quoties offenditur Deus. Nec vero Christus hic de ferendis iniuriis disserit: sed in genere mansuetudinem ita inter nos colendam docet, ne asperius tractando infirmos, perdamus qui seruandi erant. Ergo particula *in te*, non illatam alii in iniuriam designat, sed inter occulta & manifesta peccata distinguunt. Nam si quis in totā Ecclesiam peccauerit, eum Paulus iubet publicè argui, vt ne ipsis quidem seniorib. parcatur. Nam de his nominatim Timotheo mandat ut publicè coram omnibus, eos arguendo, commune aliis ^{1. Tim. 5.6.} exemplum statuant. Et certè ridiculum esset, qui peccauit cum publico offendiculo, vt vulgo notum sit flagitium à singulis monerit: quia si uille sint cōfisi, nullus monēdus erit. Quia et distinctio quæ differt à Christo notatur, tenēda est, ne quis occulta peccata vulgādo fratre temere & absq; necessitate infamet. *Si te audierit, lucratus es.* Ab utilitate &

M A R C . L V C . XVII.

2 Caue te vobis.

2 Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si penitentia facta fuerit, remitte illi.

fructu Christus suam doctrinam cōfirmat. Neque enim parua res est, animā Satanæ mancipatā Deo acquirere. Vnde autem fit vt non sepe recipi sc̄at qui lysi sunt, nisi quia odiosè & hostiliter vexati, obstinationis callū sibi obducunt? Ergo nihil māsuetudine aptius, quæ Deo reconciliari qui ab eo exciderant. Qui vero intemperanter ruit in stultū fauorem, sponte fraternæ salutis, quam in manu habebat, iacturam facit. Apud Lucam disertè iubet Christus nos priuata obiurgatione esse contentos si ad penitentiam adductus sit frater. Hinc etiam colligitur, quām necessaria sit mutua inter fideles reprehensionē libertas. Nam quum sp̄ius quisque nostrūm quotidie delinquat, plusquā crudelē est silentio nostrō ac dissimulatione prodere eorum salutē, quos amica obiurgatione ab interīstii eriperet. Nam et si non semper succedit, graui tamen reatu constringitur qui in curanda fratrum sc̄olite pr̄scriptum à Domino remedium neglexit. Noratu quoque dignum est, quod Dominus, vt magis ad officium strenui simus, suum nob̄is honorem transcriptibit. Neque enim hominem conuerte in aliūn quām in eum solum cōpetit: hoc tamen elogio licet indebito, nos ornat, quod fratrem perditum lucris facimus.

16. *Siste non audierit, adhibe tecum.*) Secundus gradus est, nempe vt testibus interpositis, rursum inoneatur qui se p̄fracte gesit erga hominem vnum, vel ministrat docilis. Obiiciunt hīc quidā frusta vocari testes si cum homine duro & rebelli negotium est: quia adeò non flectetur illorum confectū ad culpæ agnitionem, vt improbius negat. Sed facilis erit huius nodi solutio, si inter negandi & tergiuersandi species distinguis. Qui p̄cise factū inficiatur, s̄equē falso, & calumnioso grauari affirmat, omittendus est: quia frustra testibus vocatis vrgabitur. Sed quia plerique quod perperam & iniquè ab iplis factū, proterue elidunt, vel impudenter excusat: donec maior accedit autoritas, vt ille erga eos obseruat hāc ratio. Porro sic debere intelligi Christi sermonem, ex verbo Arguendi liquet. Arguere est demōstratione conuincere. Quomodo autem arguerem qui acriter totam rem pernegat? nam qui nulla fronte almissum crimen negat, secundū admisioni viam precludit. Nunc tenemus in quem vsum testes adhiberi Christus velit, vt scilicet plus ponderis habeat, magisq; feria sit admonitio. Cæterū quod Mōsis verba paulo in alium sensum deflexit, in eo nihil est absurdū. Vt et Mōsis pronuntiari de re incognita. Hunc vero legitimū probandi modum definit, vt duorum vel tricū testimoniū stetur. Christus ad eam legem alludens, liquidam fore causam dicit, vbi duō vel tres testes ad damnandam hominis contumaciam surgent, saltē vt matura sit Ecclesiæ cognitio. Neque enim erat cur se in lucem protractum queratur qui duos vel tres audire abnuit. *Die Ecclesiæ. Queritur*

2. cor. b. 5. quid per nomen Ecclesiæ intelligat. Nam Paulus Corinthium incestum non ab aliquo delecto numero, sed à toto piorum cœtu excommunicari iubet: ideoque probabile videri posset, iudicium hīc toti populo deferri. Sed quia tunc nulla adhuc Ecclesiæ erat quæ Christo nomen dedisset, nec talis ratio constituta, ipse autem Dominus tanquam de more vñitato recepto quæ loquitur: non dubiū est quin ad veteris Ecclesiæ ordinem alludat, sicut Matt. 4. 2. ti & alii locis ad consuetudinem notam accommodat sermonē. Quam iubet manus quod offer-

revolumus, relinquī ad altare donec offenso fratri reconciliemur, non dubiū est quin ex p̄fensiōne legali cultus Dei forma docere velit, non posse nos rite p̄ecari, nec quicquam offerre Deo quādū oīssimum est nobis cuius fratribus. Sic igit̄ nunc receptam apud Iudeos disciplina formā intuitus est: quia absurdum fūstis, Ecclesiæ quæ adhuc nulli erat, iudicium proponere. Porro quū apud Iudeos penes seniores esset excommunicationis potestas, qui totius Ecclesiæ personam gerabant, apposite Christus tunc deum, unum publice ad Ecclesiæ traduci dicit qui peccarunt, si priuatas admonitiones vel superbe contemnunt, vel scuriliter eludent. Scimus ex quo reuersi fuerunt ab exilio Babylonico Iudei, delecto concilio quod vocabant Simeon, Græcē Synedrion, mandata fuisse censuram morum & doctrinae. Hoc regitum fuit Deo que probatum regimen & hoc frēnum ad retinendos in officio proteruos & indēciles. Si quis excipiat, Christi exate omnia fuisse corrupta & peruerla, vt nihil minus quām Ecclesiæ iudicium censeri tyrannis illa debuerit: Responso facilis est, Qāuis tunc adulterata eset ac peruersa ratio, Christum tamen merito & dñe in laudare equalis oīlīn à Patrib. fuerat traditus. Vbi vero paulo post erexit Ecclesiæ, sublata corruptela purū excommunicandi vsum restituit. Dubium tamen non est quin ratio disciplinæ, quæ viguit sub regno Christi, succellerit in locum illius veteris. Et certè quum vñbratilem excommunicandi ritum tenerint etiam profanæ gentes, hoc Divinitus ab initio inditum fuisse hominum mentibus apparuit, siquicunq; impuri & polluti essent, à sacris esse arcendos. Populo ergo Dei turpe ac pudendum fūstis, eius disciplina proflus esse expertem, cuius aliquod inter Gentes extabat vestigium. Quod autem sub Lege seruatū fuerat, Christus ad nos transmisit, quia nobis communis est ratio eum antiques Patribus. Neque enim consilium Christi fuit, suos discipulos ad Synagogam ablegare quæ quum fecitas fortes libenter in finū soueret, veros & simplices Dei cultores excommunicabat. Sed admonuit in Ecclesiæ sua tenēdum esse ordinem qui pridem sub Lege sancte institutus fuerat. Quod de Eθnicis & Publicanis mox subiicitur, interpretationem à me allatam confirmat. Nam quia in summo odio & detestatione tūc apud Iudeos erant Eθnici & Publicani, illis comparat homines impuros & insanabiles, qui nullis monitionibus obtemperant. Certe Eθnici, ex quibus deinde composita fuit Ecclesiæ, præceptum dare noluit vt seipso fugerent: nec hodie ratio est cur à Publicanis abhorrent fideles. Sed Christus quo facilius possit à rudibus intelligi, loquendi formā à p̄fensiōne gentis suæ consuetudine mutuus est. Sensus autem est, nihil cum Ecclesiæ contemptoribus debere nobis esse negotiū donec reliquerint.

18. *Quæcumque ligaueritis.*) Eadem nunc verba repetit quibus vñs fuerat capite 16. sed diuerso sensu. Nam illic doctrinæ authoritatē afflere volebat: hīc vero disciplinam cōstituit, qua appendix est doctrinæ. Illic dicebat Christus non irritam fore Evangelij prædicationem quin odor eset vivificus vel lethalis: hīc affirmat, quanvis impij Ecclesiæ iudicium derideant, non tamen vanum fore. Hac distinctio tenenda est, quod illic simpliciter de verbo prædicato, hīc autem de publicis censuris, & disciplina disseritur. Cæterū rationem

rationem metaphoræ ligandi & soluendi illuc pertinet. Lectores. Summa hac est, Quicquid admissum delicto suppliciter culpam agnoscit, & deprecatur ut ab Ecclesia veniam impetrat, cum ab aliqui non tantum ab hominibus, sed à Deo ipso. Rursum quisquis Ecclesiæ obligaciones & nimis ludibrii habet, si ab ea damnatur, ratum fore in celo iudicium quod homines tulerint. Si quis obiciat, Deo hoc modo fieri quasi pedariū indicem, qui subscrivat mortalium hominum sententia: solutione in promptu est. Negque enim auctoritatē Ecclesia sua asserit Christus quia Ius suū & Patris immunit: sed potius qua verbi sui maiestatem sanctificat. Quemadmodum enim caput. 16. non quilibet promiscue doctrinam stabilire voluit, sed quæ ex ore suo profecta efficitur neque hoc loco quodlibet iudicium stabile & ratum fore dicit, sed in quo ipse præsidet, neque id modo per Spiritum, sed etiam per Verbum. Vnde sequitur, homines nullum afferre Deo præiudicium, dum nihil nisi ex eius ore producunt, ic tantum fideliter exequi student quod ille mandauit. Quanvis enim unicus sit mundi iudex Christus, vult tamen interea ministros verbi sui habere præcones. Deinde vult suum iudicium ab Ecclesia proferri. Ita sit ut nihil sibi deroget interposito hominum ministerio quin solus ipse absolut & liget. Oritur tamen hic quæstio, quum multos hypocritas Ecclesia toleret, absolut etiam multos qui sanctam penitentiam obtundunt, an conueniat tales in celo absoluiri. Respondeo, non ad alios dirigi sermonem quādū qui recte ac sincere Ecclesiæ se reconciliant. Nam trepidis conscientiis afferre solacium, metumque eximere volēs, testatur reatu liberari cora a Deo quicunque peccauerint, si in gratiam redeat cum Ecclesia. Hoc enim quasi pignus cœlestis gratia statuit, quod nihil ad hypocritas pertinet qui purum reconciliationis viuum peruerunt. Puis verò non vulgaris inde fiducia nascitur, dum sua peccata coram Deo & Angelis deleri audiunt, simulas veniam obtinuerint ab Ecclesia. In altero membro minimè ambigua est nūs Christi, nam quum præfatis & superbis proclue sit Ecclesiæ iudicium hoc prætextu contempnere, quia hominibus subiici nolint, sicuti impij nebulae sapientia ad cœlestē Tribunal audacter prouocant: Christus, ut terror frangat hanc contumaciam, quæ nunc ab illis spernitur, damnationem in celo ratam fore denūtia. Interim suos ad iustam seueritatem animat, ne improba eorum contumacia succumbant qui disciplinam respuent vel excutient. Hinc quoque videre est quam insulse Papistæ præsentem locum ad omne tyrannidis genus facundum torqueant. Ius excommunicandi Ecclesiæ tribui certum est, & sani omnes fatentur: sed an ut unusquispiam, & quidem non ab Ecclesia vocatus, sed à cornuta laruatâque bestia creatus, pro sua libidine inanes excommunicationem crepitus emitat? Atqui legitimam Ecclesiæ gubernationem Presbyteris iniunctâ suis confitatur, non tantum Verbi ministris, sed qui ex plebe morum censores illis adiuncti erant. Hac tamen impudentia non contenti, probare etiamnum conatur ex hoc loco, quæcumque imposuerint onera, esse ferenda. Taceo quod potestatem Ecclesiæ permisit fam indigne sibi usurparunt, ac etiam pessimi Ecclesiæ hostes: tantum dico, Quoniam Christus non nisi de corrigendis peccatis agat qui suis legibus animas illaqueant, nō minus stulte quam scelerate eius testimonio abuti. Eiusdem farina est, quod

auricularem suam confessionem hoc prætextu defendunt. Neque enim si Ecclesia reconciliari Christus voluit qui sua culpa usque ad publicum iudicium tracti fuerint, ideo singulis legem imponit ut sua peccata in aurem sacrifici exonerent. Adeo autem fruolæ sunt coruini ineptæ, ut refutationi longius infistere necesse non sit.

16. *Rursum dico verbis.*) Confirmat proximam sententiam: quia Deus non modo Spiritum consilij & prudentiae datus sit petrilibus, sed etiam facturus ne virtute & affectu caret quicquid ex verbo suo egerit. Consensum verò p̄cō rationi coniungens admonet, quādā sobrietē & reverenter in omnibus sacris actionibus se gerere debet fidèles. Monendum est peccator, & nisi correctionē admittat, excommunicandus. Hā, non modo sacramos Dei confidere oportet ne quid statuatur nisi ex eius verbis, sed simul etiam a precibus auspiciari conuenit. Vnde clarius apparet quod ante docuit, nō permittit hominibus quidvis agendi licentiam, sed Deum statutum gubernari. is Ecclesiæ vindicem, ut iudicia, quorum ipse est auctor, sciatis ac sanctificat. Interim dum conuenient fideles vota sua coniungere, & committentes precari docent, non modo ad testandā fiduciam videntur, sed ut omnium confessum Deus exaudiat. Ergo, ut alibi sapienter promittit Deus, se priuatis curiusque votis fore propitiū: ita hie Christus publicas preces singulare promissione dignatur, quo nos acrius ad eaurum studium inviteret.

20. *Vbi dico aut tres congregati in nomine meo.*) Promissio hæc longius patet quam superior. Dominus enim se adulterum declarat quoties duo aut tres in nomine suo conuenerint, ut dirigat eos consilio, & quicquid aegroti fuerint, ad prosperum successum deducat. Non est ergo quod dubitet quod se traduntem ei regedat, quin optabilem ex praesentia eius fructum sentiant. Quoniam autem inestimabile bonum sit, Christum habere in omnibus negotiis præsidem qui consilia & clementus benedicat, sicuti tursum nihil miserius quam eius gratia destinatum: non letem illorum adire nobis debet haec promissio, ut inter nos p̄e & sancte coalescamus. Nam quisquis vel sacros conuenit negligit, vel se disingigit a fratribus, ac segniter se gerit in colenda unitate, hoc ipso senectus se Christi praesentia pro nihilo ducere. Sed videtur in primis, ut qui Christum cupiunt, ibi esse in eius nomine conueniant. A simul tenetum est eius particula definitio. videmus enim ut in p̄ij sacrum eius nonen suis conspirationibus nouimus falsū & impudenter, quam scelerate ab endant. Ergo nisi velutius Christum ad corua, ludibria prouulsi, & simul evenerit quod hic promisit, sciendū in primis quid valeat hoc loquutio, nempe ut qui simul congregantur, reiectis omnibus impedientiis quæ nos ad Christum accedere nō sinunt, sincere ad eum aspirent, eius verbo in obsequiū addicent, ac spiritu gubernari permitant. Timendum non est, vbi vigeret hæc simplicitas, quin palam ostenderet Christus suis auspiciis non frustra coactum fuisse cœtum. In quo se prodit etiam Papistarum insidia, clamant non posuisse errare cœcilia, ideoque standum omnibus eorum decreter: quia quoties duo aut tres congregantur in nomine Christi, ipse in medio eorum est. Atqui in primis quartus erat, conuenerint necne Christi nomine de quorum fide, doctrina & affectu ambigetur. Hoc dum omittunt, vel inuoluunt v. iiiij.

Papistæ, quis non videt altutè discrimen inter factos & profanos conuentus ab illis confundi, vt potest quidvis agèd' ab Ecclesia ad hostes Christi iuratos transferatur? Sciamus ergo nonnihil pios Dei cultores, qui Christū purè querunt, animari

ad fiduciam, ne sibi eum absore dubitent. Spuriis autem & abortiuis cōciliis, quæ telam ex proprio sensu contexuerunt, valere iussis, apud nos semper Christus vñus cum Euangelij sui doctrina eminet.

MATTH. XVII.

21 Tunc accedens Petrus ad eum, dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittam eum usque septies?

22 Dicit illi Iesus, Non dico tibi usque septies, sed usque septuages septies.

23 Ideo assimilatum est regnum celorum homini Regi qui voluit conferre rationes cum seruis suis:

24 Et quum capisset conferre, oblatus est ei unus qui debebat decem millia talentiorum.

25 Ceterum quum non esset soluendo, ius sit eum Dominus eius venundari, & uxorem eius & liberos, & omnia que habebat, ac fieri solutionem.

26 Procidens autem seruus ille adorabat illum, dicens, Domine, esto patiens erga me, & omnia tibi reddam.

27 Misertus autem Dominus serui illius, absoluit eum, & a liuenium remisit ei.

28 Egressus vero seruus ille, inuenit unum de conseruis suis qui debebat sibi centum denarios: & iniecta in eum manu, obtorto collo trahebat, dicens, Solve quod debes.

29 Et procidens conseruus eius rogabat eum, dicens, Esto patiens erga me, & omnia reddam tibi.

30 At ille nolebat: sed abiit, & conicxit eum in carcere donec redderet debitum.

31 Porro quum vidissent conserui eius quæ siebant, indoluerunt valde, & venerunt, aperueruntque domino suo omnia quæ facta fuerant.

32 Tunc accersuit illum dominus suus, & ait illi, Serue sceleste, totum debitum illud remisi tibi quum obsecrass es me:

33 Nonne oportuit & te miserereri conserui tui, sicut & ego tui misertus eram?

34 Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet totum quod debebasur sibi.

35 Sic & Pater mens cœlestis faciet vobis, si non remiseritis suo quisque fratri ex cordibus vestris delicta illorum.

MARC. LVC. XVII.

4 Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die cōuerfus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me: remitte illi.

21 Domine quoties.) Hoc obiecit Petrus ex communi carnis sensu, & ingenio. Naturaliter omnibus ingenuis est ut sibi velint ignosci: itaque si quis non statim veniam impetrat, rigidè secum agi & inhumaniter queritur. sed multum abest ut erga alios tam faciles præbeant qui clementer secum agi postulant. Ergo quum suos ad mansuetudinem hortatus esset Dominus, Petro in mente venit ista dubitatio. Quid fieri si ad dannam veniam ita sumus propensi, nisi quod nostra lenitas peccandi erit illecebra? Interrogat igitur an peccantibus sapientia, ignorare conueniat, nam quum septenarius numerus pro magno sumatur, tantundem valet aduersarium Septies, acsi dixisset, Quousque tandem Domine peccantes in gratiam vis recipi? nam absurdum est ac minimè vtile, ut nos placabiles subinde reperiant. Atque Christus adeò hac obiectione non mouetur, ut diserte exprimat nullum fieri debere remittendi finem. Neque enim certum numerum præscribere voluit, sed potius mandare ut nunquam fatigemur. Lucas à Matthæo nonnihil discrepat: quia simpliciter Christi præceptum refert, ut septies ignorare pa-

rati simus: sensus tamen conuenit, ut non semel aut bis, sed quoties resipuerit peccator, simus ad dandum veniam prompti & faciles. Hoc tantum interest, quod apud Matthæum Dominus Petrum increpans, eo quod nimis restrictus foret, numerum hyperbolice auger, qui per se ad summam rei notandam sufficit. Neque enim rogabat Petrus an septies remitteret, quod placeret eo vñque progressi, sed ut obiecta magni absurdii specie, Christum à sententiā deduceret, quemadmodum numeri attigi. Ergo qui septies remittere paratus erit, ad septuagesimam usque offendam erit placabilis. Ceterum ex verbis Lucæ alia oritur questio: quia non iubet Christus veniam dare nisi dum ad nos conuersus peccator pœnitentiam testabitur: nam videtur hoc modo suis permittere ut improbis veniam ac misericordiam negent. Respōdeo, bifariam remitti peccata. si quis iniuriam mihi fecerit, ego autem deposito vindictæ affectu eum amare non desino, quin etiam beneficium rependo loco iniuriae: quanvis de illo sinistrè sentiat ut meretur, remittere tamen illi dicor. Nam quum Deus hostibus nos bene velle iubet, nō ideo pro-

tinus exigit ut probemus in illis quæ ipse damnat, sed tantu m animos nostros omni odio volt esse purgatos. In hoc genere venia adeo non est expectandum ut qui peccauit, vitro ad nos plicando accedit, ut amare oporteat qui nos data opera exasperant, qui repudiant gratiam, veteresque offensas nobis accumulant. Secundi remittentia species est, quum ita fratrem recipimus in gratiam, ut de eo recte sentiamus, simusq; persuasi deletam coram Deo esse peccati eius memoriam. Atque hoc est quod prius admonuit, Christum hic non tantum de iniuria quæ nobis illata sunt, differere, sed de quibuscumque peccatis. Vult enim eos qui lapsi sunt, nostra misericordia levari. Quæ doctrina ideo valde necessaria est, quod natura præter modum sumus omnes ferè mortales & Satan prætextu sacerdotiatis ad immanem rigorem nos impellit, ut miseros homines quibus venia negatur, tristitia & desperatio absorbeat. Sed hic queritur rursum, Simulac verbo quis professus sit penitentiam, si dñe habeti debeat. Nam vi hoc fiat, neesse erit volentes ac scientes errare. Vbi enim erit discrecio, si ad centesimum usque crin. enim impunè quibus nobis illata? Respondeo: primum de quotidianis delictis hic habet sermone, in quibus etiam optimus quisque venia indiget. Quum igitur in tanta carnis iniquitate tam lubricum sit nobis iter, t' infideli & impulsas, quid sit si ad secundum vel tertium lapsum prædictum spes venia? Addendum est tunc, Christum nō priuare iudicio fideles, ut stolidi ad verbulum vnuas creduli sint: sed tantum velle a quos esse & humanos, ut relipiscerentibus manum porrigan, si modò appareat, ipsos ex animo sibi in peccatis displicere. Sacra enim res est penitentia id est quod maturo examine opus habet: sed quoties probabile signum conversionis dederit peccator, admitti vult Christus ad reconciliationem, ne repulsi fractus deficiat. Tertiò no tandem est, vbi quis sua levitate & inconstitia suspectum se reddidit: posse nos veniam petenti ita ignorare, ut in posterū obseruemus eius mores, ne tolerantiam nostram & mansuetudinem, quæ ex Spiritu Christi est, ludibrio habeat. Tendit enim ipsius Domini consilium est, clemētia nostra iuuando esse qui lapsi sunt ut resurgent. Et certè imitanda nobis Patris cœlestis est bonitas qui procul occurrit peccatoribus, ut eos ad salutem induat. Adde, quum penitentia mirabile sit opus Spiritus, & neq; hominis creatio, si eam despiciamus, ipsi Deo fieri iniuriam.

23. *Affirmatum est regnum cœlorum.*) Quia nos ad misericordiam stlectere difficile est, præfertim verò vbi multa fratrum virtus toleranda sunt, statim tedium obrepit, doctrinam hanc aptissimam para-

b.) Dominus confirmat, cuius summa est, Eos qui ad ignoscenda iratum delicta sunt inflexibilis pellere sibi consulere ac statuere sibi legem nimis duram & grauen: quia Deum experientur æque rigidum & inexorabilem erga ipsos. Nam in tribus membris, præcipue constitut similitudo: opponitur enim Dominus fero, ingens summa nimis vel mediocribus singularis elementis extreme crudelitati. His tribus obleruatis, facile erit colligere Christi mentem, quid enim sumus, si cū Doco conseruari? Iam verò cuius summa quisque nostrum ei debitor est? Postremò quām leues sunt offensæ, in quibus obnoxij sunt nobis fratres, si expenditur nostra erga Deum obligatio? Quām indignus itaque est Dei misericordia hominio immensa mole oneratus, qui erga sui similes implacabilis, ne minimum quidecum delictum remittit? Quantum ad verba spebat, Regnum cœlorum hic vocatur spiritualis Ecclesia conditio: ac si dixisset Christus, Ita se res habet inter Deum & homines, quoad animam, & spiritualis vita ratio-nes, ut inter donum in unum cuiuslibet & terrenum, ac eius seruos, quoad pecuniam & præsentis vita negotiis.

25. *In situm Dominus.*) Hic argutè singula excutere triuolum esset: neque enim rigor Deus semper ostentat initio, donec ad depreciationem compulsi, veniam petant: sed gratuata bonitate nos præuenit: sed tantum docet, si summo iure in nos vratur Deus, quid nobis futurum sit. Deinde si velit exigere à nobis quod debetur, quām nobis expedit confugere ad preces: quia hoc vnicum supererit asylum peccatoribus. Notanda est etiam longa summarum distans: nam quin talentum vnuum, centum denariis pluris sit, quid centum denarii ad decem talentorum nullia?

31. *Quum vidissent corseruari.*) Quāquam in his verbis quærdum non est mysterium, quia tamen nihil continent nisi quod natura dictat, & vnu quoquid dicimus, sciendum est, nobis coram Deo tot aduersarios testes fore quonobiscum viuant homines: quia fieri non potest quin illi dispercat, ac odio sit crudelitas, præsertim dum sibi quisq; metuit ne in caput suum rediret quod videt alteri fieri. Quod ad sententiam proximè sequente, frustra queritur quomodo puniat Deus quæ femel remisit peccata: quia simplex hic sensus est. Licet omnibus misericordiam offerat, indignos tamen esse qui ea fruantur, rigidos exactores, à quibus nulla potest impetrari venia. Ridiculi verò sunt Papistæ, dum ex aduerbio Qousque purgatoriū ignem elicunt, certum enim est, mortem æternam à Christo hic notari, non peccati temporalem qua Dei iudicio satisfiat.

M A T T H . X V I I .

M A R C . L V C .

24. *Quum autem uenissent Capernaum, accesserunt qui didrachma acciperbant, ad Petrum, dixeruntque, Preceptor vester non soluit didrachma?*

25. *Dicit, Etiam. Et quum ingressus fuisset in domum, præuenit illum Iesus dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terra à quibus accipiunt tributa, aut consummū filii suis, an ab alienis?*

26. *Dicit illi Petrus, Ab alienis. At illi Iesus, Ergo liberi sunt filii.*

27. *Verūm ne offendamus eos, profectus ad mare, mitte hamum, & cum pīscem qui prodierit primus, tolle, & aperto ore illius, innenies statarem, eum acceptum da illi pro me & pro te.*

24 *Quoniam autem venissent Capernaum.) In primis notandum est huius historie scopus: nempe quod Christus tributum soluendo, subiectiōnēm vtrō testatus sit, sicuti formam serui induerat: si nūl tamen & verbis, & miraculo ostenderet non iure, vel necessitate, sed libera & voluntaria submissione se ita esse exinanitum, vt eum censeret mundus quasi unum quemlibet ē vulgo. Erat hoc non recte, quod exigit soleret in trajectū, sed annum tributum Iudeis impositū in singula capita, vt tyrannis penderent, quod olim solebant vni Deo. Scimus enim hunc censum illis præscriptum fuisse in Lege, vt dimidio statere quotannis profiterentur Deum, à quo redempti fuerant, esse lumen suum Regem. Hoc quam ad se transfluiscent Reges Asiatici, placuit Romanis exemplū. Ita quasi alienati essent Iudei à Dei imperio, profani tyrannis soluebant sacram censem in Lege indicium. Porro absurdum videri poterat, Christum quā apparet populi redemptor, ne ipsum quidem à tributo esse imminutum. Hoc scandalum vt auerteret, verbis docuit sola voluntate se esse obstrictum: & miraculo idem probauit: quia à terreno imperio eximere se poterat qui mari dominabatur & piscibus. *Preceptor uester.* Quidam putant perstrictum fuisse Christum à tributi coactoris, quasi se à communī iure subducere. Ergo, vt petulans & contumeliosum est illud hominum genus, probrò hoc esse dictū interpretor. Nam quam censeri in sua quisque urbe soleret, sci mus Christo non fuisse quietam vno in loco stationem. Quārunt ergo isti, an solutus erit legibus, quia tanquam incertus hospes hue illuc discursat? Et Petri responsu modestam excusationem continet ad eos placandos, Soluet, inquit. Vnde colligimus Christum prius ex more soluisse: quia Petrus ut rem minime dubium promisit. Quod verò hunc potius, quam alios discipulos compellant, fa cū esse suspicor quia apud ipsum habitauit Christus. nam si eodem opinies contubernio vñ forent, communis fuisse exactio. Ridiculi ergo sunt Patriarchæ, qui tam friuolo prætextu Petrum dignitas sicutum Christo faciunt. Vicarium, inquiunt, sibi elegit, & pari secum honore dignatus est, quem solutione tributi sibi aquirit. Atqui hoc modo subulcos omnes facient Christi vicarios, quia tandem & illi pendebant. Quod si in tributo soluendo enituit primatus Petri, vnde ista quam sibi*

MATT. IX.

XIX.

1 *Et factū nes, dicens, Preceptor, vidimus est, quoniam con quendem nomine tuo ejercere sumus asset le dæmonia, nec sequitur nos: & sus hos sermo prohibuimus illum, propterea nes, migranti quod non sequitur nos.*
à Galilæa, & 39 *Iesus autem ait, Ne pro venit in fine iudeæ trans jordanem.*

2 *Et sequu**te sunt eum**turbe multe,**& sanauit eos**ibi.*

MARC. IX.

38.

Respondit autem ei Iohannes, Resspondeamus super nomine tuo ejercere demonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum.
40 Qui enim non est aduersus nos, pro nobis est.

MARC. X.

i Et quoniam unde surrexit, et, venit in fines Iudeæ, per rebus & Iohannes, dixerunt, Domine, vis dicamus gionem.

LVC. IX.

49.

Respondens autem Iohannes dixit, Preceptor, vidimus quandam super nomine tuo ejercitentem demonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum.

50 Et ait ad illum Iesus, Nolite prohibere. qui enim non est aduersus nos, pro nobis est.

51 Factum est autem, dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam obfirmaverat ut iret Hierosolymam?

52 Et misit nuntios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in oppidum Samaritanorum ut pararent illi.

53 Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntes Hierosolymam.

54 Quoniam vidissent autem discipuli eius Iacobus & Iohannes, dixerunt, Domine, vis dicamus gionem.

*gionem quæ est trans Iordanem. ut ignis descendat è celo , & consumat illo ,
Et conuenient rursum turbæ ad quemadmodum & Elias fecit.
illum , & sicut confuerat,rur- 55 Conversus autem Iesus,increpauit illos,
sum docebat eis.*

*56 Filius enim hominis non venit ad per-
dendas animas hominum,sed seruandas. Et
abierunt in aliud castellum.*

38 *Marc. Preceptor.)* Hinc apparet celebre iam tunc fuisse Christi nomen , vt eo vñ sint qui non erant ex familiaribus eius discipulis : vel forte etiam abusi : nihil enim pro certo asserere ausum. Fieri potest vt hinc de quo fit mentio , Christi doctrinam amplius, non malo animo ad edendā miracula se contulerit, sed quia nō nisi selectos Euāgelij sui præcones hac facultate ornauit Christus, temere ab illo suscepimus, vel potius arreptū fuisse hoc minus arbitror. Quanquam autem præposterrē hoc tentauit quod discipulos sine mādato imitari auctor est, successu tamen non curvit audacia, quia Domino placuit hoc quoque modo nomen suum illutratre : sicuti interdum per eos operatur quorum ministerium nou probat quasi legitimū. Adhac nihil obstat quoniam fide particulari quī iauimbutus,cācum impetum sequatur : atque ita se ad edenda miracula præcipiter. Venio nunc ad Iohannem & eius socios. Hominem ab edendis miraculis se prohibuisse dicunt. Cur non prius rogabant liceret necne? nunc enim dubij & suspensu magistrū iudicium requirunt. Vnde sequitur ius p̄t hibidū inconsideratē sibi sump̄fse. Quare tenetritatis damnatio est quisquis plus aggreditur quām sibi Dei verbo concessum esse nouit. Deinde in Christi discipulis suspecta est ambitio : quia de asserendo honoris sui priuilegio laborant. Qui sit enim vt hominem incognitum repente ab edendis miraculis depellant, nisi quia hoc iure soli volunt potiri? Causam enim allegant quod Christum non sequatur : ac si dicerent, Non est tuus contubernialis vt nos: cur ergo honore æquabitur?

39 *Neprohibeatis.)* Prohiberi eum Christus noluit, non quod illi autor fuisse, vel probaret eiū factū , aut etiam probari vellet à discipulis: sed quia ybi per occasionem glorificatur Deus, serendum id est ac gaudendum. Sic Paulus, quanvis illi displaceat eorum cupiditas, qui se venditabant Euāgelij nomine , gaudent tamen hac occasione propagari Christi gloriam. Notanda autem est ratio quā subiicitur , fieri non posse vt Christo maledicat qui in eius nomine virtutes edit: ac proinde in lucro deputandū. nam inde sequitur, nisi magis propriæ gloria addicti fuissent discipuli quam studiosi ac cupidi promouēd̄ Magistri gloria, non ègrē fuisse laturos, quum eam aliunde extollat augerique cernerent. Neque tamen quum pronuntiat Christus pro amicis habendos qui palam non sunt inimici, liberum cursum temerariis hominibus laxari iubet, vt nobis tacētibus, se prohibidine sua huc illuc ingeant, totūque perturbent Ecclesiæ ordinem (talis enim licentia, quoad vocatio nostra tulerit, cohibenda est) tantum reētē facere negat qui importunè obsist int ne quibusuis mediis propagetur regnum Dei. Nec verò ita suos agnoscit vt in grege suo censeat qui medijs sunt inter hostes & amicos: sed intelligit, quatenus

non nocent, prodesse ac iuuare. Est enim prouerbialis sententia , qua iuoneour non mouendum esse bellum donec simus laccissiti.

31 *Luc. Dū complerentur dies.)* Hanc historiam solus Lucas retinet, quæ tamē multis nominibus non parum est utilis, nam hic primo Diuina Christi fortitudo & constantia in spēnenda morte describitur: deinde quām capitales inimicitias generent religionis diffidia: tertio quām præcipiti scrūto ad impatientiam feratur hominum natura: ad hēc quām proclivis sit in Sanctorum imitatione lapsus: postremò ad manuetudinem reuocamus Christi exemplo. Caterūm mois Christi, assumptione vocatur, non tantum quia tunc sublatus est in medio, sed quia humiliis carnis ergastulo egreditus in sublime cōscendit. *Factem obfirmauerat.* Hoc verbo exp̄lit Lucas, quum mors Christo cœlet ante oculos, subacto eius metu, ad ipsam obeundam progressum esse: simul tamen luçatū esse indicat, vt terroris viator se animosè ad mortem offerret. Nam si nulla fuisse obiecta formido, si nulla difficultas, nullū certamen, nullā cura, quorum attinuit faciem obfirmare? Sed quia nec stupidus erat, nec temulenta audacia præditus, crudeli acerbaque morte, in dū duro & horribili cruciatio quē sibi à feuero Dei iudicio instare sciebat, moreri oportuit: adeoque id eius gloriam nō obscurat vel minuit, vt insigne sit immens⁹ erga nos amor eius documentum: quia posthabito sui respectu , vt salutē nostrā se addiceret , per medios terrores ad mortem properauit, cuius propinquus dies eum minimè latebat.

52 *Misi nuncios.)* Probabile est magnam continentum turban tunc secum traxisse. neque enim misi sunt nuncii qui lautas epulas instruerent, vel deligerent splendidaū aliquod palatium, sed tantum qui dicerent aduentare magnam hospitium copiam. Illi verò exclusi, ac repulsi passi, Magistrum expectant. Hinc porro discimus quod secundo loco notaui, quum inter se dissident homines in religiosis doctrina, facilē in mutua odio prorumpere. signum, enim acerrimi odij fuit, esurientes fraudare viētū, & fessis negare hospitium. Atqui Samaritanos ita male habet ac viri Iudaica religio, vt qui eam sectantur , nulla humanitate dignos putent. Angebat etiam fortè eos contumeliaz dolor , quod scirent templum suūm , quasi profanum detestationi esse Iudeis, sc̄que degeneres & adulterinos haberi Dei cultores. Sed quum pertinaciter hæceret superstitione semel recepta, praua æmulatione certarunt vsque ad extreum in ea tuenda. Tandem eò vsque exsistit contentio, vt vno incendio vtrunque gentem perdiditerit: nam faciem belli Iudaici fuisse testis est Iosephus. Quanquam autem inuidiam declinare Christo promptus erat, mauiit tamen se Iudeum profiteri, quām obliqua abnegatione hospitium redimere.

^{s. Reg. 14.10.} 54 *Quum vidissent discipuli.*) Admonuit forte eos ipsa regio ut contra impios protinus fulminare cuperent: illic enim quondam Elias igne calefli regios milites deicerat qui ad eum capiendū missi fuerant. Venit ergo illis in mentem, simili exitio deuotos esse tunc Samaritas qui tam indignè Filium Dei reiicerent. Hic autem videamus quō nos impellat stulta sanctorum Patrum imitatio. Obteadūt Iacobus & Ioannes Elia exemplū: sed non attendunt quantum ab Elia differant: non bene examinant zeli sui intemperiem, ad Dei vocationem non respiciunt. *Æquē specie* prætexu suam idolatriam sicutabant Samaritā, sicuti habebut Iohannis 4.c.20. sed errabunt vtrique, quōd nullo adhibito delectū, similē magis quam imitatores sanctorum Patrum erant. Quanquam autem dubium est putēntia fibi in manu esse potentiam, an sibi à Christo dari petant: mihi ramen hoc magis probabile est, quōd stulta fidei elati, modō annuit Christus, ad execudandā vindictam se armatos esse non dubitant.

55 *Nescitis cuim spiritus.*) Hoc responso non modō etiam in pectum Christus in duobus discipulis compescuit, sed regulam dobis omnibus

præscriptis ne zelo nostro indulgeamus. Probè enim sibi consciū esse oportet quisquis aliquid agere habeat, quod Spiritū Dei autem ducēmque habeat, rectōq; & puro agitur eius instinctu. Multos impellet zeli fervor: sed si deest Spiritus prudentia, ebulliunt in spumas. Sæpe etiam contingit zelo turbidos carnis affectus permistos esse, & qui acerrimi videntur gloriae Dei zelotæ, excæcari priuato carnis affectu. Quare nisi zelo nostro præfit Dei Spiritus, ad excusationem nihil proderit iactare nihil nisi bono zelo fuisse à nobis tentatū. Spiritus autem ipse consilio & prudentia nos reget, nequid præter officium vel citra vocationem, denique nisi prudenter & opportunè tentemus: deinde metas nostras, abstera omnis carnis fræce, recto affectu imbuet, nequid appetamus nisi quod Deus dictaverit. Perstringit etiam Christus discipulos, quod longè à spiritu Eliae remori, perpera quod ille gesit, sibi usq; pent. Nam Elias Dei iudicium, quod illi mandatum erat à Spiritu, exequutus est: isti autem non Dei iussi, sed carnis impulsu ad vindictam profiliunt. Quare nihil nobis patrocinantur sanctorum exempla, nisi idem qui illos direxit Spiritus in nobis habitet.

MATT. XIX.

3 Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes ei, Licetne homini diuortium facere cum uxore sua qualiter ex causa?

4 Qui respondens ait eis, Annon legiſtis quod is qui fecit ab initio, masculum & feminam fecit eos?

5 Et dixit, Propterea deseret homo patrem & matrem, & agglutinabitur uxori ſue, & erunt duo in carnem unam.

6 Itaque iam non sunt duo, sed una caro, quod ergo Deus copulauit, homo ne ſeparet.

7 Dicunt illi, Cur ergo Moses iufit dare libellum repudij, ac dimittere eam?

8 Ait illis, Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis repudiare uxores vestras: ceterū ab initio non fuit sic.

9 Dico autem vobis quod quicunque repudiauerit uxorem suam, nisi ob stuprū, & aliam duxerit, is committit adulterium: & qui repudiat amplexum, is adulterium committit.

MARC. X.
2 Et adeuntes Pharisæi interrogabant illum, Licetne viro uxorem repudiare tentantes illum.

3 At ipse respondens dixit illis, Quid vobis præcepit Moys?

4 Illi autem dixerunt, Moses permisit libellum repudij scribere, ac dimittere.

5 Et respondens Iesus dixit illis, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis hoc præceptum.

6 Ceterū ab initio creationis masculum & feminam fecit illos Deus.

7 Propter hoc relinet homo patrem suum & matrem, & adhæret uxori ſue.

8 Et erunt duo in carnem unam. Itaque iam non sunt duo, sed una caro.

9 Quod igitur Deus copulauit, homo ne ſeparet.

10 Et in domo rursum discipuli illius edem de re interrogauerunt illum.

11 Et dicit illis, Quicunque repudiauerit uxorem suam, & duxerit aliam, adulterium committit in illam.

12 Et si mulier repudiauerit virum suum, & nupserit alteri, adulterium committit.

L.V.C.

Quanquam infidias Christo tendunt Pharisæi: & dolosc eum adoriantur ut circumueniant, vtiliter tamen nobis cessit eorum malitia: sicuti Dominus mirificè in suorum vtilitatem cōuertere nouit quæcumque ad vera doctrinæ subversionem machinātū impīj. Nam hac occasione soluta fuit quæstio quam partiebat repudij libertas, & de sacro ac insolubili coniugij nexu certa lex tradita. Inde autem arrepta est captionis ansa, quia in utrāque partem secundum ipsos non nisi odioſia esse poterat respōſio. Quærent an viro liceat repudia-re uxorem quauis de cauſa: si neget Christus, cla-

mabūt impīe Legem ab ipso abrogari, si affirmet, iactabunt potius lenonem esse quam Dei Prophētam, qui hī virorum libidini indulgeat. Hoc quidem animis conceperant: sed Filius Dei, qui nouit sapientes in astutia sua deprehendere, eos frustratis est, illicitis repudis severè resistent: & simul tamen demonstrans, nihil se nisi Legi contentaneū proferre. Nā duobus capitibus totam rē concludit: ordinem creationis debere esse instar Legis, ut vir coniugalē fidem tota vita colat. Diuertia autē esse permissa, nō quōd licita sint, sed quia cum præfacto & indocili populo negotium erat.

4. *Annon legisti.*) Nō respōdet quidē inter Christū ad rogatā: sed propositā quæstionē plāne satistacit: quemadmodum si quis nunc de Misla interrogatus, sacra Cœnæ mysterium fidei hinc exponat, ac tandem inferat, facile leges esse & falsarios qui pura Domini restitutione quecunq; vel ad dēre vel detrahere audent, fūctūtū Misla sacrificium palam euerteret. Hoc autem axioma sumit Christus, Ab initio Deus in aere adiutivū fæmina, vt duo efficerent integrum hominem. Ergo qui vxorem repudiāt qualis dimidiam sui partem à se ipso anellit. Hoc autem minime patitur natura vt corpus suum quisipm̄ disceptat. Alterum argumentum lubicit, dūctūm à minori ad maius, Sanctius est coniugij vinculum quā in quod filios patrib; astringit. Atqui pietas miserabili nexu filios parentibus obligat. Multo minus ergo potest maritus renunciātū vxori. Hinc sequitur, Diuinum vinculum abrumpi si vir ab uxore diuortiūtū faciat. Iam verò hic est verbiūm sensus, Quod Deus humani generis conditor masculū & feminam fecerit, vt quisq; vñica uxore contentus alias non appetat. Nam in numero duali insistit, sicut & Propheta Malachias, cap. 2 b. 10, quoniam ad u. sus polygamiam inimicuit, eandem demūtēm adducit, quod Deus in quo abundantior erat Spiritus, vt in eius arbitrio esset plutes creare, vñi tamen fecerit hominem, ne upeq; qualis hic describitur à Christo. Ergo ex ordine creationis probatur individua viri vñus cum vñra uxore societas. Si quis obiciat, hoc modo non fore licitū mortua priore uxore inducere alteram: facilis est responsio, non modò vinculum morte solui, sed uxorem secundam à Deo subrogari in locum prioris, quasi vna & eadem esset.

5. *Propterea deforet.*) Dubium est Adámne loquenter illi Moses, an Deum inducat: sed utrumvis eligas, ad præsentem locum parum intercessit: quia satis fuit adducere se oraculum, licet ore Adæ prolatum fuerit. Ceterū non simpliciter iubetur, qui uxorem ducit, patrem reliquerit: quia secum ipse pugnaret Deus si cōiugio aboleret quam filii erga parentes pietatem mandat, sed dum comparatio fit inter officia, patri & matri præfertur vxor. Atqui si nūtium quis patri renuntiat, & ingum excutias cui alligatus es, tale prodigiū nemo admittet. Multo igitur minor erit soluēti cōiugij libertas. *Ersant duo in unam carnem.* Hoc dicto non minus polygamia damnatur quam licetia in repudiātū vxoribus, nam si nouta inter duos coniunctio à Domino sacrata sūt, adulterina est permisio triū vel quatuor. Sed Christus (vt paulò ante attigit) aliter ad suum institutū accommodat, quod scilicet laceret se ipsum quisquis ab uxore diuortiūtū facit: quoniam ea est vis sancti coniugij vt maritus & vxor in unum hominem coalescant. Neque enim Christi consilium fuit impuram & spurcam Platonis speculationem inuehere, sed reverēte de ordine Diuinūtū positio differuit. Sic igitur vivant inter se maritus & vxor, vt alter alterum soueat non secus ac dimidiātū sui partem: ille verò sic imperet vt caput sit uxoris, non tyrannus: mulier vicissim modestè ad obsequia se submittat.

6. *Quod ergo Deus copulavit.*) Hac sententia frater Christus virorum libidinem, ne vxores repudiando, sacrum nodum abrumptant. Quemadmodum autem in viri arbitrio esse negat coniug-

giūm dissoluere: ita & aliis omnibus legem edictūtū tua autoritate illicita repudia cōtrahunt. Abutitur enim sua potestate Magistratus qui viro gravatum facit repudiātū vxoris. Huc tan; en proprie spectant Christus, vt quinque pro se datam fidem faciēt colauit, & quos libido vel prauus affectus ad repudiūtū faciat, hanc sibi cogitationem innescant, quisnam es qui Diuinā cōnūctionis liberaūt tibi ruptarū facias? Ceterū u. latius quoque extendi potest haec doctrina. Papistæ Ecclesiā a Christo capite suo auolam nobis singūtēs, trūcum & mortuum nobis relinquunt corpus in sacra Cœna, quoniam Christus panem vino conūxerit, vñl calicis totam pleo, et priuare auti sunt. His diabolis corruptis opponeere licet, Quod Deus copulavit, nonno ne leperat.

7. *Cur ergo Moses.*) Hac calu. nūam meditati fuerant, si Christus (quod magis erat probable) in repudiātū legumātū causam exigebat. Licitum enim videtur, quicquid Legē ūa Deus periuicūtū, sola curia voluntas statu boni & mali discimē. Sed Christus apta responsione falsani inuidiam dilatit, quod hoc concēderit Moles eorum periuicātū, in autem quasi licitum probauerit. Sententia vero suam optimā ratione confirat, *Quia non iustus ab inuio.* Sumit autē pro confessio, quā Deus ab initio cōtūgūm instituit, perpetuam legē nō fixis, quā uelque ad finēm vigere debeat. Q. o. si institutio coniugij pro lege inuicibilis habenda est, tequitur, quicquid ab ea defecit, nō ex pura eius natura esse, sed hominū vitio. Quarūt tamē an fas Moiū fuerit permittere quod per le malum & vitiosum erat. Respondeo, improprē dicī permisum quod feuerū non venit, neque enim legem tulit de repudiis, ut ea suū suffragio approbare: sed quoniam aliter restrigit non posset hominū improbitas, quod maxime tolerabile erat remedium attulit, vt vir fatuū vxoris pudicitiae testimonium redderet. Lex enim non nisi in mulierum fauorem lata erat, ne postquam iniuste reiecta erant, dedecus aliquod subirent. Unde de colligimus infuctam viris potius fuisse pœnam, quā venia aut permissa accensum fusile eorum libidinem. Adde quōdā politia & externo ordine multum differt spirituale regimen. Quid licet ut fas sit de cœm verbis complexus est Dominus: nūc quis fieri potest vt multa non vocentur ad humanū tribunal, de quibus sua quenque conscientia arguit, ac conuincit, non mirum est si leges politiq; ad illa conniveant. Sumamus familiare exemplum, Litigantiū n aior nobis per leges fit libertas quā ferat charitatis regula. Cur istud? quia singulus ius reddi nequit? nūl aperta sit petendit ianua: interim lex Dei interior sequendū estē pronuntiat quod dictabit clariitas. Neque tamē est cur hinc Magistratus ignorante sua excusationē capient, si sponte cessent à corrīgēndis vitiis, vel omittat quæ postulabat officij ratio. Sed videant priuati homines ne sua vitiis, legi n patrocinio regentes, culpam eorum duplicitē. Nam hi: Dominus obliquè Iudeos increp. t, quisi ipsiū nō sufficiat impunē suam proteturā tolerari, nisi si Deū iniquitatis sua autorem inscribant. Q. o. d si ex legibus politiciis non semper nec ubique pertenda est sancte pīque vivendi regula, multo mi nus ex consuetudine.

9. *Dico autem vobis.*) Marcus hoc seorsum discipulis suis dictū retinet, quoniam domum vénit.

sent : Mathæus autem, omisso hac circumstantia, sermonem contextit: vt sepe Evangelista medium aliquid relinquunt, quia satis habent rerum summas colligere. Nihil ergo discriminis est nisi quod alter altero distinctius rem expōnit. Summa autem est, Quoniam Lex diuertia non puniat quæ à prima Dei institutione dissident, adulterum tamen esse qui reiecta vxore alteram sibi accipit. Neque enim est in hominis arbitrio, coniugij fidem solvere quam Dominus ratam manere vult. itaque pellest est quæ legitimæ vxoris torum occupat. Additur autem exceptio, quia mulier contando, se quasi puridum membrum à viro refrendens, eum liberat. Qui alias causas excogitat, quia supra magistrum cælestem sapere volunt merito sunt repudiandi. Elephantias in volunt iustum repudij causam esse, quia morbi contagio non modo ad maritum, sed ad liberos perueniat. Ego autem sicut pio viro consulio vt elephantiacam uxorem non attingat, ita eius repudianda licet. t. Cor. 7. 4. Paulus, quisque uxorem ducat. Hoc qui fecit, licet non succedat ex voto, suis partibus defunctus est. Ergo si quid desit, Dei subilio sarcitur. Vlturnè progrederi, nihil aliud est quam Deum tentare. Quod autem alteram causam notat Paulus, nempe vbi pieratis odio coniuges ab incredulis reiciuntur, non esse pium fratrem vel sororem contingit, non esse pium fratrem vel sororem tunc seruituti obnoxium à Christi mente diuertit non est, neque enim illuc de iusta repudij causa disserit, sed tantum an viro incredulo obstricta maneat mulier postquam Dei odio impie reiecta non aliter redire in gratiam potest quam si Deum ab-

neget. Quare nihil mirum si Paulus alienationi à Deo dissidium cum homine mortali praferat. Vi detur tamen supereruca esse quam ponit Christus exceptio. Nam si capitale supplicium meretur adultera, quossum attinet de repudio loqui? Sed quia mariti erat vxoris adulterium iudicio persequi, vt domum flagitio purgaret, qualis qualis fuerit eventus, maritum qui uxorem impudicitia conuincti, absoluat Christus à vinculo: & fieri potest vt in corrupto & degenero populo huius quoque sceleris tunc magna regnauerit impunitas. Sicuti hodie peruersa Magistratum indulgentia facit vt necesse habeant viri impuras uxores reicere, quia de adulterio poena nō sumitur. Notandum autem est, commune ac unitum est se ius virtusque partis, sicuti mutua & pac est fidei obligatio, nam quum alii in rebus primatum vir teneant, quod ad totum uxori æquatur, non enim est dominus corporis sui. Ergo quoniam adulteri a coniugio defecerit, parata est uxori libertas. *Quare repudiam duxerit.* Hoc membrum pessimum expositum fuit a multis interpretibus: generaliter enim & confusè putarunt calibatum principi quoties diuortium factum fuerit, ita si maritus adulteram reiceret, utrique inicta est calibatus necessitas. Quali verò si haec repudij libertas, tantum ab uxore secubare: quasi etiam Christus non clare in hac causa fieri permittat quod promisœ sibi Iudei pro suo arbitrio usurpare soliti erant. Fuit ergo ille nimis crassus error: nam quoniam adulterij damnat Christus qui repudiati uxorem duxerit, restringi hoc ad illicita & frivola diuertia certum est. ideo Paulus manere innuptas^{1. Cor. 7. b.} iubet quæ sic dimissa fuerint, aut viris suis recet.^{2.} ciliari: quia scilicet rixis & dissidiis non aboletur coniungium. idque elicetur ex Marco, vbi nominatum exprimitur vxor quæ à marito discesserit, non quod liberum fuerit uxoris dare maritis repudij libellum, nisi quaterus in exteros mores prolapsi erant Iudei: sed notare voluit Marcus, corruptelam quæ tunc passionis trita erat reprehendi à Domino, quod post voluntaria diuertia utrinque ad nouum coniugium transibant. ideo adulterij nulla sit apud eum mentio. ^{1. Cor. 7. b.}

MATTH. XIX.

10 Dicunt ei discipuli, Si ita habet causa hominis cum uxore, non expedit matrimonium contrahere.

II Qui dixit illis, Non omnes capaces sunt huius dicti, sed quibus datum est.

12 Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi qui facti sunt eunuchi ab hominibus: & sunt eunuchi qui seipso castrauerunt propter regnum celorum. Qui potest capere capiat.

MARC.

L V C.

Perinde acsi iniqua virorum conditio futura sit, si ita alligati sint uxoribus, vt quandiu pudice fuerint, cogatur reliqua perferrre potius quam ab illis discedant: hoc Christi responso commoti discipuli excipiunt, melius esse vivere uxoribus quam inducere talium laqueum. Sed cur non viciousim expendunt quam durat uxorum seruitus, nisi quia sibi & propriis commodis addictos impellit carnis sensus, vt alii neglectus tantum sibi bene consultum esse cupiant? Interim se prodit impia ingratitudo, quod incommodi viuis metu, vel rado, singulare Dei donum respūnit. Satis est, secundum eos, coniungium effugere

quam se astringere perpetua societatis vinculo. Atqui si coniugium instituit Deus in communem humani generis salutem, licet quedam minus grata secum trahat, non ideo protinus separandum est. Discamus ergo, si quid in Dei beneficiis nobis non aridet, non taw lauti esse ac morosi quin reverenter illis vitam. Præteritum nobis in sancto coniugio cauenda est hac prauitas, nam quia multis molestiis implicatum est, semper conatus est Satan odio & infamia grauare, vt homines ab eo subducerentur. Et Hieronymus nimis luculentum maligni peruersique ingenii specimen in eo edidit, quod nō tantum calumniis

niis exigitat sacrū illū & Diuinum vitę ordinem, sed qualcumque potest ex profanis authoribus adhuc accumulat que eius honestatem deformit. Nobis autem in mentem veniat, quæcumque in coniugio molesta sunt, accidentia esse, quia prouenient ex hominis vitiis. Deinde meminerimus, quia post corruptā natūrā medicina esse cœpit, non mirum esse si dulcedini perinistrum habeat amarum saporem. Sed videendum est quo nō modo hanc stultitiam refellat Dominus. Omnes huius dicti capaces esse negans, significat electionem non esse positam in manu nostra, ac si de re nobis subiecta esset consultatio. Si quis vitę sibi esse putat vxore carere, atque ita nullo examine habito calibatus legem sibi edicit, iōgē fallitur. Deus enim, qui pronuntiavit bonum esse ut viro adiutrix sit mulier, contempi sui ordinis pœnam exiget: quia minium sibi arrogat mortales, dum se à celesti vocazione eximere tentat. Porrò nō omnibus liberū eligere vtrum l̄buerit, inde probat Christus, quia speciale sit et cōtinuitas donū nam quum dicit non omnes esse capaces, sed quibus datum est, clare demonstrat nō omnibus esse datum. Vnde conuincit eorum superbia qui sibi arrogant non dub tant quod tam clare Christus admittit.

Eunuchi. 12. *Sunt enim eunuchi.*) Fria eunuchorum genera ponit Christus. Qui natura sunt spadones, vel qui ab hominibus castrati, eos à coniugio arceret defectus: quia viri nō sunt. Alios dicit esse eunuchos qui se castraverūt ut se liberis Deo impendant, hos iuniores facit à necessitate coniugij. Vnde sequitur alios omnes qui à coniugio abhorrent, scilicet lega audacia (gigātuī more) cum Deo pugnant. **Castratio** re. Quod Papistēs virginis Castrandi vocem, quasi suo arbitrio continentia legem homines impellant, nimis frigidum est. Prius enim testatus est Christus Deū hęc quibus visum est dare. Et pau lo post iterum asseret temere cęlibatum eligi vbi-

MATTH. XIX.

13 Tunc oblati sunt ei pueri, ut manus eis imponere: ac oraret: discipuli autem increpabant eos.

14 Iesus vero ait eis: Sint
se pueros, & ne prohibeatis eos
ad me venire: talium est enim
regnum celorum.

15 Et quum imposuisset
illis manus, abiit illinc.

S. MARC. X.

13 *Et attulerunt ad illum puerum tangeret eos: discipuli vero inspectabant eos qui offerabant.*
14 *Iesus autem quum vidisset,*

15 Amen dico vobis, quicunq[ue] sicut
dignatus est, dixi^{re} que ei[us]. Sinite per-
sonas venire ad me, nec prohibete ihu-
calium enim est regnum calorum.

*non acceperit regnum Dei tanquam
puer, non ingredietur in illud.*

LVC. XVIII.

*os, 15 Offerebat autem ei e-
re-tiam infantes, ut eos tange-
ret: quod quum viderent dis-
in-cipuli, increpabant illos.*

*Iesus autem, quum illos
ad se vocasset, dixit, Sinite
pueros venire ad me, & ne pro-
hibete eos: talium est enim re-*

*18 Amen dico vobis, qui-
cunque nō acceperit regnum
Dei veluti puer, non intrabi-*

Hæc h[is]toria valde vtilis est: quia docet non eos solum recipi à Christo qui sancti desiderij fidei- que impulsu sponte ad eum accedunt, sed quibus nondum per æatem sentire licet, quantopere indegant eius gratia. Nihil adhuc intelligentia est in puerulis istis vt benedictionem expatant: eos tamen sibi oblatos humaniter & benignè recipit, solennique benedictionis ritu eosdē Patri conse- crat. Porrò eorum qui pueros offerunt consilium obseruare conuenit. nisi enim infixa fuisset eorū mentibus persuasio , depositam esse Spiritus virtutis penes ipsum, quam in populum Dei effun- deret, absurdum fuisset pueros offerre. quare non

dubium est quin participationem gratiae illis possent. ideo amplificandi causa apud Lucam additur particula *Etiam ac si dixisset*, Postquam experti fuerant quem variis modis adulterios iuuare, spes quoque de perueris cepisse, non profus vacuos omnibus Spiritus donis abituros si manus eius imponeantur. Porro manuum impositio (vt alibi diximus) vetus & celebre apud Iudeos benedicti symbolum erat: ideo nihil mirum si Christum pro perueris adhibita illa solenni ceremonia precari cupiant, interea tamen, quoniam prestantiori ministris benedicat, ius & honorem summi Prophetarum tribuant.

Superstitionum cōgeries.

13. *Discipuli autem increpabant.*) Si impositum eius capiti tuisset diadema, libenter nec sine plausu excepissent; quia proprium eius munus nondū tenebant. Nunc vero indignum eius persona esse dicunt, pueros admittere: nec colore error carebat, quid enim cum infantibus negotiū summo Prophete ac Dei Filio? Sed hinc discimus pueros esse iudices, qui ex carnis sue sensu cōstatim Christum: subinde enim fit ut spoliunt eum propriis dotibus: & rursus quā in eūm minime cōpetunt, sub specie honoris affingāt. Hinc nāta est cōtinuum superstitionum congeries quē sicutiūm Christum mundo induxit. Quare discamus non aliter de ipso sentire quām ipse docet, nec aliam illi inducere personam quām à Patre fuit imposta. Videntur quid in Papatu contigerit: magnum se Christo honorem detinere putarunt si coram pa- nis frustulo se prosternerent. fecunda coram Deo abominatione. Rursus quia nō satis honorificum ei putabat esse aduocati obire pro nobis munus, innumerous sibi patronos crearunt. atqui hoc modo erupimus illi fuit Mediatoris honor.

14. *Sinute pueros.*) Testatur se velle pueros admittere, & tandem in vlnas receptos non modò cōpleteūt, sed manuū impositione benedicit, vnde colligimus ad hanc quoque cōtatem extendi eius gratiam, nec mirum: nam quum totū genus Adæ sub mortis reau conclusum sit, omnes à ini- nimo v̄isque ad maximum perire necesse est, nisi quos eripit vnuſ Redemptor. Arcere verò à redēptionis gratia cōtatem illam, nimis crudele fo- ret. itaque hunc clypeum Anabaptistis non temere opponimus. Infantibus Baptismū negant, quia non sint ciuius mysterij capaces quod illic signatur. Nos contrā excipiimus, quū gratitiae peccatorum

M A T T H. X I X.

16. *Et ecce unus accedens ait illi, Magister bone, quid boni facia vi habeam vitam eternam?*

17. *Qui dixit ei, cur me vocas bonum? nullus est bonus nisi vnuſ Deus. quod si vis advitam ingredi, serua mandata.*

18. *Dixit illi, Quā? Iesuſ autem dixit, Non facies homicidium. Nō cōmitas adulterium. Non facies furtum. Non falsum dices testimoniū.*

19. *Honor a patrem & matrem. Et diliges proximum tuum ut te ipsum.*

20. *Dicit illi adolescens, Omnia haec seruani à iuuentute mea: quid adhuc mihi deest?*

21. *Ait illi Iesuſ, si vis perfe- ctiū esse, vade, vende quā habes, & da pauperib⁹, & habebis the- saurū in celo: & veni, sequare me.*

22. *Quum audisset autem ado- lessens cum sermonem, abiit tristis: erat enim habens possessiones mul- tas.*

16. *Ecce unus accedens.*) Lucas principem, hoc est primarię authoritatis vitum fuisse dicit, non

remissionis, simūlque Diuinę adoptionis pignus ac figura sit Baptismus, infantibus minime negandum esse quos Deus adoptat, & Filii sui sanguine abluit. Quod pœnitentiam vitāque nouitatem simul illic figurari obicitur, facilis solutio est, renouari Dei Spiritu pro cōtatis modulo, donec per gradus suo tempore quē in illis occulta est virtus augeat, & palam refulget. Quod autem non ali- ter reconciliari nos Deo, & adoptionis hæredes fieri contendunt quām fide, hoc de adultis fate- mur: sed quod ad infantes attinet, falsum esse con- vincit hic locus. Certe nō lusoñū nec inane sym- bolum erat manuum impositum, nec frusta preces in aerem Christus effūtit: solemniter autem offerre Deo non potuit, quin puritate donaret. Quid verò illis ptecatus est, nisi vt recipentur inter Dei Filios? unde sequitur regenitos Spiritu fuisse in spem salutis. Ipse denique amplexus testis fuit censeri ipſos à Christo in suo grege. Quod si do- num spiritualium quā figurat Baptismus compotes fuerūt, externo signo priuari absurdum est. Sacrilegaverò audacia est, abigere procul ab oculi Christi quos ipse in finu suo touet, & quasi extra- neos clausi ianua reiūcere quos prohiberi non vult. *Talum est enim.* Hac voce tan paruulos quam eorum similes comprehendit. Insulse enim Anabaptistæ pueros excludunt, à quibus initium fieri debebat. Sed interim sumpta ex re præfenti occasione, hortari suos voluit, vt malitia & fastu exinaniti puerilem naturam induerent. Ideo apud Marcum & Lucanum additur neminem in regnum cælorum posse ingredi, nisi qui puer sit confor- 1. Cor. 14. mis. Sed notāda est Pauli admonitio, ne simus pue- ri sensu, sed malitia.

M A R C. X.

17. *Et quum exiret in viam, accurrerat quidam: & quum genua quidam princeps, dicens, flexisset, interrogavit eum, Præ-*

Magister bone, quid facias ptor bone, quid facias ut vitam ut consequar vitā eternā.

18. *Iesuſ autem dixit illi, Cur flexisset, interrogavit eum, Princeps, quid facias ut vitam ut consequar vitā eternā.*

19. *Dixit autē ei Iesuſ, Quid me dicas bonum? nemo bonus nisi vnuſ Deus?*

20. *Præcepta nosti. Nō adulterium. Nō occidas. Ne fureris. Nō facies furtum. Ne falsum testimonium dicas. Ne fraudes. Honor a patrem tuum & matrem tuam.*

21. *At ille respondens dixit ei, Præceptor, hac omnia seruavi à iuuentute mea.*

22. *Iesuſ autem intuitus eum, dilexit ipsum, & dixit illi, Vnuſ tibi ait illi, Adhuc vnum tibi deest, abi, quecumque habes vēde, deest, omnia quecumque*

& da pauperib⁹, & habebis the- saurū in celo: & veni, sequare pauperib⁹, & habebis the- saurū in celo: & veni, se-

quare me, sublata in humeros cruce.

23. *Ille vero modestia affectus quere me.*

23. *Hū ille auditiis, mæ- more affectus est: quia diues erat valde.*

vnum quemlibet ē vulgo. Quanquam verò hon- rem cōciliant diuitię, videtur tamē grauis & bo- ni

Fides a
Hæredes

ni viri existimatio illi tribui. Et ego quidā expensis omnibus circumstantiis, non dubito, quanvis adolescentis vocetur, fuisse tamē ex eorum ordine qui frugi & casta vita antiquam integratatem colebat. Venit autem non infidiosē (ve Scribis mos erat) sed discendi animo: itaque tam verbis quam genitrix Christum se vt fidum doctorem revereri testatur. Sed rursus oblitabar cæca operum confidentia, ne proficeret sub Christo, cui se aliqui docilem præbtere optabat. Sic hodie videamus quosdam non male affectos, quia tamen umbrati li nescio qua sanitatis occupati sunt, Euangelij doctrinam agere gustare. Porro, vt de statu responsionis melius fiat iudicium, notanda est quæstionis forma. Nō simpliciter rogat quomodo & qua via perueniat ad vitam, sed quid boni faciendo eam acquirere. Merita igitur somniant, quibus vita eterna redditur quasi debita compensatio. quare appositè Christus ad Legis obseruationem eum amandat, quam certum est esse viam vitæ, vt mox plenus dilleram.

17 (*Cur me vocas bonum?*) Hanc correctionem non tam subtiliter accipio vt bona pars interpretationi, quasi suam deitatem insinuet Christus, tantū deinde enim valere putant haec verba acsi dixisset, Si in me nihil altius agnoscis natura humana, falsò elogium boni, quod conuenit soli Deo, in me trāfieris. Evidenter fateor homines, propriè loquendo, minime tam honorifico titulo dignos esse, ac ne Angelos quidem: quia nec bonitatis guttam à se habent, sed à Deo mutuantur: deinde quia in illis tantum inchoata est bonitas, non perfecta. Sed Christi non aliud consilii fuit quam fīcē sua doctrinæ assertere, si dixisset, Tu me talō bonum vocas magistrum, nisi à Deo profectum agnoscis. Ergo non hic asseritur Deitatis essentia, sed ad fidem doctrinæ habendam deducitur iuuenis. Iam quidem aliquo obediendi affectu imbutus erat: sed eum vult Christus altius concendere, vt Deū loquenter audiat. Nam (vt eft mos hominum ex diabolis plerunque facere Angelos) promiscue bonos doctores appellant in quibus nihil sentiunt divinum, sunt autem ista donorum Dei profanations, non mirum ergo si Christus, vt doctrinæ sua authoritatē conciliat, iuuenē ad Deum reuocat. *Scriba mandata.* Locum hunc perperam interpretari sunt quidā ex veteribus (quos Papistæ sequuti sunt) acsi doceret Christus Legis obseruatione posse nos vitam eternam prouiceri. Atqui non respexit Christus quid possint homines, sed ad propostam quæstionem respondit, quænam sit operum iustitia: nempe quam Lex definit. Et certè sic habendum est, Deum Lege sua complexum esse sancte iusteque viuēdi rationem, qua iustitia continetur. neque enim frustra hanc lenitatem protulit Moses, Qui fecerit haec, viuet in ipsis. Item, Contestor cælum & terram quod hodie vobis ostenderim vitam, Negandum ergo nō est quin Legis obseruatio iustitia sit, qua vitam sibi acquireret si quis perfectus esset Legis obseruator. Sed quia destituimus omnes gloria Dei, in Legge non nisi maledictio reperiatur: nec alius nobis restat quam confugere ad gratutum iustitia domum. Itaque Paulus duplē statuit iustitiam, Legis & fidei: priorem in operibus locat, secundā vēdō in mera Christi gratia. Vnde colligimus Legale esse hoc Christi responsum: quia iuuenēde operum iustitia querentem prius doceri oportet.

tuit, neminem coram Deo conferi iustum nisi qui Legi satisficerit (quod impossibile est) vt infirmitatis sua conquietus, ad fidei subdium se conferret. Fatorū ergo, quia mercede vitæ eternæ Deus Legis sua obseruatoribus prouidit, nisi oblatet carnis nostræ infirmitas, hanc viam tenendam esse, sed nostrō virtuō fieri Scriptura docet vt neceſſe sit nobis donari quod meritis non consequimur. Si quis obicit, frustra nobis proponi iustitiam in Lege, cuius nemo yngquam fieri compotenter: respondeo, quia rudimentum est quo perducimur ad preciariam iustitiam, minime superfluum esse. Ille Paulus, ybi dixit factores Legis iustificari à Legis iustitia, omnes excludit. Porro hic locus signenta omnia abolet quæ sibi ad salutem acquirendam Papistæ fabricarunt. neque enim in ea tantum falluntur quod à bonis operibus Deum obstringere sibi volūt ut salutem quasi debitam rependat: sed dum se bene agendum accingunt, posthabita Legis doctrina, præcipue factis quas vocant devotionibus sunt intenti: non quod palam repudient Dei Legem, sed quia humanas traditiones longè preferunt. Quid autem Christus? nempe hunc solū in Deo probari cultum quem ipse prescripsit: quia obedientia potior illi est omnibus victimis. Ergo quisquis ad Christi obsequium vitam componere studet, dum se Papistæ in friuolis traditionibus occupant, studium suum seruandis Legis mandatis totum inpendat.

18 (*Non facies homicidium.*) Mirum est, quum toti Legi Christus nos voluerit esse ad dictos, tantū in secundam tabulam ab eo attingi: sed hoc ideo factum est quia ex officiis charitatis melius perspicitur quæ sit cuiusque animus. Pietas quidem erga Deū superior est: sed quia hypocrite prioris tabulæ obseruatione sepe simulat, ad examē habendū aptior est secunda tabula. Sciamus ergo præcepta à Christo delecta esse in quibus vera iustitia testimoniū extat: per synecdochē tanē sub parte totū designat. Quod præceptum de colēdis parentibus ultimo loco posuit, in eo nihil est momenti: quia exacti ordinis curam minimè habuit. Interim notatum dignum, secundæ tabula adscribit: nequem decipiat Iosephi error, qui ad priorem tabulam putauit spectare. Quod tandem in fine additur, Diliges proximum, nihil à prioribus mandatis diuersum continet, sed generalis est omnium expositionis.

20 (*Dixit illi adolescentis.*) Legem illi fuisse mortuam oportet, quum se adeo iustum somnaret: nisi enim per hypocrisim sibi blanditus esset, optimæ ad descendā humilitatem admonitione erat, suas maculas & fordes in Legis speculo cernere. Verum stulta fiducia ebrius, securè iactat probè à pueritia defunctum fuisse officio. Idem sibi contigisse fatur Paulus, quod se viuere persuasus fuerit quandiu eum latebat Legis vigor: sed postquam sensit quid Lex valeret, vulnus inde lethale sibi fuisse inflictum. Ideo responso Christi quæ sequitur, ad hominis ingenium directa fuit. Neque tamen quicquam ab eo Christus exigit præter Legis mandata: sed quia simplex recitatio eum nihil mouerat, aliis verbis occultum avaritiae morbum detegit. Fatorū nusquam in Legge præcipi vt omnia vendamus: sed quoniam Legis finis sit homines ad sui abnegationem deducere: & expresse concupiscentiam damnet, vi-

demus Christum non alio spectasse quam ut falsam iuuenis persuasionem corrigeret. Nam si pernitus sibi fuit scilicet notus, auditia Legis intentione se Dei iudicio obnoxium confessus ioret. nunc quia nuda Legis verba cum reatus fui non satis cōvinciunt, inter sensus aliis verbis exprimitur. Nam si quicquam nunc præter Legis mandata exigeret Christus, secundum ipse pugnaret. Nuper legis mandatis perfectam iustitiam comprehendit docuit: quomodo igitur conuenient Legem defectus argui? Adde quod falsa esset quam prius citauit Moses contestatio. Ergo Christus non unum præter Legis observationem iuueni deesse intelligit, sed in ipsa Legis observatione. Quanquam enim nusquam ad omnia vendenda nos Lex cogat, quia tamen virofas omnes concupiscentias in nihilum redigit, quia ad crucis tolerantiam erudit, quia vult ad cluciem & penuriam nos esse paratos: longe aberat iuuenis à plena eius observatione, quā diu affixus suis diuitias concupiscentia flagrabit. Ac unum deesse dicit, quia de scortatione & homicidio concionari necesse non habet, sed pecunia, em moribus perstringere, acsi vultus digito attinge. et. Notandum vero quod non solum vederet, sed dare pauperibus: quia diuitias abiiceret per le vittus non erit, sed vanus potius ambitio. Luditur à profanis historicis Crates Thebanus, quod pecuniam & quicquid habebat pretiosum in mare proiecerit: quia nisi perditis opibus se fore saluum non putabat. Quasi vero non satius fuisse, quod sibi ducebat esse superfluum, in alios erogare. Certe quem charitas vinculum sit perficit, et quis, qui secum altius pecuniae vultus fraudat, nihil laudis meretur. Itaque non simpliciter laudatur à Christo venditio, sed liberalitas in iuandis pauperibus. Carnis etiam mortificatione magis vrgit Christus, quoniam dicit, *Sequere me. Non enim tamen nomen dare iuber, sed ferēdæ cruci humeros subiiceret, vt nominatim exponit Marcus.* Et hoc stimulo fuit pungendus, quia quoniam domi in umbra & otio commode agere solitus esset, nunquam vel minimo gusto conceperat quid esset veterem hominem crucifigere, & domare carnis cupiditates. Ceterum nimis ridiculi sunt Monachi, dum huius loci praetextu statim perfectionis sibi arrogant. Primum colligere facile est, non omnibus sine delectu hoc maudiri vt vendant omnia peccaret enim in agricultura, qui labore suo vicitare assuetus, liberösque suos sicut, pradiolum venderet nulla necessitate exactus. Retinere ergo quod in manu nostram posuit Deus, si modò patet & frugalitatem & familiam alcantes, partem aliquam pauperibus erogemus, maioris virtutis est quam omnia dilapidare. Sed quoniam est præclarâ ista venditio quia se venditant Monachi? quoniam domi pabulum non inueniat bona pars, in monasteria, quasi bene resertas haras, se demergit. Sibi quidem omnes sedulo cauent ut ignavi alieno pane saginentur. E-

M A T T H. X I X.

23 *Iesus autem dixit discipulis suis, Amen dico vobis, dixit discipulis suis, Quam difficiliter illum in regnum Dei intrabunt.*

24 *Itecum dico vobis, Facilius est camelum per foramen super verbis illius. At Iesus rursum re-acu stransfere quam diuitem in sondens dicit illa, Filii quam difficile camelum per foramen acus regnum Dei ingredi.*

M A R C. X.

23 *Et quum circumplexisset Iesus, discipulis suis, Quam difficulter illum in regnum Dei intrabunt.*

24 *Discipuli vero obstupuerunt intrabunt.*

L V C. XVIII.

24 *Videns autem Iesus, quoniam discipuli difficulter illum in regnum Dei intrabunt.*

25 *Facilius est enim regnum Dei audire.*

gregia scilicet permutatio, dum pauperibus erogare iussi quod iuste possident, suo non contenti, aliena rapiunt.

21 *Marc. Intuitus eum Iesus dilexit.) Quod hinc Meritum de congruo. colligunt Papistæ, opera moraliter bona (qua non sunt Spiritus intinctu, sed regeneratione præcedunt) de congruo mereri, nimis puerile commentum est. Nam si ex amore Dei infertur n. erit, ranas & pulices dicemus mereri, quia Deus sine exceptione creature omnes amore proficit. Distinguere ergo amoris gradus operæ pretium est. Quod ad præsentem locum attinet, breuiter tenere sufficiat, Deum non nisi filios suos quos Spiritu adoptionis regeneravit, paterno amore complectit: atque hac dilectione hieri vt cor eius tribunali probentur. Secundum huc sensum, diligia Deo, & coram eo iustificari, synonyma sunt. Interdum vero Deus quos non probat nec iustificat, amare dicitur, nam quia grata est humani generis conseruatio (qua iustitia, equitate, moderatione, prudentia, si, & temperantia constat) politicas virtutes anare dicitur: non quod salutis vel gratiarum meritoria sint, sed quia ad finem spectat illi probatū. Hoc sensu secundum diuersos respectus Aristoteles, Fabritius, & Imaunt, & odio h. buit. ī quantum eos iustitia externa ornauerit, idque in bonum commune, opus in illis suū amavit. Quia tanē in purum cor erat, nihil ad comparandum iustitiā illis profuit externa iustitia species. Scimus enim sola fide purgari corda, & Spiritum rectitudinis solis Christi membris dari. Ita soluitur quælibet, qui fieri potuerit vt Christus hominem superbum & hypocritam diligenter, quum his duobus vitiis nihil odiosius sit Deo, neque enim absurdum est, bonum semen quod indidit Deus quibusdam naturis, ab ipso diligi, vt tamen & personas & opera propter corrumptam reiciat.*

22 *Math. Abiit tristis.) Exiit tandem ostendit quām procul ab ea perfectione absit: iuuenis ad quam eum Christus vocabat, qui sit enim vt se à Christi schola subducatur: nisi quia molestum est diuitiis spoliari? Atqui nisi ad pauperiem ferendā parati simus, concupiscentiam in nobis regnare palam est. Atque id est quod principiò dixi, quod Christus iustitiam vendere omittere, non fuisse additamentum ad Legem, sed probationem larentis virtutis, nam vt hoc vel illo virtu quoque magis laboret, ita eius reprehensione in lucem maxime protrahitur. Porro hoc exemplum admonet, vt constanter perseveremus in Christi schola, carni renuntiandum esse. Discit̄s à Christo hic iuuenis qui & discendi studium & molestiam attulerat, quia diuinum fuit familiari virtu valedicere. Idem & nobis contingit nisi gratia Christi dulcedo nobis insipidas reddat omnes carnis illecebros. Fueritne temporalis hæc tentatio, vt postea resipuerit iuuenis, nescitur. probabilis tamē conjectura est, avaritia sua fuisse abstractum, nequid proficeret.*

23 *Et quum circumplexisset Iesus, discipulis suis, Quam difficulter illum in regnum Dei intrabunt.*

24 *Facilius est enim regnum Dei audire.*

25 Auditis autem his discipulis eius expauerunt valde, dicentes, Quis ergo potest salutis fieri?	regnum Dei ingredi.	25 Facilius est camelum perforamen acus ingredi, quam diuitie in regnum Dei ingredi.	26 Dixerunt autem quia audierant, Et quis potest salutis fieri?
26 Intuitus autem illas, Iesu dixit illis, Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt.	26 Illi vero supra modum admirati sunt, dicentes intra se, Et quis potest esse saluus?	27 Sic ille ait, Quae impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.	
	27 Intuitus autem Iesu illos, dicit, Apud homines impossibile, sed non apud Deum: nam omnia possibilia sunt apud Deum.		

23 Dives difficile intrabat in regnum.) Admonet Christus non modo quam fontica & mortis sera sit pessima auraria, sed etiam quantum impedimentum alterant diuitiae. Apud Marcum quidem dicti sui alperitate mitigat, dum ad eos solos referuntur quod in diuitiis fiduciam locant. Sed his verbis priorem sententiam confirmari magis quam corrigit existimat: ac si negaret debere illis mirum videri quod diuitibus ingressum in regnum celorum tam difficilem faciat quia commune sero omnibus ualens est, opibus suis confidere. Porro omnibus perinde utiles est haec doctrina, nempe diuitiis, ut de periculo suo admoniti caueant: pauperibus, ut forte sua contenti, non adeo cupidè appetant quod maiori nox quam lucro futurum esset. Certum quidem est, diuitias sua natura minime obstrue quominus Deum sequamur: sed quae est humani ingenii prauitas? Hieri vix potest quin se ingurgitent quibus suppetit largior copia. Ita quibus affluunt diuitiae, velut catenis deuincios tenet Satan, ne in celum aspirentem se ipsi defodiunt & constringunt, totisque terre incipiunt. Simile camelis, quod paulo post additur, difficultatem amplificat: nam diuitiae superbia & confidentia magis turgere significat quam ut ad se angustias, in quibus tuos Deus continet, redigi finant. Camelis voce funem nauticu[m] potius quam bellu[m] notari arbitror.

25 Auditis autem his discipulis eius.) Mirantur discipuli: quia non parum anxietatis inicere nobis hoc debet, diuitias ingressum obstrui in regnum Dei, nam quoque verramus oculos, milles obstacula nobis ingerent. Notemus autem sic admiratione perculso suisse, ut tamen non refugerint à Christi doctrina. Secus ille cuius nuper

facti sunt mentio: nam sic eum det erret pracepti austerioritas ut à Christo diuortium faciat: autem quanuis trepidant ac fescientur quiniam saluus esse queat, cum sibi tamen aliò non reflectunt, sed cupiunt desperationem vincere. Ita nobis i rode rite expauecerit ad Dei minas, quoties triste aliquod & metuendum denuntiat: modò ne languescant animi nostri, sed potius exerceantur.

26 Apud homines hoc impossibile est.) Non pro sensu omni solitudine liberat Christus suorum mentes: qui illis utile est sentire quam arduus sit in celum ascensus. Primum, ut conatus omnes suos hui intendant: inde ut libi diuitiis virtute implorentur in celo. Videmus quanta sit nostra pigritia & securitas, quid fieret si per molles iucundianque planicie sanguiter, anima causa sibi ambulandum esse putarent fide es? Haec igitur ratio etsi cur non extenuerit Christus periculum (quod tamen incussum discipulis timorem videt) quin potius augeat. Nam quum prius tantum dixisset difficile esse, nunc impossibile affirmat. Vnde apparet præposteros esse doctores qui sic verentur dereliquerunt loqui ut carnis ignauie indulgerent. Atqui potius sequi decebat Christi regulam, qui sic temporat sermonem, ut homines in scipis prostratos recumbere doceat in unam Dei gratiam, simulque ad preces stimuleret. Ita prudenter succurrunt hominum infirmatim, non illis quicquam tribuendo, sed eorum mentes erigendo ad sperandam Dei gratiam. Hoc autem Christi response vulgare illud axioma (quod ex Hieronymo haferunt Papistæ) refellitur, Quisquis Legem dixerit observari impossibile, anathema sit. Claret, in pronuntiat Christus possibile non esse hominib[us] viâ salutis tenere, nisi quatenus illis Dei gratia succurririt.

M A T T H . X I X .

27 Tunc respondens Petrus dicit ei, Ecce nos reliquimus omnia, & sequenti sumus te, quid ergo erit nobis?

28 Iesu autem dixit illis, Amen dico vobis quod vos qui sequenti estis me, in regeneratione, quem sederit Filius hominis in solito ministeriis sue, sederitis & vos super solia duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

29 Et quisquis reliquerit dominos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros mea causa & Euangelium tribus Israel.

30 Quia recipiat centr-

M A R C . X .

28 Etcœpit Petrus dice-

re illi,

Ecce reliquimus om-

nia, & sequenti sumus te.

29 Respondens autem

Iesu dixit,

Amen dico vo-

bis, nullus est qui relique-

rit domum, aut parentes, aut

fratres, aut sorores,

aut patrem, aut ma-

tem, aut uxorem, aut li-

beros, aut agros mea

causa & Euange-

lium.

30 Quia recipiat centr-

28 Ait autem Petrus, Ecce nos reliquimus omnia, & sequenti sumus te.

29 Qui dixit eis, Amen di-

cor vobis, nemo est qui relique-

rit domum, aut parentes, aut

fratres, aut sorores, aut liberos

propter regnum Dei.

30 Qui non recepturus sit mul-

ti plura in hoc tempore, & in se-

culo venturo vitam eternam.

L V C . X X I I .

28 Vos autem estis qui per-

manatis mecum in tentatio-

nibus meis.

29 Et ego dispono vobis si

x iii

<i>30 tam eternam obtinebis.</i>	<i>in seculo venturo vitam aeternam. cui dispositus mihi pater meus</i>
<i>30 Multi autem priuilegiū e-</i>	<i>31. Multis autem primi erunt regnum:</i>
<i>runt nouissimi, & nouissimi ultimi, & ultimi primi.</i>	<i>30 Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo,</i>
<i>primi.</i>	<i>& sedeat is super solia, iudicantes duodecim tribus Israel.</i>

Tacite se & alios discipulos diuiti Petrus comparat, quem mundus alienauerat à Christo. Quia autem inopem & erraticam vitam non sine proibro & molestiis duebant, nec melior in futurum temporis conditio se ostendebat: merito querit an frustra relictis suis omnibus se Christo addixerint. Absurdum n. erat spoliatos, à Domino non restituti in melius. Sed quā erant illa omnia? nam quin ignobiles essent & pauperculi homines, vix fuit domi quod relinquerent. ridicula ergo videri potuit hæc iactantia. Et certe experientia ostendit quām liberaliter sua erga Deum officia vulgo astimunt homines. sicuti hodie qui ferē mendici erant in Papau, fastuose exprobrant se Evangelij causa magnam iacturam fecisse. Excusati tamen possunt discipuli, quod licet nunquam splendida fuissent fortunæ, inanariis tamen operis non minus hilariter domi vinebāt, quām opulentissimus quisque. Et scimus tenues homines quietæ & pudicæ vite afflictos, ab vxorib. & liberiæ ægris auelli quām quos iactat ambitio, vel prosperæ fortunæ aura hic illuc rapit. Certè nisi discipulis reposita fuisset aliqua merces, stulte genus vita mutassent. Ceterum vt in hac parte excusabiles sint, in eo tamen peccant, quod militia nondum defuncti, iam sibi triumphum decerni postulent. Tale moræ tardium siquād nobis obrepitat, ac nos impatiens sollicitet, discamus primum reputare solitam quibus in hoc mundo crucis acerbitudinem Dominus lenit: deinde ad spem cœlestis vita nos erigere. Nam his duobus membris Christi responsio continetur.

28 Matth. *Anen dico vobis.*) Ne se operam lusisse putent discipuli, atque eos incepti cursus pœnitentiat, Christus admonet regni sui gloriam, qua tunc adhuc latet, manifestandam fore, ac si diceret, Nō est cur vos ista contemptibilis fortuna debilitatem. nam ego, qui vix inter postremos iaceo, stande maiestatis solium confundam. Pausi spero igitur durate, vsquedum aduenient manifestanda in ea gloria tempus. Quid autem illis rū promittit? ne mēce eiusdem gloriæ fore socios. Sola enim illis tribuens ex quibus iudicent duodecim tribus Israel, legatis eos comparat, vel primis cōsiliariis ac præsidibus, qui in regio consensu primas sedes occupant. Scimus Apostolos duodecim numero fuisse electos, vt ita testatum fieret, Deum exhibito Christo dispersas populi sui reliquias velle colligere. Hæc summa erat dignitas, sed adhuc occulta: ideo Christus usque ad ultimam regni sui manifestationem eorum vota suspendit, vt tunc denum electionis sue fructum percipient. Quanquam autem in Euangelij predicatione aliqua ex parte eniuit regnum Christi, non tamen dubium est quin de extremo die hinc loquatur Christus. In regeneratione. Quidam haec particularam ad sequentem contextum reiciunt. Ita regeneratione nihil aliud esset quām nullitas quæ instauratione nostri sequetur, dum absorbebitur quod mortale est à vita, & corpus nostrum humile in cœlestem Christi gloriam trans-

figurabitur. Sed ego generationē potius ad priorem Christi adventū refero: qui tunc cœpit renovari mundus, & ex mortis tenebris Ecclesia in lucem vitæ emersit. Atque hæc loquendi ratio paſsim occurrit in Prophetis, & ad huius loci circumstantiam optimè quadrat. Nam toties promissa Ecclesia renovatio spem fecerat mirè foliis simulataque apparuit iste Mefsius. Christus ergo, vt errorem illum cohíbeat, inter regni sui principium & complemēntum distinguit.

28 Luc. *Vos autem e/is.*) Quā quām diuersum Christi sermonem & alio tempore h. bitum videtur referre Luc. s. ego tamen non dubito quin ad idem temporis pertineat, neque enim perpetua illuc narratur Christi concio, sed diuersæ sententiae, neglecto ordine t.c. poris, sicuti paulo pōst rufus dicendum erit. Ceterum pluribus verbis vtitur quām Matthæus. nam quia ipsum comitati fuerant Apostoli in tentationibus, & constanter perstiterant, confortes quoque gloriæ fore pronuntiat. Quæritur quo sensu tentationes suas appeleret. Ego verò certamina, quibus cum & Apostolos communiter exercuit Deus, notari existimo. ac merito Tentationum voce vsus est, quia verè secundum humanæ naturæ sensum probata fuit eius fides & patientia.

29 *Dispono vobis regnum.*) Non præsides tantum eos hic facit, sed Reges: quia regnum quod accepit à Pare illis communicat. Emphasis autē subiecta in verbo Disponendi, ne rapido desiderij fervore nimis accelerent ad regnum occupandum, cuius ordinandi ipse unus est legitimus arbitrus: & suo exemplo eos ad patientiam hortatur. Quāquam enim Rex erat à Pare destinatus, non tamen statim in suam gloriam euectus est: imò se ipsum exinanivit, & per crucis gloriosiniam adeptus est regnum horum. Edece & bibere super mensum suum metaphoricè posuit, pro eo quod est communis gloria esse socios.

29 Math. *Quisquis reliquerit.*) Postquā suos mentes sursum exultit ad spem futura vitæ, solitatis etiam præsentibus eos sustentat, confirmatq; ad ferendam crucem. Neque enim suos Deus, licet graueriter affligi smat, vñquam tamen deserit quin suis subsidis compenseret eorum ærumnas. Neque hic tantum Apostolos alloquitur, sed sumpta occasione, generaliter ad pios omnes sermonem dirigit. Hæc summa est. Qui sponte omnia perdidirent ob Christi causam, fore tamen etiam in hac vita feliciores quām si integrè stetissent, præcipuum verò mercedem illis in celo esse repositam. Videtur tamen quod de centpla cōpenitiatione promittit, cum experientia minime congruere. Nā vt plurimū qui orbati sunt parentibus, vel liberis, aliisque cognatis, viuunt uxoribus, & fortunis nudati ob Christi testimoniū, ad eū suā non recuperant, vt in exilio solitarij & deserti cum dura egestate ægrè luctentur. Respondeo, si quis ritè præsentem Dei gratiam æstimet, quā suorum miseras subleuat, subebitur omnibus mundi opibus non temere præserri.

Quantumvis

Quantumvis enim florent increduli, quia tamē nesciunt quid sibi in crastinum instet, perplexos semper ac trepidos astuare necesse est, nec verò aliter frui possunt lata fortuna, nisi seipso quodammodo obstupescent. Interim suos exhiberat Deus, vt illis pluri sit longèque suauius tantillum boni quo fruuntur, quam si extra Christū illis afflueret immensa bonorum copia. Quo sensu additam apud Marcum interpretor hanc vocem, *Cum persequitionibus*, acsi dixisset Christus, Quanvis pios semper in hoc mundo persecutio-nes manent, & quasi eorum tergo crux adha-reat, tam dulce tamen esse conducentum gratię Dei quę ipsos exhilarat, vt illorum conditio Regum deliciis optabilior sit.

30. *Multi autem primi.*) Sententia hec ad ex-ecutēdā carī legitimi auditā fuit. Iau ad prēsumū Apostolū, quū vix ē carcerib. egr. si forent, properabant, atque hoc ferē ingenio su-nus omnes, vt niense transfacto petamus, tāquam emeriti milites, iude donari. Christus autem eos qui bēna cœperunt, ad strenuē pergēndū hor-tatur, sūmū que admonet, nihil profuturū cui so-rib. alacriter cœpisse, si in medio stadio deficiat. Sicuti & Paulus admonet, nō omnes qui currūt, ^{1. Cor. 9. 4.} prima potiri. Et ab aliī fideles hor-tatur suo exēpto, ^{24.} Philip. 3. c. vt eorū quę à tergo sūt oblieti, ad residuā cursus ^{3.} sui partē nitanuntur. Quoties ergo nobis in men-tē venit cœlestis corona, quasi nouis stimulis pun-gi nos decet, ne in posterū remissiores simus.

M A T T H. X X.

M A R C. | L V C.

1 *Nam simile est regnum calorum homini patris famili-as, qui exiit primo statim diluculo ad conduendos operarios in vineam suam.*

2 *Convenzione autem facta cum operarijs in singulos dies denario, mi-sit eos in vineam suam.*

3 *Etegressus circiter horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos.*

4 *Et dixit illis, Ite & vos in vineam: & quodcumque iustum fuerit dabo vobis.*

5 *Illi autem abierunt. Rursum autem exiit circiter horam sextam & no-nam: & fecit similiter.*

6 *Circa undecimam vero exiit, & inuenit alios stantes otiosos, ac dicit illis, Cur hic statis totum diem otiosi?*

7 *Dicunt ei, quia nemo nos conduxit. Dicit illis, Abite & vos in vineam, & quod iustum fuerit accipietis.*

8 *Quum autem vespera facta esset, dicit dominus vineae economo suo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a postremis usque ad primos.*

9 *Et quum venissent qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singuli denarium.*

10 *Venientes autem primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi. & acceperunt ipsi quoque denarium.*

11 *Eo autem accepto, murmurabant contra patrem familias,*

12 *Dicentes, Hi nouissimi unam horam fuerunt in opere, & illos pares nobis fecisti, qui portanimus pondus diei & astum.*

13 *At ille respondens uni eorum, dixit, Amice, non facio tibi iniurias: nonne denario pactus es mecum?*

14 *Tolle quod tuum est, & abi: volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi.*

15 *An non licet mihi quod volo facere in rebus meis? an oculus tuus malus est quod ego bonus sum?*

16 *Sic nouissimi erunt primi, & primi nouissimi. multi enim sunt voca-ti, pauci vero electi.*

Quum hæc parabola nihil aliud sit quam proxima sententiaz confirmatio, Erunt primi nouissimi, nunc videndum quomodo aptanda sit. Qui-dā interpres hæc summā colligunt. Quia nō operū meritis acquiritur cœlestis hereditas, sed gratis donatur, & qualē fore omnī gloriā. Atqui nō disputat Christus vel de cœlestis gloriæ æqualitate, vel de futuro priorū statu: fed hoc tantū pronun-tiat, causam non esse cur glorietur vel aliis insul-tent qui tēpore sunt priores: quia Dominus, quō-ties ita placuerit, vocare poterit quos visus est ad tēpus negligere, eōsque vel æquare vel præferre priorib. illis. Siquis exactē singulas huius parabo-læ partes discutere velit, inepita erit eius curiosi-

tas. Nihil ergo amplius querēdū quam quod tradere Christi consilii fuit. Porro iam diximus nō aliò cum spectaclo quam vt suos ad pergeñdū cō-tinuis stimulis incitaret. Scimus legitimi ferē ex-nimis fiducia nasci, ita sit vt multi, quasi stadio confecto, in medio cursu desideant. Idēo nos iu-bet Paulus quę à tergo sunt obliuisci, vt cogitan tes quid nobis adhuc sit residuum, nos ad strenuē currentium acuamus. verba tamē percurrere nihil nocebit, vt clariū inde elucet doctrina.

1 *Nam simile est regnum calorum.*) Sensus est, eandem esse rationē Diuinaz vocationis acsi quis piām operarios ad vineę suę culturam manē cer-to pretio cōducere, alios deinde submitteret si-

ne pactione: quibus tamen parem mercedem renderet. Regni autem celorum ideo meminit quia spirituali et vitam terrena comparat, vitaque eterna primum, pecunia qua homines operas sibi praestitas munierantur. Locum hunc quidam subtiliter accipiunt, acsi discerneret Christus Iudeos à Gentibus. Iudeos enim prima horadidunt fuisse pacta mercede vocatos, quia Dominus vitam eternam sub conditione illis promisit, si Legem implerent. In gentibus autem vocatis nullam fuisse pactionem interpositam, saltem operum: quia gratis oblata illis fuit in Christo salus. Sed importuna sunt omnes huiusmodi argutiae: quia discrimen in pacto minimè statuit Dominus, sed tantum in tempore, quod qui ultimi sub vesperam ingressi sunt in vincere, tandem cum primis accipiant mercedem. Quanvis enim Deus olim Iudeis mercedem operum in Lege promiserit, scimus tamē hoc caruisse affectu: quia nemo salutem meritum suis vnguain adeptus est. Cur ergo di: et qui piani pactionis expresse meminit Christus, de primis loquens, in aliis verò tacuit? Nempe vt doceret, sine cuiusquam iniuria postremis haberi tantum honoris acsi ab initio vocati essent, nam propriè loquendo, nemini quicquam debet: iuré que suo exigit à nobis (quos sibi habet adductos) quecumque in nobis sita sunt obsequia. Sed quia gratis mercedem nobis offert, dicitur operas, sibi alioqui debitas, cōducere. Hinc sit ut etiam mercedis nomine dignetur quā gratis donat coronam. Porro vt ostenderet nullam nobis esse causam expostulandi cū Deo, si honoris socios nobis adiungas qui lōgo interhallo nos sequuntur sunt, similitudinem mutuatus est ex communi hominum more, qui prius de mercede trāsigunt quā operarios iuittant ad laborem. Cæterū si quis hinc colligat creari homines ad aliquid agendum, ac suam cuique prouinciam Divinitus iniungi, ne ignavi desident, non torquebit Christi verba. Colligere etiam licebit, inutile esse totam vitam nostram, & merito nos inertiæ damnari, quo usque ad Dei mandatū & vocacionem quisque vitam suam cōponat. Vnde sequitur, statagendo nihil proficeret qui temere hoc vel illud vitę genus suscipient, nec expectet Dei vocantis natum. Postremò elicetur etiam ex Christi verbis, eos demum placere Deo qui in fratum utilitatem laborant. Denarium (qui paulo plus quatuor caroles Gallicis valebat) diurnę operam ordinariam fuisse mercedem probabile est. Hoc.

MATTH. X.

17 Et ascendens Iesus Hierosolymam, assump̄t̄ es Hierosolymam, & precedebat illos duodecim discipulos eius, & erantque panefacti, & se sum in via, & ait illis. quentes timebant: & assump̄t̄ rursum in via, & ait illis.

18 Ecce consendimus vos duodecim, & eip̄t illis dicere quae sis Hierosolymam, & Filius biuenitura erant. hominis tradetur principib⁹: & Sacerdotum, & concubinum placere Deo qui in fratum utilitatem laborant. Denarium (qui paulo plus quatuor caroles Gallicis valebat) diurnę operam ordinariam fuisse mercedem probabile est. Hoc.

19 Et tradent eum Genbunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum, & tib⁹: flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurgent.

MARC. X.

32 Erant autem in via ascenden-
duodecim discipulos eius, & erantque panefacti, & se sum in via, & ait illis. quentes timebant: & assump̄t̄ rur-

33 Ecce ascendimus Hierosolymam, & Filius hominis tradetur principi-
demnabunt eum morte. bus Sacerdotum & Scribis, & damna-

34 Et illudent ei, & flagellabunt eum, & confundent in eum, & interficien-
t eum, & tertia die resurget.

LVC. XVIII.

31 Assump̄t̄ autem Iesus duodecim, & ait illis. Ecce ascen-
dimus Hierosolymam, & cōsum-
mabuntur omnia que scripta
sunt per Prophetas de Filio ho-
minis.

32 Tradetur enim Gētibus,
& illudetur, & cōtumelias affi-
cietur & confuetur:

33 Et postquam flagellaue-
rint, occident eum: ac teritis
die resurget.

34 Et ipsi nihil horū intel-
lexerunt: & erat verbum hoc
absconditum ab eis, & non in-
telligebant quae dicebantur.

Tamen si admoniti prius fuerant Apolto si quis exitus Dominum maneret, quia tamen non satis protecerat, quod sepius dixerat, nunc de integro repetit. Vider instare diem mortis: iuio iam est in procineto ut seipsum immolandum offerat. discipulos autem non modo timidos, sed cœca formidine attonitos videt. Horatur ergo ad constantiam, ne mox sub tentatione deficiant. Porro duobus modis eos confirmationem quod futurum erat prædicens, non tantum eos munire subito malo præter opinionem circumuenti succubent: sed Veritatis sua specimen opponit crucis scandalum, ne brevis delectio eos examinet vbi persuasi fuerint ipsum esse Dei Filium, id quæ mortis victorem. Secundum confirmationis ratio est ex propria resurrectione. Sed verba proprius expendere conuenit. Miserere exprimit quod ab aliis duabus tacetur, prinsquam Dominus seorsum Apostoliis indicaret se recte ad mortis sacrificium pergere, tam ipso quām reliquo comites fuisse nō oportet & pauidos. Cur autem hoc nō eti corripi fecerint incertum est, nisi quia prius experti fuerant graves libi Hierosolymæ esse aduersarios. Christum ergo maliusserint in recessu aliquo extra telorum iactum quiescere, quām vltro se obnire tam infelitis horribus. Quaquā autem hinc tamen pluribus modis vitiosus fuit, quod tamen Christum sequuntur, hoc non vulgaris obscurantia & pietatis lignum est. Fuisset quidem longe melius, salariter & sine tristitia properare quoconque duce-re ipsos vellet Dei Filius: sed laude digna est reuerentia, quod vim libi facere malunt quām eum de serere.

17. *Afflupsi duodecim.*) Mirum videri posset, quum omnes consolazione indigent (quis eos pariter inuaserat timor) cur solos duodecim arcani sui consciens faciat. Ego vero existim⁹ mortem suam idē non vulgari⁹, ne ante tempus latius spargeretur rumor. Deinde quum præsentem admonitionis suæ fructum non speraret, eam apud pācos deponere satis habuit, qui postea futuri essent eius testes. Nam sicuti semen in terram iactum non statim germinat, ita scimus Christum Apostolis multa dixisse quæ non statim fructum protulerunt. Quòd si omnes promiscuè adhibuerit ad hanc sermonem, fieri poterat ut multi terrore correpti aufugerent, vulgiq; aures impremit hoc rumore. Ita gloria fuisset mors Christi, quān libi temere accelerare visus esset. Secretò itaque Apostolos alloquitur: ac ne eos quidem deligit tanquā ad profectum idoneos, sed (quemad-

modum nuper attigit) ut in posterum sint testes. Ceterū in hac parte Lucas junior est: quia non solū in Christo predicta fuisse narrat quæ instabant, sed additam simili doctrinam, implenda esse in Filio hominis quæ scripta etiam per prophetas. Nam hoc vñ cœnae tentationi opūlum ruit et meditūpiū ipsa crucis ignominia notas, quas certe quibus pronosticis fauoris auctorē Prophetae insignierant. Iaunus, e cubium est quin simil ex Propheta ostenderet Do., inus qualem deberent mortis sua fructum sperare. Neq; enim Propheta tātū docent Christum patiūrū: sed causam addunt, ut mundū reconciliet Do.

18. *Ecce confundendus.*) Hunc perspicillatus Divina fortitudine in tructum sufficentium ad vincendos mortis terrores, qui fuens & volens ad eā faveundam properat. Cur enim nullo cogente ad dira, carnificiam iter contendit, nisi quia cum inuicti Spiritus virtus, subacto nō eti, supra omnes humanos affectus extulerat? Quod ad eā circunstantias proprius designat, in eo magis lacuum Deitatis sue documentum proficit. Neque enim humanitus conicere potuit, postquam a scibis & Sacerdotibus damnatus foret, se tradidit iri Gentibus, ut ipsius & alii contumelias afficeret, flagellis cœsus, tandem rapitur ad supplicium crucis. Notandum verò est, quanvis Dominum minime literet sotiorum infinitas, grauius tamen scandalum non tegere. Namque nāmodum alibi diximus, nihil tunc ad percussas piorum venientes grauius accidere potuit quam videre totum sacrum Ecclesiæ ordinem a Christo aduersum, non tamen fūlendo, eorum infirmatam partit, sed rem ipsam ingenuè declarans, modum ostendit vincendæ tentationis, nempe ut resurrectionem certo expectent. Sed quia necesse erat mortem præcedere, interea ipsorum triumphum in spe constituit.

34. *Luc. Nihil horum intellexerunt.*) Quisnam hic fuit stupor, non intelligere quæ clare & familiariter de re non subtili, nec recondita, sed cuius suspicione aliquam ipsi sente conceperant, Christus illis dicebat? Vt tamen hic quoque memoria repetere conuerit quod alibi auctorū, ideo fuisse retētos in tam crassissimā rancia, quia quām libi letum & felicem pro omnī suū finivissent, prōsummo absudō dixerit, Christum proboscrufigi. Vnde colligimus quantopere mentes hominū in dementē fallax imaginari. Quo in giscuendum est ne quibus figurantis impliciti cœcūtiamus in luce.

M A T T H. X X.

20. *Tunc accessit adeum mater filiorum Zebdei, et, cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo.*

21. *Allel dixit ei, Quid vidi? Ait illi, Dic ut facias nobis. sed eam hi duo filii mei, unus ad dextram tuam, & alter ad sinistram, in regno tuo.*

22. *Respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petatis, potestis bibere poculum quod ego bibi, unus à dextrata tua, & alter à sinistra tuarum sum, & baptizante quo ego baptizor, baptizante se deamus in gloria tua. Ptzari? Dicunt ei, Possimus.*

23. *Ait illis, Poculum quidem meum bibere possitis, & baptizante quo ego baptizor, baptizante quo ego baptizari?*

M A R C. X.

35. *Et accedunt ad eum Iacobus & Iohannes filii Zebdei, dicentes, Preceptor, volumus ut quicquid perierimus:*

36. *Illi vero dixerunt, Da nobis ut facere vobis?*

37. *Illi vero dixerunt, Da nobis ut quid petatis, potestis bibere poculum quod ego bibo, & baptizante quo ego baptizo, baptizante se deamus in gloria tua.*

38. *Iesus autem dixit illis, Nescitis quid petatis, potestis bibere poculum quod ego bibo, & baptizante quo ego baptizor, baptizari?*

L V C.

stram meam, non est meum dare, sed ijs continget quibus paratum est à Patre meo.

39 At illi dixerunt ei, Possumus. Iesu autem dixit illis, Poculum quidem quod ego bibo, bibetis, & baptizate quo ego baptizor, baptizabimini:

40 Sedere autem à dextris meis & à sinistris meis, non est meum dare, sed ijs continget quibus paratum est.

Hæc historia illustre continet speculum humanae vanitatis, docet enim recto piisque zelo ambitionem lèpre esse impicitam, vel aliud carnis vitium: ut qui sequuntur Christum, alio respiciant quām oportet. Porro à scopo perperam aberrant qui vno ipso non contenti, hoc vel illud querunt extra eum & eius promissiones. Nec satis est ini-
ritio animum simpliciter ad Christum adiicere, nisi eiusdem se, per maneat puritatis tenor: quia sape in medio cursu obrepunt vitiosi affectus quibus in oblīquā abstrahimur. Sicut credibile est duos Zebdae filios synerē primū Christo nomen dedisse: sed vbi apud eum se non vulgari gratia pollere vident, & audiunt regni propinquū fieri mentionem, statim ad prauam cupiditatem feruntur ipsorum animi, ijsq̄e liberaliter in officio manere piget. Hoc si du bus summis discipulis contigit, quām sollicitè ambulare nos decet, si à recta linea deflectere nolumus. Præsertim vbi plausibilis aliqua occasio se offert, caueandum ne honorum cupiditas pietatis affectum inficiat. Cæterū quāquam in verbis nonnihil discrepant Matthæus & Marcus, in rei tamen summa conueniunt. Dicit Matthæus venisse vxorem Zebdei, & filiis postulasse ut primi in regno Christi sedarent: Marcus ipsos rogantes inducit. Sed probabile est, quia illis oblitus pudor, matrem astutè fuisse interpositam, quā audaciū peteret. Ab ipsis autem profectū esse votum hinc colligitur, quod Christus illis, non matri respondit. Deinde quod mater supplex aliquid se velle petere ostendit antequam proferat quod habet in animo. Et ipsi etiā apud Marcum in genere stipulantur, concedi sibi quicquid petierint. Hæc timida insinuatio inalē sibi conscienti suisse testis est.

21 In regno tuo. Hoc in filiis Zebdei laude dignum fuit, sperare aliquod Christi regnum cuius ne minima quidem umbra tunc apparebat. Videt sub ignobilis serui habitu contemptibilem: in modo vident mundo sordere, multisque probris subiectum: brevi tamen magnificum fore regem sibi persuadent, quia sic docuerat. Præclarum certè fidei exemplum: sed hinc perspicimus quām facile purum seleni, simulac cordibus nostris institutum est, degenerat in corruptelas: quia umbratilis sibi regnum imaginasti sunt, & mox ad primas sedes appetendas flulte delapsi. Ergo quum ex generali fidei principio, quod per se non parum laudabile erat, fluxerit hæc prava cupiditas, roganus est Dominus non tantum ut nobis aperiat mentis oculos, sed etiam ut perpetuo dirigit, teneatque intentos ad rectum scopum. Roganus etiam non modò ut fidem nobis inspiret, sed ut puram conferuerit ab omni mixtura.

Nescius quid petierit. Dupli nomine damnanda fuit corum inficta: primū quod ambitionēs apperent plus quām decebat: deinde quod pro cœlesti Christi regno aëreum phantasina conceperant. Quod ad primum spectat, quisquis gra-

tuita Dei adoptione nō contentus eminere appetit, extra metas suas vagatur, sc̄e; importunè ingērens ultrà quām decebat, ingratus est Deo. Jam spirituale Christi regnum sensu carnis noltræ meritum in his peruersum est. Ex quidem eo magis cauendæ sunt otiosæ speculations quo magis humana ingenio attident. Incuti videamus sophistarum libros inanibus eiusmodi figmentis retortos esse.

Potes bibere poculum. Ut ambitionem corrigat, & à peruerso desiderio eos reuocet, crucem & omnes ærumnas illis proponit, quæ Dei filii subeundæ sunt, acsi dixisset, Tantumne vobis est otij à præsenti militia, ut triumphi pompas iam ordinetis? Nam si vocatiois sue exercitus serio fuissent dediti, præz huic imaginationi locum nunquam dedissent. Quare hac tententia Christus eos qui ante tempus palmarum arripunt, in meditandis pietatis officiis occupari iubet. Et certè hoc frātio optimè ambitio complicitur: quia talis est nostra conditio, quandiu in mundo peregrinatur, ut vanas delicias excutere debeat. Circumstant nos mille pericula: nunc insidiis, & quidem variis nos hostis adoritur: nunc aperta vi insultat. Nōnae plusquam stupidus est qui inter tot mortes fecurè in triumpho pingendo se oblectat? Certos quidem de victoria suos esse iubet Dominus, & in media morte triumphum canere, quia aliter ad strenuè pugnandum animati non forent: sed aliud est spē mercedis sibi Diligitus profita se alacriter ad pugnandum accingere, totóque studio hoc eniti: aliud certaminum inmemores, relicto hoste, neglectisque periculis ad triumphum præcurrere: cuius expectandum erat matutinū tempus. Adde quod hæc præpostera celeritas ut plurimū à vocatione sua homines abducit. Quemadmodum enim ut quisque in bello ignavissimus est, cupidius ad prædam aduolat: sic in regno Christi nulli primum magis appetunt quām qui subterfugiunt omnem laboris molestiam. Merito itaque Christus inani gloria elatos in statione continent. Summa autem est nemini paratam esse coronam nisi qui legitime certauerit: ac præcipue neminem vitæ & regni Christi fore consorte, nisi qui passionem & mortis socius ante fuerit. In nomine Baptismi, ratio metaphoræ aptè constat. Scimus enim Baptismo ad sui abnegationem, ad veterem hominem crucifigendum, denique ad crucis tolerantiam initiari fideles. In voce Calicis dubium est an ad sacra Cæsse mysterium allusserit Dominus, sed quia nondum in usu tunc erat, simplicius accipere malo pro mensura afflictionum, quam Deus cūque definit. Nam quia eius est pro suo arbitrio singulis imponere suum onus, querit admodum paternas portiones inter suos distribuit ac partitur, ideo dicitur calicem dare bibendum. Ceterū his verbis non vulgaris subest consolatio ad lenientiam crucis acerbitudinem, dum in ea Christus se nobis adiungit. Quid enim magis optabile quām

quām omnia habere cū Filio Dei cōmuniā? sic enim hū vt quā prima specie mortalia apparēt, nobis cedat in salutē & vitā. Qui verò proflus à cruce immunit ēst cupit, quomodo inter Christi discipulos cēsabitur, qui eius Baptismū subire recusat? nā hoc nihil aliud est quam se à primis rudimentis subducere. Iam verò quoties Baptismū fit mētio, veniat nobis in mentem, hac lege non esse baptizatos, & in hunc finem, vt humeris nostris crux adhēreat. Quōd Iohannes & Iacobus tam securè iactant fe ad bibendum calicem ēst paratos, in eo perspicitur carnis confidentia, nam extra telorum iactum videmur nihil non posse. Ac paulo post turpis euentus eorum temeritatē detexit, hoc tamen fuit in illis boni, quōd ad vtrāq; formētati parati fe ad crucem ferendam obtulerunt.

23 Poculum quidem nūm.) Quia discipuli erāt, necesse erat magistro configurari. Demuniat autem illis Christus quod futurum est, vt se ad patientiam cōparentac sub duorū hominū persona suos omnes alloquitur. Nam etiā multi fideles suo fato, non violenta, nec sanguinaria morte intereunt, omnibus tamen communē est (sicuti Rem.8.f.19. Paulus docet) conformari ad Christi imaginem. Itaque tota vita oves sunt mactationi destinata.

M A T T H . X X .

24 Et quām audīsset decem, indignati sūnt de duob. fratribus.

25 Iesūs autem vocavit eo ad se, & ait, Scitis quōd principes Gentium dominentur illis: & quām magni sunt, potestatem exercant in eas.

26 Non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos magnum fieri, si vester minister:

27 Et qui voluerit inter vos primus esse, si vester seruus:

28 Sicut Filius hominis non venit ut sibi ministretur, sed ut ipse ministret, utque det animam ve*it* ut sibi ministret, ac det animam suā tūs.

24 Quām audīsset decem,) Videtur Lucas cōcertationē hanc referre in aliud tēpus. Verūn quisquis prudēter caput illud 22. expendet, clare videbit sermones diuersi tēporibus habitos, neglegētō ordine simul cōtexti. Ergo cōtentio de primatu, cuius meminit Lucas, ab hoc sōtē profecta est, quōd filii Zebedai primas sedes in Christi regno ambierāt. Et tamē indignatio aliorū minimē iusta fuit, nā quālī stultus ambitionē in duob. graviore reprehēs effet, vt cū pudore à Christo discederēt, quid reliquias decē nocebat illos stultē optasle quod nō fuerant adepti? Nam quāvis merito eos pungere & amulatio, repulsa tamen eos placare debebat. Sed Dominus voluit hac occasione latētē in ipsius mortuum dēregi, nemo n. erat qui libēter aliis cederet, sed quisque occulētē spē primatus apud se fouebat. ita sit vt inter se inuidant ac cōtendant: in omnibus tamē regnet prava cupiditas. Quōd si rusticis & obscuris hominibus ingenitū fuit hoc vitium, & leui ac ferē nulla occasione erupit: quantopere nobis cauēdū est, vbi suppetit materia, que occulētū ignē cōcipiat? Itaq; videmus vt in potētīq; & honorum amplitudine ferueat ambitio, flammālque

Nōne est meum dare. Nihil hoc respōsō sibi Christus derogat, sed tantū admonet, minimē fuisse iniunctū sibi a Patre, hoc manus vt cuique propriam & distinctam sedem in regno celorum affigat. Venit quidem vt suos omnes colligeret in vitam æternam: sed nobis sufficere debet, quōd sanguine eius parta hereditas nos manet. Quo autem gradu alij supra alios emineant, neque nostrū est inquirere, neque Deus à Christo nobis patetieri voluit, sed vñque ad ultimam reuelationem differit. Nunc tenemus Christi confitum, neque enim de sua potestate hēc disputat: sed tantū reputari vult quorsum missus fuerit à Patre, & quid suæ vocationi conueniat. Ideoque ab arcane Dei consilio iniunctam sibi docendi rationē discernit. Utiles admonitio vt sobriū sapere discamus, nec purpurrē conemur in abdita Dei mysteria: ac præfertim ne in excutiendo futurā vita statu simus yltra modū curiosi, nondū enim apparuit quid erimus, donec nos Deus sibi reddidit similes. Ceterū notandum est, & qualitatē non statui inter Dei filios, postquam recepti fuerint in cælestē gloriam: sed potius singulis promitti eum honoris gradum ad quem æterno Dei consilio destinati sunt.

1.Iean.3.1.2.

M A R C . X .

41 Et quām audīsset dece, cōperūt indignari de Iacobō & Iohanne.

42 Iesūs autem quām vocasset eos ad se, dicit illis, scitis quād qui videntur imperare Gentibus, dominū minime ercent aduersus illas: & qui magnates sunt inter eas, potestātē exercent in illas.

43 Verūn non sic erit inter vos: sed quicunque voluerit ex vobis fieri magnus inter vos, erit minor.

44 Et quicunque ex vobis voluerit fieri magnus inter vos, erit minor.

45 Nam & filius hominis non sum ut sibi ministret, sed ut sum ut qui ministret.

L V C . XXII .

24 Facta est autem & cōtentio inter eos, quis ex illis videatur esse maior.

25 Dixit autē eis, Reges Gētiū dominantur eis: & qui potestātē habent super eas, beneſici vocantur.

26 Vos autem non sic: sed qui maiores ſi in vobis, ſiat ſicut iunior: & qui princeps eſt ſicut qui ministrat.

27 Nam vter maior eſt, qui accumbit, an qui ministrat? nōne qui accumbit?

Ar ego in medio vestrū sum ut qui ministrat.

longē & latē emittat, nī spiritus modestiā ē cēlo reflingat herentem in hominū natura superbiā.

25 Scitis quād principes Gentium dominentur illis.) Primo dicitur eos ad se Christus vocasse, vt teorū eos obiurgaret. Deinde hinc colligimus, quād eos ſuę cupiditatis pudaret, non palam questos eſſe, sed quālī raučū murmur fuisse subortū, & clam vñquenque ſe p̄tulisse alis. Porro nō generaliter dicitur quām mortifera sit peſtis ambitio, sed ſimpliciter admonet nihil eſſe ſtultus quām de nihilō pugnare. Ostendit n. priuatum qui certaminis inter ipſos cauſa erat, in regno ſuo nullum eſſe. Falluntur ergo qui dicitū hoc ad omnes pios promiscuē extendunt, quām tantū ex re ipſa doceat Christus ridiculos eſſe Apostolos, qui de gradu potentie vel honoris in ordine ſuo disceptant: quia docendi manus, ad quod destinati erant, mundi imperii nihil, affine habeat. Fateor quidem tam ad priuatos homines quām ad Reges & Magistratus parere hanc doctrinam: quia nemo in Christi grege censeret metetur nisi qui ſub humilitatis magistro ita proficit ut nihil ſibi arroget, ſed ad colēdum fraternum

amorem se submittat. Ethoc quidem verum: sed Christi consilium (vt dixi) fui, spirituale Ecclesie suæ regimen à terrenis imperiis discernere, ne Apostoli aulicas gratias ad se transferrent, nam vt quisque inter proceres à Regibus aniatu^r, ad opes & præfecturas concendet. Christus autem Pastores Ecclesie suæ præficit, non qui dominentur, sed ministrant. Ita refellitut Anabaptistarum error, qui Reges & Magistratus ab Ecclesia Dei exterminat, quia Christus negat suis discipulis esse similes: quū fiat hic comparatio nō inter Christianos & profanos homines, sed inter officia. Adeo quod non tam hominū personas respexit Christus quām Ecclesie suæ statum. Fieri enim poslet vt qui pagi vel viribus erit dominus, simul docēdi quoque munus, virgente necessitate, obeat. Sed Christo fatis fuit quid ferat munus Apostolicum, & quid ab eo alienum sit, tractare. Quaritur tamen cur Christus, qui ordines in Ecclesia distinctos in sicut, hoc loco gradus omnes repudiet, videtur enim sic omnes dei cicer, vel latenter inter se æquare, vt nullus supra aliis excellat. Atqui longè aliud dicit naturæ ratio. Et Paulus Ecclesie regimen describens, si varia ministeria recenset ut Apostolatus dignitas superior sit Pastorum officio: & Timotheum & Titum, hanc dubie ex Dei mandato cum autoritate aliis præesse iubet. Respondeo, si singula penitus excutimus, Reges ipsos nō iustē, nec legitimē dominari, nisi seruant: in hoc tamen differre munus Apostolicū à terreno principatu quod reges & Magistratus sua seruitus nō impedit quominus imperent, & quidem cum magnifico splendore & pompe emineant, supra subditos. Sic David, Ezechias, & alij similes, quū voluntarij essent omnium serui, sc̄ptro tamen, diametate & folio, aliisque insignibus fuerunt ornati. Ecclesie autem gubernatio nihil tale admittit, quia Pastoribus nihil plus Christus detulit quām vt ministri sint, à domino autem proflus abstineant. Hic quoque notandum est, magis de re ipsa quām de affectu haberi sermonē. Separat Christus Apostolos à Regum ordine, non quia Regibus sele efferre licet, sed quia aliter habet regia conditio quām munus Apostolicum. Ergo quin vi oīque humiles esse deceat, semper Apostolis videndum est quām regendæ Ecclesie suæ formā Dominus iostituerit. Quod ad verbū spectat, vbi Matthæus habet, Reges exercere potestatem in eis, apud Lucā legitur, Vocari beneficos, eodem sensu acsi diceret, rerum copiam affluere Regibus eōque in agis opibus pollere, vt munifici & liberales esse possint. Tamen enim Reges potentia sua magis gaudent, eāmque terrori esse malunt quām in populi consensu fundatam esse, laudem tamen munificentia appetunt. Vnde & nomen habent in lingua Hebraica: נָוִי יְהוָה enim vocantur à latendo: quia non alium in finem illis penduntur vctigilia & tributa nisi vt ad sumptus honoris splendoris necessarios sufficiant.

26 Non ita erit inter vos.) Nō dubium est quin

Christus stultam imaginationem perstringat, qua videbat Apostolos decipi. Stulte, inquit, & perperam regnum vobis fingitis, à quo ego abhorreo. Ergo si fidelem operam mihi impendere cupitis, alia vobis meditanda est ratio, vt certatum quisque vestrum studeat alii seruire. Ceterū impropriè loquitur, ministrum fieri iubens qui magnus eff̄ volet, neque enim patitur ambitio vt se quis fratribus addicat, inō subiiciat. Seruiliter quidem blanditi fateor qui ad honores aspirant, sed nihil illis minus propositum est quām seruire. Sed mens Christi obscura non est, quia enim quis que in amorem sui rapitur, alio hunc affectum transferri debere pronunciat, acsi diceret, Sit hæc vñica vestra magnitudo, excellētia & dignitas, fratribus vos submittete: sit etiam hic primatus, omnium eff̄teruos.

28 *Sicut Filius hominis.*) Exemplo suo Christus superiore doctrinam confirmat: quia ultro serui personam induerit, ac seipsum exinanierit, sicuti etiam Paulus docet. Porro vt clarius probet Philip. 2. 7. quantum ab altitudine absuerit, eos ad mortem suam reuocat: acsi diceret, Quia vos mihi honore proximos delegi, praua ambitio ad regnandum solicitat: ego vero (ad cuius exemplum vos formare vitam decebat) non veni vt me effteram, vel quicquam regium mihi usurpem: quin potius vñā cum ignobili & contemptu carnis habitu crucis ignominiam suscepi. Si quis obiciat, Christū ideo fuisse exaltatum à Patre vt coram eo electatur omne genu, in promptu est solutio, quod nūc dicit, ad tempus humiliacionis referre. Ideo apud Lucam additur, sic versatum esse inter eos acti es- set minister: non quod fuerit illis vel specie, vel titulo, vel re ipsa inferior (Magister enim & Dominus agnoscit semper voluit) sed quia ex cælesti gloria ad tantam mansuetudinem descendit, vt se rendis eorum infirmitatib. subfesser. Ad hæc memoriā tenēdum est, comparisonem hīc fieri maiori & minoris, sicuti apud Iohānem. Si ego qui Magister sum a Dominius, vobis laui pedes, multo magis hoc debetis alii aliis præstare.

Animam suam redemptionem.) Mortis (vt diximus) idēc facta est à Christo mentio, vt discipulos à peruerso regni terreni figmento abstracteret. Interea aptè sc̄tēque vis & fructus eius exprimitur, dum vitam suam premium nostras redēptionis esse afflīmat. Vnde sequitur nobis gratuitam esse reconciliationem cum Deo, cuius nō alibi quām in Christi morte pretium reperitur. Ita que hac vna voce euertitur quicquid de puridis suis satisfactionib. garriunt Papistæ. Porro quum nos sibi morte sua in peculium acquisierit Christus, adeo immensæ eius gloriæ nihil derogat hęc de qua loquitur subinīssio, vt eam maximē illustret. Multos ponit non definite pro certo numero, sed pro pluribus: quia se aliis omnibus opponit. Atque hoc sensu capitul ad Romanos 5. c. 15 Rem. 5. c. 16. vbi Paulus non de aliqua hominum parte agit, sed totum humanum genus complectitur.

MATTH. XX.

29 Et egredientibus illis ab Iericho, sequuta est eum turba multa.

30 Et ecce duo ceci sedentes in via mendicantes.

MARC. X.

46 Et veniunt Iericho, quūmque egrederebatur ab urbe Iericho, ac appropinquaret Iericho, cucus

discipuli eius & turba copiosa, filius quidam sedebat iuxta viam

LVC. XVIII.

35 Accidit autem quum discipuli eius & turba copiosa, filius quidam sedebat iuxta viam mendicans.

36 Et quum audiret turbam prætereuntem, interro-

maverunt, dicentes, Domine miserere nostri, filii David.

31 Turba autem increpabat eos ut tacerent, at illi magis clamabant, dicentes, Miserere nostri Domine, filii David.

32 Eflerit Iesus, & vocavit eos, & ait, Quid vobis?

33 Dicunt illi, Domine, ut aperiantur oculi nostri.

34 Misertus autem Iesus tergit oculos eorum, & confessim visum recipi perunt eorum oculi, & sequuntur eum.

47 Et quum audisset quod Iesus gabat quid hoc esset.

Nazarenus esset, caput clamare & dicere, Filius David miserere mei.

48 Et increpabant eum multi viacret. At ille multo magis clama bat, Filius David miserere mei.

49 Et sletit Iesus, ac iusit illum bant eum ut taceret. Ipse vero vocari. Et vocant cœcum, dicentes illi, multo magis clamabis, si illi Da

Bono animo esto, surge, vocat te.

50 Ille vero, abiecto pallio suo, surrexit, & venit ad Iesum.

51 Et respondens dicit illi Iesus, propon quaffet, interrogavit il

lum, Quid vis faciam tibi? Cœcus autem

dixit ei, Rabboni, ut vobis recipiam.

52 Iesus autem dixit illi, Abi, vobis recipiam.

53 Iles tua te saluum fecit. Et protinus

cepit vobis, & sequebatur Iesum per vobis; fidès tua te saluas facit.

54 Et confessim visum receperunt, & sequebatur illum, glorificans Deum. & omnis plebs ut vidu, dedit lindum vobis.

37 Dixerunt autem ei quod

Iesus Nazarenus transiret.

38 Et clamauit dicens, Iesu

Filius David miserere mei.

39 Et qui præbani increpa-

40 Stans autem Iesus iusit

thum adducit ad Iesum: & quum ap-

41 Dicens, Quid tibi vis fa-

ciam? At ille dixit, Domine, ut

42 Iunc Iesus dixit ei, Reci-

pevisi te saluare.

43 Et confessim visum rece-

perunt, & sequebatur illum, glorifi-

cans Deum. & omnis plebs ut

vidu, dedit lindum vobis.

29 Egradientibus illis.) Argutè sibi Osiander vobis est ex cœco uno quatuor facere. Atqui eius commento nūiāl est magis fruolum. Quia videbat Euangelistas in nonnullis verbis discrepare, fixit vni cœco in ipso urbis ingressu redditum esse vobis: secundum verò & duos alios illuminatos esse quum illinc Christus discederet. Atqui sic conuenient omnes circumstantiæ, ut nemo fanus credit diueras historias tractari. Scilicet (vt alia omittam) quum primum ad silentium conati essent adigere Christi conites, & præter spem suam fanari vidissent, mox idem tentassent in tribus reliquis. Sed nihil opus est singula persequiri, ex quibus sponte quisvis colligere rem vnam & eandem narrari. Sed offendit discrepanzia, quod Matthæus & Marcus miraculum vel in uno cœco vel duabus edidit, & fuisse dicunt quum Christus iam ex urbe egrediebatur: Lucas autem id factum esse commemorare antequam in urbem veniret. Deinde quod Marcus & Lucas non nisi de cœco uno loquuntur: Matthæus vero duos coniungit. Sed quin sciamus hoc yassim occurrere in Euangeliis suis, vt in eadem historia unus prætereat quod ab aliis dicitur: & rursus quod ab illis tacetur, clarissima exponat: nouum vel insolens in præsentis loco videri non debet. Ego quidem ita conicio, dum vobis appropinquaret Christus, cœcum clamasse: sed quoniam p̄st strepitu non esset auditus, viam obsecrante in urbis egrediu, & tunc deuenit fuisse à Christo vocatum. Itaque Lucas, à vero principio exorsus, non perlequit totam narrationem, sed transtulit Christi hospitium in urbe: alij autem duo folium terapus attingant quod p̄ proprius miraculo fuit. Coniectura autem probabilis est, vt sape Christus, fidem hominum probare volens, eos aliquantisper distulit, eodem examine in hoc cœco fuisse vobis. Secundi nodi per quām facilis est solutionem, & alibi vidimus vnum demona cum à Marco & Luca referri sanatum, vbi Matthæus duos nominat, sicuti & hoc loco. neque tamen ideo inter se dissident, quin potius proba-

bilis est conjectura, quum initio cœcus unus Christi gratiam imploraret, eius ex ample comotum fuisse alterum: atque hac occasione vobis duobus esse redditum. De uno vero tantum loquuntur sunt Marcus & Lucas, vel quia erat notior, vel quia in illo non minus insignis virtutis Christi specimen erat quam in duobus. Certe propter celebrem notitiam videbatur enim præfatis Marcus, qui tam ipsum quām patris nomen exprimit, non enim vel claritatem generis, vel ciuias commendat: nam mendicus erat ex infira plebe. Vnde apparet, quia vulgo nota erat eius calamitatis, nobilis fuisse miraculum in eius persona. Hæc mihi ratio esse videtur cur cum solum nominent Marcus & Lucas, de altero tacēt, qui erat velut inferior accedito. Matthæus autem osculatus testis, ne hunc quidem, quanq̄uis magis obicurum, prætermittere voluit.

30 Domine, misere ore.) Dixi nuper initium clamandi ab uno esse factum: sed alterum facile impulsi similis necelitas vt se quoque adiungeret. Porro non vulgare in Christo honorem dei: sunt petentes vt sui misertus, succurrat. Per invitos enim fuisse oportet, in eius manu esse auxilium vel remedium quo egebant, sed magis in eo spectanda est ipsorum fides quod Messiam fatentur, quem scimus hoc elogio notatum fuisse apud Iudeos. Confugunt igitur ad Christum, non modò tanquam ad Prophetam quenlibet, sed ad unicum salutis auctorem qui à Deo promisus fuerat. Clamor vehementia affectus indicium fuit, nam quā scient per pleroque odiosè loqui, quibus minime gratus erat Christi honor, metu superauit ardor desiderij, vt vocem liberè nihilominus extollerent.

31 Turba increpabit. Mirum est Christi discipulos, qui officij & reuerentia causa eum sequuntur, velle miseros à Christi gratia arcere, & quantum in se est viam obstruere eius virtuti. Sed hoc plerunque fieri solet, vt maior pars eorum qui nomen Christi profitentur, ab eis accessu nos

potius impedit vel moretur quam ad eum nos invicerit. Si per homines pios & simplices, quos ad sequendum Christum trahebat aliqua religio, motus est Satan duobus causis obstatulum ponere, quando id magis per hypocritas & perfidos efficiet, nisi nobis attendemus? Constantia ergo opus est quae impedimenta omnia transcendet, inquit quod plures obices ingent Satan, eò magis ad studium precdandi nos accendi conuenit: sicuti videmus causas duplicasse suum clamorem.

32. *Quid vultis ut faciam?*) Comiter & benignè rogar quid cupiant: quia statuerat eorum precibus annuere, neque enim dubium est quin peculiari Spiritus instinctu precati sint, quia licet non omnes à morbis corporalibus eruerunt vult Dominus: ita neq; simpliciter precari permittrit. Praescripta est nobis regula, quid, & quomodo, & quatenus petere debeamus: ab ea deflectere vult non est, nisi Dominus arcane Spiritus motu peculiare aliquod votum dicit: quod tarò contingit. Cæterum interrogat eos Christus, non tam ipsorum priuatum causa quam totius populi. Scimus enim ut mundus Dei beneficia sine sensu deuoret, nisi stimulis excitetur. Ergo Christus voce sua turbā astantem ad obseruandum miraculum erigit, secuti paulo post signo visibili, dum tactu aperit oculos. Quam dicit Matthæus Iesum fuisse misertus, non est participium eius verbi quo nuper in cæcorum persona vult fuerat. Illi misericordiam Christi implorabant, ut opem ferret miseri: nunc autem exprimit Euangelista non solum gratuita bonitate inductum fuisse Christum ut illos sanaret, sed quia eorum malo condoluit. Metaphora enim

sumpta est à visceribus, in quibus residet humana-
itas & mutua compassio, quæ nos ad proximos iuvandos incitat.

32. *Marc. Fides tua.*) Fidei nomine non tantum fiducia recuperandi vultus intelligitur, sed aliorum persuasio, quod cæcus hic Iesum agnoverat esse Messiam Divinitus promissum. Nec verò cœfusa quadam noutia singenda est, quia prius vidimus, ex Lege & Prophetis sumptat vultus hanc confessionem. Non enī temere Christo non enī filij David cæcus in posuit, sed eum amplexus est qualem ex Diuinis oraculis edocitus fuerat venturum. Fidei autem scribit Christus quod cæcus vultum recepit: quia tametsi ad incredulos quoque interdum Dei virtus & gratia penetrat, ne in tamē eius beneficiis rite & utiliter fruatur, nisi qui ea fide percipit: inò incredulis vultus donorum Dei adeò dulutaris non est, ut magis noxius sit. Quare hac vultus, cuius Christus meminit, non restrinquit ad externam sanitatem, sed sanam quoque saluâmque animam comprehendit, ac si diceret Christus, fide cæcum impetrasset ut Deo propria-
tio, voti composiceret. Quod si fidei respectu dignatus est Deus cæcum sua gratia, sequitur fidei iustificatum esse.

34. *Matth. Sequenti sunt eum.*) Hoc gratitudinis signum fuit, cæcos Christo se dare comites. Quanquam verò incertum est diuine hoc officium præstiterit: fuit tamen hoc grati animi, speculum gratiæ Christi multis in illo itinere p̄ḡbere. Addit Lucas, plebem dedisse gloriam Deo: quod ad probandam miraculi certitudinem valet.

MATTH. MARC.

LVC. XIX.

1. *Et ingressus perambulabat Iericho.*
2. *Et ecce vir nomine Zachæus, atque ipse princeps erat publicanorum, & idem erat diues.*
3. *Et querebat videre Iesum quis esset, nec poterat praeturba, quod statuit apud filium effet.*
4. *Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, ut videret eum: nam illuc erat transitus.*
5. *Et quā venisset ad locum, suspiciens Iesum vidit illum, dixitque ad eum, Zachæe, festinans descendere, quia hodie domi tuæ oportet me manere.*
6. *Et festi vians descendit, & exceptit illum gaudens.*
7. *Quāque viderent omnes, murmurabant, dicentes quod ingressus esset, apud hominem peccatorum diuersaturus.*
8. *Stans autem Zachæus dixit ad Dominum, Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.*
9. *Sit Iesus ad eum, Hodie salus domini huic contigit, eò, quod & ipse filius sit Abrahæ.*
10. *Venit enim Filius hominis querere & sernare quod perierat.*

Hinc apparet quā non fuerit curiosus Lucas in seruanda temporū serie. Postquam enim miraculū narravit, nunc recitat quid acciderit in urbe Iericho. Dicit autem, quā Christus se omnib; offert, per vias obambulans, vnum Zachæum eius vidēdi fuisse maximè cupidum. Signum enim vehementis desiderij fuit, arboreum concidere quām diuites ut plurimum sint fastuosi, siveque specie gratuitatis venditent. Fieri quidem potest ut idem alicui etiam optarint: sed hunc præ aliis omnibus merito celebravit Lucas, tum ob qualitatem per-

sont, tum ob miram, quæ repente extitit, hominis conversionem. Etsi autem in Zachæo nondum erat formata fides, fuit tamen hæc preparatio quædam. Neque enim Christi cōfessum sine cœlesti instinctu tantopere expeteret: dico in eum finem qui statim apparuit, quoddam enim laud dubiè impulit, vana curiositas ut Christi visendi causa, etiam ex locis remotis accurrerent: sed ex euentu patuit inclusum fuisse pietatis semen in animo Zachæi. Sic Dominus sāpe, priusquam se hominibus manifestet, cæcum illis affectum inspirat, quo feruntur

feruntur ad ipsum adhuc latenter & incogniti, quanquam autem nondum illis certa ratio, eos tamen non frustratur: sed se in tempore paretur.

5 *Zachæus,bode oportet.*) Memorabile gratia specimen, quod Zachæum præuenit Dominus, nec expectat eius invitationem, sed ultra domum eius hospitium sibi querit. Scimus quoniam odiosum tunc fuerit, ino detestabile nomen Publicani: idque paulo post exprimit Lucas. Insignis ergo Filii Dei humilitas, ad eum accedere a quo vulgus hominum abhorret, atque id priusquam rogetur. Sed nihil mirum si hoc honore dignetur quem iam occulto Spiritus motu ad se traxit: quia præstantius fuit dominus, in eius corde habitate quam domum ingredi. Haec autem voce retulamus et, se frusta nunquam queri ab hominibus qui syuerent eum cognoscere cupiunt. Nam longe, usquam sperauerat Zachæus adeptus est. Porro quo tan ta promptitudine obsequitur Zachæus, & celeriter ex arbore descendens, cum gaudio Christum excipit, in eo clarius adhuc perspicitur Spiritus sancti vis & directio, nam eti pura fide nondum imbutus erat, sicut tamen haec docilitas & obedientia, fidei principium.

7 *Quoniam viderent.*) Murmurant oppidi incole, & forte aliqui ex Christi comitibus, quod ad hominem mali & probrosum nominis dueverat, quoniam tamen penitus ipsum iniuraverat. Ita mundus quoniam expositam sibi Dei gratiam negligat, eam ad alios transferri morosè oblitus. Sed videamus quoniam iniquū fuerit murmur, absurdum esse putat quod hominem sceleratum dignetur Christus tanto honore. Peccator enim hic, ut pluribus a liis locis, non vulgari sensu capitur: sed hominem turpis ac flagitiosa virtus designat. Demus talem fuisse Zachæum: prius tamen querendum erat quo consilio illum sibi hospitem eligeret Christus. Nam dum fortis mormorant, intus magnificè Deus nominis sui gloriam illustrans improbabili calumniam refutat. Fuit enim admirabile Dei opus Zachæi conuersio: nec tamen iusta ratio etat cur Zachæum infanzie notarent. Vestigialū redemptor erat, atqui vestigialia colligere per se nullum est scelus: sed apud iudeos ordo ille ideo infanzie & odio flagrabit, quod nihil magis indignum putabant quam se esse tributarios. Sed qualisque esset Zachæus, laudabilis tamen, non culpanda fuit Christi humanitas, quod misero homini opem suam non negavit, ut ad exitio eum in salutem adduceret. Itaque eum non deruertit prava offensio quin ad exequendum Patris mandatum pergeret. Atque hac animi magnitudine præditos esse oportet omnes eius ministros, ut pluris sit illis animæ vnius salus quam obstreperi omnium imperitorum sermones, ac proinde licet facta sua dictaque omnia calumnias esse obnoxia videant, non tamen delislant ab officio.

8 *Stans autem Zachæus.*) Ab hoc exitu fieri iudicium decebat de Christi facto: sed ita prepostere festinat homines, ut locum Deo nullum relinquent. Porro Zachæus conuersio à fructibus & externis signis describitur: quia probabile erat eum suas opes multorum damno auxisse, si quem fraudauerit, quadruplum reddere paratus est: preterea dimidiam bonorum suorum partem pauperibus consecrat. Posset quidem sua omnia in pauperes quispiam erogare, cuius tamen liberalitas

nihil esset coram Deo: sed quoniam nulla hic interioris penitentia fuit mentio, Lucas tamen intelligit ex viua illa radice prouincie plium iudicium quod in Zachæo commenda. Sicuti Paulus dicit Epist. ad Cor. 13. intentia differens, ad hanc officia nos hortatur ex quibus intelligat homines nos in nichil esse natato, Quis si furabatur, tam non faceret: magis autem manibus suis labore, ut subveniat pauperibus & egemis. Ergo à corde incipendum est, sed operibus testanda simul est nostra relipientia. Notemus autem Zachæum minime ex suis rapinis prædami Deo offerte, sicuti multi diuites ex suis furtis partem Deo assignant, quo maiore licentia in posterum prædeuntur, atque ut in punè illis cedant superioris temporis iniuria. Atque Zachæus ita Deo sacrificat dimidiam bonorum suorum partem, vt quæcumque intulit domina, simul compenseret, vnde coligitur, us, quas possibet adiungere, non ex illico quanto illi proue illerit. Zachæus non modo saufacere paratus est, si quid fraude abstulit, sed iusti patrimonium cum pauperib. communicare, quo se ostendat ex lupo converti esse non solùm in oculis, sed eti in in palto. Et pecata quidem iam admisla corrigen, malis artibus in futurum tempus remuniantur: hinc h. in primis à suis exigit Deus ut ab omni noxa abstineat. Ceterum Zachæus, suo exemplo, necessitate alios minime obstinixit ut se dimidia bonorum suorum parte cedent: sed tantum tenenda et regula quam prescribit Dominus, ut nos & nostra omnia consecremus in sanatos vlos ac legitimos.

9 *Hodie salus huic domui.*) Christus testimoniūm Zachæo reddens, nihil in eis futile simulatum pronuntiat, neque tamen salutis causam bonis operibus Zachæi ascribit: sed quia conuersio illa certum erat Diuinæ adoptionis signus, meritò inde colligit, dumcum illa salutis esse naredem: & hoc quoque verba sonant. Nam quia Zachæus vnu sit ex Abraham filii, rationatur saluam esse eius dominum. Porro ut qui censeatur inter Abraham filios, fidem eius imitetur necesse est in hoc laudem Scriptura fidei proprie tribuit quod germanos Abraham filios ab iudeis discerent. Scimus ergo eam præcipue in Zachæo la-dar, cunus gratia factum est ut boni quoque opera Deo placarent. Nec vero dubium est quin Christi doctrina Zachæi conuersiōne præcesserit. Illa igitur fuit salutis origo, audire Christum de gratia: ei misericordia, de bonum cum ipso reconciliatio, de Ecclesiæ redēptione differenter, si déque hanc doctrinam amplecti. Quia enī Giesecis masculini generis est, bisuriā exponitur hic locus. Vetus interpres ad Zachæum retulit: quod mihi etiam magis placet. Erasmus vertere maluit quod ipsa dominus filia esset Abraham: quod tandem non refello, de Zachæo tamen aptius exponi arbitror. Nam quia Deus, dum patrem familiās adoptat, toti etiam eius domui se in Deum fore promittit, iure salus à capite extenditur ad totum corpus. Ceterum particula rati emphatica est, significat. n. Christus Zachæum non minus quam alios Iudeos, qui superbe illum execrabantur, Abraham esse filium. Ac ne superior vita ianuam salutis ei videatur clausisse, ab officio suo ratiocinatur, nihil in hac mutatione esse quod quoniam offendere debeat: quia missus à Patre fuerit ad servulos qui perdiit sunt.

14 Sicut enim quidam homo peregrine proficisciens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.

15 Et hunc quidem dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero unum, uniuscuique secundum propriam facultatem. & profectus est statim:

16 Abiit autem qui quinque talenta accepérat, & negotiatus est per ea, & confecit altera quinque talenta.

17 Similiter & qui duo accepérat, intratus est & ipse altera duo.

18 Qui autem unum accepérat, abiens fodi in terram, & abscondit pecuniam domini sui.

19 Post multum verò temporis venit dominus seruorum illorum, & ponit rationem cum eis.

20 Et accedens is qui quinque talenta accepérat, attulit altera quinque talenta, dicens, Domine, quinque talenta tradi disti mihi, ecce altera quinque talenta intratus sum per ea.

21 Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituum: intra in gaudium domini tui.

22 Accedens autem & qui duo talenta accepérat, ait, Domine, duo talenta tradi disti mihi, ecce alia duo lucratus sum per ea.

23 Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituum: intra in gaudium domini tui.

24 Accedens autem & qui unum talentum accepérat, ait, Domine, nouerā te quod homo durus sis, metens ubi non seminas, & inde congregans ubi non sparsisti.

25 Ac terribilis abiit, abscondebat talentum in terra: ecce habes quod tuum est.

26 Respondens autem dominus eius, dixit ei, Serue male & piger, sciebas quod metam ubi non seminaui, & congregem ilinc ubi non sparsi.

27 Oportuit ergo te committere pecuniam meam mēsariis, & veniens ego receperisse utique quod meum est, cuius usura.

28 Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta.

29 Omnes enim habenti dabitur, & abundabit: qui verò non habet, etiam id quod habet auferetur ab eo.

30 Et ianuile seruum ejicte in tenebras exterores: illic erit fletus & stridor detin-

11 Luc. Hac illis audientibus.) Hoc prodigijs simile fuit, quod toties admoniti discipuli de propinguia Christi morte, ad regnum eius transula-

II Hac illis audientibus, adjiciens dixit parabolam, eo quod esset propè Hierosolymam, quodque existimarent fore ut confessum regnum Dei manifestaretur.

12 Dixit ergo, Homo quidam genere clarus profectus est in regionem longinquam, ut acciperet sibi regnum, ac reuerteatur.

13 Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem minas, & ait ad illos, Negotiemini donec veniam.

14 Cines autem eius oderant eum, miserrimique legationem post illum dicentes, Nolumus hunc regnare super nos.

15 Et factum est ut rediret accepto regno, insuper vocari illos seruos ad se quibus dederat pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiarius esset.

16 Venit autem primus, dicens, Domine, ministrata decem minas acquisiuit.

17 Et ait illi, Euge bore serue, quia in minimo fuisti fidelis, habeto potestatem super decem ciuitates.

18 Et alter venit, dicens, Domine, ministrata confecit quinque minas.

19 Et huic ait, Et tu profectus eslo quinque ciuitatibus.

20 Et alius venit, dicens, Domine, ecce ministrata quam habui depositam in sudario.

21 Timui enim te, quod homo austerus sis: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti.

22 Dicit ei, De ore tuo te indicabo serue male: sciebas quod homo austerus sis, tollens quod non posui, & metens quod non seminavi:

23 Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens, cum usuris utique exegissim illam?

24 Et astantibus dixit, Auferte ab illo minam, & date illi qui decem minas habet.

25 Et dixerunt ei, Domine, habet decem minas.

26 Dico enim vobis quod omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet, etiam quod habet auferetur.

27 Ceterum inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficie coram me.

28 Et his dictis ibat, procedens ut ascenderet Hierosolymam.

bunt. Duplex autem error fuit, quod sine cruce imaginabantur beatā quietem, deinde quod regnum Dei suo carnali sensu estimabant. Vnde apparet quām

quam tenuis & obscura fuerit eorum fides. Et si enim spem resurrectionis habuerant, lectori tamen erat gustus quam ut certi quicquam & firmi teneant de Christo. Credunt cum redemptorem qui olim promissus fuerat, unde spem renouationis Ecclesie concipiunt: sed illa cognitio mox in hinc degenerat, que vnum regni eius vel peruerterunt vel obliquerant. Sed nihil absurdius est quam quod illis tot monitiones sine protecta memoria excederant. Brutus certe hic stupor fuit, quum nuper disertus testatus esset Christus acerbā & ignominiosam mortem sibi instare, non modo ipsos manuere securos, sed properare velut ad lātum triumphum.

12 *Homo quidam.*) Matthæus hanc parabolam aliis interferit neglecto temporum ordine. Sed quia hoc fuit illi consilium à capite vicefimosecundo in aceruam colligere postremos Christi sermones, non est cur valde laborent lectores quisnam primo, vel secundo, vel tertio die intra breve illud tempus habitus fuerit. Iam quid interficerant Matthæus & Lucas, notare *oī* ex parte ratione est, nam quum ille membrum vnum duntaxat attingat, hic posterior duo complectitur. Mēbrum hoc amboibus cōmune est, Christum similem esse homini principi, qui regni acquirendi causa longam expeditionem fūsi, tens, pecuniam suam seruis administrandam commisit: & que sequuntur. Hoc verò alterum, Lucæ peculiare est, subditos abusos principis absentia, tumultum mouisse, ut iugum eius excuterent. Vt roque menbro hoc spectauit Christus, longè falli discipulos, qui putarent iam ipsum fixam habere regni stationem & Hierosolymam venire vt mox felicem statuum erigeret. Ita spe regni praesensis ablata, ad spem & tolerantiam eos hortatur. Multos enim labores diu & sedulò illis obeundos edidit antequā gloria illa fruantur, cui nimis calidè inhiabant. *In regionem longinquam.* Quum putarent discipuli Christum regni sui possessionem iam tunc adire, hunc errorem primo corrigit: quia sibi longinquo itinere acquirendum sit regnum. Porro quid significet regio longinqua subtilius differant qui capit̄ argutias. Mihi non alius notare videtur Christus quam diuturnam absentiam à tempore mortis usque ad ultimum aduentum. Quanquam enim ad dextram Patris sedens cæli & terræ imperio potitur, & ex quo in cælum ascendit data est ei omnis potestas, vt coram eo flectatur omne genu: quia tamen nondum hostes suos subegit, nōdum apparet mundi iudex, nec manifesta est eius maiestas, non ineptè dicitur abesse à suis donec ornatus novo principatu iterum redeat. Verum quidem est eum nunc regnare, dum suos regenerat in vitam cælestem, & ad Dei imaginem refingit. Angelisque associat, dum verbo suo gubernat Ecclesiam, tuerit suo præsidio, Spiritus donis locupletat, fuet sua gratia, virtutēque sustinet, suppeditat denique quicquid necessarium est in salutē, dum Satane omniumque impiorum furorem cōpescit, omnēque machinas dissipat: sed quia carni absconditus est hic regnandi modus, propriè in ultimum diē eius manifestatio differtur. Ergo quum regni vimbram stulte apprehenderent Apostoli, pronuntiat Dominus procul sibi querendum esse regnum, vt morari ferre discant.

13 *Vocatis decem servis.*) Non ita in seruorum numero vt in pecunia summis anxiè hærendum est, nam Matthæus diuersas summas expimeus,

vberiorem continet doctrinam: quod scilicet nō omnibus & quale negotiandi onus Christus intangat, sed vii Comites exiguum summan, maiori pecuniae alterum præficat. In hoc autem consentit, vtque ad ultimum diē resufectionis Christi stūn à suis quodammodo peregrinari: interea vero minime consentaneum esse vt otiosi sedent ac inutiles: singulis enim certum munus esse iniunctum, in quo se exerceant: uebere igitur ad negotiandum intentos esse, vt rem Domini strenue procident. Simpliciter dicit Lucas datum cuique esse munus, quia siue plus siue minus nobis committat, pro se quisque rationem patreri redet. Plenior (vt dixi) & expressior est Matthæus, qui gradus ponit distinctos. Scimus ^{x. Cor. 12. 4. 7.} ^{Ephes. 4. 6.} enim non omnibus promisum, sed variè prout visum est distribuere, vt alii præcellant. Porro quicquid in nos donatum contulerit Dominus, sciamus instar pecuniae apud nos esse depositum, vt inde aliquid lucri proueniat. Nihil enim indignus est quām Dei gratias (quarum vis in fructu consistit) sepultus latere, nec in aliquem vsum accommodari.

15 *Matth. Vnuque secundum propriam fac.*) Hac voce nō discernit Christus naturam à Spiritu donis: nulla enim est vel potestia vel dexteritas que nō debeat accepta referri Deo. Itaque quisquis partiri cum Deo volet, nihil sibi faciet residuum. Quid ergo sibi vult quod paternaliā dicatur singulis plus vel minus committere, secundum cuiusque facultatem? Neque quia Deus, prout quenque dispositus, & nat. ralibus ornatur donis, ita etiam hoc vel illud inturgit, in rebus agendis exercet, prouehit ad varias functiones, materian præclarę agendi suppeditat, occasionē etiam proponit. Ridiculi verò sunt Papillæ, dum hinc colligunt singulis conferri Dei dona secundū meriti sui modum. Nam etsi vetus interpres nomen Virtutis posuit, non intellexit, prout se gesserint homines, laudemq; virtutis adepti sint, Diuinus ornari: sed tantum quatenus idoneos paternaliā iudicavit. Scimus autem neminem à Deo idoneum reperiri donec fecerit. Et Græcum nomen θυσίας, quo vñus est Christus, omni ambiguitate caret.

20 *Qui quinque talenta.*) Dicuntur negotiari qui utiliter impendunt quicquid Deus apud ipsos depositus. Piorum enim vita negotiationi aptè cōfertur: quia vltro citrōque ad fouendam societatem inter se contrahere debent. industria autem, qua quisque munus sibi mandatum exequitur, ipsa que vocatio, facultas bene agendi, & reliqua dona in mercibus deputantur: quia ad hunc vsum & finem spectant ut mutua sit inter homines communicatio. Fruetus autem eius incminit Christus, coannunis est utilitas quæ Dei gloriam illustrat. Quanquam enim Deus opera nostra non datur, nec crescit, vt tamen quisque fratribus suis maximè prodest, ac utiliter in eorum salutem accommodat quæ à Deo accepti dona, ita dicitur fructum vel lucrum ipsi Deo asserre. Tanti enim hominum salutem estimat cælestis Pater, vt quicquid in eam confertur, in suas rationes velit referri. Porro ne fatigemur bene agendo pronuntiat Christus non irritum fore eorum laborem qui se fideliter in sua vocatione exercuerint. Apud Lucam dicit præfici quinque vrbibus qui quinque minas lucratus sit, quibus verbis exprimitur *Negotiaris quid dicantur.*

mit longè aliam regni sui gloriam fore ultimam ad uenit quād nunc appareat. Nunc enim tanquam absentis negotia laboriosē curauimus tūc verò ampla & multiplex honorum copia ei ad manum suppetet, qua magnificè nos exornet. Simplicior est loquēdī forma apud Matthæum, Intra in gaudium domini tui: qui significat fideles seruos quorum officia probauerit, beatæ omnium bonorū affluētia secum fore consoltes. Sed quārūt quid sibi velit quod adiutor, Anferre huic ministrum, & date alteri qui decem habet. nam tunc cessabit omnis negotiandi ratio. Respondeo, memoria tenendum est: quod prius admouit, errare eos qui scrupulose singulis particulis insistunt. Germanus autem sensus est, etiam si nunc ignavi & inutiles serui Spiritus donis instruti sint, tandem omnibus nudatum iri, ut eorum inopia probrosaque egelas in gloria ipsorum bonorum cedat. Hos autē ignavos Christus dicit vel talentum vel minum sub terram defodere: quia dum otio & deliciis suis consilunt, nihil subire volunt molestia, quemadmodum videmus per multos, dum sibi suisque commodis priuatim addicti sunt, subterfagere omnia charitatis officia, nec nullum habere communis adificationis respectum. Qui dicitur pater familiās, postquam reuersus est, vocat̄ seruos ad rationē: sc̄uti hinc bonis concipienda est alacritas, quia se intelligunt operam inimicū ludere: ita tursum pigris & disidiosis non leuis iniicitur terror. Discamus ergo, ante quam adueniat Dominus, & calculum nobiscum ponat, quotidie nosipso sponte vrgere.

MATTH. XXI.

1 Et quum appropinquasset Hierosolymis, & venisset solymis ad Bethphage & Bethphage, ad montem Oliua niam, iuxta montem Oliuarum, erum, tunc Iesus misit duos discipulos,

2 Dicentes eis, Ite in castellū lum quod contraversos est: & statim quod contra versos est: & statim ingredientes in illud, inuenietis asinam alligatam, pullum alizatum supra quem nullum cum ea, soluite & las hominum sedis: soluite eum, & adducite mihi.

3 Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, Dominus his opus habet. Et confestim emit eo opus habet: & continuo illum mittere hue.

4 Hoc autem totum factū est ut impleretur quod dictū est per Prophetam, dicentem, Dicite filie Sion, Ecce rex Iudea.

5 Dicentes tibi mansuetus, & sedens super asinam, & pullum filium subingalis.

6 Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepérat illis Iesus.

7 Et adduxerunt asinā & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum super illa collocauerunt.

8 Plurima autem turba sua sternebant in via: strauerunt vestimenta sua in frondes cædebat ex arboribus,

MARC. XI.

1 Et dum appropinquant Hierosolymis ad Bethphage & Bethphage, ad montem Oliua niam, iuxta montem Oliuarum, emittit duos discipulos suis:

2 Et dicit illis, Abite in castellū lum quod contraversos est: & statim quod est eregitur: & introeuntes illuc, inuenietis pulum alligatum supra quem nullum cum ea, soluite eum, & adducite.

3 Et si quis vobis dixerit, Cur facitis hoc? dicite, Quia Dominus eo opus habet.

4 Abierunt autem, & inuenientes pullum alligatum iuxta ianuam foris in binio, & soluunt illum mittere hue.

5 Et quidam eorum qui illic stabant, dixerunt illis, Quid facitis soluentibus pullum?

6 At illi dixerunt eis quem admodum præcepérat Iesus & sive runt eos.

7 Et adduxerunt pullum ad Iesum: & iniecerunt illi vestimenta sua super illum, imposuerunt eum super illa collocauerunt.

8 Atulti vero vestimenta strauerunt vestimenta sua in frondes cædebat ex arboribus,

LVC. XIX.

26 Et factū est quum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam iuxta montem qui vocatur Oliuarum, misit duos discipulos suos,

30 Dicens, Ite in castellū quod est eregitur: & introeuntes illuc, inuenietis pulum alligatum, in quo nemo unquam hominum sedis: soluite illum & adducite.

31 Et si quis vos interrogerit, quare soluitis, sic discetis ei, Quia Dominus eo opus habet.

32 Abierunt autem qui misserant, & inuenierunt sicut dixerat illis.

33 Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos, Quare soluitis pullum?

34 At illi dixerunt, Domine nus eo opus habet.

35 Et duxerunt illum ad Iesum: & inieciōt vestimentis suis super illum, imposuerunt eum super illum.

36 Euntes autem eo subster-

via: alij verò cedebant ramos & sternebant in via
de arboribus, & sternebant in via: 9 Et qui procedebant, qui
que sequebantur, clamabant; di-
lam ad descensum montis Olivae-
rum, caperunt omnis multitudo
discipulorum gaudentes laudare
Deum vocem magnam, super omni-
bus quas videbant virtutibus,
38 Dicentes, Benedictus qui
debet, benedictus qui venit in nomine Domini: i-
venit rex in nomine Domini: i:
in nomine Domini, Osanna in patriis nostris David, Osanna in pax in celo, & gloria in altissimis.
altissimis.

Non quia ex itinere fessus esset, asinum sibi Christus per discipulos acserit, sed in aliud finem, nā quam multum mortis tempus, solemni ritu ostendere voluit qualis esset regni sui natura. Id quidem facere exortus fuerat à suo Baptismo: sed hoc illi specimen sub vocatione sua finem endendum retinabat. Cur etiam haec tenus abstinuit à Regis nomine, nunc vero denuo libere se regē profiteatur, nisi quia non procul abebat à statu sui metu? Ergo quium propinquus illi esset in celo transitus, regnum suum palam in terra auspicari voluit. Quisler autem ridicula hæc pompa, nū responditler Zchariae vaticinio. Ut sibi regium hominem vendiceret Christus, super aliuum equitans Hierosolymam ingreditur, magnificus scilicet spendor. Addit quod alius precario quisquam illi concepit, iam quod Ephippiis & ornata caret, ut vestes suas innocenter cogantur discipuli, turpis ac pudenda inopia signum est. Magniū, fateor, contumatum secum trahit: sed quoruū hominum nempe qui ex vicissim pagi sternerent concurrerant. Resonant faustæ acclamationes: sed à quibus ne pè à pauperibus, & contempte plebis hominibus. Dara igitur opera videri potuit se omnium ludibriū expondere. Sed quia duo coniunctum agenda illi fuerunt, ut documentum aliquod præberet regni sui, & doceret terrenis imperiis non esse affine, nec in caducis mundi huius opibus situm, hæc illi prius tenenda fuit ratio. Quanquid hoc quoque profanis hominibus forte insipidum fuit, nisi multò ante testatus fuisset Deus per Prophetam suum talem fore regem qui ad restituendam populi salutem venturus erat. Ergo, ne impedit contemptibilis Christi habitus quominus in hoc spectaculo cernamus spirituale eius regnum, nobis ante oculos versetur oraculum cælestis, quo Deus filium suum sub illa deformitate mendici magis ornauerat, quā si eunctis regum insigniis fulgeret. Sine hoc condimento numquam hæc historia nobis sapient, ideo multum ponderis subest verbis Matthæi, quum dicit implenum fuisse Prophetæ oraculum, quia enim videbat fieri vix posse ut homines qui opulentur & pompis nimis addiceti sunt, proprio carnis sensu quicquid ex hac historia proficerent, à nudo rei intuitu ad Prophetæ considerationem eos traducit.

2. *Ite in castellum.* Quum Bethaniæ esset, asinum minimè popo fecit ad levā lam itineris molestiam: facile enim erat residuum iter pedibus confidere. Sed quemadmodum curus suos Reges concedunt, vnde conspicui emineant, ita populi oculos in se convertere voluit Dominus, & aliquo indicio ratas facere comitum suorum acclimationes, ne quis regis honorem in iure tribui putaret. Vnde asinum iussit adduci in certum est, nisi quod facilè colligitur fuisse aliquem pagum suburbium. nam ridiculum est quod allegorice de Hie-

rosolyma quidam exponunt. Nibilo etiam aptior est allegoria quam nonnulli in alia & pullo excludant. Aliam populi iudaici figuram esse volunt, qui pr. deum subactus, & iugo Legis assuerus erat: Gentiles autem representari per pullum, qui expers telloris fuerat: Christum ergo asinæ primum infideli, quia Iudeis incipere debuit: postea transire ad pullum, quia Gentibus quoque secundu[m] loco præfetus erat. Et Matthæus quidem videtur utrunque equitationem notare. Sed quoniam frequentes synecdochæ in Scripturis occurrant, nūl amūli pro uno duos nominat. Ceterum ex aliis Euangelistis liquido constat Christum nonnulli pullio vnum esse. Et dubitationem eximit Zacharias, qui pro familiaris lingua Hebreæ vsu rem candem bis repetit. *Sicuti euememus.* Nequid discipulos moretur quoniam ad obsequium prestito sunt, Dominus maturè quæstiōibus occurrit. Ac priro quidem non fortuito se eos intere significat, quoniam dicit, in primo pagi introitu inventuros asellum cum matre, deinde neminem illis adaei saturum quin cum abducant, si modò respondeant opus libi esset. Hoc autem modo Deitatem suam probauit, nam & rem absentem cognoscere, & corda hominum in asellum flectere, solus Dei fuit. Etsi enim fieri potuit ut alini Dominus, de illo nō male sentiens, libetè annueret: diuinare tamen an futuros esset domi, an ei tunc commodum esset, an fidem habiturus esset hominibus ignotis, non fuit in hominis mortalisi arbitrio. Sicuti autem discipulos confirmat Christus ut sint ad parendum alacriores, ita videnus quā se morigeros vicissim præstent. Successus autem demonstrat, totum hoc negotium Diuinus gubernatum esse.

5. *Dicite filia Sion.*) Hoc apud Zachariam non habetur ad verbum: scilicet tamē apteque Euangelista quod Deus vni Prophetæ testari præcepit, ad omnes pios doctores transfert. Hæc enim unica spes fuit qua se fiti Dei & fulcire & erigere debabant, quod venturus tandem esset Redemptor. Ideoque Prophetæ plenam & solidam latitudinem Christi aduentu affterri docet fidelibus. Nam quia non aliter propitius est illis Deus quām mediatorc interposito, & idem est Mediator qui suos à malis omnibus liberat, quid extra ipsum esse potest quod homines peccatis suis perditos & misericordiæ appetitos exhibaret? Sicuti autem absente Christo mereore nos penitus conscienciecessit est, ita rursum fideles admonet prophetæ, esse cur solidè gaudcent, vbi illis adegit Redemptor. Quanquam autem alius elogis Christū commendat nempe quod iustus sit, & salute instrutus, nonnisi particulam vnam sumpsit Matthæus, quæ propolito suo quadrabat, nempe quod pauper venturus sit, vel mansuetus, hoc est dissimilis Regibus terrenis, qui magnifico & sumptuo

so habitu excellunt. Iam paupertatis indicium subiicitur, quod equitabit super asinum, vel filium asinum, nec enim dubium est quin plebecum equitanum modum regis et amplitudini opponat.

6 *Emes discipulus.*) Iam nuper dictum est, hic in discipulis laudari promptius obsequendi studiu. non enim tanta erat Christi autoritas ut solu eius nomen ad mouendos ignotos homines sufficeret. deinde timenda erat furti infusia. Hinc ergo apparet quantum Magistro deculerint dum nihil respondant, sed cuius mandato & promissione fretri properant quo iussi sunt. Nos quoque eorum exemplo discimus per quaevis impedimenta pergere, ut Domino qua à nobis exigit obsequia praeterea. Ipse enim sublati remoris viam inueniet, nec conatus nostros sine esse irritos.

8 *Plurima autem turbas.*) Hic narrant Evangelistæ Christum fuisse à populo Regem. Ludicum quidem spectaculum videri potuit quod dignitatem turbæ raus cædendo, & vestimenta sua sternendo, inanem Regis titulum Christo deferret. sicuti tamen hoc ferio fecerunt, sicutque obseruantiam exanimi testati sunt: ita Christus eos censuit idoneos regni sui praecones. Nec est quod tale exordium miremum, quoniam hodie quoque ad Patris dexteram sedens, cælesti solio obscuros homines amandet, à quibus sua misericordia contemptibili modo celebretur. Cœfus palmarum ramos ex antiquo & solenni diei ritu (sicuti conciuncti nonnulli interpres) mihi probabile non videtur, quin potius subito instinctu Spiritus hunc Christo exhibitus fuisse honorem appetet, quoniam nihil tale meditati essent discipuli, qui reliqua turbæ eius rei autores fuerunt: nam & hoc ex Luce verbis colligitur.

9 *Oarma Filio David.*) Præcatio hæc ex Psal. sumpta est. Consultò etiam Matthæus Hæbraicas voces recitat, ut sciamus non tenere datos fuisse Christo plausum, nec vota que in bitem venissent discipulis, sine delectu efusa esse: sed reverenter sequentes esse precandi formam quam per os Prophetæ Spiritus sanctus toti Ecclesiæ dictauerat. Quanquam enim de regno suo illic dissenserat, non tamē dubium est quin præcipue respiciat ipse aliquique respicere velit ad æternam successionem quam pollicitus illi fuerat Dominus. Perpetuum enim orandi legem Ecclesiæ compositum, quæ etiā collapsis regni opibus in ysu foret. Itaque inuale-

rat consuetudo ut de redemptione promissa paulum his verbis vota conciperent. Et consilium Matthæi fuit (sicuti nuper attigimus) Hæbraicæ referre celebre carmen, ut doceret Christum à turba Redemptore, si fuisse agnitus. Paulum quidem inflexi est verborum pronuntiatio: potius enim dicendum erat, Hoschiana, Saluum fac obsecro: sed scimus via posse in alienam lingua verba transferri quin aliquid è sono mutetur. Nec vero Spiritus populum veterem duxat inflexit ut quotidie pro regno Christi vota fieret: sed nobis eadem nūc prescribitur regula. Et sanè quum Deus non nisi per manum Filij regnare velit, quā dicimus, Adueniat regnum tuum, sub hac particula idem notatur quod in Psalmi clavis expressum est. Adde quod Deum rogantes ut filium suum nobis regem conseruerit, sicuti ut hoc regnum neque humanitus erectu. esse, neque hominum virtute sustineri, sed invictu. stare cælesti præsidio. Venire dicitur in Dei nomine qui se non ingredit, sed Dei iusl & mandato suscipit regnum. quod ex Marco certius colligitur, vbi additur altera acclamatio, Benedictum regnum patris nostri Dauid, quod venit in nomine Domini. Sic enim loquuntur promissionum respectu: quia testatus fuerat Dominus se tandem illius populi forte liberatorem, modumque designauerat regni Dauidis instaurationem. videamus ergo honorem Mediotoris, à quo rerum omnium & salutis restitutio speranda erat, Christo tribui. Quoniam autem ples beij fuerint rudelque idiota, qui regnum Christi vocarunt regnum Dauidis, hinc discamus tritam vulgo fuisse hanc doctrinam, quæ hodie coacta & dura multis videtur, quia in Scriptura parum sunt exercitati. Apud Lucam adduntur pauca verba, *Pax in celo, & gloria in altiss. mis.*: quibus nulla subest obscuritas, nisi quod Angelico cantico non respondent, quod capite 2. habimus. Nam tunc Angeli gloriam Deo in cælis assignat, hominibus vero pacem in terra: hic tamen pax quæ in gloria ad Deum refertur. In sensu tamen nihil est diffidit, nam eti distinctius Angeli causa in deo contraria Deo gloriam cani deceat (quia scilicet eius misericordia in hoc mundo pace fruantur homines) idem tamen sibi vult quod nunc turba prædicat in celo esse pacem: quia scimus non aliter misericordias in mundo pacari, nisi se illis Deus ē celo reconciliat.

LVC. XIX.

- 41 *Et ut appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illa dicens,*
 42 *O si cognouisses & tu, & quidem in isto die tuo, que ad pacem tuam pertinent, curares: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.*
 43 *Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & cingente te, & coangustabunt te undique.*
 44 *Et solo aquabunt te, & filios tuos qui in te sunt: & non relinquunt in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis tue.*

41 *Fleuit super illa.*) Quoniam nihil magis cuperet Christus quam iniundatum sibi à Patre officiū exequi, sinevero sua vocationis hunc esse sciens, perditas oves domus Israel colligere: salvificum omnibus suum aduentum esse optauit. Hæc fuit causa cur misericordia tactus defleret propinquū yrbis Hierosolymæ exitium. Nam quoniam ex-

pendebat illam Diuinitus electam esse sacram sedē in qua resideret salutis æternæ fœdus, sanctuarium unde prodiret salus toti mundo: fieri non potuit quin eius interitum grauiter doleret, quoniam etiam populum qui in spem vita æternæ adoptatus erat, sua ingratitudine & malitia miserè perire videter: nihil mirum si lachrymas non tenuit.

Quod

MATTH. MARC.

Hæbraicas

Quod autem absurdum esse quidam putant, Christum malo cui mederi poterat, condolefcere, facile soluitur hic nodus. Nam sicuti ē cælo descendit ut carne humana circundatus, Diuine salutis testis esset ac minister: ita verē humanos induit affectus quatenus suscepit functionis intererat. Ac prudenter semper notandum est quam personam sustineat dum loquitur, vel hominum saluti operam impendit, sicuti hoc loco, ut fideliter compleat Patris mandatum, necesse habet expetere ut fructus redemptionis ad rotum electi populi corpus perveniat. Quatenus ergo datus erat huic populo minister in salutem, pro officiū sui ratione illius extitum deplorat. Deus erat, fateor: sed quoties oportuit doctoris officio fungi, quietuit, & se quodammodo abscondit eius Veritas, ne quid Mediatoris partibus obflaret. Ceterum hoc fletu testatus est non modo fraternē se diligere in quorum gratiā fuerat homo factus, sed paternē quoque dilectionis Spiritum à Deo in humanam naturam transfundi esse.

42. *O si cognouisses & tu.*) Pathetica est oratio, ideoque abrupta. Scimus enim, in quibus ardent vehementes affectus, non nisi diuidia ex parte sensus suos effari. Adde quod duo affectus, hinc simul permitti sunt, neque enim tantum miseratur Christus urbis clade, sed simul ingratu populo extremum scelus exprobrat, quod repudians oblatam sibi salutem, vtrō horribile Dei iudicium accersit. Et emphatica autē est copula quae interseritur, tacitè enim Christus Hierosolymam alii Iudeæ, imò totius mundi urbibus comparat, hoc sensu. Si vel tu quæ singulari priuilegio in toto orbe praecellis, tu (inquam) saltē, quæ cælestis es in terris sacrariorum, cognoscere. Sequitur continuo pōst altera ampliatio sumpta à tempore. Quianuis hactenus scielest & impie contra Deum fueris contumax, nunc saltē resipescendi est tempus. Significat enim iam diem ad eis qui aeterno Dei consilio in salutem Hierosolymæ ordinatis fuerat & denuntiatus à Prophetis. Hoc est tempus acceptus (inquit Iesaias) hic dies salutis. Quare Domini dum inueniri potest: invocate eum dū prop̄ est. Pacis nomine omnes scelicitatis partes secundum Hebraicā phrasim designat. Nec simpliciter dicit Hierosolymæ incognitā esse suam pacē, sed

quæ ad pacem spectabant quia saepe fit ut minimè lateat homines sua felicitas, sed viam & media (vt loquuntur) malitia sua excusat ignorēt. Ceterum quum misericordia multa sit exprobatio, notemus tanto grauiore pena dignos esse homines, quanto excellētioribus donis prædicti fuerint, quia ad alia peccata accedit sacrilegia cælestis gratiæ profanatio. Secundū notemus, quo proprius ad nos Deus accedit lucemq; sine doctrina admouet, si hæc occasiō nem negligimus, minùs nos esse excusabiles. Semper quidem aperta est salutis ianua: sed quia interdū silent, non vulgare est beneficium, quum alta voce & familiariter nos ad se invitare: ideoque contemptū manet seuerior vindicta. *Nunc autem abscondita sunt.* Hoc nō dicitur ad leuandum Hierosolymæ culpam: potius enim ignorātia causa, notatur prodigiosus eius stupor, quod Deum præsentem non cernat. Fateor quidē vnius Dei esse cæcis aperire mētis oculos: nec ad percipiendā regni cælestis mysteria quenquā esse idoneum, nisi quem intus Spiritu suo Deus illuminat: sed non ideo digni sunt venia qui bruta sua cæcitate perent. Volut etiam Christus scandalū tollere, quod aliqui rudes & infirmos morari poterat, nam quum in urbe in illam cōiecti essent omnium oculi, eius exemplum in utramque partem plurimum monenti habuit, vel ut noceret, vel ut prodesset. Ergo ne quem impedit illius incredulitas superbiique Euangelij contemptus, damnatur sœda cæcitatē.

43. *Venerem dies super te.*) Nunc quasi sumpta iudicis persona durius Hierosolymam compellat. Sic etiam Propheta, quanvis achrynis prosequatur eorum exitum pro quibus anxi⁹ esse debent, animos tamen ad seueras denuntiationes colligunt: quia sciunt non modo impositam sibi esse curam salutis hominum, sed etiam diuini iudicij se creatos esse præcones. Porro hoc nomine Hierosolymam pronuntiant horribiles penas daturā, quod tempus sua visitationis nō cognoverit, hoc est, contempserit exhibitum sibi Redemptorem, nec eius gratiam amplexa sit. Nunc penarū quas illa perpetua est atrocitas nos terreat, ne socordia nostra extinguanus salutis lucem, sed attenti simus ad recipiendā Dei gratiam: imò strenue obuiam curramus.

M A T T H . X X I .

10. *Et quum intrasset Hierosolymam, commo: a est vntuersa ciuitas, Turba autem dicebant, Hic est Iesus Propheta ille à Nazaret Ga-*

titiae. 12. *Et intrauit Iesus in templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo, mensaque nū- mulariorum & cathedralis vendentium columbas euertit.*

13. *Et dixit eis, Scriptum est, Domus mea domus deorationis vocabitur: atrox fecisti illam speluncā latronū.*

14. *Et accesserunt ad eum caci & claudi in templo, & sanauit eos.*

15. *Quum vidissent principes &*

M A R C . X I .

11. *Et ingressus est Hierosolymam, Dominus & in templum. & quum circumflexisset omnia, iamque tempus es- set vespertinum, egressus est Betba- niam cum duodecim.*

12. *Et postero die quum exissen- tibetania, esurijt.*

13. *Quumque vidisset arborem si procul habentem folia venit, si forte inuenturus esset aliquid in ea. Et quā venisset ad eam, nihil inuenit nisi fo-*

lia: non enim erat tempus frorum.

14. *Et respondens Iesus dixit sicut, Ne post hac ex te in eternum qui quā illius.*

15. *Veniūntque Hierosolymam. Et ipse ejercere venden-*

L V C . X I X .

39. *Et quidam Pharisæorum & turba dixerunt ad illum, Magister, increpa discipulos tuos.*

40. *Quibus ipse ait, Dico vobis quod si hi tacuerint, lapi-*

des clamabunt.

Paulo pōst.

45. *Et ingressus in templum, cæ-*

derdotum & Scribe mirabilia que se- jngressus Iesus in templum capi ejceret in illo & emen-

cerat, & pueros clamantes in templo re eos qui vendebant & emebant in tes.

& dicentes, Osanna filio David: indi- templo, & mensas argenteriorum, & 46 Dicens illis, Scriptum est, vos gnati sunt. sellas vendentium columbas subuerit.

16 Et dixerunt ei, *Audi quid isti dicunt?* Iesus autem dicit eis, *Certe, nunquam autem legistis, Ex ore infantium & lactentium persecisti laudem?*

17 Et relictis illis exiit e civitate in Bethaniam, & diuersatus est illic.

18 Manè autem reuertens in
cinitatem, cfurij. .

19 Et quum vidisset fici arborem
unam in via, venit ad eam, et nihil

inuenit in ea, nisi folia tantum. At illi, Ne poſthac ex te nascatur fructus in aeternum: & arefacta est continuo ficus?

20 Et quum vidissent discipuli, mirati sunt, dicentes, Quomodo continuo exarnit fucus?

21 Respondens autem Iesus ait
eis, Amen dico vobis, si habueritis fi-
dem, & non habueritis, non solùm
hoc quod in sicu accidit facietis, verū
etiam si monti huic dixeritis, Tolle-
re, & proice te in mare, fieri.

22 Et omnia quaecunque petierit
in depreciatione credentes, accipiet
tis.

templo, & mensas argentariorum, & 46 Dicens illis, sellas vendentium columbas subuerit. Scriptum est, vos

16 Et non permisit ut quisquam autem fecistis illam deportaret vas per templum. speluncans latro-

17 Et dicebat dicens illis, Nonne nrum.
scriptum est, Dominus mea, dominus pre- 47 Et docebat
dictus est vobis ab aliis quod non erat
in libro.

tionis vocabitur omnibus gentibus: Vos quotidie in templo autem fecistis eam speluncam latronum. Principes. item Sa- 18. Et audiavit Scribe et principes ardendum i. Scribe

18 Et audierunt scriba ac priores sacerdotum & scribae querebant quomodo illum essent perdituri timebat enim perdere se prima-

*ab iunctis efficit periculum. ut in ea tempore, & primo-
eum, quod tota turba admirabatur do-
res populi.*

19 Et quum esset vespера, egressus
est ex urbe;

20 Et manè prætereuntes viderūt populus pendebat
ficum exaruisse radicis. ab ore eius quum

21 Et recordatus Petrus dicit illi, andiret illum.
Rabbi, ecce, ficus illa cui maledixisti,

22 Et respondens Iesus dicit illis,

Habete fidem Dei.

que dixerit monti huic, tollere, ac mittaris in mare, non hesitaserit in corde suo, sed fore crediderit quæ dixerit, et illi quicquid dixerit.

24 Propterea discovobis, quecumque
orantes peruis, credite quod accipietis,
& erunt vobis.

Dissimilis est Matthæi & Marci narratio de fice arefacta: Matthæus enim hoc factum esse dicit postridie quā se Christus profesus erat Regens: Marcus vero iō diem sequentem retinere videtur. Solutio tamen in promptu estimam in hoc confentiantur, Christum, quem in urbem postridie solennis sui ingressus veniret, maledixisse arbori. Tantum extinxit Marcus (quod præteritum à Matthæo fuerat) rem foīle animaduerſam à discipulis die sequenti. Quanquam ergo distinctius temporis ordinem Marcus notauit, nihil tamen diuersum continet. Videtur apertius tam à Matthæo quām à Luca differre in historia correctæ nundinationis, nam quum vterque horum affirmet Christum simulacrum urbem & templum ingressus est, expulsiſe vendentes & ementes: Marcus simpliciter dicit circunspexisse omnia: ciectionem verò illam in diem alterum reiecit. Ego autē ita conſilio, quid quum de templi purgatione loquutus non esset, eam deinde inserat non suo loco. Primo die venisse in templum narrat, illicque omnia circunspexisse. Quorsum autem intuitus ille tam diligens, nisi ut aliquid viciosum corrigeret? Nam quum ante solitus esset templum frequenter visere, nouitate spectaculi commovitus non fuit. Porro quin deberet Marcus subiiceret continuū pōst, eiectos è templo fuisse qui illic vendebant & emebant, Christum ex urbe egressum esse dicit: quod autem omisserat relatum dignum, postea refert. Nisi cui fortè magis placeat, in hac quoque historia obſeruatū fuisse a Marco tempus quod alii duo neglexerant. Etsi enim suo contextu videntur conti-

nuum tenorem notare, quia tamē diem certū non exprimunt, nihil absurdū esset, quod cōiunctim in ipsis legitur diuidere. Mihi tamen illa quā priore loco posui coniectura magis placet, nam verisimile est coram maiore populi frequentia editū illud fuisse à Christo potentia sua specimen. Ceterū quisquis expendet quām parum curiosi fuerint Euangelistæ in notatione temporum, eum non offendet ista narrandi diuersitas.

¹⁰ *Quum intrasset Hierosolymam.)* Commo-
tam fuisse urbem Matthæus dicit, ut sciamus rem
non obscurè nec sfurtim fuisse gestam, sed toto po-
pulo spectatè, nec ignaris Sacerdotibus & Scribis.
Quare in illo contemptibili carnis habitu con-
spicua fuit Spiritus maiestas, quomodo enim passi
omnes fuissent cum magno suo periculo Chri-
stum in urben regia pompa induci, nisi attoriti
fuissent? Hac ergo summa est, neque clandestinū
fuisse Christi ingressum, neque hostes eius que-
vissile, quia eum contemnerent: sed potius occulto
metu fuisse cohibitos: quia scilicet eos perulerant.
Deus ne quid rentrare auderent. Interim perstrin-
gitur supina urbis securitas, & aduenarum lauda-
tur religio, nam quin auditio strepitu querunt ci-
ues quinam sit illa, patet eos non esse ex Christi
comitibus.

12 Intrant Iesu in templum.) Quum sepius in templum ascenderet, & haec corruptela subinde illi esset ante oculos, bis tantum ad eius correctionem manum admouit: semel initio suæ legationis, & nunc rursus quum prope ad metas venire foret. Sed quum turpis & profana confusio prorsus

prosperus regnaret, templumque cum suis sacrificiis excidio addictum foret, tatis habuit Christus eius profanationem bis palam coagere. Quoniam ergo se patefecit Doctorum & Prophetarum à Deo missum ut Iudeos expergesceret, magisque redderet artatos, templi per gaudi manus sibi sumptus, atque hanc priorem historiam solus Iohannes atrigit capitulo secundo. Nunc vero sub finem cursus sui eandem potestatem iterum sibi vendicans, Iudeos de templi pollutionibus admonet, simulque ostendit restituitionem nouam instare. Inter ea vero minime dubium est quin se & Regem & summum Pontificem templi ac Divini cultus praeside, & testatus sit. Quid ideo notandum est, ne sibi quilibet priuatus idem licere existinet. Zelus quidem quo Christus ad hoc agendum accensus fuit, piis omnibus communem esse decerit, ne imitatio prætextu quicquam re nere irruat, videndum est quid serat vocatio, & quoniam nos ex Dei mandato pregeri oporteat. Si qua inquinamenta in Ecclesiis in Dei obiericimus, omnes Dei filios vrat dolor, sed quia non omnibus Deus manum armavit, qui priuati sunt ingenscant, donec remedium Deus atrulerit. Fatoq[ue] quid est esse plenum. Stupidos quibus non displiceret templi Dei pollutione nec sufficeret liqui intus anxi sint, nisi à contagione ipsi abstineantur. & lingua testentur, quoniam occasio ita tulerit, se cupere res in melius mutari: sed quibus publica non est autoritas, virtus quibus manu nequeunt mederi. lingua, quam habent, solutam, oppugnant. Quod erit tamen, quoniam videret Christus crassis sope pollutionibus referuntur esse templum, cur levem duntur vel certe illis magis tolerabilem corixerit. Respondeo neque fuisse Christo propositum sacras omnes ceremonias in antiquum usum restituere, nec ab eo deletum fuisse habitu quænam virtus maiora vel minoria essent: sed huc tantum spectasse, vt sub uno visibili symbolo doceret sibi à Deo purgandi templi mandatas esse partes: similiq[ue] ostenderet fædo & palpabili abusu corruptum esse Dei cultum. Prætextu quidem non carebat illa nundinatio, que populum molesta leuabat, ne procul querenda essent sacrificia: deinde ut prædicto ad manum esset pecunia quamvisque offerre vellat. Nec vero in sanctuario sedebant menefarij, vel profibabant veniales hostias, sed tantum in atrio, cui nomen templi interdum tribuitur, sed quia nihil minus contentaneum est templi maiestati quam illuc erigi formam rerum venialium, & nūmularios collybri causa sedere, fuit hec minime ferenda profanatio. Et Christus in eam acris inuenitus est, quod palam constaret morem illum Sacerdotum avaritiam ad turpis quæstus capiuntam inductum esse. Nam ut qui tabernaculum ingreditur variis mercibus pulchritè instructam, quatis nihil emere in animo habeat, illecebris tamen captus mutat consilium: sic capitandis oblationibus retia tendebant Sacerdotes, ut à singulis aliquid lucri emungerent.

13. Scriptum est.) Duo testimonia ex duobus Prophetis sumpta Christus adducit: unum ex capite 56. Iesaiæ, alterum ex 7. Jeremias. Porro quod scriptum est apud Iesaiam, temporis circumstantia quadrabat, illic enim predicitur Gentium vocatio. Iesaias ergo Deum facturum promittit non modo ut pristinum splendore templum recuperet, sed etiam ut illuc confluant vndeque omnes Gentes, totusque orbis in veram & sinceram pietatem

consentiat. Cerum quidem est metaphoricè ipsum loqui, nam Propheta spiritualem Dei cultum, qui sub regno Christi futurus erat, legatis signis adumbrant. Certe hoc nunquam impletum fuit ut omnes populi Hierosolymam adorandi causa ascenderent. Quoniam ergo promittat templo fore locum precacionis omnibus Gentibus, perinde valet haec loquutio ac si dixisset Gentes aggregandas esse in Ecclesiam Dei, ut uno ore vere Deum viam cum filio Abrahæ invenient. Sed quia templi menitus, quatenus visibilis tunc erat pietatis fedes, merito Christus Iudeis ex tebræ, in alienos usus, quam quibus dicuntur erat, bipartitis esse tradactum. Scimus ergo eis, templa hoc Deus habentem extremitate tonquæ signum quo intenti essent in omnes eis cultores. Quoniam igitur indignæ & fœlestæ in profanum forum convertitur? Carissima Christi letitia vere tenet templo illud dominus erat precacionis, quando feliciter viguit Lex cum suis umbribus, ceperit autem omnibus Gentibus ac domus precacionis, quoniam inde per ordinum Evangelij doctrina, quia totus orbis in fide & cœlum coaluit. Et quoniam paulo post fantasias sue, sum est, adiunctam h[ab]e die appaser huius prophetæ effectus. Num quia de sion exiuit Lex, ne, esse est ad illud principium recipere qui cuncte rite precari volunt. Fatoq[ue] quidem nullum esse locorum discrimen, quia ubique valde cuius Dominus: sed que modum in dicuntur lingua Chanaan, loqui hdeles qui Deum Israelis se volentes profiterentur: et in templo venire, quia inde duxit vera religio: & illa eadem origo fuit aquarum que brevi spatio mirum in modum auctæ largæ copiæ profluunt, ac bilentes vivificant, ut meminit Ezechiel: quæ à templo egrefit, ab ortu solis usque ad occiduum se diffundunt, ut s[ic] est apud Zacharium. Hodie quoniam ad sacros conuentus agendos te plures viri, diversa tandem est ratio: quia ex quo exhibitas est Christus, nobis & externis & vñbratilis eius in ipsis minime proponitur, sicut olim Patribus sub Legi. Notandum preterea est, precacionis vox toru in Dei cultum notari à Propheta. Quantumvis enim multiplex tunc est fieri ceremonia: unum copia, docere tamen breuerit Iudeos voluit Deus, quoniam in illas omnes referri deceret, nempe ut spiritualiter ipsum colere, sicut clarius habetur Psalmus 50. nam illuc quoque Deus omnia per eternis exercititia ad precacionem reuocat. *At vos fecisti illam.* Significat Christus querimoniam Ieremiæ competere etiam in hunc tempus, quo non minus virtutum erat templum. Propheta hypocritis obiungit, qui templi fiduci peccandi lenitatem sibi indulgebant. Nam quoniam Dei consilium esset Iudeos externis symbolis, quasi rufi mentis, ad veram pietatem instituere, sicut hypocritis solenne est eius veritatem conuertere in mendacium (quasi sufficeret externis ceremoniis dare operam) inani templi prætextu contenti erant. Reclamat autem Propheta, Deum templo minime affixum esse, vel ceremoniis alligatum, ideoque fallaciter iactare templi nomen, quod speluncam latronum fecerant. Sicut enim auditus in suis speluncis peccant latrones, quia id se impunè confidunt facturos: sic hypocritis ex ficticio pietatis obtenuit crescere audacia, ut Deo proximum illudere non dubitent. Porro quia metaphora speluncæ ad omnes corruptelas exteditur,

locum Prophetæ Christus opportunè ad præsentem causam accommodat. Additur apud Marcum vetuimus Christum ne quis vas per templū ferret: hoc est, non esse pæsum quicquam illuc à sacris alienum spectari, nam vasis nominis Hebrei quodvis supellestilis genus notant. In sunnum, quicquid templi reverentia & maiestati obstat, Christus fustulit.

14 *Accesserunt caci & claudi.*) Ne authoritas illa quam sibi præter vistitum morem usurparebat Christus, temeritatis suspecta foret, eam miraculus afferuit. Claudio ergo & cacos in templo sanauit, ut palam fieret verè in eum competere Messiae ius atque honorem, nam eum Prophetæ his notis insigniunt. Vnde iterum perspicimus quod paulo autem adnonui, non esse cuiuslibet è populo imitari hoc Christi factum, ne se inconfiderat in solium Messiae extollat. Hoc quidem tenendum est, claudos & cacos qui sanati fuerunt, testes fuisse Divinae Christi virtutis, ac si Deus è celo tuba præconium sua voce sanctificaret.

15 *Quā vidissent Principes.* Lucas narrat Pharisæi iam in via cœpisse obstreperare. Soli tunc discipuli clamabant: illis voluerunt silentium indicari. Respondit Christus frustra ipso contendere: quia potius clamor à lapidibus exprimeret Deus quām Filii sui regnum obrui saneret. Credibile autem est quum nullus fieret clamandi modus, quin & pueri ipsi accederent, simul indignationem Scribis & Sacerdotibus creuissent: & tunc de-integro Christum aggressos. Videntur autem obliqui illum mordere, dum oblitiori captate laudem à pueris. Porro notandum est vnde nata fuerit eorum offensio. Impia quidem malitia ac virulentio Dei contemptui fuisse coniunctam, inde patet quod non minus eos torqueant miracula quān fausta acclamations, sed nunc aliquid magis speciale quarto, quidnam eos maximè pupugerit. Scimus autem quām acriter pro suo iure pugnauerint, huc enim ferebat eos zelus ut tyrannis quāni semel usurparāt, salua ipsis maneret. Porro hac nō minima erat imperij diminutio, si plebi libertum fuisse Christo regnum deferre nomē, etiam in rebus minutis sua decreta volebant pro oraculis haberi, ne quicquam vel probare vel reiicare fas esset nisi ex eorum placito. Itaque absurdum ac peruersum esse iudicant, à plebe ornari quenipiam Messia titulo, quem iphi nullo gradu dignentur. Et certè æquum erat, si officio suo functi essent, eos toti populo authores ac duces

Malac. 2. praire. Creati enim erant Sacerdotes, vt ex eorum labiis omnes peterent Legis scientiam, deinde ut Dei exercituum angeli essent ac interpres. Sed quia perfide veritatem lucem extinxerant, appositè responderet Christus, nihil eos proficeret dum salutis doctrinam suppressimere conuant: quia potius ex lapidibus erumperet. Subest autem tacita concessio: neque enim hunc posterum esse ordinem Christus negat quod in dictum vulgus & pueri Messia adventum sua voce primi celebrent: sed qui veritatem malignè suffocant qui legitimè esse debebant eius testes, non mirum esse li Deus alios excitet, ac in eorum ignominia pueros deligit. Hinc ad nos redit nō parua consolatio: quanuis enim legendo Christi regno nullum non lapidē moueant impij, hic audiens operam eos ludere. Sperant, vbi ex turba quæ regnum Christi promovet alios è medio su-

stulerint, alios metu prohibuerint, se voti fore compotes, atqui frustrabitur eos Dominus: quia ex lapidibus potius ota & linguæ formabit, quām vt testibus Filij sui regnum careat.

16 *Nunquam autem legitiss.*) Ansam caluniam scribæ & Sacerdotes ex eo arripiunt quod se patitur Christus regem à pueris vocari: vt superbè improbi semper in Christi discipulis humilitatem despiciunt. Malitiam hanc refutat Christus testimonio Daudis, qui infantes quoque ipsos præcones facit gloriae Dei. Ad verbū sic habet, *p. 1. 2. 4. 3.*

Ex ore infantium & lactentium fundasti robur. Quo significat David, etiam si omnes linguae taceant, Deum non opus habere alii rhetoribus ad illustrandam suam virtutem, quām infantibus pueris qui à matrū v̄beribus adhuc p̄dētent. Ipsi quidem muti sunt, sed mirabilis Dcī prouidētia, quæ in ipsis relucet, instar est sonoræ & magniloquæ facundie. Nam qui secum reputat quomodo gignat in utero matris ſectus, illuc fouetur per novem menses, tandem in lucem edatur, & paratum alimentum, simulacrum natus est, reperiatur: necesse est vt non tantum sentiat Deum mundi opificem, sed totus in eius admirationem feratur. Ita sol & luna, quānus sint clangues creaturae, *p. 1. 2. 4. 6.* men ad canendas Dei laudes defertum & vocale.

præconium illis tribuitur. Porro quum in lingua infantium personent elegia Dei, Christus hinc colligit non esse absurdum si à pueris qui iam vñ loquendi prædicti sunt, vocem elicit.

18 *Mane autem reverens.*) Inter solemnum illum, de quo audiimus, Christi ingressum, & diem Paschatis, nocturnum illi hospitium fuit Beathanæ: interdiu verò ad docendum in templo apparuit. Historiam verò quæ medio illo tempore contigit, referunt Mathæus & Marcus quod Christus in vrbem veniens eſuritus, accessit ad ficum: & quum præter folia nihil in ea reperiret, eam maledixit: arbor verò eius voce maledicta, continuo exaruerit. Porro Christum non simulaſe eſuriem, sed verè perpeſum esse, pro confesso accipio. Scimus enim carnis nostræ infirmitatibus sponte fuisse obnoxium: quanquam natura liber & immunis erat. Sed in eo sita est difficultas, quomodo deceptus fuerit fructum in arbore vacua quærens, præsertim quia non nōdum esset maturum fructibus tempus: deinde cur tam seuerè exanduerit in arbore immoxian. Sed nihil absurdum est si dicamus, secundum hominem speciem arboris fuisse illi incognitam: fieri ramen potest ut consolò accesserit, euentum non ignorans. Certè ad maledicendum iracundia feruore non rapitur: / si uisset enim non iniusta nō dō, sed puerilis quoque ac ridicula vltio/ Sed quā molesta illi pro carnis sensu esset famæ, eam contraria affectu vincere aggressus est nempe vt Patris gloriam proucheret: quemadmodum alibi dicit, Cibus meus est vt faciam voluntatem Patris.

Nam illuc quoque cum lassitudine fitigè luctatur: & ego in hanc conjecturam magis inclino, *1. 2. 3. 4. 5.* quod famæ illi ad miraculum edendum, scilicet docendos occasio fuerit. Ergo quum ipsum premeret famæ, nec præstò adesset cibus, aliunde se pacit: nempe Dei gloriam propagando. Voluit autem in arbore symbolum proponere qualis tandem exitus maneat hypocritas, & simul detegere quām inanis sit ac nihil corum ostentatio.

19 Ne possebat extenuatus.) Huic discamus quid valeat maledicendi verbum, ne mpe ut literitatis damnetur arbor: sicut rursum benedit Deus quem fecunditatem sua voce inspirat. Ceterum clarius ex Marco liquet non protinus ex auctoritate secum vel sitem id non fuisse obseruatum a discipulis donec postridie frondibus nudatum viderunt. Idem quoque Marcus vii Petro assignat quod Matthaeus communiter omnib. discipulis, sed quum Christus in plurali numero respondet, colligere promptum est vnum rogasse omnium nomine.

21 Respondens autem Iesus.) Vnum miraculi lo- gius extendit Christus, ut suos discipulos ad fidem in fiducia nunc animet. Apud Marcum generalis primum exhortatio ponitur, Ut habeant fidem Deo. Sequitur deinde promissio, si de imperatores quicquid à Deo petierint. Fidei Dei habere tantum valet atque certò sibi promittere, & exspectare à Deo quicquid opus facit. Se i qui fides, si qua est in nobis, erumpit statim in preces, & ad thesauros gratiae Dei qui verbo ostensi sunt, penetrat, ut illis fruatur: ideo si le preicationem fabiangit Christus, "nam si tantum dixisset fore quicquid optabimus, quibutdam vila esset impo- riosa vel nimis secura fides. Quare eos verè demum credere ostendit Christus qui bonitate eius & promissionibus fieti, suppliciter ad ipsum con- fagunt. Hic autem locus ad vim naturamque fidei exprimendam insignis est, ne mpe quod certi- tudo sit in Dei bonitatem recumbens, que dubitationem non admittit. Neque enim alios crede- re agnoscit Christus nisi qui indubie statuit Deū sibi esse propitium, nec hesitant quin datus sit quod petunt. Vnde perspicimus quād diabolico vestimento fascinati sint Papistæ, qui fidem dubita-

tioni permiscent: inquit stulte presumptionis nos infiniti, si de paterno Dei erga nos favore per- fusi, etiam ipso sifere nos audemus. Atqui hoc principiū Christi beneficium Paulus commendat, quod ex fide illius audacia habemus accedenciam ad Deum cum fiducia, ad Ephesios 3. c. 12. Docet præterea hic locus verum fidei examen in preci- bus contineri. Si quis obficiat vota haec nunquam fuisse exaudita, ut montes se in mare profluerent, facilis responsio est, Christum non laxare habemas hominū votis ut pro arbitrio quilibet appetat, dum fidei regule preces subiicit. Sic enim necesse est ut Spiritus omnes nostros affectus verbo Dei fraternos in obsequium cogat. Certam & sine haesitatione exorandi fiduciam requirit Christus. Vnde porrò eam mens humana concipiatur nisi ex Dei verbis? Nunc ergo videamus Christum nihil discipul's promittere nisi se intra metas Diuini beneplaciti continenteant.

47 Luc. Docebat quotidie in templo.) Marcus & Lucas primò docent ex quo genere hominum constiterit Ecclesia, nempe ex turba ignobilis: rursum quosnam habuerit hostes Christus, nēpe Sacerdotes & Scribas, omnēsque primores. Hæc au- tem pars est stultitia crucis, quod Deus præterita mundi excellentia quod stultum est, debile & contemptum eligit. Deinde commemorant bonos illos Ecclesiæ Dei præsides rationem quæsiſe per deadi Christi: vnde scelerata eorum impietas dete- truit. Nam ut illis Christi persequendi iusta fuisset causa, latronum tamen more ad cædem grallari, vel sicarios clam submittere nequaquam fas fuit. Tertiò docent, impiam illorum conſpirationem repressam esse: quia arcane Dei decreto ad mortem crucis destinatus erat Christus.

M A T T H . X X I .

M A R C . X I .

L V C . X X .

23 Et quum venisset in templum, accesserunt ad eum lymam: & quum ambularet in tem- docentem principes Sacerdo- plu, veniunt ad illum principes Sa- tum & sentores populi, dicen- cerdotum, & Scribe & seniorum. Quia autoritate haec faci- & quis dedit tibi istam auto- ritatem?

24 Respondens autem Ie- sus, dixit eis, Interrogabo vos illis, Queram a vobis & ipse quid & ego quiddam: quod si di- dam, & respondeite mihi: & di- xeritis mihi, & ego vobis dicam vobis qua autoritate haec fa- ciem qua autoritate haec fa- ciem.

25 Baptismus Iohannis vnu- de erat ē celo, an ex hominibus re- spondete mihi.

26 Sin autem dixerimus, timebant populum: omnes enim Ex hominibus: timemus tur- habebant Iohannem quod verē bam: omnes enim habent Io- Propheta fuisse.

27 Et veniunt rursum Hiero- docentem principes Sacerdo- plu, veniunt ad illum principes Sa- tum & sentores populi, dicen- cerdotum, & Scribe & seniorum. Quia autoritate haec faci- & quis dedit tibi istam auto- ritatem?

28 Et dicunt illis, Quia au- toritatem istam vni- te haec facis? & quis ubi dedit auto- ritatem istam ut haec facias?

29 Iesus autem respondebat dixit eis, Interrogabo vos illis, Queram a vobis & ipse quid & ego quiddam: quod si di- dam, & respondeite mihi: & di-

xeritis mihi, & ego vobis dicam vobis qua autoritate haec fa- ciem.

30 Baptismus Iohannis vnu- de erat ē celo, an ex hominibus re- spondete mihi.

31 Et cogitabant apud se, dicen- se dicentes? Si dixerimus, E- tes, Si dixerimus, E celo: dicet, Cur

32 At si dicamus, Ex hominibus:

1 Et factum est in uno die- rum illorum, docente illo popu- lum in templo, & euangelizante conuenerant Principes Sacer- dotum, & Scribe, cum seniori- bus:

2 Et aiunt illi, dicentes, Dic nobis, qua autoritate ista faci- aut quis est qui ibi dedit au- roritatem istam?

3 Respondens autem Iesus dixit ad illos, Interrogabo vos & ego unum quiddam, & re- spondete mihi.

4 Baptismus Iohannis ē ce- lo erat, an ex hominibus?

5 At illi cogitabant intra- se, dicentes, Si dixerimus, E celo: dicet, Quare ergo non credidisti illi?

6 Sin dixerimus, Ex homi- nibus: plebs vniuersa lapidabit nos, persuasum enim habet Io- hannem Prophetam esse.

27 *Et respondentes Iesu, dixerunt: Ne simus. Ait illis & ipse: Ne simus. Et Iesus responderunt: Nec ego dico vobis qua autoritate dicimus. Nec ego dicam vobis qua faciam.*

33 *Et respondentes dicunt Iesu: Ne simus. Ait illis & ipse: Ne simus. Et Iesus responderunt: Nec ego dico vobis qua autoritate dicimus. Nec ego dicam vobis qua autoritate faciam.*

7 *Et responderunt se ne- scire unde.*

8 *Et Iesus ait illis, Ne- que ego dico vobis qua au- toritate faciam.*

28 *Quia autoritate hæc fui.) Quia non proceperant alia consilia & aperti ad oppugnandum contumaciam, nunc obliquè tentant Sacerdotes & Scribe, si forte illum à docendi ratione deificere queant. Non disceptant autem de ipsa doctrina, vera sit necne, quod iam saepius frustra fuerant aggressi: sed de vocacione & mandato controversiam mouent. Et erat quidem speciosus color: nam quum nemo seipsum ingerere debet vel ad Sacerdotij honorem, vel ad Prophetarum munus, ed expectanda sit Dei vocatio: multò minus fas cuiquam erat sibi Messias non enaserere, nisi quem Divinitus electum esse constaret, quia non tantum Dei voces, sed etiam iureirando constituti oportuit,*

Tsal. 110. t. 4.

quemadmodum scriptum est. Sed peruersè & impie agunt, quod quin multis virtutibus testata esset Divina Christi maiestas, quasi omnium dignari, inquit unde prodicent. Quid enim magis absurdum est, quin palam extentam videat manum Dei, dum fanantur claudi & cæci, dubitare an hominem priuatam sibi hanc licentiam tenerè assumat? Adde quo: iam autem plus satis conuicti fuerant, Christum è calo esse nullum: ut nihil minus habeant in animo quam probare Christi gestab: Deum agnouerint eorum authorem. In hoc igitur insistant, non esse legitimum Dei ministrum quem suis ipsis suffragiis non elegerint, ac si penes eos tota resedit potellas. Atqui quamvis legiti essent Ecclesiæ præfides, prodigiosum tamen fuit, se contra Deum efftere. Nunc tenemus eum illis Christus disertè non responderit: quia scilicet improbe & sine putoe dare conspi cuia ipsum rogabant.

29 *Baptismus Iohannis.) De Baptismo Iohannis eos interrogat Christus, non tantum ut ostendat omni autoritate indignos, quia sanctum Dei Prophetam spreuerant: sed etiam ut ees proprio responsu coarguant, impudenter simulare rei bene comperta ignorantiam. Tenendum enim memoria est quorsum missus fuerit Iohannes, quamnam fuerit eius legatio, in quam rem maxime incubuerit. Missus fuerat Christi præceptum: minime defuit suis partibus: & ipse nihil sibi aliud vendicat nisi vt patet viam Domino, denique Christum digito monstrauerat, restatusque fuerat unicum esse Dei Filiu. Nunc igitur unde sibi probari vo-*

lunt Scribæ nouam Christi autoritatem, quum in Iohannis præconio legitima eius fides facta esset? Nunc videmus Christum non vñum fuitie callido artificio ut subterfugeret, sed obiecta quæstioni penitus & solidè satisfecisse. Non enim agnoscerat Iohannes Dei seruus, quin ipse Dominus agnosceretur. Itaque non armavit proteruos homines, qui sine vlo mandato, sed priuata audacia publicum libi inopus usurparunt: neque etiam suo exemplo sophisticam tacendæ veritatis artem induxit, sicuti multi versuti homines falsò cum auctore patefacti sunt. Fateor equidem non semper eodem modo respondendum esse, si quando nobis infideli tendunt impij: sed ita prudenter cauendum est ab eorum malitia, ne veritas debito patrocinio fraudetur. Cæterum Baptismus hic non tantum pro signo ablutionis capit, sed pro toto Iohannis ministerio. Voluit enim elicere Christus regnum, elicitque Iohannes verus & legitimus Propheta, an impostor. Loquutio tamè hæc continet utilem doctrinam, Sitne à Deo Baptismus Iohannis, an ab hominibus: quia inde colligimus, nullam doctrinam, nullum sacrum signum devovere inter pios admitti nisi à Deo præcepta esse constet, nec esse in hominū arbitrio quicquam excudere. De Iohanne habetur sermo, quem alibi Dominus supra omnes Prophetas insigni eloquio extollit. Baptismum tamè eius, nisi à Deo mandatus esset, recipiendum esse Christus negat. Quid ergo deficiunt sacramentis dicendum, quæ ab hominib: nihil, sine vlo Dei iussu stulte inuenta sunt? Nam Christus his verbis apte pronunciatus totum Ecclesiæ regimen si pendere à nutu Dei, ut hominibus nefas sit quicquam à seipso inducere.

Cogitabant apud se dicentes. His perspicitur Sacerdotum impietas, non reputant quid verum sit, neque interrogant sham conscientiam: imò turpiter malum tergiversari quam fateri quod verum esse norunt, ne quid sua tyrrannidi decedat. Sic omnes impii, quamquam discendi se cupidos fingant, obstruunt tamè suam veritatem, si cupiditati sua sentiant esse aduersum. Non ergo eos sine responsu ablegat Christus, sed prudenter ac confusos dimittit: & quantum satis est, producto in medium Iohannis testimonio, Diuina potentia se instructum esse demonstrat.

MATH. XXI.

28 *Quid autem vobis videatur? Homo habebat duos filios: & accedens ad priorem, dixit, Fili, vade, hodie operare in vinea mea.*

29 *Ille autem respondens ait, Nolo. Postea vero paenitentia motus abiit.*

30 *Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens dixit, Ego Domine. Et non abiit.*

31 *Vter è duobus fecit quod voluit Pater? Et dicunt ei, Prior. Dicit illis Iesus, Amen dico vobis quod publicani & meretrices precedent vos in regnum Dei.*

32 *Venit enim ad vos Iohannes per viam iustitiae, & non credidistis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei, vos autem quum vidistis, non fuisse tacita paenitentia, ut crederetis ei.*

MARC. LVC.

Clausula hæc ostendit in quem suè tendat parabola, quum Scribis & Sacerdotibus eos Christus præfert qui vulgo infames ac detestabiles erant. Nam istis hypocritis larvam detrahit, ne se amplius videntem pro Dei ministris, & inane pietatis studium obtendant. Quanquam enim ambitio eorum, & superbia, & crudelitas & avaritia omnibus nota essent, prorsus tamen alij censeri volebant. Et quum nuper Christum aggressi sunt, de ordine Ecclesie se esse sollicitos mentebatur, ac si fidi essent & probi eius vindices. Quin ita crassè Deo & hominibus illudunt, eorum impudentiam refellit Christus, ostendens ipsos nihil minus esse quam quod iactabant, adeoque procul abesse ab ea dignitate in qua libi placebant, ut infra Publicanos & meretrices subfidiat. Nam quid se profitebant optimis Diuini cultus custodes, & Legis zelotas, hæc perinde cito Christus dicit ac fatus filius patri verbo tenus obsequiū promittat, eum tamen frustretur. Quod ad Publicanos & meretrices spectat, non excusat eorum vitia, sed disfultant eorum vitam comparat proteuius & param modesti filii contumacia, qui patris imperium primò reiecit: sed in hoc longè præstare docet: quia non ad extremum usque in luis virtus persistat, quin potius ad iugum subeundum, quod ferociter repulerant, placidi sunt, ac morigeri. Nunc tenemus Christi consilium: non tantum Sacerdotes & Scribas obiugat quod obstinatè resistunt Deo, nec resplicant, toties moniti, sed honore eos spoliat quo indigni erant, quia deterior fit illorum impieras quam meretricum lascivia.

30 *Ego domine.*) Hæc phrasis ex lingua Hebraica sumpta est, nam dum obsequia sua offerre volunt Hebrei, ac tertiū se præsto esse ad parent-

M A T T H . X X I .

33 Aliam parabolam andite, Homo quidam erat pater familias, qui plantauit vineam, & sepem homo, & circundedit sepem, & fodit in eorum fodi lacum, & edificauit tur- lar, & edificauit turrim, & locauit eam agricolis, eam agricolis, ac peregrinè profectus est.

34 Quum autem tempus fructus appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ipsius.

35 Et agricultore apprehensis seruis eius alium cæderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt.

36 Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiiter.

37 Novissim autem misit ad eos filium suum, dicens, Renerebuntur filium meum.

38 Agricole autem viso filio duros quidem cedentes, illos vi-

xerunt intrasæ, Hic est hæres: vento occidamus eum, & occupemus hæreditatem eius.

39 Et apprehensum eicerunt eum, misit etiam cum ad illo-

40 Quoniam ergo venerit dominus buntur filium meum.

vineæ, quid faciet agricolis illis?

M A R C . XII .

1 Et caput illis per parabolam loqui, Vinerem plantauit, & circundedit sepem, & fodit lacum, & edificauit turrim, & locauit eam colonus, & ipse per-

& peregrinè profectus est.

2 Et misit opportuno tem-

3 At illi arreptum eum cæderunt, ac remiserunt va-

4 Et rursum misit ad illos alium in seruum: & illi conieclit in eum saxis caput illi contu-

derunt, remiseruntque contu-

5 Et rursum alium misit, &

6 Itaq; quum unum adhuc

haberet filium suum dile-

7 illu occiderunt, multoq; alios,

8 hunc quam viderint, renere-

9 buntur.

10 Et opportunè tempore mi-

11 sit ad colinos seruum, ut de fru-

12 Et rursum misit illi, & tertium:

13 Dicit autem dominus vi-

14 Quem quum vidissent

15 coloni, cogitauerunt intra se,

16 dicentes, Hic est hæres: venite,

17 occidamus illum, ut nostra fiat

18 hæreditas.

dum, sic loquuntur, Ecce ego adsum domine. Est autem virtus per se laudabilis, similique veibū fecit Deus, prompto & alaci studio obsequi. Nec verò Christus tarditatem hic in laude ponit: sed quoniā virtus virtutum sit, postquam moram quis traxerit, tandem ad officium descendere, & verbis profiteri quod non praetulit: hanc hypocrisy minus tolerabilem esse docet Christus quām ferociam quæ temporis successu dometur.

32 *Venit autem iohannes.*) Quoniam iohannes fidelis fuerit Dei minister, quicquid docuit, Christus in ipsius Dei personam conferit. Plenior suisse loquatio, Venit Iesus, iustitia viam iohannis ore demonstrans: sed quoniam iohannes Dei nomine, non tanquam privatus homo loquutus erat, merito in Dei locum substitutus. Atqui hic locus Verbi prædicationi non parvam autoritatem conciliat, dum præfacti in eum & rebellis esse dicuntur quicunque pias & sanctas doctoris ab eo missi admonitiones contemplaverint. Iustitia nomen quidam subtilius exponunt, quibus ego suo sensu frui permitto. At hi tamen nihil aliud solum quoniam iohannes doctrinam puram & rectam suis: acsi dixisset, nihil suis causæ cur euani reiuercent. Portò quoniam Publicanos credidisse dicit, non tantum significat verba annuisse, sed serio affectu amplexos esse quod audierant. Vnde colligimus, fidem non solum in eo esse positan si quis verè doctrinam subscrivat: sed maius aliquid & altius cōpiæ habere, ut auditor sibi pli renuntians, vitam viam Deo penitus addicat. Quoniam dicit netli quidem exemplo sūisse commotos, obstinata eorum malitiam amplificat, nam hoc extremp; desperationis signum fuit, saltem meretrices & publicanos non sequi.

L V C . X X .

9 Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc, Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonus, & ipse per-

10 Et opportunè tempore misit ad colinos seruum, ut de fru-
ctu vineæ dareat ei: qui cœsum emiserunt vacuum.

11 Etrursus adhuc alterum seruum misit: illi vero hunc quo que cœsum & contumeliis affec-
tum emiserunt vacuum.

12 Rursum misit & tertium: at illi hunc quoque vulnerib. in-
flictis eicerunt.

13 Dicit autem dominus vi-
neæ, Quid faciam? mittam fi-
lium meum dilectum: forsitan
illu occiderunt, multiq; alios, hunc quam viderint, renere-

14 Quem quum vidissent
colonii, cogitauerunt intra se,
dicentes, Hic est hæres: venite,
occidamus illum, ut nostra fiat
hæreditas.

41. *Aiunt illi cùm mali sint, male perdet eos, & vineam suam intrasse, Hic est heres: venite, occidamus eum, & nostra erit hereditas.*

42. *Dixit illis Iesus, Nunquam reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. Et dominus vinea? veniet & perdet agricultores, & dabit vineam alii.*

43. *Ideo dico vobis, Afferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.*

44. *Et qui ceciderit super lapidem hunc, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum.*

45. *Et quom audissent principes Sacerdotum ac Pharisaei parabolam eius, cognoverunt quod de ipsis diceret.*

46. *Et querentes eum comprehendere, timuerunt turbas, quia tanquam Prophetam cum habebant.*

7. *Illi vero agricultores dixerunt, veniam occiderunt, quid ergo facies illis dominus viue?*

15. *Et eccl̄um illum extra terras istos, & dabit vineam alii. Quodquā audissent, dixerunt, Absit.*

16. *Veniet, & perdet cohortes istos, & dabit vineam agricultores, & dabo vineam alii.*

17. *Ille vero intuitus eos, ait, Quid est ergo hoc quod scriptum est, Lapidē quē reprobauerunt edificantes, tis factus est in caput anguli?*

18. *Omnis qui ceciderit super illum lapidem, conquisabitur: super quem autem ceperit, & timuerunt turbam: sed etiam abierunt.*

19. *Et quarebāt eum comprehendere, omminuet illum, ac parabolam dixisset: & reliquo abierunt.*

33. *Aliam parabolam audite. Non nihil discrepant Lucae verba, quid dicit Christus in loquitur ad turbas qui sermo ad Sacerdotes & Scribas dirigitur. Sed facilis solutio est, quod Christus, sicut stylum in ipsos stringeret, tamen coram tota plebe detexerit eorum ignominiam. Marcus quū dicit Christum cōspicere loqui per parabolas, eam quæ prima erat ordine omittit: sicut & alius locis ex tota summa partem dūntaxat attigit. Porro huius parabolæ summa est, non esse nouum si Sacerdotes aliquæ Ecclesiæ proceres Deum iure suo fraudare impie contentur, nam tñili pridem latrocino graffatos fuisse in Prophetas, & nunc ad Filium interficiendum paratos esse, sed nō in punctu tandem laturos: quia Deus iuris sui vindicta exurget. Duplex autem est scopus, ut Sacerdotibus ingratitudinem exprobret perfidia & sceleris plenam: deinde ut offendiculum tollat quod instabat ex propinquâ sua morte. Fallaci enim titulo apud vulgus imperitum & simplices tantum profecerunt, ut ab eorum decreto & nutu penderet inter Iudeos religio. Præmunit ergo infirmos Christus, ac docet, quoniam à Sacerdotibus olim tot occisi fuerint Prophetæ alij super alios, non esse cur turbetur quisquam si tale exemplum in sua quoque persona editum fuerit. Sed iam singulas partes expendamus. Plantauit vineam. Frequentiter in Scriptura occurrit hæc similitudo. Quod ad præsentem locum spectat, tantum significat Christus, dum Pastores Ecclesiæ sive Deus præficit, ius suum in eos minime transferre, sed perinde facere ac si paterfamilias vineam aut agri colono locaret, qui operam suam culturae impendens, annuum fructum solveret. Quemadmodum autem apud Iesaiam & Ieremiam conqueritur quod ex vinea ad quam calendam multum laboris & sumptus impederat, nullum fructum retulerit: ita hoc loco vinitorum ipsos accusat, qui prouentum viuex quasi violenti prædiores sibi rapiunt. Quod*

tio erant Sacerdotes ut sana doctrina perfecte Ecclesiastem excoletarent, sed quum socracia vel infertia mandatum sibi opus negligerent, subnisi sunt quasi in extraordinariis subsidium Prophetæ, qui vitem noxiis herbis purgarent, putarent supervacuum garmentum, etenimque operis supplerent Sacerdotum desidiam: interim tamen populum feuerent arguerent, collapsum restituerent pietate n, expergetur sospitos animos, Deique cultum & nouam vitam reducerent. Hoc autem quid altud erat quam prouentum Deo ex sua vinea debitum polceret? Quod Christus ad suum institutum aptè verèque accommodat, neque enim penes Prophetas continuum & stabile erat Ecclesiæ regimen, sed à Sacerdotibus retentum semper fuit, quemadmodum si quis ignarus colonus culturae deserens, locum tamen cui præpositus semel fuit, postmissionis prætextum occupet.

35 *Alium cacerunt.*) Hic paulum differunt Marcus & Lucas à Matthæo: nam quum hic plures feruos comminemores, & quum omnes male & indignè tractati essent, moxore numerum turfus lumen illam: illi singulos tantum ordine ponunt quasi non simul duo vel tres missi forent, sed unus post alium. Quanquam autem omnibus idem communiter fuit propositum, nempe Iudeos idè in Filio austros quod in Propheticis non seueri fecerant: Matthæus tamen expressius rem ipsam declarat: nempe quod Deus Prophetarum copiam mittendo: certior rit cum Sacerdotum malitia. Vnde appareret quam in domita fuerit illorū rabies, ad quam corrigendā nulla remedium profecerint.

37 *Verebuntur Filium.*) Haec quidem cogitatio proprie in Deum non conuenit. sciebat enim quid futurum esset, nec spe melioris euentus deceptus fuit: sed vistitum est, præfertum in parabolis, ad eum transferri humanos affectus. Neque tamen hoc abs re additum est, quia voluit Christus tanquam in speculo representare quam deplorata esset illorum impietas, cuius hoc nimis certum fuit examen, contra Dei Filium, qui ipsos ad sanam mentem reuocatus venerat, diabolico furore insurgere. Sicuti autem crudeli Prophetarum cæde quantum in se erat, Deum prius à sua hæreditate depulerant: ita hic scelerum omnium cumulus fuit, Filium interficere, vt regnarēt quasi in orbata domo. Nam certè haec Sacerdotibus aduersus Christum levandi causa fuit, ne tyrannidem quasi prædam amitterent. Ipse enim est per quem Deus Pater vult præfesse, & qui omne imperii detulit. In fine etiam paululum variant Evangelista. Matthæus enim extortum illis confessionem refert, qua seipso damnarunt: Marcus simpliciter Christum pronuntiasse qua poena serui adeo nequam & improbi multandi sint, Lucas apertius in speciem dissentit, auersatos suis dicens denunciata à Christo pœnam. Verùm si proprius expeditus sefusum, nulla est repugnantia, quia de pœna quam meriti erant tales serui non dubium est quin assensi fuerint Christo: sed quum in se tamen crimen quam iudicium conferri sentirent, hoc ipsum deprecari sunt.

42 *Nunquam legis.*) Tenendum est quod paulo ante diximus, quum Sacerdotes & Scribae addictum sibi haberent populum, hoc inter ipsos axioma volitasse, solos esse legitimos arbitros & iudices futuræ redemptiois: vt nemo in Messiam recipiendus foret nisi quem nutu suffragioque

fuo probasset. Ideo contendunt esse impossibile quod dixerat Christus, filium & hanc eam communem vineam ab ipsis interierit. Hoc autem Christus Scripturæ testimonio confirmat: & emphatica est interrogatio, ac si dixisset, *Vt s pro magno absurdio ducitur, fieri posse ut vineæ coloni impia contra Dei Filium conspirent, quid an Scriptura predixit Iero fauore plausuque exceptum iri, ac non potius ipsis primiores fore illi aduersi fos?* Porro lo-

cus quem citat, ex eodem Psalmo sumptus est: *vñ. Psal. 113. c. 11.*

de & fulta illa acclamatio, *Saluum fac Domine, Benedictus qui venit in nomine Domini.* Ille autem vaticinium de regno Melchis, inde constat, quod Daudit hac Lege Rex à Deo creatus fuit ut folium eius perpetuo tractat quondam lucerent in calo sol & luna, & collapsum rufi, s Dei gratia in pristinum statum rediret. Quoniam ergo Piat us ille descriptionem regni Davidis contineat, simul annexa est perpetuitas, quam sequitur restitutio. Si de regno aliquo temporali sermo esset, improripi ad te traheret Christus. Sed notandum semper est quale in Davidis persona regnum Deus ei exercit: nempe quod in vero Melchis vsque ad finem mundi stabilitur, nam vetus illa vincio via bratilis fuit. Vnde colligitur, quod in Davide actum est, præludium & figurā Christi tuuisse. Redeamus nūc ad verba Psalmi. incredibile ducebant Scribae & Sacerdotes Christū reici ab Ecclesiæ prefectis. probat autem ex Psalmo mirifica Dei virtute, in uitio hominibus, in suo solio locandum esse: atque id tam olim fuisse in Davide adiubatur, quem reiectum à proceribus Deus suscepit, vt specimen ac documentum ederet quid tandem facturus esset in suo Christo. Propheta autem metaphoram funit ab edificiis, nam quia Ecclesia, Dei sacramentum est, ueritatem Christus, in quo fundata est, vocatur lapis angularis, hoc est, qui sustinet rotam edificij in mole. Non omni ex parte quadraret similitudo, si quis velleret singuli que in Christum competunt excutere: sed optimè conuenit, quia in eum recumbit Ecclesiæ salus, & ipse eius statum continet. Itaque alij deinde Propheta eandem loquendi formam sequuti sunt, præfertim Iesaias & Daniel. Sed Iesaias propius ad hunc locū alludit,

qui Deum sic loquente inducit, *Ecce pono in Sion lapidem fundamenti, lapidem pretiosum & electum, ad quem impingent anha domus Israël.* In Nouo autem testamento psalmi hic idem loquendi modus occurrit. Summa ergo est, regnum Dei fundandum esse in lapide quem architecti ipsi tamquam reprobium & nihil abiciunt, ac sensus est, Messiam, qui salutis Ecclesiæ fundamentum est, non communibus hominum suffragis electum iri: sed quum Deus arcana & insperata virtute mirabiliter cum euehet, contrarios illi fore & insenos principes quibus mādata est adiutio cura. Ceterum duo hic nobis spectanda sunt. Deus enim ne perturbent nos impij hominum conatus, qui ad impedimentum Christi regnum cōlurgunt, nos ante tempus admonuit ita fort. Deinde, quicquid moliantur homines, simul testatus est in erigendo Christi regno viætrice, & fore suum potentiam. Vtunque sedulò vobis obseruandum est. Prodigijs simile est, reici salutis anthorem non ab extra-neis, sed à domésticis: neque a fluita plebe, sed ab ipsis principibus qui gubernacula Ecclesia tenet. Contra tam absurdum hominum furem munienda est fides, ne labefactare nouitate. Nūc tene-

mus quām vtilis sit prædictio, quæ pias mentes à terrore eximit, quem aliqui ex tristī spectaculo conciperent. nihil enim minus consentaneum quām mēbra in caput, colonos in dominum, consiliariis in regem suum insurgere, & architectos fundamentum reūcere ab ædificio. Plus etiam energiæ subest alteri membro, vbi prouuntat Deus impios, Christum reprobando, nihil profeturos, qui sua illi integra maneat dignitas: nempe vt fideles has promulgatione freti, peruersam hominum superbia in Christo spernendo, fecurè quasi ex alto rideant. Nam vbi omnia machinati fuerint, Christus tamen ipsiſ inuitis tenebit quem Pater illi attribuit locum. Quantumvis illi ferociter insultent qui videantur honore & excellentia prædicti, stabit nihilominus in suo gradu, nec quicquam illi ex prauo contemptu decedet. Denique præualebit Dei authoritas, vt lapis sit electus & pretiosus, qui Ecclesiæ Dei regnum & templum sustineat. Porro dicitur, *Postus lapis in caput anguli*, non quod tantum pars sit fundamenti (quoniam ex aliis locis constet in ipso uno solide fundatum esse Ecclesiæ) sed simpliciter hoc voluit Prophetæ, præcipuum fore ædificij futuram. Quidam in voce *Anguli subiulter philosophantur*, Christum locari in angulo, quia duos parietes diuersos, Gétes scilicet ac iudeos, simul coniungat. Meo tamen iudicio nō altius respexit David quām quodd lapis angularis sustinet præcipuum ædificij pondus. Nunc quaritur quomodo Spiritus *Architec-tos* vocet qui tantum in ruinam & excidium templi Dei incumbunt. Nam se ideo probum fuisse architectum gloriatur Paulus, quia in solo Christo Ecclesiæ fundauerit. Reſponſio facilis est, Quoniam iniunctum sibi munus perfide adminiſtrent, vocationis tamen respectu hoc elogium ipſis concedit. Sic Propheticum nonem impostoribus ſepe tribuitur: & vocantur Pastores qui luporum instar gregem deuorant. Nec verò hoc illis tam honorifici est quām eos detestabiles reddit, dum templi Dei funditus diruunt, cui extrēdo præfecti erant. Hinc colligitur vtilis admonitio, non obſtar legitimam vocationem quoniam impij sint ac ſcelerati Christi hostes qui ministri eſſe debuerant. Ceterè legale ſacerdotiorum Diuinitus ordinatum erat, & Leuitis permitta erat à Domino potestas regendæ Ecclesiæ: an ideo fideliter ſuo munere detinēti ſunt? an illis obediens pios deinceps ad Chritum negandum? Eat nunc Papa cum suis cornutis Episcopis, & ſibi fidem in omnibus habendam eſſe taſtent quia Paſtorum locum occupant. Ut deus ritè ad Ecclesiæ regimē vocatos: Iuſtria tamen plus ſibi arrogant quam ſe titulares eſſe Ecclesiæ Praſuleſ. Atqui ne vocationis quidem titulus illis ſuppetit, nam ut ſe in hanc tyrannidem attollerent, eueri neceſſe fuit totum Ecclesiæ ordinem. Verū ut iurisdictionem ordinariam ſibi merito vſurpent, ſi tamen euerunt ſacerdātē domum, nominiſ nomine tenus architecti cendiſſent ſunt. Non ſemper hoc quidem accidit vt Chritum reiiciant, quibus mandatum eſt Ecclesiæ regimē. nam & ſub Lege fuerunt multi pīj Sacerdotes, & ſub regno Christi pastores etiā quidam, strenue & boja ſuę in aſſificanda Ecclesiæ lab̄orarunt: ſed tamen quia impieri hoc oportet, vt lapidem reprobent architecti, prudenter inter eos diſcernere conuenit. Et data opera nos Spiritus Sanctus admonuit, ne quos inanis titulus

& vocationis dignitas fallat. *A Domino factum eſt.* Quia hoc communī hominum iudicio nimis remouum eſt, vt Filium Dei principem ſuū repudient ipſi Ecclesiæ Paſtores ad arcanum, Dei conſilium nos reuocat Prophetæ, quod licet non comprehendamus ienſu noſtro, fulcire & militari conuenit. Sciamus ergo anſam in omnibus quæ filiobus hīc præcidi, ac diſcribē vetari ne quis naturā regni Christi ratione carnis extimes ac metiat. cuius enim ſtultiſ eſt, miraculū, ad quod adorandum nos hortatur Prophetæ, velle ingenij noſtri modulo ſubitare? Tu de regno Christi nihil admittes niſi quod tibi probabile viſum fuerit? cuius exordium Spiritus Sanctus inyterium eſt pronuntiat ſumma admiratione dignum, quia humānū oculū lateat. Meninērūs itaque, quoties de Ecclesiæ ortu, reſtitutione, ſtatuto, aquæ ſalute agitur, non etiē confundendos ſenſus noſtrōs, ſed tribuendū virtuti Dei honorem, vt abſconditum eius opus minoremur. Subeft etiam hic inter Deum & homines tacita antithēſi: non enim foliū amplecti iubendū mirificam regendæ Ecclesiæ rationem, quia Diuīnum eſt opus: ſed ſunū re uocātur à ſtulta hominū reverentia, quæ ſaſe Dei gloriam obſcurat: ac ſi dixiſſet Prophetæ, quālibet ſplendidis titulis polleant homines, peruerſe ramen fieri ſi quis illos Deo opponat. Quo refellit diabolica papistarum impetas: qui Iurauit Ecclesiæ ſuā determinationem Dei verbo præter re non dubitant. Vnde enim ſecundū ſe pendet verbi Dei authoritas, niſi ab hominum placi- to, vt Deo nihil plus fit iuriſ ſequendum quād quod ab Ecclesiæ precariō accipit? Longe alter hoc loco nos instituit Spiritus: nempe, ſimulac in medium prodiit maiestas Dei, ſilendū eſt toti mundo.

43 *Ideo dico vobis.*) Haec tenus sermonem ſuū direxit Christus ad duces & rectores, ſed coram plebe: nunc verò plebem ſipam ſimiliter compellat: neque id abſque cauſa, quoniam ſocia adiutrix eſſet Sacerdotibus & Scribis ad impediendam Dei gratiam. A Sacerdotibus quidem malum oriebatur: ſed iam hoc ſuis peccatis meritus fuerat populus, vt tam corruptos ac degeneres haberet paſtores: deinde totum corpus timili ferē militia infeſtum erat, vt Deo reſiſteret. Haec ratio eſt cur horrendā Dei vindictam omnibus promiſcūe Christus denuntiat: nam ut primatu inflati erāt Sacerdotes, ita reliquus populus adoptionis prætextu ſuperbiebat. Nunc Christus Deum illis negat eſſe obſtricium, ideoque fore vt honorem quo ſe redabant indignos, alio transferat. Atque illis quidem hoc ſemel dictum fuit: noſtra autem omnīa cauſa ſcriptum eſt, vt ſi nos Deus elegerit in populum, ne laiciuimus inani prauaque carnis fiducia, ſed nos illi vicifim ſtudeamus filios praefare *rem. ii. c. 21.* quales poſtular. Nam ſi ramis naturalibus nō percepit, quid inſtituīſ facturus eſt? Regnum Dei hereditario iure apud ſe reſidere Iudei putabant, ideoque ſecurè obſtinati erant in ſuis viſiis. Nos in eorum locum repente præter naturam ſuccelliſimus: multo itaque minus nobis affixum eit, niſi vera pietatis radice nitatur. Sicuti autem terrorē incutere nobis debet quād regne Dei priuarum in Christus minutar qui illud profanauerint: ita consolari pios omnes poeteſt quia hic noratur eius perpetuitas, nam his verbis ſignificat Christus, quoniam Dei cultum apud ſe peſſimenter impīj, nō tanum

tamen facturos ut aboleatur Christi nomen & perire vera religio: quia Deus (in cuius manu sunt omnes fines terrae) libi regno suo domicilium sedemque reperiet. Descendum est præterea ex hoc loco, Euangelium non ideo prædicari ut sterile & otiosum faciat, sed ut fructificet.

44 *Qui ceciderit super lapidem.*) Confirmat apertius Christus proximam sententiam, nihil scilicet per ire sibi vel minui dum ab impetu recitatur: quia ut lapidea sit vel ferre eorum obstinatio, sua tamen duritate ipsos confinget, ac proinde ipsorum exitio magis illustrabitur. Miram in fuda si periculacione cernebat, necesse ergo fuit genus hoc vindictæ securè illis proponi, ne tam securè impingerent. Hac dicit in partim nos erudit, ut tenero & flexibili corde nos Christo donados placide tradamus: partim etiam contra impiorum contumaciam furiososque impetus confinat, quos tandem formidabilis manet exitus. Cædere si per Christum dicuntur qui ad eum apprimendum ruunt: non quod ipsis alii descendant, sed quia eosque abripit eos sua infania ut Christum, quasi

è sublimi impetuere contentur. Hoc vero solum proficeret ipsos docet ut ipso contenta nangatur. Sed ubi ita se fastuose extulerint, si huc ferej regit, ut scilicet conterantur sublapide in quem tam audacter irruerant.

45 *Cognoverunt quod de ipso.*) Observant Evangelista quā parum Christus proficeret, ne narentur si hodie non omnes ad obsequium Dei cogit Euangelij doctrina. Discimus etiam fieri alter non posse quin rabiem impiorum magis accendant nimis: nam sicut Deus verbum suum cordibus nostris obligat, sic etiam eius cauterio vulnerat malas conscientias, quo sit ut magis exarcat impicias. Rogandus itaque est ut nos ad voluntarium mentem subigat, ne mala vindictæ eius cogitatio nos magis exarcat. Quid solo piebis mente tenentur ne manum Christo iniurie audiunt, sciamus iniectum illici Divinitus fuisse frenum. Vnde etiam non parum fatus consolatio reddit ad fideles, dum audiunt se Dei praefidio tegi, ut è mortis faucibus subinde emergant.

M A T T H . X X I I .

15 Tunc abeuntes Pharisæi confidimus ceperunt ut illaquearent eum in sermone.

16 Et miserant ad illum discipulos suos cum Herodianis, dicentes, Magister, scimus quod veritas, & vires Dei in veritate docetas, neque cures quenquam, non enim resipisci personam hominum.

17 Dic ergo nobis, quid ubi videtur lucent censum dare Cæsari, an non?

18 Cognita autem Iesu malitia eorum illi, Quid me tentatis? hypothesite?

19 Ostendite mihi numismata censu. At illi obtulerunt ei denarium.

20 Et ait illis, Cuius est imago haec & inscriptio?

21 Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsari, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

22 Et his auditis mirati sunt, & eo omisso abierunt.

M A R C . X I I .

13 Sic mittant ad eum quoddam Pharisæum & Herodianum, ut eum caperent in sermoni.

14 Illi vero quum venissent, dicunt eis, Praeputor, scimus quod verax es, & non curas quenquam, non enim resipisci personam hominum, sed in veritate doces: licet censem dare Cæsari, an non dabimus?

15 Ille vero scens eos simulationem, dixit illis:

16 Quid me tentatis? afferat mihi denarium ut vi-

deam.

17 Illi vero attulerunt: Cæsari,

& dicit eis, Cuius est imago haec & inscriptio?

18 At illi, Reddite ergo quæ sunt Cæsari, Cæsari: & que sunt Dei, Deo.

19 Et respondens Iesus, dixit illis,

Reddite quæ etis reprehendere coacera populo: unum Cæsaris, Cæsari: & quæ & mirati super reponso eius tam de eo.

L V C . X X .

20 Et observantes, misserunt infidiles, qui iustos insultarent, ut caperent eum in sermone, transferentque illum principatum, & potestatis Præsidis.

21 Et interrogauerunt eum, dicentes, Magister, scimus quod nesciis ac dices, nec respicias personam, sed vires Dei in veritate doces:

22 Licet nobis tributum dare Cæsari, an non?

23 Cognita autem eorum veritas ad xii ad eos, Quid me tentum?

24 Ostendite mihi denarium: Cæsari habet imaginem & nomen Respondentes dixerunt, Cæsari.

25 Et ait illis, Reddite ergo deum suum Cæsari, Cæsari: & que Dei sunt, Deo.

26 Et nos roterunt verbum Cæsaris, Cæsari: & que & mirati super reponso eius tam de eo.

Quum Pharisæi alia omnia in Christum frustra tentassent, hoc postremo putarunt optimum esse eius perdere: di compendium, si Præfidi tanquam seditionum ac res nouas inobligenter traducerent. De censu (vt alibi vidimus) tunc magna erat apud Iudeas disceptatio, nam quoniam censuram, quem Deus in Legi Molitica sibi sibi in iudebar, Romani ad se transiulissent, pascum frenabat Iudei indignum esse ac minimè ferendum facinus, quod profani homines Diuinum us hoc modo ad se rapierent. Ade quod quoniam illa legalis census indictione adoptionis eorum recte esset, honore sibi debito se spoliari putabant. Nam ut quisque tenuissimus erat,

ad tumultuandum audaciorem reddebat paupertat fiducia. Hanc igitur captiæ Christi astutiam Pharisæi excogitant, quod de censu utrouis modo responderent, laqueos libi induc: si negaverit solendum esse, seditionis reus erit: si verò confessus fuerit iure deberi, gentis sue hostis ac patriæ libertatis proditor habebitur. Porro hoc principie spectant ut plebem ab eis alienent. Hæc capturet quam notant Euangelisti, quia vndeque irrexitum esse Christum prius, ut iam effugere nequeat. Quia autem profici erant eius hostes, idque se fore suspectos noverant, quosdam subornant, è suis discipulis, quemadmodum dicit

Herodiam. Matthæus. Lucas autem insidiatores vocat, qui se iustos esse simularent: hoc est dolos obtenderent simplicem rectumque discendi affectum. Neque enim simulatio iustitiae hæc in genere accipitur, sed restringitur ad præsentem causam: quia nisi docilitatis sinceri quiete studij prætextu admissi non essent. Herodianos sibi adiungunt, qui Romano imperio magis fauebant: vnde ad criminandum erant aptiores. Notare autem opera et pretium est, quum acer inter ipsos esset dissidium, tanto Christi odio ardore vt ad eum perendum conspirent. Quenam fuerit secta ista, alibi diximus, nam quum Herodes tantum semiudeus esset, vel degener atque adulterinus Legis professor, quicunque exactè volebant ac omni ex parte seruari Legem, illorum cum impuro suo cultu damnabant: ipse autem suos adulatores habebat, qui colorem inducerent peruersæ eius doctrinæ. Itaque prater alias sectas illo tempore nata erat aulica religio.

16 *Magister scimus.*) Hæc est iustitia quam simulant, dum se blandè subiectū Christo, quasi discendi cupiditate nec solidū imbuti pietate, sed etiam de illius doctrina rectè persuasi, nam si ex animo loquuntur essent, hæc vera erat rectitudine. Quare ex eorum verbis probi fidique doctoress, qualem se Christum habere fingunt, definitio colligi potest. Veracem esse dicunt, qui Dei viam docet: hoc est qui fidelis est Dei interpres: & quidem in veritate, hoc est sine villa corruptela. Via Dei commentis hominum & extremitate omnibus doctrinis opponitur: veritas autem ambitioni, avaritia, prauisque aliis affectibus qui puram docendi rationem inficere solent. Ergo is denum nobis h. bendus est legitimus doctoress qui non ingerit hecnum fragmenta, nec discedit à genuino verbo Dei, sed quod ex ore eius didicit, quasi per manus dispensat: deinde sincero & fidicandi studio doctrinam accommodat, in vsum & salutem populi, nullus autem eam fuso adulterat. Quod pertinet ad hoc

z. Cor. 2. 4. 17 posterius membrum, Paulus, dum se negat capponari verbum Dei, significat quosdam eorum qui dexteritate pollut nec palam evertunt rectam doctrinam, vel impiis dogmatibus sunt infames, lucare tamen ac corrumpere doctrina puritatem, quia vel ambitionis sunt, vel avari pro carnis sua cupiditate hue & illuc flexibles. Itaque eos mangonibus comparat, eo quod sincerum verbi Dei vsum depravant. Notatu etiam dignum est quod simul addunt isti hypocritæ, Christum rectè docere, quia illi cura non est persona hominum. Nihil enim est quod doctores à fideli integrâque dispensatione magis abducatur quam dū sequuntur hominum respectum. Nam impossibile est vt verè se Deo adducat quisquis hominibus placere cupit. Habenda quidem est hominum cura: sed non vt blanditiis captetur eorum fuit. Denique, vt integrâ simus, facessat necesse est personarum acceptio, qua lucem obtenebrat, iustumque iudicium peruerit, sicuti sapientia in lege Deus inculcat, & experientia etiam ostendit. Ideo Christus, Iohann. 7. d. 24. πρωτωδονιάλε & rectum iudicium inter se committit, tanquam res penitus contrarias.

18 *Cognita eorum malitia.*) Sic præfati erant vt nihil ab optimis discipulis different. Vnde igitur hæc Christo notitia, nisi quia Spiritus eius cordium erat cognitor? Neque enim humana conjectura sollecit eorum futuram, sed quia Deus erat, pene traxit in corda ipsorum, vt se blanditiis & iustitiae

specie frustâ obtegerent. Ergo priusquam respondens daret, sua Divinitatis specimen edidit, occultam eorum malitiam patefaciens. Nunc quoniam similes nobis ab improbis quotidie tendantur insidiae, interior vero malitia nos lateat, rogarundus est Christus vt nos instruat Spiritu discretionis, & quod ipse naturâ propriâ iure habuit, nobis gratuito dono cōserat. Porro quâ necessaria sit nobis hæc prudentia, inde patet quod si nobis non cauemus ab impiorum laqueis, subinde eorum calumnias obnoxiam reddendus Dei doctrinam. Porro quod iubet Christus nummum proferre, quoniam non magni momenti primo a se ecclâ videtur, tam ad soluendas tendiculas sufficit. Nam hæc parte expressa illis fuit subjectionis confessio, vt Christus neceſſe non haberet quicquam illis novum praecipere. Perclusus erat nummus forma Casaris: ergo Romanis imperij authoritas communis vobis probata recipiātur erat, vnde constabat Iudeos ipsos iam sibi sponte legem impoliuisse soldi tributi, quia Romanis gladij potestate concesserant. Neque enim scorsum de censu disputandum era: sed pôddebatur à generali politia hæc quatio.

21 *Reddite que sunt Cesaris.*) Admonet Christus quoniam gentis subjectionis nummo testata sit, non esse de eius parte litigandum: ac si dixisset, Si vobis absurdum est tributum pendere, ne Romano imperio subiecti sitis. Atqui nummus (qui mutuus in terra, ines communicationis sponsor est) Casarem vobis dominari testatur, vt tacita quoque veluta approbatione perierit ac erexta sit quam obtemperatis libertas. Porro non ita medium est responsum Christi quin plenam de quâione proposita doctrinam contineat. Nam hæc inter spirituale & politicum regimē clara distinctio ponitur, vt sciatis nihil nobis obstat externam subjectionem quominus libera intus sit conscientia coram Deo. Voluit enim Christus eorum errorē refellere, qui se Dei populum esse non putabant nisi ab omni humani imperij iugo essent immunes. Sicuti & Paulus in hanc partem sedulò incumbit, ne minus se vni Deo seruire existimant, si parerunt humanis legibus, si tributa soluant, ac reliquis oneribus ferendis submittunt cervices. In summa pronuntiant non violari ius Dei, nec lædi eius cultum, si Iudei quoad externam politiam Romanis pareant. Videtur etiam eorum hypocrisim perstringere, quod quoniam secundum è permitterent Dei cultum multis in rebus violari, in modo impie sua potestate Deum fraudarent, tantum zeli ardorem præ se cerebant in re nihil. ac si dixisset, Valde solliciti estis, si tributum soluatuer Romanis, ne quid ex Dei honore decedat. Atqui portius danda opera est vt Deo cultum exhibeat quem à vobis requirit, interea hominibus etiam reddatis quod suum est. Videatur quidem non quadrare partitione: quia propriè loquendo, dum officio nostro defunimus erga homines, obsequium hoc Deo impenitus. Sed Christus ad valgi captum sermonem accommodans, satis habuit spirituale Dei regnum ab ordine politico & præsentis vita statu discernere. Quare hoc discrimen tenendum est, quoniam Dominus ad regendas animas vnicus Legislator esse velit, non aliunde eius colendi petendam esse regulam quam ex ipsius verbo, acque in solo præceptu cultu qui illuc prescribitur manendum: gladij vero potestatem, leges & iudicia nihil obstat quominus integer apud nos Dei cultus vigeat.

Iam

Iam haec doctrina latius patet, ut quisq; pro sua vocatione debitum hominibus officium preget, liberi parentibus, servi dominis se libenter submittant: alij alii morigeri sint & obsequentes, secundum charitatis legem: modo summū imperiū Deus semper obtineat, cui subalternū est (ut loquuntur) quicquid hominib; debet potest. Summa ergo sit, quia Dei rebelles sunt quicquicque potitiū ordinem labefactant, obedientiam erga principes & magistratus cum Dei cultu & timore semper coniunctam esse: sed cuiuslibet sibi ex Dei iure principes usurpati, non esse illis obbediendum nisi vīque ad aras.

M A T H . XXII.

23 In illo die acceſſerunt ad eum Sadducei, qui dicunt ad illum, qui dicunt non esse Sadducorum, qui negant esse resurrectionem: & resurrectionem interrogaverunt eum,

44 Dicentes, Magister, Moys; dixit, si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater eius uxori illius, & suscitet semen fratris suo.

25 Erant autem apud nos septem fratres: & primus uxori duxit, defunctus est, ac non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo.

26 Similiter secundus & tertius, usque ad septimum.

27 Nguissime autem omnium defuncta est & mulier.

28 In resurrectione ergo cuius est septem illis erit uxor: omnes enim habuerunt eam.

29 Respondens autem Iesus ait illis. Erratis, nesciētes Scripturas neque virtutem Dei.

30 In resurrectione enim neque matrimonium contrahēt neque elocātur: sed sicut fuit Angeli Dei in calo.

31 De resurrectione vero mortuorum nō legistis quod vobis dictū est à Deo, qui ait,

32 Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob: Deus non est Deus mortuorum, sed viuentium.

33 Et quum audissent turbæ, obſupuerunt de doctrina eius.

M A R C . XII.

18 Et veniant Sadducei, qui dicunt non esse Sadducorum, qui negant esse resurrectionem: interrogauit eum, runtque illum dicentes,

19 Praeceptor, Moys; scripsit nobis, si cuius frater mortuus fuerit habens uxorem, tisque sine liberis ac relinquat uxorem, ac ris mortuus fuerit, ut accipiat frater eius frater eius uxori ē illius, suo.

20 Septem fratres fuerunt: ac primus accepit uxorem, ac mortuus moriens non reliquit semen.

21 Et secundus accepit illam, ac mortuus est, ac neque ipse reliquit semen. Et tertius similiter.

22 Et acceperunt eā septem, nec reliquerunt semen. Postrema vero omnium mortua est & uxor.

23 In resurrectione igitur, quā resurrexerint, cuius illorum erit uxor? nam septem habuerunt eam uxorē.

24 Et respondens Iesus dicit eis, Annon propterea et ratis quod nesciatis Scripturas, neque virtutem Dei?

25 Quum nā mortuis resurrexerint, neque contrahabent neque nuptum sunt: equales enim Angelis sunt, & sicut sunt Dei, quum siliq; iusti resudantur: sed sunt vel ut Angelii Dei, qui in celis sunt.

26 Ceterū de mortuis quod resuscitetur, nō legistis in libro Moysi quomodo in rubro loquutus sit illi Deus, di-

cens, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob:

27 Nō est Deus mortuorum, sed Deus viuentium. vos igitur multū erratis!

22 Miratisur.) Hic etiam apparet ut Deus malignos hostiū suorum conatus in diuersum finem conuerteret, nec modō spem corum deludat ac frustretur, sed etiam cum ignominia eos repel lat. Fieri quidem interdū ut impij, licet victi, non tam obſtreperere desinant: sed quatumvis indomita sit eorū perulantia, quotquot pugnas contra Dei verbum intentant, totidem victorias habet Deus in manu, ut de illis & Satana eorum capite trumphet. In hoc vero responsō Christus peculiariter suam gloriani illustrare voluit, dum cogit pudore confusos discendere.

I. V. C. X X .

27 Aueſſerunt autem quidam interrogauerunt eum,

28 Dicentes, Magister, Moys;

19 Praeceptor, Moys; scripsit nobis, si cuius frater mortuus fuerit habens uxorem, tisque sine liberis ac relinquat uxorem, & iugulet sibi frati pia fratris eius uxori ē illius, suo.

29 Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorem, ac mortuus ejus sine liberis.

30 Et accepit secundus illam, & ipse mortuus est sine liberis.

31 Et tertius accepit illam: similiter & ceteri septem: nec reliquerunt liberis, & mortui sunt.

32 Nguissime omnium mortuorum & mulier.

33 In resurrectione ergo cuius eorum erit uxor? quidem septem habuerunt eam uxorē.

34 Et respondens ait illis Iesus, Filii huius seculi ducunt uxores, & nupciantur.

35 Illi vero qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neque ducunt uxores, neque nupciantur.

36 Neque enim ultra mori possum: equales enim Angelis sunt, & sicut sunt Dei, quum siliq; iusti resu- dantur.

37 Quod vero resurgent mortui, & Moses ostendit iuxta rubrum, quum dicit Dominiū īſſe Deum abraham, & Deum Isaac, & Deum Jacob.

38 Deus autem non est mortuorum, sed uxorū: omnes enim illi viuunt.

39 Respondentes autem quidam Scribarum dixerunt, Magister, bene dixisti.

40 Et amplius non audebam eum quicquam interrogare.

Hic videamus ut Satan impios omnes, quibus alioqui pessimè inter se conuenit, ad oppugnandam Dei veritatem simul colligat. Nam quum duab. istis scètis hostilis esset dissensio, tamen aduersus Christum conspirant, ut Pharisæis non displicat suam doctrinam in Christi persona oppugnari. Ita hodie videamus omnes Satanæ copias, quanvis alioqui alia & aliis contraria sint, vindique tamen in Christum insurgere. Et tam infesto odio flagrât Papistæ contra Euangelium, ut Epicureos, Libertinos, & alia huiusmodi portenta libet & foueant, modo ad illud labefactandum vta ut his adiutoribus. In summâ videmus ex diversis castris egreditos esse qui impetum in Christum facerent: & hoc ideo esse factum, quia omnes cœmuntur lucem suam doctrinæ oderant. Ceterum Sadducæi quæstionem proponunt Christo, ut specie absurditatis vel eum in eius societatem ferrarent, vel, si dissentiant, insinuant, ac iudicent habeant apud rude & indocetum vulgus. Ac fieri quidem potest ut eodam causâ prius vexare Phariseos soliti fuerint, sed candem nunc Christo discipulam tendant.

Q. 4. dicitur no. effere resurrectionem. Qualis fuerit Sadducæorum erigo, ubi diximus. Porro non solum ultimum carnis resurrectionem eos ne-
Ad. 23. b. gafse, etiamque immortallitatem, Lucas testitor. Et certe si prius expeditur, Scriptura dicitur, anima vita sine spe resurrectionis me-
ritum est somnium. Neque enim Deus pronuntiat animas à morte esse superstites, quasi tam præsen-
ti perfecta gloria, & sua beatitudine fruantur: sed earum spem in ultimum usque diem suscepit. Fa-
teor quidem philosophos, quibus signata erat resurreccio carnis, & immortali animæ esentia multa disserere, sed tam futiliter gariunt de tui-
ra vita statu, venienti habeant ponderis eorum commenta. Quum verò tradit Scriptura ex spe re-
surrectionis pêdere spiritualem vitam, & animas à corporib. solutis illuc respicere, quisquis resur-
rectionem non conuelit, animas quoque immortali-
tate sibi dat. Ceterum hinc perspicitur hori enda-
ludicæ Ecclesiæ. ò ulio, quod religiosis antisti-
tes luntur vita ipsius tollebant, ut post carnis resur-
rectionem homines à brutis animalibus nihil differerent. Non negabant quidem sancte & iuli⁹ viuē-
dumcane tam profani erat ut Dei cultum super-
uacu⁹ esse ducet. Et quin potius assertebat Deum esse inūlii iudicem, ac eius providentia res hun-
anas regit? Sed quā tam mercede piorum quam debita in suis pecunias ad præsentē vitam restringe-
rent, etiamli verò dixissent nunc quenq; homini-
nae aequaliter pro suo merito tractari, hoc tamē
ciat nimis præpostorum, promissiones Dei tam
angustis finibus includere. Iam experientia clarè
demonstrat, plorquam crastum fauissim⁹ eorū stupor-
rem, quoniam palam su⁹ mercedem que bonis reposi-
ta est, suspensi in aliena vita: pecunias etiam impis
minimè persolui in hoc mundo. Denique hoc de-
libero nihil absurdum fungi potest, homines ad ima-
ginem Dei creatos, instar pecudum morte extin-
guiri. Quam verò secundum illud & prodigiosum
fuit, quoniam ubique Gentium apud profanos & cœ-
cos idololatras sicut aliquæ maneret futura vita
opinio, apud Iudeos (peculiarē Dei populi) hoc
pietatis semen abolutum esse! Omitto quid quā
sanctos Patres cernerent properas lead celestem
vitam, & secundus quod Deus cum illis pepigerat,
esse spirituale & eternum, plusquam habentes suffici-

eporteat, qui in luce tam clara cœcutirēt. Sed pri-
mū hæc iusta fuit eorū merces qui Dei Eccle-
siæ in seatas distraxerant: deinde hoc modo vltus est Dominus impium doctrinæ suæ con-
temptum.

24. Magister, Moses dixit.) Quom sufficeret
re nudū proponere, quorsum ita prefantur? nēce
astutæ Mosis nomen obtendunt ut probent legiti-
tatem eisœ cōiugia quæ cōtracta erant non hominū
placito, sed mandato & ordinatione ipsius Dei.
Porro necesse est ut secum Deus ipse consentiat.
Talis ergo erat eorum captio, Si Deus olim fide-
les in regnum suū colliget, quod illis dederat in
mundo, restituet: quid ergo fiet mulieri quam
Deus sept̄ viris addixit? Sic impii omnes ac her-
retici calumnias fabricant quib. deformēt veram
pietatis doctrinam, ac pudescant seruicis Christi:
imò Papistæ nulla verecundia tenetur quominus
aperitè Deo verbōque eius illudant, dum nos
circumueniunt etiā. Ideo Paulus non abs re do-
ctorum armis vult esse instructum, quib. adver-
sarios veritatis repellat. Quod ad Legem hæc per-
tinet, quia iustus Deus mortuis in matrimonium
succedere cōgnatos qui gradu sanguinis proximi
essent, si prius absit, liberis decesserat, hæc fuit
ratio, ut mulier quæ nuperat in aliquā familiā, semini
inde suscipieret. Quod si ex primo cōiugio
procreati essent liberi, incestuoso suīset cō-
gium intra gradus à Lege veritos.

25. Errat neficiens Scripturam. Quantum
Sadducæi compellat Christus, hæc tamen obiur-
atio generaliter in omnes saſorum degeneratum
inuentores conperit, nam quā nobis in Scripturis
clarè Deus assulgeat, errorum omnium fons &
causa est carum ignoratio. Hæc autem piis non
vulgaris consolatio est, quod ab errandi periculo
tuti erunt, quandiu humili modestaque docilitate
ex Sejū turis inquirent quid rectum ac verum
sit. Quod virtutem Dei Christus verbo coniungit,
at præsentis causa circumstantiam refertur.
Nam quia resurrectionem captum humani sensus lo-
gè sperat, nobis erit creditibilis, donec n̄cēs no-
stra ad intuitum immensæ Dei potētis affurgant,
qua potest sibi subiungere omnia, quemadmodum
doceat Paulus. Adde quidem Sadducæos despiciens ne-
cessitate fuit, quia per præsentū statu⁹ celestis vi-
ta gloriæ metiebantur. Interca tan̄ ē docemur,
rite & prudenter eos denum sentire & loqui de
regni celestis mysteriis, qui Dei potentiam com-
Scripturis coniungunt.

30. Sunt sicut Argenti.) Nō intelligit, filios Dei,
vbi resuū exerint, per omnia futuros Angelis si-
miles, sed quatenus ab omni præsentis vita infir-
mitate immunes erūt, ac si negaret caducē & cor-
ruptibilis vita necessitatib. amplius fore obno-
xios. Lucas clarius exprimit similitudinis ratio-
ne, quoniam mori nō poterunt, idcōque non erit
propagandum eorum genus sicuti in terra. Lo-
quitur autem de solis n̄delib⁹, qui de reprobis
non fuerat habitus sermo. Sed queritur cur di-
cat tunc fore Dei filios, quia filii resurrectionis
erūt: quoniam Dominus fideles suos, licet fragili
corporis ergastulo inclusos, hoc honore dignetur.
Et quomodo eternæ viæ heredes post mortem es-
semus, nisi iam nos agnosceret Deus pro filiis?
Respondeo, ex quo fide inserimur in corpus Chri-
sti, adoptari nos à Deo in filios, atq; iuvans adop-
tionis Spiritum testem esse, sigillum aeris & pi-
gnus, ut hac fiducia liberè clamare licet, Abba,
Pater.

Pater. Ceterum quanquam scimus nos esse Dei filios, quia tamen nondum apparuit quid erimus, donec transfigurati in eius gloriam videbimus eum qualis est, nondum effectu ipso censemur filii. Et quanquam Spiritu Dei regeniti sumus, qui tamen adhuc abscondita est vita nostra, eius manifestatio verè & in solidū ab extraneis nos differnet. Hoc sensu adoptio nostra in ultimum diem à Paulo differtur.

37 *Luc. Quod vero resurgent.*) Postquam absurditatem sibi obicitam refutauit Christus, iam Scripturæ testimonio confirmat doctrinam de ultima resurrectione. Atque hic ordo nobis tenendus est, ut hostes veritatis caluniam suis depulsi, intelligent se Dei verbo repugnare, donec enim convicti fuerint Scriptura testimonia, liberum illis erit semper obstrepere. Porro locum ex Moysi citat Christus, quia cum Sadduceis erat negotiun, qui Prophetis non multum habebant fidem, salte non alio loco eos habebant quā nos libū Ecclesiasticis vel Machabœorū historiā. Deinde quia Moses adduxerat, illis eundem iegerere maluit, quā vnum, quempiam ex Prophetis opponere. Adde quoddū inimicū in hoc incubuit, ut locos Scripturæ omnes colligeret: sicuti videamus Apostolos non inslein semper vti testimoniis in eadē causa. Neq; tamen hunc locum prætatis temere arripuit Christus, sed opimo iudicio delegit, licet in speciem videri posset obscurior, quia in primis celebri ac memorabilē esse decebat apud ludicros: quum testetur hac de causa redēptos fuisse à Domino, quia filij erāt Abrahæ. Illic quidem pronuntiat Deus se venire ut afflito populo succurrat: sed simul addit, illum populum se agnoscere pro se, adoptionis respectu propter fœdus cum Abraham percussum. Quis si ut mortuos potius, quā viuos respiciat Deus, nisi quia primū honoris gradum Patribus tribuit, apud quos fœdus suum deposituerat? Quonodo autem præcelerent si morte essent extinti? Hoc etiam clare exprimit relatio. nā sicuti pater nullus esse potest absque liberis, neque rex absque populo: sic proprius Dominus nisi viuorum vocari Deus non potest. Quanquam non tam ex communī loquendi forma ratiocinatur Christus quā ex promissione quæ his verbis inclusa est. Nam hac lege Domin⁹ se nobis in Deū offert, ut nos vicissim recipiantur populum: quod vnum ad fiduciām plenæ beatitudinis sufficit.

Vnde illa vox Ecclesiæ apud Prophetam Habacuc, Tu Deus noster ab initio, non morieris. Quin ergo salutem omnib⁹ promisit. ^{Habac. 1. 6.}

tat quibus se affirmat esse Deum, & hoc de Abraham, Isaac, & Iacob prædicti post illorum mortes sequitur residuum vitæ spem esse mortuis. Si quis excipiatur, posse animas superstites manere ut nulla sit carnis resurrectio: paulò ante respödiūta duo esse connexa: quia anima ad hereditatem sibi reponi a aspirante, ut nōdum obtineant suum statum.

38 *Omnis enim illi vivunt.*) Hæc loquutio variè accipitur in Scripturis, sed hinc intelligit Christus fideles, postquam in mundo interierint, agere cœlestem vitam cum Deo: sicut Paulus ad Romanos cap. 6. b. 10. Christum, postquam in cœlestem gloriam receperunt est, Deo vivere dicit: quia exceptus est huius caduca vitæ infirmitatibus & æternis. Sed confitit hinc adhuc Christus non esse de piotum vita ferendum iudicium ex carnis sensu quo reconditus sit sub arcana Dei custodia. Nam si mortuis sunt ferē similes dum in mundo peregrinantur, nōtio minus post carnis interitus in eis appetit illa vita species. At Deus fidelis est, ut supra hominum sensum coram se viuos cōseruet.

32 *Respondentes quidam Scribarum.*) Quā omnes male affectos fuisse præbabile sit, Diuino instinctu quibusdam, nempe Pharisæis, exercita fuit hæc confessio. Forte quanquam optarent Christum turpiter victimum obmutescere, quia tamen armatos se vident eius responso aduersus contraria factiōnem, facit abitio ut partam victorian illi gratulentur. Forte etiam vrebant eos inuidi, ne vele tā Sadduceis Christum opprimi. Interim admirabilē Dei prouidentia factum est ut eius doctrinę subscriberent etiam infelissimi hostes. Fruata etiam corum audacia fuit, non modò quia paratum esse Christum videbant ad quosvis insultus sustinendes, sed quia timebant cum decoro repellendi quod iam sepius acciderat. Deinde quia pudebat eos, racendo palmarum illi cedererat inde magis cresceret authoritas apud plebem. Quod autem Matthæus dicit omnes miratos super eius doctrinā, notandum est in tot prauis vel frigidis commentis infectam tunc fuisse pieatis doctrinā, ut merito instar miraculi habitum fuerit ita dexterū & appositū ex Lege probatam fuisse spem resurrectionis.

M A T T H . X X I I . M A R C . X I I .

34 *Pharisæi* 28 *Et quum accessisset autem quum au-* quidam è Scribis, & audis-
diff̄ent quid ob- set eos simul disputantes, vi-
tarasset os Sad- derētque quod bene respon-
duceatis, conue- disset eis, interrogauit illum, ne-
nerunt in v. Quod est primus omnium
num. præceptum?

35 *Et interro-* 29 *Iesus autem respondit ex totis viribus tuis, & ex totamente tua: &*
ganit eum unus illi, Primum omnium præce- proximum tuum sicut te ipsum.
ex eis Legis do- priorum est, Audi Israël, Do-
ctor quispiam, tē minus Deus noster, Domi-
tias eum, & di- nus unus est:

36 *Magister* Deum tuum ex toto corde quod est manda- tuo, & ex tota anima tua,

L V C . X .
25 *Et ecce quidam Legisperitus surrexit, ten-
tans illum, & dicens, Magister, quid faciendo vitā
eternam posidebor.*

26 *At ille dixit ad eum, In Lege quid scriptū
est: quomodo legis?*

27 *Ille respondens dixit, Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,*

proximum tuum sicut te ipsum.
28 *Dixitque illi, Recepisti hoc fac, &
viues.*

29 *Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus?*

tum magnum & ex tota mente tua, & ex
in Lege. 30 Respondens autem Iesus dixit, Homo quidam
descendebat ab Hierosolymis in Iericho, & incidit in
latrones, qui etiam defoliaverunt eum vestibus, ac
vulnerib. inflatis, abiuerunt, semimortuo relicto.

37 Ait illi Iesus: mūm preceptum.
Iesus, Diliges: 31 Et secundum simile
Dominum Deū huic est, Diliges proximum
tuum ex toto cor^um ut teipsum, matus hu-
de tuo, & in to alius preceptum non est.
ta anima tua, 32 Et dixit illi Scriba,
& in tota me- Benē preceptor cū veritate
te tua. dixisti, quod unus sit Deus;

38 Hoc est Et non sit altius prater illum:
proximum & ma 33 Quidque diligere
grum manda- eum ex toto corde, & ex tota anti-
tum. 34 At Iesus quum vi-
atque teipsum, diceret quod scienter respon-

39 Secundū ms., & ex totis viribus, ac di-
autem simile ligere proximum ut seipsum,
est huic, Dili- pius sit quām uniuersa holo-
ges proximum caustomata & victime.
tuum perinde 35 Et postero die egrediens, depromptos duos
denarios dedit hospiti, & ait ei, Curam illius habe:
& quodcumque præterea in sumptu eris, ego quām re-
dicro reddam tibi.

40 In his disset, dixit illi, Haud longe
duob. manda- abes à regno Dei. Et nemo in illum. 36 Quis ergo horum trium videtur tibi proxi-
mis fuisse illi qui incidit in latrones?

abes à regno Dei. Et nemo in illum. 37 At ille dixit, Qui exercut misericordiam
in illum. At igitur illi Iesus, Vade, & tu fac simili-
tis tota Lex & post illa audebat illum in-
ter. Proprietate penitentia ergare.

Quanquam huic historiæ aliquid simile tan-
tum habere videatur ea quam referunt Matthæus
22. capite & Marcus 12. non autem eadem esse: e-
go tamen in unum locum iacō conferre malui
quia quam Matthæus & Marcus affirmant hanc
fuisse ultimam questionem, qua tentatus fuit Do-
minus, Lucas eius tci nullam mentionem facit. Vi-
detur autem consultò prætermittere, quia alibi
retulerat. Neque tamen contendō eandem esse
historiam, quam Lucas à reliquo duobus quædā
habeat diuersa. Inter omnes conuenit, Scribam
tentandi Christi causa mouisse questionem: sed
is qui à Matthæo & Marco describitur, tandem
discedit non male affectus, acquiescit enim Chri-
sti responso, signumque docilis ac mansueti spi-
ritus præbet. Addo etiam quod vicius Iesus Christus
pronunciat nō procil ipsum abesse à regno Dei.
Atqui Lucas præfractum hominem fastigique tur-
gentem inducit, in quo nullum resipiscientia si-
gnum appetat. Nihil autem absurdum esset, Chri-
stum de vera iustitia Legisq; obseruatione & re-
gula bene vivendi sepius fuisse tentatum. Cate-
rūm siue Lucas alieno loco hoc retulerit, sic
nunc prætermisit alteram interrogacionem (eo
quod prior illa narratio quod ad doctrinam suffi-
ceret) doctrinæ similitudo hoc postulare visa est
vt tres Evangelistas inter se conferrem. Nunc vi-
dendum quānam hunc Scribam impulerit occa-
sio ad interrogandum Christum: nempe quia Leg-
is erat interpres, offenditur Evangelij doctrina,
qua exultinat Mosis autoritatem minuit. Quan-
quam non tam Legis zelo afficitur quām indignè
fert ex magisterij sui honore aliquid decedere.
Sciicitur ergo à Christo profiteri velit ali-
quid Legi perfectius, nam eti si hoc verbis non ex-
primit, captiosa tamen est eius questio, vt Chri-

stum odio populi exponat. Porro Matthæus &
Marcus non vni tantum homini hunc statim tri-
bunnt, sed rem ex composito actam fuisse docent:
ac unum fuisse delectum à toto secta, qui præ alii
ingenio & doctrina pollere visus est. In forma eti-
am interrogacionis non nihil à Matthæo & Mar-
co differt Lucas: nam apud hunc quātit Scriba
quid faciendo vitam æternam consequantur ho-
mines: apud alios verò duos quoānam in Lege
summum sit mandatum. Idem tamen est finis:
quia Christum fallaciter aggreditur, vt siquid eli-
ciat ex eius ore à Lege diuersum, quasi apostolani
& impia defectionis authorem cum exagitaret.

26 Luc. In lege quid scriptum est.) Aliud
Christi responsum audit quām sperauerat. Et
certè non aliam pī iusteque viuendi regulam
attulit Christus: quām quia Lege Mosis tradita
erat: quia sub perfecto Dei & proximorum a-
more continetur summa iustitiae perfectio. No-
tandum tamen est, Christum de acquirenda sa-
lute, prout rogatus fuerat, hic loqui. Neque e-
nim planè, sicut alibi, docet quomodo ad vitam
æternam perueniant homines: sed quomodo vi-
endum sit, vt iusti coram Deo censeantur. Cer-
tum autem est in Lege prescribi hominib; quomo-
do vitam formare debeant, vt salutem coram
Deo sibi comparent. Quod autem Lex nihil
aliud quām damnare potest, idēque mortis vo-
catur doctrina, & transgresiones augere à Paulo
dicitur, non sit doctrinae virtus, sed quia im-
possibile nobis est præstare quod iubet. Ergo
quanquam ex Lege nemo iustificatur, continet
tamen Lex ipsa summam iustitiam: quia non fal-
sò salutem promittit suis cultoribus, si quis plenè
obsernet quicquid mandat. Neque hec docendi
ratio nobis absurda videri debet, quod Deus
primus

primo iustitiam operum requirat, deinde gratuitam offerat sine operibus: quia necesse est homines suæ iustæ damnationis conuinciri, ut ad Dei misericordiam confugiant. Ideo apud Paulum virtutique iustitiae comparatio ponitur ut sciamus nos ideo gratis iustificari à Deo, quia propria iustitia dei detur tunc. Christus autem in hoc responde se se accommodavit ad Legisperitum, & ratio nem interrogations habuit, qualiter enim ille non vnde petenda esset falsus, sed quibus operibus acquirenda.

38. Matth. *Diliges Dominum.*) Apud Matrem inferitur præceptio, quod Deus Israël, unus sit Iehovah, quibus verbis autoritatem Legi sue duplice nomine conciliat Deus, nam & hic stimulus ad Dei colèdi studium acerimus esse debet, dum certè persimili sibi nos verum cali & terra opificem colere: quia naturaliter ignauiam gignit dubitatio: & fuisse ad cunctem ipsum amandum illecebra est, dum sibi nos gratis in populus adoptat. Ligo ne (velut in rebus dæbiis fieri solet) repudiem: tu. xii. audirent, à vero & vnico Deo vita regrediam sibi esse prescriptam. Ne autem eos diffidet retardet, familiariter ad ipsos accedit Deus, & gratutum fecit suum illis commendat. Interim tamen minimè dubium est quin se ab idolis omnibus separaret, ne alio detrahatur ludeat, sed in paro eius unius cultus se contineant. Iam verò si incertitudo miseros idolorum cultores non tardat quominus furioso ardore in illorum amore ferantur, quemam excusatio Legis auditoribus reliqua est, si Deo sibi patet & torpeant? Portò quod sequitur, est Legis epitome quæ apud Mosè quoque extat. Nam quum distincta sit in duas Tabulas, quarum prior ad cultum Dei, secunda ad charitatem referuntur, bene & prudenter Moses hæc summa colligit, ut agnoscant tutei quid in singulis præceptis velit Deus. Cæterum quanvis lögè aliter Deum amare conueniat quanvis homines, non tamen abs re Deus pro cultu vel honore dilectione a nobis requirit: quia hoc modo significat non alium sibi cultum quam voluntarium placere. Nam is verè demum se Deo in obsequium addicet qui eum amat. Portò quia praui & vici si cari's affectus nos à rectitudine abstrahunt, ostendit Moses tunc rite compositam fore vitam nostram si Dei amor omnes sensus nostros occupet. Discamus itaque pietatis initium esse Dei amorem: quia Deus coacta hominum obsequia reputat, vultque sponte & liberaliter colli. discamus interea sub Dei amore reverentiam quæ illi debetur, notari. Apud Mosen nō additur mens, sed tantum cordis & animæ & fortitudinis fit mentio. Quanquam autem hec quatuor membrorum partitio plenior est, sensum tamen non mutat, nam quum docere summatum velit Moses, solidè amandum esse Deum, & huc conserui debere quicquid facultatis inest hominibus, satis habuit animæ & cordi addere fortitudinem, ne quanquam nostri partē Dei amore vacuam relinqueret. Deinde sciimus Hebreos sub voce Cordis mentem interdum notare, præfertim vbi anima coniungitur. Quid autem tam in hoc loco quan apud Mattheum differat mens à corde, non multum labore: nisi quod mihi significat altiore rationis sedem, vnde cœilia omnia & cogitationes manant. Cæterum ex hoc cōpendio appetit, Deum in Legis præceptis non respicere quid possint homines, sed quid de-

beant. Nam in hac carnis infirmitate fieri nō potest ut perfectus Dei amor regnum obtineat. Icimus enim quām propensi sunt ad vanitatem omnes animæ nostræ sensus. Postrem hinc colligimus, Deum nihil morari exterñam operum specie, sed interiore affectu præcipue requirere, ut ex bona radice boni fructus nascantur.

39. *Secundum mandatum simile huic.*) Secundum locum mutuæ inter homines charitati afflignat, quia Dei cultus prior est ordine. Simile auté priori esse dicit mandatum de proximis amandis, quia ex illo dependet. Nam quum sibi quisque adictus sit, minquam vera erga proximos vigebit charitas nisi ubi regnabit amor Dei: mercenarius enim amor est quo sibi secutus atque alios prosequitur, quia singulis curæ est sua vultus. Rursus impossibile est Dei amorem regnare quin fraternalis inter homines charitatè ex se gignat. Portò quum proximes secuti nosiplos diligere iustificat Mo-ses, noluit amorem nostri priore loco statueret, vt quisque seipsum in primis amet, deinde proximos (que cum modum Sorbonici lophiſla caullanter, regulatum inferius esse sua regula) sed quum simus nobis nō nūm dediti, M. les virtutum hoc corrigens proximos nostros æquali gradu statuit, ac si vetaret unumque, aliis negliget, habere sui curam: quia charitas in unum corpus omnes coniungit. Et *ex auxiliis* corrigens, que alios ab aliis separat, singulos ad communem societatem & quasi si mutuum complexum reducit. Vnde colligimus, perfectionis vinculum non immixtum à Paulo vocari: & alibi, complementum Legis: quoniam omnia secundæ Tabule, recepta ad eam referri debent.

Cœlef. 3. c.
13. Rom. 13. c.

28. Luc. *Hoc fac, & vives.* Paulo autem exposuit quomodo cum gratuita fideli iustificatione hæc promissio conueniat. Neque enim ideo nos gratis iustificat Deus quia Lex non ostendit perfectam iustitiam, sed quia in eius obsecratione desicimus omnes: ideoque nos vitam ab ea consequi negat, quia infirma est in carne nostra. Proinde hec duo bene inter se conueniunt, Legem docere quonodo sibi homines iustitiam operibus comparent, & neminem iustificari operibus: quia non in Legis doctrina, sed in hominibus est defectus. Interea consilium Christi fuit calumniam diluere qua sciebat apud rudes & indoctos se grauiari, quasi Legem, quatenus perpetua est iustitiae regula, evenerit.

29. *ille volens iustificare seipsum.*) Videri posset hoc questione ad hominis iustificationem nihil valere. Verum si memoria teneamus quod alibi dictum est, hominum hypocrisii maxime deprehendi in secunda Tabula (quia dum se singunt optimi Dei cultores, charitatem erga proximos palam violant) inde colligere promptum erit hoc suffragio vsum suis Phariseum, ut sub falsa sanctimonita larva obiectus, in lucem non prodiret. Quum ergo intelligat examen charitatis si bi fore aduersum, latebras captat in nomine proximi, ne appareat Legis transgressor. Prius autem vidimus hac in parte Legem à Scribis suis corruptam, quod non alios sibi propinquos duebant nisi qui digni essent. Vnde & illud axioma inter eos receperunt erat, Licere odio habere inimicos. Nam hac vna hypocritis reatus sui abolendi ratio est, tergiuersari quoad possunt, ne vita sua exigatur ad Legis iudicium.

20. *Respondens Iesus.*) Poterat simpliciter docere Christus proximi nomen ad quemvis hominum promiscue extendi, quia totum humanum genus sancto quodam societatis vinculo coniunctum sit. Et certe Dominus non alia de causa nomen hoc in Lege posuit, nisi vt nos ad mutuum amore suauius alliceret. Clarus suis est praeceptum, Dilige vnumquaque hominem sicut teipsum: sed quia homines sua superbia exceperat, vt singuli seipsis contenti alios pari gradu vix dignentur, suaque officia ab illis subducant, data opera pronunciat Dominus omnes esse propinquos, vt ipsa affinitas alios alijs vtilissim conciliet. Ergo vt quis nobis sit propinquus, sufficit esse hominem: quia nostrum non est communem naturam delere. Sed Christus a Phariseo responsum elicere voluit quo seipsum damnaret. Quia enim apud eos obtinuerat illa magistralis determinatio, Neminem esse nobis proximum nisi qui amicus est, si eum praecise rogasset Christus, nunquam uno verbo consilias ioret sub nomine proximi comprehendi omnes homines: quod eum fateri cogit similitudo in medium adducta. Summa vero est, proximum nobis est alienum quenque: quia Deus cunctos homines inter se deuinxit, vt alij aliquos tuuerent. Concinne tamen Iudeos & Sacerdotes in primis perstringit, quod quin se eiusdem partis illis iactarent, adoptionis priuilegio se a reliquis Gentibus disiunctos, vt essent sacra Dei hereditatis, barbaro tamen immane contemptu alij alios non secus despicerent ac si nulla necessitudo intercederet. Neque enim dubium est quin Christus crudellem charitatis neglectum defribbat, cuius illi sibi consecerant. Ceterum hic, vt dixi, pricipius scopus est, propinquitatem quos ad inutu officia obligat, non restringi ad amicos vel consanguineos, sed patere ad totum humanum genus. Ad hoc probandum comparat Christus Samaritanum Sacerdoti & Leuita. Satis scitur quoniam infesto odio flagraret Iudei in Samarianos: vt in locoru vicinia maxima fuerit diffusio. Nunc dicit Christus Iudeum ciue Iericho, quoniam Hierosolyma iter faciens vulneratus esset a latronibus, tam a Leuita quam a Sacerdote, qui in eum iacentem & semimortuum inciderant, fuisse negligatum: a Samaritano autem humaniter curauit fuisse: ac deum quoniam quisnam ex tribus illis fuerit Iudeo proximus. Non poterat certe elabbi hic subtilis doctor quoniam Samaritanum reliquis duabus praeferret. nam hic tanquam in speculo perspicitur hominum communitas, quam impio suo cauillo delere conati fuerant Scribe. Et misericordia quam Iudeo hostis praestita, demonstrat natura duce & magistra hominem hominis causa esse creatum. vide colligitur mutua inter omnes obligatio. Allegoria quam hic excludunt Liberi arbitrii patroni, magis futile est quam ut refutatione digna sit. Secundum eos sub typico hominis vulnerati describitur Adae conditio post lapsum. unde inferunt, non extinctam prouersus in eo fuisse bene agcudi virtutem, quia tantum dicitur semimortuus. Quasi vero Christo propositionem fuerit hoc loco de corruptione humanae naturae loqui, ac differere quoniam mortiferum aut sanabile vulnerum Satan Adae inflixerit: quasi etiam non aperi & sine figura alibi prouuntiet omnes esse mortuos, tuos, nisi quos voce sua viuiscat. Nihilo plus coloris habet altera allegoria: qua tamen adeo placuit ut omnium seru suffragis excepta fuerit in-

star oraculi. Samaritanum hunc finxerunt Christum esse, quia sit custos noster: vulneri infusum fuisse vinum cum oleo dixerunt, quia penitentia & gratia promissione nos Christus sanct. Tertia argutiam fabricati sunt, quod Christus non statim relitur sanitatem, sed Ecclesie tanquam hospiti commendet paulatim curandos. Fator nihil horum non esse plausibile: verum Scriptura major habenda est reverentia quam ut germanum eius sensum hac licentia transfigurare liceat. Certè præter Christi mentem has speculations à curiosis hominibus fuisse confitetas cuius perspicuum est.

40. *Matth. In his duobus mandatis.*) Redeo nunc ad Matthæum, ubi dicitur Christus totam Legem & Prophetas pendere in his duobus mandatis: non quod hoc restringere velit totam Scripturæ doctrinam, sed quia ad haec duo capita referri debeat quicquid ubique de ratione pie & iustæ vivendi præcipitur. Neque enim Christus generaliter differit quid Lex & Prophetæ continent: sed contextex suum sermonem, nihil aliud in Lege & Prophetis requiri dicit nisi ut quisque Deum & proximos suos diligat: ac si dicaret, summan pia recteque vita in Dei cultu & hominum charitate sitam esse & inclusam: sicuti Paulus perfectionem Legis dicit esse charitatem. *Rom. 13. c.*

Quare perperam hoc Christi dictum arripiunt quidam imperiti, ac si in Lege & Prophetis nihil aliud quærendum esset. Nam sicuti inter promissiones & mandata tenenda est distinctio: ita hic non generaliter pronuntiat Christus quid discendum sit ex Dei verbo, sed pro circumstantia causa, in quem secum dirigantur omnia mandata, admoneat. Interim gratuia peccatorum remissio per quam Deo reconciliatur, fiducia Dei inuocandi, arrha futurae hereditatis, & alia omnes fideli partes, licet primum in Lege gradum obtineant, non pendat in his duobus mandatis, quia aliud est exigui quod debetur, aliud offerri quod nobis deest. Idem aliis verbis notatur apud Marcum, Quod nullum aliud præceptum his maius fit.

32. *Marc. Bene Præceptor.*) Solus Marcus Scribam fuisse manufactum commemorat, atque hoc notatu dignum est, quod quoniam maligne & per insidias Christum esset abortus, non fulm tacitus cedit veritati, sed palam & ingenuè Christo subscrivit. Ita videmus non ex eorum hostium genere fuisse quorum insanabilis est perfidia: quia licet centies conuicti sint, non tamen desinunt veritatem quoquis modo oppugnare. Ceterum ex hoc responsu colligitur, Christum non præcisè duobus tantum verbis complexum esse vite regulam: sed ut occasio ferebat, inuenient esse in fictam & laruatam Scribarum sanctimoniam: qui quoniam externis tantum cæremoniis incumberent, ferre pro nihilo duecabant spirituali Dei cultum: charitatis vero apud eos non magna erat ratio. Quanquam autem Scriba talibus corruptis imbutus erat, vt tanien fieri interdum solet, rectæ notitiae semen ex Lege conceperat quod latebat suffocatum in eius corde: hinc fit ut faciliter a prato ysu se reflecti suffinxerat. Videtur tamen hoc minimè quadrare, quoniam pars sint Divini cultus sacrificia, & ad priorem Legatis tabulam pertineant, hominum charitati postponi. Solutio est, quoniam longè præstet Dei cultus, ac pretiosior sit omnibus iuxta vita officiis, externa

terna tamen eius exercitia per se tantum non esse ut charitatem obruere debemus. Scimus enim charitatem per se & simpliciter placere Deo, quoniam sacrificia non moratur neque probet nisi in alium finem. Adeo quod de nudis & inanibus sacrificiis hic agitur, quia vera & sincera probitati sanctitatem pietatis speciem Christus opponit. Eadem quoque doctrina passim occurrit apud Prophetas, ut sciant hypocrita nullus pretius esse sacrificia quibus coniuncta non est spiritualis veritas, nec Deum pecudum victimis placari ubi charitas negligitur.

34. *At Iesum quoniam videret.*) An ulterius deinde proficeret hic Scriba incertum est: sed quia se dolorem ostenderat, Christus manum illi porrigit, ac suo exemplo docet iuuandos a nobis esse in quibus principium aliquod vel docilitatis vel recte intelligentiae apparet. Videtur enim duabus de causis pronuntiatae Christus hunc Scribam non procul abesse a regno Dei: nempe quia ad officium erat flexibilis, & prudenter a necessariis officiis disceperbat externam cultus Dei professionem.

M A T T H . X X I I .

41 Congregatis autem Pharisaeis, interrogauit eos leuis,

42 Dicens, Quid uerbis videtur de Christo cuius filius es? dicunt ei, Davidis.

43 Ait illis, Quomodo ergo David in Spiritu vocat eum Dominum, dicens,

44 Dixit Dominus Domino meo, Sed a dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

45 Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?

46 Et nemo poterat ei respondere quicquam, neque ausus fuit quisquam ex illa die enim amplius interrogare.

Porrò non tam eius laudandi quam cohortandi causa testatus est Christus ipsum esse propinquum regno Dei, & in eius persona nobis omnibus animum addit ut rectam viam semel ingressi, eo alacras pergamus. His etiam verbis doceatur, multos dum adhuc errore tenentur impliciti, clausi tamen oculis ad viam accedere, hoc modo preparari ut maturo tempore in studio Domini curant. Quod dicunt Euangelista obstructum fuisse os aduersarii ut amplius Christo insidiari non auderent, non ita accipere coenit quasi destruerint ab obstinata sua periculacio, intus enim fremebat, ut solent ferre bestie caueis inclusæ, vel, ut ferocias equi, frangunt mordebant. Sed quo magis ferrea erat coru durities ac indomita rebello, eo magis illustrem de vtraque triumphum egit Christus. Hæc autem eius victoria non parum animare nos debet, ne vñquā in veritate tuenda frangamur, certi de successu. Fiet quidem lepe ut proterue usque in finem insultent hostes: sed tandem efficiet Deus ut in eorum capita recidat iste furor, ac veritas nihilominus viettix emergat.

M A R C . X I I .

35 Et respondens Iesus dicit, docet in templo, Quomodo dicunt scribae Christum esse filium David?

36 Nam ipse David dixit in Spiritu sancto, Dixit dominus domino meo, Sede a dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

37 Ipse ergo David vocat eum Dominum: & unde filius eius est? Et multa turba audiuit illum libenter.

L V C . X X .

41 Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Christum esse filium David?

42 Et ipse David dicit in libro Psalmorum, Dixit dominus dominis meis, Sede a dextris meis,

43 Donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

44 David ergo Dominum illum vocat: & quomodo filius eius est?

42. *Quid uerbis videtur.*) Clarius exprimit Marcus & Lucas cur hoc Christus quæsierit, quia scilicet prava inter Scribas opinio inualuerat, promissum Redemptori ex Davidis filiis & successoribus vnu: que, apia fore, qui nihil humana natura praestans secū afferret, nam statim ab initio Satan quibuscumque poruit artibus fictitiis aliquem Christum supponere conatus est, qui verus non esset Dei & hominum mediator. Quia toties pollicitus fuerat Deus proditurum esse Christum ex semine vel lumbis Davidis, altius omnium cordibus infixa erat haec persuasio apud Iudeos, quia ut ferre possent naturam humanam illi detrahi. Passus est igitur Satan Christum agno sci verum hominem & filium Davidis, quia hoc fidei caput labefactare frustra tentasset: sed (quod deterius erat) sua illum Deitatem nudauit, quasi vnu quilibet ex filiis Adæ esset futurus. Atqui hoc modo spes futura & æterna vita & spiritualis iustitia abolebatur. Ex quo vero exhibitus fuit Christus mundo, pluribus vel machinis, vel cuniculis nunc humanam, nunc Diuinam eius naturam evenerere conati sunt haeretici, ne vel illi ad nos seruandos plena esset potestas, vel familiaris ad eum

accessus nobis pateret. Porrò quum iam instaret hora mortis, testamat facere Deitatem suam voluit ipse Dominus, ut intrepide in ipsum recumberet piorum omnium fiducia, nam si homontium esset, neque in ipso liceret gloriari, neque ab ipso salutem sperare. Nunc tenemus eius consilium, quod scilicet non tam sua causa affluerit se Filium Dei esse, quam ut fidem nostram in celesti sua potentia fundaret, nam ut carnis infirmitas, qua se nobis propinquum fecit, audaciam nobis præbet ne dubitemus ad eum accedere: ita si sola nobis ante oculos veretur, metu potius & desperatione nos implebit, quia bonam fiduciā suggerat. Notandum tamen est, non reprehendi Scribas quia Christum docerent fore Davidis filium, sed quia merum sibi hominem fingerent, qui venturus è celo erat ut hominis naturam & personam induret. Nec de scipso disertè verba facit Dominus: verum simpliciter ostendit impiè errare Scribas, qui tantum è terra & humana progenie Redemptorem expectent. Cæterum quanquam inter eos tritum erat dogma, ex Matthæo tamen colligimus coram plebe rogatos fuisse quid sentirent.

IN HARMONIA EVANGELI.

43. *Quomodo David in Spiritu.*) Quod David in Spiritu loquutum esse Christus admonet, emphaticum est, nam rei futura vaticinium rei praesentis testimonio opponit. Nam cauillu quo hodie effugient Iudei, anticipat hac voce. Dicitur hoc praeconio celebrari Davidis regnum, quasi Deum sibi regnandi authorem statuens, contra infanos hostium suorum conatus insurgeter, ac quicquam Deo invito profecturos negaret. Nequid tale obiicerent Scribae, praefatus est Christus, falsum de persona Davidis minime esse complicitum, sed dictatum Spiritu prophetico, ut futurum Christi regnum describeret: sicut etiam ex contextu euincere proptum est, neque in Davidem, neque in alium quempiam ex terrenis regibus competere que illuc leguntur. Nam illuc David Regem inducit novo Sacerdotio ornatum, quo necesse erat abrogari veteres Legis vniuersales. Nunc videndum quomodo Christus propter maioris excellentiae fore quam ut progenitus tantum sit ex semine Davidis: nempe quia David, qui Rex erat & caput populi, ipsum appellat Dominum, unde sequitur, eo aliquid subesse homine maius. Videatur tamen infra & frigida esse ratio: quia excipi potest, quin Psalmum populo canendum dare, non habito persona sua respectu, Christo in aliis tribus imperium. Verum ego contra excipio, quoniam ipse ex Ecclesia membris unum esset, nihil minus fuisse consentaneum, quam ut se communis doctrina priuaret. Hic quasi una voce gloriariri iubet omnes Dei filios, caelestis & inuicti Regis præsidio se tutos esse. Si ab Ecclesia corpore separetur, salutis in Christo promissa participes non erit. Si haec vox paucorum esset, dominium Christi se non extenderet usque ad Davidem. Nunc vero nec ipse nec alius quisquam ab eius subiectione eximi potest quin simul excedat a spe eterna salutis. Ergo quoniam David nihil melius fuerit quam comprehendi in Ecclesia, non minus sibi quam reliquo populo Psalmum hunc dictauit. In summa, hoc elogio Christus statuit summissus & vincens Rex, qui inter omnes fidèles emineat. Nec villa exceptio admitti debet quin, ubi praeficitur Ecclesia redemptor, ad unum omnes in ordinem cogantur. Quare minimè dubium est quin se quoque eius imperio submittat David, ut in Dei populo censeatur. Sed occurrit iam alia quaestio, an non extollere potuerit Deus quem ex hominum genere Redemptorem dabit, ut Davidis esset Dominus, sicut filius. Nam & hic non substantiale Dei nomen, sed tantum Adonai ponitur, quod saepe etiam hominibus aptatur. Respondeo, Christum pro confesso sumere, qui nuncero hominum

MATTH. XXXII.

1 Tunc Iesus loquutus est ad turbas & ad discipulos suos,

2 Dicens, in cathedra Mosis sedens Scribe & Pharisaei:

3 Omnia ergo quaecunque preceperint vobis servare, servate, & facite: secundum verò opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt.

4 Nam colligant onera grauia & difficultia portata, imponiuntque in humeros hominum: digito autem suo ea volunt tangere.

5 Omnia vero opera sua faciunt ut spectentur ab hominibus: dilatant autem phylacteria sua, & magnificant simbrii, es palliorum suorum,

eximitur, & in eum honoris gradum euehitur ut sit sumnum totius Ecclesie caput, non esse merum hominem, sed Dei quoque maiestate præditum. Nam Deus æternus, qui iure iurando sibi unum hoc vendicat ut coram le flectatur omne genu, simul etiam iurat se alteri gloriam suam non daturum. Atqui, teste Paulo, dum euectus est in regnum Christus, datum illi fuit nomen quod est super omnem nomen, ut coram ipso flectatur omne genu. Atque ut id nunquam à Paulo dictum est, sic tamē *Ies. 43.4.* res habet, Christum ideo præfesse David & facit *b. 8.* alii regibus, quia supra Angelos quoque excellit. *Rom. 14.* quod in hominem creatum non competet, nisi *b. 1.* idem quoque esset Deus in carne manifestatus. *Philip. 2.* Fateor quidem huc disseri & ad verbum non exprimi Diuinam eius essentiam, sed inferre promptum est, Deum esse qui supra omnes creature locatur.

44. *Dixit Dominus Domino.*) Hic Spiritus sanctus præxit omnibus piis triumphale carmen, ut Satana & omnibus impiorum animis insolvent, ac eorum furore derideant, quod Christum molliuntur e solio suo eiucere. Ergo ne vacillent vel expauscent, cernentes moueri in terra ingentes strepitum, subuent sacram & inuolabile Dei decreum contrariis omnibus studiis opponeant. Sensus ergo est, Quantumvis iauiniant homines, irritum tamen fore quicquid machinari audebunt ad labefactandum Christi regnum, quod non hominum arbitrio, sed diuinitus erectum aeterna stabilitate fulcitur. Ergo quoties violenter impetratur hoc regnum, veniat nobis in n. centem hoc celeste oraculum. Nam certè in Christi manu deposita fuit haec promissio ut cum singuli fideles in suum vsum accōmodent. Deus autem neque varius est, neque fallax, ut retrahat quod semel ore suo protulit. Porro fessio ad dexteram, metaphoricè accipitur pro tecundo vel proximo gradu quem Dei *ad dexteram* vicarius occupat. Quare tantudem valet ac summum imperium & potentiam obtinere Dei nomine: sicut Deū vnigenito Filio sua partes mandavit scimus, ut per eius manū Ecclesia suam gubernet. Itaque haec loquutio locum minimè designat, sed potius celum & terrā includit sub Christi imperio. Sessurū vero Christū Deus pronuntiat donec prostrati fuerint eius inimici, ut scimus inuestū fore & in expugnabile eius regnum: non quod subactis hostibus priuandus sit potestate, sibi data, sed quia cadentibus omnium hostium turbis, integer perpetuò habbit. Interea notatur quod hodie perficitur regni eius conditio, ne molestum nobis sit ubi videmus vndeque infestari.

MARC. XII.

38 Et dicebat illis in doctrina sua, Catecete à Sribis,

qui amant in foliis an bula-

re, & saluta-

tiones in foris,

portatu difficultia sunt: ipsi

LVC. XI.

45 Respondens autem quidam ex Legisperiti, ait illi, Magister, hac dicens, etiam nos afficis contumelia.

46 At ille ait, Et vobis Legisperiti, ve, quia onera

hominis oneribus que

portatu difficultia sunt: ipsi

autem non uno digitorum vestrorum attingitis sarcinas.

- 6 Amantque primos accubitus in cenis, & primas cathedras in Synagogis,
- 7 Et salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.
- 8 Vos autem nolite oculi Rabbi. unus enim est magister vester, Christus: vos autem omnes fratres esatis.
- 9 Et patrem nolite vobis vocare in terra unus enim est pater vester, qui in celis est.
- 10 Nec vocemini magistri: unus enim est magister vester, Christus.
- 11 Qui maximus est vestrum, erit minister vester.
- 12 Qui autem se exaltaverit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.

- 39 Primis que sellas in Synagogis, & pri-
mos accubitus in cenis.

Paulo antè.

- 43 Vae vobis Pharisæi, qui appetitis primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro.

L V C. XX.

- 45 Audiente vero cuncto populo dixi: discipulis suis:

- 46 Cauete à Scribis, qui appetunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foris, & primas cathedras in Synagogis, & primos accubitus in cenis.

32.

1 Logutus est ad turbam.) Apprimè vtilis fuit hæc admonitio, ut inter dissidis & certanum strepitum, in reb. turbatis & confusis, in dissipazione recti & legitimi ordinis, solua tamè manerer verbi Dei autoritas, nā huc spectauit Christi consilium ne plebs Scribarum vitii offendita, Legis reverentia abiiceret. Scimus enim quām proclives ad eius fastidium sint hominum mentes, præfertim vbi dissolutior est pastorum vita, neque verbis responder, vulgo omnes eorum exemplo, quasi concessa impunita, lafcuiunt. Idem etiam in aliquid deterius in discordiis accidit, nam maior pars excuso iugo, profundit suas libidines, ac extremus contemptus erumpit. Porro tunc ardebat Scribae avaritia, ambitione turgebant, notæ erant eorum rapina, formidabili crudelitas, tantāq; morū corruptio vt videri possent in Legis interitū conspirasse. Adhæc pruriū & genuinū Legis sensum prauis suis cōmetis peruerterat, vt cogeretur Christus acriter cū ipsiis configere: quia ad extinguidam veritatis lucem mira rabies eos cerebat. Itaque quia periculū erat ne multi partim ex talibus corruptelis, partim ex certanum tumultu, contemptum totius pietatis conciperent, tempestivè occurrit Christus ac perperam fieri pronuntiat si obviti hominum pessum eat vera religio, & ex Legis reverentia quicquid decedat. Quoniam Scriba obstinati profus essent veritatis hostes, quia tyrannide sua oppressam tenebant Ecclesiam, coactus fuit Christus eorum flagitia detegere. nisi enim abstracti ab eorum seruitute suis boni & similes, præclusa erat Euangelio ianua. Alia etiam fuit ratio: quia plebs licetum sibi esse putat, quicquid à suis rectoribus fieri animaduertit, legēmque sibi fingit ex virtutis illorum moribus. Ceterum ne quis in diversam partem traheret quæ diuturus erat, præfatur, qualescunq; sunt doctores minime tamen æquum esse vel ex eorum sordib. labem aliquam. Dei verbo aspergi, vel ex prauis eorum exemplis arripi peccandi licentiam. Atq; hæc prudentia diligenter notanda est. plerique enim dum hoc unum captant vt odio grauent & infamia deformant improbos & sceleratos, inconsiderato suo zelo miscent omnia & confundunt. Contemnitur enim omnis disciplina, calcatur pudor: denique nullus manet honesti respectus: imò multis crescit inde audacia, datāq; opera Sacerdotum peccata traducunt vt liberius ipsi inducto colore peccent. Christus autem sic inuenitur in Scribas vt Legem Dei prius à contem-

ptu afferat. Hęc igitur eadē cautio nobis tenenda est, si reprehensiones nostras prodesti cupimus. Rursus tamen notare cōuenit, nullius offendiculi metu derretur fuisse Christum quominus impios doctores, scuti meriti erant, traduci et Tātum hanc moderationem tenuit, ne propero hominum probra, Dei Doctrina vileficeret. Porro vt sciamus de viis cōcionatū esse, non vt personis inuidiam cre. ret, sed ne contagio serperet latius, disertè exprimit Marcus loquutum esse In doctrina. Qubus verbis significat, vt ille adiutorios fuisse auditores vt sibi cauerent. Qānqā autem ad discipulos videtur restringere Lucas, prob. bīlē tamen est sermonem ad totam turbā promiscuè fuisse habitu. Quod etiam clarius patet ex Matthæo: & res ipsa poscebat vt in genere omnes respiceret Christus.

2 In cathedra Moysi.) Non temere quod alio loco recitat Lucas, huc inferre visum est. Pręter quam enim quod cadem est doctrina, nō dubito quin Lucas, postquam dixerat leuere & duriter Scribas correptos fuisse à Domino, addiderit etiam alias reprehensiones, quas Matthæus in proprium locum distulit. Iam enim sapientius vidimus Euāgelistas, prout ferebat occasio, diuersos Christi sermones coacceruas. Porro quid plenior apud Matthæū sententia habeatur, eius verba portū explicanda sumam. Horratur Dominus fideles in summa, quoniam pessimè vivant. Scribae, ne ad peruersos eorum mores vitam suam slectant, sed potius ferment ad Legis regulam, quam audiunt ex ore Scribarū, necesse enim habebat (vt nuper attingi) reprehendere inultas in illis corruptelas, ne totum populum insincerent. Ergo ne ipso flagitiis labefacteretur doctrina cuius ministri erant ac præcones, fideles ad illorum verba attentes esse iubet, non autem ad operas: acsi dixisset, non esse causam cur Dei filios à recte viuendo mala Pastorum exempla impedian. Scribarum: nomine doctores vel Legis interpretes notari satis conuenit. Idque phrasit Hebraica, eosdem apud Lucam vocari Legis peccatos certum est. Peculiariter aut Pharisæos qui erant ex Scribarum numero, perstringit Dominus: quia tūc in Ecclesiæ regimine & Scripturæ interpretatione hęc secta primatum tenebat. Nam alibi diximus quoniam Sadducei & Esseni literales habeti malent, Pharisæos aliam docendi rationē quasi per manus sibi à majoribus traditam sequatos esse, vt scilicet mysticum Scriptura sensum subtilius inquirent. Vnde & nomen illis fuit impositum: nam Pheres in dicti

sunt quasi interpres. Quanquam autem suis cōmentis totam Scripturam foedauerant: quia tamē se iactabant illo populari doctrinæ genere, in tradendo Dei cultu, & sancte vivendi disciplina precepit vigebat eorum authoritas. Ideo sic resolutus debet loquutio, Pharisæi & reliqui Scribæ: vel Scribæ, inter quos Pharisæi summo honore polent, vobis dum loquuntur, recta vita probi sunt magistrorum: impii autem operibus pessimè vos instituunt, quare ad eorum ora potius quam ad manus attendite. Nunc queritur, qui cōquid præcipiant doctores, an sine discrimine parendum sit. Nam satis cōstat atatis illius Scribas nequerit & sceleratè corrupisse Legem prauis segmentis, oneratè iniquis legib. miseras animas, multis superstitutionib. vitiaſe Dei cultū, atqui seruari vult Christus eorum doctrinam, ac si corum tyrānidi resistere has nō esset. Facilis est solutio, ut simplieriter conferri quia liber doctrinam cum vita: sed hoc Christi fuisse propositū, à profanis eorū operibus discernere sanctam Dei Legem. Nam sedere in cathedra Mosis nihil aliud est quam ex Lega Dei tradere quomodo vivendum sit. Quāquam autem mihi non certò constat unde sumpta sit loquutio, probabilis tamē est eorum cōiectura qui ad suggestum referunt quem erexit Eſtr. 8. Eſtr. 8. dras, unde Lex recitaretur. Certè quum Rabbini de Scriptura diſererent, ordine surgebant qui ex confusione erant verba facturi. Legem vero ipsam ex editiore loco promulgari forte moris fuit, sed det igitur in cathedra Mosis qui non ex seipso, vel proprio sensu, sed ex Dei autoritate & verbo p̄cipit. Simul tamen legitima vocatio hic notatur: quia ideo audiri Scribas iubet Christus q̄ publici eſſent Ecclesiæ doctores. Papistis satis est titulo præditos esse, ac locum occupare que leges imponunt. Huc enim torquent verba Christi, quasi necesse sit obediēter recipere quicquid mandant ordinarij Ecclesiæ Præfules. Atqui satis supérque hæc calumnia reflitterit altero Christi edito, vbi a fermento Pharisæorū caueri iubet. Si reicere, auctore Christo, non tantum fas est, sed etiam oportet quicquid pura Legis doctrine de suo Scribæ admittent, certè non sine dele&tū & iudicio amplecti conuenit quicquid ipsiſ mādare libuerit. Deinde si hominum præceptis suorum cōscientias hic Christus obstringeret, falso alibi pronuntiaret, fruſtra Deum coli hominum mandatis. Hinc apparet, Christum eatenus populū hortari vt Scribis pareat quantisper in pura & simplici Legis interpretatione manent. Scitè enim Augustinus & appositus ad Christi mentem, Scribas super cathedralē Mosis fedendo, Legem Dei docuisse exponit id est que oues debuissent votum pastoris per ipſos audire, tanquam per mercenarios. Quib. verbis continuo post subiicit, Deus ergo per illos doceretua verò si docere veſtimenta, nolite audire, nolite facere. Tractatu in Iohannem 46. Cui sententia responderet quod idem tradit libro quarto de doctrina Christiana, Quoniam boni fideles non quicquid liber hominem, sed ipsum Deum obediēter audiunt, ideo utiſiter audiunt qui etiam viliiter non agunt. Cathedra ergo non Scribarum, sed Mosis cogebat eos bona docere, etiam nō bona facientes. Sua enim agebant in vita sua: docere autem sua, cathedra eos non sinebat aliena.

4. *Aligant enim onera.*) Non accusat Scribas quād duris & iniquis legib. animas tyrannicè op-

primant. Tamē si enim multos induxerant super vacuos ritus (vt patet ex aliis locis) nunc tamen vitium illud Christus non attingit: quia rectam doctrinam cum prava & disoluta vita confert. Porro Legem Dei onus vocari graue & difficile portatu, mirum non est, ac præstetim nostræ infirmitatis respectu. Sed quānus nihil exigeret Scribæ nisi quod à Deo mandatum erat, Christus tamen hīc nimis rigidam & austera docēdi ratione nem perstringit, quæ trita est superbris illis hypocritis, vt scilicet imperiosè ab aliis flagitèt quicquid debetur Deo: sintque inexorabiles in virgēis officiis, sibi autem blandè remittant quia tam seueri iniūgunt aliis, & securè quiduis indolgeat. Quo sensu illis exprobrat Ezechiel quod cū auſteritate & potentia dominentur. Nam qui feriō Deum timent, quanquam ad eius obsequium sincere & solidè formare studiāt discipulos, quia tamen in seipso magis quam in alio sunt seueri, nō tam præcili sunt exactores: deinde quia suę infirmitatis cōscij sunt, clementer ignoscunt infirmis. At stupidis Dei contemptoribus nihil ad iubendum audacius vel magis crudele fingi potest: quia illis cura non est difficultas qua se eximunt. Quare nemo alii moderatè præcipit nisi qui sibi primum erit magister.

5. *Omnia vero opera.*) Nuper dixerat Scribas longe aliter videre quam doceant: nunc vero addidit, siquid boni habeant in specie, id fictum clēſe & nugatorium: quia nihil aliud sit illis prop̄stitum quam placere hominibus, ac se vēditare. At que hīc tacitè vero pietatis & sanctæ vitæ studio opponitur eorum operum larva quæ nonnisi ad ostentationē valent. Nā integer Dei cultor nūquā ampullis illis erit deditus quibus inflati sunt hypocrita, ita non tantum reprehendit ambitionis in Scribis & Pharisæis: sed quum Dominus in tota eorum vita transgressionem Divinæ Legis & contemptum damnasset, ne clypei loco obierceret fucosum suam sanctimoniam, per occupationē respōdet, fruolas esse nugas & pro nihilo habendas in quib. se iactat, quia illi mera regnat ostentatio. Postea speciem vnam profert, ex qua talis ambitio facilis erat cognitu, quod sc. in vestium fimbriis se probos Legis cultores in hominū oculis ostentent. quorūsum. in fimbrijs latiores, & phylacteria communī vulgi more magis splendida, nisi ad inanem pompani? Iuferat Dominus vt ludej, insignes ex Lega sua & delectas quād sententias cūm in fronte, tū in suo vestitu gestarent: nempe quia facilē carnī obrepit Legis oblitio, subinde ad eius memoriam reuocari populum suū Dominus volebat. Nam & ideo tales sententias iussi erant ædium suarū poſtib. inſcribere, vt quocunq̄ verterent oculos, pia aliqua admonitio statim occurret. Quid autem Scribæ? Vt à reliquo populo differenter, præcepta Dei splendidi in vestib. suis depicta gestabant. In hac autem iactantia se putida ambitione prodebat. Nos vero hinc quoque discamus quam ingeniosi sint homines ad inanes fucos miscendos, vt sua vitia sub aliquo virtutū colore & integumento occulent, quin scilicet quæ Deus mandauit pietatis exercitia ad suam hybocrisin detorqueant. Nihil vitiosus fuit quam sensus omnes exercere in Legis meditatione: neque id etiam frustra mandatum à Domino fuerat. Tantum vero absuit vt proficerent in talib. rudimentis, vt perfectam iustitiam in vestium ornato locantes, Legem in tota vita sua

sua spernerent. Neque enim magis cōtumeliosē potuit Lex Domini iudibrio haberi, quād quām seruari ipsā fingeant theatrico habitu, & cū studias eius vocarent personas ad augēdām fabulan compositas. Quod Marcus & Lucas de stolis dicit, eodem pertinet. Scimus orientales pafsim vños suis longis vestibus: quin morem hodie quoque retinent. Sed ex Zacharia appetet, Prophetas certa pallij forma à reliquis suis distinḡtos.

Zacharia.

Nec verò ratione caruit doctores ita vestiti ut in eorum habitu plus gratuitas & modestia quām in vulgarī extaret. Scribē verò id perperā ad luxum & pompan conuerterant. Quod exēplum ad se traxerunt sacrifici Papales, in quibus constat stolas nihil aliud esse quām superba tyrannidis insignia.

6. *Amānt que primos accusbitus.*) Probat ex clari signis nullum inScribis vigere pietatis studiū, sed ambitioni esse proflus deditos. Nam expetere primos accusbitus primāq; tensiones, nōnisi co-rū est qui superbē se inter homines efferte malū quām Deo probati. Præcipue verò hoc in illis Christus damnat, q; vocari appeterēt magistri. Quinquam enim nomen Rabbi per se excellētiam designat, vñus tamen inualuerat tunc apud Iudeos vt sic magistros Legisq; doctores vocarent. Christus verò hunc honorem cuiquam negat, præter se vnum, competere, vnde sequitur, nonnisi cum eius iniuria ad homines transferri. Videtur tamen hoc nimis esse durum, imò absur dum, quin iam per se nos Christus non doceat, sed magistros nobis ordinet ac præficiat: titulo autem priuari qib; munus iniungit, ridiculum est. Imò quū versatus est in terris, Apostolos cōstituit qui suo nomine docēdi officium obirent.

1. Tim. 2.

6. 7. Q. dū si de titulo agitur, Paulus certē nolebat cū iniuria Christi, sacrilega vñsurpatione gloriari, quās se magistrū & doctorem Gentū afferuit. Sed quia nō aliud fuit Christi cōsiliū quām omnes à minimo vñque ad maximum in ordinem cogere, vt ius suū sibi integrum seruaret, nō est cur de voce quispiam labore. Non ergo moratur Christus quo titulo vocētur qui docendi partes obeat, sed eos continet intra iustas metas, ne frātrum fidei dominetur. Teneenda nō semper est dislēctio, vni Christo obediendum esse, quia de ipso solo vox Patris ē celo personuit: Ipsiū audi te: doctores verò sic esse eius ministros vt in iphiis audiri debeat, sūmūque sub eo magistri, quatenus personam eius sustinēt. Caput est, vt sua illi in solidū authoritas maneat, nec quisquā mortalium minimā elus partē delibet. Sic vñscus est Pastor, sed tamen multos sub se admittit pastores, modò supra omnes emineat, & per eos solus Ecclesiam gubernet. Itaque oppositū membrum notandum est, nam quia fratres sumus, neminem in alios magisterio fungi contendit. vnde sequitur, magiste-

rium nōn damnari, quo non violatur fraterna in ter pios communicatio. Deniq; nihil aliud hīc præcipitur, nīl vñpones ab ore solius Christi pendent. In eundem serē lensū ratiocinatur Paulus, quin docet temerē arripi ab aliis iudicium in alios: quia omnes mutuō sunt fratres, & omnes sibi oportet ad Christi tribunal, Rom. 14. b. 10.

9. *Patrem nolite vobis vocare.*) Eodem ferē sensu patris honorem soli Deo vindicat quo se nuper afferuit vñicum magistrum, neque enim sibi hoc nomen sumperfūt homines, sed diuinitus illis concessum fuit. Quare non modō fas est patres nobis in terra vocare, sed hoc honore eos priuare impiuū est. Nec valet quāz à quib; solum afferit distinctio, homines à quib; progeniti sunt liberi, esse patres secundū carnem: solum veò Dcum esse Patrem spirituum. Fateor quidem sic Dcum ab hominib; interdum distinguunt (sic ut ad Hebreos 12. b. 5.) sed quin Paulus nō lemei patrē spiritualem se nominet, vid endum est quomodo id conueniat cum Christi verbis. Verus er 1. Cor. 4. c. go sensus est paternū honorē falsō tribui hominibus, si Dei gloriam obscurat. Id autem fit philip. 2. quoties mortalis homo seorsum à Deo censetur pater, quin ab uno Deo per Christum pendeat omnes cognitionis gradus, ac sic inter le cohærente, vt Deus propriè solus sit omnium pater. Ideo secundū repetitur superior sententia de Christi magisterio, vt scia ius hunc esse legitimū ordinem, si omnib; p̄fēctus vñus Deus, pater. 6. ue iure & imperio potiatur: Christus autem doctrina sua omnes subiicit, & habeat discipulos. Quemadmodum alibi dicitur, Christus esse vñicum totius Ecclesiæ caput: quia scilicet totum corpus ei subesse & parere conueniat.

11. *Qui maximus ēst vñstrūm.*) Hac clausula ostēdit se nō sophistice litigasse de vocibus: sed rē potius spectasse, ne quis ordinis sui oblitus, plusquam par est sibi vñsurpet. Pronuntiat igitur summam in Ecclesia dignitatem esse non imperium, sed ministerium. Quisquis in haec mensura se cōtinet, nec Deo nec Christo quicquam eripit, quo cuncte ornaret titulo. Sicuti rursum frustra serui elogio sicutur potestas que Christi magisterio derogat. Quid enim prodest quād Papa tyranicus legib; opprefluris miseris animis, se seruū seruorū Dei praefatur, nisi vt palam insultet Deo, & hominibus probrosoe illudat? Ceterūm vt vocibus nō insitit Christus, ita p̄cēs hoc suis mandat ne altius aspirent vel concendere appetant quām vt sub Patre cælesti æqualiter fraternā cōlant societate: & qui honore p̄illent, se aliis exhibent ministros. Adiungit illam i: signem sententiam, que alibi exposita fuit. Qui se exaltat, humiliabitur, &c.

M A T T H. X X I I I.

13. *V. e autem vobis Scribā & Pharisai hypocrita, quia clauditis regnum celorum ante homines: vos enim non intratis, nec adueniētes finitus intrare.*

14. *V. e autem vobis Scribā & Pharisai hypocrita, quia comeditis domos viduarū, idque prætextu prolixæ orationis: propter hoc grauius puniemini.*

M A R C. XII.

40. *Qui deu-
rant domos vidua-
rum, & sub prætex-
tu prolixæ oratio-
nis, hi accipien-
tia graviorem damna-
tionem.*

L V C. XI.

52. *V. e vobis Legisperitis
quia tulisti clauem scientie, ip-
si non introiisti, & eos qui in-
trabant prohibiuitis.*

L V C. XX.

57. *Qui denorant domos*

15 *V&e vobis Scribae & Pharisaei hypocrita quia circuitis mare & aridam ut faciatis vijn profelyrum: & quum fuerit factus, facitis eum filium gehenna duplo magis quam vos estis.*

viduarum, ac per simulatorem longas preces faciunt, hic accipient maiorem damnationem.

Acrius adhuc in eos inuechitur, idque facit non tam eorum causa quam ut plebe & simplices ab eorum secta reuocet, nam eti reprobis Dei vindicta sapientia videimus in Scriptura, ut magis reddantur inexcusabiles: sub eorum tamē per sona vixliter monentur filii Dei ne se implicant iisdem scelerū laqueis, sed à simili exitio sibi caueant. Certè quum Scribae, euerso Dei cultu & corupta pietatis doctrina, nullam correctionem ferrent, & desperata infanția in suā & totius populi perniciem oblate redemptori se opponere rent, omnibus exos & detestabiles reddi oportuit. Quanquam nō tam quid meriti essent Christus respexit, quam quid vti & effet ruitib, & impunitis. Volut enim sub vita suā finem solerne relinquere testimoniorū, nequis nisi sciens & volens ab impiis illis nebulaibus falli posset. Scimus autem quantum sit cibitaculum simplicibus stulta si forsan doctorum reuarentia, ne ab erroribus liberentur. Falsa doctrina imbuti tūc erant Iudei, in dō multas superstitiones ab infantia imbibent. Quoniam difficile per se & arduum foret reducere eos in viā, maximē illis obīt, bat præstera opinio quam conceperant de falsis doctoribus, quod scilicet legitimos esse putarent Ecclesiæ præfules, Diuini cultus antistites, & pietatis columnas. Addē quid sic fascinati erant ut vix posse ininde abstrahi nisi violento meru. Nō ergo ut Scribas sanet Christus, horribilem Dei vindictam illis denuntiat, sed ut reliquos absterreat ab eorum fallaciis. Quemadmodū hodie in clēiū Papalem asperius cogimur detonare, non alia de causa nisi vt qui dociles sunt ac non penitus reprobati, ad salutem suam attēdant, & percussi Dei iudicio, exitiales superstitionum, quibus captiuui tenentur, laqueos abrumpant. Vnde colligitur quam crudelis sit eorum mōlles quib, molestia est nostra vehementia. Dispicet illis duriter & accidē vixiri lopos, qui lanitandis ac vorādis oīibus assidue inibant: & tamē vidē miseras oīues deceptas inani larva, sponte se in lopotum fauces conicere, nisi Pastor qui ipsas falsoas cupit, & ab interitu exire conatur, clamōta voce ipsas abigat. Tenendum est igitur Christi consilium, vt nos eius exemplo feuerē minemur impis deceptoribus, & in eos fortiter clamenusvi quicunque sunt sanabiles, exitij metu ab illis fugiāt. Nā eti apud veritatis hostes nihil proficitur, citādi tamē sunt ad Dei tribunal, & alij monēdi ut eandem sibi maledictionem instare sciant nisi matrē discedant à prauo consensu.

13 *Clauditis regnum cœlorum.*) Maledictionē illis denuntiat Christus: quia in comm. une totius populi exitium mōnū suūm pervertit. nam quā penes eos est Ecclesiæ régimen, debuerant esse quasi ianitores regni cœlorum. Quorūm nō pertinet religio & sacra doctrina, nisi vt nobis cœlos asperiat? Scimus enim totum humanū genus exulare à Deo, & ab hereditate æternæ salutis excludi. Pietatis autem doctrina quaī ianuā est qua ad vitam īgrēdimur, ideo metaphoricē Scriptura dicit Pastorib, dari claves regni cœlorum: quemadmodū fusius exposui cap. 16. Atque hæc definiō tenenda est, quæ etiam ex Luce verbis cla-

riūs pater, vbi exprobrat Christus Legisperitis quod sustulerint clavem scientiæ: nempe quod quā Legis Diuinæ custodes essent, populū trauabant vera eius intelligentia. Sicut ergo hodie apud Pastores deposita sunt claves regni cœlorū ut in vitam æternam fideles admittant, & ab omni eius spe arceant incredulos: sic oīi Sacerdotib, & Scribis sub Lege idem manus iniunctū fuit. Porro ex voce Scientiæ colligimus quam stulte Papistæ imaginariæ claves fabricent: quasi est magica quādam, porrectis absq; verbo Dei. Nam Christus innuit non alios vti istis clavibus quam qui doctrinę ministri sunt. Si quis obiiciat, Pharisæos, licet peruersi & elent Legis interpres, claves nihil in uis temuisse: respondeo, quanuis offici respectu illis commissæ forent, malitia tamē ac fraude fuisse supposſis, vt nullus maneret eorum uisus. Ideo Christus eos abstulisse dicit vel furatos esse clanem illam scientiæ, qua cœlorum iamnam aperire debuerant. Sicut hodie in Papatu obseruat̄ est cœlum misero populo, dū ianitores ipsi (saltem quibus imposita erat hæc cura) tyrannide sua impediunt ne aperiantur. Porro nisi sumus plusquam fōcordes, manus si oīte impiis tyrannis non dabimus, qui nos crudeliter ab ingressu vita prohibent.

14 *Quia comeditis.*) Longius nunc progreditur, neque enim criminā tanūm accusat quæ pellam odio & derestatione digna erant, sed virtutū etiam fūcos abstergit, quibus plebem fallebant. Si quis excipiat, non fuisse opus reprehendi quæ exemplo nocere non poterant, tenendum illud memoria est, non aliter potuisse eorum salutē cōsiliū qui Scribarum erroribus deuincti erant, nisi prorsus ab illis desicerent. Hæc igitur ratio Christum coegit inanem vittutūm speciem, quæ superstitionum somētūm erat, traducere. Dicit igitur in summa, etiā vbi recte facere videntur, perperam religionis prætextu abuti. In longis preciis signum aliquod erat rare pietatis, nam quo quisque sanctior est, præcādi studio magis est deditus. Pharisæos autem & Scribas ad cō impuros esse dicit Christus vt ne præcipuum quidem Diuini cultus partē sine peccato vſurpent: quia illis præcandi alisuditas turpis luci sit acupium, neque enim aliter preces vendebant quam mercenarij diurnas operas locant. Vnde etiam colligimus non præcise reprehendi longas preces, quāsi in ea re vitium sit: (præsertim quām Ecclesiæ Pastores præcando singulariter intentos esse oporteat) sed hanc corrupcionē dānari, quod res per se laudabilis in prauum finem conuera est. Nā vbi ex conductiūis præcib, captator questus quo magis crescit feruīdæ (vt Joquuntur Jdeuotionis species, eo magis profanat̄ Dei nomen). Quoniam autem vulgi animis pridem infederat falsa persuasio, ideo asperius illis minatur Christus, neque nō leue crimen est rei tam sacrę pollutio. Viduas autē præcipue fūsile captatas mirum non est: quia quād superstitutionem profensæ sint mulierculæ, nebulaib, eas emungere semper solenne fuit. Sic Paulus fallis atatis sua doctoribus obiicit quod captiuas ducant mulierculas, onatas peccatis, 2. Timeth. 3. b. 6.

15 Qui circumis mare.) Hoc quoque zelo suo-
rem libi acquisierant Scribæ, quòd stuperter ad
religionem iudaicam adducere exteror & inci-
cuncit s. Itaque si quem suis illecebris vel alio ar-
tificio pellegerat, quasi aucta Ecclesia miros age-
bant triumphos. Hinc etiam uagii plausus à vul-
go, quod alienigenas sua in dultria & virtute Dei
Ecclesiæ inficerent. Christus autem ex aduerso
pronuntiat id studium adeò ipsi non dandum es-
se laudi, ut Dei vindictam magis ac magis prouo-
cent: quia in grauiorem interitum eos attrahant,
qui se dedunt eorum sectæ. Norādum enim quām
tunc corruptus fuerit status, & quām dissipata re-
ligio, nam sicuti Deo acquirere discipulos piimi

& præclarum fuisset opus: ita ad cultum Iudaicum
(qui tunc degeher erat, imò impius profanatio-
bus refutus) alliceret Gentiles, nihil aliud fuit
quā Scylla in Charybdin eos rapere. Adde quod
sacrilegio nominis Dei abusu grauiorem in se vin-
dictam prouocabant, quum illis religio crastio-
rem peccandi licet: sedulo enī iphi
vndique profelytos corradiunt, sed quos ex laci-
uis & impuræ vita hominibus reddant proflus
diabolos. nam ea est lustrorum in quibus bacchan-
tur corruptio, que vel celestes Angelos deprauet.
Interim vestitus Monachalis regendis omne ge-
nus flagitiis aptissimum est velum.

M A T T H. XXIII.

*16 Vx vobis duces ceci, qui dicitis, Quicunque iurauerit per templum, ni-
bile est: qui autem iurauerit per aurum templi, reus est.*

*17 Stulti & ceci, utrum enim matus est, aurum, an templum quod sancti-
ficat aurum?*

*18 Et quicunque iurauerit per altare, nibile est: quicunque autem iurauerit
per donum quod est super illud, reus est.*

*19 Stulti ac ceci, utrum enim matus est, donum, an altare, quod sanctificat
donum?*

*20 Qui ergo iurauerit per altare iurat per ipsum, & per omnia que super
illud sunt.*

*21 Et qui iurauerit per templum, iurat per illud, & per cum qui habitat
in eo.*

*22 Et qui iurauerit per celum, iurat per solum Dei, & per eum qui sedet
super illud.*

M A R C. L V C.

16 Vx vobis duces ceci.) Sicuti hypocrisi ferè
semper coniuncta ambitio est, sic populi superflui-
tiones fouere solet pastorum avaritia & rapacitas.
Sponte quidem mundus in errores propenderet:
inò quasi consolò fallacias & omne genus impo-
sturas sibi accerit: sed tunc deinceps obtinet vi-
tiosi cultus, dum eos confirmant ipsi Antistites.
Atqui ut plurimum contingit, eos qui præsumt
non modo sua conniventia blandiri erroribus,
quia sibi lucrosos esse vident, sed suis flabellis eos
magis accendere. Sic videamus in Papatu immuni-
ris artibus auctas fuisse superstitiones, quum sacri-
fici præda inharent: quia adhuc quotidie multa
excogitant quibus stultum vulgus magis demen-
tent. Porro vbi semel Satanæ præstigiis obtenebra-
te sunt mentes, nihil est tam absurdum vel etiam
prodigiosum quod non audire suscipiant. Hinc fa-
ctum est ut plus reverentia auro templi & sacris
oblationibus quām templo & altari Iudei defer-
rent. Atqui oblationum sanctitas à templo & alta-
ri pendebat, & quedam solidum erat inferior accep-
tio. Atque hoc delirium à Scribis & Sacerdotibus
protectum fuisse credibile est, quia ad colligen-
das prædas apta erat venatio. Fuit autem non mi-
nus pernicioſus quām stultus error, eo quod po-
pulum ad crassis ligamentis abducere, nihil procli-
vius est quām homines à puro Dei cultu dela-
bi. huius ergo veli obtenuit Satana præceptum
sunt procul à Dei intuitu abstrahere qui iam plus
requo ad stultas imaginationes tendebant. Hæc
ratio est cur eum errorem tam duriter Christus
castiget. Et tamen Papistas non puduit sacram
Dei nomine ad turpissimum ludibrium proſtituere. nam
apud illos pluris est fructum putridi cadaveris tā-

gere, quām sanctum vtriusque Testamenti volu-
men: vel etiam leuare in cælum manus. Porro hoc
modo inducit carnalis Dei cultus, qui rectum
eius inuenit sensim obliterat. *Nihil est.* Hac parti-
cula non significat omnem penitus honorem ab-
rogatum fuisse templo: sed compatiens loquitur.
Nam quum hyperbolice oblationes extolle-
rent, in earum reuerentiam ita rapiebatur homi-
num vulgus ut templi & altaris maietas vilesce-
ret, et à que per iurias violasse minor esset reago
quām per sacras oblationes minus reuerenter iu-
rasse.

17 Qui iurauerit per altare.) Hic facit Dominus
quod in corrigendis erroribus fieri debet, dum
nos ad fontem reuocat, & ex ipsi iurandis natura
doceat, templum suis donariis longe prece-
dere. Principium ergo illud sumit, non esse sis nisi
per unius Dei nomen iurare. Vnde sequitur,
quicunque ad iurandum formulas homines ad-
hibeant, vni Dei seruum esse suum honorem.
Vnde rursus colligitur quomodo & quatenus
per templum iurare liceat: ne: i: pc quia sedes est
ac Sanctuarium Dei sicuti per celum, quia illuc re-
fulget Dei gloria. Deus enim se in talibus praesen-
tia sua symbolis in testem & iudicem aduocari
patitur, modo ius suum saluum retineat, nam celo
Dei atem affingere scieſta idolatria esset. Jam
quo illustriſ gloriæ sua ſpeculū in templo Deus
proprie quām in oblationibus, eo plus reueren-
tia & sanctitatis meretur templi nomine. Nunc ergo
tenemus quo sensu dicat Christus iurari per
habitatorem celi dum per celum iuratur, nempe
ut omnes iurandi formas in legitimum finem ac
scopum dirigat.

MATTH. XXIII.

23 *V. e vobis Scribe & Pharisæi hypocrita: quia decima tis mentham, & anethum, & cynamum: & reliquias que grauiora sunt Legis, & iudicium & misericordiam & fidem. Hec oportuit facere, & illa non omittere.*

24 *Duces ceci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.*

25 *V. e vobis Scribe & Pharisæi hypocrita: quia purgatis exteriorum poculi patineque partem: ceterum intus plena sunt rapina & intemperantia.*

26 *Pharisæe cece purga prius quod est intrapoculum & patinam, ut & exteriore horum partes pure reddantur.*

27 *V. e vobis Scribe & Pharisæi hypocrita: quia similes estis sepulchris de calbatis, quæ foris quidem apparent speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, omnique spuria.*

28 *Sic & vos foris quidem apparentis hominibus insitintus autem pleni estis fictione & iniquitate.*

MAR C.

LVC. XI.

42 *Sed v. e vobis Pharisæi: quia decimatis mentha & rutam, & quodvis olus, & prateritis iudicium & charitatem Dei. Hec oportuit facere, & illa non omittere.*

Paulo post.

44 *V. e vobis Scribe & Pharisæi hypocrita: quia effis ut monumenta quæ non apparent, & homines ambulant per ea nesciunt.*

Taxat in Scriptis Christus vitium quo laborant omnes hypocrites, quod in rebus minutis valde seduli sint & anxii, præcipua autem Legis capita negligant. Hic morbus omnibus ferè seculis & apud omnes gentes regnauit, vt maior pars hominum defunctoriè leuculis obseruationibus Deum placare studuerit. Quia enim omni prouersu Dei oblique quio se eximere nequeunt, ad hoc secundum remedium cōfugiunt, vt grauissimas offensas nihil satiationibus redimant. Sic videmus hodie Paupers, quā transgrediantur summa Dei præcepta, valde ardenter in frigidis cærenoniis satagere. Talis igitur fictio nunc à Christo reprehenditur in Scriptis, qui in soluendis decimis valde seduli & scrupulosi, præcipua Legis capita parum curabat. Porò vt melius putidam eorum ostentationem traducat, dicit generaliter decimas soluisse, sed menthe, anethi atque (vñ habetur apud Lucam) cuiusvis oleris: vt minimo dispendio rarum pietatis studium ostentarent. Quia tamen Christus præcipua Legis iustitiam in misericordia, iudicio & fide statuit, primò videndum est quid per has voces intelligatur: deinde cum omnis sit prioris Tabulae præcepta, quæ ad Dei cultum propriè spectant quasi pietas charitatis officiis sit inferior. Iudicium, præcipue vel restitutio accipitur, quæ sit vt cuique reddatur quod suum est, nec quisquam alios fraudet vel lœdat. Misericordia autem longius progreditur, vt quisque studeat de suo fratribus succurrere, leuare consilio vel opibus miseris, tueri eos qui iniustè premuntur, & in commune humaniter conferre facultates quibus præditus est. Fides nihil aliud est quam sincera integritas, nequid astute, nequid malitiosè vel per infidias tenetur: led vt mœra inter omnes simplicitas colatur, quia singuli secum agi volunt. Itaque summa Legis ad charitatem refertur. Scio quod dem si leu nomen alter interpretari, vt per synecdochen comprehendat totum Dei cultum: sed Christus suo more seruum examen sanctitatis ad fraternalm charitatem hic revocat: idcōque priorum Tabulam non attingit. Nec obstat quod apud Lucam pro fide habetur amor Dei, consilium enim Christi fuit ostendere quid præcipuè in Lega fuit Dominus à nobis exigat. Satis vero notum est

Legem in duas Tabulas suisle distinctam, vt primum quid Deo, postea quid hominibus debeatur, ostenderet. Apud Lucam vtraque pars expiatur: ac si dicaret Christus huc maximè Legem tendere vt Deum amemus, erga proximos verò & qui simus ac misericordes. Matthæus altera tantum parte contentus fuit. neque absurdum est charitatis officia vocari præcipua Legis capita, quin ipsa charitas à Paulo vocetur Legis perfectio: ^{Rom. 13. 8.} scilicet alibi dicit, Legem impleri si diligimus proximos. Et suprà Christu de Legis præceptis interrogatus, nonnisi ea quæ sunt secunda Tabulae recensuit. Si quis excipiatur, hoc modo præferri homines Deo, quia pluris censetur quæ illi præstatur charitas quam religio: facilis solutio est hinc nō opponi prioris Legis tabule secundam, sed potius ex secunda obseruatione probationem sumi an verè & ex animo colatur Deus. Quia res interior est pietas, neque inter nos versatur Deus vt nostri erga se amoris experimentum capiat. neque etiam nostri si officiis indiget, facile est hypocritis mentiri, falsèque obtendere Dei amorem. Quia verò fraternalæ charitatis officia sub sensum omnium cadunt, & ante oculos sunt posita, in his melius eorum impudentia coarguitur. Christus ergo subtiliter hic differere noluit de singulis iustitiæ partibus, vel earum ordine, sed quantum fererat communis hominum caput, simpliciter docuit, tunc verè demum seruari Legem dum alij erga alios recti sunt & humani & veraces: quia sic testantur Deum se diligere ac reuereri, imò legitimum ac idoneum sinceræ pietatis testimonium proferunt. Non quòd sufficiat erga homines defungi, nisi prius Deo ius suum reddatur: sed quia verum esse Dei cultoren necessere est qui ad eius præscriptum vitam suam format. Non dum tamen penitus soluta est quæstio, nam decimæ, quas Christi æquitate & misericordia postponit, pars erant Diuini cultus, & pars aliqua in pauperes solebat erogari: ita duplex sacrificium in se continebant. Respondeo, non simpliciter conferri hic decimas cū eleemosynis & fide & iudicio, sed iustitiam Scribarum sanctitatem cum sincero & integrō charitatis affectu. Cur enim ad decimas soluendas tam prompti & voluntarij erant, nisi vt Deum

Deum placarent minimo dispendio & molestia? neque enim ad summam intenti erant. Ideoque inter officia charitatis numerari non debuit, quod Deo & hominibus fucum facerent ex leuisibus particulis.

23. *Hec oportuit facere.*) Occupatio est qua prævenient Christus eorum calumniam, poterant enim sinistræ carpere eius sermonem, ac si pro nihil duceret quod Lege De præscriptum erat. Fatur ergo, quæcumque Deus mandauit feruanda esse, nec quicquam omittendum: sed non obstat eis Legis studiū quoniam in præcipuis capitibus insisteret oporteat. Vnde colligitur, præpostere facere eos qui se in rebus minimis occupant, quin potius à præcipuis ordini oporteat, decime enim quedam erant accessio duntata. Negat ergo Christus ubi in animo esse autoritatem derogare vel munimis præceptis, licet ordinem in Legis obseruatione commendet atque exigat. Saluaigitur maneat Lex vniuersa, quæ nulla in parte violari potest sine autoris contemptu: nam qui scortari vetuit, & occidere, & furtum facere, idem & concupiscentiam omnem damnauit. Vnde colligimus, sic inter se contexta esse omnia præcepta ut unum ab aliis discerpere fas non sit. Quare etiam scriptum est, *Maledictus omnis qui nō præstiterit quæcumque scripta sunt.* Quibus verbis ablique exceptione lantur vniuersalis Legis iustitia. sed hæc reverentia, vt diuinus, discrimerent inter præcepta minimè tollit, nec ipsius Legis scopum inad quem veri eius cultores mentem suam dirigunt, ne tantum in superficie ludant.

24. *Duces ceci.*) Proverbialis est sententia, qua pulchritudinem exprimitur putida in rebus minutis hypocritaum anxietas, nam ad minima delicta perinde exhorcent ac si centum mortibus acerbior illis foret vntea transgressio, in grauissimis autem sceleribus sibi & aliis suaviter indulgent. Ergo perinde faciunt ac si quis tenuem panis micram colaret, integrum voraret panem. Culicem scimus pusillum esse animal, camelum ingentem belluam. nihil ergo magis ridiculum quam vimnum vel aquam colare, ne culicem glutiendo fauces lades, secure vero sorbere camelum. Atqui talibus deliciis hypocritis ludere constat: quia quum iudicium, misericordiam & fidem præter-

erant, immo totam Legem dispergunt, in rebus non magnis plusquam auctoritate sunt ac rigidi. Porto quin hoc modo simulent se osculari Dei pedes, superbe conspiciunt in eius faciem.

25. *Purgatis exteriorem.*) Prosequitur Dominus eandem sententiam, ac figurate scribis exprobrat, hoc unum sollicito ipsos curare ut tantum coram hominibus plendeant. Nam per exteriorem patinæ partem metaphorice externam speciem designat, ac si diceret, *Vobis nulla inundities cura est, nisi quæ extra appetat:* perinde ac si quis sedulo abstigeret exteriore forde calicis, intus vero impurum relinqueret. Quod autem translatatio sit loquutio, ex secundo membro patet, vbi interior inundities diuinatur, quod feliciter intus referti sint intemperantia & rapina. Ergo hypocritis eorum coarguit quod nonnulli ad hominem oculos vitam suam compondere studeant, vt sibi inanem fumam concipient sanctitatis. Ideo eos ad purum & sincerum recte vivendi affectum reuocat. Purga, inquit, primum quod intus est: quia feliciter ridiculum est oculos perfere nitore, bibere autem ex calice faculento, vel alii modis impuro.

27. *Similes ejus sepulchris.*) Alia similitudo, sed quæ eundem finem spectat, comparat enim eos sepulchris quæ sibi ambitione pulchra & nitida extrahunt secuti homines. Sicut ergo in sepulchris pictura vel incrufatio ad se trahit hominum oculos, quoniam intus condita sint putrida cadaveria: ita Christus hypocrites dicit exerno aspectu fallere, quia fraude & iniquitate referuntur s. nt. Verba Lucæ aliud sonant, quod fallant hominum oculos sicuti sepulchra, quæ sepe non animaduertunt qui super ea ambulant: sensus tamen eodem recidit, non sub praetextu falsæ sanctimonie latere occultū factorem quæ fouent in suis cordibus sicuti marmoreum sepulchrum, quia pulchri & delectabilis speciem præse fert, cadaveris factorem regit, ne offendat illac transfeentes. Vnde colligimus quod prius dixi, Christum, vt consuleret rudibus & imperitis, quos inani fuso sibi deumines tenebant Scribæ & detrahebant lacrem larvam. Profuit enim simplicibus hæc admonitio, vt e luporum fauibus se matrè subducerent. Continet tamen hic locus generalem doctrinam, vt filii Dei non tam videri quam esse puri appetant.

M A T T H . X X I I I .

29. *V. e vobis Scribæ & Pharisei hypocrite: quia adificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum.*

30. *Et dicitis, Si fuissimus in dieb. patrum nostrorum, non fuissimus sœcij eorum in sanguine Prophetarum.*

31. *Itaque testimonio estis vobis metipisis quod sitis eorum filii qui Prophetas occiderunt.*

32. *Vos quoque implete mensuram patrum vestrorum.*

33. *Serpentes progenies viderarum, quomodo effugietis indicium in gheane?*

34. *Ideo ecce ego misero ad vos Prophetas, & sapientes & Scribas, & ex illis alios occidetis, & crucifigetis: & ex illis alios flan-*

M A R C .

L V C . XI.

47. *V. e vobis, quia adificatis monumen-ta Prophetarum: Patres autem vestri occi-derunt illos.*

48. *Profecto testamini quod comproba-tis facta patrum vestrorum: quoniam illi quidem eos occiderunt, vos autem adificatis eorum sepulchra.*

49. *Properea & Sapientia Dei di-xit, Mittam ad illos Prophetas & Apo-stolos, & ex illis occident, & persegu-en-tur.*

50. *Vt requiratur sanguis omnium Pro-phatarum qui effunditur à constitutione mundi à natione ista,*

51. *A sanguine Abel usque ad san-guinem Zacharie, qui periret inter altare*

gellabitis in Sionagis vestris, & perseque-
mini de urbe in urbem.

35 Ut veniat super vos omnis sanguis
instus qui effusus est super terram a sanguine
Abel iusti usque ad sanguinem Zacha-
rie filii Barachie, quem occidistis inter tem-
plum & aliare.

36 Amen dico vobis, venient haec omnia
super generationem istam.

37 Ierusalem, Ierusalem, que occidit
Prophetas, & lapidas eos qui ad te misse
sunt: quoties volvi congregare filios tuos
quemadmodum gallina congregat pullos
suos sub alas, & noluitis?

38 Ecce relinquitur vobis domus vestra
deserta.

39 Dico enim vobis, haud quaque vi-
debitis me post hac donec dicatis, Benedi-
ctus qui venit in nomine Domini.

& eadem profecto dico vobis, requiretur ab
haec natione.

LVC. XIII.

34 Ierusalem, Ierusalem, que occidit
Prophetas, & lapidas eos qui mutuntur
adire, quoties volvi congregare filios tuos,
quemadmodum anis nidum suum sub pen-
nas, & noluitis?

35 Ecce relinquitur vobis domus ve-
stra deserta. dico autem vobis quod non
videbitis me donec venerit tempus quum
dicetis, Benedictus qui venit in nomine
Domini.

LVC. XI.

33 Quum autem haec ad illos diceret,
caperunt Legisperiti & Pharisai graui-
tissime, & captiose interrogare eum de
multis,

34 Insidiantes ei, & querentes aliquid
venari ex ore eius quod accusarent eum.

29 Quia adscicatis sepulchra Prophetarum.) Fal-
so quidam putant reprehendi superstitionem in
Scribis, quod propter magnificia sepulchrorum
ornamenta mortuos Prophetas, scuti nunc papili-
fice honorem Dei transuerter in Sanctos mor-
tuos, in modo eorum simulachra peruerso adorant. No-
dum eo progressi erant cætitatis & amentia. quae
re aliud Christi consilium est. Hoc etiam fuso a-
pud indoctum vulgus, in modo apud omnes Iudeos
fauorem sibi capabant Scribi quod Prophetarum
memoriam reverenter colebant. Nam quum
se hoc modo fingerent illorum doctrinam asser-
tere, qui quis putasset fidos esse imitatores ac op-
timos Diuini cultus zelotas. Res ergo erat ap-
primè plausibilis, monumenta Prophetarum extre-
re: quia hoc modo quasi ex tenebris erubebatur
religio ut in suo honore staret. Atqui nihil mi-
nus erat illis propositum quam doctrinam refi-
tuere, quæ Prophetarum interitu videri poterat
extincta. Sed quum ipsi non modò à Propheta-
tica doctrina alieni fôrent, sed infestissimi eius
hostes, mortuo tamen ornabant sepulchrus, qua-
si sibi cum illis eadem esset causa. Atque hoc hy-
pocritis solenne est, sanctos Dei ministros & pu-
ros doctores post mortem honore prosequi, quos
ferre viuos nequeunt. Neque hoc tantum ex vul-
gari prouenit vitio: (quod notat Horatius his
verbis, Virtutem incolunem odimus, Sublatam
ex oculis quarimus inuidi) sed quia duris & se-
ueris correctionibus molesti amplius non sunt
mortui cineres, non ægrè in illis colendis eu-
anidam religionis vimbram ostentant qui loquen-
tium vocibus ad insaniam aguntur. hæc enim fi-
ctio non magni constat, propter erga mutos ob-
seruantia studium. Ita singuli Prophetæ apud Iu-
daeos sua ætate contumeliosè reieci ac protinus
vexati, sape etiam crudeliter necati fuerunt: po-
steritas vero, quæ nihil melior erat patribus,
vimbratim eorum memoriam venerata est po-
tius quam doctrinam amplexa: quandoquidem
& ipsa suis doctribus perquam infensa erat. Nam
sicuti mundus, quia Deum penitus spernere non
audet, vel saltem palam contra ipsum insurgere,

hoc artificium excogitat ut Dei vimbram colat
pro Deo: itain Prophetis similem exercet ludum. Cuius rei nimis illustre documentum in
Papatu cernitur. Nam Apostolorum & Martyrum legitima veneratione non contenti, diminos
illis cultus affingunt: & quoquecumque congerant
honores, non putant se modum excedere: in-
terea levando contra fideles, ostendunt qualis
futura sit sua pietas erga Apostolos & Martyres,
si hodie superstites idem quod olim manus obi-
rent. Cur enim tanta in nos rabie exardent, nisi
quia eam doctrinam recipi ac vigore cupimus
quam suo sanguine obsignarunt Apostoli & Mar-
tyres? Porrò quum sanctis Dei seruis pretio-
sior ea fuerit quam propria vita, an huic parceret
qui eam tam furiosè persequuntur? Suffici ergo,
candelis, floribus, omnique pomparum genere
Sanctorum imagines ornent ut liberetur: si nunc
viueret Petrus, eum discerperent, lapidibus ob-
ruerent Paulum: si Christus ipse adhuc ageret
in mundo, eum lento igni vultarent. Quia ve-
rò etatis suæ Scribas & sacrificios videbat Do-
minus laudem inde venari apud populum quod
pij essent Prophetarum cultores, fallaciter eos
ludere coarguit, quia presentes & sibi missos
Prophetas non modò repudient, sed inhumaniter
etiam affligant. In eo autem se prodit impia
fictio & crassa impudentia, dum in cultu mortuo-
rum religiosi videri appetunt, quum viuos extin-
guere conentur.

30 Si fuissimus in diebus.) Non frustra hanc
fententiam Christus inseruit. Quanquam enim
eos non accusat in patrum persona, nec vitio præ-
cipue veritatem quod sint homicidarum filii: obiter
tamen perstringit stultam eorum iactantiam,
quod in suo genere gloriari soleret, qui tamen ex
sanguinariis Dei hostibus essent progeniti. Sic
ergo resoluì debet oratio, Cultus quem Prophetarum
mortuis præstat, quadam à vobis impetratis
paternæ expiatio censetur. Iam igitur hoc obti-
neo, frustra vos iactare sanctū genus, quū originē
trahatis ab impiis & sceleris patribus. Ita nunc, &
vestris sceleribus obtendite eorum pietatem,
quorum

riorum manus innoxio sanguine scuisse pollutas itemini. Atque longè gravius crimen accedit, quod sacrilegum furorem patrum, quem in mortuorum sepulchris damnatis, in cæde viuorum iumentarum. Quare tandem concludit, eos-hac in parte à patribus non esse degeneres, acsi dicentes. Non incipit gens veltra nunc de nimis seuire in Dei Prophetas; haec enim vetus est disciplina, hic mos à patribus traditus, denique hæc agendi ratio vobis est quasi inoluta. Ceterum non iubet eos facere quod faciunt, vt sanctos doctores interficiant, sed figuratè significat eos hæreditario iure insurgere contra Dei seruos, ac dandam illis esse licentiam oppugnandi pietatis: quia hoc modo implent quod deest patrum sceleribus, & quam illi exorsi sunt telum absoluunt. His autem verbis non tantum pronuntiat ipsos esse desperatos, & qui ad sanæ mentem reuocari nequeant, sed similes admonet, non esse in eis si ab homicidio filii malè tractentur Dei Prophetæ.

33. *Progenies viperarum.*) Postquam ostendit Christus Scribas non modo sceleratos esse prie doctores hostes & perfidios corruptores Diuinæ cultus, sed mortiferas quoque Ecclesiæ pestes, sinem concioni sue facturus, acris in eos excandescit. sicuti necesse est hyberorū violenter excuti suas luctus, & quibus raptari ad Dei tribunal, vt terreatur. Quoniam non tantum eos Christus respexit, sed toti populo voluit incutere terrorem, vt à simili exitio sibi omnes cauerentur. Porro quādura & intolerabilis fuerit reuertendis in ipsis hæc verborū asperitas, hinc colligere licet, quod iam longo vspu pacata illis erat dominatio, vt nemō contraria missitare auderet. Nec dubium est quin multis displiceret tam acerba Christi libertas: sìmò proterius & intemperans habitus fuerit, quod ad ordine Scribarum tam probrosè loqui auderet, sicuti hodie multi homines delicati nihil de clero Papali asperius dici sustinent. Sed quia negotiū in Christo erat cum pessimis hypocritis, qui non modò supe. bō Dei contemptu inflati, & sapina confidentia ebrj erant, sed vulgus hominum fascinaverunt suis præstigijs, necesse habuit vehementius contra ipsos insurgere. Vocab ergo serpentēs tam natura quād moribus: deinde vindictam illis denuntias, quam nisi maturè resipuerint, frustra effigere tentabunt.

34. *Ideo ecce ego mitto.*) Apud Lucam expressius aliquid inseritur, Propterea etiam dixit Sapientia Dei. Quod in hunc modum resoluunt quidam interpres, Ego, qui sum æterna Dei Sapientia, de vobis pronuntio. Mihi tamen magis probatur, recepto Scripturæ more Deum hic sub persona Sapientie sue loquente inducit: vt si sensus, Pride de vobis spiritu Prophetice Deus edidit quid futurum esset. Nufquam, fateor, ad verbum hæc sententia legitur: sed quia passim Deus indomitam illius populi contumaciam exigit, quasi epitemen Christus colligit, atq. hac prosopopœia clarissimus exprimit quidnam fuerit Dei iudicium de insanibili gentis illius prauitate. Mirum enim videri poterat, si nullum operæ pretium facturi erant doctores, cur illos temere vellet Dominus fatigari. Sic enim disputant homines, Deum ludere operam quin reprobis verbum suum destinet, quos nouit obstinatos fore. Hypocrite vero, quasi hoc vnum sufficiat, assilios apud se habere cælestis doctrinæ præcones, quantumuis indoci-

les se præbeant, Deum sibi propitium & fauorem esse confident, modo exterrum verbum apud ipsos resonet. Sic ferociter Iudei se iactabant, quod præ aliis gentibus Prophetis & doctribus semper excelluerint: & quali tantum honorem esse promeriti, hoc illis indubium erat dignitatis sua insigne. Hinc futilē arrogiantiam vt retundat Christus, non solùm negat aliis gentibus eos præstare, quia Deus Prophetis & præclaris Sapientia sua interpretibus eos dignatus sit: sed gratiam male locatam grauior illis esse probro, & maiori exitio effusram esse contenit: quia scilicet aliud fuerit Dei consilium quād ipsi imaginentur, neimpe vt eos magis inexcusibiles redderet, arque ad summum usque cumulum perducere impianum ipsorum malitiam, acsi dixisset, Quod subinde vobis calitus ordinati sunt Prophetæ, frustra & stulte hoc decus obtenditis: aliud enim arcano suo iudicio statuit Deus, vt continua benignæ invitationis seris palam detegret impianum vestrum pernicaciam: qua coniuncta, si his cum patribus codem inuolueret exitio. Quod ad verba spectat, defectua est oratio apud Matthæum, cuius sensus suppleri debet ex Luce verbis. Quod Prophetis Scribas & sapientes annulerat, valet ad amplificationem gratiæ Dei. vnde ipsorum ingratitudo magis patet: quod quia nihil ad eos docendos omiserit Dominus, nihil tamen proficerit. Pro sapientibus & Scribis Lucas ponit Apostolos, eodem sensu. Porro docet hic locus, Deum non semper hominibus salutem conferre, quoties verbū illis suū destinat: sed reprobis interdum velle annuntiari, quos fore obstinatos nouit, vt sit illis odor mortis in mortem. Est quidem verbum Dei per se & sua natura salutare, omnēisque promiscue ad spem vita æternæ inuitat: sed quia non omnes intus trahuntur, neque omnibus aures Deus perforat, quia denique non omnes renouantur ad penitentiam, vel ad obsequium flecentur: quicunque verbum Dei respiciunt, sua incredulitate exitiale sibi reddunt ac mortiferum. Id futurum esse quum præsciat Deus, vt reprobos in grauiores in damnationem præcipite, consolò Prophetas suos illis mittit: que nadmodum fusiū explicat Iesaiæ 6. capite 10. Hoc quidem carnis rationi minimè consentaneum esse fateor, vt videamus impuros Dei contemptores speciosum latrandi materiam hinc arripere, quod Deus tanquam seorsum aliquis tyrannus, maiore hominum pena se oblectet, quos nulla spe profectus sciens ac volens magis excusat & indurat. Sed Deus talibus documentis fidelium modestiam exercet. Hæc igitur sit nostra sobrietas, trepidè adorare quod sensum nostrum superat. Qui Dei præscientiam nihil obstat dicunt quoniam salvi sunt increduli, inani patrocinio stulte Deum ipsum excusant. Fato quidem reprobos non ideo sibi mortem accersere quia Deus ita futurum prævidit, idque eius præscientia non posse adscribi quod percunt: sed hoc cauillo Dei iustitiam nego rite defendi, quia mox obiectare licebit, per Deum stare quoniam resipescant: qui in eius manu est fidei & penitentiae domum. Occurret etiam hæc obiectio, Quid si vult quod Deus certo & deliberato confilio destinat verbi sui lucem ad excandos homines? Cur morti æterne devotos, sum-
bb ij.

plici ruina non contentus, bis & ter perire vult? Proinde nihil reliquum est quād Dei iudicis hāc gloriam tribuere, ut cum Paulo exclamemus, profundam & incomprehensibilem esse abyssum. Sed queritur quomodo prophetas Deus Iudeis in pernicieē cœsluras esse pronuntiet, quum efficaciter semper in illa gente viguerit eius adoptio. Respondeo, quum exigua tantum portio fidei verbum amplexa sit in salute, hic de maiori numerō vel vniuersali corpore sermonem haberi: quē admodum Iesaias, ubi communem gentis interitum prædictis, iubetur Legem Dei inter discipulos obsignare. Scianus ergo, quoties Iudeos Scriptura morti æternæ adiudicat, reliquias excipi, in quibus Dominus gratuitā electionis suā cœla se men aliquod conferuat.

35 *Et veniat super vos.*) Non modò detrahit illis quod sibi falsò arrogant, sed Prophetis orationes tuissē docet proflus in diuersum finem, nequaetātē immunis esset ab impia rebellionis scelerē. Nam pronomē *nos* generaliter totam gentem à prima sua origine complectitur. Siquis obiciat, non congruere Dei iudicio peccatum de patrini criminibus exigi à filiis: in promptu solutio est, Quin se impia cōspiratione simul implicuerint, non debere absurdum videri si Deus, communiter omnes puniens, peccatum patribus debitum in finium siliorum restringat. Iustē ergo à tota gente, quo cunque seculo alij atque alij vixerint, perpetui contemptus exigitur ratio, & pœna simul expetitur. Nam sicut Deus longo patientiā suā testore cum totius populi malitia constanter certauit, sic inflexibilis peruciaciē, quā ad extremum usque durauit: totus populus merito reus peragit. & sicut ex compaço singulē atates suos Prophetas necarunt, ita ad commune iudicium vocari aequū est, ac cœdes omnes quā vno cōsensu patratā sunt, in omnibus vindicari. *A sanguine Abel.* Tametsi Abel non à Iudeis occisus est, eius tamē necem ipsis imputat Christus, quia inter ipsos & Cain quādam erat impietas cognatio: alioquin non quadraret quod dicit, sanguinem iustum ab initio usque mundi effusum à generatione hac. Cain ergo Iudei populi capit ac princeps autōrque statuit, quia ex quo Prophetas occidere cōpererint, successerint in eius locum cuius fuerunt imitatores. Porro Zachariam nominat non quasi ultimum Martyrem: (neque enim tunc sine memori fecerunt Iudei Prophetarū cœdibus: quin potius hinc crevit illis audacia & furor: & qui secuti sunt posteri, sese ingurgitarunt sanguinem quem patres tantum libaverunt) neque etiam quid mors eius vulgo notior esset tametsi eam sacra Scriptura celebrat. sed alia ratio est, quae quam animaduersione digna esset, interpres latuit, vnde etiam factū est vt non modò hallucinati sint, sed etiam lectores implicuerint molesta questione. Lapsus enim memoria videri possit Christus, dum cœdem vnam vetustam commeniorans, innumeram propè stragem quā postea sub

crudelitatem erumperent) quia hoc eius proposito aptius erat. Nam hanc consilij eius summam esse nuper exposui, quum gens illa ab impietate non desisteret, reān peragere omnium cœdiū quā iam olim perpetrata fuerant. Ergo non præsentis tantum fœnitā vindictam denuntiat, sed rationem illis reddendam esse dicit de cœde Zacharia, acsi eius sanguine maledicta essem ipsostrum manus. Neque enim probabilis est eorum opinio qui hoc ad Zachariam referunt qui populum ab exilio Babylonico reducem ad templum adificandum hortatus est, cuius extant vaticinia. Tametsi enim libri inscriptio filium Barachia fuisse docet, occisum tamē fuisse nusquam legitur, deinde coacta est exposuit, quod medio tempore inter altaris & templi adificationem occisus fuerit. De altero autem Zacharia Ioiada filio sacra historia refert quod huic loco optimè quadrat: nempe quum post mortem patris eius impia Regis & populi defectione collapsa esset vera religio, Spiritus Dei fuisse indutum, vt publicam idolatriam seuerē corriperet: ideoque in atrio templi fuisse lapidatum. Absurdum verò non est patri Ioiada honoris causa impositum fuisse Barachia cognomen: quia quum tota vita veri cultus fuisse assertor, meritò benedictus Dei censeretur. Siue autem binomius fuerit Ioiada, siue mendum sit in voce (sicut Hieronymus existimat) de re certè nulla est dubitatio, quin Christus sacrilegā illam Zachariam lapidationem notet, quæ scribitur 2. Chro. 24. & 22. Circumstantia loci eriminis atrocitatem auget: quid scilicet templi sanctitatem reveriti non fuerint. Porro *Templum* hic sumitur pro atrio, ut alii locis. Huic propinquum erat altare holocaustorum, ut Sacerdos in conspectu populi victimas offerret. Aparat igitur nimis nefanam fuisse rabiem, quam altaris & templi conspectus sedare non posuit, quia sacrum locum nefando homicidio Iudei fœderarent.

37 *Ierusalem, Ierusalem.*) His verbis clarius demonstrat Christus quād iustum habeat excandescendi causam, quod Hierosolyma, quam sibi Deus in sacrum & quasi cœlestē domicilium elegerat, non modo indignam se præstiterat tanto honore, sed (quasi spelunca latronum esset) hauriendo Prophetarum sanguinem longo vsu assueverat. Patheticē ergo exclamat Christus ad tantum portentum, quod sancta Dei ciuitas è amentia delapsa erat, vt salutisam Dei doctrinam Prophetarum sanguine pridem extinguere conata esset. At que huc spectat repetitio nominis, quia tam prodigiosa & incredibilis impietas detestatione non vulgaris digna era. Nec verò exprobaret Christus vnam tantum, vel alteram cœdem, sed hac consuetudine imbutam esse urbem dicit ut Prophetas, quorū mituntur, occidere non definit. Participium enim loco epitheti positum est: acsi dixisset Christus, Tu, quae fidelis verbi Dei custos, cœlestis sapientia magistra, lucerna mundi, fons rectæ doctrinæ, sedes divini cultus, fidei & obedientiæ exemplar esse debueras, Prophetarum es interfœtrix, vt iam habitum quendam contraxeris sanguinis eorum sorbendi. Hinc igitur patet, omni genere probrosum fuisse dignos, qui Dei sanctuarium tam fœde profanauerant. Quāquam etiam simul Christi consilium fuit, scandalō quod propè instabat, occur-

Ier. 31. 8. 1. Manasse facta est præterit. Neque enim ad tempus transmigrationis cessarunt apud Iudeos impia sanctorum virorum persecutions. imò quum iam afflitti essent, scimus quād immaniter in Ieremiam fœuerint. Arqui data opera Dominus non recentes illis cœdes exprobrat, sed hanc magis antiquam deligit (quād etiam initium & origo fuit sceleratæ licentia), ut postea in effrenem

occurre: ne fideles, quum cum indigne occidi
Ierosolymis viderent, tale spectaculum tua noui-
tate turbaretur. His enim verbis iam admoniti fueri, nihil mirum est si viri iugulandis vel lapi-
dandis Prophetis aspergunt, suum redeoptorem
crudeliter occideret. Ceterum hinc pparet qua-
rum tribuere locis conueniat. Nullam certe
mundi urbem aque splendidis elogis ornauit
Deus, vel tam honorifice extulit: videmus tamen
quod se precipauerit tua ingratitudine. Con-
ferat nunc Papa latrocinij sui sedem cum sancta
illa urbe: quid pari honore dignum repeget? la-
stant nobis mercenarij eius adulatores fidem
illuc olim viginti. Quod ut verum esse deimus, si
hodie constat perfida defectione alienata esse a
Christo, & innumeris sacrilegiis refertam, quam
stulte honorem primatus et afixum esse contem-
dunt? Nos vero potius discimus ex hoc memo-
rabilis exemplo, vt quisque locus majoribus Dei
beneficiis in sublime euectus est, adeoque a com-
muni sorte exemptus, si degeneret, non modo suis
ornamentis spoliari, sed eo magis probrosum es-
se & execrabilem, quia turpiter Dei gloriam in-
quinavit, decus gratiarum eius foedando. *Quoties
volvi.* Indignatio magis est quam commiseratio.
Verbum quidem ipsam, super quam paulo ante fle-
uerat, adhuc misericordia prosequitur: sed in Scri-
bas exitij authores durior & asperior est, sicuti
ineriti erant. Quanquam nec reliquis parci, qui
omnes eiusdem sceleris conscientij & approbatore-
rum & socij erant: sed omnes in eundem reatum
trahens, pricipue inuehitur in ipsis ducis, qui
malorum omnium causa erant. Iam notanda est
sermonis vehementia. Si simpliciter repudiata
fuisse Dei gratia Hierosolyma, iam minime ex-
cusabilis fuisset ingratis: quum vero comi-
ter & blandie ad se allicere Deus tentaverit Iudeos,
ac nihil proficeret tanta benignitate, longe
atrocis fuit tam superbae contumelia cri-
men. Accessit etiam indonita obstinatio: quia
non semel atque iterum ipsis Deus colligere vo-
luit, sed per continuos successione gradus alios
atque alios submissis Prophetas, qui omnes ferre a
maiori parte repulsi sunt. Nunc tenemus cur se
Christus in Dei persona gallina compareat: nem-
pe quod plus ignominia huic sceleris genti irro-
get, quae suae & plusquam maternas eius iniui-
tationes respuerat. Mirum hoc certe & incom-
parabile amoris documentum fuit, quod se ad
blanditias usque demittere grauatus non est, quo
cicuraret in suum obsequium rebelles. Similis
fere exprobratio apud Mosen legitur, Deuteronomio,
32. b. 12. quod Deus tanquam aquila expansis
alii populum illum complexus sit. Quanquam autem
non uno modo alas suas expandit Deus ad
fouendum illum populum, hanc tamen loquendi
formam Christus peculiariter ad unam speciem
accommodat, quod scilicet missi fuerint Prophetae,
qui vagos & dispersos in finum Dei collige-
rent. Quo significat, nunquam proponi nobis
Dei verbum, quin ipse materna dulcedine gre-
mum suum nobis aperiat: nec eo contentus,
usque ad humile gallina studium descendat in
fouendis pullis. Unde sequitur plusquam mon-
strosum esse nostram ferociam, si ab ipso colligi no-
patimur. Certe si in mentem nobis veniat ab una
parte formidabilis Dei maiestas, ab altera autem
forsida abiectaque nostra conditio, non sine pu-

dore ad tantum bonitatis miraculum & benefice-
re cogemur. Quia enim hoc est, vt Deus se ins-
tra causa euangelique denuo: Quam materiam
perfornat induit, immenso spatio descendit in-
fra suam gloriam: quanto hoc manus, quod gal-
line forti amuletiensi, nos instar pulchri, tuo-
rum habere dignatur? Adde quod si veteri po-
pulo qui sub Lege vixit, hoc merito fuit obie-
ctum, in nos longe magis competit. Etsi enim
verum semper fuit quod nuper citauit ex Mose,
vera etiam sint querimoniae quae apud Iesuam *Esa. 65. 4.*
leguntur, quod Deus frustra quotidie brachia*1.*
sua extenderit ad amplexandum populum dum
& rebellem, quod manu surgendo nihil assidua
cura erga illum proficerit: hodie tamen longe
familarius & suauis nos ad se per Elium suum
invitat. Quare horribilis nos vindicta manet,
quoties Evangelij sui doctrinam proponit, nisi
sub eius alas, quibus non susepere & tegere par-
atus est, placide nos recondimus. Interead cet
Christus, in tuto quiescere vantes eos qui fidei
obsequio ad Deum se aggregant: qui lib. eius
alis in expugnabilem habent refugium. Notandum
etiam est alterum illud exprobationis membrum,
quod Deus peruersa veteris populi contumacia
non ita mox fuerit offendens, & paternum amo-
rem & maternam curam abuiceret, quando Pro-
phetas prophetis cotinua serie addere non desti-
tit. Quemadmodum hodie, licet mundi prauitatem
plus satius sit expertus, gratia tamen sua cursum
continuat. Subest tamen in his verbis altior no-
tationem, quod Iudei, simulatque eos Dominus
collegerat, ab ipso disflueant. Hinc tam fre-
quentes dissipationes, quod sub Dei aliis vix ad
momentum quieti manarent, qualis etiam hodie
feritas in mundo cernitur, & omnibus feculis extitit.
Ideo necesse est ut vagos & palantes Deus ad
se reuocet. Sed hic est desperata & ultima prauitatis
cumulus, dum bonitatem Dei pertinaciter
repudiant homines, & sub eius aliis venire recu-
sant. Porro quod antehic dixi, Christum loqui in
Dei persona, sic intelligo, sermonem hunc propriè
in aeternum eius Deitatem competere. Neque non
hic differit quid facere incepit ex quo fuit in
carne manifestatus, sed quantum de salute populi
ilius ab initio fuerit sollicitus praedicar. Scimus
autem Ecclesiam ita fuisse diuinitus gubernatam,
vt ei praeuerit Christus, quatenus aeterna erat Dei
Sapientia. Quo sensu Paulus non Deum Patrem
in deserto, sed Christum ipsum fuisse tentatum
dicit, primus ad Corinthios capite decimo b. 9.
Quod autem locus hic ad probandum Iberum ar-
bitrium, & arcana Dei praefestinationem abo-
lendam a sophistis atripit, scilicet est solutio.
Vult Dominus omnes congregare, inquit: ergo
omnibus liberum est venire, nec eorum volun-
tas a Dei electione pender. Respondeo, voluntate
Dei, cuius hic fit mentio, ab effectu esse confide-
randam. Nam quum verbo suo promisit omnes
ad salutem vocet, atque hic sit prædicacionis finis
vt in eius custodiam & fidem omnes confugiant,
merito dicitur velle omnes ad se colligere. Non
ergo hic nobis arcana Dei consilia, sed voluntas
qua perspicitur ex verbi natura, describitur. Nam
certe quos efficaciter colligere vult, eos Spiritu
suo intus trahit, non externa solum hominis voce
invitat. Si quis excipiat, assidue duplice in Deo
voluntate fingi: respondeo, non aliter nos credere
b b iii.

quā vnicam & simplicem esse eius voluntatem: sed quia ad profundam arcanę electionis abyssum mentes nostrae non penetrant, pro infirmitatis nostra modulo bifariam nobis Dei voluntatem proposi. Ac miror quosdam ita p̄frafto esse cerebros, vt à Scripturā dicitur, quæ p̄fatis in Scripturis ocurrēt nihil eos offendit, tantum hac in parte non admittant. Sed quia hoc argumentum copiose alibi tractavi, ne in re supervacua nunc longior sim, tantum breuiter dico, simulac doctrina quæ vnitatis vexillum est, in medium profertur, Deum velle omnes colligere, vt quicunque non veniunt, sint inexcusabiles. Et nolūstis. Hoc tam ad totam gentem referri potest quām ad Scribas: ego tamen de his potius interpretor à quib. maximè impedita fuit collectio. Nō & toto contextu in eos inuestis est Christus: & nunc quum singulari numero Hierosolymam alloquutus foret, non temerè videtur mox numerum mutasse. Est autem inter velle Dei & ipsorum nolle in phatrica oppositio: quia exprimitur diabolicus hominū turor, qui Deo reluctari non dubitant.

38 *Ecce relinquitur.*) Templa vastationem & totius politiæ interitum denuntiat. Quantumuis enim in impietate, flagitiis, omnimque infamia deformes essent: peruerterat ramen externi cultus & templi fiducia sibi erant excæcati, vt Deum sibi obstricatum putarent. Ac semper hic clypeus in promptu illis erat, Quid? an migraret Deus ex hoc loco quem sibi vnum in terris delegit? Quod si habitat in medio nostrū, tandem nos restituīt necesse erit. Denique templum habebant propinquū propugnaculo, quasi in gremio Dei sedarent. Christus autem frustā eos Dei præsentia gloriari contendit, quem suis sceleribus expulerant: & Dominiū ipsorum vocans obliquè subindicat Dei amplius non esse. Hac quidem lege exterritum erat templum vt Christi aduentu ēsse de fineret sedes ac statio Dei: stetisset tamen quasi in signe monumentū perpetuæ Dei gratia, nisi populi impietate destruūtur foret. Horribilis igitur hæc fuit Dei vltio, quod locum tam magnificè à se decoratum non modò deseruit ac funditus euerit voluit, sed vsque ad finem mundi subiecit extremā ignominia. Eant nunc Romanenses, & inuitu Deo Babyloniam suam arcem extollere pergant, quum templum Dei auspiciis & mandato conditum videant populi sceleribus cedisse.

39 *Dico enim vobis.*) Confirmat quod dixerat de propinqua Dei vltione: quia scilicet vnicum effugiendi interitus remedium illis tolletur. Nam illud erat tempus acceptum, ille dies salutis, quādū idem qui Redemptor illis aduenierat, testis ac p̄aco erat redēptionis à se allata. Eius autem discessu, perinde ac solis occasu, lux vitæ evanuit, quare necesse fuit misérā hanc cladem, quam denunciat, succedere. Nunc queritur quodnam tempus designet hac particula *Donec dicatis.* Quidam ad ultimum iudicij diem restrinquent: alii vaticinum esse putant, quod paulo post imple-

tum fuit, quum ex Iudeis quidam Christum suplices adorauerunt. Sed neutra interpretatio mihi probatur. Accertè miror tam leue scrupulum doctis hominibus obstaculo fuisse, dum anxie querunt quomodo de Christo dicturi sint increduli. *Benedictus, qui venit,* &c. Non enim quales futuri sint, sed quid ipse facturus sit pronuntiat. Nec verò aduerbiū *Donec* longius extenditur quām ad tempus quod præcedit. Joseph non est cōfessus cum uxore doceat illa Christum p̄perit. Nō intelligit his verbis. Scriptura post partum eos postea cohabitasse tanquam virum & virorem: sed tantum ostendit Mariam ante filij sui partum virginem fuisse à viro intactam. Præsentis ergo loci hic, meo iudicio, genuinus est sensus, Haec tenus inter vos submisse & humaniter versatus sum, & officio doctoris functus: nunc peracto vocacionis mea cursu discedam, nec me posthac frui poteritis: sed quē nunc Redemptorē contemnitis & salutis ministrum, iudicem experiemini. Ita cōuenit hic locus cum illo Zacharia, *Zach. 12.* Videbunt quēm transfixerunt. Quinetiam videatur Christus figuratè perstringere vanam eorum hypocrisiā, quod velut promissa salutis ardenter cupidi, quotidie ex Psalmo canebant, Benedictus qui venit in nomine Domini: interea ludibriis habebant oblatum sibi Redemptorem. Denique se ad illos venturum negat, donec ad conspectum horrendæ eius maiestatis trepidi serō exclamat, verè esse Dei Filium. Atque hæc comminatio ad omnes Euangelij cōtempores pertinet: præferunt qui falsè eius nomen obtundunt, quin eius doctrinam respuant: quia tandem agnoscunt se non posse eius manus effugere, cui nunc fucata sua simulatione illudunt. Nam & hodie eadem apud Papistas cantilena resonat, quibus tamen pro nihilo est Christus, donec vindicta armatus tribunal cōscendat. Monemur etiam, quādū nobis apparet Christus Patris nomine, interpres salutis ac Mediator, nō labris tantum honorandum esse, sed sincerè optandum ut sibi nos totūque mūdum subiiciat.

53 *Luc. Quum autem hæc ad illos.*) Iam prius adinonvi, superiores sententias nō suo loco positas esse à Luca. Nam quum referret obiurgatos fuisse à Christo Scribas in quodam prandio, postremos etiam sermones, quibus eorum flagitia paulo ante mortem ab eo traducta sunt, contextuit. Ita etiam proxima obiurgatio decimo tertio capite à Luca inseritur, ybi alias historiam recitat. Siquis eorum opinionem sequi malit qui s̄p̄ius Christum eadem iterasse diuinant, non admodum repugno. Nunc Lucas, postquam maledictiones super expositas recensuit, tandem concludit, Scribas omnes magis fuisse Christo infestos, vt suarum captionum aucupiis insidias illi struere non cessarent, quod ad colloquium in mensa habitum magis referri debet quām ad vltimam concionem. Sed ego non magni referri duxi, in tempore quod Euangelista neglexit, non esse curiosum.

41 *Et quum federet Iesus ex aduersitate gazophylacijs spectabat quomodo turbam mittebant munera sua in gazophylacium mittentes in gazophylacium. Et multi diuites diuites mittebant multa.*

1 *Sublatis autem oculis vidit eos qui gazophylacijs spectabat quomodo turbam mittebant munera sua in gazophylacium mittentes in gazophylacium. Et multi diuites.*
2 *Vidit autem & quandam viduam pauperculam mitterentem illuc atra minuta duo.*

- 42 Et venit quædem vidua pauper, misig, minuta dno, quod est quadrans.
- 43 Vocatisque ad se discipulis suis, dixit, Amen dico vobis quod hec vidua pauper plus misit quam omnes qui miserunt in gauophylacum.
- 44 Nam omnes ex eo quod illis abundai miserunt: at haec è penuria sua omnia quecunque habebat, misit totum suum vi- cium.

43 Amen dico vobis.) Hoc Christi responsum doctrinam non parum utilem continet, quicquid offerunt homines Deo non ab externo pretio æstimari, sed ratum ex cordis affectu, immo pluris esse eius pietatem qui pro suo modulo quantumunque habet Deo impendit, quam qui centuplo plus offert ex sua abundantia. Porro duplex est huius doctrinae utilitas. nam Dominus pauperulos qui bene agendi facultate defititi videtur, animat ut non dubitet vel tenui officio alacriter studium suum testari, quia scipios consecrant, non minus preciosa erit qua in specie vilis & friuola est eorum oblation, quam si omnes Cœlesi thesauros afferat. Rursum monetur quibus vberior suppetit copia, & qui pluribus donis excellut, non sufficere si largie do gregarios, & tenues longè superent: quia mi-

nus est coram Deo, diuine ex magno aceruo mediocrem sumimam confertem, quam iuperem, minutu aliquid erogado, se exhauste. Porro non vulgaris fuit huius vidua pietas, quæ ne vacua in cōspectu Domini veniret, victu proprio se priuare maluit. Et haec simplicitas à Domino laudatur, quod sui obliterata, testari voluerit se & sua omnia Dei esse. Sicut etiam præcipuum sacrificium quod à nobis exigitur, est nostri abnegatio. Quanquam autem sacras oblationes tunc non ritæ, nec in legitimos vlos fuisse dispensatas credibile est: quia tamen adhuc vigebat legalis cultus, ideo eas non reiecit Christus. Et certè facere non potuit hominem corruptela quin sancte ex Dei mandato prohibi eius cultores offerrent in sacrificio & alias pios sumptus.

M A T T H . X X I I I .

M A R C . X I I I .

L V C . X X I .

- 1 Et egressus Iesus discipulūs debeat et templo: & accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei structuras templi.
- 2 Iesus autem dixit illis: Nonne videtis hec omnia? Amen dico vobis, non relinqueret hic lapis super lapi qui non diruatur.
- 3 Sedente autem eo in Oliuarum è regio templi, interro-

gitur haec erunt. & quod signum erit illi quidam è discipulis eius: Prætemplo quod pulchris lapidis quales lapides, & qua les structure.

4 Et Iesus respondens ait illi, dies in quibus non relinqueretur lapis super lapidem qui non diruatur.

5 At ille dixit, Videte ne se- centes, Dic nobis quando haec erunt. & quod signum est quando haec omnia sunt consummada.

6 Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: multi sive seducent.

7 Quum autem audieritis bella & rumores bellorum, vide-

te ne turbemini: oportet enim fieri, at nondum finis: multi sive decipient.

8 Insurget enim gens aduersus regnum, & regnum aduersus regnum: & erunt terramotus in sin-

gulis locis, & erunt famæ ac turbationes, initia dolorum, b.c.

9 Ceterum quum audieritis bella & seditiones, nolite terrori-

re: oportet enim prius haec fieri, sed non statim finis.

10 Tunc dixit illis, Insurget gens contra gentem, & regnum contra regnum.

11 Et terramotus magni erunt variis in locis, & famæ, & pesti-

1. Et egressus Iesu.) Senserunt proculdubio discipuli Christum hoc quasi vulum vale templo duxisse. Restabat ergo ut nouum templum longe splendidius, & florentiorem regni statum sic ut praedictum erat a Prophetis, erigeret. Nam illi nihil cum eo templo in quo omnia erant aduersa. Iam vero increcibile era discipulis, magnificum templi splendorem Christo cœlum. Atque hoc diligenter notandum est, quum ad miraculum usque sumptuosa esset templi facies, præsentis illo fulgore perstrictis fusiles corum oculos, ut vix sperarent posse Christi regnum emergere. Non tentarunt quidem diserte tuam dubitationem, sed ea tacite insinuant, quum molem lapidum obiectant Circulo, quæ superanda erat, simò in nihilum redigenda, si regnare vellet. Talis etiam Papatus admiratio multos simplices hodie detinet: nam quum maximis opibus, ingentique potentia instructum esse videat, protinus obstupescit, ut vilescat ignobilis & squalida Ecclesiæ facies. Multi etiam desipere nos putant dum eius ruinam molimur, non fecis ac si quis tentaret solem è cælo detrahere. Nec verò iurum est si tam nobile illud spectaculum Christi discipulos tenererit attonitos. Quant enī Hero di constituerit illud ad fidicium, vel hinc etiam colligere licet, quod per octo continuos annos deceim artificum millia in eo occupauit. Non frustra lapides mirantur, quorum quam eximia esset pulchritudo, quindie cum cubitus longe fusile, altos duodecim, latos octo, Iosephus tradit. Iam vero tanta etiam in longinquis regionibus illius reverentia, ut vix suspicari quisquam auderet posse vnguam deleri.

2. Amen dico vobis.) Quia discipulos templi magnitudo atque opulentia (tanquam velum eorum oculis oppositum) non sinebat fidem suam intendere ad futurum verum Christi regnum, ideo iureirando affirmat breui peritura quæcumque ipsos morantur. Hæc igitur ruinæ templi prædictio viam rubibus & infirmis sternebat. Etsi autem vtile fuit templum dirui, ne Iudeos terrenis elemētis plus sati aliqui addictoſi in vanbratili cultu teneret: hæc tamen specialis fuit ratio, quod Deus Filii sui repulsam, gratiæque ab ipso illata contemptum voluit horribili exemplo in gente illa viciſſi. Quare hac denuntiatione discipulos à populi rebellis societate retrahi oportuit. Sicut hodie quicquid de peccatis impiorum prædicit Scriptura, à sceleribus quæ iram Dei provocant arcerre nos debet. Quicquid etiam de cedula & cuanida mundi figura docet, vanitatem sensus nostri debet corriger, que pompa & luxus & delicias nimis cupide sectatur. Praesertim verò quod de tremendo Antichristi & sectæ eius interitus pronuntiant, remoras omnes, quæ nos impediunt in recto fidei cursus, debet offerre.

3. Sedente autem eo.) Marcus quatuor nominat, Petrum, Iacobum, Iohannem & Andream. Ipse autem & Lucas minus exprimit quām Matthæus: tantum enim quæsiuile dicunt de tempore ruinæ templi, & (quia res erat difficulter creditu) quodnam eius præfigium Deus è cælo datus foret. Apud Matthæum verò de tempore aduentus Christi & consummationis seculi interrogant. Sed notandum est, quum perpetuum templi statum à pueritia imaginari essent, ac prorsus in eo delice essent eorum mentes, non putasse, stante mundi opificio, templum posse collabi. Itaque simulac periturum esse templum dixit Christus, vñ-

tro illis in mentē venit consummatio seculi. Atque (ut error errorē parit) quia persuasi erat, statim ab exordio regni Christi se modis omnibus beatos fore præterita militia, ad triumphum protinus conuolant. Christi ergo aduentus & mundi finē cum templi euerione coniungunt, quasi res individuas: ac fine mundi intelligunt omnium instantiationem, ne quid perfectæ piorum felicitati deit. Nunc videamus ideo simul profili ad diueras questiones, quia his signantis impliciti erant, cadere templum non posse quin concuteret totum orbem: eundem vñbris Legalibus finem fore quenam toti mundo: continuo post illustrandam esse regni Christi gloriam, quæ filios Dei in solidum beare: instare visibilem mundi renovationē quæ res confusa momento in ordinem reficietur. Praesertim autem Iesus de præsenti Christi regno stulte præsumpti eos impellit ut præpostere ad beatam quietem festinent. Sicut & veterum capite 1. b. 9. dum Christum vident à mortuis resurrectis, ad felicitatem qua in calo nobis reposita est, ad quam spe & patientia nos aspirare conuenit, precipites feruntur. Etsi autem dispar est nostra ratio, quia in Legis uerbi non sumus educati, ut nos illa de terreno Christi regno superstitione infatuem, vix tanien cœlestis quisque reperitur qui non simili fere labore mortbo. Nam quum omnes à mortaliis, certaminibus, omnique crucis specie natura abhorreant, virga harum rerum redium ut sine moderatione, sine spe, ad spei fructum intempestivè properent. Ita fit ut semetipsi facere nullus velit, mettere omnes ante tempus velint. Ut ad discipulos redeam, bonum quidem fidei semen animis concepiant, sed maturitatem non expectant: & simul prautis signis imbuti perfectionem regni Christi cum initio commiscant: & quod in cælo quærendum erat, eō partiri in terra volunt.

4. Respondens Iesu.) Responsum tulerunt minime ex animi sententia, nam quum triumpho, velut iam militia perficiunt, inhibentur. Christus eos ad longam tolerantiam hortatur: ac si dixisset, Vos ab ipsis carceribus palmam arripere vultis: atqui prius stadium confidere necesse erat. Regnum Dei in terra derrahitis, quo potiri quisquis nequit nisi confedererit in cælum. Quum autem hoc caput admonitiones ad regendum viræ nostra cursum apprime vriles contineat, videmus admirabilis Dei consilio factū esse ut nobis virilis esset Apostolorum error. Summa hæc est, Evangelij prædicationem esse fationis instar: ideo patienter expectandum esse tempus messis: ac perperam molles esse & effeminate, qui propter hyemis gelu, niues, nebulas, vel aduersas tempestates, animis franguntur. Duo autem nominatim præcipit Christus discipulis, ut sibi à falsis doctrinis caueant, & ne scandalis turbentur. Quibus verbis significat Ecclesiam suam, quandiu peregrinabitur in mundo, his malis fore obnoxiam. Hoc autem minime consentaneum videri poterat, quum longe alter futurum Christi regnum describerent Prophetæ. Promittit Iesaias omnes Diuinitus fore tunc edo-^{1644.c.} & os. Apud Ioclem habetur, Effundam de Spiritu ^{17.} ^{18.} meo super omnem carnem & prophetabunt filii vestri & filii vestrum: inuenies vestri visiones videbunt, & senes somnia somniabunt. Vberior etiam intelligentia lux promittitur à Jeremia, Non docebit quisque posthac proximum suum, nec vir fratrem suum, dico, Cognosce Dominum, quia omnes

Malach. omnes cognoscent me à minimo usque ad maximum. Ergo sole iustitia exorta, sicut à Malachia prædictum erat, nihil mirum si Iudei ab omnibus errorum nebulis immunes se ac puros fore sperarent. unde & Samaritani mulier dicebat, Messias quem venerit, docebit nos omnia. iam vero sciimus quām magnificæ promissiones de pace, iustitia, gaudio, bono & umque omnium affluentia passim occurrant. Quare nihil etiam mirum si Christi aduentus se à bellorum turbis, à rapinis, & qua libet iniuria, à fume denique & pestilenta exemplum traxit credentibus. Christus autem admonet, nō minus posthac molestos fore piis falsos doctores, quām veteri populo fuerint falsi prophætæ nec minores fore perturbationes sub Euāgelio, quām olim sub Legi fuerint. Non quod effectu careat illæ Prophetæ quas nuper attigi: sed quia solidū eorum complementum nō primo statim die extat, fatis enim est bonorum illorum gustum nūc fidelib. dari, vt spem solidæ fruitionis in posterum soucant. Ideoque multum decepti fuerunt qui sibi statim ab exordio Euāgeliū perfectè exhiberi volebant quæ quotidie impleri cernimus. Adde quod hominum prauitas illana quām Prophetæ regno Christi felicitatē tribuūt, licet penitus exinanire nō posset, tamē moratur, vel perturbat. Facit quidem Dominus, certādo cum hominum malitia, vt benedictiones suæ per quævis obſtacula viam inueniantur: & certè absurdū eset, aboleri eorū culpa quod in gratuita Dei bonitate fundatum, ab illorum arbitrio non pendet. Ut tamen aliquam ingratitudinis sua mercedem recipiat, gratias suas (quæ alioqui vberrima copia feso etfunderet) tenetur tātum distillat. Hinc tot malorum labyrinthus, per quem tota vita errant fideles, licet duce Christo, & faciem Euāgeliū sui præferente, certam salutis viam teneant. Hinc tot certaminum congeries, vt duriter ipsi militandum sit, licet absque periculo. Hinc tot ac tam subita perturbationes, vt misera inquietudine vexentur, licet Christo innixi probè ad finem usque consistant. Porro quum discipulos cauere ab imposturis iubet Christus, sciamus modū cauendi illis nō defore, modò ne sibi desint. Quare ne dubitemus, si quis; nostrum in sua statione se dulò ad excubias intentus sit, quascunq; insidias machinetur Satan, nos ab illis tutos fore.

5 *Muli enim venient.*) Nondum in genere de peruersis & fallacibus doctrinis loquitur, sed speciem ipsam attingit, quæ velut quoddam preludium fuit omnium errororum quibus variè conatus est Satan puram Euāgeliū doctrinam labefactare. Nam paulo post Christi resurrectionē exorti sunt impostores, quorum se quis; professus est Christus. Quia autem non tantum è medio sublatius erat verus Redemptor, sed ignominia crucis oppressus, & tamen sive redēptionis erēctæ erant omnium mentes, & desiderio accense, plausibilis fallendi occasio illis ad manum fuit.

MATTH. XXIIII.

9 *Tunc tradent vos in afflictionem, & occidet vos: & eritis inuisi cunctis gentibus proper nomen meum.*

10 *Et tunc scandalizabuntur multi: & alias*

Nec dubium est quin talibus præstigiis ludicros Iudeos expulerit Deus, qui filii suui tam indignè repulerant. Et si autem breui dissipate sunt illa infanç, voluit tanq; Deus Iudeos ita inter ī tumultuā: primū vt se infantes & exos rediderent, deinde vt apud eos prorsus concideret salutis si uicia: deniq; vt toties frustrati, bruto stupore in suam perniciem ruerent. Nam ubi à Filio Dei, cuius officium est in sacram uitatem nos colligere, mundus disfluit, & quum est huc & illic tanquam procellis raptari. Et eadem Dei vindicta factū est vt fulta credulitas plures abriperet quām recta fides in Dei obsequium adduxerat. Et hanc circumstantiam data opera Christus posuit, ne fideles, conspectu infantientium turba labescerent. Scinus n. quām proclue sit ad multitudinem delecteret, pīfertim ubi pauci sumus numero.

6 *Auditur iefis bella.) Motus tantum Iudei-* cos hoc loco designat: nā paulo post latius propagandum esse incendium dicet. Quidam in omnium autem prius cauere iussit ne quis eos decipiat, sic nunc intrepido animo excipere iubet ruores bellorum, bella ipsi, nam periculum erat ne malis obruri deficerent, præfectum si tranquillum & letum otium sibi fuissent polliciti. Addit oportet et hæc fieri, causam non assignans, sed admonēt, nihil horum fortuitò vel absque Dci prouidentia: ecidere ne frustra contra stinulum calcitreret, nihil n. ad nos subigendos efficacius quām duum agnosciamus quæ maximèvidentur confusa Deū suo arbitrio moderari. Ipsi quidem Deo nunquam iusta causa & opima rationes defensur in membrum turbari sinat: verūm quia in meo ejus placebito fideles acquiescere conuenit. Satis habuit Christus hortari discipulos ut animis ad ferendū cōpositis constantes manerent, quia ita Domino placet. Sed nondum finis. Apertius denūt quod iam dixi, quæ per se grauia erant maiorum tamē calamitatium quādam solum fore præludia: quia ubi flamma bellorum Iudeam corruerit, latius erumpet. Nam ex quo propagata fuit Euāgeliū doctrina, similis etiam apud alias gentes ingratitudo iram Dei accedit. Hinc factum est vt qui vinculum pacis cum Deo ruperant se mutuū dissidiis lacerarent: qui Dei paret in perio abnuerat, hostium violentia succumbent: qui Deo recōciliari non sustinuerant, inter se vicissim tumultuantur: qui derīque cælesti salutē se abdicauerant, aliij in alios salvando, cædibus terrā implerent. Porro quia nouerat quām periculosa futura esset mūdi malitia, rursus addit hæc fore initia dolorū: non vt se mereore conficiat fideles (quib; semper in malis suppetit consolatio) sed vt se ad longi temporis patiētiam comparēt. Lucas præterea addit Terramotus & signa ē celo. Quārum rerum eis certa historia non extat, sufficit tamen à Christo fuisse prædictas. Reliqua petant lectors ex Iosepho.

MARC. XIII.

9 *Sed vos caete vobis: tra-*
dent enim vos ē concilia & in
Synagogas: cedemini, & sub pra-

ſidibus ac Regibus ducemini pro-

ppter me in testimonium illis.

10 *Et apud omnes gentes ope-*

ret prius prædicari Euāgeliū.

L V C. XXI.

12 *Sed ante hac omnia initientur*
vobis manus suas, & persequentur,
tradentes in Synagogas, & carceres,
trahendo vos ad Reges & præsides
propter nomen meum.

13 *Continget autem vobis in te-*
simonium.

alium inuicem tradet, se-
que ostio habeant inui-
cem.

11 Et multi pseudopro-
pheta surgent ac seducen-
t multos.

12 Et quoniam abun-
dabit iniquitas, refuges et
charitas multorum.

13 Qui autem perseue-
rauerit usque in finem, hic
saluus erit.

14 Et prædicabitur hoc ppter nomen meum. Sed qui per-
Evangeliū regni invi-
uerso orbe in testimoniū
omnibus gentibus: & tunc
veniet consummatio.

11 Quum autem duxerint
vos tradentes, ne præcogiteris
quid dicturi sis, neg, medite-

mini sed quicquid dägām facerit
vobis in illa hora, hoc loquam-
ni. non enim estis vos qui loqui-

mini sed Spiritus sanctus.

12 Tradidimus autem eſſa-
ter fratrem in mortem, & pater-

ſilium: & insurgent filii adulteriiſ

13 Et eritis exosi omnib. pro-
ppter nomen meum.

14 Et pilus ē capite vestro non
perit.

15 Ego enim dabo vobis os & fa-
pientiam cui non poterit contradicere
neque resistere omnes qui ad-
gerſabuntur vobis.

16 Trademini autem etiam à pa-
rentibus, & fratribus, & cognatis, &
amicis: & ex vobis morte aliquos
afficiant.

17 Et critis exosi omnib. pro-

pter nomen meum.

18 In patientia possidete animas

vestras.

eius confirmatio. Quā vero capita sua obsecere
non dubitarent, nec ulli mortis terrores eos dei-
cerent à proposito, ex intrepida corum cōstantia
apparuit quā serio de cause sua bonitate per-
suasi forent. Fuit igitur hæc legitima Euāgelij ob-
signatio, Apostolos ad Regum usque iubanalia
ab ſequenti formidinē prodire & ingenuè illi Chri-
ſti nomē profiteri. Ideoq; Petrus ſe testem vocat
paſtiōni Chriſti, quarum iuſtitia ipſe gemitat.
Et Paulus Philippiensium primo c. 17. gloriatur ſe
in Euāgelij detenſione poſitū. Quid in primis
notatu dignū est, ne turpi pugnacatione à ſide
excedant quos Deus tanto honore dignatur ut
patronos veritatis ſue conſtituant.

11 Marc. Ne præcoguetis.) Hanc ſententiam,
ſicut & proximā, expoluimus Matthēi capite 10.
nempe quod Dominus ab ea anxietate leuare ve-
lit diſcipulos q̄ nos in officio præſtando impe-
dit, dum ſelic̄, pares nos oneri fore diſſidiamus.
Non quod proſrus ſecuros in vtranque aurē der-
mine velit (quia nihil vtilius eſt quā nos pro-
prie inſirmitatis conſciens ad humilitatē inſtitui,
& ſtimulari ad preces) ſed Chriſtus in patris ſinū
curas noſtras ieiiciendas eſſe admonet, vt auxilio
prōmiſiuſ confiſi, alacriter in curſu pergamus.
Promiſio autē aliis verbiſ ponitur apud Lucam:
non quod à morte liberatur, ſi fues Chriſtus:
(hoc enim non ſemper eſt ſperandum) ſed quod
datus ſit os & ſapientiam quibus pindent ad-
uerſarij. Quāquam artem Chriſtus & præſentē
mentem & loquendi facultatem ſuppeditat: ego
tamen duas iſtas voces per hypallagen coniunctas
eſſe interpretor: aſi pollicitus eſſet Chriſtus ſe
moſeraturum eſſe ipſorum linguaſ, vt prudenter
& appositē repondeant. Addit, haec ſapientiam
contra omnes hostes fore viſtricem: quia nec co-
tradicere nec reſiſtere poterunt. Non quod veri-
tati cedat corum impudicitas: ſed quia de phreneti-
ca ipſoruſ andacia triumphabit illa veritas quam
fructu oppugnat. Atque utinam in hanc fiduci-
am recumberet omnes à quibus exigitur fidei
confiſſio: alia enim Spiritus virtus & maiestas ſe
exeretur ad proſternendos Satānē miſtrios. Nūc
dum partim ſenuſ proprio effeſſimur, & ſuperbia
inflati, temere præcipites ruimus, vel ultrā pro-
gredimur quām oportet: partim verò in anguſtias
peruerſus timidiſtis nos cōſtrigimus, tristis ex
perientia oſtentit Dei gratia & Spiritus auxilio
nos

simil.

Rom. 8. f.

29.

vt palea flagellis percutiſſimū hierit, mola deinde
contundit ac teritur: ita Deus illes tuos nō tā-
tū communiter cum impiis affligit, ſed cruce
etiam p̄x alii ſubigit, vt videri poſint reliquo
generi humano miniores. Sed proprie hi, Chri-
ſtus de afflictionib. diſſerit quas pro Euāgelio
ſubituri erant diſcipuli. Eſti enim verum eſt illud
ferendam crucem, vt cōſormes ſint imagini Filij
ſuī: non tanē hæc ſingulari nota omnes inſignit,
vt ab Euāgelij hoſtib. perſequitionē luſtūcat.
De hac crucis ſpecie nūc concionatur Chriſtus,
dum fidelib⁹ pro Euāgelij teſtimoniō in pio-
ram odiā ſubire, probris le obiī cere, & furore in
prouocare neceſſe eſt. Na diſmonitos voluit diſci-
pulos, Euāgelij doctriṇam cuius futuri erant te-
ſtes ac nuntiū mundo nequaquam fore gratā vel
plauſibilem: quemadmodū & priuallis expoſue-
rāt. Prædicat autem non modo cum paucis hoſtib⁹
illis fore certamen, ſed quoq; venerint,
gentes omnes fore illis infellas. Hoc autē incre-
dibile portentum ſuit, quod vel fortuſimos ani-
mos percellere & concutere poſſet, nomen Filij
Dei tam infame eſſe & odiosum, vt omnibus eius
cultorib⁹ vbiq; inuidiam creverit. Ideo apud
Marcum habetur, Cauete vobis. Quo verbo hñē
& vſum admonitionis notat, debere ſeīl. ad to-
lerantiam paratos eſſe, ne incautos opprimat te-
tatio. Apud eundem Marcum additur, Fore hoc re-
gibus & praefidibus in testimoniū, quā ad illorū
tribunal duclū fuerint Chriſtī diſcipuli. Lucas
paulo aliter, Continget vobis hoc in testimoniū:
ſed proſrus eodē ſenſu, ſignificat. n. Chriſtus Eu-
angeliū ſuū eo magis teſtatū fore, vbi mortis
periculo defenſum tuerit. Nā ſi tantum prædicā-
do Euāgelio operam dediſſim Apostoli, nō e-
tiā cōtra hoſtios hoſtii impetus conſtanter pro
eo afferendo ſteſſiſt, non tam illuſtris fuſiſt

nos destitui. Porro quoniam apud Matthæum & Mar-
cum affirmat Christus Spiritum Patris esse qui in
nobis loquitur, hic autem se os datur unde prouidet,
colligimus proprium ius esse manus Spiritu
nos instruere.

19. *Luc. In patientia vestra.*) Hic longè aliis
tuendæ vite modum praescribit Christus discipu-
lis suis, quām dicit etiā carnis ratio. Naturaliter enim
vitam quisque in tuto locare cupit: prædicta quæ
putamus nobis optima fore, hinc inde colligimus
omnes, discrimen omne fugimus: denique nō vi-
demur nobis vivere nisi probè muniri. Christus
autem hanc vitę custodiā nobis mandat, ut tem-
per ad mortem expoliti, per ignē & aquam & gla-
dios ambulemus. Et certe nemo spiritum suū verē
in manus Dei reponet, nisi qui semper ad mori-
dum paratus in diem vivere didicerit. In summa,
iubet nos Christus vitam nostram possidere tum
sub cruce, tum inter asfaldos mortis certores.

10. *Mat. Tunc secundum datur ab initio.*) Nunc tenta-
tiones enumerar quæ ex multis exemplis prove-
nient. Haec autem violentia est in primis & diffi-
cils ad vincendum, dum Christus ipse multis est
lapis scandali, ad quem alij impingunt, vel cuius
obiecta alij retrocedunt, alij deficiunt. V: detur
autem mihi Christus hoc verbo multas perturba-
tionum species complecti: quia non tantum defi-
ciunt qui rectum cursum ingessi erant, sed multi
exasperant aduersus Christum: alij modestiæ
& aequitatis oblii, se in rabiem proiciunt: alij
profanescunt, & exuent omnem pietatis sensum:
alij in rebus contumelias scelerum licentiam sibi v-
surpant.

11. *Multiplicetur propheta sur.*) Hæc admonitio
à piore differt, vbi prædictit Christus multos in
suo nomine venturos, nam illic tantum de impos-
itoribus sermo erat, qui paulo post Euāgeliū exor-
dia se Christos esse mentiti sunt, nunc verò subinde
falsos doctores exortitores denuntiati qui sanam
doctrinam erroribus corrumpunt: quemadmodum
docet Petrus, Ecclesiam huic malo non minus for-
re obnoxiam sub Euāgeliū quād̄ olim sub Lege.
Quare non est quod errores & quælibet diaboli
fallacia, ac pietatis corruptela pias mentes labefac-
tent: quia nemo in Christo rite fundatus est nisi
qui contra tales insultus standum sibi esse didicit.
Nam hæc demum vera est fidei nostræ probatio,
dum surgentibus falsis doctrinis, minimè obrui-
tur. Neque tantum venturos pseudoprophetas di-
cit, sed fallendi quoque astutia præditos fore, vt
sextas post se trahant. Est autem hic opus non vul-
gari cautione: quia multitudo errantium, non se-
cūs ac violenta procella, cursum reflectere nos co-
git, nisi penitus in Deo simus defixi. Quia de re
paulo antè aliquid dictum est.

12. *Quoniam abundabit iniquitas.*) Quām longè
latèque patet hoc malum neminem latere de-
bet: sed paucissimi obseruant. Nā quia luce Euan-
gelij clarus detegitur hominum malitia, etiam in
probis & roccè animatis languescit ac ferè extin-
guitur beneficentia studium. Ita enim quisque se-
cum reputat perire officia que in hunc vel illum
conferunt, quām omnes ferè ingratos, vei perfido-
res, vel improbos experientia & quotidianus v-
sus ostendat. Grauis certè & periculosa tentatio
quid enim magis absurdum quām doctrinam
probare qua probitatis studium & charitatis vi-
gorem minuere videtur? Atqui vbi emerit Euā-
geliū, charitas, cuius ardore accendi decebat

omnium corda, potius refrigerescit. Sed fons huius
malis, quæcum Christus designat, notandum: multos
sceleres ideo fatigant, quia iniuriant & diluvio
(quod palsum exundat) pro sua infringente succu-
bunt. Ille vero torriditudinem a suis Christus re-
quirit, ut contra lactando persistant. Quie madino-
dum & Paulus præcipit ne benigne & humaniter ^{2 Thess. 2. 13.}
nos gerendo fatigemur. Quanvis ergo iniuriant
mole opprimit multorum charitas deficiat,
hoc quoque oblaculum superandum eſe adno-
net Christus, ne fideles malis exemplis fracti reli-
pliant. Ideo sententiam illam repetit, neminem pos-
se salvum evadere nisi qui legitimè certauerit, ut
in fine usque perseverueret.

14. *Traducatur hoc Euāgeliū regni.*) Quia
Dominus concione habuerat quæ non paruam
tristitia materiam suggesteret, opportune lubicitur
hæc consolatio, quæ vel collapsos animos eri-
gar, vel labentes confirmare: neceps, quicquid ma-
chinetur satan, & quantumvis multiplices turbas
ingerat, emersurum tamē Euāgeliū, donec
per totum orbem spaghatur. Quanquam autem
incredibile hoc erat, oportuit tamē Apostolos
hoc magistrum testimonio fratribus, prater tamen bene
sperare, & interea fortius emi ad exequendum
scum munus. Quo: Antipodas quidam obiciunt,
& alios procul remotos populos, ad quos ne te-
nuis quidem Caritatis fama hæc tenus peruenit: hu-
ius nodi factus est solutio. neque enim vel singu-
las mundi plagas specialiter designat Christus, nec
certum tēpus præhigit: sed tantum affirmat, Euā-
geliū (quod à Iudea proprio domicilio mox ex-
terminandū omnes putassent) usque ad ultimos
orbis terræ fines propagatum iri ante ultimum
aduentus sui diem. Finem quoque prædicatio-
nis notat, Ut sit in testimonium cunctis genti-
bus. Quanquam enim nunquam ad ap̄trōp̄ le reli-
quit Deus, ac speciali modo iudicis de se testatus
est: hoc tamen præ aliis memorabile testimonium
edidit, dum se patefecit in Christo suo: ideoque
Paulus primæ ad Timotheum capite 2. b. 6. suis
temporibus in lucem prodidisse dicit, quia hæc
matura erat opportunitas totius mundi ad Deum vo-
candi. Discamus ergo, quoties prædicatur Euā-
geliū, perinde esse achi Deus ipse in medium
prodiret, nōsque solenni & legitimo ritu conte-
staretur ne incerti vagemur in tenebris: qui verò
parere abnuunt, reddantur inexcusabiles. *Tunc
ve ut consummatio.* Quidam ad excidium templi,
& cultus Legalis abolitionem perperam restin-
gunt quod de fine & renovatione mundi intelli-
gi debet. Nam quia discipuli illa duo simul mis-
cuerant, quasi euerti non posset templum sine to-
tius mundi ruina, Christus ad propositam que-
stionem respondens, admonuit, longam & triste-
m aliorum illada inflare: nec ante illis festinandum
esse ad palmam quām multis certaminibus & mo-
lestiis perfundi essent. Sic ergo resoluti debet hoc
postremum membrum. Non autem adueniet finis
seculi quām auris & laboriosis temptationibus Ec-
clesiam meam diu exercuerint, nam false imagi-
nationi quam apud se conceperant Apostoli op-
ponit. Vnde rursus discordum est, non præfigi
certuni diem, acsi eorum quæ nuper prædictis
euētum continuo statim tenore ultimus dies ex-
ciceret, nam quæcumque supra legimus, pridein
experti sunt fideles: nec tamen mox apparuit
Christus. Verum non aliud fuit eius consilium
quam Apostolis nimium cupidè ad cœlestem

gloriam transuolantibus frenum tolerantie iniiciuntare redemptionem, sed interpositos esse longos anfractus.

MATTH. XXIIII.

MARC. XIII.

LVC. XXI.

15 Quum ergo videritis abominationem desolationis quae dicta est abominacionem desolationis circundari ab exercitibus Hierosolymam, tunc sciote quod à Daniele Propheta sanctus in loco que dicta est à Daniele Propheta, sancte ubi non oportet immineat desolatio eius.

16 Tunc qui in Iudea sunt, fugiant ad montes.

17 Qui in tecto, non descendat ut tollat quisquam de domo sua.

18 Et qui in agro, non reuerteretur vi tollat vestes suas.

19 Vix autem pregnantibus & latenter in illis diebus.

20 Orate autem ut non fiat fuga vestra hyeme, neque Sabatho.

21 Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi ad huc usque tempus, neque fieri.

22 Et nisi decursum fuisse die illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos decursum abuntur dies illi.

23 Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic Christus aut illuc, nolite credere.

24 Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorum inducantur (si fieri posse) etiam electi.

25 Ecce prædicti vobis.

26 Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.

27 Sicut enim fulgor exit ab oriente, & apparet usque in Occidentem, ita erit & aducatus Filius hominis.

28 Vbiunque enim fuerit cadauer, illuc congregabuntur & aquilæ.

15 Quum videritis abominationem. (Quia res incredibilis erat ut iam diximus) templi & urbis Hierosolymæ excidiū, totiusq; Iudaicæ politiae interitus: deinde absurdum videri poterat, falsos non aliter fore discipulos, quam si ab eo populo auilli essent penes quem deposita erat adoptio & æternæ salutis fœdus: Christus Danielis testimoniū virunque confirmat, aci dicere, Ne in templo, & Legalibus ceremoniis sitis defixi, certum finem illis imposuit Deus: ac prius testatus est, quum venire Redemptor, cœssatura esse sacrificia: ne vobis molestum sit refecari à gente vestra. Deus etiam de futura illius abdicatione suos in tempore admonuit. Porro talis prædictio non modo ad tollendam scandalum materiam valebat, sed etiam ad erigendas pitorum mœtæ, vt in extremis cladiis se Divinitus respici, suamque salutem curari scientes, ad sacram anchoram confugerent,

14 Porro quum videritis

circundari ab exercitibus Hierosolymam, tunc sciote quod

propheta, sancte ubi non oportet

immineat desolatio eius.

(qui legit intelligat) tunc qui

fuerint in Iudea, fugiant ad montes.

15 Qui verò fuerit in tecto, gionibus, non intrent in eam.

ne descendat in domum, nec ingrediatur ut quicquam tol-

lat e domo sua.

16 Et qui fuerit in agro, ne reuerteratur ad ea quæ reliquias à tergo, ad tollendum pallium suum.

17 Vix autem pregnantibus & lactatibus in illis diebus.

18 Orate verò ne fiat fuga captivi ducentur in omnes gentes: & Ierusalem calcibetur a

afflictio, qualis non fuit à pri-

mordio resum conditarum.

20 Et nisi Dominus abdere unum dierum Filii homi-

breuisset dies, non fuisset salua universa caro, sed propter

electos quos elegit, abbrevia ecce illuc: nolite ire, neque sete-

nit dies.

21 At tunc sequitur vobis dixerit, Ecce hic Christus, cans è regione qua sub calo est, ecce illuc, ne credatis.

22 Sunt enim pseudoget: ita erit Filius hominis in

christi & pseudoprophetæ, & die suo.

edent signa & prodigia ad fallendum (si fieri posse) e-

23 Et dicent vobis, Ecce hic, multa pati, & reprobari à na-

tiam electos.

24 Nam scut fulgor corus-

dixerit, Ecce hic Christus, cans è regione qua sub calo est fal-

25 Sed prius oportet illum in alteram quo sub calo est ful-

ne hac.

26 Vos autem canete: ecce

prædicti vobis omnia.

in qua inter seculissimas iactationes firma tamen & tuta illis erat statio. Verum antequam ultra progressari, excutiens est qui à Christo citatur locus. Falluntur autem, meo iudicio, interpretes, qui ex nono capite Danielis testimonium hoc petitum esse tradunt. Neque enim illuc ad verbum habetur Abomination desolationis, & certum est, Angelum non de ultima vastatione, cuius hic Christus meminit differere, sed de temporali dissipazione quam attulit tyrannis Antiochi. Capite autem duodecimo Angelus finalis, vt vocant, Legalis cultus abrogationem, quæ futura erat Christi aduentus, prædictus. Postquam enim fideles ad infraeum constantiamhortatus est, tempus certum tam ruinæ quam instauracionis definit, Ex quo (inquir) ablatum fuerit iuge sacrificium, & postea fuerit abomination desolationis, restabunt dies, mille ducenti & nonaginta. Beatus qui expectauerit

C O M M E N T .

verit , donec ad mille trecentos trigintaquinq[ue] dies perueniat. Scio hunc locum propter suam obsecuritatem varie torqueri : sed mihi videtur simpliciter esse sensus, quod Angelus, postquam feme[m] templum ab Antiochi pollutionibus & idolis purgatum fuerit, pronuntiet venturum tursus esse tempus quo nouae profanationi expositum, sine spe restitutionis sanctitatem suam omninemque reverentiam perpetuo amittat. Quia autem funestus ac lugubris erat nuntius , iterum Prophetam ad annum vnum & biennium & sex mensiles reuocat. Quibus verbis tam malorum diuitiarum quam exitus notatur, nam in continua malorum serie longus iam videtur anni circuitus, ubi autem duplicatur temporis spatium, multo magis crescit molestia. Hottatur ergo Spiritus fideles ut non modò ad integrum anni (hoc est longi temporis) tolerantiam se comparent: sed ut statuant, continuo multarum statuum tenore ferendas sibi esse afflictiones. Porro in dimidio temporis subiecti non parua confortatio: quia licet diuitiae sint afflictiones, perpetuas tamen non fore ostendit Spiritus. Ac prius quidem vñus fuerat hac loquendi forma, Durabit Ecclesia calamitas per tempus , tempora & dimidium temporis. Nunc vero triennium illud cum sex mensibus per dies supputat, ut fideles in longiore malorum tractu magis obdurescant. Solenne enim est hominibus in rebus aduersis non per annos vel menses, sed per dies singulos tempus supputare: quia dies unus illis instar anni est. Tandem beatos fore dicit qui sustinerint usque ad finem illius temporis , hoc est, qui iniuncta patientia ad metam usque pertigerint. Nunc Christus quod proposito suo quadrabat solùm eligit: nempe instare sacrificiis fine[m] , & locandam in templo abominationem esse, que signum sit ultimæ desolationis. Quia autem in præsenti suo statu nimis tenaciter hærebant Iudei, ut ad Prophetias quibus prædicta erat eius abolitio minime attenderent, Christus, quasi aurem vellicans, attente locum illum legere ipsos iubet: ut dicant clare testatum esse à Prophetis quod illis tam difficile est creditu. Abominatione tantudem valet ac profanatio. Nam hac voce notari immundities quæ purum Dei cultum vitiat aut euerit. Dicitur autem desolationis, quod Templi & politiæ interium secum traheret: sicuti prius capite 9. pollutionem ab Antiocho illatæ, quasi vexillum temporaria desolationis esse dixerat. Sic enim nomen Alæ, vel Expansionis interpretor. Falluntur autem quibus videtur notari Hierosolymæ obsidio: nec eorum errori suffragantur Luca verba, cui non idem, sed aliud dicere propositum fuit. Nam quia olim vrbs illa quasi in media excidio liberata fuerat, nequid tale in posterum sperent fideles, simulatque ab hostibus circundata fuerit, pronuntiat Christus actu[m] fore: quia prorsus nudata fit Dei auxilio. Sensus ergo est, non fore dubium euentum belli: quia exilio deuota sit vrbs illa, quod nihilo magis effugere poterat quam cælesti decretum rescidere. Ideo aliquando post subtiliter, ipsam à Gentibus calcatum iri: que loquutio ultimam ruinam significat. Porro quia in speciem absurdum erat, sanctam vrbe[m] ita prostitui Gentium libidini, addiur consolatio, ad tempus gentibus permitti tantum licentias, donec mures escat earum iniquitas, atque in lucem etumpat quæ ille[s] reposita est vltio.

16 *Tunc qui in Iudea sum.*) Postquam Propheta testimonio docuit Christus, templo profanato extictum paulo post iri cultum Legalem, subiicit, diras & horrendas calamitates toti Iudeæ instare, ut nihil optabilius si quam procul inde subduci. & simul adeò repentina fore dicit, ut vix celerrimæ fuga tempus suffpetat. Huc enim pertinent loquitiones, *Qui in celo est, ne intrat in domum, Quis in agro est, ne evertatur, ne scilicet dum sua feruare cupiunt, seipso perdant.* Item, *Væ pregnantibus & lallantibus:* quia scilicet libera & expeditæ ad fugam non erunt. Item, *Orate ne heme aut Sabbatho contingat fuga vestrane scilicet festinationem vel religio, vel itineris asperitas, & breuitas dierum impediatur ac moretur.* Concluimus ergo Christi fuit, primùm suos expergefacere, ne beatam amplius quietem regnique terreni delicias imaginarentur: dcinde eorum animos fortitudine munire, ne communib[us] ruinis succumbent. Violenta quidem fuit hæc admonitio, pro plurimum tamen stupore & ingenti malorum gravitate necessaria.

21 *Erit enim tunc affl[iction]io.*) Lucas etiam dies ultionis fore dicit, & iram in populo illo, ut implicantur quæcumque scripta sunt, nam quum obstinata populi malitia ruptum tunc fuerit Dei fœdus, terram ipsam & ærem prodigiosa mutatio[n]e concuti oportuit. Nulla quidem magis exitialis plaga inflicta fuit Iudeis quam quod extincta apud eos celestis doctrinæ luce reiecta à Deo fuit. Verum (quod in tanta duritate necesse erat) refectionis sua malum duris & grauibus flagellis sentire coacti sunt. Cæterum tam horrenda vindicta causa fuit quod ad summum cumulum peruererat desperata illius gentis impietas. Nam quæ eorum morbis allata erat medicina, non superbè modò ab illis spreta fuerat, sed contumeliosè etiam reiecta: in d[omi]n[u]m in ipsum medicum crudeliter, tanquam furiosi vel abreptiij, leuierant. Quum vero in ipsis tam seuerè obslinatum Euangelij contemptum vnâ cum pericac[i]a rabie ultus sit Dominus, nobis semper ante oculos veretur eorum pena: ac inde difcamus nihil Deo magis esse intolerabile quam pertinacem gratiæ sua contemptum. Quanquam autem similes Euangelij contempentes manet eadem merces, in Iudeis tamen illud præ aliis memorabile documentum extare voluit Deus, quod illustrior ad posteros esset aductus Christi gloria. Nullus in verbis exprimi potest sceleris illius indignitas, quod Filiu Dei, viri auctoritate cælitus sibi oblatum, ad mortem rapuerint. Itaque illo plusquam nefando sacrilegio defuncti, non destiterunt subinde aliis atq[ue] aliis criminibus omnes extremi exitij causas sibi accessere. Ideo negat Christus p[re]rem in mundo afflictionem postea fore, quia sicuti vna Christi repulsa, tot præfertim scelerata contumacia & ingratisudinis circumstantiis implicita, præ omnib[us] statum omnium peccatis maximè detestabilis fuit: sic etiam æquum fuit illius vindictæ atrocitate alias omnes superari.

22 *Nisi decurrit affl[iction]io.*) Cladum atrocitatē amplificat, simul tamen admixta consolatione: quod scilicet illis extingui possit Iudaicū nomen, nisi Dominus electos suos respiceret, atque in illos gratiam aliquid leniacionis afferret. Conuenit autem hic locus cum illo Iesaiæ, *Nisi Domini resudum nobis fecisset exiguum lemen, quasi Sodoma fuissimus,* & similes Gomorrha.

Nam & vindictam Dei quæ in exilio Babylonico contigerat, rursus Christi aduentu impleri oportuit, sciret Paulo. Imo quo magis se impietas profuderat, grauior tunc exundare debuit vindicta. Ideo dicit Christus, nisi malis finem Deus imponat, perituros funditus Iudeos, vt ne virus quidem retinuas maneat: sed Deus gratuisti fœderis lui rationem habiturum, vt electis suis parcat, secundum alterum illud Iesaiæ vaticinium, Si fuerit populus tuus vt arena maris, reliqua duntaxat saluæ fient. Est autem hoc infigne Diuini iudicij documentum, vbi visibiliter Ecclesiam sic affligit vt funditus videatur perditæ: & tamen ad seruandum aliquid semen, ius eos electos, & quidem paucos numero, mirabiliter ab interitu eripit, vt præter spem e gurgite mortis emergant. Sic enim terroristur hypocrita, ne Ecclesia titulus & specie freti vanam spem immunitatis sibi fingant: quia modum inueniet Dominus quo Ecclesiam suam liberet, ipsiis in exitium traditis: püs vero mira conlatio fuggeritur, quod nunquam ita stranū laxabit Deus ira lux, quin saluti ipsorum confusat. Sic in puntendis Iudeis horrendum in modū exarbitur: & tamen præter spem hominum sibi moderatus est, ne quis ex electis periret. Atque hæc incredibilis miraculi fuit materia, quod quim ex Iudea oritura esset salus, ex paucis guttis fontis a refacti fluuios Deus creauit qui totum mundum irrigarent, nam (vt Gentium omnium odia in se contraxerant) parum absit quin uno die vbiique locorum signo dato trucidarentur. Nec dubium est quum multi talem eorum internacionem utrgerent, Diuinitus retentum fuisse Titum ne & milites & alios illius exequenda plus satis auditos, suo nutu armaret. Quod ei ergo ultimam totius gentis cladem tunc compescuit Romanus imperator, hæc decurtatio fuit ad seruandum aliquod semen. Interea hoc notandum, quod Propter electos impetravit ira sua cohibuit, ne omnes obrueret. Cur enim ex ingenti multitudine paucos superstites restare voluit? & quid habuit causa cur hos alii præferret? Nempe quod in populo quem adoptauerat, residebat eius gratia: ac, ne irritum esset eius fodus, quidam aeterno eius confilio ad salutem electi & destinati erant. Ideo Paulus causam gratuitæ electioni assignat, quod ex immenso populo seruandæ sint reliqua. Facebant igitur hominum merita, quando ad merum Dei benelacitum reuocarunt, ne aliunde pendeat inter hos & illos discriberem, nisi quia saluos esse oportet qui electi sunt. Quod vt clarius & expressius commendet Marcus, pleonamnon addit, sic loquens, *Propter electos, quos elegit, abbreviavit dies.* Certe poterat sufficere participium, nisi hoc diserte testatum vellet, non extraneis causis adduci Deum vt hos portius quam illos favore prosequatur: sed quia eligere illi placuit quos seruaret, in eorum salute arcanum gratiæ sue propositum stabilire. Quæritur tamen quomodo propter electos cladibus modum impofscurit Deus, ne funditus Iudeos perderet, quum multi reprobi & desperati seruati fuerint. Solutio facilis est, liberatam fuisse gentis partem vt inde suos electos, qui permixti erant, quasi semen, excussa palea, educeret. Quanquam ergo communiter reprobis & electis temporalis contingit salus, quia tamen illis nihil profuit, merito his solis adscribitur: sicuti mira Dei prouinciæ

dentia in eorum gratiam directa fuit.

23 *Tunc si quis vobis.*) Iterum repetit quod de impostoribus dixerat: nec frustra. maius enim ab hac tentatione periculum instabat, ne miseri homines in rebus afflictis & desperatis, fallaci titulo decepti, larvas pro Christo quererent, & diabolice præfigias amplecterentur pro Dei auxilio. Nam quum Iudei ob contemptam redempti tam duriter oppresi, violentis saltem remedis à perfidia retrahendi essent, nouas spes astutæ illis obiecit Satan, qua à Deo longius ipsos abducere. Et certè nihil magis extitale est quam dum in rebus aduersis consilio destituitur, sub nonnullis Dei prætextu mendaciis decipi, que & resipiscientia ianuam nobis obstruunt, & infidelitatis tenebras augent, & tandem desperatione cœfusos ad insaniam precipitant. Quare in tanto periculo minimè supervacua repetitio fuit: ac præsertim quum pseudoprophetas non leuibus machinis ad fallendum instructos fore admoneat Christus, nempe signis & portentis quæ obstupefaciant infirmitas mentes. Nam quum miraculis virtutis suæ præsentiam testetur Deus, & ideo sigilla sive veræ doctrina, nihil mirum si impostoribus reuerentiam conciliant. Et tali illusionis genere vlcscitur Deus hominum ingratitudinem, vt mendacio credant qui veritatem respuerunt, magisque ac magis obtenebrentur qui ad oblatam lucem clausurant oculos. Quanquam & simul suorum constantiam exercet, quæ inde clarius resulget dum nullis fallaciis succumbunt. Porro quum antichristos & mendaces prophetas dominus miraculis armatos fore pronuntiet, non est cur tantopere superbiant Papistæ hoc obtentu, vel ipsorum instantia territemur. Miraculis superstitiones suas confirmant: nempe quibus prædixit Filius Dei labefactandam esse multorum fidem. Quare tantum apud prudentes momenti habere non debent vt per se sufficiant ad probandum hoc vel illud doctrina genus. Si excipiunt, hoc modo euerti ac in nihilum redigi miracula quibus tam Legis quam Euangelij sancta fuit authoritas: respondeo, certam Spiritus notam illis insculptam fuisse quæ dubitationem & errandi metum fidelib. eximeret. Neque enim quoties ad suos confirmandos virtutem suam exeruit Deus, ita confusè operatus est quin vera extare nullique fallacia obnoxia distinctione. Adde quod doctrinam sic obtinuant miracula, vt illa quoque vicissim prælucet, & discutiat omnes nebulas quibus simplices mentes obfuscat Satan. Denique si ab impostoribus cauere placet, sit apud nos individua signorum & doctrinæ coniunctio.

24 *(Si posibile est) etiam electi.*) Hoc additum fuit incutendi terroris causa, quo magis sollicitè intenti essent fideles ad cauendum, nam vbi tam effreni licentia grassantur pseudoprophetæ, tantaque fallendi efficacia illis conceditur, facile esset securos & incertos eorum fraudibus illaqueari. Christus ergo discipulos suos ad exubias agendas hortatur & excitat, deinde etiam admonet non esse cur turbentur nouitate spectaculi, si multis passim in errorem abripvideant. Ceterum vt curam suis inicit, ne torpentes circumueniat Satan, ita rursum amplam fiduciam materiam suppeditat, in quam quieti recumbant, dum ipsos promittit aduersus qualcunque Satanae insidias Dei præsidio & castigo-

custodia tuto fore. Ergo quantumvis fragilis sit ac lubrica piorum conditio, firma tamen hic fulitura ostenditur in qua consistat: quia possibile non sit eos à salute excidere, cuius fidelis est custos Filius Dei. Neque enim illis apud se tata suspectit munitione que Satanæ machinis resilit, sed quia

Sab. 10. c. 28. Christi sunt oves, quas nemo poterit r. pere ex eius manu. Notandum autem est quod salutis nostra firmitas non in nobis, sed in arcana Dei electione locatur. Quanquam enim custoditar salus nostra per fidem (vt Petrus docet) altius tamen descendere oportet, ideo nos in tuto esse quia nos Pater Filio suo dedit, & Filius ipse nihil quod sibi datum est peritutum aliquid.

v. Pet. 1. c. 5. *25 Ecce prædicti.*) Plenius Domini meutem exprimit Marcus, *Vos autem cauete: ecce prædicti:* Quibus verbis docemur, nulla excusatione dignos esse quos offendicula à Christo prædicta contubernant. nam quum nobis Dei voluntas pro regulâ esse debeat, sufficit nos in tempore eis admonitos, sit ei placere. Deinde quum fidelem se pronuntiet, nec pallorū ut tentemur ultra quā sumus ferendo, nunquam ad resistendum nobis virtus deicit. modò ne infirmitatem nostram alat torpor.

26 Ecce in deserto ej.) Lucas hunc sermonem alteri Christi responso permisit. nam quum à Phariseis rogatus de adventu regni Dei, negasset cum obterratione venturum: sequitur in Lucæ contextu, quod conuersus ad discipulos, admonuerit venturos esse dies quum amplius visori non sint diem unum Filij hominum. Quib. verbis monere voluit ut in luce ambulare antequā occuparentur noctis tenebris, debuit enim hic acerrimus illis esse stimulus, ut proficie stuperent quā diu trubebant Christi praefontis, dum audirent grauissimas perturbationes instare. Nescitur autem an eadem de re bis admonuerit Christus discipulos. Sed mihi probabile est, quum de regni Dei aduentu fieret mentio, quas hic inseruit sententias Lucam ex alio tempore defumpas attenuisse, quod illi non rarum esse, alibi vidimus. Ceterum quia locus hic per inscitiam variè deformatus est, ut genuinum sensum habeant lectors, notanda illis est antithesis inter latebras & longè latēque patentem regni Christi propagatiōnē, ea. nque subitan & inopinatam, qualis est fulguris extēsio ab ortu Solis usque ad occasum. Scimus enim pseudochristos / quod crassæ & stultæ spei gentis illius consentaneum erat) quacunque poterant copias in receptacula deserti, vel in speluncas, vel in alios recessus contraxisse, ut iugum Romani imperii vi & manu armata à se executearent. Sensus ergo est, quicunque opes suas in locum abditum colligit ut gentis libertatem armis recuperet, se pro Christo mendaciter venditare:

quia missus sit Redemptor qui repente & ex insperato gratiam suam in omnes mundi plegas expandat. Hec autem inter te contraria sunt, edemptionem includere in aliquo angulo, & eam diffundere per totum orbem. Hoc modo admoniti fuerunt discipuli, non amplius in Iudeæ latebris Redemptorem esse quædam: quia regni poteris ad ultimos usque terrae fines subiō proficer. Atque hoc admirabilis celeritas, qua Evangelium per omnes mundi partes voltavit, illudre fuit Divina potentia testimonium. Neque enim humana industria fieri poterat ut lux Evangelij, inita fulguris simulacrum emicuit, ab una mundi plaga usque ad oppositam penetraret: id est que Christus non temete hac circumstantia celestem suam gloriam commendat. Adde quod hac regni sui amplitudine proposita, ostendere voluit ludææ vastitatem sibi non posse obstatre quin regnaret.

28 Vbi cunque fuerit cadaver.) Senus est, Quibuscumque artificiis conetur Satanus huc & illic distrahere filios Dei, in ipso tamen Christo sacram esse unitatis vinculum, quo deinceps teneri conueniat. Vnde enim dissipatio nisi quia multi à Christo disfluent, in quo solo sita est nostra firmitas? Ergo hic modus præscribitur souende sancte coniunctionis, ne errorum distractio corpus Ecclesiæ lacerent: nempe si in Christo defixi manemus. Quid diligenter notandum est, neque enim vel ad Romanæ sedis primatu, vel ad alias nugas nos astringit Christus: sed hoc unico modo Ecclesiam suam colligat, si ad ipsum unicum caput omnes undique respiciant. Vnde sequitur, quicunque ei cch. erent pura fide, extra schismatis esse periculum. Eant nunc Romanenses, & schismaticos esse clament qui se à Christo alienari non finunt, ut latroni fidem suam mancipent. Quid Papistæ ipsi pro eorum societate acepint qui fidem unam profitentur, & aquilas allegoricè exponunt pro acutis & oculatis, nimis insulsu[m] est: quum aliud non fuise Christi consilium palam sit, quād ad se vocare & in se retinere Dei filios, vbi cunque sint dispersi. Nec verò hic simpliciter ponitur corpus, sed cadaver. Aquilis autem nihil tribuit Christus quād apud nos coruis aut vulturibus congrueret, pro regionis quam incolitus natura. Neg. e etiam fatis solidis est altorum argutia, qui odoriferam fuise Christi mortem dicunt, ut electos Dei alliceret, nam meo in inicio ratiocinari voluit Christus à minori ad maius. Si tanta est in aribus sagacitas ut ex remortis locis ad cadaver unum multe conueniant, turpe esse fidelibus, non aggregari ad vitæ authorem, quo solo verè pascuntur.

M A T T H. XXIV.

29 Statim autem post affl-

M A R C. XIII.

24 Ceterum in dieb. il-

L V C. XXI.

25 Ererunt signa in sole, luna

et dierum illorum sol obli-

scionem dierum illorum sol obli-

stellis, & in terris anxietas gen-

scurabitur, & luna non dabit

benebrabitur, & luna non tunc in desperacione, resonante ma-

lumen suum, & stelle cadentes habent splendorem suum:

et stellæ cali decidunt,

et virtutes que in celis sunt concutientur.

26 Extatibus omnibus pro-

que superuenient orbi terra-

cc ij.

30 Et tunc apparebit signum filii hominis in celo: & tunc plan-
gent omnes tribus terrae: & vi-
debunt filium hominis venien-
tem in nubibus cali cum virtute
& gloria multa.
31 Et mittet angelos cum ma-
leelectos suis à quatuor vē-
gra voce tubae: & congregabun-
tis, à summo terra usque
summo celorum usque ad termi-
nos eorum.

26 Et tunc videbuntur. Nam virtutes celorum con-
fidentur.
27 Et tunc videbunt filium ho-
minis venientem in nube cum po-
testate & gloria multa.
28 Huius autem fieri incipienti-
bus suspicite & attollite capita ve-
stra. quoniam appropinquat redem-
ptio vestra.

Ia. ad plenam regni sui manifestationem de-
scendit Christus, de qua initio rogatus fuerat: ac
promittit, postquam tot malis vexari fuerint, ven-
turam suo tempore redemptionem. Nam hoc
principium spectauit in suo responso ut discipulos
suos bona spe stabiliret, ne propter confusos mo-
tus animis deficerent. Ideo non simpliciter de
aduentu suo loquitur, sed Propheticas loquendi
formas usurpat, quibus ut quisque magis erat in-
tentus, ita datus te. tationis certamen ex con-
trario eventu subire necesse habebat. Quod enim
magis absurdum quām regnum Christi non mo-
dō contemplibile, sed cruce oppressum, multis
probris & opertum, & omni genera afflictionis
obrutum cernere, de quo tam magnificè Prophe-
tae concessionati erant? An non requiri poterat maiestas illa quā soli & luna & stellis tenebras ob-
ducere, totam concuteret orbis machinan, &
visitatum natum & ordinem mutare? His tentatio-
nibus nunc Dominus occurrit, pronuntians, quā-
uis non statim compleatur hæc vaticinia, ipso
tamen eventu comprobatum tandem iri. Sensus
itaque est, quæ de prodigiosa tam cali quam terre
conmissione olim prædicta erant, non debere ad
redemptionis exordium restringi: quia totum
cursum donec ad metam ventum fore, comple-
xi fuerint Prophetæ. Nunc ubi tenemus Christi
consilium, facilis est verborum intelligentia,
quod scilicet non statim obtenebrandum sit ca-
lum, sed postquam afflictionibus defuncta fuerit
Ecclesia. Non quid ultimum demum Christi ad-
venit apparitura sit regni eius gloria & maiestas,
sed quia illuc usque difficiunt eorum complementum q[uod]a fieri cœperunt post resurrectionem, &
quorum duntaxat gustum aliquem Deus suis pra-
buit, ut longius eos per spem & patientiam viam
deduceret. Secundum hanc rationem usque ad
ultimum diem fideli[m] inentes suspendit Christus,
ne putent irritum esse quod testati sunt Pro-
phetæ de reparatione futura. quia sub densa af-
flictionum caligine longo tempore submersum
lateat. Perperam vero afflictionem dierum illorum
quidam interpres de Hierosolymæ exci-
dio accipiunt: quin potius vniuersitatem malorum
omnian, de quibus ante Christus differuerunt, avan-
gelijs. Porro hoc argumento ad tolerantiam
eos animat, quod afflictiones felicem tandem læ-
tumque habebunt exitum. Aci dixisset, quādiu
peregrinabitur in mundo Ecclesia, tempus nubi-
lum fore & obscurum: verū simulacrum finis conti-
gerit miseriis, superuenturum diem quo illustris
apparet sua maiestas. Ceterum quomodo sol ob-
fcurans sit, hodie coniurare non possumus, sed
eventus ipse ostenderet. Stellas quidem non re ipsa
casuras intelligit, sed secundum hominum sensum
apud Lucam tantum prædictum fore signa in sole &

luna & stellis. Sensus ergo est, tantam fore machi-
nae cœli concussionem, ut stellæ ipsæ cadere puten-
tur. Additur etiam apud Lucam, de formidabilis mor-
tu maris, ut homines præmetu & anxietate defici-
ant. Summa autem est, creaturas omnes sursum
& deorsum, quasi p[re]aces ones fore citandis homini-
bus ad horribile illud tribunal, cuius contemptu
impie ad ultimum usque diem lascivient.

30 Tunc apparebit signum.) Clarius hoc verbo
dilectum Christus prælentem regni sui statu à fu-
tura eius gloria. Etenim species cōmissionis, quod
in afflictione caligine Christi maiestas non erit
cōspicua, nec redemptio ab eo allatam sentient
homines. Nam eccl[esi]a confusa rerum permisio quæ
nūc certatur, tum mentes nostras obnubilit, tum
Christi gratiam obruit, & quasi euangelizare facit ex
oculis nostris, sicutem ut carnis sensu non appre-
hendatur salus ab eo parte. Ideo se ultimo aduen-
tiu palam emersum denuntiat, ut cœlesti potentia
præditus, quasi signo in sublime erector, ad se con-
uertat totius mundi intuitum. Ceterum quia videbat
maiore hominū partem doctrinæ suæ contemptri-
cē fore, regnique suo aduersari, si uulnus &
lamentationem denuntiat omnibus populis: quia
scilicet æquum est ut rebellis conterat, perdāque
sua præsentia qui absens imperium spreverunt.
Hoc autem dicit, partim ut superbis ac præfatis
terrere incuticis, ad resipicentiam eos adiucat:
partim etiam ut suorū animos confirmet in tanta
mudi contumacia. Est enim non leuis offendit
materia, impiorū securitas: quia videtur impunè
Deo illudere, deinde nihil proclivius est quām
prospera fortuna: quia fruuntur illecebri capi, ut
nobis effluerit Dei iuuenientia. Ergo ne ebria illorū
latitie inuidet fideles, Christus cā in luctu & stridorē
dentiū pronuntiat tandem conversū iri. Al-
ludit autem meo iudicio, ad duodecimū caput Zah-
chariae, d. i. ubi Deus memorabile iudicij sui speci-
men instare docens, planetā apud omnes familiias
fore asserit, qualis fieri solet in funere vnigeniti.
Quare nō est quod mundi cōuersio quis ex-
pectet, quia sero & sine profectu tandem sentient
quem confixerint. Sequitur deinde signi illius ex-
pliatio, quod filium hominis videbunt super nu-
bes venientem, qui sub habitu serui cōceptibilis
tunc in terra agebat. Atque hoc modo gloriam
regni sui cœlestem fore admonet, non terrenam, ut
falso imaginari erant discipuli.

31 Et mittet angelos suis.) Specimen suæ illius
potentia describit, quod angelos mittet qui ele-
ctos suos colligant ab extremis mundi partibus.
Nam summissas celorum tantudem valet ac ex-
tremā regio. Sed hyperbolice loquitur Christus,
ut doceat electos, etiam ē terra sublati, & per ae-
reum disiecti forent, rursus tamen congregatum
iri, ut sub capite suo coalescant in vitam
alter-

æternam, & sperata hæreditate fruantur. Voluit enim suos discipulos Christus solari, ne tristis Ecclesiæ dissipatio eos frangeret. Quare & nos quoties vel Satane artificio distrahi Ecclesiæ, vel in impiorum securitate lacerari vel turbari impiis dogmatibus, vel procellis iactari cernimus, ad hanc collectionem discamus referre oculos. Atque si res nobis videtur creditu difficilis, succurrat nobis Angelica potentia, quam ideo proponit Christus ut nos supra humana media erigat. Quauis enim hominum malitia nunc Ecclesia vexetur, per varias fugas & exilia feratur instabilis, fluctibus etiam allisa strangatur, & miserè discepta nihil habeat firmitatis in mundo, bene nihil omnino sperandum est: quia non huic modo, sed cælesti virtute (que omnibus obstatulis longè erit superior) eam colliger Dominus.

28 *Luc. His fieri incipientibus.*) Apud Lucam clarius exprimitur confortatio qua suorum animos Christus exhilarat. *Quanquam enim haec sententia nihil à verbis Matthæi quæ nuper exposuimus diuersum continet: melius tamen ostendit in quem finem dicantur venturi Angeli ad congregandos electos. Necesse enim fuit communione mundi tristitia & anxietati pitorum gaudium opponi quasi è regione, & notari inter ipsos & reprobos discrimen, ne Christi aduentum exhort-*

MATH. XXIII.

32 Ab arbore autem fici dis-
cite similitudinem. Quum iā
ramus eius tener fuerit, & fo-
lia fuerint enata, scitis quod
prope sit astas.

33 Ita & vos, quin vide-
ritis hac omnia, scitote quod f
propè sit in foribus.

34 Amen dico vobis, non
praterbit etas haec donec com-
nia ista fiant.

35 *Calum & terra præterit
bunt, verba autem mea non b
præteribunt.*

36 Ceterū de die illo & ho-
ra nemo scit, ne angeli quidē in
calorum; nisi Pater meus solus.

**Non tantum intelligo æquè cer-
propinquai aduentus Christi in illa-**

tionis cuius facta est intentio, atque
scimus instare æstatis dum arbores den-
sæ aliud quiddam meo iudicio dem
Nam quæ hydæ arboreis rigore fi-
ctæ plus roboris pre se ferant, ver
duritie magis fragiles appareant, q
tur ut exitus nouis rannusculis patet
stare Ecclesiæ vigori quod ea affl
dum carnis sensum emolliat. Sicut i
terior per tota arboreum intus, s
tem induxit, collectis viribus er
uandum quod emotuum era: sic Dom
ini hominis corruptione plena suo
nem producit. Summa est, ne ex d
Ecclesiæ statu interitum coniiciant,
ter immortalem hinc, ad quam I
& grunniis suos preparat. Nā quo

referent. Scimus Scripturam non de ultimo tam
tum iudicio, sed de omnibus quae quotidie Deus
exercet varie loqui, prout vel ad fideles vel ad
incredulos dirigit sermonem. Quorundam vobis
dies Domini (inquit Propheta) dies illa, cal-
Amos 5. 18.
ginitis est tunc ebraeum, non lucis: metatoris, non
lexitatis: cuncti, non salutis. Contra filiam si o gaud-
Zacch. 9. b.
dere Zacharias iubet propter aduentum Regis sui.
g. 2.
Et merito: quia (vt dicit Iesaias) iacent dies qui
Lev. 35. b. 4.
reprobis iram & ultionem adferunt, beneplaciti &
redemptionis est fidelibus. Docet igitur Christus
suo aduentu exorturam gaudium lucem suis disci-
pulis, ut impensis terrore confusis, propinquia salu-
te exultent. Ideo hac nota eos Paulus 1. Corin. 1.
1. Cor. 1. a. 7.
in lignis, quod item vel aduentum Domini exp-
2. Tim. 4. 4.
petat. ^{8.}

cent. Nam & corona eorum & plena felicitas & refrigerium in illum diem diffundit. Itaque vocatur hic Redemptio: (sicuti ad Rom. cap. 8. c. 23.) quia tunc liberationis per Christum partem effectus verè & solidè nobis constabit. Quare nunc stent erectæ aures nostraræ ad Angelicæ tubæ clangorem, qui non ideo tantum sonabit ut reprobos precellat mortis horrore, sed electos excitat in secundam vitam, hoc est, quos nunc vivificat ipse Dominus Euangelij sui voce, ad vitæ fructuonem vocet. infidelitatis enim signum est, expauescere cum adest filius Dei in salutem nostram.

MARCH, 1911.

28 *A* fico vero disicte simili
udinem. *Q*uum ramus eius ian-
ener fuerit produxeritque folia
scitis quod propè sit astas.

29 Sic & vos quum hæc vide-
tis fieri, scirote quod prope sit i-
oribus.

30 Amen dico vobis quod nisi
oraverit etas haec donec omnia
ista fiant.

31 Calum & terra præteribunt
verba autem mea non præteri-

32 Ceterum de die illo & hora
emoratus ne ex aeli quidam p

*emo nouit, ne angeli quidem qui
a calo sunt, nec ipse Filius: sed so-
us Pater.*

gulis membris affirmat, in toto corpore impleri
porter: nempe si extenus homo corruptus, in
ernum renouari de die in diē. Ceterū quod ob-
taculus a Mattheo & Marco dictum erat, Scuote-
rūdū prop̄ suū in foribus, apud Lucā apertius exponit
ur, Q.d̄ in iste regnū Dei. & hoc loco regnū Dei
conspicit alibi sapientia ex eo cordio censetur, sed a
sua perfectione, idque ex eorum sensu quos docet
pat Christus. Neque enim regnum Dei apprehē-
debant in Euangeliō, in pace gaudio que fidei, in
spirituali iustitia, sed beatam illam quietem & glo-
riam quarebant que sub spe abscondita est vſque
ad ultimum diem.

34 Non præteribit as has hæc? Quoniam vniuersa nota virtut Christus, non tam generaliter, sed omnes Ecclesiæ miseras extendit sermonem. Sed simpliciter docet, nondum etate vna completa quicquid disseruit euentu prebarum iram intra annos quinquaginta excisa vrbs fuit.
cc iii

LVCXVI

29 Et dixit illis similitudinem, Videte sic uero & omnes arborei;

30 Quum protrudunt iam
gemmas, cernentes ex vobis
in p[ro]fis scitis quod iā infest aëtas.
31 Ita ēt vos, quum vide-

32 Amen dico vobis norm

*præterib[us] etas h[ab]et an[te]quam
omnia fiant.*

33 Calum & terra trans-
abunus, verba autem mea non
vuln.

transfusione.

templo: nque dirutum, tota regio in stupendam
vaftitatem redacta, mundi contumacia fere ad-
uersus Deum extulit. exarctis etiam furor ad delen-
dam salutis doctrinam, exorti sunt falsi doctores
qui sycnerum Euangelii suis imposturis peruer-
terent, eligio miris modis concusa, totus piorum
cetus miserè vexatus fuit. Quanquam autem mul-
tis postea seculis eadem mala continuo tenore
graflata sunt: verè tamen dictum fuit à Christo,
ante finem vnius seculi fideles reipsa & claro ex-
perientia sensuros quām verum esset suum va-
ticinium. nam eadem passi sunt Apostoli qua ho-
die videmus. Nec verò consilium Christi fuit, si-
nem calamitatum intra exiguum tempus suis pro-
mittere (qui hoc modo secū ipse pugnasset, quā
prius admonuerit nondum esse finem) sed vt ad
tolerantiam eos animaret, disertè prædictis ad i-
psorum etatem spectare. Sensus est igitur, Pro-
phetiam hanc non esse de malis longinquis, quā
multis post seculis visura sit posteritas, sed quā
iam in pendent, & quidem vna simul conge-
rie, vt presens etas nullius partis expers futura sit.
Itaque Dominus omnes malorum species in v-
nam etatem congerens, minimè ab ipsis post-
eros eximit; sed tantum discipulos ad omnia
constanter ferenda paratos esse iubet.

35. *Calum & terra transibunt.*) Quō maiorem
dicitis suis fidem conciliat, eorum certitudinem
comparatione illustrat: quōd scilicet magis sta-
bilita sit ac firma quām fabrica totius mundi. Ce-
terū hanc loquendi formam variè exponunt
interpretes. Quidam enim celi & terra transitū
ad ultimum diem referunt, quo abolebitur cadu-
ca eorum conditio. Alij autem sic resoluunt: Po-
tius totam mundi fabricam esse peritura quām
vt evanescat vaticinium quod nuper audivimus.
Sed quia non dubium est quin Christus suorum
mentes supra mundi intuitum attollere data ope-
ra voluerit, mihi videtur annotare assiduas incli-
nationes quā in mundo cernuntur: acti negaret
estimāda esse dicta sua ab instabili & quasi astuo-
fa mundi varietate. Scimus enim, dum res in mó-
do voluntur, quām proclive sit mentes nostras
similis abripi. Ideo Christus discipulos vetat in
mundi respectu occupari, sed quāsi è sublimi Di-
uinæ prouidentiæ specula despicer quā ventura
prædictis. Interea ex hoc loco elicitor virilis do-
ctrina, salutem nostram (qua in Christi promis-
sionibus fundata est) non fluctuare secundum di-
uersas mundi agitationes, sed inconcupiam stare,
modò etiam fides nostra celo & terra superior ad
ipsum vque Christum transcendat.

36. *Ceterum de die illo.*) Hac sententia Christus
sibi hunc animos teneri suspensus voluit, ne
falsa imaginatione tempus aliquod ultimæ redē-
ptionis præfigat. Scimus quām volaticum no-
bis sit ingenium, atque vt nos vana plusquam o-
portet sciendi cupiditas titillat. Videbat etiam
Christus discipulos intempestivè ad triumphum
properare. Vult ergo diem adventus sui ita spe-
rari & expeti, vt tamen nemo inquirere audeat

quando venturus sit. Vult denique suos discipu-
los ita incedere in lumine fidei, vt de temporibus
incerti reuelatione in patienter expectent. Cau-
dum ergo ne vlt̄rā quām permittit Dominus, in
temporibus articulis sumus solliciti. Nam præcipua
pars sapientia nostra in eo constitit, si nos intra
verbi Dei cancellos sobriè continemus. Porro
ne hominibus molestum sit diem illum nescire,
Angelos eis Christus associat: nimis enim fu-
perbia ac improbae cupiditatis foret, plus nobis
appetere, qui super terram reptamus, quām cæ-
lestibus Angelis concessum sit. Apud Marcum
additur, *Euan. Filius hominis.* Porro ter & qua-
ter insanus foret qui se grauati ignorantiæ sub-
iiceret, quam ne ipse quidem Dei Filius nostra
cauta subire abnuit. Ceterum quia hoc Christo
indignum esse multi putabant, conati sunt huic
sententiæ duritiam suo commento lenire. Ad
captandum etiam subterfugium eos forte com-
pulit Arrianorum malitiæ, qui hinc euincere co-
nati sunt Christum non esse verum & unicum
Deum. Ergo secundum eos, nesciuit Christus
diem extremum, quia aliis patefacere noluit. Sed
quum palam sit, Christo communem cum Ange-
lis ignorantiam tribui, alius sensus aprior nobis
querendus est, quem antequam profero, brevi-
ter diluam eorum obiecta qui Filium Dei contu-
milia affici putant, si in cum illa ignorantia com-
petere dicatur. Primo quod obiiciunt, Deo nihil
esse incognitum: facilis est solutio. Scimus enim
duas naturas in Christo ita fuisse coniunctas in
vnam personam, vt sua cuique proprietas manet;
præsertim verò quieuit Divinitas, séque mi-
nimè exeruit quoties ad implendum Mediatoris
officium interfuit humanam naturam seorsim o-
perari quod suum erat. Quare nihil absurdum fuit,
Christum, qui omnia sciebat, aliquip secundum
hominis sensum nescire: neque enim aliter &
dolori & anxietati obnoxius, & nobis similis esse
poterat. Quod verò accipiunt quidam non con-
grueri ignorantiam Christo (qua pœna est peccati)
plusquam absurdum est. Ac primò quidē in-
scitè nugantur, ignorantiam (qua Angelis tribui-
tur) ex peccato manare sed in altero non minus
insulsi sunt, quod non agnoscunt Christum ideo
carnem nostram induisse vt debitas peccatis no-
stris penas in se susciperet. Quod autem secun-
dum hominem Christus diē ultimum nesciuit, id
nibili magis Divina cius natura derogat quām
quod mortalis fuit. Ceterum non dubito quin ad
minus sibi à Patre iniunctum respiciat, que inad-
modum suprà, quā diceret, Nō esse suum hos vel
illos ad dexteram & sinistrā suam locare. Non enī
(vt illuc exposui) simpliciter hoc sibi detrahe-
bat, sed sensus erat, non fuisse à Patre missum cù
hoc mandato, quandiu inter mortales versatus
est. Sic etiam nunc intelligo, quatenus Mediator
ad nos descendat, donec sua prouincia defun-
ctus esset, non fuisse illi datum quod postea à re-
surrectione accepit: nam tunc demum sibi datam
esse rerum omnium potestatem asseruit.

MATTH. XIII. MARC. XIII.

37. *Sed sicut dies Noe, ita erit & ad-
uenitus Fili⁹ homini⁹.*

38. *Cauete, vigilate & ora-*

26. *Et sicut accidit in diebus Noe, ita erit & in diebus
Fili⁹ homini⁹.*

27. *Edebant, bibebant, uxores ducebant, & dababantur
quando tempus nuprium, ad eum usque diem quo intrauit Noe in arcum:
¶ venit diluvium, & perdidit omnes.*

LVC. XVII.

COMMENT.

38 Sicut enim erat
in diebus qui præcesserant diluvium, edentes & bibentes, contrahentes matrimonium & mptū dantes, usque ad eundem quo intravit Noe iā arcam.

39 Et non cognoverunt donec venisset diluvium, & sufflatus esset uniuersos: ita erit & aduentus Filiū hominis.

40 Tunc duo eram in agro: unus assumentur, & alter relinquitur.

41 Due molentes in mola: una assumentur, & altera relinquitur.

42 Vigilate ergo quia nesciis quā horā Dominus vester venturus sit.

37 Sicut dies Noe.) Quanquam nuper suorum animos Christus suscepit ne de ultimo die nimis scrupulosè inquirerent: ne tamē securi mū. i de lieciis indormiant, nunc ad sollicitudinem eos horatur. Sic ergo incertos de suo aduentu esse volunt, ut tamen quotidiis, inī singulis momentis, ad eum expectandum intenti sint. Porro ut illis torporem excusat, & acrius ad cauendum stimulet, mundo in bruta foscrida demero ventorum repete finem prædictit: quemadmodum in diebus Noē gentes oīnes diluvio prater spem absorptae sunt, quoniam suauiter in delicias se ingurgitarent. Et paulò post Sodomitā quoniam in suas libidines projecti nihil metuerent, igne cælesti consumpti sunt. Quoniam sub diem ultimum futura sit mundi securitas, non est cur sibi vulgi exemplo indulgentiae fideles. Nunc tenemus Christi consilium, ne subito obruantur fideles, semper agendas illis esse excubias, quia inopinatus adueniet ultimi iudicij dies. Sodoma solus Lucas meminit, & quidem 17. capite, ybi per occasionem, posthabita ratione temporis, hunc Christi sermonem recitat. Sed absurdum nō est duos Euangelistas uno exemplo suis contentos, quoniam duo esset à Christo proposita, præsertim quoniam per omnia quadraret, totum genus humanum oīm quoniam otiosa latititia diffueret, paucis exceptis, repente fuisse absorptum. Quid autem dicit, edendo, bibendo, celebrandis nuptiis, & alijs negotiis secularibus tunc homines operari deditis, quoniam Deus totum mundum diluvio, & fulminibus Sodoman perdidit: his verbis significar perinde fuisse occupatos in commodis & deliciis presentis vita, ac si nulla mutatio timenda esset. Etsi autem statim præcipier discipulis ut sibi à crapula & terrenis curis caueant, hoc tamen loco directe non damm̄ illorum temporum intemperiem, sed potius contu-

28 Consimiliter etiam sicut accidit in diebus Lot, edebabant: emebant, vendebant, plantabant, edificabant.

29 Ceterum quo die exiit Lot ē Sodomis, pluit ignis & phœnix calo, & omnes perdidit.

30 Secundūm hec erit dies quo Filius hominis reuelabitur.

31 In illo die qui fuerit in techo, & vasa eius in domo, descendat ad tollendum illa: & qui in agro, similiter non redeat ad relicta.

32 Memores esto te uxoris Lot.

33 Quicunque quiescerit animam suam seruare, perdet illam: & quicunque perdidit illam, gignet in vitam.

34 Duo uobis, in illa nocte erunt duo in lepto uno: unus assuetur, & alter relinquetur.

35 Due erunt simul molentes: una sumetur, & altera relinqueretur.

36 Duo erunt in agro: unus accipietur, alter relinquitur.

37 Tunc respondentes dicunt ei, Vbi Domine? Ipse vero dixi ei, Vbi: cadaver, illuc cogentur & aquila.

LVC. XLI.

34 Caueat uobis ne quando granentur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius vite, subitisque uobis immitieas dies ille.

35 Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent sū, ex faciem totius terre.

36 Vigilate itaque omni tempore, deprecantes ut liceat uobis effugere ista omnia que futura sunt, &flare ante Filium hominis.

macia, quia factum est ut spretis Dei minis supini expectarent horribilem interitū. Quoniam ergo durabilem statum sibi promitterent, securè inconsuetis suis rationibus pergere nō dubitauit. Atque hoc quidem per se vitiosum ac dānable nō fuisse, nec necessitatibus suis propiscere, nisi crastinum stuporem opposuerint Dei iudicio, ut clausis oculis ad peccandi licet, iam ruerent, quasi nullus esset in calo vindex. Ita nunc Christus ultimam mundi statem proflus stupidam fore docet, Ut nihil cogitet quā de præsenti vita, sūaque curas in longum tempus extendat, solitum vite cursum, ac si in eodem statu mansura semper esset terra, continuans. Sunt autem aptissimæ similitudines: quia si nobis proponimus quid tunc contigerit, non amplius nos decipiet eiusdem in mundi ordine tenoris affectus, ut credamus perpetuū staturum. Nam triduo postquam in summa tranquillitate res suas quisque agebat, terra inundatione submersa fuit, & quinque urbes igni consumptæ.

39 Non cognoverunt donec venisset diluvium.) Fons & causa ignorantia fuit quod incredulitas execraverat eorum mentes: sicut rursus docet Apostolus yndecimo ad Hebreos, Nec fidei oculis occultam adhuc Dei vindictam eminus vidisse, ut naturè cam timeret. Et hic Christus Noe cum reliquo mundo, Lot cum Sodomitis cōparat: ut discant fideles se se colligere, ne cum aliis vagantes euaneant. Notandum autem est, ideo tunc reprobos obtorpuisse in suis malis, quia Dominus nonnisi seruos suos saluifica auctoritione cauendi oportet dignatus est: non quod de futuro diluvio proflus celati sint terre incolæ (quorum oculis Noe in arce fabrica per annos plus centum triste spectaculum obiecit) sed quia unus homo specialiter de futura totius mundi clade admonitus cælesti oraculo, & in spem salutis er-

Etas fuit. Nunc quamquam vulgo personat ultimi iudicij fama, quia tamen pauci Diuinitus edociti Christum suo tempore venturum iudicem sentiunt, hoc singulari Dei beneficio exercefieri conuenit, & acut eorum sensus, ne se communis L. Pet. 2. 4. 5. foscordia implacent. Nam Petrus in hunc finem arcam Noe consert Baptismo nostro, quod scilicet exigua hominum manus à multitudine segregata inter aquas seruerat. Quare ad hanc paucitatem referantur sunt animi, si cupimus salvi euadere.

*40 Tunc duo erunt in agro, unus assumetur.) Lucas antequam hoc referat, tententias quasdam inferit: quarum prima apud Matthaeum ad Hieroflymæ excidium pertinet, *Qui fuerit in celo, ne descendat in dominum suum ad tollendam vasorum. Sed fieri potest ut Christus cadet verba ad res diuersas accommodauerit. Sequitur apud eundem Lucam adinonitio, ut discipuli *Memores sint uxoris Lot: nempe ut eorum quia à tergo sunt oblitii, ad metu supernæ vocationis conténdant. Nā ideo conuera fuit in statuam salis vxoris Lot, quod dubitans an frultra ex urbe migraret, respexerit post tergum: quod erat fideli abrogare Dei oraculo. Probabile est etiam desiderio sui nidi, in quo placide quietaverat, fuuisse retractam. Quid ergo in ea aeternum documentum extare voluerit Deus, firmadi sunt animi fidei constantia, ne hastatione in medio cursu flaccefcant, dcinde ad perseverantiam formandi, ut illecebris caducæ vita valere iussis, iiberi & alaceriter ad celum aspirent. Tertia quoque tentatio apud Lucam additur, *Aumar suas perdituros qui voluerint eas seruare. Ne fideles impeditat terrena vita cupiditas quominus per medias mortes intrepidae ad salutem sibi in celis repositam felicitatem. Et concinnè exprimit Christus presentis vita fragilitatem, quod dicit animas *Zwoz ovit oda/ hoc est generati in vitam) ubi perdite ferint. Perinde enim est acsi homines negarent in terra uiuere: quia vera deim & solida vita initium est renuntiare mundo. Postea subiicit Lucas quod apud Matthaeum quoque habetur, viros & feminas tunc diremptum iri, ne copula quibus mutuo inter se diuiniti sunt homines in mundo, pios retineant vel morentur. Sæpe enim contingit ut dum alii alias respiciunt, nemo gradum promoueat. Ergo ut quisque profectus, omni vinculo solutus & expeditus, celeriter currat, docet Christus ex uno pari alterum coniuge assumptum iri, altero reliquo: non quod necesse sit, quicunque inter se coniuncti sunt, ita diuelli (faciet enim sancta pie-*****

*Zwoz ovit
oda/*

M A T T H. XXIII. I M A R C. XIIII.

43 Illud autem scito- 34 Sicut homo re, quod si scisset pater fami qui peregrinè agit, lias qua hora fur venturus relicta domo sua, fuisset, vigilasset utique & deditque seruis suis non suis scisset perfodi domum potestatem ac suum suum.

44 Ideo & vos esto- niiori mandavit ut te parati: quia qua hora non vigilaret.

45 Quisnam est fide- lis serinus & prudens, quem prefecit dominus famuli-

tatis copula ut viro probo mulier quoque proba adhæreat, patremque comitentur filij) sed tantum voluit Christus, ut remoras omnes abscederet, singulos ad festinationem hortari, ne qui iam accincti sunt, socios fructu expectent. Apud Lucam subiicit tentatio illa, *Vbi cinque fuerit corpus, &c. restrixi tamen ad diem ultimum non debet, sed quod rogassent discipuli, Vbi Domine? hoc est: Quomodo & recti stabivis in tanta conuulsione, & tui manebimus in tam graibus procellis? & quæ latebra nos coniunctus protegent?* Christus (licet apud Matthæum) se firmè vnitatis vexillum esse testatur, sub quo omnes filios Dei colligi oporteat.

*42 Vigilate ergo.) Expressior vel magis specialis exhortatio refertur a Luca, *Cauedū esse ne cor da granetur crapula & ebrietate & curia secularibus. Et certe qui intemperanter uiuendo sensus habet cibi vinoque obritos, mēte ad cœlestis vita meditationem nunquam conseruit. Sed quia nulla est carnis cupiditas quæ non hominem inebriet, his omnibus danda est opera ne le n'undo ingurgitent, si volunt ad Christi regnum properare. Apud Matthæum uno vigilatia nomine continua illa notatur attingio, quæ facit ut erectus summittibus in terra peregrinemur. Apud Marcum primò iubentur discipuli videre ne scilicet incautos vel torpentes circumveniant interitus: deinde iubentur vigilare: quia subinde obrepunt variae carnis illecebriae, quibus sopiuntur mentes. Postea sequitur exhortatio ad preces: quia sci licet aliunde suppeditas petere necesse est, quibus nostra infirmitas leuetur. Lucas ipsam precatiōnis formā dicit. Primū ut nos dignetur Deus ex tam profundo & multipli labyrinto eripere: deinde saluos & incolumes sistere in conspectu Filii sui, neque enim illuc peruenire licet, nisi mirabiliter innumeras mortes effugerimus. Cæterum quia ex periculis enatando, praesentis vita cursum transfigere non sufficeret, Christus hoc tanquam præcipuum ponit, ut nobis ante suum tribunal stare liceat. *Quia nesciis diem. Notandum est, incertum adactus Christi tempus (quod plerisque ferè omnibus segnitem inducit) attentionis & vigilantis stimulum debere nobis esse. Nam consulto absceditum nobis esse voluit Deus, ut nullo momento securi continuas excubias agamus. Qualis enim fidei & patientiae est probatio, si fideles tota vita otiosè vagantes in suis deliciis, in Christi occursum triduo se ante accingerent?***

L V C. XII.

35 Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ac- cense.

36 Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertetur à nuptiis: ve quum venerit, ac pulsauerit, confestim operiar ei.

37 Beati servi illi, quos quum venerit dominus, inuenierit vigilantes. Amen dico vobis quod præcincte se, & faciet illos discubere, & transiens ministrabit illis.

38 Et si veneris in secunda vigilia, & si in ter- gitor: nescitis enim quando Domitia vigilia venerit, atque ita inuenierit, beati ser- uis domus veniunt sunt illi.

39 Hoc autem scitote, quod si scisset pater famili-

tio suo, ut det illis cibum tatus sit, sero, an lias qua hora fur venturus fuisset, vigilasset utique, in tempore?

46 Beatus seruus ille, quem quum venerit dominus eius, innenerit sic facientem.

47 Amen dico vobis super omnia bona sua contulit eum.

48 Quod si dixerit seruus ille malus in corde suo, Cunctatur dominus meus venire:

49 Caperit que percutere conseruos, immo edere & bibere cum ebris:

50 Veniet dominus seruus illius in die quo non expectat, & hora qua ignorat:

51 Et dissecabit eum, partemque eius ponet cum hypocritis: illuc erit ploratus & stridor dentium.

turus sit, sero, an lias qua hora fur venturus fuisset, vigilasset utique, in medio noctis, an secundum passus fuisset et perfodit domum suam.

40 Et vos igitur estote parati: quia qua hora non lucido.

41 Ne quum venierit ita facientem.

42 Dicit autem dominus, Quisnam est fidelis dispensator ac prudens, quem constitutus dominus?

43 Beatus ille seruus, quem quum venerit dominus, innenerit ita facientem.

44 Vere dico vobis quod omnibus que possidet praeferet illum.

45 Quod si dixerit seruus ille in corde suo, Differt dominus meus aduentum, & incepit percutere seruos & ancillas, & edere, bibere, & inebrari:

46 Veniet dominus seruus illius in die quo non sperat, & hora quae nescit, & dissecabit eum, partemque eius cum infidis ponet.

47 Ille autem seruus qui cognovit voluntatem domini sui & se non parauit, nec fecit secundum voluntatem eius, vaporabit plagiis multis.

48 Qui autem non cognovit, & fecit digna plagiis, vaporabit paucis. Porro cuicunque multum datum est, multum queretur ab eo: & cui multum commendarunt, plus petent ab eo.

49 Ignem veni missurus in terram, & quid volo si iam accensus es?

50 Sed baptismu habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur?

43 Si scis pater familiās quā hora.) Lucas hunc Christi sermonem alio loco recitat quā Mattheus. Neque id mirūnam capite 12. ex variis cōcionibus lūnīm doctrinā cōtexens (sicut alibi ostendimus) hanc quoque parabolam inferit. Ad hēc generalis illuc ponitur praefatio, vt discipuli lumbis p̄cūntis, & lucernas accensas manibus gestantes, dominum suum expectent. Cui sententia respondeat parabola quā paulo post sequetur apud Mattheum, de virginib⁹ prudentib⁹ & factis. Paucis autem verbis concinnā perstringit Christus quomodo fideles in mundo peregrinari oporteat: nam primū lumborum cincturam desideria opposit⁹, lucernas autem ardentes, ignorantiae tenebris. Primum ergo discipulos iubet Christus ad iter paratos & expeditos esse, vt per terram celeriter transeat, nec fixam quietā inquit stationē alibi querant quām in celo. Admonitus valde vitilis, quanquam enim vitā curriculum profani quoque homines in ore habent, videmus tamē vt in terra iacent residēs ad defixi. Deus autem filiorum honore non dignatur nisi qui terrae inquili nos se agnoscunt, nec tantum ad migrandū semper parati sunt, sed continuo etiam cursu pergunt ad cælestē vitam. Iam verò quia tenebris vindique obuoluti sunt quandiu in mundo versantur, lucernis eos influebit, vt qui noctū lucturi sunt iter. Priore itaque loco curiendi strenuitas commendatur: deinde certa directio, ne errando frustra se fatigent fideles, nam alioquin præstaret in via claudicare quām temere conficeret cæcum iter. Quod ad lumborum cincturam spectat, loquutio ex cō-

muni Orientalium more sumpta est, qui oblongis vtuntur vestibus.

36 Luc. Et vos similes.) Alia similitudine vtitur, quam Mattheus subtitet, qui in hac parte brevior est. Se enim comparat patris familiās, qui dum hilariter epulatur in nuptiis, vel alibi extra domum latitiae indulget, vult tamē seruos suos modestè & sobriè domi agere, legitiinis operis intētos, ac redditum suum aliudē expectantes. Licet ergo Filius Dei in beatam cœli quietem receptus à nobis absit: quia tamē cuique suum officium in iunxit, otiosos dormire absurdum est. Deinde quia se ad nos redditum prouulit, ad eum singulis momentis excipiendum paratos stare decet, ne sōpitos reprehendat. Nam si hoc sibi deberi existimat immortalis homo, vt quacunque hora domū redierit, præsto sint serui ad occursum, quanto maiori iure hoc à suis exigit, vt eius aduentum sobri & vigiles semper expectent. Quod autem plus addat alacritatis, heros terrenos commemorat ista seruorum promptitudine adeò delectari, vt etiam illis ministrarent: non quod omnibus dominis hoc sit visitatum, sed quia hoc interdum accidit, vt herus qui natura comis & humanus est, seruos tanquam fidales ad communem mensam admittat. Quaruntur tamē, quum passim Scriptura nos vocet filios Epif. 1. 8. lucis, & dominus etiam nobis verbo suo præl. 1. Thess. 5. 13. ceat, vt ambulemus tanquam in ueridic, quomodo vitam nostram dominus conferit nocturnis vigiliis. Sed huius nodi solutio ex Petri verbis petrēa est, qui verbū Dei lucernā ardentiis instar fulgere docet, vt in loco caliginoso via sit nobis con-

spicua. Ergo utrumque notandum, quod per obscuras mundi tenebras nec nobis faciéndum est: & tamen præcente cælestis doctrinæ lucerna ab ertadi periculo toti sumus, præsertim quum nobis Christus ipse Solis officium præster.

42 Mart. *Illud autem scitote.*) Alia siuiliudi ne nunc ad sedulas excubias discipulos suos hor tatur Christus. Nam siquies fures noctu grafsari audieris, metus ipse & suspicio cum dormire non sument. Nunc ergo quum de furtiu Christi aduentu sumus admoniti, & nominatim hoc prædictum sit, vigilandum semper esse, ne derelinquetus obrepens cum impis nos absurbeat: nulla est ignauia nostra exclusio: præsertim quum hic neque parietis tantum fractura, neque rerum nostrarum iactura timenda sit, sed lethale vulnus in anima nostra exitium, nisi cauemus. Huc ergo tendunt verba, vt nos Christi admonitus exercefascat: quia tametsi in longum tempus differat ultimus iudicium, singulis tamen momentis impendet, id eoque suspeccio tempore, & vicino periculo, torpere absur dum est.

43 *Quisnam est fidelis seruus.*) Distinctius hic locus traditur à Luca, vbi Petri interrogatio inseritur, qua occasione noua parabolæ dedit. Nam quum Christus in furtiu sui aduentus periculo ignauia locum esse negasset, quæsivit Petrus etiæ generalis hæc doctrina, an ad duodecim tantum spectaret. Semper enim (vt alibi vicinus) in mente venire solebat discipulis, inquit secundum agi nisi exempli à communis forte aliis omnes lögè anterirent. Nunc dum illis proponitur parum optabilis & lata cōditio, tanquam attoniti huc & illic circumspectant. Huc verò tendit Christi responsum, si quolibet ex medio vulgo vigilare conuenit, multo minus serendum esse vt somnolenti sint Apostoli. Quare sicut in genere prius totam familiam Christus ad vigilem sui occursum hortatus fuerat: sic nunc singularem curâ à præcipuis seruis requirit, qui ideo præfecti sunt reliquis vt suo exemplo viam sobria attētions frugalisque temperantiae monstrent. His verbis admonet non esse otiosa dignitate ornatos, vt deliciis securè vident: sed quo excellentiorem adepti sunt honoris gradum, eo plus oneris eis incumbere. Ideoque specia liter fidem & prudentiam ab illis præstandom esse docet. Hinc discant quicunque ad honorificum munus vocati sunt, se magis adstrictos esse, ne defunctoriè solam operam fuā impendant: sed toto studio & industria entitant ad officium præstandum. Nam quum vulgaribus seruis satis sit priuatae operæ pensum absoluere, longius progredi oportet & economos, quorum munus totius familiæ curam complectitur. Alioquin ingratitudine illis exprimat Christus, quod quum delecti fuerint ante alios, honori suo non respondent: quorsum enim eos Dominus reliquis præfert, nisi vt omnes singuli in sive & prudentia superent? Promiscue quidem omnibus iniungitur sobria & sedula attention: sed in pastoribus turpior est & minus excusabilis somnolentia. Postea etiam spe mercedis alacritatem in ipsis excitat.

44 *Quod si dixerit seruus ille malus.*) His verbis breuiter docet Christus unde melius seruis obrepat securitas: dum scilicet longiore mora confisi, tenebrosi sibi v̄tro inducunt: diem illum, quo redenda sit ratio, siquunt nunquam venturum. Denique absentiæ Christi prætextu impunitatem sibi promittit: si fieri cuim non potest quin expectatio eius, quoties nobis occurrit, soporem excus-

tat, ac multo magis lasciuiam comprimat, ne improbè efferasur. Itaque nullus exhortationis stimulus acrior vel efficacior quād cū illud iuenerū tribunal statuitur in medium, quod nemo effugere poterit. Quare ut strenue quisque nostiū ad portes suas exequendas inuiglet, vtque fedulo & modestè se continet in suis finibus, nobis lubidine recurrit cogitatio supremi illius & inopinatæ aduentus Domini, cuius cōtemptu reprobi exultant. Obiter etiam admonet Christus quād facile sit audacia crescere, vbi quis semel frāno excuso ad peccandum se proiecit. Neque enim seruum modò inducit Christus dissolutum & nequam, sed qui contumaciter insurgit ad turbandam totam domum, & potestate sibi concecta protervè abutitur, scvitiam exercet in consuetudinib⁹ luxuriosè dissipat heri sui bona, non sine eius iudibrio. Additur etiam pœna ad terrorem, & ea quidem non vulgaris: quia scilicet grauiorem pœnam meretur tam effrānis improbitas.

47 Luc. *Ille autem seruus.*) Huic circumstantia, quæ à solo Luca exprimitur, multum subest ponderis, quid ut quisque sciens ac volens in Domini contemptum proficerit, ita grauiore supplicio dignus est. Comparatio enim statuitur maioris & minoris, in hunc finem. Si seruus qui imprudentia habitur, pœna: non effugit, quid fieri peruerso & rebelli, qui velut data opera imperium domini sui conculcat? Tenendum autem memoria est, qui regenda Ecclesiæ præfecti sunt, eos non ignorantia peccare, sed peruersè & impie fraudare Dominum suum. Hinc tamen generalis doctrina colligi debet, frustra ad ignorantia patrocinium confugere homines vt se à reatu liberarent. Nam si hoc iuris sibi vendicat mortalis homo, vt de sua voluntate seruos velit inquirere, ne quid temerè vel confusè domi geatur: quād maior Filio Dei debetur autoritas, vt quicunque illi ministrant, solicite doceri cupiant de eius mādatis: nō prorumpēt suo arbitrio ad incertas operas, sed toti pendent ab eius nutu? præsertim quum nobis præcepit quid agendum esset, ac benigne rogantibus semper respondeat. Ceterum est ignorantiam nostram supinac crasque negligientia semper esse comitem. Frustra quidem hoc asylum captari videmus, Qui ne sciens errauit culpa vacare: quum ex adulero pronuntiet cælestis iudex, quanvis tales lapsus leuior casigatio maneat, non tam proflus impunitos fore, lā verò si ne ignorantia quidem excusat, quād horribilis vindicta consulto peccantibus impendet, qui contra conscientiam furiosè ruentes, Deum prouocat? Quare ut cuique vberior doctrina contingit, ita simul augeret pœna materia, nisi docilitas & obsequiū accedat. Vnde appetet quād putida sit & friuola eorum tergiuertatio qui claram Euangelij doctrinam hodie respuentes, tali peruvicacia Patrum insciāti obtendunt: quasi verò ad repellendum Dei iudicium sufficiat ignorantia clypeus. Ceterum vt errantium delictis parcatur, eandem veniam s̄p̄te peccantibus concedi minimè aquim est, quando aduersus Deum destinata malitia fecerint.

48 *Quicunque mulum.*) Altera circumstantia docet Christus grauius plectendos esse discipulos selectiores, si spreta vocatione, libicinose ad omnem licetiam se profitant: quia ut quisque præstantior est, ita plus sibi commissum est gitare debet, atque hac quidē lege vt reddenda sit cōlitratio. Quare ut quisque nostrū maioribus donis excellit,

excellit, nisi tanquam ager majori impensa excultus prouentum vbertorem Domino afferat, magno illi constabit vel inutiliter suppetit gratia vel profanatae abusus.

49 Igne veni mi.) Ex hac clausula facilè conicitur hunc vnum ex postre. nis Christi sermonibus fuisse, nec suo tempore a Luca fuisse narratum. Sensus autem est, summam mundi perturbationem adiectam esse à Christo, ac si calum terra misere re velet. Nam metaphorice Euangelium igni confirmatur, quia violenter rerum faciem mutat. Quum itaque falsò putarent discipuli quietis & dormitibus venturum esse Dei regnum, terribile incendium opponit Christus, quo prius orbem flagrare oportet. **Quia** autem iam tunc apparebant primor di, hinc discipulos animat Christus, quia sentiunt præsentem Euangeli virtutem. **Quia** tamen summi seruere incipient magni motus, ad eò vos ex pauci, cere non decet ut sit hæc potius bona fiducia materia: ego quidem hunc operæ meæ fructū exare gaudeo. Hoc idem nunc ad te trasferant omnes Euangeli munitioni oportet, ut turbato mundo alacritas ad officium suum incombant. Norandum perro est, eodem doctrina igni(dum promi-

scue ardet) consumi paleas & stipulas, aurum vero & argentum purgari.

50 Sed Baptismo nabo baptizari.) His verbis extreum tibi actum restare alerit Dominus, vt sua morte renouationem mundi consecret. Quia enim formidabilis erat illa cuius meminit cōfusio, terroris etiam plenum illud humani generis incendium, primitias mox in sua persona offendendas esse docet, ne deinde graue sit discipulis parte in aliquam sentire. Mortem (sic ut alibi) Baptismo comparat, quia carnis interitu submersi ad tempus filij Dei in vitam paulo post resurgent, vt mors nihil aliud sit quam per medias aquas transitus. Dicit autem se angustus constringi donec baptismo isto defunctus sit, quos singulos nostrū suo ex ample tam ad subcundam crincem quam ad mortem oppetendam erigat. non quod naturaliter morte in opere quisquam possit, vel ullam inclinationem praesentis status: sed quia dum certius in veteriore ripa cælestem gloriam beatam & immortalem quietem, earum desiderio non solum patienter mortem subimus, sed cupidè etiam rapimur quod fides & spes nostrahunt.

M A T T H . XXV.

1 Tunc simile erit regnum celorum deum virginibus, que sumptis lampadibus exterunt in occursum sponsi.

2 Quinque autem ex eis sunt futuæ, & quinque prudentes.

3 Que erant futuæ, accepti lampadibus suis non sumperunt oleum secum:

4 Prudentes vero sumperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.

5 Tardante vero sponsi, dormierunt omnes: ac dormierunt.

6 Porro medio noctis clamor factus est, Ecce sponsus venit: exite ubi am ei.

7 Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & apparauerunt lampades suas.

8 Fatua autem prudentibus dixerunt, Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostre extinguuntur.

9 At responderunt prudentes, dicentes, Nequaquam: ne non sufficiat vobis & nobis: sed ite potius ad eos qui vendunt, & emite vobis ipsiis.

10 Porro dum irent emptum, venit sponsus, & quæ paratae erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, clasfaque est iuxta.

11 Postea vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis.

12 Ille respondens ait, Amen dico vobis, non noui vos.

13 Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam in qua Filius hominis veniet.

M A R C . | L V C .

Quanquam eodem fere tendit hæc exhortatio quo superior (vt patet ex clausula) proprieta men addita est vt fideles ad perseverantiam confirmet. Nouerat Dominus quam pro, ena sit ad mollitatem hominum natura, atque vt plurimum fieri non modo vt languescant longo temporis traectu, sed subito fastidio deficiant. Hunc morbus vt corrigeret, discipulos non probè nuntios esse docuit, nisi tolerantis in longum tempus illis suppetat. Vbi cognitus fuerit hic parabolæ finis, non multum in minutis argutiis laborandum erit, que nihil faciunt ad Christi mentem. Multum se tormentum quidam in lucernis, in vasis, in oleo, atque simplex & genuina summa est, nō sufficere alacre exiguæ temporis studium, nisi infatigabilis constantia simul accedat. Hoc autem aptissima simili-

tudine exprimit Christus. Paulo antè hortatus fuerat discipulos vt per obscura loca & caliginosæ iter facturi lucernis instruti essent: sed quia nisi oleum suggeratur, paulatim arescit lucerna elly chinum, & lumen suum amittit, iān dicit Christus assidua virtutis subinistratio opus habere fideles, q. & lumen in eorum cordibus accensum foreat, alioquin fore vt in medio spacio deficit eorum alacritas.

1 Simile erit regnum celorum.) Hoc nomine status futura Ecclesia intelligitur, que Messiae auspiciis colligenda erat. Taut insigni autē elogio data opera virtutis, ne falso beatæ perfectionis commento se decipiant fideles. Porro similiter ex communis vita vnu sumpsit. Puerilis enim Hieronymi & similius fuit speculatio, qui hoc ad virginitatem

tis laudem traxerunt : quum nihil aliud Christo fuerit propositum quam tamen in mortali leuare quæ ex mora sui aduentus concipi poterat. Dicit igitur nihil se à nobis exigere quāam quod vulgo amicis præstari solet in solenni ritu nuptiarum. Vt autem receptum erat ut virgines (quæ tenetæ sunt ac delicatae) sponsum honoris causa in thalamum dederent. Ceterum in eo veritut summa parabolæ quod non satis est ad officium semel accinctos fuisse, & paratos, nisi ad finem vñque dum remus.

2 Quinque prudentes.) In fine proximi capituli peculiariter Dominus sapere volebat economos: quia æquum est ut quo quisque plus oneris sustinet, & in arduis negotiis versatur, eo prudentius se gerat. nunc autem ab omnibus Dei filiis prudenter in genere requirit: ne scilicet inconsideratè ruendo, Satanæ in prædam se exponent. Hanc verò prudentiæ speciem designat, ut necessariis subsidiis se instruere current ad peragendum vitæ cursum. Tépus enim quanvis breue, pro impatientiæ nostræ feruore nimis diu protrahi videtur: deinde ea est nostra inopia, quæ subsidiis in singula momenta cgeat.

5 Tardante autem sponso.) Quod dormitio à quibusdam in malam partem trahitur, quasi fideles vñ cum aliis cordiaæ se dedant, & indormiāt vanitatibus seculi, à Christi mente & parabolæ contextu proflus alienum est. Probabilius esset de morte accipere, quæ fideles occupat ante Christi aduentum. neque enim nunc tantum expectanda nobis est salus, sed vbi vita defuncti in Christo quiescimus. Ego tamen simplicius accipio de negotiis terrenis, quibus implicari fideles necesse est quandiu in carne habitant. Et si autem nunquam obrepere illis debet regni Dei obliuio, non tamen solum incepit confertur occupationum huius mundi distractio. Neque enim sic intenti esse possunt in Christi occursum, quin eos vel distrahit, vel retardat, vel implicant variae curæ. Vnde fit ut vigilando, ex parte dormiant. Quod ad clamorem spectat, metaphorice positum esse interpres pro subito aduentu. Scimus enim, quoties novum aliquid & inopinatum accidit, solere homines tumultuari. Clamat quidem Dominus quotidianè breui se venturum: sed tunc tota mundi ma-

china resonabit, & terrifica maiestas sic implebit celum & terram, ut non modò sopitos expergescat, sed mortuos educat è sepulchris.

8 Fatus autem prudentibus.) Hic taxatur sera eorum penitentia qui suos defectus non ante sentiunt quam dum præclusi est remedii ianua. Nam ideo stultitia dominatur qui sibi in longum tempus non prouident, quia securè in sua cœlestis sibi placent, ac mutuæ communicationis tempus sic prætereunt ut contemnant oblata auxilia. Quia ergo tempestiuè de comparando oleo non cogitant, Christus nimis seram notitiam deridens, quas stuporis sui penas daturi sint ostendit, quod scilicet vacuos se & aridos sine profectu animaduertent.

9 Ne sufficiat nobis.) Scimus ideo variè distribui à Domino sua dona cuique ad propriam mensuram, ut mutuò alij alios iuuent, & conseruant in commune quod apud singulos depositum est. atque hoc modo sacram in Ecclesia membrorum connexionem faciunt. sed hic tempus notat Christus quo sublati sarcinis ad suum tribunal omnes vocabit, ut reportet quisque prout in corpore suo gesserit. Meritò itaque quam quisque acceptæ gratiae partem sibi reposuit, viatico comparat, quod pluribus non sufficeret. Proinde quod mox subicitur, *te & emite vobis*, non admontio est, sed exprobatio, hoc sensu, Fuit antehac emendi temporis, quod à vobis negligi non oportuit: prostatbat enim tunc oleum venale, cuius recuperandi ablata est facultas. Quanquam hinc stultè inferunt Paupera, virtutibus nostris vel industria acquire per seuerantia donum. Nam in verbo emendi nequaquam premium notatur: sicut ex Iesu clarè patet, vbi Dominus nos ad emendum invitans, nullam compensationem flagitat, sed in promptu se vnu & lac habere dicit quod gratuitò donet. Ergo nō alia est comparandi ratio quām vt fide recipiamus quod nobis oblatum est. Tandem sequitur ianua regni cœlestis omnibus male prouidis clausum iri, quia in medio cursu defecerint. Neque enim hic scrupulosè querendum est quonodo emendi gratia profectas suisstas virgines dicat Christus: quia non aliud significat quām omnes ab ingressu cœlorum ardentes esse qui in ipso articulo parati non fuerint.

11a.15.4.ii

M A T T H. XXV.

31 Quum autem venerit Filius hominis in gloria sua, & omnes sancti Angeli cum eo, tunc sedebitis super sedem gloria sua.

32 Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos alteros ab alteris, sicut pastor segregat oves ab haeridis.

33 Et statuet oves quidem à dextris suis, haeridos autem à sinistris.

34 Tunc dicet Rex Iesu qui à dextris sibi erunt, Venite benedicti Patris mei: posidete regnum paratum vobis ab exordio mundi:

35 Esuriui enim, & deditis mihi edere: sitiui, & deditis mihi bibere: habessem etiam, & collegistis me:

36 Nudus, & operiuitis me: infirmus, & visitasti me: in carcere eram, & venisti ad me.

37 Tunc respondebunt ei iusti, dicentes, Domine, quando te viderimus esurientem, & pauprem: aut scientem, & dedimus tibi potum?

38 Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nundum, & cooperimus te?

39 Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te?

M A R C. L V C. XXI.

37 Docebat autem interdiu in tēplo noctu verò exiēt diuersabatur in monte qui vocatur Oliuarum.

38 Et omnis populus diluculo veniebat ad eum, ut in templo cum audiret.

40 Et respondens Rex dicit illis, Amen dico vobis, quatenus fecisti unius de his fratribus meis minimis, mihi fecisti. (tus est tabolo & angelis eius.)

41 Tunc dicit & ius qui à sinistis erunt, Discedite à me maledicti in igne eterno, qui para-

42 Esurii enim, & non dedisti mihi cibum, sitiui, & non dedisti mihi potum.

43 Hostes eram, & non collegisti me nudus, & non operiasti me: infirmus & in carcere eram & non visitasti me.

44 Tunc respondebunt ei & ipsi dicentes, Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitiensem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, tu in carcere, & non ministrauimus tibi.

Prosequitur Christus eandem doctrinam, & quod prius descriptum sub parabolis, nunc plane & sine figuris explicat. Sūma elyt se fideles ad sancte re-
et que viuedi studiū animēt, debere fidei oculis ad caelestē vitā respicere, quæ nunc abscondita, ultimo tāde Christi aduentu patefiet. Nam quum pronuntiat se tunc scelūrum in folio gloria sua, vbi cum Angelis venerit, hanc ultimā revelationē oppositū cōfūsū & incōpositū terrenū militię agitationibus acsi dixit, se non ideo apparuit ut statim cōstitueret regnū suū: itaque Ipse & patientia opus esse, ne discipulos mora lōgior debilitet. Vnde colligimus hoc rūsus esse additū ut discipuli exēpto errore prēsentis & subīta felicitatis, mentes suas suspenderent vīs, ad secundū Christi aduentum: interea eius absentia nō conciderent nec labaserent: ideo tunc deinde se Regis nomine insignē fore dicit. Nā celi regnum suum auspicatus est in terris, & nunc ad Patris dexterā sedet, ut summo imperio gubernet cælum & terram: nondum tamen erectum est in hominum conspectu solum illud, vnde Diuina eius maiestas lōgē plenius quam nunc vlti no die fulgebit. Tunc enī constabit solidus effectus eius gloria quam nunc fide tantū in gustamus. Sedet ergo nunc Christus in folio cælesti, quatenus ad frānandos hostes ac tuendam Ecclesiam ipsum regnare necesse est: sed tunc palam & perfectum ordinem stabiliat in cælo & terra, ut hostes suos prostrerat sub pedibus suis, ut fideles suos colligat in societatem eternā & beatā vitā, tribunal consendeat: denique tūc re ipsa patebit: quorūsum illi datum sit à Patre regnum. Dicit Se venturum in gloriasua: quia dum veritas est in terris mortalis homo, sub contemptu serui habitu iacebat. Et gloriam vocat suam, quam alibi Patri suo tribuit, eodem sensu: similiiter enim Diuinan gloriam intelligit, quia tunc lucebat in solo Patre, quem in ipso esset abscondita.

52 Et congregabuntur.) Amplius & magnificis elegiis regnum suum extollit, vt aliam felicitatem sperare discant discipuli quam animis conceperant. Nam hoc unum illis sat is erat liberari genitum suum à miseriis quibus tunc oppressa erat, vt constaret Deū non frustra fecit suum peccigile cum Abraham & eius posteris. Christus vero lōgius extedit redēptionis per se allatae fructū: quia totius mundi futurus sit iudex. Deinde ut si deles ad piē viuedū hortetur, negat illā promissū cōmūnē fore bonis & malis: quia mercede quę vtrisq. reposita est, fecū afferet. In summa tūc ritē cōpositū fore regni sui statim pr̄ natūrā vbi iusti adepti s̄ erint coronā gloriae, ne prebis verò premiū quod meriti sunt, solutū fuerit. à qua in illū vīque diē differtur separatio hōdorū ab agnīs, significat nūc sceleratos sanctis & probis es se permīstos, vt viuant vna in eodē gregē Dei. Ac videtur cōparatio hac ac Ezechiele sumpta esse, vī: Dominus de hōdorū petulātia conqueritur, qui & cornibus impertunt miserias oues & pascua corrūptū, & aquā cōturbāt: s̄ eq. vindicē fore aſcrit. Quare huc tendit Christi sermo, ne fidelibus

nūmis acerba sit sua cōditio, tūc nūc cogantur cū hōdīs agere, imō duros ab illis insultus & molestias suffineant: deinde vt libi caueant ne ipsos quoque inficiat vītorū contagio: tertio, vt Iciant pīe & innoxie viuedo, se operāti non ludere, quia tandem apparebit discriminē.

24 Venite benedicti.) Tenendum memoria est Christi cōlūm: vult enim suos discipulos nūc spe cōtētos esse, ut caleatis regni fruitionē patienter & quiete animis expectēt: deinde vult eos ferō emīti, nec fatigari rectō cursu. Ad hoc posterius mēbū refertur q̄ celorū hāreditatē nō aliis promittit nisi qui bonis operibus ad palmā supernā vocationis cōdēntur. Sed antequa de pīxiō bonorū operū distera, obiter ostendit ex altore sōte manare salutis initū. Nā benedictos vallis vocando, admonet ex gratiā Dei laudē eōrū profectā. Nā Hebreis tatuē valet benedictus Dei ac Deo chārus vel dilectus. Aude q̄ nō hueles modō hac loquēdi forma vīs sunt ad celebrādā Dei gratiā in hominibus, seu q̄ a vera pietate degeneres erāt, hoc tamē principium adhuc tenērunt. Ingredere benedictē Dei, dicebat Lubā seruo Abrahā. Videamus dictū fuisse. Iiis euagīū à naturā, quo acceptā Deo referēt bonorū om̄niū nūlā laudē. Quare nō dubiū est quin Christus salutē pīorū describēs, a gratiā Dei amērū incipiat, quo pīadēfīnatū fuit ad vitā qui duce Spiritu in hac vita ad iustitīā aspirat. Eodē etiam pertinet quod dicit paulo pōlū, paratū illis ab initio nūdi esse regnū in cuius possessionē ultimō die mittētur. Quanvis n̄ excipere pīoptū sit, repotiam fuisse mercede futuri eorū meritis: si quis tan. en sine contētione verba expendat, tatebitur tacitā esse cōmendationē gratiā Dei. Quātū Christus non simpliciter ad possīdendū regnū moxit, tē fideles, ac illud suis meritis adepti forent: led di ferte ex pīmit tanquā hāreditib⁹ dari. Notā: dus tamē est alter lūs in quem Dominus respxit, quāuis n̄ pīorū vita nihil aliud: ut quā mīlērū ac trīte exilium, vt vīs terra eos suffineat: quāuis sub dura inopia, sub probris & aliis arānis laborent: vt fortī & alacri animo superēt hēc obīscula, testarū Dominus paratū aliis illis esse regnum. Est nō vulgaris exhortatio ad paternā, dū certo persuasi sūt homines nō tristia le tende. Ergo ne impiorū superbia, in qua nūc existant, animos nostros denciat, ne et ā spēm nostrā debiliter propriā miseriā, nobis fūc̄ er in mīnētem veniat hāreditas quæ nos in cælo manet: quia nō ex dubio aliquo eventu pīdet, sed antequam natī elemeus, nobis Diuinit̄ parata est. Līco autem, singulis elecītis, quia hī Christus benedictus Patris compellat. Cæterū quōd hīc tantū Ab exordio mundi paratum fuisse regnum dicitur, al. bi verō, anē celi & terra & creationē, in eo nihil est absurdū. Neque enim hic Christus pīcētū temporis pīfigit, quo vitā eternā hāreditas destinata hī filiū Dei, sed tantū ad paternā Dei curam nos reuocat, quia nos cōplexus est antequam natī essemus: & Ipeī nostra certitudinem inde confirmat, quōd vitam nostrā turbulentē

Gen. 34. 6.

mundi agitationes labefactare nequeant. *Esortiu.*
Si huc disputatio esset de salutis nostra causa, non male colligeret Papista, nos bonis operibus vita eternam mereri, sed quoniam nihil aliud propositum sit Christo, quam suos ad bene recteque agendi studiumhortatis perperam ex eius verbis elicetur quid valeant operum merita. Quod in causali particula insistunt, infraenum est: scimus enim non causam semper, sed consequentiam potius notari, quam vita eterna iustus promittitur. Quoniam alia est clarior solutio, neque enim bonis operibus mercede promitti negamus, sed gratuitam, quia ex adoptione penderit. Gloriatur Paulus sibi deposita esse coronam iustitiae, sed unde illi fiducia, nisi quis Christi membrum erat, qui vincus est heres regni caelestis? Reddendum sibi a iusto iudice predicit coronam illam: sed unde illud premium, nisi quia & gratis adoptatus est, & iustitia donatus qua sumus omnes vacui? Hec igitur duo tenenda sunt, vocari fideles ad possessionem regni caelestis, bonorum operum respectu, non quia illud promeriti sunt operum iustitia, vel quod sibi eius acquirendi fuerint autores: sed quia Deus iustificat quos prius elegit. Deinde quoniam duce Spiritu ad studium iustitiae apparet: quia tamē Legi Dei nunquam satisfaciunt, nullā illis mercede deberi, sed mercede vocari quod gratis donatur. Ceterū non enumerat Christus omnes pīas & sanctas partes: sed tantum exempli gratia quadam charitatis officia attingit, quibus testamur nos Deum colere. Ehi enim hominum charitati praecepsit Dei cultus, ideoque potior est fides & invocatio quam eleemosynæ: meritò tamen Christus testimonia vera iustitia in mediū producit quæ magis apparent. Siquis contemptu Deo, tantū beneficis est erga homines, nihil illiprodesset talis misericordia ad Deum placandum qui interea iure suo fraudatus est. Christus ergo iustitia summā in eleemosynis minimè statuit, sed tanquam à signis notioribus ostendit quid sit pīe & iuste vivere: vt certè fideles non tantū ore profiterentur, sed seruis exercitiis probant Deum se cole re. Quare fanatici homines præpostere, huius loci prætextu, tū ab auditu Verbi, tū à sacræ Cenæ vī, & reliquis spiritualibus exercitiis se subducunt: quia eodem colore & fine, & crucis toleratiæ, & preces, & castitatem abiurant. Atqui nihil minus voluit Christus, quam vivendi regulâ quæ continetur duabus Legis tabulis, restringere ad secundam Tabulæ partem: Stulte etiā Monachi & similes tabulæ lex opera misericordia sibi finxerūt: quia Christus non plura cōmemorat. Quasi verò non ipsiis quoque pueris perspicuum sit, per synedochen laudari omnia charitatis officia. nam cōsolari incertos, iniustos oppressis succurrere, consilio iuuare simplices, eripere miseris è fauciibus luporum, misericordia est non minor laude digna quam nudos vestire, vel pascere famelicos. Ceterū etiā Christus charitatē nobis cōmendans, officia que pertinent ad Dei cultum non excludit: admonet tamen suos discipulos, hanc fore legitimam sanctæ vitæ probationem si se in charitate exerceant, secundum illud Prophetæ, Misericordia volo & non sacrificium. Quia scilicet hypocrita, quam auari sint, & crudelis, & fraudulentis, & rapaces, & superbi: fallaci tamē cæmoniarum populi sanctimoniam simulat. Vnde etiam colligimus, si cupimus summo Iudicii probari vitam nostram, non esse vagandum in nostris figuramentis, sed potius spectandum quid ille præcipue à nobis exigat. Nam quicunque ab eius pre-

ceptis discesserint, quantumvis sudēt ac se mace rent in ficticiis operibus, vltimo tamē die hoc tāde audient, Quis hæc quæsuit è manibus vestris?

37 *Tunc respondebunt.*) Inducit Christus iustos dubitantes, qui tamē non ignorant eum sibi expensum ferri velle quicquid hominibus tribuitur. Sed quia hoc non ita penitus infixum est corū animis ut decebat, ideo per hypotyposin representat. Vnde enim sit ut ab beneficētiā adeō tardus simus ac remissi, nisi quia cordibus nostris verē non infidet illa præmissio, cum sc̄nōre olim à Deo repensum iri quod pauperibus largimur? Huc ergo tendit admiratio quam hic ponit Christus, vi discamus supra captiuū carnis nostra asurgere, quoties fidem opēaque nostram implorant miseri fratres, non contempti hominis asperetus beneficētiā nostram retardet.

39 *Amen dico vobis.*) Sicuti nuper sub figura docuit Christus, sensum nostrum nōdum capere quanti ipse æstinet charitatis officia: ita nūc aperte pronuntiat se accepta nobis latrū quæcumque in suos impenderimus. Nos verò plusquam locores esse opotet, nisi ex visceribus nostris in sericordiā exprimat hæc sententia Christum vel negligi, vel coli in eorū persona qui auxilio nostro indigent. Itaque quoties ad miseris iuādos pigresemus, veniat nobis Filius Dei ante oculos cui aliquid negare immane sacrilegiū est. His etiā verbis ostendit, ea se deimū beneficia agnoscere quæ gratis nullo præmij intuitu præstata fuerint. Et certè quoniam famelicos, & nudis, & hospitibus, & captiuis bene fieri iubeat, à quibus nulla sperari potest mutua cōpēsatio, in ipsū respicere necesse est, qui se nobis spōte obstringit, & quod aliqui perditū videri posset, in rationes suas patitur referri. Solos autē fideles nominat hic cōmendat: non quia velit in totum alios spēni, sed quia ut quisque proprius ad Deum accedit, ita nobis clarior esse debet. nam etiā cōmune est societas vinculum inter omnes filios Adā, sanctior tamen filii Dei inter se est coniunctio. Ergo quia fidei domesticos extranei preferre conuenit, peculiariter eos nominat Christus. Quanquam autē illi proposūtūtuit, diuites & qui facultatibus polent ad leuandam stratum inopiam amare, hinc tamen ad miseris & inopes non vulgaris reddit consolatio, quod licet probrosi sint, & abiecti cotram mundo, non fecus tamen Filio Dei pretiosi sunt quam propria membra. Et certè fratres appellans, incredibili eos honore dignatur.

41 *Discedete à me maledicti.*) Nunc ad reprobos descendit, quos ita inebriat caduca sua prosperitas, vt se perpetuō beatos fore sōnient. Denuntiat ergo se illis venturū iudicē, qui delicias excutiat in quibus nūc sūt demersi: nōq; terrorē illis iniiciat Christus aduentus (qui sibi videntur pacum habere cū morte, & securitatis callū sibi obducūt) sed vt de horribili corū extiō admoniti fides præsentē illis sortē nō inuidēant. Nā vt nobis necessariæ sunt promissiones, quæ ad rectē viūēti studiū nos incitent atque erigant: & mina viciſſim, quæ nos contineant in sollicitudine & metu. Docemur ergo quām optabile sit coniungi Filio Dei: quia eternus interitus & ignis tormentum eos omnes manet quos à se reiiciet vltimo die. Iubabit autem tūc à se discedere impios, quia multi hypocrita perinde nūc sunt iustis permisisti ac si propinquā illis est cum Christo affinitas. Porro alibi diximus, Ignis nomine metaphorice ad umbra-

*Iust. 10. g. 11.
Iust. 65. g.
14.* umbrati pœnæ atrocitatem, quæ sensu nolto nō comprehenditur. Quare supervacuum est subtilius cum sophistis inquireti de huius ignis vel materia vel forma, nam eadem ratione de verme dispergandum esset, quem Iesaias igni coniungit. Adde quod idem alio loco satis declarat metaphoram esse loquitionem: quia Spiritum Dei flabello comparat, quo ignis accenditur: & sulphur quoque admittetur. Quare sub his vocibus futurum in reprobos Dei vindictam concipere oportet, quæ omnibus tormentis grauior potius horrorem incutiat quæ noscatur. Ceterum notanda est ignis perpetuitas, sicuti gloria quæ nuper fidibus promissa est. *Qui paratus est diabolo.* Diabolum sibi Christus opponit, tanquam reproborum omnium caput. Etsi enim diaboli omnes sunt Angeli apostatae, multi tamen Scriptura loci principatus viii deferunt, qui sub se impios omnes, veluti in unum corpus, ad interitum colligunt: sicuti fideles in vitam sub Christo simul coalecent, & sub eodem crescunt, donec perfectione inadepsi, solidè per ipsum Deo coherent. Nam vero dicit Christus gehennam diabolo patenti esse, ne se impij eam effugere posse confidant, dum autem in idem supplicium cum diabolo se constringi, quem certum est sine villa spe liberationis, gehenæ pridem mancipatum esse

& addictum. Quanquam autem per Angelos diaboli, quidam homines impios intelligunt, magis tamē probabile est de solis dæmonibus Christū loqui. Atque ita sub his verbis subest tacita expressio, quod homines ad spem salutis per Evangelium vocati, cum Satanā pertine maluerint, & rectio salutis authore in hanc miseram sortem sponte se coniecerint. non quod minus ipsi ad existimatum destinati sint quam diabolus; sed quia in eorum scelere palam appetit exitum: causa, dum vaccinationis gratiam repudiunt. Quanvis itaque arcano Dei iudicio reprobri iam antequa nascatur mortali deuoti sint, quandiu tamen offertur illis vita, non censentur mortis heredes, vel Satanæ socij: sed ab incredulitate emergit ac detegitur eorum perditio, quæ prius abscondita erat.

44. *Tunc respondebunt & ipsi.)*Eadem hypothesis qua ante vſus fuerat Christus, nunc quoque repetitur: ut sciunt reprobri nihil sibi ultro die profuturos inanes praetextus quibus se nunc decipiunt. Vnde enim tam crudelis superbia in pauperibus, nisi quia impunè se putant eos contemnere? Ergo ut tales blanditias illis excutiat Dominus, olim (sed nimis serd) sensuros admonet quod nunc reputare non dignantur: qui nunc scilicet tam abiecti videntur, Christo non minus pretiosos esse quam propria membra.

M A T T H. XXVI. .

1 *Et factum est quum consummasset Iesu omnes hos sermones, dixit discipulis suis,*

2 *Sicut quid post biduum Pascha sit: Filius hominis traditur ut crucifigatur.*

3 *Tunc congregati sunt principes Sacerdotum, & Scribe, & Seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphæ.*

4 *Et consilium inierunt ut Iesum dolo caperent, & occiderent.*

5 *Dicebat autem, Non in die festo, ne tumultus fiat in populo.*

6 *Quum autem Iesu esset Bethanie, in domo Simonis leprosi,*

7 *Acedit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosum, & effudit super caput ipsius recumbentis.*

8 *Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes, Ad quid perditio haec.*

9 *Potuit enim istud unguentum vendari magno, & dari pauperibus.*

10 *Hoc autem cognito, at illis Iesus, Quid molesti estis mulieri? opus enim bonum operata est erga me.*

11 *Nam semper pauperes habetis vobiscum; me vero non semper habetis.*

12 *Quod enim hac unguentum hoc misit super corpus meum, ad sepelendum me fecit.*

13 *Amen dico vobis, ubiunque predicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, narrabitur etiam in eius memoriam quod ipsa fecit.*

M A R C. X I I I I .

1 *Erat autem Pascha, & Azymorum dies futuri post biduum: & quarebant sacerdotes & Scribe quomodo eum per dolum comprehensum occiderent.*

2 *Dicebant autem, Non in die festo, ne tumultus fiat populi.*

3 *Et quum esset Bethanie in domo Simonis leprosi, accubente eo, venit mulier habens alabastrum unguentum nardi pisticæ pretiosæ: & comminuto alabastre effudit illi in caput.*

4 *Erant autem quidam qui indigni rentur apud se, ac dicentes, Ad quid perditio hec unguenti?*

5 *Nam poserat hoc vendi pluris quam trecentis denariis, ac dari pauperibus. Et infremuerunt aduersus illam.*

6 *At Iesus dixit, Sinite illam: cur illi molesti estis? bonum opus operata est erga me.*

7 *Semper enim pauperes habetis vobiscum, & quandocumque volueritis, potestis illis benefacere: me vero non semper habetis.*

8 *Quod habuit haec fecit: preuenit ut ungeret meum corpus ad sepulturam.*

9 *Amen dico vobis, ubiunque predicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, etiam hoc quod fecit haec, dicitur in memoriam ipsius.*

L V C. XXII.

1 *Instabat autem dies festus Azymorum qui dicitur Pascha.*

2 *Et quarebant principes Sacerdotum, & Scribe quomodo eum interficerent. timebant enim plebem.*

Nunc rursus confirmat Christus quod discipulis aliquoties fuisse ab eo prædictum vidiimus: sed hæc vltima prædictio clarus ostendit quām voluntarius se ad mortem offerret: idque necesse fuit, quia nisi obedientia sacrificio placari Deus non poterat. Similiter etiam occurrere scandalo voluit, ne discipuli, necessitate coactum trahi ad mortem putantes, desicerent. Ita duplex fuit huius sententia: vñs: primo ut testatum fieret, sponte ad mortem Filium Dei descendere, vt mundum reconciliaret Patri (quia neque alter expiri poterat scelerum reatus, vel acquiri nobis iustitia) deinde non mori tanquam violentia oppressum, quām effugere non posset: sed quia vltro se morti obuceret. Pronuntiat igitur se consolè Hierosolymam venire, vt mortem illuc oppetat, nam quum liberum esset retrocedere, & in tuto recessu transigere tempus illud, in ipso articulo sciens ac volens procedit in mediū. Quām autem nihil tunc discipulis profut de obsequio quod Patri præstabat esse admonitus, postea tamen hac doctrina non vulgariter æstheticata fuit eorum fides. Sicut etiam hodie non mediocris inde vtilitas ad nos reddit: quia tanquam in viuo speculo proponitur nobis spontaneum sacrificium, quo delecta sunt omnes mundi transgressiones & filium Dei, alacriter & intrepide ad mortem pergendo, iam mortis victorem conspiciimus.

3 Tunc congregati sunt.) Non intelligit Matthæus in ipso biuio fuisse congregatos: sed hanc historiam inserit, Christum non humanitus edictum fuisse vt diem mortis sua pñxigeret: quibus enim coniecturis huc adduci potuit, quum ipsis hostibus in animo esset ten. pus differre? Senis ergo est, Spiritu Propheticō loquutum esse de morte sua, quum nein suspicari posset tam propè instare. Porrò Iohannes exponit quia de causa conuentu in hunc habuerint Scriba & Sacrifici: quia scilicet ina or in dies populi concursus ad Christum fieret. Ac tunc quidem horratus Caiphæ decretum fuit è medio toilendū m̄ esse, quia nisi morte extinctus vinci non posset: sed non visa est matura opportunitas, donec præterito die festo dilapsa esset turbā. Hinc colligimus quantumvis famelici illi canes inharent Christi morti, inq; quantumvis rabiosè ad eam se proriperit, fuisse tamen arcano Dei fræno constrictos, vt nihil eorum confilio vel arbitrio actum sit. Quantum in se est expectant aliud tempus: Deus verò ipsis nolentibus horam accelerat. Ac magnopere nostrā refert hoc tenere, Christum non hostium suorum libidine temere abruptum fuisse ad mortem, sed Diuinitus adductum: quoniam in eo fundata est propitiationis fides, Deo litatum esse ei victimam quam ab initio ordinaverat. Ideoq; voluit isto die Pascha Filium suum immolari, vt vetus figura vñco aeterna redēptionis sacrificio cederet. Quibus nihil aliud erat propositum quām Christum obruere, tempus aliud inq; idoneum vñsum est: at Deus, qui eum expiādis peccatis in victimam destinauerat, diem proprium elegit, qui corpus vñbra sua coniunctim opponeret. Vnde nunc quoque clarus nobis resulget passionis Christi fructus.

6 Quum esset Bethania.) Quod nunc Evangelista narrat, paulo ante acciderat quām

Christus Hierosolymam veniret, sed hic temporis inseritur, vt sciamus quānam repente occasio Sacerdotes ad festinandum impulerit. Christum aperta vi aggredi non audebant: dole autem op̄primere non adeo facile erat. Nunc dum insperata ratio à Iuda præter spem offertur, ipsa agendi facilitas ad alius contum eos rapit. Quod autem Iohannes in hac historia paullum à Matthæo & Marco diverlus est, facile diluitur absurditas, quā interpretes quosdam perpetram induxit ut aliani historiam esse fingent. Nomen mulieris quā Christum vñxit, quod duo nostri Evangelistæ subtinet, à Iohanne exprimitur. Hominis verò qui Christum conuiuio exceptit nulla fit mentio, quum diserte commemorent Matthæus & Marcus eum tunc apud Simonem leporum cœnasse. Quod autem Iohannes dicit vñctos fuisse pedes, nostri autem caput, in eo nulla est repugnantia. Scimus certè vnguentu non fuisse projecta ad pedes: sed quum solito vberior copia tunc effusa esset, Iohannes, amplificandi causa, pedes ipsos rigatos fuisse tradidit. Marcus etiam referit, factio alabastro totum vnguentum fuisse super caput effusum. Quare op̄timum conuenit vñque ad pedes fluxisse. Ergo hoc fixum maneat, candem ab omnibus historiis referri.

8 Videntes discipuli.) Hoc quoque Evangelistis non est insolitum, quod ab uno autore profectum est, pluribus tribuere, si illorum consensus acceperit. Iohannes a Iuda Christi proditore ortum fuisse murmur dicit, Matthæus & Marcus discipulos omnes simul cum eo inuoluunt: nempe quia nein ex aliis obstrepare vñquam aufus fuisse, nisi impia Iuda obrectatio instar facis eos accidisset. Vbi autem speciosi colore cœpit ille damnum superfluum impensam, facile ad omnes peruersit contagio. Atque hoc exemplo decemur quantum periculi sit à malignis & virulentis linguis. Nam qui natura æqui sunt & candidi & modesti, nisi prudenter sibi caveant, finitris tamen sermonibus decepti, ad iniqua iudicia facilè labuntur. Quod si Christi discipulos leuis & stulta credulitas societate Iuda implicuit, quid nobis accidet, si susurrantes, quibus recte facta maligne carpere solenne est, nimia facilitate admittimus? Altera etiam hinc colligi debet admonitio, ne temere pronuntiemus de re non factis convertita. Arripunt discipuli quod à Iuda dictum est: & quia pretextu non carcer, iudicium male præcipitant. Atque decebat tropius inquirere an reprehensione dignum esset factum præfertim quoniam adcesserat magister, cuius standum erat iudicio. Scimus ergo prepostere ferti sententiam nisi praecunte Dei verbo: quia nemo nostrum (vt docet Paulus) sibi vivit aut moritur, sed omnes si 1.10. sti oportet ad Christi tribunal, vbi reddenda e. 2.Cor.5.6. rit ratio. Quanquam autem inter Iudam & reli. 10. quos magnum fuit discrimen, quod ille peiſidle plausibilem fucum farto suo obduceret, alios autem impelleret stulta simplicitas: videmus tamen vt ipsos à Christo obductos sua imprudentia Iudea copulauerit.

10 Quid molesti es?) Mirū est cur Christus, cuius tota vita tēperantia & frugalitatis regula fuit & exemplar, immodiicū sumptū nunc probet, quē luxū & superuacis deliciis affinem fuisse apparet. Sed notādū est defensionis genus quo vitur. neque

neque enim mulierem recte fecisse pronuntiat, quā idem quotidie fieri velit: sed quod semel ab ea factum erat, Deo gratu: n̄ esse teletur, quia sic ob iustum causam fieri oportet. Quāquam ergo vnguenti viam Christus minime appeteret, hæc tamen illi vñctio propter circumstantiam placuit. Vnde colligimus, singularia quædam officia interduum probari Deo, que tamen in exemplum trahi non decet. Nec verò dubium est quin occulto Spiritu instinctu Maria ad Christum vngendum prosilierit: sicut certum est, quoties ad opus aliquod extraordinarium vocati sunt sancti, insolito motu fuisse impulsos, nequid nisi duce & rectore Deo tentarent. Nulum exitit mandatum quod Mariæ hanc vñctionem inungueret, nec sane opus fuit de opere uno legem praeterib: sed quia cælestis vocatio vñcum et ritus agendi principium, & à Deo respuitur quicquid à seip̄is suscipiunt homines, afflatus Spiritus gubernata tuit Maria, ut certa inducias Christo hoc officium præstaret. Ceterum hoc Christi responso non tantum defensa fuit mulieris vnius causa, sed asserta fuit sancta omnia in gloriatione, quibus sufficit sua opera Deo probari. Sæpe contingit non modo perstringi, sed palam quoque dannari iniustè pios homines, qui tamen sibi probè consicci sunt nihil se nisi ex Dei iussu ageare, atque hoc superbe & tributur, si peruersa mudi iudicia spernentes, sola Dei approbatione cōtentii sint. Quoniam hæc dura est tentatio, & fieri vix potest quin prauus multorum consensus nos percellat, tenenda est hæc doctrina, nullos vñquam ad bene agendum constanter fore animatos, nisi à solo Dei iusto penitentiam. Ideo Christus discrimen bonorum & malorum h̄c ad suū vnius arbitrium reuocat, nam quum bonū opus mulieris esse affirmat, quod iam damnatum erat à discipulis, hac voce compescit horum temeritatem, qui iudicandi licentiam sibi indulgent. Quare & nos hoc elogiosreti dicamus secūre floccipendere quicunque de nobis spargentur in munda rumores: modo sciamus, quod homines damnant, Deo probari. Sic Iesuas impius calumniis oppresius, Deum appellat spomenem. sic & Paulus ad diē eius prouocat. Discamus ergo non ultra hominum iudicis deferre quam vt nostro exemplo adficiantur in obsequium Dei: & quin magno strepitu mundus contra nos insurrexerit, hoc nobis solatium sufficiat, quod in terra maiori censetur, bonum è celo prouuntari.

1 Cor. 4. 4-3. 11. Pauperes semper habentis vobiscum.) Non defendit simpliciter Christus vñctionem vt eam imitemur, sed admonet Deo ob causam placere. Quod prudenter attendere cōuenit, ne vnā cum Papistis sumptuosos Deo cultus præposteriorē fingamus. nā quum audirent voluisse Christum vngi à Maria, putarunt suffitū, cœris, magnifico or-

natu, & similibus pōpis oblectari. hinc tantus in eorum cæteromis splendor: nec se legitimos Dei cultores fore contineant nisi in sumptibus profusi sint. Atqui hic clare excipit Christus, quod tunc seuel fieri voluit, sibi in posterum minime gratum fore. Nam quin pauperes semper in mundo fore dicit, inter quotidianum cultum distinguit, cuius vigore debet vñlus inter fideles, & illum extraordinarium, qui celſauit ab eius in cælum ascensu. Volumus pecuniam bene locare in vera sacrificia? pauperibus erogamus. nam se nobiscum esse Christus negat, vt externis pompis colatur. Scimus certè, adeoque fidei experientia sentimus, virtute & gratia spirituali nobis esse præsentem: sed visibilis nobiscum non versatur vt terrenos honores à nobis recipiat. Quare vefana est eorum obstinatio qui ludicras impensis inuitio & recusanti obtrudunt. Porro quod séper pauperes fore dicit, hinc colligimus non fortu: multos egere, sed certo Dei consilio nobis offerri in quibus se charitas nostra exerceat. Huius loci summi est, sicut Dominus n̄s & nostra omnia sibi dicari iubeat, non tamen quo ad se aīsum quā spirituale cultum exigere, qui nullis impensis constat: sed potius velle in pauperes erogari quæ stulte ad eum contendunt impedit superflusio.

12. Ad sepelendum me fecit.) Confirmat his verbis Christus quod diximus, preciosum vñguerunt non odore suo, sed tantum sepulturæ respectu gratum esse: quia scilicet hoc symbolo teatuum esse voluit odoriferum fore suum sepelchrūm vt vitam & salutem in totum mundum spirauit. Ideo apud Iohannein laudatur Maria quod vnguentum illud seruasset in diem sepulturæ. Postquam verò exitit solidi huius figuræ veritas & Christus è sepulchrō egrediens, in dominum vnam, sed totum mundum viuifico mortis suæ odore perfudit: puerile esset repetrere quod ratione & fructu careret.

13. Vbi cinq̄ue predicatum.) Honori fore hoc officium Mariæ prædicti, quia laudabitur Euangelij doctrina. Vnde colligimus, præmium operibus nostris statutum non ex hominum opinione, sed verbi Dei testimonio. Quod verò in t. to mundo honorificam eius memoriam fore dicit, hac co uparatione obliquè sivos discipulos perstringit: quia gentium omnium cōfensus apud exterios & in remotis mundi plagiis factum hoc laudabitur, in quo dannando tanto pere morolì fuerant ipsi domestici. Blandè etiam discipulos castigat Christus quia parum honorificè de futuro regno suo sentiant, sed interim hac voce testata fuit Gentium vocatio, in qua fundata est falsus nostra. Ceterum quomodo in toto mundo prædicandum Euangeliū fuerit, diximus cap. 24.

M A T H . XXVI.

14. Tunc abiit unus è duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes Sacerdotum, ad principes Sacerdotum.

15. Et ait illis, Quid vultis & pollicisti sunt ei pecuniam, ed mihi dare, & ego vobis tradanturos. Et quærebant quomodo oppor-

M A R C . XIII.

10. Et Iudas Iscariotes unus è duodecim abiit ad summos Sacerdotes ut proderet eum illis:

11. Quo auditio illi gauijisti?

L V C . XXII.

3. Intrauit autem Satanas in Iudam cui cognomen erat Iscariotes, vñ è duodecim.

4. Et abiit & loquatus est cum principibus Sacerdotum ac Magistratibus, quemadmodum illum traderet ipsiis.

dd. iii.

triginta argenteos.

16 Et ex eo tempore querebat opportunatatem ut eum traduceret.

17 Ceterum primo die Azymorum accesserunt discipuli ad lesum, dicens et, Vbi vis paremus tibi ad edendum Pascha?

18 At ille dixit, Ite in urbem ad quandam, & dicite ei, Magister dicit, Tempus meum propè est: apud te facio Pascha cum discipulis meis.

19 Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt Pascha.

20 Vespere autem factò discubuit cum duodecim.

12 Ac primo die Azymorum quum Pascha immolarent, dicunt illi discipuli sui,

vis ut eamus, ut paremus ut edas Pascha?

13 Et emittit duos è discipulis suis, & dicit illis, Ite in urbem, & occurret vobis homo by

dratam sc̄itilem aqua plenam baulans sequimini illum: 14 Et quoquaque ingrediens fuerit, dicite patris familiis,

Magister dicit, Vbi est dinneriorum, vbi Pascha cum discipulis meis edam?

15 Et ille vobis ostendet triclinium magnum stratum, paratum: illis parate nobis.

16 Et exierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & repererunt quemadmodum dixerat illis, paraueruntque discipulis meis edam? Pascha.

17 Et quum vespere iam cauaculum magnum stratum: esset, venit cum duodecim.

5 Et gauiſi sunt, ac pac̄ti sunt se illi pecuniam daturō.

6 Et ille spondit: quare daret eum ipsis sine turba.

7 Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat im-

molarī Pascha.

8 Et misit Petrum ac Ioā-

nem, dicens, Euntes parate no-

bis Pascha ut edamus.

9 At illi dixerunt ei, Vbi vis paremus?

10 Et dixit illis, Ecce intro-

cessibus vobis in urbem oc-

curret homo vas aquae testa-

ceū portans: sequimini eum in

domum in quam intrabit.

11 Et dicetis patris familiis

domus, Dicit Magister, Ibi est

& repererunt quemadmodum dixerat illis, paraueruntque discipulis meis edam?

12 Et ipse ostendet vobis ibi parate.

13 Euntes autem inueni-

renerunt sicut dixerat illis & pa-

raverunt Pascha.

14 Et quum iam effet tē-

pestuum, accubuit, ac duode-

cum Apoſtoli cum eo.

Ad fleſtendum cor Iudea, vel in melius corrigitur, adeò nihil profuit Christi admonitio, vt fecurē statim ad tractādum cū hostibus nefariorum pac̄tum transferit. Mirus autē ac prodigiosus fuit stupor, quod in iactura vinguenti honestam tanto sceleri excusationē se nactū putauit, deinde quid verbis Christi admonitus, nō sensit quid ageret. Sola mentio sepulchra ferreū cor mollire debuerat: quum inde colligere prōptum esset, Christum se pro salute humani generis in victimā offerre. Sed in hoc speculo perspicimus quanta sit malorum cupiditatum cæcitas, & quā efficaciter menteñ facinēt. Furandi desiderio ardebat Iudas, longo vſu ad flagitium obduruerat: nunc quia aliunde præda nō occurrit, Filium Dei vitæ authorem perfidē in mortem tradere nō dubiat: & quanvis sancta admonitione retractus, violenter profilit. Quare nō abs re Lucas nominatim exp̄mit, Satanam in eum intraſne, non quid Dei Spiritus ipsuſum autē regeret (quia furtis & rapinis, nisi Satanæ fuisset mancipium, addic̄tus esse nō potuit) sed intelligit Lucas, tunc Satanæ penitus in possessionem fuisse traditum, vt desperatus in extium suum rueret. Nā etiā ad quotidianos lapsus nos impellit Satan, regnat autem in nobis dū ad maiore peccandi licentiam abripit: dicit tamē in reprobos demum intrare, quum euerſo Dei metu, extinēta rationis luce, pudore etiam excusso, sensus omnes occupat. Hoc verò extremū vindicta genū nō in alios Deus exercit, nisi qui ī exercitio deſoti sunt. Quare discimus maturē respice re, ne lögior nostra duriſties Satanae regnū in nobis stabiliat, nā simulac in hanc tyrannidē cōiecti

fuerimus, nullus infantandi modus erit. Præcipue notādū est, aurariā in Iudea fatē excærationis suis fe causam & fōtem, vnde apparet, merito à Paulo 1. Timor. vocari orariū malorum radicē. Porrò hic querere an Substantialiter Satan as in Iudeam intrauerit, friuola speculatio est. Hoc magis expēdere cōuenit quām horribile sit portentū, homines, ad imaginem Dei cōditos, & spiritu sancto in tēpla destinatos, non modo in fœtida stabula vel cloacas conueri, sed fieri maledicta Satanae domicilia.

17 Primo die Azymorum accesserū. Quæritur primò cur dies Azymorum vocetur qui Agni immolationē precepit. Neque enim fermentum cellule Lex iubebat, donec agno velicerentur. Sed huius nodi facilis solutio est, quid scilicet hæc notatio refertur ad diem sequentem, sicuti ex Marco & Luca facit liquet. Quum ergo instaret dies manētandi & edendi Paschatis, cuius initium erat à vespere, rogant Christum discipuli vbiām Pascha edere velit. Difficilior autē inde nascitur quæſtio, quid Christus pridie ritu illo defunctus est quām tota gens publicum Pascha celebraret. Aperit enim aſſerit Iohannes, dum crucifixus est, fuisse Iudeis paracœum, non Sabbathi, sed Pascha. Deinde non ingressos esse prætorium, ne se polluerent, quia poſtridie manducaturi erant Pascha. Scio à nonnullis quæ ſuffragia, ſed quæ minimi eos exp̄diunt, neque enim vllis cauillis eludi hoc potest, quo die Christum crucifixerunt, non egisse die in festum (quo fas non fuisset ſuplicium de aliquo ſumere) & tunc ſolennem fuſſe apud eos præparationem, vt ſepulco demum Christo Pascha ederent. Nunc quæritur quomodo

modo Christus antequerterit, neque enim quicquam præter Legis præceptum libi in hoc rite pertinet. Quod studio Christi perdendi Pascha à Iudeis tunc dilatum quidam putant, scire hoc commentum a Bucero refellitur, inquit sua vanitate confedit. Ego itaque non dubito quin & legiti-
tius dies à Christo feruatus fuerit, & Iudei re-
cepimus pridem vsum sequuntur. Primo extra
controversiam est, pridie Sabbathi occisum fuisse
Christum: quia ante solis occasum in vicino se-
pulcro celeriter fuit cōdūctus, eo quod post velpe-
rum feriari necesse erat. Iam vero nescimus dubium
est, vetusta obseruatione, quia Pascha & alij dies
fetti in diem Veneris incidenter, reiectos fuisse
in dieum posterum: quia populo nimis dura fuisse
fuerat continua bidui feriae. Legem hanc prudita, n
fuisse Iudei affirmant statim post quam ab exilio
Babylonico iherusalem est populus: & quidem ex-
altri oraculo, ne quid videantur temere in Dei
præceptis mutasse. Quod si tunc moris fuit duos in
unum dies fettos coniungere / vt Iudei quoque
fatentur, & ex vetustis eorum monumentis con-
statatis probabilis est conjectura, Christum qui
pridie Sabbathi Pascha celebrauit, præfixum à Le-
ge diem feruatus. Scimus enim quā in sedulo cura
verit ne ab illo Legis apice discederet. Nā quum
Legi obitrix est voluerit, vt nō s' ab illis iug-
o eximeret, huius subiectionis in summio articulo
minime fuit oblitus. Itaque vsum externa
ceremonia omittere maluerit quā in iunctum
Divinitus mandatum transgreedi, atque ita se im-
piorum calumnias exponere. Certe ne Iudei qui-
dem ipsi inficias ibant, quoties Sabbatho contiguum
erat Pascha, vnas tantum ferias fuisse feruata,
siquidque à Rabbinis fuisse institutum. Vnde fe-
quuntur, Christum, quum discederet à communione,
nihil tentasse prater Legem.

18 *Ite in urbem ad quendam.*) Mattheus certum hominem designat: reliqui duo missos fuisse discipulos narrant quasi ad ignotum: quia datum illis signum fuerit homini hydriam aquæ gestantis. Sed facile hæc discrepancy conciliatur: quia Matthæus, præterito miraculo, cum hominem notat qui tunc agnitus fuit à discipulis, neque enim dubium est, postquam dominum venerunt, reperunt ab illis fuisse vnum aliquem ex suis familiariis. Nam & Christus illi p' suo iure mandat vt sibi ac suis hospitium pareret, magistrum se nominans: & ille protinus oblequitur. Carerum quanvis hominem posset suo nomine exprimere, miraculo tamē discipulos suos dirigere ad

MATTH. XXVI.

21 *Et edenibus illis dixit, A-*
men dico vobis quid uenit ve-
stum me proditorus est.

22 *Et mæstii redditi vehemen-*

ter cuperunt singuli dicere ei,

Nunquid ego sum Dominus?

23 *At ipse respondens ait, Qui*

intinxit mecum minum in pat-

ra, hic me proditorus est.

24 *Filius quidem homini*

vadit sicut scriptum est de illo: ve-

ntē homini illi per quem Filius

hominis proditur, bonū erat ei si

natus non fuisset homo ille.

cum maluit: vt quoniam exinanitum paulo post vide-
rent, hoc tamē documentum suffulta ipsorum fi-
des iterat. Neque enim haec leuis erat confirmatio, quod paucis ante horis quam ad mortem ra-
peretur, Deus se manifesto iudicio testatus fuerat
vt leirent non necessitate ipsum cogi, sed sponte
cedere. Quoniam autem in ipso perturbationis
momento nihil fore hoc eis proiuit, memoria ta-
men postea fuit utilis. Sicut hodie quoque ad fu-
perandum crucis scandalum hoc nostra leire re-
fert, simili cum infinitate carnis in Christo Dei-
tatis gloria apparuisse sub ipsius mortis tempore.
Tempus meum prope est. Quoniam rite ex Legis
præcepto Pascha celebraret, viuetur tamē con-
fusio hanc caulan adducere ut morositas culpā
dilat. Sibi ergo settinandi causam esse dicit quo-
minus se receptor co. suetum accommodet,
qui ad maius sacrificium vocetur. Interim tamē
vt auxilius, in ceremonia nihil nouat. Tous ve-
to inculcat propinquum esse mortis tempus, vt
feriant sponte ipsum properare ad gerendum mo-
reum patris decreto. Quod autem vibratile sacri-
ficium vero coniunxit, hoc modo fideleshorta-
tus est vt quod re ipsa implebat cum veteribus hi-
guis conferret. Nam haec cōparatio vim & ef-
fectum mortis eius non parum illustrat, neque
enim Pascha in hunc tantum finem inunctum
fuit Iudeis vt antiquæ liberationis essent memo-
res, sed vt futuram (& quidem potiorem) à Chri-
stō sperarent. Huc spectat Pauli tentatio, Chri-
stum Pascha nostrum esse immolatum, &c.

19 *Eicerunt sc̄fus in iuxerū.*) Quod discipuli
prompto animo obtemperant, in eo notanda est
pia eorum docilitas. Succurrere enim poterat du-
bitatio, quoniam hominem ignotum sequenti essent,
auertere à patre familias imperaturi quod magi-
stri sui iusti petebant, quoniam scirent passim non
modi contemptum, sed etiam exosum esse. At
qui non anxie inquirunt de eventu, sed imperio
placide obediunt. Atque haec nobis regula tenē-
da est, si fidem nostram probare cupimus, vt solo
præcepto contenti, pergamus quod Deus iubet, ac
sperantes quem promitit successum, ne simus ni-
mis solicii.

20 *Vespere autem factō discubuit.*) Nō vi ede-
ret Pascha, quod stando fieri oportuit (sic ut viato
res dum properant, calceati & cum baculo folēt
rapim cibum lumere) sed peracto solenni ritu,
vt cœnaret discubuisse interpretor. Ideo dicunt
Euangelistæ, *Vespere factō:* quia primo vespere
mactabant agnum, & carnem eius assam edebat.

MARC. XIIII.

18 *Et discubentibus illis*
edenibus dixit Iesu, Vnus

ex vobis me proditorus est, qui

edit mecum.

19 *At illi cuperunt maro-*

re affici, & quisque eorum ei

diceret, Num ego? Et alius, Num

ego?

20 *Ille vero respondens di-*

xit illis, Vnus ē duodecim, qui

intingit mecum in patinam;

21 *Filius quidem homi-*

nus secundum quod definitū

est ē vādit: veruntamen v. cō-

deillo: sed ve homini illi per

mini illi per quem proditur,

LVC. XXII.

15 *Ei ait illis, Desiderio de-*

siderauit hoc Pascha comedere

vobiscum antequam patiar.

16 *Dico enim vobis, Po-*

bac non edam ultrā ex eo, do-

nec compleatur in regno Det.

Et paulo post:

21 *Veruntamen ecce ma-*

nus proditoris me mecum est

in mensa.

22 *Et Filius quidem ho-*

minis secundum quod definitū

est ē vādit: veruntamen v. cō-

deillo: sed ve homini illi per

mini illi per quem proditur,

dd iiiij

25 *Respondens autem Iudas quem Filius hominis proditur, qui tradidit eum, dixit, Nunquid bonum erat ei si natus non fuisset? inter se quisnam esset ex ipsis ego sum Rabbi? Dixit ei: Tu dixisti, se homo ille.*

23 *Et ipsi cœperunt querere qui hoc facturus esset.*

21 *Amen dico vobis quod.*) Quo perfidiam Iudea reddit magis detestabilem, hac circumstantia indignitatem auget, quod quum in sacra mensa si mul accumeret, prædicionem moliebatur. Nam si quis extraeñus hoc fecisset, mitius ferendū erat: nunc verò vnum ex intimis hoc agitare, in modo etiā initio nefario pacto in sacrum conuiuium amicitia prætextu se ingerere, incredibile portentum est. Ideo apud Lucam ponitur aduersariu particula, *Veruntamen ecce manus proditoris mei.*) Et si autem peracta denum cœna hoc Christi dictum Lucas subiicit, non potest tamē inde colligi temporis series quam scimus sçpē ab Euangelistis negligi. Probabile tamen esse non nego, Iudam adfuisse quum corporis & sanguinis sui symbola Christus suis distribueret.

22 *Cœperunt singuli dicere.*) Nō puto trepidasse discipulos, vt metu perculsi solēt nulla causa se angere, sed quum scelus exhoreant, cupiunt ab eius suspicione purgari. Hoc quidē reuerentis signum est, quod obliquè perfici, non stomachose respondant magistro suo, sed eum sibi quisque iudicem constituit (sicuti hoc præcipue nobis quærēdū est vt ille suo ore nos absoluat) bona tamen conscientia freti, libere testari volunt quā procul remoti sint à tanto scelerē. Christus autem suo responso neque scrupulum illis eximit, neque designat Iudea personam, sed tantum confirmat quod nuper dixit, vnum ex familiaribus conuiuis esse proditorem. Quanquam autem dumrum illis fuit, suspensos & perplexos ad tempus relinqui vt se exercerent in reputanda sceleris a-

*i. 155. b.
D.*

trocitati, alia deinde sequuta est utilitas quam a gnoscerenti impletum Psalmi vaticiniū, Qui mecum dulces capiebat cibos, calce me petiuit. Ad hæc sub Iudea persona Dominus suos omnibus felicis voluit esse admonitos ne frangantur vel exanimes concidant propter domesticos proditores: quia idem quod ipse expertus est, qui communis est Ecclesiæ caput, nobis qui membra sumus, accidere oportet.

24 *Filius quidem hominis vadit.*) Hic scandalō Christus occurrit, quod grauiter piamentes alio qui concutere poterat, quid enim magis absurdum quam Filiū Dei perfidè à discipulo præditum, libidini hostiū exponi, vt ad probrosam mortem trahatur? Christus autem hoc totum non nisi Dei arbitrio fieri pronuntiat. Hoc porrò decretum probat Scripturæ testimonio, quia quod statutum erat, per os Prophetæ sui olim patet. Teneamus nū quoq[ue] spectet Christi verba: nempe vt discipuli, sc̄iētes Dei prouidētia gubernari quicquid agitur, vitam eius vel mortem casu volui nō poterunt. Ceterū latius patet huius doctrina utilitas: quia tunc demum rite nobis sicutur mortis Christi fructus, vbi non temerè ab hominibus ad crucem abruptum esse constat, sed ēterno Dei decreto sacrificium illud fuisse ordinatum ad expianda mundi peccata. Vnde enim nobis recōciliatio, nisi quia Christus Pater sua obedientia placauit? Quare semper nobis occurrat Dei prouidentia, cui Iudea plumbum, & omnes impios (sicut invitos, & aliud agētes) parere necesse fuit. Séper hoc fixum inaneat, Christum ideo paßum esse quia tale Deo placuit expiationis genus. Negat tamen Christus

hoc prætextu absolui Iudam à culpa, quia nihil egredit nisi quod Divinitus statutum erat. Nam etiā Deus recto suo iudicio premium redēptionis nostræ statuit Filii sui mortem, Iudas nihilominus Christum prodendo, quia perfidia & avaritia plenus erat, iustum sibi damnationem confluit. Denique quod Deus mundum redemptum voluit, hoc nequam obstat quin Iudas sceleratus sit proditor. Hinc peripicimus, quanvis nūl possint homines nisi quod statuit Deus, non tamen idēo à reatu absolui, dum prauo affectu ad peccandum feruntur. Licet enim Deus occulto frāno eos in finem illis incognitum dirigat, nihil minus illis præpositū est quam eius decretis obsequi. Videntur quidem hæc duo humana ratione parum consentanea, quod Deus sic inoderetur sua prouidētia res humanas vt nihil fiat nisi eius voluntate & nutu, & tamen perdat reprobos, per quos exequus est quod voluit. Sed videmus quomodo Christus hic vtrunque conciliet, maledictioni subiiciens Iudam, quanvis Diuinitus hoc statutum est, quod ipse contra Deum machinatus est. non quod proditio Iudea propriè vocari debeat Dei opus, sed quia Deus Iudea perfidiam ad implendū consilium suum inflexit. Scio equidem quomodo non nulli interpres hunc scopulū declinant, fatentur Iudea operā impletum esse quod scriptum erat, quia Deus quod præcicerat, vaticinii testatus sit. Ergo vt doctrinam, quę illis videtur paulo aperior, mitigent, præscientiam Dei substituunt decreti loco, ac si eminus tantum prospiceret Deus quę futura sunt, non autem suo arbitrii disponeret. Sed lōgē aliter Spiritus hæc cōtraversiam diriinit: quia non tantum causam traditi Christi affert quod ita scriptum esset, verū etiam quod ita definitum. Nam vbi Matthæus & Marcus Scripturam allegant, Lucas rectā nos ad cælestē decretum adducit: quemadmodum in Actis docet Christum non modò præscientiam Dei, sed definitio consilio fuisse traditum. & paulo post Herodem & Pilatum cum reliquis improbis fecisse quę Dei manu & cōsilio præordinata fuerant. Vnde patet inscitè tergiuersari qui ad nudā præscientiam configunt, Bonum erat. Hoc verbo docemur quām horribilis vindicta majeat impios, quibus satius esset nunquam natos esse. Atqui vita hæc quantumvis caduca & innumeris arumnis referat, incomparabile est Dei beneficium. Rursum etiam hinc colligimus quām deterrabilis fit illorum impietas, quā non tantum extinguit preciosia Dei dona, & in perniciem convertit, sed facit vt prester nūquam gustasse Dei bonitatem. Notatu tamen digna est hæc particula, quod *Hominis bonum fuisse non nasci*: quia quantumvis misera sit Iudea conditio, Deo tamen bonum fuit illū creasse, qui reprobos ad diem exitū destinans gloriam suam hoc quoque modo illustrat, licet docet Solomo. Ita ab omni sinistra nota asseritur arcana illa Dei gubernatio, quę hominum consilii & operibus presideret, vt nuper attigi.

25 *Respondens autem Iudea.*) Quanquam sçpē videmus trepidare qui sibi male confidit sunt, formidini tamen & cæcis tormentis implicitus est stupor, vt audacter ad negandum profiliant: sed hoc tandem proficiunt sua impudentia, vt occul-

tum scelus detegant. Sic Iudas, quum illum mala conscientia contrictum teneret, sileat tanè nequit ad illū exigitat interior ille carnifex, dum metu & aux etate cundem dericit. Porro stupida eius audacia suo respo oblique perstringens

Christ⁹ ad reputandū quod tegere volebat scelus solicitat. Sed iam diabolico furore mens occupata concit et etiā sensu non potuit. Ceterū hoc exēplo dicamus, impios protinus excusādo, nihil aliud quam maturius iudiciū habi accertere.

MATT. XXVI.

26 *Vesperib⁹ autem eis, accepit Iesu panem: & quum egisset gratias, fregit, deditque discipulis, & ait, Accipite, comedite: hoc est corpus meum.*

27 *Et accepto poculo, gratias attis, dedit illis, duens, Bibite ex hoc omnes.*

28 *Hic est enim sanguis meus. Non vestimenti, qui pro multis effunditur, in remissionem peccatorum.*

29 *Dico autem vobis, Non bibam quis meus. Non vestimenti qui posthas ex hoc fructu vitis usque in promultis effunditur, diem illum quem ilium bibam vobis cum nouum in regno Patris mei.*

30 *Et quum hymnum cecidissent, exierunt in montem olivarum.*

MARC. XIII.

22 *Ecclib⁹ illis, sumptu Iesu pane quum benedixisset, gratias agn, & dixit, Ac fregit, & dedit illis, ac dixit, Su-*

cipite hoc, & dividite mite, comedite: hoc est corpus inter vos.

23 *Et accepto poculo, quum quod non bibam de fru-*

tu vitis, donec regnum Dei veniat.

24 *Et dixit illis, Hic est san-*

ctus, non bibam de fructu vitis us-

que ad diem illum quem illum biberem nouum in regno Dei.

25 *Item dico vobis, posthas non bibam de fructu vitis us-*

que ad diem illum quem illum biberem nouum in regno Dei.

26 *Et quum hymnum ceci-*

nissent, exierunt in montem o-

livarum.

LVC. XXII.

17 *Et accepto poculo*

Iesu pane quum benedixisset, gratias agn, & dixit, Ac

fregit, & dedit illis, ac dixit, Su-

cipite hoc, & dividite mite, comedite: hoc est corpus inter vos.

18 *Dico enim vobis*

23 Et accepto poculo, quum quod non bibam de fru-

tu vitis, donec regnum Dei veniat.

19 *Et accepto pane, quā*

gratias egisset, fregit ac

dedit eis dicens, Hoc est

corpus meum quod pro

vobis datur: hoc facite

in mei recordationem.

20 *Similiter & pocu-*

lum postquam canauit

dicens, Hoc poculum,

Nonum testamentum in

meo sanguine qui pro

vobis effunditur.

Quia Lucas bis porrectū à Christo calicē memorat, querendū est primo loco sitne repetitio (vt interdum Euangelistæ bis rem vnam dicere solent) an verò Christus, postquam ex calice libaverat, hoc idem secunde iterauerit. Quod posterius mihi verisimile est, scimus enim solēnem in fieri officia libati ritum obseruatū fuisse à sanctis Patribus, vnde illud Psalmi 116. a. 13. Calicem salutis accipiunt, & nomen Domini inuocabo. Itaque non dubito, Christum ex more veteris libatis in sacro conuiuio, quod rite peragi aliter non poterat, idque disertè reseit Lucas antequa nō noui mysteriū narrationem defēcaturius ratio distinetā est ab agno Paschali. Hoc quoque ex recepto solemniū vñi fuit quod *gratias egisse* non ministrum dicitur *Accipio calice*. Nam initio Cœnae precatum fuisse non dubito, vt nū quam sine Dei inuocatione ad mensam accedere solitus est. Sed nunc rursum eodem officio defungi voluit, ne cœremonia omittaret quam sacræ libationi fuisse annexam nuper ostendit.

26 *Vesperib⁹ autem eis.) Ego hæc verba non ita accipio quasi cœna Paschali hæc noua, & lōgē excellentior permitta fuerit, sed potius finem tuc priori coniuio fuisse impositionem. Quod etiam à Luca clarius exprimitur, vbi dicit, *Christum, postquam cœnasset, calicem dedisse*. Absurdū enim tuisfē, vñm & idem mysterium temporis distantia abrumpi, proinde nō dubito, quin continuo tenore, postquam panem distribuerat, calicem addiderit. Quod verò de calice peculiariter narrat Lucas, ego ad panem quoque extendo. Vesperib⁹ illis, panem Christus accepit, vt eos ad nouam Cœnae participationem vocaret. Gratiarum actio, quædam præparatio fuit ac transitus ad reportandum mysterium. Sic finita cena, sacram panem, & vinum gustarunt: quia prius expergefacta fuit eorum securitas, vt toti ad tā subline myste-*

rium attēti essent. Et ratio ita exigit, à veteri umbra clarum hoc spiritualis vita telitorniū oportuisse disci. *Accipit Iesu panem*. Incertum est an fitus qui hodie celebris est inter Iudeos, tunc etiam fuit vñtus, nam pateris familiis fragmentum à communī pane sumptum sub mappa recedit cuius partes familiæ distribuunt. Quia autē humana traditio est nullo Dei mandato fundata, non est cur nūn curiosus laboremus in querēda eius origine. Et fieri potest vt Satanæ artificio deinde ex cogitata fuerit ad obscurandum Cœnæ Christi mysterium. Ceterū si tunc apud Iudeos in vñli fuit hæc cœremonia, ita receptum morem sequetus est Christus, vt tamē suorum animos alio trudceret, vñm panis in diuersum finem mutando. Hoc quidem hinc controuersia statui debet, abolitis figuris Legalibus proditum hic fuisse Christo nouū Sacramentum. *Quoniam gratias egisset*. Marcus & Matthæus Benedicendi verbo vtuntur: sed quum eius loco legatur apud Lucam verbum *εὐχαριστήσῃ*, in sensu nulla est ambiguitas. Et quum deinde in calice gratiarum actionem subiiciunt, prioris dicti lati clari sunt interpretes. Quo magis ridicula est Papistarum inficiatio, qui ligno crucis benedictionem exprimunt, quasi exorcismo Christus esset vñs. Memoriā verò tenendum est quod nuper attigi, hanc gratiarum actionem spirituali mysterio esse coniunctam. Neque enim vt gratias Deo agere iubentur fideles, quia eos in hie calice vita sustentet, Christus duntaxat ad prouinciam vñctum respexit, sed intentus fuit ad sacram actionem, vt pro æterna generis humani salute gratias Deo ageret, nam si alimenta que in aluum descendunt, hortari nos & stimulare debent ad paternum Dei sauorem laudandum, quāto nos vehementius excitat, inā inflammat ad hoc pietatis officium, vbi animas nostras spiritualiter pacit. *Accipite, comedite*. Ne hic sim nimium pro-

lixus, tantum breuiter perstringam qualis sit, & quid in se continet. Domini institutio: deinde quis sit eius finis & vñs, quatenus ex Euagelisfis colligere licet. Atque hoc primū occurrit, Christum Cœnam instituere quam inter se cōmuni- cent discipuli. Vnde sequitur, diabolicum esse in- uētum quod se vñs homo à reliquo cœtu sepa- rans, priuatim Cœnam peragit. Quid enim minus consentaneum quād distribui inter omnes panē & seorsu ab uno vorari? Quanvis ergo iacent Papistæ se in suis Missis Cœnae Dominicæ habe- re substancialiæ, ex re ipsa tamen constat, quotquot celebrant priuatas Missas, totidem à diabolo ad obruendam Christi cœnam erecta esse trophæa. Iisdem verbis docemur qualis in Cœna oblatio à Christo tradita fuerit. lubeos accipere: ipse est igitur solus qui offert. Quod ergo Papistæ Christum se in Cœna offerre fingunt, à contrario au- thore profectum est. Et certè mira est ista anastro- phæ, vt mortalis homo, dum Christi, corpus acci- pere iubetur, sibi eius offerendi partes arripiat: atque ita Sacerdos ita seipso creatus, Deo Filiu- suum immolet. Non dispuo in præsentia quām multis sacrilegiis scateat fictitia eorum oblationi: mihi probare sufficit adeo nihil habere Christiū stitutioni affine, vt directè potius repugnet. *Hoc est corpus meum.* Quod his verbis panem cōsacer- tum fuisse dicunt vt fieret carnis Christi symbo- lum non improbo, modò rectè hoc nomen ac dextrè sumatur. Panem ergo, qui alendo corpori destinatus erat, eligit ac sanctificat Christus in al- lium vñsum, vt spirituialis cibus esse incipiat. Atq; hæc est conuersio cuius mentio fit apud veterostos Ecclesiæ scriptores. Sed tenendum est interea, nō consecrari panem fusurro & flatu, sed clara fidei doctrina. Et sanè magica incantatio est quum ad mortuum elementum dirigitur consecratio: quia panis non sibi, sed nobis symbolum corporis Christi efficitur. In summa nihil aliud est cōsagra- tio quād solemne testimonium quo nobis terre- stre & corruptibile signum Dominus in spiritua- lem vñsum destinat. quod fieri non potest nisi clare ad fidem edificandam resonent eius mandatum, & promissio. Vnde rursum patet, obfuso murmur & flatu apud Papistas impie profanari mysterium. Quod si consecrat panē Christus dū nobis testatur corpus suum esse, non imaginanda est substancialiæ mutatio: sed tenenda est solùm vñs nouitas. Porro nisi pridem diaboli astutia sic fascinatus esset mundus vt transsubstantiationis portento semel inuecto, nullam hodie verè inter- pretationis lucem in his verbis admittat, superqua- cuum esset longius in sensu querendo insister. Pronuntiat Christus panem esse corpus suum. de Sacramento habetur sermo. Fateri verò necesse est, Sacramentum visibili signo constare cui res signata coniuncta est, que sit eius veritas. Iam & hoc satis tritum esse debet, rei signata nomen ad signum transferri. Quare nemo in Scriptura me- diocriter versatus negabit quin sacramentalis lo- quutio metonymicæ sumenda sit. Omitto genera- les tropos, qui passim occurrint in Scriptura: hoc tantum dico quoties externum signum dicitur id esse quod figurat, omnium consensu metonymia locum dari. baptiſmus si vocetur lauacrum regen-erationis, si Petra vnde aqua Patribus in defer- to fluxit, vocetur Christus: si colubæ vocetur Spir-itus sanctus, nullus controvërsiam mouebit quin signis tribuatur nomē rerum quas figurant,

qui fit ergo ut quod Sacramentis omnibus com- munе est, ad Cœnam aptari non sustineant quos teneret reverentia verborum Domini? Simplex & literalis sensus eos delectat. Cur ergo in omnibus Sacramentis non valebit eadem regula? Ceterè nisi Petram substancialiter fuisse Christū concedant, putida est qua nos grauant calumnia. Si panem exponimus vocari corpus quia sit symbolum corpo- ris, labefactari obtundit totam Scripturæ doctrinam. Neque enim hanc loquendi regulam nuper fabricauimus: sed ex veterum autoritate ab Au- gustino traditam omnes amplexi sunt, signis im- propriè rerum spiritualium nomina ascribi: arq- ita debere exponi omnes Scripturæ locos, vbi de Sacramentis fit mentio. Quotsum ergo attinet, dum axioma sumimus passim receptum, quali in re noua & insolita magnos clamores mouere? Ce- terum clamet vt liberiorit præfati homines, hoc apud sanos & modestos valebit, in his Christi ver- bis sacramentaliæ esse loquendi formam. Vnde sequitur, panem, quia symbolum est corporis Christi, vocari corpus. Porro duo sunt homi- num genera qui contra nos insurgunt. Papi- stæ sua transsubstantiatione delusi negant ostendi panem, quia satum maneat species sine subiecto. s. Cor. 19. 6. sed eorum dilirium refutat Paulus, affirmas panem que in frangimus, esse communicationem corpo- ris Christi, deinde ab eorum figmento abhorret ipsa natura Sacramenti, cui non constabit sua in- tegritys nisi verum sit externū symbolum. Vnde enim discimus Christi carne paci animas no- stras si verū panis nō statuatur nobis ante oculos, sed inane spectru? Ad hæc quid de altero symbolo dicent? Neque enim dicit Christus, Hoc est san- guis meus, sed *Hic est calix.* Ergo, secundum eos, nō modo vinum, sed materiam ex qua coagulatus erit calix, necessè erit transsubstantiari in sanguine. Iam quod apud Matthæum habetur, *Ne bibam de hoc fructu vñcis,* clare demonstrat vñs fuisse quod bibendum porrexit. Ergo modis omnibus aperte refellitur Papistarum infiditia. Sunt autem alii qui figuram repudiant, & quasi phrenetici eandem mox recipiunt. Panis secundum eos verè & pro- priè est corpus, neque enim illis placet transsub- stantiatione: sicut rationis colore prorsus caret. Sed dum rogantur an Christus sit panis & vinum, re- spödent panem ideo vocari corpus quia hoc sub illo & cum illo in Cœna recipitur. Atqui ex hoc responsu elicere promptum est, imprudentia ad pa- nem transferri nomen corporis cuius est signum. Ac mirum est, quum isti homines subinde in ore habeant, Christum ita loquutum esse vñonis sacra- mentalis respectu, eos non attendere quod dicunt. Qualis enim sacramentalis vñio rei & si- gni? annon quia Dominus arcana Spiritus sui vir- tute implet quod promittit? Ergo nō minus ridiculi sunt isti posteriores literæ magistri quād Pa- pistæ. Hactenus à me ostensa fuit simplex verbo- rum Domini expositiō: nunc verò addendum est, non vacuum nec inane signum nobis proponi, sed verè carnis & sanguinis fieri participes qui fi- de promissionem hanc recipiūt. Frustra enim iu- beret suos Dominus panem edere, corpus suum es- se affirmans, nisi effectus verè ad figuram accede- ret. Nec verò inter nos agitur hæc quæstio, ve- réne an tantum significatiuē seipsum Christus in Cœna nobis fruentum offerat. Etsi enim nihil il- lie prater panem cernimus, non tamen frustratur nos velludit qui animas nostras suscipit carne sua aliendas.

alendas. Vera igitur non signo tantum monstratur, sed re ipsa quoque exhibetur carnis Christi manducatio. Sed hic tria obseruare operapretium est, ne perperam res spiritualis cum signo misceatur: deinde, ne queratur in terra Christus, vel sub terrae elementis, tertio ne fingatur alia manducatio quam quæ arcana Spiritus virtute Christi vitam nobis inspirat, quod ipsam non nisi sola fide consequitur. Primum (vt dixi) maneat inter signum & re signata in distincione, velim velut omnia peruertere. Neque enim illa reflabit sacramenti utilitas, nisi nos pro ruditatis nostræ capti à terreni elementi intuitu ad cælesti mysterium deducat. Proinde quisquis corpus Christi à pane non discernet, & sanguinem à vino, nunquam inteliger quid velit Cœna, vel quossum his symbolis vñatur fideles. Sequatur deinde legitimus ille quæ rendi Christi modus, hoc est, ne in terra mentes nostræ subsident, sed sursum conscedant ad cælestem gloriam in qua habitat. Neque enim Christi corpus incorruptibilem vitam induit ut natura sua abiiceret: vnde sequitur finitus esse. Iâ verò suprà celos ascendit, nequa nos in terrenis crastina imaginatio occupet. Et sanè si mysterium hoc cælestè est, nihil magis præposteriorum quam Christum in terram deducere, qui nos sursum potius ad se vocat. Ultimum quod notandum esse admoni, est manducationis genus: neque enim sōniandum est naturalem fieri substantiam eius transitum in animas nostras: sed comeditur à nobis eius caro dū ex ea vitam percipimus. Tenēda enim analogia est vel similitudo panis cum carne, qua docemur non secus paci animas carne ipsa Christi quam panis vigorem corporibus instillat. Spirituale ergo alimentum est Christi caro, quia nobis vivifica est. Ideo autem vivificat quia vitæ, quæ in ea residet, Spiritus sanctus in nos diffundit. Quanquam autem aliud est vesci Christi carne quam in ipsum credere: sciendum tamen est non aliter Christo nos posse vesci quam per fidem: quia manducatio ipsa fidei est effectus.

29 *Dico autem vobis.*) Hanc sententiam Matthæus & Marcus sacra Cœna subiiciunt, postquam Christus symbolum sanguinis sui in calice dederat. Vnde colligunt quidā idē hic narrari à Luca quod paulò post repperit. Sed facili soluitur hic nodus: quia ad rem parum interest quo temporis momento hoc Christus dixerit, nam huc tantum spectant Euangelistæ admonitos fuisse discipulos tam de propinqua Magistri sui morte, quam de noua & cælesti vita. Nam qui proprius instabat hora mortis, eo magis fuerunt confirmandi, ne prorsus deficerent. Deinde quum in sacra Cœna mortem suam quasi in speculo ante oculos illis ponere in animo haberet, non abs te iterum testatus est se iam ē mundo migrare. Cæterū quia plenus tristitia nuntius erat, mox additū cōsolatio, non esse cur morte exhorreant, cui succedit melior vita, ac si dixisset, *Nunc quidem ad mortem propero, sed ut inde ad beatam immortalitatem transeam, nec solus in regno Dei seorsum victurus, sed vos habiturus confortes eiusdem vitæ.* Ita videamus ut manu ducat suos discipulos ad crucem, & inde in spem resurrectionis eos extollat. Sicut autem illos dirigi ad mortem Christi oportuit, vt per illam scalam in cælum ascenderent: ita nunc, ex quo Christus morte defunctus est ac in cælum receptus, à crucis intuitu in cælum deduci nos conuerdit, vt inter se cohererant mors & vita

reparatio. Quod autem communem illis secum gloriam promittat, clare ex verbis patet, *Donec bibam sicut nonum vobiscum.* Quid verò obiciunt quidam, non congruere cibum & potum regno Dei, frui volemus est: quia nihil aliud intelligit Christus quam mox priuados fore discipulos sua presentia, ne posthac cum illis vescatur, donec finul fruantur vita cælesti. Quam porrò eius vita quæ cibi & potus adminiculis nō indiget societas notetur, nouum tunc fore potionis genus dicit. Qua voce allegorice ipsum loqui docemur. Ideo apud Lucianum simpliciter dicit, *Donec venias regnum Dei.* In summa, Christus redemptoris quam morte sua peperit, fructum & effectum nobis commendat. Quod hoc quidam putant fuisse impletum quoties Dominus post resurrectionem cū discipulis suis comedit, ab eius mente alienum est: nā quum ille inter mortalis vita cursum & cælestis vita metam medius esset status, tunc nondum patefactum erat regnum Dei: ideo & Marius dicebat, *Noli me tangere: quia nondum ascendi ad Patrem.* Adde quod nondum ingressi erant discipuli in regnum Dei, vt vinum nouum cum Christo biberent eiusdem gloriæ participes. Quod autem bibisse post resurrectionem Christum legitimus, quum tamen id se facturum negasset nisi discipulis in regnum Dei collectis: facile diluitur repugnante species, neque enim præcisè de cibo & potu loquitur, sed de vita præsentis consuetudine. Porrò scimus non ideo tunc bibisse Christum vt vel alimentis vires reficeret, vel in suo conuictu retineret discipulos: sed tantum vt probata sua resurrectione (cuius adhuc erant dubii) eorum mentes sursum eueheret. Hoc itaque genuino sensu contenti sumus, quod Dominus suis discipulis promittat, quum haecenus mortalis homo cum illis in terra vixerit, posthac beatæ & immortalis vitæ secum fore socios.

19 *Luc. Quod prævobis datur.*) Reliqui duo hanc particulam omitunt, quæ tamen minime supererueua est: nā ideo nūc panis est nobis Christi caro quoniam in ea nobis semel pars est salus. Et quemadmodum nullis prodest caro ipsa crucifixia nisi qui eam fide comedunt: ita vicissim frigida est ac nullius ferè momenti manducatio, nisi sacrificij semel oblati respectu. Ergo quisquis nutritiā sibi esse cupit Christi carnem, eam in cruce oblatam consideret vt nostræ cum Leo reconciliationis effet pretium. Cæterū quod in panis symbolo subicent Matthæus & Marcus, in calice exprimitur: nempe quod sanguis sit in remissione peccatorum fundens. Hæc verò nota ad utrumque membrum extendi debet. Ergo vt rite Christi carne pascamur, spectanda nobis est eius immolatio, quia semel pro salute nostra dari oportuit vt quotidie nobis derur.

27 *Matth. Bibite ex hoc omnes.*) Quia Christi cōfūlum fuit fidem nostram sibi totam obstringere, nequid extra ipsum queramus, duobus symbolis vitam nostram in se inclusam esse testatus est: indiget corpus hoc ad fouendam & sustinendam vitam cibo & potu. Christus vt se vnum nobis ad præstantas omnes salutis partes in solidū sufficere doceat, sibi vices potus ac cibi tribuit, in quo mira eius indulgentia relinet, quod fidei nostræ consulere volens, ad corporis nostri ruditatem ita se demittat. Quo magis detestabilis est sacrilega Papæ audacia, qui lacrum hoc vinculum rumpere nō dubitauit. Audimus Filium

Dei vita plenitudinem quam suis confortat, duobus symbolis pariter testatum est. Quae Diuinatus coniuncta erant, quo iure diuellere homini mortali fas fuit? Adde quod confutato videtur Dominus præcipere omnibus ut *Ex calice bibant*, quo sacrificium hoc ab Ecclesiis sua arceret. De pane simpliciter dixisse legimus ut acciperent, cur bibere nominati iubet omnes? & Marcus bibisse omnes disertè narrat, nisi ut sibi ab impia noctitate cauerent fideles? Nec tamen seuero hoc interdicto deterritus fuit Papa quin fixam à Domino legem mutare ac violare auderet. populum enim totum prohibuit ab vlo calicis. Atque ut se probaret nō sine ratione furere, ostendit sati esse speciem vñā, quia per concomitantiam coniunctus sit sanguis cum carne. Quasi verò non eodem prætextu totum Sacramētūm abolere licet, quia & quē sui participes non facere Christus posuit absque externo admīnistro. Sed istis puerilibus cauillis nihil iuvatur eius impietas; quia nihil magis absurdum est quām vt traditis à Domino sub fiduci sponte careant, vel priuari sustineant fideles: ideoquā nihil minus ferendum quām impia hæc mysterij laceratio.

28 *Hic est sanguis meus.*) Iam prius admonui, quum dicitur fundendus sanguis *In remissionem peccatorum*, his verbis nos dirigi ad mortis Christi sacrificium, sine cuius memoria nunquam rite Coena celebratur. Nec veò aliter satiari possent fideles anima nisi quatenus Deum sibi placatum esse confidunt. Ceterum sub multorum nomine non partem mundi tantum designat, sed totum humanum genus, multos enīm vni opposit, ac si diceret, se nō vniū hominis fore redemptorem, sed mortem obire vt multos à reatu maledictionis liberet. Nec dubium est quin Christus paucos alloquens communem pluribus doctrinam facere voluerit. Notandum tamen simul est quod apud Lucanum nominatinū discipulos compellans, singulos fideles hortatur vt sanguinis effusionem in suum vlo accommodent. Ergo dum ad sacrā mensam accedimus, non solum hęc generalis cōditatio in mentem veniat, redemptum Christi

MATTH. XXVI.

MARC. XIV.

LVC. XXII.

31 *Tunc dicit illis Iesus, Omnes vos offendiculum in me patimini in nocte hac scriptum est: quia scriptum est, & inveniatis me, Percutiam pastorem, & dispersentur oves gregis.*

32 *Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galileam.*

33 *Respondens autem Petrus ait illi, Etsi omnes in te offendierint, ego tamen nunquam offendiculum patiar.*

34 *Ait illi Iesus, Amen dico tibi quod in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.*

35 *Ait illi Petrus, Etiam si portuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt.*

27 *Et dicit illi Iesus, Omnes in me offendiculum patimini in nocte hac scriptum est: quia scriptum est, & inveniatis me, & percutebam pastorem, & dispersentur oves.*

28 *Sed postquam resurrexero, præcedam vos in Galileam.*

29 *Petrus autem dicit illi, E-*

tiam omnes offendiculum pasti fuerint, at non ego.

30 *Tunc dixit illi Iesus, Amen dico tibi quod hodie in nocte hac.*

priusquam gallus cecinerit, ter me negabis.

31 *Ait ille vehementius dicebat, Imo si me oportuerit tecum mori, non te negabo. Similiter autem & omnes dixerunt.*

sanguine esse unum, sed pro se quisque reputet peccata sua expiata esse. *Nouum testamentum in sanguine:* eodem tamen sensu: quia fœdus hoc non nisi spirituali fanguinis potionē sanctatur ut firmum sit & efficax. Ceterum hinc colligere promptum est quām stulte superstitioni sint Papistæ & similes, dū verba mordicus attripiunt. Quanuis enim creperit, haec Spiritus sancti expositio reiici non potest, quod calix vocetur sanguis, quia testamentum est in languine. Atqui eadem est panis ratio, unde sequetur vocari corpus, quia testamentum est in corpore. Non est tam cur fidei simplicibus Christi verbis esse habendam contendant, extraneis verò commentis claudendas esse aures: Christus est ipse qui loquitur, quem idoneum sui sermonis interpretēre non negabunt. Atqui palam ostendit non alia ratione se panem vocat, corpus suum nisi quia nobiscum fœdus aeternum pepigit, vt sacrificio semel oblato, spirituualiter nunc epulemur. Porro hęc duo notata digna sunt, nam ex voce Testamenti aut Fœderis colligimus inclusam eissim promissionem in sacra Cœna. Quo refellitur errorum error qui fidem Sacramentis iuari, foueri, fulciri & augeri negant. Nā inter fœdus Dei & hominū fidem semper mutua subsist relatio. Epitheto Novi docere voluit iam desinere veteres figurās, vt stabili & eterno pacto locum cedant. Est igitur obliqua inter hoc mysterium & Legales umbras oppositio, vnde apparet quanto melior sit nostra quām Patrum conditio, qui post peractum in cruce sacrificium solidā veritate fruimur.

26 Marc. *Quoniam hymnum cecinissent.*) Omitunt tres nostri Euangelistæ Diuinos illos serinos quos Iohannes à Domino tam domi quām in itinere habitos fuisse narrat. nā (vt alibi diximus) historiam rerum gestarum magis quām doctrinam complecti illis propositum fuit. Hoc tantum attingunt, vtro profectum esse quo venturus erat iudas: vt sciamus sic dispensasse illius temporis momenta, vt proditori suo voluntarius occurseret.

31 *Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce Satan aspergiuit vos ut cribraret sicut triticum.*

32 *Sed ego rogaui prote, ne deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirmas fratres tuos.*

33 *Ait ille dixit ei, Domine, tecum paratus sum & in carcерem & in mortem ire.*

34 *Ille verò dixit, Dico tibi Petre, non canet hodie gallus priusquam ter abneges me.*

31. Omnes vos. Quod Matthæus & Marcus extēdū pariter ad omnes discipulos, Lucas vni Petru dictum fuisse recitat. Quanquam autem communis ad omnes erat sermo, probabile tamen est, Christum eos alloquitum esse in vniuersa persona, qui & pra alius mouendus erat, & singulari cōfolatione habebat opus, ne post Christum negatum desperatio penitus cum obrueret.

31. Luc. Ecce Satanas. Breuius alij duo & simplicius recitant, discipulis predictum fuisse suum lapsum. In verbis autem Lucae vberior subest doctrina: neque enim historicè tātum de futura perturbatione loquitur Christus, sed disertè exprimit certamen illis cum Satana fore, & simul promittit victoriam. Est autem hēc apprimē velis admonitio, quoties aliquid nobis obiciunt scandalum, ut nobis ante oculos veniant Satanae insidiae: quē-

Ephes. 6. admodum & Paulus docet non esse nobis luctam cum carne & sanguine, sed cum spiritualibus copiis, &c. Sensus ergo verborum est, Quum paulo post me oppressum videritis, scitote Satanam his armis instructū esse ad vos oppugnandos, & hanc illi commodam esse occasionem vt fidem vestrā labefactet. Ideo autem dixi vixilem esse hanc doctrinam, quia saepe contingit nostra incognititia nos circunueniri, dum tentationes negligimus, quae nobis essent formidabiles si reputaremus ignita esse tela tam validi & robusti hostis. Quāquam autem de acerrimo illo certamine nunc fit mētio quo semel perculsi fuerunt discipuli prop̄e ad fidem vñque extinctionem, latius tamen patet hēc doctrina, quod Satan absiduè circumcat, inhians p̄dæ. Quum autem tam inlano feratur ardore ad nos perdendos, nihil magis absurdum est quām nos torpere. Ergo antequam appareat pugnandi necessitas, iam nos paremus: quia scimus experti à Satana nostrum exitium, & omnes nocendi modos astutè & sedulò ab eo captari. Vbi verò ad conflictum ventum fuerit, sciamus in illius hostis officina fabricatas esse omnes tentationes, vindicunque prodeant. Similitudo cribrandi nō omni ex parte propriè quadrat: nam alibi vidiūm vano aut cribro conferri Euangeliū, quo triticum purgatur à palea. sed hic simpliciter ventilare aut violenter excutere significat: quia in morte Christi durius solito iactari Apostoli fuerūt. Hoc ideo tenendū est, quia nihil minus Satana placet quam fidelium purgatio. Ceterū quanvis in aliū finem eos exagitet, verè tamen hoc dicitur, nō fecus ac triticum in vano huc & illuc ipsos propelli ac iactari. Porro aliquid deterius impletū fuisse in discipulis paulo post videbimus. Atque hoc sibi vultus Domini verba quibus apud Matthæum & Marcū vitur, *Vos omnes scandalum patientem in me.* Significant enim non modò impetendos esse, sed prop̄e cessuros: quia probrofia Christi deiectione eorum quoque animos prosterneat. Nam quum ipsorum partes essent constanter pergere cum magistro ad crucem vñque, paucore retracti sunt. Ita illis sua infirmitas proponitur, ut precādo & gemēdo ad sacrū Dei asylū cōfugiant.

31. Matth. Scriptum est enim. Hoc vaticinio eos ad superandum scandalum animat, quia Deus pro ouibus suis agnoscere non desinat quos ad tempus hue & illuc expellit dissipatio. Postquam n. de Ecclesia restitutione differuit Propheta, ne extrema clades, quae iam instabant, desperatione obrueret pias metes, pronūtiat, cōfusa, in mō euersa gubernatione tristem ac miserā fore dispersionē, viētricem tamen fore Dei gratiam. Quanquam au-

tem omnes ferē interpretes locum Zicharia ad vniuersitatem Christi personā eltringunt, ego tamen latius extendo, acsi dictum eslet nullum ī te ampli regimen, quo fālūs populi continetur: quia a tollētur ē medio pastores. Neque enim dubito quin totum illud tempus complecti Dominus voluerit, quo post tyranidem Antiochi nudata bonis pastorib. Ecclesia in vastitatem redacta fuit, tunc enim Deus gladium horrenda licentia grassari passus est, qui extintis pastoribus misere turbaret populi statum. Neque tamen oblitus hēc dispersio quin Dominus tandem oves suas extenta manus colligeret. Ceterū quanquam in genere denuntiat Propheta orbancam pastoribus esse Ecclesiam, ad Christum tamen verē & proprie hoc aptatur, nam quum pastorum omnium principes fuerit, quā solo pendebat Ecclesia salus, eo in mortuā præcisa videri potuit omnis spes. Arque hac extrema tentatio fuit, redemptorem, qui spiritus & vita populi erat, quum gregem Dei colligere cœpisset, subito ad mortem rapi. Quā illustrer fuit Dei gratia, dum mirabiliter ex dissipatione & interitu residuus grec iterum coauit. Videns ergo Christum hoc testimonio appositē vñm esse, ne futura dispersio ultra modū terret et discipulos: & tamen vi sue infirmitatis confici in pastorem suum recūberent. Sensus ergo est, Putatis quidē, quia vestram debilitatem nondū ex perti estis, vos sat validos & robustos esse: sed paulo post constabit verē prædictum esse à Zacharia, occiso pastore dissipandum esse gregem. Sed interim recreet vos ac sustinet addita promissio, quod Deus manū extendet, ut ad se i educat dispersas oves. Docet autem hic locus, nullam esse salūficām unitatem nisi quae oves sub Christi pēdon coniunctas tenet.

32. Postquam autem resurrexero. J. Clarus hīc exprimit quod nuper attigi, discipulos n. eru perculsus sic ad breue tempus dissipatis & palatis cui bus fore similes, vt denū tamen reuocant sint ad ouile. Neque enim simpliciter Christus se resurrectum pronuntiat, sed se illis ducēn tōre profiteretur, cōisque sibi adoptat comites, ac si integrī stetissent. & quo plus concipiāt fiducia locum edicit ad quem rursus conuenient. cīcū dixit, Ego vos Hierosolymæ dispersos, in Galilaea rursus colligim.

33. Respo. dñs Petrus. Quanquam nihil simulat Petrus, sed ex sincero affectu loquitur: quia timen falsa virtutis sua confidentia in sultu, in instantiam effertur, ueritatem corripit à Christo: & graues paulo post temeritatis sua peccata luit. Ita ostendit euētus Petrum de se plus esse pollicitum quām prestante fore: quia se probe excutere neglexerat. Hinc etiam melius perspicitur quām stupida sit humana confidentia ebrietas, quād sive infirmitatis iterum à Filio Dei admonitus, & quidē interposito iurciorando, adeō non cedit, nec quicquam remittit de stulta persuasione, ut alios illos spiritus maiore impetu efflare perget. Quāritur tamen aūnon Petro sperare licuerit quod de se spōdet: nam etiam Christi promissio ne freuis de se hoc promittere debuerit. Respōdeo, quod Christus suis discipulis iniuncta f. ritu diuinis Spiritum ante promisit, speciale ad tempus nouitatis quod resurrectionem sequutum est. Quia ergo nondū cælesti virtute induci erant, Petrus à seipso concepia fiducia, si lei metas transflit. Ac omnino duobus modis peccauit. nam & tempus anticipans, sibi ipse temerarius

fuit sponsor, non in promissionem Domini recubuit. Secundò, clavis oculis suam infirmitatem præteriens, securè magis quām fortiter plus de se professus est quām ratio cerebat. Hoc ideo notandum est ut quisque infirmitatis sua memor, affidet ad Spiritus sancti auxilium confugiat; deinde ne plus sibi quisquam sumere audeat quām Dominus promittit. Sic quideam ad certamen accinctos esse decet fideles, ut de victorë succelus nō dubij vel suspensi animos timori resistant, nam trepidatio & nimia anxietas diffidentiam signum est. Verum ex altera parte caudens est stupor, qui & solicitudinem excutit, & animos superbia inflat, & extinguit precandi studium. Hæc media ratio optimè à Paulo téperatur, dum iubet nos salutē nostrâ cū metu & timore peragere, quia Deus est qui velle & perficere operatur in nobis. nam ex via parte humiliatis ad quæredas alibi suppeditias sollicitat: rursum tamē, ne ignavos reddat sollicitudo, ad strenuos conatus nos hortatur. Ergo quo

*S. philip. 2. b.
12.*

ties se nobis ingerit aliqua téatio, p̄imū nobis in mentē veniat nostra infirmitas, ut proflus deieci aliunde petere discamus quod nobis deest: deinde occurrat promissæ gratiæ memoria, quæ nos dubitatio liberet. Nā qui infirmitatis sua oblitio, non inuocato Deo, fortes se esse confidunt, perinde faciunt ac temulent milites, qui ad aram temere profiliunt: exhalata autem cræpula nihil aliud quām fugā meditantur. Mirū autē est quod reliqui discipuli post reprehensionem Petrum, tamen in eandem temeritatem erumpunt. unde apparet quām parvū sibi noti fuerint. Quo exemplo docemus, nihil audendum esse nisi quatenus Deus manum porrigit: quia inconsiderato zelo nihil magis caducum vel cuandam. Videant discipuli nihil esse magis turpe vel absurdum quām magistrum deferere. Ergo hoc flagitium incribit detestantur: sed nulli promissionis fide instruci, & neglectis precibus perperam ad iactandam constantiam quæ nulla erat tranfluant.

MATTH. MARC.

- 35 *Et dixit eis, Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, num defuit quid vobis? At illi dixerunt, Nihil.*
- 36 *Dixit ergo eis, Sed nunquid habet sacculum, tollat: similiter & peram: & qui non habet, vendat tunica suam, & emat gladium.*
- 37 *Dico enim vobis quoniam adhuc quod scriptum est oportet perfici in me, Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me finem habent.*
- 38 *At illi dixerunt, Domine, ecce hic gladij duo. At ille dixit eis, Satis est.*

Huc spectat totus Christi sermo, se hac tenus pepercisse discipulis, ne quid illis plus imponeret molestia quām pro ipsorum modulo. Ac prioris quidem temporis indulgentiam commendat, quo nunc alacrius ad duriorem militiam se comparent. Quorū rūs enim rudes adhuc tyrunculos procul à talorum tactu in umbra & quiete continuit, nisi vt paulatim collectis in otio animis & viribus ad pugnandum assuecerent? Perinde igitur est acī dixisset, Vobis hac tenus fuit commoda & lata conditio, quia tanquam pueros molliter souere volui: nunc maturum adeſt tempus quo vos instar virorum exerceam. Longius tamen patet diversa quām hīc ponit duorum temporum comparatio, nam si absque annona, quin res pacata ipsos sibi prospicere sineat, ad munus suum egressi nihil defuit: nunc multo magis in tumultu & feruore, deposita victus cura properare contineat quō vocat necessitas. Quanquam autem hīc specialiter commemorat Christus, quid egerit cum duodecim Apostolis, simul tamen docet, dum adhuc nouitj sumus & debiles in fide, tantis per nobis inducas dari dum adolescamus in viros, itaque perperam eos facere qui sua quiete ad delicias vtuntur, quæ fidei robur eneruent. Cæterum ne dubitemus quin hodie quoque rationem nostri habeat Christus, vt nonniſ & imbellies nō præcipitet, sed priusquam ad conflitum mittat, armis instruat & virtute.

36 *Nunquid qui habet sacculum?*) Figuratè ingentes turbas & acerrimos insultus instare denuntiat, perinde acī Imperator milites volens in aciem producere, ad arma conclamat. Iubet autem omnibus aliis curis valere iussis, nonniſ ad pugnandum intentos esse, vt ne de victu quidem cogi-

tent. docet enim (vt in extremis periculis fieri solet) omnia usque ad peram & sacculum esse vendenda, ut se armis muniant. Cæterum eos ad extermnam pugnam minime vocat, sed tantum sub bellandi similitudine admonet quām difficiles illis obeunda sint luctæ tentationum, & quām graues spiritualium certaminum sustinendi sint impetus. Porro quo libentius in Dei prouidentiam se reuictant, prius illis (vt dictum est) in memoriam reduxit, Deo suisse cure vt vacuis & nudis nihil que ferentibus victus tamen suppetret. Tale & tam opportunum Dei subsidium expertis nulla debuit in futurum tempus obrepere dubitatio quin laborantibus omni ex parte succurreret.

37 *Quoniam adhuc quod scriptum est.)* Huic adverbio Adhuc subest emphasis: quia significat Christus nondum se omnibus officijs sui numeris defunctum esse, donec iniquis & sceleratis accusus fuerit, tanquam unus ex eorum ordine. Sed ne rei indignitas eorum animos nimis percellat, Iesaiæ vaticinium adducit ex capite 53. d. 12. quod certum est nonniſ de Messiah posse exponi. Iam quum illuc dicatur reputandus esse inter impios, tali spectaculo (quanvis atrocis) non decuit turbari fideles, nedum à Christo alienari, qui aliter redemptor esse non poterat quām si probrum & dedecus scelerati hominis in se suscipieret. Nullum enim aptius tollendis scandalis remedium est, vbi aliqua nos absurditas terret, quām si agnoscimus ita Deo placere, nec temere fieri vel sine iusta ratione quod sit eius decreto: præsertim vbi olim prædictum fuit quod eventu ipso apparet. Qui ergo à discipulis sperandus esset redemptor qualis Deus olim promiserat, disertè autem testatus esset Iesaias, vt nos à scelerata reatu eximeret,

pœnam in ipsum oportere transferri: debuit hoc ad sedandum horrorem sufficere, ne Christum nisi nōris facerent discipuli. Ideo subiicit. *Quæ ad se pertinet finem habere:* significans nihil à Prophetis fructu esse dictum. Nam loquitor hæc apud Gratos significat Peſifici, vel Ad effectum perduci. Iam quin euentu probatur quicquid loqui sunt Prophetæ, hoc ad fidei nostræ confirmationem valere potius debet quān nobis paucore in velanxietatem incutere. Quanquam autem uno hoc argumēto erigit & solutus Christus discipulos, quia omnes prophetas completi oportent, ipsa tamen Diuini consilij ratio non vulgarem fiduciam materiam in se continet: nempe damnationi, quia omnes promerit eramus, subiectum fuisse Christum, & reputatum inter pios, ut nos, qui impij famus & sceleribus oppresi, tāquam iustos Patri offerret. Nam hinc puri & soluti à peccatis

catis coram Deo censeunt, quia agnus ab omnī incula purus & immaculatus in vicem nostrā subiit, sicuti proximo capite rursus dicendum erit.

38. *Domine, ecce duogredi.*) Turpis sane & brutalitatem hæc ruditas, quod discipuli toties admoniti de ferenda cruce, ferreis gladiis sibi pugnandum esse putant. Porro in eum est tuus gladios sibi esse prædicent, ac si probe instructi forent contra hostes, an vero querantur armis se destituiri. Hoc quidem clarum est, ita fuisse stupidos ut de hoste spirituali non cogitarent. Porro quod hinc elicunt Canonista cornutus suos Episcopos duplii iurisdictione esse preditos, non folium putida est allegoria, sed protervū ludibrium quo Dei verbo infundant. Atque hoc dementiae prolabi oportuit Antichristi mancipia, vi palam sacrilego contemptu sacra Dei oracula calarent.

M A T T H . X X V I .

36 *Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemane. & ius nomen Gethsemane: & dixi discipulis, Sedete hic donec va-*

M A R C . X I I I .

32 El veniam in locum cuius nomen Gethsemane: & dicit discipulis suis, Sedete hic donec ora-

L V C . X X I I .

39 Et egressus ibat (ut erat solitus) in montem Olivarum: sequenti autem sunt il-

dixi discipulis, Sedete hic donec va-

33 Et assunxit Petrum & Ia-

40 Et quin per uenisset ad locum, dicit illis, Ora et ne-

dam, & oem illi.

34 Et dicit illis, Tristis es a-

41 Et if se annus est ab

37 Et assumpto Petro & duabus filiis Zebedæ, cepit affis dolore &

35 Et progressus propterque expansum & mærori affici.

42 Dicens, Pater, si vies

38 Tunc attillis Iesus, Tristis

36 Et dicit, Abba, Pater,

43 Apparuit autem ei

est anima mea usque ad mortem: manete hic, & vigilate mecum.

37 Et dicit illis, Tristis es a-

44 Et anxietate corruptus,

39 Et progressus pusillum, proci-

38 Et progressus pusillum pro-

45 Et quoniam reuisset à

dit in faciem suam, orans, ac dicens,

39 Et progressus pusillum pro-

46 Et precante, venisse que ad

Pater mi, si possumus esse translati à

35 Et progressus pusillum pro-

47 Vigilate & orate, ne in-

mea cœli iste: veruntamen non scio

36 Et dicebat, Abba, Pater,

48 Et rufum digressus ora-

ego volo, ied scint tu.

37 Et dicit quod n.

49 Et rufum digressus ora-

40 Et venit at discipulos, & re-

37 Et venit, & offendit eos

50 Et anxietae corruptus,

peritos dormientes: & dicit Pe-

38 Et vigilare & orate, ne in-

51 Prolixius orabat: & erat su-

tro, Adde non potuisti una hora

39 Et rufum digressus ora-

52 dormientes, dicitque Petrus, Si-

vigilare mecum?

40 Et reuersus offendit illos

53 dormientes, non potuisti una

41 Vigilate & orate, ut ne in-

41 Et venit, & offendit eos

54 Et quoniam reuisset à

tretis in tentationem: spiritus qui

42 Et venit altera vice abiit, &

55 horam vigilare?

42 Rursus altera vice abiit, &

42 Et venit, & offendit eos

56 precat one, venisse que ad

orauit dicens, Pater mi, si non potest

43 Vigilate & orate, ne in-

57 spiritus qui dormientes praemare,

hoc poculum transire à me nisi bi-

44 Et relæctis illis, iterum abiit, rursum dormientes, erant enim

58 dormitus, at caro infirma.

45 Et relæctis illis, iterum abiit,

45 Et reuersus offendit illos

59 Et rufum digressus ora-

& oravit tertio, eundem sermonem oculi eorum grauati, neque scie-

46 Et att illis, quid dor-

60 mui? Surgite & orate ne in-

dicens.

46 Et reuersus offendit illos

61 tretis in tentationem.

47 Et relæctis illis, iterum abiit,

47 Et relæctis illis responderent.

36 *Tunc venit Iesus.)* Lucas tantum montem Olivarum nominat: Marcus & Matthæus magis specialem loci notam apponunt. Exprimit autem Lucas, quod magis ad rem pertinet, venisse illuc Christum pro suo in ore. Vnde colligimus non quasiisse in leceſi latribus quibus se abderet, sed quasi ex condito se obtulisse ad mortem. Ideo Iohannes dicit uotum fuisse proditori locum, quia illuc frequenter venire solitus erat Iesus, Ita-

que hoc loco eius obediētia iterum nobis describitur, quia Patrē nō nisi voluntaria morte placaret. *Sedete hic.*) Discipulos procul relinqens, eorum infirmitati parcit: ac si quis extremū disterinet sibi in bello instare videns, uxorem & liberos in loco pacato deponeret. Ceterū nō quanvis cœnes extra telorum tactū locatos velit, sibi tamē prius adiunxit tres comites: ac fuit ill' e flo cœlestis in quo plus erat vigoris. Neque tamē ipſos ee ij

assumpit quod pares ad sustinendum impetu fore consideret, sed ut documento essent communis omnium defectus.

37. *Caput dolore affici.*) Iam ante vidimus Dominum cum metu mortis luctatum esse. sed quia nunc cum tentatione manus conserit, vocatur talis congressus doloris & infirmitatis initium. Vnde colligimus, verum experimentum virtutis non esse nisi in re praesenti. nam tunc se prodit carnis debilitas, que prius latebat, & affectus intimi se effundunt. Ergo tametsi quibusdam praecordiis Filium suum iam exercuerat Deus, nunc tamen pro piore mortis conspectu grauius vulnerat, & infolitum terrorem incitat. Porro quis Divina Christi gloria videatur hoc esse indignum quod paucere & infirmitatem corruperit fuerit, multi interpres anxi in querendis effigiis sudarunt. Sed inconsideratus & parum utilis fuit eorum labor: nam si nos timoris ac infirmitatis eius pudet, efficiet ac peribit redemptio. Verè enim Ambrosius. Non solùm, inquit, excusandum non puto, sed etiam nusquam magis pietatem eius maiestatemque denitor. minus enim contulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum. Ergo pro me doluit qui profane nihil habuit quod deleret, & sequentia delectione Diuinitatis aeterna, tedium meæ infirmitatis afficitur. Confidenter ergo tristitiam nomino, quia crux prædico. Neque enim speciem incarnationis suscepit, sed veritatem. Debuit ergo & dolorem suscipere, ut vinceret tristitiam, non excluderet. neque enim habent fortitudinis laudem qui stuporem magis vulnerum tulerint quam dolorem. Haec tenus Ambrosius. Certè qui ab humanis passionib. immurem fingunt Dei Filium, verè & serio hominem non agnoscunt. Imò quoniam dicitur Divina Christi virtus quasi abscondita ad tempus quievisse, ut partes Redemptoris patiendo impleret, adeò in eo nihil est absurdum, ut alter salutis nostræ mystrium impleri nequiverit. Reclamè enim Cyrillus, Quid autem non voluntaria quodammodo fuerit crucis passio Christo, voluntaria autem propter voluntatem Patris, & propter salutem nostram, ex precatione eius facilè discesserat. Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Eadem enim ratione qua verbum Dei Deus est, & ipsa naturaliter vita, nemo ambiget quod nullo modo morte formidavit, caro autem factus permittit carnem ut sua patiatur: & ideo ut verè homo presentem iam in ianuam mortem expausecit, ac dicit. Si possibile est Pater, transeat à me calix iste. verum quoniam aliter sicut non posset, fiat non ut ego volo, sed ut tu. Vides quoniam admodum natura humana eriam in ipso Christo sua patitur ac formidat: sed à coniuncto sibi Verbo ad congruum Dei fortitudine reducitur. Tandem concludit. Perspicit non fuisse propter carnem, voluntariam mortem Christo, sicut tamen voluntaria: quia propter eam, secundum voluntatem Patris, sales & vita hominibus donata est. Hucusque Cyrillus. Separari tamen à nostra debet, quæ à Christo suscepta sunt carnis infirmitates: sicuti longè distat. Nam in nobis ideo nullus virtus affectus caret: quia omnes modum ac rectum temperamentum excedunt: Christus autem tristitia & metu sic turbatus fuit, ut tamen aduersus Deum non insurgeret: sed maneret compitus ad veram temperantiam regulam. Nec enim mirum est, quoniam integer esset, purusque ab omni libe, puros & liquidos ab eo fluxisse affec-

tus, quanvis huinanæ infirmitatis testes forent: à corrupta autem hominum natura nihil manare nisi turbidum, & quod faciem resipiat. Teneatur ergo hoc discrimen, Christum in metu & tristitia infirmum fuisse absque illa vitij macula: nostros autem opines affectus, quia in excessum ebulliunt, esse virtuosos. Iam ipsa affectuum species quibus tentatus fuit Christus, notanda est. Dicit Mattheus *Tristitia & meroe (vel anxietate) fuisse afflictum.* Lucas *Angore confitulum:* Marcus addidit *Expansum.* Vnde autem illi & in cor, & anxietas, & formido, nisi quia in morte tristius aliquid & magis horribile concepit quam separationem animi & corporis? Et certè mortem subiit non tantum ut è terra in celum migraret, sed potius ut malversationem, cui eramus obnoxii, in se scilicet nos ab ea eximeret. Non ergo mortem horruit simpliciter quatenus tristitus est è mundo, sed quia formidabile Dei tribunal illi erat ante oculos, uidex ipse incomprehensibili vindicta armatus: peccata verò nostra, quorum onus illi erat in potu, sua ingenti mole eum premebant. Quare nimirum si horribilis exitij abyssus metu & anxietate duriter eum cruciavit.

Tristis est anima mea.) Tristitia suæ cœlios facit, ut ad sympathianæ expergescat: non quod eum lateret ipsorum debilitas, sed quo magis in postrem eos socordia sua puderet. Porro hac loquatio lethale doloris vulnus exprimit: ac si dixisset, tristitia se examinem esse, vel semimortuum. Sic Ionas Domino respondet, (cap. 4.a.1.) Itat s sum vsque ad mortem. Quod ideo admoneo quia ex vetustis scriptoribus quidam hunc locum argutè tractando, incepit philosophantur, quod Christi anima non in morte, sed usque ad mortem tantum tristis fuerit. Atque hic rursus tati in coreris causa in mente venie nobis debet. neque enim sic animalium Filii Dei mors per se cruciasset, nisi cum Dei iudicio sensisset sibi esse negotium.

38. *Progressus pusil.*) Alibi vidimus Dominum quo se ad maiorem precandi vehementiam accederet, sine testibus precatum esse. Nam ab hominum conspectu subduci, melius sensus nostros colligimus, ut magis ad id quod agimus intenti sint. Necesse quidem non est, quoties orare volumus, in remotos angulos fugere: (inò non semper expedit) sed ubi maior aliqua urget necessitas, quia liberius in solitudine se effundit orandi fervor, nobis uile est secum suum orare. Quod si Filius Dei hoc adminiculum nō neglexit, plusquam insana superbia foret nō idem in visum nostrum transferre. Adde quod ubi solus Deus est arbitrus, quia tunc timenda non est ambitio, magis familiariter se de nudat fidelis anima, & simplicius sua vota, genitus, curas, pauroes, spes & gaudia in Dei sinu exonerat. Deus autem multas ineptias suis permittit dum seorsum orant, quæ in humano conspectu ostentatione nō carerent. Ipso etiam gestu, quum in terram procidit, ferriam orandi vehementiam testatus est. Nam etsi genuflexio, tanquam honoris ac reverentiae symbolum, cōmuniceret precibus adhiberi solet, Christus tamen suppliciter in terra iacendo, pro magnitudine doloris sui ad miserabilem habitum se formauit. *Pater mihi, si posibile est.* Frustra laborant quidam ut ostendant non hinc preicationem describi, sed querimoniam duntaxat. Ego verò tametsi abrumpum fuisse votum fateor, non dubito quin preicationem Christus conce-

conceperit. Nec obstat quod rem impossibilem vera sit rectitudine, formare noscros omnes effectibus ad Dei arbitrium: esse tamen quandam obliquam diffensionis speciem quae culpa caret, nec in peccatum imputatur: quemadmodum si quis tranquillum & florentem Ecclesie statum expectat, si cupiat eternis liberatos esse Dei filios, sublatas e medio omnes superstitiones, reprobans impiorum libidinem nequid nocant. Hac quam pro se recta sunt, rite possunt a fidelibus expeti, quoniam aliter Deo placet, qui vult Iustum suum regnare inter hostes, suos exerceri sub cruce, & Evangelij victoriam contrarie Satanae machinationibus illustrari. Videntur ut pia sint vota quae in speciem a Dei voluntate discrepant, quia non exacte semper vel scrupulosè a nobis inquiri vult Deus quid statuerit ipse, sed quod pro sensu nostri cœptu oprabile est, flagitari a se permittrit. Non dum tantum prorsus soluta est quaestio, nam quoniam imper dictum fuerit, recte compositos sussit omnes Christi affectus, quoniam modo nunc scipsum corrigit: sic enim affectum suum subigit in obsequium Dei quasi inodorum excesserit. Certe in primo voto non appetit placida illa moderatio quam dixi: quia mediatoris officio defungi, quantum in se est, remittit ac detrectat. Responde, in eo nihil fuisse virtutem quod obiecto mortis terrore, simul oblate est caligo, ut alius omnibus omisis ad votum illud profiliaret. Neque hic subtiliter disputare necesse est an illi obrepere potuerit salutis nostra obliuio: quia hoc unum sufficere nobis debet, quoniam in mortis deprecationem erumperet, de aliis non cogitassem quæ viam clausissent. Si quis excipiat, primum motu (quem frenari antequam longius excurseret oportuit) non fuisse temperatum ut decebat: respondeo non posse in hac naturæ nostræ corruptione perspicere affectum seruorem cum temperie qualis in Christo fuit: sed hunc dandum esse honorem Filio Dei ne eum astimemus ex nobis. Nam sic in nobis astuant omnes carnis affectus ut profilant in contumaciam, vel saltu aliquid fecerit habeant admistum. Sic autem & doloris & mensu seruore astauit Christus ut se tamen contineret in sua mensura. Imò sicut varijs cantus & inter se discrepantes adeò nihil dissonum habent ut potius concinnam suauemque harmoniam concordiant: ita in Christo insigne extitit symmetria exemplar inter Dei & hominum voluntates, ut absque conflictu & repugnancia inter se differant. Hic quidem locus clavis docet nimis insipidos fuisse veteres hereticos qui Monothelitæ dicti sunt, quod singularem Christum non nisi una voluntate & simplici fuisse predictum, neque enim quatenus Deus erat, alius voluit quam Pater. Sequitur ergo humanæ eius animæ suos fuisse affectus ab arcano Dei consilio distinctos. Iam vero si Christum oportuit captiuam tenere suam voluntatem, ut eam subiiceret Dei imperio, quoniam recte moderata esset, quam sollicitè nobis reprehendenda est affectum nostrorum licentia, quæ & semper inconsiderati feruntur ac præcipites, & contumacia referuntur? Quod si nos gubernem Dei Spiritus ut nihil velimus nisi rationi consentaneum, Deo tamen hanc debemus obedientiam ut patienter feramus votis nostris non dari successum. Nam haec fidei modestia est. Deo permittere ut alter statuat quæ nos cupimus. Præsertim haec regula tenenda est ubi nobis non constat

certa & specialis promissio, nequid petamus nisi sub hac conditione, vt Deus implet quod decreuit, quod fieri non potest quin vota nostra illi regnemus. Jam queritur quid orando Christi

Heb. 5.6.7. fuisse proficeret. Apostolus ad Heb. dicit exauditum fuisse à suo metu (sic enim exponi debet locutus ille, non autem ut vulgo legitur, pro sua reverentia) id porrò non quadraret si mortem simpliciter timueret Christus: quia ab ea liberatus non fuit. Vnde sequitur gravioris mali timore ad deprecandam mortem fuisse adactum: nempe quum iram Dei sibi propositam videret, quatenus ad eius tribunal totius mundi peccatis oneratus se fisebat, necesse illi fuit profundam mortis abyssum exhorrescere. Quia quā ergo mortem sustinuit, quia tamen solutus eius doloribus (quē admodum Petrus docet) superior erat in luctu, merito dicit Apostolus exauditum fuisse à suo metu. Hic indocti homines insurgunt, remque indignam esse clamitant quod veritus sit Christus obliterari à morte. Ego autem ipsos mihi respondere velim quānnam fuisse metum potentis qui guttas sanguineas Christo expressit, nunquam enim nisi à dicto & insolito horro fluxisset mortaliter ille fudans sanguinem emittat, & quidem tanta copia ut gutta in terra dilillat, incredibile portentum erit: si qui hoc contingat mortis timore, pusillo & miserabilis animo esse dicemus. Ergo qui Christum negant precatum esse ut eum Pater à mortis gurgite eriperet, mollitem illi affingunt vel plebeio homine indignam. Siquis obiciat infidelitatis esse timorem ilium quem dico, in promptu solutio est, quoniam Divina maledictionis horrore perculsus est Christus, sic tactum fuisse carnis sensu videtur illata & incomitis maneret. Fecit enim natura eius integritas ut easdem quā nos suis aculeis pungunt tentationes sine vulnere sentirent. Interim slūtē imaginantur sine certamine victorē, qui temptationum sensu eum eximunt. Nec verō putare fas est quicquam enim simulasse dum conquesas est de mortali anima sua tristitia: nec mentiti sunt Evangelista, mœstia fuisse correspondit & expauisse narrantes.

40. Et venit ad discipulos.) Quāquam nec metu solutus nec cura laxatus erat, remissa tamen precandi contentione, solutum hoc interposuit. Neque enim talis requiritur precandi assiduitas à fidelibus ut nunquam à Dei colloquio discedant, quin potius Christi exemplo suas orationes continuant, dum eosque progressi quō patitur infirmitas, ad exiguum quidem tempus cessant, subinde tamen anhelitu se denudū ad Deum conuertunt. Fuisset autem non parua doloris leuitatio, discipulos habere eius socios & confortes: contraria verò acerba mali accessio fuit ab ipsis quoque destituti. Etsi enim nullius ope indiguit, quia tamen vltro infirmitates nostras suscepserat, atque in hoc maximè agone eius exanimitionis de qua minuit Paulus, specimen edere voluit, nihil mirum si eorum socordia quos sibi socios delegerat, graue & molestum onus addidit eius dolor. Neque enim sicut cum ipsis expostulat, sed ex genuino animi sensu dolere sibi testatur quod desertus fuerit. Iustus autem hūt sacerdotiaz exprobatio, quod in extremis eius angustiis non viuis saltem hora vigilias tulissent.

Philip. 2. 7. *41. Vigilate & orate.)* Quia in magistri peri-

74. *Tunc caput exercari.*) Hac tertia abnegatione in summū cumulum eripit Petri erga magistrom infidelitas, nam iurecurando nō contentus, ad execrationem transilis, qua corpus & anima suam exitio deuouet, sibi enim maleficitionem Dei imprecatur si Christum noverit, atque perinde hoc valet acsi dixisset. Malè peream si quid mihi commune est cum salute Dei, quia magis admiranda est Christi bonitas, qui discipulū ē ruina tam lethali erectum sanavit. Ceterum hic locus docet non protinus esse blasphemiam in Spiritum liquis infirmitate carnis lapsus, veritatem licet cognitam abneget. Audiebat certè Petrus ex ore Domini quām detestabilis sit perfidia coram hominibus ipsum negare: & quām horribilis eos vltio coram Deo & Angelis inaneat, qui

MATTH. XXVII.

1. *Mānū autem factō consilium ceperunt omnes principes Sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, ut eum mortui tradirent.*

2. *Et vinclū eum adduxerunt, & tradiderunt Pontio Pilato prefidi.*

3. *Tunc vident Iudas, qui eum prodiderat quād damnatus esset, penitentia ductus rectulit triginta argentos principibus Sacerdotum & senioribus,*

ignauo crucis timore, fidei confessionem deferruntur: non fructu paulo ante, mortis & quod uis tormentum Christi abnegationi prætulerat. Nunc ergo sciens & int̄ admittitus se præcipitat, veniam tamen postea obtinet, vnde lequitur, infirmitate, non autem insanabili malitia peccasse. Libenter enim Christo præstissem debitu pietatis officium, nisi metu extinctæ recti affectus scimillæ fuisse.

75. *Et recordamus est Petrus.*) Ad vocem galli accelerat etiam Chrusti intuitus, teste Luca. nam prius canente gallum neglexerat, sicuti ex Marco audiunus. A Christo igitur respici oportuit ut ad se rediret. Idem & in nobis singuli experimur, quis enim nostrum secure non præterit fundis auribus non dico varius & multiplices avium cantus, qui tamen nos ad Deum glorificandum incitant? sed ipsam Dei vocem, quæ clarè & articulat in Legis & Euagelij doctrina resonat? Ne que vno tantum die mentes nostras occupat tam brutes stupor, sed perpetuus est, donec suo nos aspectu dignetur qui solus corda hominum conuertit. Notare tamen opere pretium est non fuisse vulgare in intuitum (quia Iudani prius respexerat, qui tamen nihil inde redditus fuerat melior) sed in respicendo Petro, oculis suis adunxisse arcana Spiritus efficaciam, atque a deo gratia sua radiis in cor eius penetrasse. Quare sciamus, quoties lapsus fuerit quispiam, ei non esse penitentem initium nisi à Domini aspectu. *Flenit amarè.* Verisimile est Petrum metu egrediunt esse, quia flere coram testibus non audiat, in quo se rursus adhuc prodidit eius infirmitas. Vnde colligitur, non satisfactione veniam fuisse promeritum, sed eam adeptum paterna Dei indulgentia. Atque hoc exemplo doceatur quanvis claudicet nostra penitentia, bene tamen sperandum esse: quia ne debilem quidem resipiscientiam modo sincera sit, Deus aspernatur. Interim occultæ Petri lacrymæ veram eius coram Deo & Angelis penitentiam testata sunt, nam ab hominum oculis subductus, Deū sibi & Angelos praeponit: id eoq. ex intimo cordis affectu manat iste lacryma. Quod ideo notandum est, quia videmus eas à intus largè profundi quandiu spectantur, quibas in feces oculi mox arescunt. Porro non dubium est quād lachrymas quæ Dei iudicio nullæ exprimuntur, eliciat ambitio & hypocrisia. Quarier tamen an fleetum requirat vera penitentia. Respondeo, fideles saepe siccis oculis non fitē gemere ad Dominum, suā inque culpam fate ri ut veniam impetrant: sed in gravioribus peccatis nimis stupidos esse ac socordes qui non vulnerantur dolore ac tristitia, nec usque ad lachrymas pudeant. ideo Scriptura, postquam seletrum reos peregit homines, ad faciem & cinerem eos hortatur.

MARC. XV. LVC. XXIII.

1. *Et confitebimur diluculo consilio initio summi Sacerdotis ac toto cō-*

1. *Et surreximus uniuersitate multitudine sacerdotum & seniorum ad Pilatum.*

ff ij

4 Dicens, peccavi prodens sanguinem nostrum. At illi dixerunt, Quid ad nos tu videris.

5 Et proculis argenteis in templo, recessit: & abiens laqueo se suspendit.

6 Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, Non licet eos mittere in Corbanam, quia pretium sanguinis est.

7 Consilio autem trito, emerunt ex illis a grum figuli in sepulchrum peregrini.

^{Act. 1. c. 19.} 8 Quare vocatus est ager ille, ager sanguinii, usque in hodiernum diem.

^{Zach. 13. c. 7.} 9 Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam, dicentem, Et acceperunt triginta argenteos, pretium astimatis, quem estimarunt a filii Israhel.

10 Et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.

11 Mave autem facto, (Quum prius nocte in tempesta summus Pontifex cum suo consilio Iesum examinaverit, tandem sub ortum solis decesserunt sistendum esse coram praeside. Atque in eo iudicij formam obseruant, ne suspecta sit eorum festinatio si ante tempus (vt fieri solet in tumultu) ad Pilatum accurrat. Probabile tam est, quia ab eorum cõfessu abductus esset Christus, consultationem mox ab illis fuisse habitam, & sine longiori mora statuisse quid facere vellent. Prius enim dictum fuit quo tempore Christus ab illis egredius Petro occurrerit, hecne post gallicinium & quia iam aurora instaret. Quare non intelligunt Evangeliste loco fuisse motos, sed tantum reserunt primo diluculo Christum fuisse ab illis morti addicatum, nec momentum unum cessasse scelere suo strenue exequendo. Quod autem prius dixit Lucas, Nam fuisse congregatos, de ipso principio exponi non debet, sed de ultimo actu qui deinde subiicitur: ac si diceret, eos postquam illuxit, quia confessus erat Dominus se esse Dei filium, de eius morte suum decretum protulisse. Quod si de hominis capite illis permisla fuisse cognitio, certatim omnes pro suo futore suis manibus in eum secessissent: sed quia Pilatus capitalibus iudicis praeferat, cogatur ad eius tribunal descendere: tamen suo praedictio ipsius illaqueant. Nam lapidatio Stephanus (vt in rebus turbatis) seditione contigit. Dei autem Filium oportuit solenni ritu a terreno iudice damnari, ut nostrum in celo reatum deleret.)

12 Tunc videns Iudas, Hoc adverbio non designat Matthaeus certum temporis articulum, nam paulo post subiicitur, quia videbat Iudas proditoris mercedem a Sacerdotibus respui, in Templo eam proiecisse. Atqui ex eisdibz Caiaphæ rectâ in Praetorium venerunt, illicique steterunt usque ad Christi damnationem. Vix ergo eo die fuisse in Templo reperti: sed quia de tragico synedrii furore agebat, morte quoque lude (in qua melius apparuit cæci eorum obstinatio & quasi ferrea duritas) inseruit. Hicit autem Iudas penitentia fuisse taciturnon quod resipuerit, sed quod illi displicerit admissum facinus: vt sepe Deus reprobis oculos aperit, ut sua mala sentire incipiatur & horrere. Nam qui serio dolent ut resipiscant, non tantum dicuntur *μετανιάσειν*, sed etiam *μεταρρύπεσθαι*. Unde & *μετανοεῖται*, quæ vera est hominis ad Deum conversione. Tedium igitur & horrorem concepit Iudas, non ut se ad Deum recipiteret, sed potius ut desperatione obrutus, exemplum esset homini à Dei gratia prouersus abdicati. Merito quidem Pau-

lus salutarem tristitiam esse predicit quæ ad pœnitentiam adducit: veūn, si quis in ipso hinc impingat, nihil ei proderit confusus & informis dolor. Quin potius hac iusta vindicta impios tandem perseguitur Deus qui iudicium eius contumaciter spreuerunt, quod Satana sine spe solatij cruciandos tradit. Vera pœnitentia est peccati displicentia, concepta ex meto & reverentia Dei, quæ simul amorem & denderium iustitiae ex se gignit. Ab hoc affectu procul absunt impij, cuperent enim nullum peccandi facere finem: inquit quantum in se est, sibi ac Deo illudere conantur, sed inuitos & calcitrantes cæco horrore torquent conscientia, ut peccatum suum quanvis non oderint, tamen cum dolore & anxietate sibi graue & molestum esse sentiant. Hinc sit ut inutilis sit eorum dolor: quia non liberaliter le ad Deum cōvertunt, neq; etiā aspirant in melius, sed prætice sive cupiditatibus affixi, in tormento quod effugere non possunt tabescunt. Hoc modo (ut nuper dixi) eorum obstinationem vlicescitur Deus, nam etiā electos suos duriter castigans, reluctantes ad se trahit, vulnera tamē quæ infligit opportunitè sanat, ut sponte ad eum veniant cuius se manus percuti agnoscent, & cuius ira terrorunt. Priors ergo sine peccati odio Dei iudicium non minus fugitant quam metuunt: atque ita incurabili plaga vulnerati pereunt inter suos dolores. Si Christi monitionem audierit Iudas, locus adhuc erat pœnitentia: sed quoniam ab eo contemplata fuit tam benigna ad salutem in uitiatione, in Satanæ magisterium traditur, quia eū in desperatione præcipitet. Cæterum si recte de pœnitentia doceret Papistæ in suis scholis, in Iuda nihil desiderari posset, in quem tota e. rū definitio cōpert. Hic enim cernitur & cordis contritio, & oris cōfessio, & operis satisfactio, ut loquuntur. Unde colligimus illos tantum in corticem arripere: quia omitunt quod præcipuum erat, hominis ad Deum conuersionem, dum pudore & meru fractus peccator sibi renuntiat, & se addicat in obsequiū iustitiæ.

6 Quid ad nos? Hic describitur Sacerdotum stupor & vecordia, dum formidabili Iudæ exēplo admonitiō tamē ad seipso redēt. Fatoe quidem, sicuti hypocrita sibi blandiri solent, colore illis fuisse in promptu quo suam causam & Iudæ distinguenter: quia sceleris socios se non putabant, licet abul essent proditoris perfidia. Atqui Iudas non modò se fatetur peccasse, sed Christi innocentiam prædicat, unde sequitur homini iusto exitium molitos, ideoque nefariae cædis reos esse.

esse. Nec verò di biam est quin Deus cauterio mordere voluerit iplorum conscientias, quae doceulant famam degeget. Nos vero dicimus, quod terri videmus sceleratos quibat etiam a latitudine nostram comm me et, tamen, esse ad paentem, an incertum est, quorum neglecta culpa non duplicit oblitus. Tenebam etiam est, vnu sceleris minime abstinens omnes qui se à iouis modo impinguantur: multo vero minus propter sceleris authores, qui se à ministeris suis dñi hñgunt, ne eandem sustineant peccatum.

5. Laius se fuppendu) Hic prelio vendit Satan ille ceras quibus impios ad tempus demulcet, quod illos in furorem vertit, ut ipsi spem salutis vltro sibi abscedentes non alibi quam in morte solitam inveniant. Iudas tringita argenteos, quibus non minus foiam salate nū quam Christianum prosliderat, ipse proficit, quāquam per altos frui siccabat: nec modo se priuat eoru aysu, sed eam sacrilegia mortis Christi mercede vitam quoque suam proficit. Ita, quoniam manus Dei non admoueat, impios tamen sue cupiditates frustatur, vt votorum fuorum potius non modo le abdiciant inanum bonorum fructum, sed inde potius laqueos sibi conficiant. Ceterum quoniam sunt sui carnis fles, pœna nō se exigent, nihil de atrocitate ira Dei levant aut minuant. *Nihil lucet eis*. Hinc clare pater, hypocritis externam modō lari, a seständo, crasē cum Deo ludere, modō ne suū Corban profanter, in reliquis se puros esse fingunt: nec solliciti sunt de nefaria pactione, qui se Dei vindicta non minus quam Iudas obstatuinxerant. Quod si pretium sanguinis in sacro thesauo recondere nefas erat, cur potius licuit inde sumere? neque enim nisi ex Templi oblationibus diuites erant, nec aliunde sumptum rufus misere dubitant. Vade autem pollutio nisi ab ipsis? Porro quo magis sua flagitia regere conantur impij, eo magis ad ea publicanda inuigilat Dominus. Sperabant honesto integumento sepulchrum iri crimen si agri sterili sepe tendis hospitibus emerent. Atqui hoc admirabilis Dei providentia in contrarium euētum convertit, vt ager ille quasi aeternum memoriale solet eius prodictionis quæ prius obscura fuerat. Neque enim noinen ipsi loco indiderunt, sed postquam vulgo res innotuit, publico consenserunt voc itus est ager ille sanguinis: acsi Deus illorum probatum iustitiae voluntate in omnium linguis. Sepulturam verò peregrinis curare plausibile fuit, si quos Hierosolymæ mori contingeret qui ex longinquis regionibus sacrificandi causa illuc ascenderant. Quoniam autem pars erat ex Gentibus, non improbo quod veteres quidam seripererunt, hoc simbolo data fusse spem filiis Getibus, quia in pretio mortis Christi inclusa essent. Sed quia subtile magis quam firmam est commentum, in medio relinquimus. Nomen Corban Chaldaicum est, deductum ex Hebraico Corban, cuius alibi fa-

ctu fuit mentio.

9. *Tunc impli tam e quod d.*) Quomodo Hieronimus nomen obcepisti, sic nescire fateor, nec anxi laboro, certe Hieronimus nomen errore possum esse pro Zichiria, res ipsa ostendit quia nihil tale apud Hieronimum legitur, vel etiam quod accedit. Alter autem ille locus nisi deinceps accommodetur, in alienum sentiu male detortus videtur possit, verum si regulam tenemus quam in citanda Scriptura se, puit sumus Apostoli, cogniti facile erit, apte Christi, congruere quod ille habetur. Postquam conquetus est Dominus, quandiu in regendo populo pastoris officio functus est, semper operari locast, et his se & molestia cogidit ut labori renuntiet, fracta igitur pedo se amplus fore pastorem negat. Protea subiecti, quoniam mercede exigeret, sibi datos tringita argenteos. Quibus verbis significat, non minus foridit se suis habitum quam si ignobilis quisquam & vilis esset operarius. Nam ceremonias & inanis fucos quibus eius beneficia pensabant Iudei, comparat tringita argenteos, tanquam indignæ & pudende bubolei vel opificis mercedis ideo tubet profici ad sigillum in templo, acsi dicaret, Hoc praelatum suum manus, quod mihi non minus probrosum est, accipere quam contumeliose offertur, potius ad emendas regulas vel latices impendant, quibus reficiant templi rimas. Tam quo certius coniatet Christum esse Deum exercituum, in quoniam populos ab initio malignus fuerat & ingratus ibi in carne patefactus est, quod figurare prius dictum fuerat, et ipsa & vilibus modo in eius persona impleri oportuit. Ergo quam maiestas eorum coactus thus vale fecerit, atque opera subdueceret indignis, eum tringita argenteos effimerunt. Atque hic contemptus Filiij Dei ex parte eorum impietatis cumulus fuit. *Pretium est immati*.) Matthæus verba Zacharie non refert: quia tantum ad metaphoram alludit sub qua illuc Dominus de populi ingratitudine conqueritur. Summa tamen eadem est quoniam se totos suaque omnia deberent Iudei Domino, non sine contumelia cum seruili mercede ablegasse: acsi nihil plus tot seculis ipsis gubernando meritus foret quam babulus quispiam unius anni opera. Se ergo tam vili pretio taxatum conqueritur, quoniam sit inestimabilis. In fine autem ubi dicit, *Quem effumarunt à filii Israël, indefinita est loquatio*, Iudas cum Sacerdotibus pepergerat, qui populi totius nomen ac personam sustinebant: ita licentibus Iudeis quasi praeconis voce adductus fuerat Christus. Dignum autem pretium fuit quod sigillo daretur.

10. *Sicut confundit*) Hac particula confirmat Matthæus non sine Dei providentia hoc esse factum quia dum alio tendunt, insciij completi vetus oraculum. Nam qui fieri potuit ut agrum à sigillo emere veniret illis in mentem, nisi eorum errorem Dominus ad sui fecrei executionem flexisset?

M A T T H . XXVII . M A R C . X V .

II Iesus autem stetit ante Presidem. Et interrogauit eum Preses, Tu es Rex iudeorum? At ille respondens dixit illi, Tu es Rex iudeorum? Dicit illi Iesus, Tu dicas.

L V C . XXIII .

2 Et interrogauit eum Pilatus, Tu es Rex iudeorum? At ille respondens dixit illi, Tu es Rex iudeorum? Tu es Rex Regem esse.

3 Pilatus autem interrogauit eum, dicens, Tu es Rex iudeorum? Ille vero respondens ei, ait, Tu dicas.

12 Et quum accusatur à principibus Sacerdotum & Senioribus, nihil respondet.

13 Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quām multa contra te testificantur?

14 Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur Praeses vehementer.

principes Sacerdotum de multis.

4 Pilatus autem rurus interrogauit eum, dicens, Non responde nisi quicquam? ecce quām multa aduersus te stantur.

5 Iesus autem deinde nihil respondit, adeo ut miraretur Praeses.

4 Ait autem Pilatus ad principes Sacerdotum & turbas, Nihil inuenio noxie in homine hoc.

5 At illi inuadescabant, dicentes, Commouet populum, docens per unuersem Iudaeam, exorsus à Galilea usque ad hunc locum.

6 Pilatus autem audit a mentione Galilæa, interrogauit num homo Galilæus esset.

7 Atque et cognovit quod ad Herodis directionem pertineret, remisit eū ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat iunctus temporis.

8 Herodes autem viso Iesu gauisitus est valde tenebatur enim iam multo tempore cupiditate videndi illum, eo quod audiuit multa de eo: & sperabat se signum aliquod visurum ab eo fieri.

9 Interrogabat autem eum multis sermonibus: at ipse nihil ei respondebat.

10 Stabant autem principes Sacerdotum & Scribae acriter accusantes eum.

11 Spreuit autem eum Herodes cum exercitib. suis: quimque illusisset, indutum ueste splendida remisit ad Pilatum.

12 Et facti sunt amici inter se Pilatus & Herodes eodem die. Nam antea simul as inter eos intercesserat.

11 Iesus ergo fleuit. Quanquam deforme fuit hoc spectaculum, & longe alienum à dignitate filij Dei, quod tractus fuit ad profani hominis tribunal, ut cauila capitum tanquam maleficus ex vinculis diceret: tenendum tanien memoria est, in doctrina crucis (qua Græcis stultitia est, & Iudeis scandalum) confitare nobis salutem. Volut enim Filius Dei vincitus fisi coram terreno iudice, & illic subire capite iudicium vt nos reatu soluti ad celestem Dei thronum liberè accedere non dubitemus. Ergo si respicimus quid nobis profuerit Christum iudicari sub Pilato, statim abstersum erit probrum tam indignæ subiecctionis. Et certè nullos offendit Christi damnatio nisi vel superbos hypocritas, vel stupidos & crassos Dei contemptores, quos propriæ iniquitatis non pudet. Stetit ergo Dei Filius coram homine mortali reus, illisque accusari & damnari passus est, vt nos coram Deo stenus intrepidi, & etiam quidem illi infamiam irrogare conati sunt hostes: sed nobis potius spectandus est finis ad quem nos dirigit Dei prouidentia. Nam si in mentem veniat quām formidabile sit Dei tribunal, nec tanē potuisse nos illic absoluiri nisi reus in terra Christus fieret, nunquam pigebit in eius vinculis gloriari. Rursum quoties audimus in tristis folididō que habitu Christum stetisse coram Pilato, hinc petamus fiducia materiam, vt ipso intercessore fratri in Dei conspectu lati & alacres prodeamus. Eodem etiam pertinet quod de silentio mox sequitur. Tacui Christus quoniam vindique ipsum virgarent Sacerdotes, nempe vt suo silentio nobis os aperiret. Nam hinc præclarilla illa facultas quam ce

Rom. 8. 4.

lebrat Paulus, vt pleno ore clamemus Abba Pater, vt statim iterum attingam. Tu es Rex Iudeorum.) Quanquam multis & variis criminibus Christum obruerre tentarunt, probabile tamen est, maligne arreptum ab illis fuisse Regis nomine, ex quo fun-

iam inuidiam apud Pilatum illi conflarent. Ideo apud Lucam exprimitur quod Dprehenderint ipsum evuentem gentem, ac vetantem tributa dari Caesaris decensem.) Hoc vero crimen nihil odiosius apud Pilatum, cui nihil maiori curæ erat quām quietum imperij statum tueri. Ex Iohanne perspicit varii agitata fuisse causam: sed ex toto contextu clare appetet hoc præcipuum fuisse accusationis caput. Sicuti hodie quoque Satan hoc prætextu exosum vel suspectum reddere Euangelium molitur, quasi Christus, regnum suum ergendo, omnia mundi imperia labefactet, iuraque regum & magistratuvm conuellaat. Regum vero tam cæca plerumque superbia est, vt Christum sine potestatis sua iactura regnare non posse existimat. Itaque plausibilis est semper apud eos actio qua semel iniuste grauatus est Christus. ideo Pilatus aliis posthabitis, in leditione maximè insilitus: quia si Christum compriisset aliquid in statu publico turbas, absque mora eum cupidè damnavisset. hæc ratio est cur de regno eum interroget. Quāquam autem apud tres nostros Euagelistas ambigua est Christi responsio, ex Iohanne tamen colligitur, Christum ingenuè cœfessum esse quod obiectum erat: sed crimen simul diluisse, quoniam negaret terminum se esse Regem. Quia vero minime illi positum fuit solicite se purgare, quemadmodum rei solent, mediū responsū Euagelistæ ponunt. acsi dicherent, neque inficias iuuisse quin Rex esset, oblique tamen caluniam notasse qua præter meritum grauabant cum hostes.

12 Nihil respondit.) Cur obmutuisse Christum dicant Euagelista, cuius nuper responsione ex eorū ore audiimus, hæc ratio est, quod quām parata esset defensio, sponte abstinerit. Nec certè prius de regno respondit, quod absolui cuperet, sed tantum vt se astigeret illū esse redemptorem olim promissum, coram quo flectendum esset omne

omne genu. Hanc patientiam miratus est Pilatus, quod vltro innocentiam suam tacendo proderet Christus, quem frigidas & inanis columnas ieselere promptum esset. Tanta era Christi integritas, ut sine patrocinio iudici manifesta esset. Verum optabat Pilatus Christum sibi non deesse, quo minore iniuria absolui posset. Et hactenus quidem laudabilis est Pilati equitas, quod innocentia Christi fauens, ad eius defensionem ipsum pungit. Sed ne Christi silentium miremuntur quasi absurdum, sicut ille fecit, nos ad Dei consilium attendere oportet, qui filium suum (quem expiadis peccatis nostris victimam ordinauerat) quantu[m] in se purus esset, tamen quasi in persona nostra noxiu[m] damnari voluit. Sicut ergo tunc Christus ut nunc sit nobis patronus, ac sua intercessione a reatu nos liberet: sicut, ut gloriari possimus nos eius gratia iustos esse. Atque hoc modo impletum fuit Iesaiæ vaticinium, quod tanquam ouis ad incarnationem duxit sit, &c. Interim tamen enituit illa bona confessio, cuius meminit Paulus non verborum, sed realis: non qua sibi priuatum consuleret, sed qua absolutionem acquireret toti humano generi.

4. *Luc. Ait autem Pilatus.*) Quum nostrorum criminum penam subiret Christus, prius iudicis sui ore absolvi oportuit, vt deinde constaret alieno magis quam suo nomine damnari. Ceterum quia pie tumultu populi cum plane absoluere non audebat Pilatus, libenter oblatam sibi occasionem apprehensus est, vt cum Herodis iudicio permitteret. Erat autem hic Herodes cognominis Antipas, cui reliqui fuerat Galileæ Terra, quum Iudea in partem Syriae provinciæ, i[de] legato Vienam Archela[on], redacta foret. Eius autem paulo post referret Lucas hoc munere placatum fuisse Herodem, qui prius infensus fuerat Pilato: hic tamen non tam captare eius gratiam voluit, quam honesto praetextu inuidiam a se depellere, & ita effugere necessitatei dammandi Christi.

8. *Herodes autem viso Iesu gauisus est.*) Hinc appetat quâtopere impios sua superbia inebriet, in modo prorsus dementer. Quanvis enim non agnoscet Herodes Christum pro Dei filio, Propheta saltem loco eum habebat. Quare plusquam iniquum fuit eius sordibus & ignominia delecati. Verum quasi facta esset sibi iniuria quandiu Christi conspectu portitus non fuerat, nunc sua libidini subiectum certens, exultat quasi vîctor. Videmus etiam quomodo ab impiis & profaniis hominibus amatur Propheta in quibus relinet Dei virtus. Nam diu optauerat Herodes Christum videre: cur non etiam audire optabat vt ex eius doctrina proficeret? Nempe quia Diuinæ virtutis theatricus spectator esse maluit quam pie & suppliciter eam

MATT. XXVI.

MARC. XV.

LVC. XXII.

15. *In f[est]o autem consueverat Praes turbe dimittere unu[m] vinclum quem voluissent.*

16. *Habebat autem tunc vi-*
clum insignem, qui dicebatur Barrabbas.

17. *Congregatis ergo illis dixit Pilatus, virum vultis de mittam vobis, Barrabbam, an Iesum qui dicitur Christus.*

18. *Sciebat enim quod pro-*

6. *Ceterum in festo dimittente illis unu[m] vinculum quenque postulassent.*

7. *Erat autem qui dicebatur Barrabbas, qui in pulum:*

sidionis authoribus fuerat vincetus, qui per seditionem cadem patrauerant.

8. *Et quum clamas-*

13. *Pilatus vero, conuocatis principibus Sacerdotum ac Magistratibus & plebe,*

14. Dixit ad illos, Obtulisti mihi hunc hominem quasi auertentem po-

rogans, nullum crimen inuenio in ho-

mine isto, ex iis de quibus accusatis il-

lum.

15. *Sed ne Herodes quidem: nam*

remisi vos ad eum, & ecce, nihil di-

ff. iiiij

reuererit vt decebat. Atque hoc carnis ingenuum est, sic Deum expecte in suis operibus vt eius imperio se non subiciat: sic expecte conspectum seruorum eius, vt loquentem in ipsis audire fugiter. Ino Herodes quin speraret aliud miraculum à Christo, rem tamen ad suos pedes iacere maluit quam doctorem admittere. Quare mitem non est si Deus ab impiis gloriam suam subducet, qui sibi cuperent ludos ab eo non fecus atque ab his trione aliquo praberet.

11. *Spreuit autem illum Herodes.*) Fieri aliter non potuit quin ab homine superbo, & sibi in lauitus suis, regio honore & opibus placete sperneretur Christus, qui nihil tunc nisi contemptibile prese tulit. Non tamen excusabilis est Herodis factus, qui viam gratia Dei preclusit: nec dubium est quin Deus, vt pœna fumeret de priore eius scordia, consulto indurauerit ipsius animum talis spectaculo. Indignus enim fuit qui vnam cælestis gloria scintillam in Christo conspicceret: quia tandem ad plenum tulgorem cæcutierat, quo illustrata fuerat tota eius ditio. Nec tantum ab uno Herode spretum fuisse Christum narrat Lucas, sed à toto eius satellitio: vt sciamus raro in aulis Regum haberi iustum Deo honorem. Nam quia pompis fere dedit sunt omnes aulici, ita eorum sensus occupat vanitas, vt spirituales Dei gratias vel secure despicant, vel clausis oculis prætereat. Ceterū hoc Christi contemptu nobis parva est noua dignitas, vt nūc Deo & Angelis pretiosi simus.

12. *Falli sunt amici.*) Quid Christus reconcilianda inter pios gratia pignus fuit, hinc discimus quām contemptibiles sint mundo filii Dei, ipsaque religio. Probabile est, quum vtrunque impelleret sua ambitione in contentionem aliquam de imperio venisse: sed quācunque fuerit dissidij origo, in terrenis negotiis nescire de suo iure vel tantum alteri cessisset: quia tamen Christus pro nihilo ducitur, Pilatus Herodi facilè eum addicet, & vicissim Herodes Pilato remittit. Sic hodie videamus, quā pro latronibus & alijs sceleratis interfice disceptent iudices, filios Dei tanquam quisquiliis contemptum iactari. Pteratis autem odiu impios sape inuicem placat, vt quibus nihil prius erat commune ad extingendum Dei nomen simul conspirent. Nec verò quin ad mortem vltro citrōque tradunt impij Dei filios, quasi pretiosa in ercede redimunt mutuan amicitiam: sed quod vilissimum ipsis est, non grauatum obtrudent, perinde ac si quis frustum panis cani proiceret. Inter nos verò aliam pacem abolitis discordi compone debet Christus: ne ut Deo priu[m] reconciliati, pio sancto que consensu tum ad colendam iustitiam iuuenimus alij alij, tum ut fraternalis officiis & mutua humanitate certemus.

13. *Pilatus vero, conuocatis principibus Sacerdotum ac Magistratibus &*

14. Dixit ad illos, Obtulisti mihi

hunc hominem quasi auertentem po-

rogans, nullum crimen inuenio in ho-

mine isto, ex iis de quibus accusatis il-

lum.

15. *Sed ne Herodes quidem: nam*

remisi vos ad eum, & ecce, nihil di-

ff. iiiij

pter inuidiam tradidissent eum. sed turba, caput flagitare gnum morte actum est ei.

19 Sedente autem illo pro quemadmodum semper tribunali, misit ad eum vxor eius - fecerat ipsis. dicens, Nihil tibi cum iusto. **9** Pilatus autem ref- illo. multa enim passa sum hodie prodit illis, dicens, Vultis dimittam vobis Regem turba, dicentes, Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam.

20 Principes autem Sacerdoti Iudeorum? tum & Seniores persuaserunt. **10** Sciebat enim quod turbis ut peterent Barrabam, propter inuidiam principes Sacerdotum illum

Iesum vero perderent. **16** Castigatum ergo eum dimittam. **17** Necesse autem habebat dimitti, tere eis in festo unum. **18** Exclamarunt autem omnes in personam propriam eum.

21 Respondens autem Preses tradidissent. **19** Qui erat propter seditionem quandam factam in urbe & homicidium cunctum in carcere.

aut illis, Virum vultis vobis? **11** Pr. cipes vero Sa- **20** Iterum autem Pilatus loquutus istad eos, volens dimittere Iesum.

duobus dimittam? At illi dixerunt, Concedite nos, ut potius Ba- **21** At illi clamabant, dicentes, Cru-

runt, Barrabam. **cifige, crucifige eum.**

22 Dixit illis Pilatus, Quid abbam dimittet et ipsi. **22** Ille autem tertio dixit eis, Quid

igitur faciam le, u, qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes, Crucifigatur. **12** Pilatus vero respondens rufum dixit illis, Le compere in eo: castigatum ergo il-

lum dimittam.

23 Preses autem ait, Quid iam ei quem dicitis Re- **23** At illi instabant vocibus ma-

enim malifici? At illi magis clamabant, dicentes, Crucifiga-

tur.

gnis, postulantes ut crucifigeretur: &

clamauerunt, Crucifige eum Sacerdotum.

13 At illi rufum inaudirebant voces eorum ac princi-

pius clamauerunt, Crucifige eum.

14 Pilatus vero di- **15** Infesto consuerat.) Hic nobis tum impla-

cebat eis, Quid enim ma-

li fecit? At illi vehemen-

terus clamauerunt, Cru-

cifige eum.

15 Infesto consuerat.) Hic nobis tum impla-

cabilis Sacerdotum crudelitas, tum furiosa etiam populi obstinatio describitur, mira enim vrofusq; amentia correptos esse oportuit, quibus non satis fuit conspirare in morte hominis innocui, nisi etiam in eius odium latronem liberarent. Sic impios precipitat Satan, postquam semel ruere ceperint, ut nullum quantumvis detestabile scelus horreant, sed exccari & stupidi accumulente peccata peccatis. Non dubium est quin Pilatus, ut pudore eos fleceret, sceleris in hominem delegerit, cui Christus oppositus absoluvi posset. Et ipsa criminis atrocitas cuius Barrabbas reus erat, merito debuit populi odio in eum transferre, ut saltem comparatione Christus liberaretur. Atqui nullo dedecore terrentur vel Sacerdotes vel togagens, quin seditionum & homicidiam sibi dono dari postulent. Interim reputandum nobis est Dei consilium, quo factum est ut Christus quasi postremus hominum cruci destinaretur. Se- uunt quidecum in ipsum exco furore Iudei: sed quia Deus expandit mundi peccatis nra appa ordinaverat, etiam infra latronem & homicidiam locari passus est. Flue verò redactum esse Dei Filium nevo rite expendet sine summo horrore, siisque displicentia, & detestatione suorum scelerum. Sed hinc quoque non vulgaris emergit fiduciae materia, quia ideo in profundum ignominiae demersus est Christus ut nobis ascensum in celestis gloriam sua deiectio acquireret: ideo latrone habitus fuit deterior ut nos aggregaret Dei Angelis. Hic fructus si rite astinetur, satis superque ad abolendum crucis scandalum valebit. Portò quod in die festo quempiam vnum ex vincitis Preses in populi gratiam dimittere solebat, exemplu

fuit stultus & perperam inductum, non sine aperta cultus Dei corruptela, nihil enim minus conscientiam est quam dies festos scelerum impunitate ornari. Nam ideo magistratus armavit, Deus gladio ut crimina quae tollerati sine publica pernicie nequeunt, severè vindicent. unde appetet legum & prevaricarum violatione minimè coli velle. Sed hoc scilicet proficiunt homines, quam à seipso temere rationes colendi Dei excogitāt (quam nihil tantum sit nisi ex prescripto verbi eius) ut honoris praetextu ipsum sepe afficiant contumelia. Quare haec nobis tenenda est sobrietas, nequid Deo offeramus nisi quod postulat. Adeò enim profanis innumeribus non delectatur, ut iram eius magis provocent.

19 Sedente autem i'lo.) Quanquam diurna metatatio in somni causa esse potuit, minimè tamen dubium est vxorem Pilati non naturaliter (vt quotidie nobis accidit) sed singulari Dei instinctu hoc tormenta suis passam. Vulgo putarunt diabolum, vt remor in iuiceret humani generis redemptioni, fœminam subornasse, quod minimè conuenit, quum eiusdem impulsu tam opere ardenter Sacerdotes & Scribe ad Christum perdendum. Sic ergo potius habendum est, pluribus modis probatum foisse à Deo Pare Christi innocentiam ut constaret ipsum alieno (hoc est nostro) nomine mortem obire. Ideo & toties Pilati voce prius absoluvi quam damnari voluit, ut in gratuita eius damnatione legitima pro peccatis nostris satisfactio fulgeret. Catecum hoc nominatim refert Matthæus, nequis tam felicitum Pilati studium miretur, dum pro hominis contempti vita in tumultu populari dimicat. Et certè nocturnis vxoris terroribus illum Deus ad tuendam filij sui inno-

nocentiam cœgit: non ut eriperet eum à morte, sed tantum ut testatum ficeret, in aliorum vicem poenam quam promeritus non erat subiici. De somnis autem quæ sunt instar visionū, alibi dictum est.

20 *Principes autem Sacerdotum.*) Præcipuos malis authores Euangelista designat, nō quod plenam (quæ aliunde impulsa fu) excuset fuita crudelitas, sed ut item non sponte intensus fuisse Christi, sed dum obsequium suum vendit sacerdotibus, tam omnis æquitatis & modestiae quæ propria latuit fuisse obliti. Hinc veò doceatur quod exitialis sit insipitorum authoritas quibus facile est hoc illuc ad quodvis nefas homini vulgus rapere, quo nihil magis flexible est, tenendum interea est consilium Euangelistæ, Christum populi voce tam acriter ad mortem fuisse postulatum, non quod ipse passus exsus fuero, sed quia maior pars suis Praefulibus ambitione morem gerere cupiens, posthabito æquitatis respectu, lingua inimicorum paucorum conspirationi, quæ venalem addixit.

22 *Quid igitur faciat Iesu?*) Quia sic amena-
tia videt exercitatus Pilatus ut cum maximo suo dedecore latronem à morte eripere nō dubitet, alio artificio eos pungere conatur, ut ad sanitatem reuocetur: nè quod mors Christi ignominiam ipsius inuret, eo quod vulgata esset fama de Iesu, ipsum Regem & Christum esse, ac si dixisset, Si vos homines non inferret, saltem consulite honori vestro: quia eius supplicio vulgo putabant extranei vos omnes fuisse castigatos. Atque ne hoc quidem modo sedatus fuit levitatis ardor, quin pergerent sibi publicè magis esset inimici quæ priuationem Christi. Ideo apud Marcum, qui acris pungat eos Pilatus, dicit etiam ab ipsis Iesum vocari Regem, significans, titulum huc perinde celebrem esse acti vbiat unum esset cognomen. Atqui abiecto omni pudore pertinaciter virgine Christi necem, quæ secum totius gentis ignominiam trahebat. Apud Iohannem exprimitur respōsio, quam tres nostri subiungunt: nempe Regem illis nullum esse præter Cæsarem. Ita spes promissæ sibi redemptio nisi priuari maluit, & in perpetuum seruituitem addicis, quæ oblatum sibi diuinitus redemptorem susciperet.

16 *Lac. Castigatum ergo dimittam.*) Si quod le-

M A F T H . A X V I I .

M A R C . X V .

L V C . X X I I .

24 *Videns autem Pilatus quod,* 15 *Pilatus vero volens,*
nihil proficeret, sed magis tumultus turba satisfacere demisit
fieret, accepta aqua abluit manus illis Barrabbam: & tradi-
coram populo, dicens, *Innocens ego sum à sanguine huius tuisti: vos vi-
deritis.*

25 *Et respondens universus po-
pulus dixit, Sanguis eius super nos
& super filios nostros.*

26 *Tunc dimisit illis Barrab-
bam: Iesum autem flagellatum tra-
dedit ut crucifigeretur.*

27 *Tunc milites Präsidis suscep-
tientes Iesum in Prätorium, congre-
gaverunt ad eum universam cohorte-
rem.*

28 *Et quum exuissent eum, cir-
cundederunt ei chlamydem coccineam.*

29 *Et coronam de spinis con-*

ne delictum admissum erat absque criminе capita-
li, cum qui deliquerat solebant Romani præfides
virgis cædere: atque hoc poenæ genus dictum fuit
coercitio. Inque ergo Pilatus, qui Christum ab omni
culpa absoluens, quasi mediocris dicit, tñ conui-
ctum punire vult. Neque enim solum testatur nul-
lum se crimen morte dignum in eo compescere,
sed eius innocentiam ablique exceptione allerit.
Cur ergo eum flagellari? Sed ita solent terreni ho-
mines, quos Dei Spiritus in constanti recti studio
confirmat, etiam si æquitatem colere cupi-
ant, ad modicas iniurias coacti deflectere.
Nec modò hoc sibi pro iusta excusatione du-
cunt quod non grauisimè peccarint, sed ex eo
clementer laudea sibi arrogant quod peperc-
runt aliqua ex parte innoxius. Interea non repu-
tant, quanvis absit extrema crudelitas, non ali-
ter virgis quæm fecuri violari iustitiam, quæ pre-
dictior est hominum vita. Quid ad filii Dei spe-
ctat, hoc modo dimissus, probrum virgarum sine
salutis nostraræ profecto secum tulisse: in cruce ver-
ò, non fecus atque in splendido currū, de hosti-
bus suis ac nostris triumphavit. Vtinam verò non
multis hodie Pilatus referunt effet mundus. Sed i-
dem videamus in membris compleri quod in capi-
te ceptum est. Eadem qua Iudaici Sacerdotes se-
viria Christum ad mortem raptandum esse clama-
runt, pios eius seruos persequitur clerus Papalis.
Multi quideu ex iudicibus voluntarios se carni-
fices præbent coram furori: sed quia abhorrent à
sanguine fundendo, ut eripiant homines innoxios
à morte, Christum ipsum (vincam Dei iustitiam)
flagellant. Quid enim aliud est, Dei cultores redi-
menda vita causa ad Euangeliū abnegationem
cogere, quæm virgarum dedecori subiecte Christi
nomen? Interea hostium eius violentiam ob-
tendunt: quasi hoc celote probe tegatur perfida
eorum timiditas: quæ si in Pilato non fuit excusa-
bilis, summum in ipsis detrahitione mereretur. Ce-
terum quanquam hoc prætererunt tres nostri Eu-
angelistæ, ex Iohanne tamen conflit virgis ce-
sum fuisse Christum, quum adhuc de seruanda ei-
us vita contendere Pilatus, ut spectaculi deformi-
tatis populi rabient placaret, si ultramen addi-
dit Iohannes implacabilem fuisse, donec extin-
ctus esset vitæ author.

24 *Et Pilatus adiudicauit ut
siceret quod illi postulabant.*

25 *Dimisit autem illis eum qui
propter seditionem & homicidium
conieclus fuerat in carcерem, quen-
poposcerant: Iesum vero tradidit ar-*

bitorio eorum.

26 *Et quum adducerenteum,
apprehenderunt Simonem quen-
dam Cyrenensem, venientem rure:
& imposuerunt illi crucem ut por-
tar et post Iesum.*

27 *Sequebatur autem illum
multa turba populi a: mulierum,
qua: & plangebat & lamentaban-
tre illum; Ave Rex Iudeo-*

rum.

28 *Connuersus autem Iesus ad il-
las, dixit, Filie Jerusalim nolue fle-
rus cadere arundine, & re super me, sic iuxta vos met ipsi-
sue vestris.*

textam imposuerunt super caput tis genibus adorabant ille
eius, & arundinem in dextra et iugum.
ius: & genu flexo ante eum illus-
debat ei, dicentes, Ave Rex Iudei, exuerunt eum pura,
daorum.
30 Et quum expuissent in eum,
aceperunt arundinem: & percu-
tebant caput eius.
31 Et postquam illuserunt ei,
exuerunt eum chlamyde, & in-
duerunt vestib us suis, & addu-
xerunt eum ut crucifigerent.
32 Excantes autem inuenie-
runt hominem Cyreneum nomi-
ne Simonem: hunc adegerunt vi-
tolleret crucem eius.

29 Quoniam ecce venient
dies in quibus dicens, Beati steri-
les, & ventres qui non genuerunt,
& ubera que non lactauerunt.
30 Tunc incipient dicere mon-
tibus, Cadite super nos: & collibus,
Operite nos:
31 Quasi si in humido ligno haec
faciunt, in arido quid fieri.
32 Ducebantur autem & ali-
veniebat ex agro, patrem duo facinorosi cum eo, ut interfice-
rentur. Alexandri & Ruffi, ut renatur.

24 Videns autem Pilatus.) Quemadmodum
nautae vini maiores tempestatis experti ad extre-
mum cedant, & se in contrarium cursum rapi fini-
nunt: ita Pilatus, se imparem videns ad compe-
scendum populi motum, deposita iudicis authori-
tate insanos clamores sequitur. Quanquam autem
diu resiliere conatus erat, non ramen eum excusat
necessitas: quia potius quidus perferre debuit
qua n ab officio deflectere. Nec vero cuiquam
eius leuit puerilis ceremonia qua vitetur. quo-
modo enim sceleris labem absbergeret paucis
aqua guttis, quae nullis piaculis deleri poterat?
Quia iam etiam non hoc præcipue spectatio ut
fusas coram Deo maculas purgaret, sed populo si-
gnum detestationis proponuit, si forte exprimeret
furoris pœnitentiam, ac in hunc modum prefa-
tus esset. Ecce, cogitis me ad iniustiam cedem, ad
quam trepide nec sine horrore descendeo. Quid
ergo vobis futurum est, & quam gravis vos ma-
net Dei vindicta qui præcipui etiis authores? Ce-
terum qualcunque fuerit consilium Pilati, Deus
tamen hoc modo testata voluit Filij sui innoce-
tiam, quo melius patet in eo damnata esse pec-
cata nostra. Sicutur ad tribunal iudicis terreni su-
premus & unicus mundi Index: damnatur ad eternum
cum tanquam sceleratus: quinetiam locatur me-
dius inter latrones, quasi eorum princeps. Pos-
set talis spectaculi fœditas primo intuitu sensus
humanos non parum turbare, nisi occurreret
haec ratio, pœnam quæ nos manebat, Christo
fuisse impositam, vt nunc sublato reatu, non dubi-
temus in conspectu cœlestis iudicis prodire.
Ergo aqua quæ Pilato ad eluendas fortes nihil
profuit, n illi oī vsum hodie valere debet, vt oculos
nos ab omnibus impedimentis purget,
quo liquidè in media damnatione, Christi iusti-
tiam conspiciant.

25 Sanguis eius super nos.) Non dubium est quin
secare se deuouerint Iudei, acsi iusta illis coram
Deo ratio constret: sed zelus inconsideratus
eousque ipsos præcipitat ut scelus inexpiable de-
signantes solenni quoque devotione spem venia-
fibi abfcindant. Hinc colligimus quā sollicitè ca-
uenda sit in omnibus iudiciis præcepis temeritas.
nam vel audent homines neglecta inquisitione
hoc vel illud arripere prout vñsum est, tandem à
cæco impetu neccesse est ad furem ipsos delabi.
Atque hæc iusta est Dei vñlio, qua persequitur eo-
rum superbia qui recti & iniqui delectū habe-

re non dignantur. Putarunt Iudei Christum occi-
dendo gratu in se obligeatum Deo praestare, sed
vnde prauis hic error, nisi ex impia contumacia
& ipsius Dei contemptu? Quare merito in hanc
amentiam protecti sunt, vt sibi ultimum exitium
accerserent. Nos vero, vbi de cultu Dei & sacris
eius mysteriis agitur, oculos aperire discamus, &
reuerenter sobrieque de causa cognoscere, ne hy-
pocrisis & audaciis stupore nos deponent. Sicu-
ti autem nunquam passus esset Deus execrandam
hanc vocem n. c. luere ex ore populi, nisi prius de-
sperata fuisset eius impietas ita iustè eam horren-
dis & infolitis modis postea vltus est, & tamen
incredibili miraculo quædam sibi reliquias serua-
uit, ne fœtus suum extingueretur totius gentis
interitu. Adoptauerat sibi semen Abraham, vt esset
gens electa, regnum Sacerdotale, sacrum pecu-
lium, & hereditas. Nunc Iudei ad tanta gratia
abnegationem quasi una voce conspirant, quis
non diceret totam gentem radicitus à regno Dei
euulsam esse? Sed Deus in ipsorum perfidia illu-
strat fidei sue constantiam: atque, vt se non frustra
fœdus cum Abraham pepigisse ostendat, quos
gratis elegit, à generali exinit interitu, ita semper
omnibus humanae incredibilitatis obstaculis
superior emergit eius veritas.

26 Tunc dimisi illis Barrabam.) Non expri-
munt tres nostri Evangelistæ quod apud Iohanne in habetur, Pilatum confendisse tribunal vt in
de sententiam ferre: quia tam n. significant libi-
dine populi & cōfuso tumultu vñsum esse vt in-
dignè Christum traderet ad mortem. Vtrq. ta-
men notandum est, quod inuito extortus fuerit af-
fensus, & tamen iudicis personam repræsentari
in eo dannando quem in sententia esse pronuntiat.
Nisi enim purus ab omni delicto fuisset Dei filius,
non esset ab eius morte expiatio petenda. rursum
nisi vadis nomine subiisset quam nos promeriti
eramus peccatum, nunc impliciti essemus scelerum
nostrorum reatu. Filium ergo suum voluit Deus
solenni ritu dñnari vt nos eius gratia absoluueret.
Ipsa vero supplicij atrocitas non minus ad confit-
mandam fidem nostram valet quam ad nos metu-
ir Dei terrendos, & malorum nostrorum sensu
humiliados, n. si rite in meditada Christi morte
proficere cupimus, inde incipere decet vt pro pœ-
na quam sustinuit gravitate exhorreas nostræ
peccata. Ita fieri vt non modo nos pigeat nostri ac
pudeat, sed vt serio dolore vulnerati, quo decet

ardore queramus medicinā, & simili confusō tristepo demus, nam ī lusquam lapideis coribus nos esse oportet nisi vulneribus filij Dei penitus laetemur: nisi oderimus ac detestemur peccata nostra, quibus expandi tantum peccatum pertulit Dei filius. Ceterum vt hic se profert horribilis Dei vindicta, sic ex altera parte vberissima siducie materia nobis proponitur. Neque enim timendum est ut in Dei iudicium amplius veniant peccata nostra, quibus tam pretiosa mercede nos absolvit Dei filius. Neque enim vulgariter mortis specie defunctus est ut vitam nobis acquireret, sed una cum cruce nostram in se maledictionem suscepit, neque amplius in noctis residat immundities.

27. *Twe menses Prisidis.*) Hæc probri tum accensio non frustula narratur. Quod filium suum unigenitum Deus ludibriis omnigenus exposuit, scimus non ludicrum fuisse aliquid spectaculum. Primū ergo quid meriti simus expendere contemnit, deinde compensatio a Christo obiata in bonam sibi emergeremus debet. Digna est nostra iceditas quam abominatur Deus, & Angeli oue conspuant, vt vero nos in Patris confectum Christus puros & immaculatos filteres, conspi ijs & omniibus communibus fœdari voluit. Quare illa quam semel in terra passus est deformatus, nunc gratiam nobis in calo conchitans, & simul instaurat imaginem Dei, qua non in oculo inquinata exat peccati solidibus, sed scire delecta. Hinc quoque resulget inaccessibilis erga nos Dei misericordia, quod unigenitum Filium suum hucusque causam nostram decerit. Hoc documentum mirum erga ries suum amore: præbavit Christus, quod nullum ignominiae genus pro salute nostra recusaverit. Sed hæc arcana potius meditatione quam verborum ornata indigent. Docetur in terea, carnis sensu minimè aestimandum esse Christi regnum, sed fidei & spiritus iudicio. Quidam enim in mundo subfident mentes nostræ, non modo contemptibile robis videbuntur, sed prædendis etiam ignominias refertum: verum simulacra fidei in celum assererent, non solum occurset spiritualis matutias Christi, quæ oblitteret omne crucis præbrum, sed spuma flagella, colaphi & alia ludibriæ ad contempplandam eius gloriam ducerent: quemadmodum

Phil. 2. b. docet Paulus datum illi fuisse nomen & summum imperium, vt coram ipso flectatur omne genus, quia seipsum sponte exinanitur vsque ad mortem crucis. Quare si hodie etiam Christo mundus proterue illudit, discimus fidei altitudine superaret hæc scadalamen morem quid impij Christo perperam affligant, sed quibus insignibus induerit illum cælestis Pater, quo illum sceptro & qua corona decoraverit, vt non modo longè supra homines, sed etiam supra omnes Angelos eminet. Quod Marcus purpuram cocci loco posuit, quum diversi sint colores, in eo minimè sudandum est. Christum veste pretiosa fuisse induitum non est probabile, vnde colligimus non huius purpuream, sed quæ similitudinem aliquam referret: quemadmodum pictor veritatem initiat in suis figuris.

32. *Invenient hominem Cyrenum.*) Hac circunstancia exprimitur extrema tam gentis Iudaicæ quam militum crudelitas. Non dubium est quin suas cruces tunc gestare soliti fuerint malefici usque ad supplicij locum: sed quum nonnulli robusti latrones crucifigerentur, pares erant ad tale onus ferendum: Christi alia fuit ratio, vt ip-

sa eorum debilitas palam demonstraret agnum immorari. Eiū etiam potest ut flagellis nūtilatus multo. Ipsi enim duriter oppresus, enīcis pondēr succubuerit. Narrant autem Euai gelītā ruficū hominem & ignibetem coacum fuisse, & dūtus ut crucem getaret: quia quām detestabili esset fūpplicium illud, solo etiam contactu pellū se omnes putabant. Qui vero ex contenptissima plebis face ad fōrdū & intame manus ad ejus iūtū, cum Deus p̄r suos lacones neabilitat, neque eum fūjerat, ut illi quod non modo exprimitur, Euai gelītā eius ne natus, sed patrā, qui & filios commenierant. Nec dubium est quoniam hoc prædictio nos admonet t̄ Dens, quoniam nullus nūtus & nos locū vel pretij, dignitatem & famam nebis oītū ex alijs pluri erit.

27. *Loc. de mētā. utr. antīcam.*) Quidam in publico te tuus p̄oles vne clau ore Christum dānassers, id est ut tan en quodam non iuste obliuēs doctrinæ & intrāculorum sicut in nascē illa cōspiratione ex gaudiis libi reliquias Deus servauit. Quantum autem in becille fuit gloriam multum. fides et credibilitate tan en est occultum fuisse pietatis se in eo, vnde postea suo tempore erga eum in predicit. In tere, ille ex eorum volunt ad dannar dāgi in piam necināque virū in cruce delictam, qui cum Scribis & Sacerdotibus in nascē Christi cōspirauerant. Verum aliud fuit Læcē confitit, renje vi sciremus, dum excessio frātē confusa exultat hoīū in pietatis, s̄ eum iōctē s̄ speculari quid agatur, sed vindicem federe in celo, qui mox de inuita sauitia peccata sumat, p̄c id ē perpendam esse eus vindictam quia disertur in tempus idicium: sed ante quā apparat timendum est.

28. *Nolite fieri.*) Putarint quidam ebūurgari mulieres quod stolte & in considerato affectu manus lacrymas fūnerent, atq̄ non simpliciter eas castigat Christus, aci perpetram & sine ratione fūnerent sed admonet longe maiori templū esse causam ex horribili quod in perdet Dei iudicio: acsi dicteret, mortem sciam hæc solyma & toti genti non finem, sed initium malorum esse, atque hoc modo significat si non na expostum impiorum: ibidini quin Deo cura sit. Nam ex: c̄t a quæ deinde sequuta est, clare potuit Christi vitam Deo patrī fuisse preciosam quo ten p̄ore in res putabant desertum prorsus & reiectū esse. Testantur quidem hæc verba quām excellē erūt in fortiudine præditus fuerit Christus: quia sic loqui non poterat nisi constanter & utriusque ad martyrem pergeret, sed hæc p̄cipit et tendit, te in illo defici mihi sordidū & habitu respici tan en à Dco: in pīs verò, qui nūne quasi victores superbē triūphantium duī infans latitiae fore compotes, quia paulo p̄d̄t sequetur in credibilis conuersio. Hæc doctrina hodie quoque nebis prodest, cum agnoscimus Christum non ideo mirus charum fuisse patria quia ad nō omnētū destitutus fuerit eius auxiliū: sed tanti fuisse illi salutem nostram, vt ne unigenito qui tem parceret. Hoc autem insigni documento p̄ferebit, quom urbem sanctam & ubi vicuum Sacratum sibi elegerat, funditus exedit, ac perdidit vñd̄ cum incolis. Hinc ad meditandam inortis Christi causam assurgere discamus. nā quā Deus illam tam severē vltos sit, nunquam à filio suo obiri passus esset, nisi vt pro mundi peccatis esfer expiatio.

29. *Quemam ecce venient.*) Denuntiat non

vulgari em cladem, sed diram & prius inauditam instare, in qua palam cernatur Diuina vltio: ac si dixisset, gentem illam non vno vel simplici interitus genere absumpsum iri, sed multiplici ingentium malorum congerie interitaram, ut multo satius sit motum ruinis opprimi, vel absorberi terra claspate, quam inter saevis diuturni exitij cruciatus tabescere. Nec verò irrita minz ecederunt, sed hoc verborum fulmen superauit ipsa eventus atrociis, quemadmodum ex Iosepho patet. Porro quum iste sint ultimæ desperationis voces optare à montibus opprimi & sobolem maledicere, his verbis docuit Christus sensuros tandem Iudeos non cum homine mortali, sed cum Deo bellum se gestisse. Ita infamia scilicet furor mercede per soluunt Dei hostes, ut frustra eius vindicta terram pro clypeo opponere cupiant qui prius cœlum ipsi in impetrare aut sunt.

31 Si in humido.) Hac sententia confirmat Christus nec inultam fore mortem suam, nec diu statueros ludos quorum matura iam, inquit semiputrida erat iniquitas, ac vulgari similitudine probat fieri non posse quin ira Diuinæ ignis statim illos incendio correptos deuoreret. Scimus lignum aridum solere prius in ignem coniici: quod si humidum & viride comburitur, tandem multo minus parceret arido. Porro verbum Faciunt indelitè exponere licet hoc sensu, Si ante tempus ad

igneum rapitur lignum viride, quid siccō & veteri fore putatis? Nihil fortè quis malit conferri homines cum Deo: acsi dixisset Christus, impii qui similes sunt arido ligno, vbi iustos indignè perdidderint, paratas esse apud Deum vices suas. quomodo enim ipsi pridem exitio deuoti, celestis iudicis manum effugerent, qui tantum licentia ipsi ad tempus contra bonos & insontes permittit? Vt ruis autem modo accipere libeat, lumen est, præpostere lamentari mulieres, nisi simul expectent ac metuant horribile, quod sceleratis impendet, Dei iudicium. Et quoties ultra modum nobis molesta est crucis acerbitas, hoc solatio mitigare conuenit, Deum, qui nunc suos iniuste affligit patitur, minimè tandem pauperum ut impune evadant scelerati. Nisi autem hac spes nos sulciat, necesse foret identidem sub ærumnis concidere. Quanquam enim naturale est ac magis consuetum ex ligno arido potius quam humido ignem fieri, Deus tamen diuersum ordinem sequitur: quia dum træquillum otium reprobis concedit, varijs quam suis exercit. Ideoque miserior est eorum conditionis si ex presenti intuitu astimetur. Sed hoc opportunitum remedium est, si patienter integrum Diuini iudicij cursum expectent. Ita enim succurret, pusilla mora nihil locrari impios: quia ubi Deus fidèles suos humiliauerit, paternis ferulis, stricto gladio contra eos insurget quorum sceleratus est ad tempus non obseruare.

MATTH. XXVII.

33 Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Calvarie locus.

34 Et dederunt ei acetum ad bibendum cum sella mistum: & quum gustasset, toluit bibere.

35 Posuimus autem crucifixi eum, duxerunt vestimenta eius surtem mitientes: ut impleretur quod dictum est per Prophetam, Duxerunt sibi vestimenta mea, & super vestimentum meum miserunt soritem.

36 Et sedentes seruabant eum ib.

37 Et imposuerunt super caput eius causam eius scriptam, HIC RVM.

EST IESVS REX IVDÆO-

RVM.

38 Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, unus à dextris & alter à sinistris.

33 Et venerunt in locum.) Deductus fuit Iesus in locum vbi solebant supplicio affici scelerati, quoniam mors eius esset magis probrosa. Quanquam autem id ex more factum est, altius tamen Dei consilium expendere conuenit, nam Filium suum cœci voluit ex urbe quasi indignum hominum confortio, ut nos in cœlestis regnum suum cum Angelis recipiam. Ideo Apostolus in Epistola ad Hebreos ad veterum Legis rituum hoc referit. Scuti enim iubebat Deus extra castra comburi animalium corpora, quorum sanguis pro expiatione in Sanctuarium inferebatur: ita Christum dicit egredium es-

MARC. XV.

22 Et ducunt eum in Golgotha, quod est si interpretaris, Calvaria locus.

23 Et dederunt ei bibere myrratum vinum, sed ille non sumpsit.

24 Quoniam crucifixi furentur in partibus vestimenta eius,

25 Erat autem hora tercia: & crucifixerunt eum.

26 Et erat inscriptio causa il-

27 RVM.

29 Et cum eo crucifigunt d' os

latrones, unum à dextris, & alterum à sinistris.

28 Et impleta est Scriptura

que dicit, Et cum iniquis depnatus es.

LVC. XIII.

33 Postquam venerunt in locum qui vocatur Calvaria, ibi crucifixerunt eum, & facinorosos, unum à dextris, alterum à sinistris.

34 Iesus autem dimittentes soritem super illa, quis cebat, Pater remitte illis: nesciunt enim quid tolleret.

35 Erat autem hora tertia: & faciant.

36 Iudidentes vero vestimenta eius, miserunt soritem.

Paulo post.

38 Erat autem & inscriptio scripta super eum literis Græcis,

& Latinis, & Hebraicis, HIC EST IESVS

R E X I V DÆO-

R V M.

se ex porta verbis, ut suscepta maledictione quoniam premebat, quasi reiectius fieret atque hoc modo expiatet nostra peccata. Quo autem plus ignominia probrisque coram mundo sustinuit, eo gratius & nobilius in morte sua Deo & Angelis praebuit spectaculum. Neque enim obstitit loci sedecitas quin illuc gloriosum victoria lux trophaeum erigeret: neque factor cadaverum quæ illuc iacebant, quoniam suus sacrificij eius odor spiraret per totum orbem, & in cœlum usque penetraret.

34 Dederunt ei acetum.) Quanquam non ita curiosè

curiosè digerant Euāgelistę singula quęque ordi-
ne suo vt notari certo queant temporu monēta:
ego tamē probabili ratione cōsicio, antequā tol-
leretur in cruce Domīnus, pro more portetū
ex calice ei fuisse myrratum vinum, vel qualis-
cunque fuerit mistura, quam ex felle quoque &
acetō confectiona fuisse patet. Satis quidem inter
omnes ferē interpretes conuenit, diuersam fuisse
hanc potionem ab ea cuius meminit Iohannes, &
de qua etiam paulo pōst dicitur. Hoc tantū ad-
do, in ihu videri fuisse oblatum calicem Domīno
quām esset crucifigendus: postquam verò crux in
sublime erecta fuī, tunc denūm spongiam fuisse
ingestam. Quando autem potum incepit perte-
re, anxiē non dispuo, si tamē omnia inter se cō-
ficiūmus, non alienum est à ratione, postquam re-
cusauerat amaran illam confectionem, subinde
ludibrij causa illi fuisse obtrusam. Nam postea
subiicit Matthæus, milites inter potum dandūm
exprobrait, quod se à morte eriperet non posset.
Vnde colligimus, obiecto remedio, risisse im-
potentiam Chriſti, quia conqueritus fuerat se à Deo
relictū. Quod ad Iohannis historiam spectat, vī-
num hoc tenere sufficit, Christum ad leūdām fū-
tūm rogasse, vt fibi daretur communis potus, ac-
cūm vero myrra & felle mistū accelerādā mortis
causa illi obtrusum fuisse. Atqui patiēter scre-
bat suos cruciatus, vt doloris iudicio mortis festina-
tionem minimē expeteret. Nam & hæc pars sacri
ſieji & obedientiæ eius erat, langoris morām ad
extremam usque ſufferere. Porro fallūtū, meo iu-
dicio, qui inter reliqua tortmenta Filio Dei erade
liter inficta aecum numerant. Magis probabiliſ
est eorum conjectura qui purā hoc potionis ge-
nus egerendo ſanguinī aptū fuisse, & ideo male-
ficiſ dari ſolitū quō mors ipſorum eſter celebrior. ideo Marcus vīnum myrratum appellat. Ce-
terū Chriſtus (quemadmodum nuper attigi) nō
tam amaritudine offensus, vīnum vel acetum re-
ſpuit, quām vt offendere ſe placide ſecondūm
Patris mādatūm ad mortem progredi, non autem
impatientia doloris precipitem ruere. Nec obſtar
quod dicit Iohannes impletam fuisse Scripturam,
In ſuā mea potūrunt me a ceto. Nam vtrunque opti-
mū conuenit: datum fuisse remedium ad finiē-
dos lenta mortis cruciatus, & tamē duriter mo-
dis omnibus afflictum fuisse Christum: vt ipſum
quoque leuamen pars eſſet vel accessione dol-
oris.

35. Diuferum vestimenta. Hoc quoque ex con-
ſuetudine milites fecisse certum est, quod homi-
nis dannati ſpolia inter ſe partiri ſunt. vñ fortè
ſingulare ſuit, quod ſortem miſerunt ſuper turica
inconsutili. Sed quāvis nihil acciderit Chriſto in
hac parte niſi quod omnes dannati patiebantur,
ſumma tamē attentio digna eſt hæc narratio,
nam Filium Dei ſuis vefſibus nudatum Euāge-
liſte proponūt, vt ſciamus hac nuditate partas no-
bis eſſe diuitias, quā nō coram Deo exoriant.
Exi ergo Filium ſuū voluit Deus, vt nos inſtitia
ipius & bonorum omniū copia vefſiti, cū Ange-
lis ſecurē appareamus, quos priū ſe ſepta turpitudo
in lacero habitu à cælorum accessu arebat. Chriſtus ipſe vefſes ſuū inſtar prieſta paſſus eſt diripi,
vt nos vitorie ſue opibus diuaret. Porro quod
Marthæns dicit, ita impletum fuisse vaticiniū Da-
uidis, *Diuferum ſibi vefimenta mea, &c.* ſic acci-
pere conuenit, literaliter (vt loquuntur) & reipla-

in Chriſto fuisse exhibitum quod David ſibi factū
metaphorice & ſub figura conqueſtus eſt. Nam
David ſub vefimenti nomine fortunas & honores
fuos intelligit: aſi diceret, ſe v. uua. & videntem
prædæ fuisse hoſtibus, qui inuolauerāt in eius do-
mum, ad eōque non pericerant reliquias bonis vt
vxorem quoque raperent. Hanc crudelitatem me-
taphora amplificat, vefimenti ſua forte diuifa fuſſe
ſcribens. Quia autem vībra & imago fuerit
Chriſti, quod paſſorū eraſt Chriſtus ſpiritu pro-
pheticō predixit. Quare in eius perſonā hoc quo-
que notabile eſt, quod milites eius vefimenti pie-
dati ſunt: quia in hac diuereptione ligna & notas a-
gnocimus quibus olin inſigniū ſacer. & ſimil
tollit ſeandalum, quod ahoqui ex eius nuditate
cōcipere ſenſus carniſ: quia nihil paſſus eſt quod
non vere & propriè in redemptoris perſonā com-
pete. & Spiritus ſuā oīa. ulūm pronuntiet.

25. Erat autem hora tertia. Hoc cū Iohannis te-
ſtimonio videatur minimē eſſe cōtentaneū: nertae
enīm circiter horam ſextā Chriſtum fuisse dam-
natum. Verū ſi reputemus quod ex aliis locis
conſtat, diem fuisse in quatuor partes diuifibū,
& ſingulas partes à prima exordij ſui hora nomē
ſimpliſtis, non difficultis erit ſolutio. Totum me-
diūm tempus ab exortu ſolis uisque ad ſecundam
partem vocabit horam priam. Secunda pars
uisque ad meridiē illis erat hora tercia. Sexta hora
à meridiie incipiens, uisque ad tertiam vel quarta
pomeridianam durabat. Quin ergo tempus à Pi-
lato ext̄ ſhi viderēt iudei, & iā meridiem inſtrire,
dicit Iohannes vchémēnū clamare, ne totus dies
effueret. Verū illud non obſtit quoniam circiter
ſinem horae tercie etiſſius ſacerit Domīnus.
Nam ſatis liquet, ex quo tumultuarie dāna-
tus eſt, ſubito ſuile arreptum: tanto eius extin-
guendi ſtudio Iudei ardebant. Ergo Marcus non
initium horae tercie ſed ſinem deſignat. Ita hoc
veriſimilius eſt, Chriſtum non longius tribus ho-
ris pendisse in cruce.

34. Luc. Iefus autem dicebat. Hac voce proba-
uit Chriſtus ſe illum eſſe placidū ac manuſtū
agnū, qui ad viſtimā ducendū erat, ſicuti te-
ſtus fuerat Iefaias Propheta. Neque enim vi-
dīdam ſolum remittit, ſed eorum ſalutem com-
mendat Deo patri, à quibus plusquam crudeliter
vexatur. Magnum hoc fuſſet, de talione nihil co-
gitate: ſicuti Petrus, dum eius exemplo nos hor-
tatur ad patientiam, dicit non rependitile maledi-
cta pro inaledictis, nec vltum ſuile ſuas iniurias,
ſed hoc vno ſuile contentum quod Deū haberet
vincit. Hæc verò longē ſuperior ac preſtantior
ſuit virtus, Deum precari vt hoſtibus ignoceret.
Sicui videatur hoc non ſatis quadrare cum illa quā
nuper citauit Petri ferentia, in promptu eſt re-
ſponſio. Nam quod mifericordia affectu indu-
ctus fuīt Chriſtus vt veniam ſuis perſequitorib-
us a Deo poſceret, ad non obſtit quin aquiſe-
ceret iusto Dei iudicio, quod ſciebat reprobis &
obſtinatis ſtatutum eſſe. Quum ergo videret
Chriſtus cœco impetu tum plebem Iudaicam, tū
milites in ſe furet, quanquam excuſabilis non
erat ignorantiā eorum, tamē miſeritus eſt, vt ſe
deprecatorem interponeret. Interea quin ſci-
ret Deum fore vltorem, iudicium illi contra
deſeratos permisit. Atque hoc modo aeternū
ſuum temperare debent fideles in malis toleran-
dis, vt perſequidores ſuos ſaluos eſſe cupiant:

& tamen non dubitent vitam suam sub Dei esse præsidio: & hac consolatione fratrum quod tandem impis sua libido impunè non cedet, sub cruci o-nere non deficient. Huius moderationis exemplum nunc in duce & magistro nostro proponit Lucas: quia cum suis persecutores exitis decouere posset, non modo ab imprecatione abstinuit, sed etiam illis bene precatus est. Notandum vero est, siquando in nos totus mundus insurgat, & certatum nos omnes obruere conentur, hoc vincendè tentationi optimum esse remedium, si nobis in mentem veniat eorum cæcitas qui Deum in nobis oppugnant. Sic enim fieri ne ultra modum nos perturbet multorum in nos solos & desertos conspiratio. Sicuti rursus quotidianus virus ostendit quād valida sit ad concepiendos infirmos machina, dū se ab ingenti milititudine impeti vident. Ergo si ad Deum alligere discimus, facilè nobis erit quasi ex alto despicer infideliū ignorantiam: quia utrumque polleant viribus & magnis copiis, neclū tamen quid faciunt. Ceterū verisimile est Christū nō promiscue pro omnibus orasse, sed tantum pro misera plebe, quā zelus incōsideratus, non autē liberata impietas rapiebat. Nā vit de Scribis & Sacerdotibus nulla spes fuit residua, pro illis frustra orasset. Nec verò dubium est, quia à Patre celesti exaudita fuit hæc precatio, hinc factum esse vt multi ex populo, quem fuderant sanguinem, fide postea biberent.

37 Matth. *In ipsius super caput.*) Quod breuiter attingunt Mattheus & Marcus, expeditus narrat Lucas, inscriptum fusse titulum tribus linguis, Iohannes etiam fusus persequitur. Quare in de petant letores quod hic brevitate causa sub-

MATTH. XXVII.

MARC. XV.

39 Præterentes autem con-nitia iacebant in eum, mo-nentes capitula sua,

40 Et diceat, Tu ille qui destruebas templum, & in plumbum, & in tribus diebus triduo edificabas, serua te-mei ipsum, si Filius Dei es, de-scende de cruce.

41 Similiter & principes Sacerdotum illudentes, cum Sacerdotes illudentes in-Scribis & Senioribus, dice-ter se cum Scribis dice-bant,

42 Alios seruauit, seipsum seruare non potest. non potest seruare, si rex Is-rael est, descendat nunc de descendat nunc de cruce cruce, & credamus ei.

43 Confidit in Deo, liberet nos. Et qui crucifixi e-um nunc, si vult eum: dixit rancum cum illo probra ia-enim, Filius Dei sum.

44 Idipsum autem & latro[n]es, qui crucifixi erant cum eo, exprobabant ei.

39 Præterentes autem.) His circūstantiis magnū inest pondus nā ante oculos nobis ponitur extrema Filiū exinanitio, quād melius appareat quanti illi confundit salus noltra: simulq[ue] reputates nos omnibus quasi sustinuit pœnitire iure esse obnoxios, magis ac magis incitemur ad pœnitentiā. Nam in hoc spectaculo palam nobis Deus fecit quād mi-sera sit nostra conditio, si nobis decesset redemptor.

ticeo. Tantum dicam, non sine Dei prouidentia hoc esse factū, quod tribus linguis celebrata fuit mors Christi: nam etiū non aliud fuit Pilati consilium quād gētem Iudaicam probrosē traducere, altius tamen resipexit Deus, hoc enim qualis præfatio testatus est paucis nobilem fore Filii sui mor-tem, vt omnes vndeque populi regē Iudaicis pro-missum agnoscerent. Non fuit quidem hæc legitima Euangelij prædicatio, quia indignus fuit Pilatus quem Deus Filio suo testem daret: sed quod per veros ministros præstandum erat, in Pilato adumbratum fuit. Denique talem Christi præco-men censere licet qualis propheta fuit Caiaphas.

38 *Tunc crucifiguntur.*) Hoc ad extremi dedecoris cumulū accedit, quod Christus inter duos latrones mediū fuit suspenitus, nam prīmū ē locū, non secus ac principi latronum dederunt. Si solus in crucem actus foret, separata ab aliis maleficis videri poterat eius causa: nunc autem non solūm misfetur, sed in sublimi atollitur quād omnium maximè detestabilis. Quare Marcus huc Iesu vaticinium accommodat, Cum inquis deputatus *Iesa. 53.4.* est. Hoc enim disertè Propheta de Christo com-memorat, non magnifica pompa liberaturū esse suos à morte, sed quia peccati eorum sceleribus debitam subibit. Ergo vt nos à reatu eximeret, ne scelerari fuit hic expiationis modus, vt se in locū nostrum subiiceret. Hic verò perspicit quād horribilis sit ira Dei contra peccata grauitas, cuius placandæ causa Christum, aeternam iustitiam in ordinem latronum coniici oportuit. Perspicitur etiam incomparabilis etiā nos Christi amor, qui vt sancti Angelis nos aggregaret, unus ex fœlestis censeri sustinuit.

LVC. XXIII.

39 Et qui præteribant conuictiabantur ei, monētes capita sua, ac dicentes,

V. et qui demoliris Tem-plum, & in tribus diebus extri-uis:

30 Serua te ipsum, & de-scende de cruce.

31 Similiter & summi Sacerdotum illudentes in-Scribis & Senioribus, dice-ter se cum Scribis dice-bant, Alios seruauit, se-i

bant, Alios seruare non potest.

32 Christus Rex Isra-el dicens, Ne Deum quidem tu times, quod in ipsa damnatione es!

33 Ut videamus & creda-

cibant in eum.

35 Et stabat populus Ierusalensis: & deri-debant cum principes cum illis, dices, res, Alios seruauit, seruer seipsum, si hic est Christus ille Dei electus.

36 Illudebant autem ei & milites ac-cedentes, & acetum offerentes ei,

37 Dicentesque, Si tu es ille Rex Iudeo-rum, saluum te fac.

Paulo pōst.

39 Vnde autem sceleratorum qui sus-pensi erant, conuictiabantur ei, dicens, si tu es Christus, serua te ipsum & nos.

40 Respondens autem alter, increpabat

41 Et nos quidem iuste:nam digna fa-citis recipimus: hic vero nihil magis gesit.

42 Et dixit ad Iesum, Domine, me-mento mei quam veneris in regnum tuū.

43 Dixit illi Iesus, Amen dico tibi, ho-die mecum eris in paradiſo.

Ceterū quęcūq[ue] in se pertulit Christus, ad leua-tionem nostrā referri debet. Hoc certè omnibus tormētis certamē fuit durius, quod omnes quasi à Deo projectū ac desertū, probris & contumeliis vexarunt. Ideoque David Psal. 22. a. 7., Christi per-sonā gerēs, hoc præcipue in suis malis deplorat. Et certè nihil est quod atrocius vulneret pias inētes, quād dum impij, ad labefactandam fidem ipſorū, expro-

exprobant Dei auxilio & gratia destitui. Hæc est Galat. 4.4. dura illa persequitio quia Paulus dicit vexatum fuisse Isaac ab Iacob: non quod gladio & vi armata in eum securerit, sed quia Dei gratia labefacens, tentaret eius fidem subuertere. Porro has tentationes perpeccus est David p. inimicū, deinde Christus ipse, ne iua nouitate nos hodie nimium terrent. Neque enim vñquam deerunt impi qui nostris inleris insolvent. Et hoc est solenne Satana artificium, quoties non adest nobis Deus pro voto, sed auxilium suum paulisper occultat, obniscere, nos frustra sperasse, quasi irrita sit eius promissio.

40 *Tu qui de trubebas Templo.*) Vanitatis arguit Christi doctrinam, quia virtutem, quam libi asservit, nunc diu necesse est, re ipsa non ostendat. Atqui nisi mente & iudicio eos priuaseret maledicti libidos, paulo post illis conspicua fuisse eius sententia veritas. Dixerat Cato filius, Destru te templum hoc, & triduo fuseritabo ipsum. Nunc inter ruina principia præconem triumpa agentes, studi mortali non expectant. Talis est impiorum contra omnes Dei filios insolentia, dum prætextu crucis spem futuræ vite illis praecidere conantur. Vbi (iniquum) illa est in mortalis gloria quam homines stulte creduli iactant? quam faciat iher ignobiles & despici, alij tenueri vi carent, alij sub continuis languoribus ægre animam trahunt, alij per fugas & exilia iacentur, alij in carcerebus tabescant, alij combuti in cinereis rediguntur. Sic eos exerceat præses externi hominis nostri corruptio, ut spem futuræ vite renovationis vanam & ridiculam esse fingant. Nobis autem expectandum est prouissiæ ædificij matutinum tempus, nec indignè ferendum si nunc crucifigimus cum Christo, ut resurrectionis eius postea simus confortes. *S. filius Dei non.*) Tale à Christo potentia sua documentum exigunt impij, ut se Filium Dei probando. Filius Dei esse desinat. Hæc lege induerat carnem humanam, & in mundum descendatur, ut sacrificio mortis sua reconciliaret homines Deo Patti. Ergo ut Filium Dei præstret, necesse habuit in cruce pendere. Nunc reprobi isti sibi loco Filij Dei fore negant redemptorem, nisi à cruce descendens mandato. Patris renuntiet, ac scelerum expiatione valere iusta personam sibi Diuinus impositam exuat. Nos vero hinc discamus fidem nostram confirmare quod Filius Dei salutis nostra gratia crucifixus manere voluit, donec tum saeuissimis carnis tormentis, tum horrendis spiritus angustiis & morte ipsa defunctus esset. Ac ne simili modo nobis contingit Deum tentare quo fecisse istos videamus, siuamus Deum, quoties ita ei visum fuerit, potentiam suam abscondere, ut rursus pro suo arbitrio ea non opportunè exerat. Eadem prauitas in altera qua mox sequitur obiectione appareat, *Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei.* Non enim regem amplecti ipsos decebat nisi qualis descriptus erat à Prophetis, atque differt Iesaias & Zacharias Christum deformem, afflictum, damnatum, & maledictum, examinem, pauperem, & contemptum inducum, antequam regre solium consenserat. Prepostero ergo iudicii cuiuslibet appetunt quem agnoscant pro Rege: quia sic testantur sibi minimè cordi esse Regem quem se daturum pollicitus fuerat Dominus. Nos vero contraria (ut solidè in Christum recumbat nostra fides) luctaram in eius cruce queramus. ne-

que enim aliter Rex Israel legitimus censi possit nisi impletis Redemptoris partibus. Atq; hinc colligimus quām ex tali sit, post speculations nostras vagādā, à Dei verbo discedere. Nam quia Iudei Regem imaginati sunt quem illos suis sensus dictabant, Christum crucifixum respuerunt, quia in ipsum credere absurdum putabant: nobis vero hæc optima & summa credendi ratio, quia crucis ignominia sponte causa nostra se subiecit.

42 *Altos seruant.*) Hæc verò minime excusabilis ingratitudo fuit, quod præsenti Christi humiliacione offensi, omnia que prius ante ipsorum oculos ediderat miracula nihil estimant. Ialetur cum alios se uale, quia virtute? aut quo medio? cur saltu hæc in parte non venerantur manifestum Dei opus? Porro quia malignè suffocant, immo quantum in se est extingue conantur Dei luce, in que in miraculis fulgebat, indigni sunt qui de cruci infirmitate recte iudicent. Quia nō statim se eripi Christus à morte, importunam ei exprobant. Atque hoc impius omnibus nimis est confactum potentiam Dei metiri præsenti asperitu, ut quicquid non facit, existimant non posse: id est debilitas ipsum insimulat quoties peruerso eorum cupiditat non obtemperat. Nos vero teneamus, Christum, quin faciliè poterit, non protinus se à morte liberasse, sed qui noluerit. Cur autem neglexit ad tempus salutem suam nisi quia maiori cura erat nostra omnium salus? Cur se liberare noluit nisi vt nos omnes seruaret? Videamus ergo, quæ fidem nostram probè adiscant, Iudeos suæ malitia ad suæ incredulitatis patrociniū traxisse.

43 *Confidit in Deo.*) Hoc, ut paulo antè dixi, certum tentationis telum habet Satan dū singit Deum nostrum esse oblitum, quia non mature & in ipsius articulo succurrat, nam quum aduigilet Deus in suoru salutem, nec tātum opportune illis operem ferat, sed etiam præueniat ipsorum necessitatem (quemadmodum pallium docet Scriptura) videtur minime diligere quos non iuuat. Hæc igitur dialectica nos in desperationem abducit, frustra nos confidere de amore Dei vbi pallium eius auxilium non apparet. Et quemadmodum hoc genus fallacia fugerit mentibus nostris, ita subornat suos ministros, qui salutem nostram à Deo proditam esse & abiecent arguant, quia auxilium suum differt. Ergo hoc argumentum tanquam vitiosum repudiare conuenit, non amari à Deo quos videatur ad tempus deserere. immo nihil magis absurdū est quād ad singulos temporis articulos restinguere eius amorem. Deus quidem se libertorem nobis fore promisit: verū si quando ad mala nostra conniveat, mora patienter ferenda est. Quare fidei naturæ contrarium est vrgere aduerbiū *Nunc* quos cruce & rebus aduersis ad obedientiam erudit, & ad preces nominisque sui inuocationem sollicitat: quum hæc potius sint paterni eius amoris testimonia, sicuti Apostolus in Epistola ad Hebreos admonet. Hoc verò in Christo speciale fuit, quanvis dilectus esset Filius, non tam à morte eripi donec peccas à nobis debitā soluisset: quia illo pretio redempta fuit nostra salus. Quare iterum peruersè Sacerdotes, dum Filium Dei non esse colligunt, quia munus sibi à Patre iniunctum obeat.

44 *Idipsum autem & latrones.*) Mattheus & Marcus per synecdochē latronibus tribuit quod

tantum vni fuisse proprium ex Luca constat. Nec verò dura videri debet hæc locutio, quia duobus Euangelistis nihil aliud fuit propositū quām docere vndiq; omnium cō uitii impeditū fuisse Christum, vt ne latrones quidem iam seminortui ei parcerent. Quenadmodum David Psal. 22.a.7. suas calamitates deplorans, earum indignitatem inde amplificat quod sit opprobrium quorum liber ho minum, & abiectione plebis. Quanquam autem omittunt memorabilem historiam quam de altero latrone refert Lucas, in eo tamen nihil est absurdum quod dicunt ab omnibus derisum fuisse Christum usque ad ipsos latrones, quia non de singulis personis habetur sermo: sed de ipso genere. Nunc itaque veniamus ad Lucam.

39. *Vnde antem scel.*) Hac contumelia quam à latrone passus est Filius Dei, nobis summus honor inter Angelos partus est, vt nos pro fratribus suis agnoscam. Sed interim furiose obstinationis exēpiū in hoc perditō homine nobis describitur, quod neque inter medios cruciatu blasphemias cum ferocia spumare definit. Ita solent desperati homines, quæ fugere nequeunt tormenta, per contumaciam vñscici. Tametsi autem Christo exprobrat quod neque seipsum neque alios feruore posuit, hec tamē obiectione in Deū ipsum dirigitur. Sicuti impij quoties non imperant quod volunt, libenter Deum è celo detraherēt. Deceret quidē ipsos plagi dominos māfuercesed hinc apparet quām ferrea sit mali cordis durities, quæ nullis pœnis flectitur.

40. *Refondens autem alter.*) In hoc misero homine singulare nobis inopinatae ac incredibilis Dei gratiæ speculū proponitur, tum quod repente sub morte in nouū hominē mutatus est, atque ab ipsis inferis in celū retractus: deinde quod omniū scelerū, in quibus tota vita demersus fuerat, veniam momentu adeptus est, adeoque ante Apostolos & nouę Ecclesiæ primitis in celū receptus est. Prīdū igitur in huius homini cōuersione insigne gratia Dei specimen resulget, neque enim proprio carnis instinctu immane scutiam & superbū Dei contemptum exiit, vt statim resipisceret, sed manu Dei subactus est: sicuti tota scriptura docet, opus eius esse pœnitentiā. Ac eo magis ex cellit hec gratia, quod prater spē omniū obtigit. Quis enim vñquā putasset latronē inter ultimos spiritus non modò pium fore Dei cultorem, sed eximium fidei & pietatis magistrum toti mundo, vt n̄-bis quoque ex eius ore petenda sit vera & legitima confessionis regula? Ac primum quidē hunc si pœnitentia fructum protulit, quod se uera exstigatione cohibuit impia socij sui pertulantiam: deinde & secundum adicet, se humiliās ingenua scelerū suorū confessione, & Christo debitā iustitię laudē tribuens. Postea mirificā fidem testatus est, se totum ac salutem suam reiciens in præsidium Christi, quem tamen in cruce pendente, & morti propinquū cernebat. *Nec Deū quidem tu times.*) Quanquā hec verba varie torquent interpres, in hī tamen simplex videtur esse sensus. Quid hoc sibi vult quod ne hec quidem damnatio te cogit ad timendum Deum? Nam socij sui duritatem inde exaggerat latro, quod ad ultimam necessitatem redactus ne sic quidem Deum timeire incipit. Verūm vt tollatur omnis ambiguitas, monēdi sunt lectores proteruum & impium cō uitiarorū qui se impune ludere putabat, reuocari ad Dei tribunal: quia etiā tota vita stupidus fuis-

set, tunc contremiscere oportuit, quum sentiret armatam in se Dei manum, & paulo post reddēda esset omnium scelerum ratio. Signū ergo perdita & diabolica obstinationis fuit quā ultimo iudicio conflictū Deus teneret, non redire tuoc quoque ad sanam mentē: quia siqua pietatis gutta esset in corde hominis, coactus saltem ad Dei timorem se colligeret. Nūc tenemus vñborū summannū, desperatos esse, & omni Dei timore priuatos qui ne pœnis quidem emendantur. *Eis nō vñscit pœna non pro eadem, sed ipsa presenti damnatione positum esse interpetor:* acsi dixisset latro, Quum iam sis quasi in media morte, expergehieri decebat vt Deum iudicē tuum agnosceres. Porro hinc colligimus vñilem doctrinam, Deū pœnitentia resistere quos pœna ad humiliatatem non eridunt: quia pudore confusos obtunescere necesse est quicunque prædicti sunt aliquo Dei timore.

41. *Et nos quidem iuste.*) Quia obiurgatio à damnatione sumpta in Christum cōpetere videri poterat, hic cum latro à sua & socij causa discernit. Pœnam enim quæ cōmuniis erat, sibi & socio iuste infligi fatetur, non autem Christo, quem non proprium crimen, sed hostium crudelitas ad mortis suppliciū rapuerat. Tenendum verò memoria quod nuper dixi, editū esse à latrone pœnitentiæ documētū quale Deus à nobis omnibus exigit, dum se confessus est dignam factis mercedem recipere. Præsertim verò hoc notandum est, quod non obſtiterit supplicij atrocitas quin se diris tormentis patienter subiiceret. Quare si nos scelerū verē pœnitent, discimus ea libenter absq; dissimulatione vbi opus erit detegere, nec refugere quā meriti sumus ignominiam. *h.c.n. vñica ratio est quia sepeliamus peccata nostra corā Deo & Angelis, si ea apud homines vanis coloribus sūcare non tenemus.* Porro quā inter varia integumenta quæ captat hypocrisi, hoc maximē sit communē, quod quisque alios secuin inuoluit, vt eorum exemplo se excusat: latro contra non minus soliditatem Christi innocentiam assertit, quām similiter & liberē se & socium condemnat.

42. *Domine memento mei.*) Nescio an à mundo condito magis rarum & memorabile fidei exemplum vñquam existerit, quo naicci admiracione digna est Spiritus sancti gratia quæ tam luculentē hīc se exeruit. Latro, qui non modò in Christi schola edoctus non fuerat, sed be nefandis cädibus efferoendū, conatus fuerat extingueare omnem recti sensum, repente altius penetrat quām Apostoli omnes & reliqui discipuli, in quibus docendis tantum opera consumperat ipse Dominus: neque id modò, sed Christum in patibulo regem adorat, regnum eius celebrat in horrenda & plusquam deformi abiectione: moribundum, pronuntiat vita authorem. Ceteri si imbutus fuisset recta fide, multa de Christi officio prius audisset, miraculis etiam fuisset in hoc ipso confirmatus: offusa tamen rā probrofū mortis caligine euanscere potuit illa cognitio. nunc rudem & nouitium, imò prorsus mente corruptum statim à primis rudimentis in cruce maledicta salutem apprehendere & cælestem gloriam, plusquam admirabile fuit. Quibus enim notis vel insignibus ornatum videbat Christum, vt memorem ad eius regnum attolleret? Et certè hoc erat quasi ex profundis inferis supra celos consenserere. Carni verò fabulosum hoc fuit ac ridiculū

Ium, reiecitio & dominatio (quem ferre mundus non poterat) regnum terrenum terrenis omnibus imperiis nobilium tribuere. Hinc colligim⁹ quām peripicax ei fuerint mentis oculi, quib⁹ vitam in morte, celiitudine in ruina, gloriam in probro, vita in exitio, regnum in servitute intui⁹ est. Quod si latro Christū in cruce p̄dente⁹, & quasi maledictione obtrusus, fide sua in cælestis solium eexit, vñ nostra fōcordia si non feuerenter suscipimus à dext̄is Dei sedente⁹, si non spem vite in eius resurrectione figimus, si non tendimus in cælum quō ingressus est. Iam si ex altera parte reputamus in quo statu Christi misericordiam implorauerit, crescere fidei eius admiratio. Lacero corpore iam exanguis extremam manum carnificum expectat, & tamen in sola Christi gratia acquiescit. Primum vnde illi veniat fiducia, nisi quia in Christi morte (quæ omnibus alii detestabilis videtur) sacrificium boni odoris concipit ad expianda maudi peccata efficax? Quod autem cruciatus suos animosè negligens, inquit quasi sui oblitus ad spem & desiderium occulte vite rapitur, humanum sensum longe superat. Quare & mortificatione carnis, & patientia, & fidei altitudinem, & spei constantiam, & pietatis ardorem ab hoc magistro discere nō pudeat, quæ Dominus ad humiliandam carnis superbiam nobis præfecit, nam ut quisque eum alacrius sequetur, ita propius ad Christum accedet.

43 Amen dico tibi.) Quoniam nondum Christus palam de morte triumphauerat, eius tamē efficaciam & fructum in medi⁹ sui exanimione exercit. Atque hoc modo declarat nunquam se regni potentia sūisse extum. nihil enim Regi Diuino magis excelsum aut magnificum quam mortuis vitam restituere. Christus ergo licet na⁹mu⁹ Dei percussus speciem hominis ferē deplorati præbuit, quia tamen non destituit esse mundi seruator, cælesti potentia semper fuit prædictus ad munus suum implendum. Ac prim⁹ quidem notanda est incredibilis facilitas, quod sine mora latronem tam humaniter cōpœctit, sibique beatę vite socium fore promittit. Quare minin⁹ dubium est quin sine exceptione in regnum suum omnes admittere paratus sit qui ad eum consurgent. Vnde certò statuere licet modo memori sit nostri, nos filios fore. Porro fieri non potest vt eorum obliuiscatur qui suam ci⁹ salutem commendant. Quid si latroni tam facilis transitus in cælum fuit, quia in ultima terum omnium desperatione recubuit in Christi gratiani: multò magis hodie Christus mortis victor manum ē folio suo nobis porrigit, vt in vita societatem colligat. Ablurdum enim esset, ex quo chirographum nobis contrarium affixit cruci, mortemque & Satanam prefigauit, & in sua resurrectione triumphum egit de mundi principe, nobis non æquè facili⁹ & promptum esse ac latroni transitum à morte in vita. Quisque ergo vera fide animæ

M A T T H . X X V I I.

45 A sexta autem hora tenebrae factae sunt super uniuersam terram usque ad horam nonam.

46 Et circa horam nonam clamauit Iesu⁹ vox magna, dicens, Eli, Eli, lama-sabachthani? hoc est, Deus meus, Deus meus, cur deseruisti me?

sua custodiā Christo moriens tradet, non extrahetur in togam tempus, vt loſpensus languescat sed eius voto cælein, qua ergalatrone⁹ vlos est, benignus te Christus occurriret. Itaque facta sunt illud loſphitarum commen⁹ tum de pœna retenzione, quam culpa remittitur: quia videns ut Christus quem à reatu absoluit, simul à pena liberet. Nec obstat quod latro pœna cui adductus erat, nihilominus ad extre⁹ am vñque sustinet: quia hic nulla con penatio nobis singula est quia ad placandum Dei iudicium piaculi vice sit (quemadmodū loſphile delirant) led pœnū corporalibus sin p̄ficer electos suos. Dominus ad dispiciēt & odium peccati erudit. Itaque Christus latronē paterna disciplina ad sui abnegationē adductus, quasi gremio suo excipit, non ad ignē Purgatoriū ablegat. Notandum præterea est quibus clavibus latroni aperta fuerit regni cælorum ianua, neque enim hic vel Papalis confessio, vel satisfactio[n]es in ratione venient: sed pœnitentia & fide contentus est Christus, ut ad se videntem vñtrō excipiat. Atque hinc inclus⁹ iterum consumatur quod nuper attigi, si quis grauetur latronis vestigis infestare & praecunio se qui, dignum esse eterno exitio: quia impio folio lepido ab adiutori cælorum arcet. Et certè nec in latronis persona cōmune obvicienda ventis pignus nobis omnibus Christus dedit, sic rursum tanto miseri illū honore dignatus est, ut omni propria gloria expiri, nonnulli in vna Dei misericordia gloriantur. Quod si verē & serio se quisque nos tristis exequias, meritorū nos pudefacit imitari scelerū nostrorum congeries, vt hominem perdidimus, qui in era gratia salutem adeptus est, ducem⁹ & aeternitatem habere minimē pīgeat. Porro secuti tamē frumenti soum protulit mors Christi, ita hinc colligimus animas, vbi a corporib⁹, migrarunt, superstites viuere, alioqui latoria esset promissio Christi quam etiam iure intando confirmat. De loco tamen paradisi curiosè & argutē disputandum non est, nobis sufficiat, quicunque fide insiti sunt in Christi corpus, scilicet eius vita p̄rticipes, atque ita post mortem beata & leta quiete frui, donec in solidum patefacit Christi aduentu perfecta cælestis vite gloria. Vnum adhuc residuum est, quod latroni promittitur, nō leuare præfentes eius mīserias, nec quicquam ex corporali pœna inimicere. Quo monemur, nō estimandā esse Dei gratiam carnis sensu, sepe enim accidet, vt miserrime affligi finat Deus quibus tamē en propitiis est. Ergo si secundum corpus mīserere torquemur, caendum est ne gustum Diuini bonitatis nobis adimat doloris acerbitas, quin potius mala omnia temperet, ac leta hæc vna consolatio, simulac favoris suo nos complexus est Deus, quicquid malorum perpetiū, nobis adiumento esse in futurū. Ita fieri ut rō modo ab omnibus mīseris fides nostra viētrix emergat, sed in media pœnarum tolerantia suauiter quieteat.

M A R C . X I V .

33 Quum vero facta esset hora sexta, tenebrae ore sunt super tantam terram usque ad horam nonam.

34 Et hora nona clamauit Iesu⁹ vox magna, dicens, Eloi, Eloi, lama-sabachthani? quod est, si quis interpretur, Deus meus, Deus

L V C . XXIII.

44 Erat autem fere hora sexta, & tenebre sunt super terram usque ad horam nonam.

47 Quidam autem illic astantium quum audissent, dicebant, Eliam vocat iste.	meus, cur me deseruisti?	45 Et obscuratus est sol, & velum templi scissum est medium.
48 Et continuo currens unus ex eis, quum acceptam spongiam impletisset aceto, impoſuit arundini, & ab illo que ei bibere.	36 Accurrit autem quidam, & impleta spongia aceto, impositaque arundini, porrexit illi potum, dicens, Sinite, videamus an venturus tuas commando sit Elias ad deponendum eum.	46 Et quum clavis ait, Pa'er in manus tuas commendo spiritum meum. Et
49 Ceteri vero dicebant, Sine, si deamus an veniat Elias liberaturus eum.	37 Iesus autem emissus voce magna expirauit.	47 Quum vidisset autem Centurius quod accidit, glorificauit Deum, dicens, Vere homo hic iustus erat.
50 Iesus autem quum iterum clavis ait, Pa'er in manus tuas commendo spiritum meum.	38 Et velum templi scissum est in duas partes a summo usque ad imum.	48 Et omnes turbata que connenerant ad spectaculum illud quum vidissent quae sicut homo hic iustus erat.
51 Et ecce, velum templi scissum est in duas partes a summo usque ad imum: & terra mota est, & petra scissa sunt.	39 Quum vidisset autem Centurius, qui in regione eius stabat, multa corpora sanctorum qui dormiebant surrexerunt.	49 Stabant autem omnes noti eius emonstraverant ei alicuius complures, que simul ascenderant cum ipso a Hierosolymam.
52 Et monumenta aperta sunt, & erant custoides Iesum, visi terram & ipsa quae facta fuerant, timuerunt valde, dicentes, Vere Filius Dei erat iste.	40 Erant autem & mulieres longinquo spectantes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi parvus & Iose mater, & Sabellus pectora sua reuertebantur.	
53 Et egressi e monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.	41 (Quae etiam quum esset in Galilea, sequuntur) fuerant illum, & ministraverant ei alicuius complures, que simul ascenderant cum ipso a Hierosolymam.	
54 Centurius vero, & qui cum eis erant custoides Iesum, visi terram & ipsa quae facta fuerant, timuerunt valde, dicentes, Vere Filius Dei erat iste.		
55 Erant autem ibi mulieres multa longinquo spectantes, que sequentes fuerant Iesum a Galilea, ministrantes ei.		
56 Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Iose mater, & mater filiorum Zebedai.		

45 A sexta autem hora.) Quanquam in Christi morte carnis infirmitas Deitatis gloria ad breue tempus operuit, immo ipse Dei Filius deformis iacuit sub probro & contemptu: & quemadmodum Paulus loquitur exinanitus fuit: quibusdam tamen notis cum ornare non destitit celestis Pater, atque in ultima deiectione quaedam futura gloria præludia erexit, que piamente aduersus crucis scandalum fulcirent. Ita Christi maiestas solidis defectu, terram motu, petrarum fissura & veli fratione magnifice testata fuit: perinde acutum & terra debitum suo opifici & histori cultum præstarent. Ceterum primo loco queritur quorum solis eclipsis, nam quod veteres poetae in suis tragediis subduci terris solis lumen fingunt ubi nefandum aliquod scelus patratur, ad notandum ira Divina portentum spectat, atque hoc quidem signum deductum fuit ex communis naturæ sensu. Ideo quidam interpretes in Christi morte immisiles Divinitus fuisse tenebras putant in signum derestationis: acsi Deus obtenebrato sole faciem suam a scelere omnium tetrorim abconderet. Alij sole visibili extinto demonstrati fuisse dicunt interitum solis iustitia. Alij ad gentes ex cæcacionem, que paulo post sequuta est, referre malunt. Nam Iudei reiecto Christo postquam est medio sublatus est, cælestis doctrina luce priuati sunt, nec quicquam illis reliquum fuit prater desperationis tenebras. Ego vero potius existimo, quia præ stupore ad lucem cœculat ille populus,

tenebris fuisse expergefactum ut admirabile Dei consilium in Christi morte reputaret. Nam infolita ordinis naturæ conuersio, nisi prosersus obdrusserint, serio debuit afficere eorum sensus, vt ad futuram mundi renovationem attenderent. Interea spectaculum illis exhibitum fuit terroris plenum vt ad Dei iudicium exspectarent. Et sane fuit hoc incomparabile ira Dei documentum, quod nec vnigenito quidem Filio pepercit, nec alter placatus est quam illo expitionis pretio. Quod autem a Scribis, & Sacerdotibus, & magna populi parte securè neglecta, & clausis oculis præterita fuit solis extinció, prodigiosa eorum amentia horrorem nobis incutere debet. nam brutis animalibus magis fuisse stupidos nesciebat qui tali portento de cælestis iudicij rigore palam admoniti, illudere non desinerent. Sed hic est spiritus stuporis & vertiginis quo Deus probos inebriat, postquam diu certauit cum eorum malitia. Interim discamus, postquam Satanæ præstigiis fascinati sunt, gloriam Dei quantumvis conspicuus sit, illis esse absconditam: saltem obtenebratas esse eorum mentes, vt vidēdo non videant. Ceterum quia generalis illa fuit admonitio, nobis hodie prodebet, vt sciamus sacrificiū quo lumen redēpti, non minoris momenti fuisse quam si sol ē celo cecidisset, vel collapsa fuisse tota mundi machina. Ita enim fieri ut peccata magis horreamus. Porro quod hanc solis defectionem quidam ad omnes mundi plagas extendunt, mihi consen-

contentaneum non videtur, nam et si hoc ab uno aut altero scriptore proditum fuit, magis tamen celebris fuit illorum temporum historia quam ut miraculum tam insigne taceri potuerit ab aliis permultis qui accuratè persequuntur sunt quæ non ita memorata digna erant. Adde quod si toti mundo communis fuisse defectio, quia credita fuisse naturalis, facilius hominum sensum fugisset. Sole autem alibi fulgent, tenebris obrui iudeam, magis notabile fuit prodigium.

46 *Circa horam nonam clamauit.*) Quanquam apparuit plusquam humanus vigor in Christi clamore, certum tamē est vehementia doloris illi fuisse expressum. Et certè hic præcipuus fuit conflictus, & omnibus aliis tormentis durior, quod in suis angustiis adeo leuatus non est Patris auxilio vel favore, ut se quodammodo alienum sentiret. Neque enim corpus solum in premium nostra cum Deo reconciliationis obtulit, sed in anima etiam pertulit debitas nobis penas: atque ita verè factus est vir dolorum, sicut Iesaias loquitur. Et verò nimis insoliti sunt qui hac redemptionis parte posthabita, tantum in externo carnis supplicio infundit, nam vi pro nobis satisfaceret Christus reum ad Dei tribunal sisti oportuit. Nihil autem magis horribile quam Deum sentire iudicem, cuius ira mortes omnes supererat. Ergo quanquam species tentationis Christo obiecta est, quasi Deo aduersaria est exsilio deuotus, horrore corruptus est quo centies cuncti mortales fuisse absorti, ipse autem mirifica Spiritus virtute victor emerit. Nec verò sicut vel theatrica cōqueritur se a Patre relietam. Et quod nonnulli ex vulgi opinione sic loquuntur obtemperantes, insipidum est caullum, nam interior animi mœstitia vi & ardore suo eum cogit in clamorem erumperet. Nec tantum ocularis fuit redemptio qua defunctus est (ut nuper dixi) sed ut se vadet pro nobis obrulerat, verè Dei iudicium subire loco nostro veluit. Sed absurdum videtur, Christo clapsam esse desperationis vocem. Solutio facilis est, quanquam sensus carnis existim approchenderet, fixam tamen stetisse fidem in eius corde qua Deum presentem intuitus est, de cuius absentia cōqueritor. Diximus alibi quomodo Deitas locum cesserit carnis infirmitatem, quatenus salutis nostræ interfuit, ut omnes redemptoris partes Christus impleret. Discriben etiam notauimus inter naturam sensum & fidei notitiam, quare nihil obstat quoniam Dei alienationem mente conceperit Christus prout sensus communis dictabat, & si uulnus fidei retinererit Deum sibi esse proprium. Quod satisclare patet ex duobus querimonie membris, nam antequam tentationem exprimit, præfatur se ad Deum confugere tanquam Deum suum, atque ita clypeo fidei fortiter repellit illam quæ se ex opposito ingerebat derelictionis speciem. Denique in hoc diro cruciati illæ fuit eius fides: ut se relictum esse deploras, propinquum tamen Dei auxilio confidet. Porro vocem hanc in primis notatum fuisse dignam hinc appetit, quod Spiritus sanctus, quo meilius eam insulperet hominum memorie, Syriaica lingua referri voluit, nam hoc perinde est, acsi Christum eadem quæ tunc ore suo protulit verba recitante induceret. Quo turnus est eorum concordia qui tantam Christi vestitam & tā dirum paucorū quæ per iocum leuiter prætereunt. Quisquis autem reputat hac lege suscepitam fuisse à Christo mediatoris personam ut reatum nostrum

tam in anima quam in corpore subiret, non mirabitur illi certamen fuisse cum mortis doloribus, quasi Deo irato in labyrinthum malorum projectus foret.

47 *Eliam vocat iste.*) Qui hoc ad milites referunt rudes & ignaros Syriaicæ linguae, & iudaicæ religioni non affectuos, talluntur meo iudicio. putant enim hallucinatos fuisse in vocum similitudine. Atqui mihi nullo modo probabile est incititia elapsos esse, quod potius data opera Christo illudere, & calumniosè peruertere eius orationem statutum fuerit. Nulla enim ad labefactandam priorum salutem aptior Satanae machina est quam ubi à Dei inuocatione ipsos depellit. Itaque suos ministros quantum potest huc impelli ut precanli affectum nobis excutiat. Sic impios Christi hostes impulit ut protervè eius prectionem in risum converterent: volens hoc artificio eum præcipuis armis spoliare. Et certè hæc admodum grauis tentatio est, dum videamus tantum abesse a protectu ut Deus nomen suum potius opprobriis exponat quam se ostendat votis nostis propitium. Tantundem igitur valuit hæc ironia vel caninus latratus, ac negassent Christo quicquam esse negotij cum Deo, quod Eliam implorans in aliud alysuni se conferret. Sic videamus omni ex parte fuisse vexatum, ut desperatione obrutus ab inuocando Deo ablisteret: quod erat saluti renuntiare. Ceterum si hodie tam conductitij Antichristi tabulae quam domesclii etiam nebulones, quæ à nobis recte dicta sunt, suis calumniis indigne depravant, ne intremur idem nobis quod capiti nostro accidere. Quanvis tamē Deum in Eliam transfigurèt, ubi profusa libidine nos sublanguaverint, exaudiet tandem Deus gemitus nostros, tēque tum vindicem gloriæ fæce ostendet, tum impuræ falsitatis vltorem.

48 *Et continuò currens unus.*) Hinc probabilis coniectura elicetur, quin semel potum respuisset Christus, subinde molestiæ causa fuisse illi oblatum. Quanquam simul verisimile est initio porrectum illi fuisse in calice acetum, antequam in sublimi elatus esset, postea a somatomori ori fuisse spongiam, quin iam penderet in cruce.

36 *Mare. Dicens, Sinite.*) Quod hū Marcus tradidit in acetum porrigendo dixisse. Sinite, videamus, &c. Matthæus verò sermonem hinc ceteris attribuit, in eo nihil est repugnantia. Nam verisimile est ab uno cœpsisse sublationem, quæ ab aliis cupidè excepta clamore inter omnes ex citauit, ita verbum Sincere, non est prohibentis, sed ludentis. Ergo qui primus Christum derisit, ironice vicinos compellans, Expectemus, inquit, an veniat Elias. Protinus sequuntur sunt alii, & quisque proximo suo eandem cantilenam occinit: ut fieri solet in mutuo consensu. Nec verò in numero plurali vel singulari insistendum est: quia tantundem valet Sine quod Sinite: vice enim interioris positum est verbum, acsi dixissent, styl.

50 *Matth. Quoniam iterum clamasset.*) Lucas qui prioris querimonie non meminit, huius secundi clamoris verba recitat, quæ Matthæus & Marcus prætereunt. Dicit autem clamasse, *Pater in manus tuas commendò spiritum meum:* quo testatus est, quoniam duriter concussus esset violentissimis tribulationibus, sed tamen suam minime fuisse concessam, sed suo loco semper inuictam sterisse. Nullus enim clarior agi potuit triumphus quam dum in-

amorem se submittat. Et hoc quidem verum: sed Christi consilium (vt dixi) fuit, spirituale Ecclesia sua regimen à terrenis imperiis discernere, ne Apostoli auctas gratias ad se transferrent, nam vt quisque inter proceres à Regibus amatus, ad opes & praefecturas descendit. Christus autem Pastores Ecclesia sua praeferit, non qui dominentur, sed ministrant. Ita refellitur Anabaptistarum error, qui Reges & Magistratus ab Ecclesia Dei exterminat, quia Christus neget suis discipulis esse similes: quū fiat hic comparatio nō inter Christianos & profanos homines, sed inter officia. Adeo quod non tam hominū personas respexit Christus quām Ecclesia sua statum. Fieri enim posset vt q̄oi pagi vel verbis erit dominus, simul docēdi quoque munus, virginē necessitate, obeat. Sed Christo satis fuit quid ferat munus Apostolicum, & quid ab eo alienum sit, tractare. Quæritur tamē cur Christus, qui ordines in Ecclesia distinctos instituit, hoc loco gradus omnes repudiet, videtur enim sic omnes deicere, vel faltem inter se æquare, vt nullus supra alios excellat. Atqui longè aliud dicit natura ratio. Et Paulus Ecclesia regimen describens, sic varia ministeria recenset vt Apostolatus dignitas superior sit Paforum officio: & Timotheum & Titum hanc dubiè ex Dei mandato cum autoritate alii præesse iubet. Respondeo, si singula penitus excutimus, Reges ipsos nō iustè, nec legitimè dominari, nisi seruant: in hoc tamen différere munus Apostolicū à terreno principatu quod reges & Magistratus sua se iutus nō impedit quominus imperent, & quidem cum magnifico splendore & pompa emineant supra subditos. Sic David, Ezechias, & alij similes, quū voluntari essent omnium serui, lceptra tamen, diademata & solio, alisque insignibus fuerunt ornati. Ecclesia autem gubernatio nihil tale admittit, quia Paforibus nihil plus Christus detulit quām vt ministri sint, à dominio autem protulit abstinent. Hic quoque notandum est, magis de ipsa quām de affectu haberi sermonē. Separat Christus Apostolos à Regum ordine, non quia Regibus se ferre licet, sed quia aliter habet regia conditio quām munus Apostolicum. Ergo quin ut osque humiles esse deceat, semper Apostolis videndum est quam regendæ Ecclesia sua formā Dominus instituerit. Quod ad verba spectat, vbi Matthæus habet, *Reges exercere potestatem in eis*, apud Lucā legitur, *Vocari beneficos*, eodem sensu acsi dicere, rerum copiam affluere Regibus eosque magis opibus pollere, vt muniti & liberales esse possint. Tametsi enim Reges potentia sua magis gaudent, cāmque terror est malunt quām in populi consensu fundatam esse, laudem tanen munificentiae appetunt. Vnde & nomen habent in lingua Hebraica: θεοί enim vocantur à latgiendo: quia non alium in finem illis penduntur večigilia & tributa nisi vt ad sumptus honoris splendori necessarios sufficiant.

26 *Nostra erit inter vos.*) Nō dubium est quin

Christus stultam imaginationem perstringat, qua videbat Apostolos decipi. Stulte, inquit, & pereram regnum vobis fingitis, à quo ego abhorreo. Ergo si fidelem operam nūhi impendere cupitis, alia vobis meditanda est ratio, vt certatum quisque vestū studeat alii seruire. Ceterū impropri loquitur, ministrum fieri iubens qui magnus esse volet, neque enim paritur ambitio vt se quis fratribus addicat, inīo subiiciat. Seruiliter quidem blandiri fateor qui ad honores aspirant, sed nihil illis minus propositum est quām seruire. Sed mens Christi obscura non est, quia enim quis que in amore sui rapitur, alio hunc affectum transferri debet pronunciat, acsi dicere, Si hæc vñica vestra magnitudo, excellentia & dignitas, fratribus vos submittere: sit etiam hic primatus, omnium esse seruus.

28 *Sicut Filius hominū.*) Exemplo suo Christus superiore doctrinam confirmat: quia ultro serui personam induerit, ac seipsum exinanierit, sicuti etiam Paulus docet. Porro vt clarius probet *Philip. 2. 6.* quantum ab altitudine abfuerit, eos ad mortem suam reuocat: acsi dicere, *Quia vos mihi honore proximos delegi, praua ambitio ad regnandum sollicitat: ego vero (ad cuius exemplum vos formare vitam decebat) non veni vt me efferaui, vel quicquam regium mihi usurpem: quin potius vñā cum ignobili & contemptu carnis habitu crucis ignominiam suscepi.* Si quis obiiciat, Christū idē suisse exaltatum à Patre vt coram eo flectatur, omne genu, in promptu est solutio, quod nūc dicit, ad tempus humiliationis referre. Ideo apud Lucam additur, sic versatum esse inter eos acsi esset minister: non quod fuerit illis vel specie, vel titulo, vel recipia inferior (*Magister enim & Dominus agnoscī semper voluit*) sed quia ex cælesti gloria ad tantam mansuetudinem descendit, vt ferebant eorum infirmitatib. subesset. Ad hæc memoria tenēdum est, comparisonem hīc fieri majoris & minoris, sicuti apud Iohānem, *Si ego qui Magister sum ac Dominus, vobis laui pedes, mul-* *to magis hoc debetis alij alii præstare.* *Iohān. 13. 4.*

Animam suam redempcionem.) Mortis (vt diximus) idē facta est à Christo mentio, vt discipulos à peruerso regni terreni figmento abstraheret. Interea aperte scitēque vis & fructus eius exprimitur, dum vitam suam pretium *sostra redempcionis* esse asseriat, vnde sequitur nobis gratuitam esse reconciliationem cum Deo, cuius nō alibi quām in Christi morte pretium reperiuit. Ita que hac vna voce evenerit quicquid de putidis suis satisfactionib. garniunt Papistæ. Porro quin nos sibi morte sua in peculium acquisierit Christus, adē immensa eius gloria nihil derogat, hec de qua loquitur submissio, vt eam maxime illustret. Multos ponit non definitè pro certo numeros, sed pro pluribus: quia se alii omnibus opponit. Atque hoc sensu capit ad Romanos 5. c. 15 *Rom. 5. c. 15.* vbi Paulus non de aliqua hominum parte agit, sed totum humanum genus complectitur.

MATTH. XX.

29 *Et egredientibus illis ab Iericho, sequuta est eum turbam multa.*

30 *Et ecce duo ceci sedentes iuxta viam, quum audissent quod Iesus transiret, cla-*

MAR C. X.

46 *Et veniunt Iericho, quūm- que egredieretur ab urbe Iericho, ac appropinquaret Iericho, cæcus discipuli eius & turba copiosa, filius quidam sedebat iuxta viam*

Timai Bartimaeus cæcus sedebat in viam mendicans.

LVC. XVIII.

35 *Accidit autem quum discipuli eius & turba copiosa, filius quidam sedebat iuxta viam mendicans.*

36 *Et quum audiret turbam praterenitem, interro-*

<i>miserunt, dicentes, Domine miserere nostri, Filius David.</i>	47 <i>Et quum audisset quod Iesus gabat quid hoc esset. Nazarenus esset, caput clamare & dicere, Filius David Iesu miserere mei.</i>	37 <i>Dixerunt autem ei quid dicere, Filius David Iesu miserere mei. Iesus Nazarenus transiret.</i>
<i>31 Turba autem increpabat eos ut tacerent, at illi magis clamabant, dicentes, Miserere nostri Domine, Filius David.</i>	48 <i>Et increpabant eum mului vi saceret. At ille multo magis clamabat, Filius David miserere mei.</i>	38 <i>Et clamauit dicens, Iesu saceret. At ille multo magis clamabat, Filius David miserere mei.</i>
<i>32 Et sicut Iesus, & vo cavit eos, & ait, Quid vobis ut faciam vobis?</i>	49 <i>Et sicut Iesus, ac iussit illum bant enim ut taceret. Ipse vero vocari. Et vocant eum, dicentes illi, multo magis clamabat, sicut ille David, miserere mei.</i>	39 <i>Et qui praibant increpabant eum, ac iussit illum bant enim ut taceret. Ipse vero vocari. Et vocant eum, dicentes illi, multo magis clamabat, sicut ille David, miserere mei.</i>
<i>33 Dicunt illi, Domine, ut aperiantur oculi nostri.</i>	50 <i>Ille vero, abiecto pallio suo, surrexit, & venit ad Iesum.</i>	40 <i>Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se: & quum ap-</i>
<i>34 Misertus autem Iesus tetigit oculos eorum, & confessum visum receperunt eorum oculi, & sequuntur eum.</i>	51 <i>Et respondens dicit illi Iesus, Quid vis faciam tibi? Cæcus autem luxit ei, Rabbomi, ut visum reci-</i>	41 <i>Dicens, Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine, ut</i>
	52 <i>Iesus autem dixit illi, Abi, visum recipi am.</i>	42 <i>Tunc Iesus dixit ei, Recipi pe visum: fides tua te salu: facit.</i>
		43 <i>Et confessum visum receperit, ac quebatur illum glorificans Deum. & omnis plebs ut vidu: deducit laudam deo.</i>

29 *Egredientibus illis. 3 Argutè sibi Osiander vitus ei ex cæco uno quatuor facere. Atqui eius commento nihil est magis triuolum. Quia videbat Euangelistas in nouum verbis discrepare, finitum vno cæco in ipso urbis ingressu redditum esse visum: secundum vero & duos alios illuminatum esse quum illinc Christus discederet. Atqui sic convenienter omnes circumstantia, ut nemo sanus credat diueras historias tractari. Scilicet (ut alia omittant) quum primum ad silentium conati essent adigere Christi comites, & preter spem suam sanari videntur, mox idem tentantur in tribus reliquis. Sed nihil opus est singula persequi, ex quibus sponte quiuis colligeret rem vnam & eandem narrari. Sed offendit discrepantia, quod Matthæus & Marcus miraculum vel in vno cæco vel duabus educatione fuisse dicunt quum Christus iam ex verbe egre Iesus foret: Lucas autem id factum esse commemoret antequam in urbem veniret. Deinde quod Marcus & Lucas non nisi de cæco uno loquuntur: Matthæus vero duos coniungit. Sed quum sciamus hoc paucim occurrere in Euangelio suis, ut in eadem historia vnum prætereat quod ab aliis dicitur: & rursus quod ab illis taceatur, clarius exponat: nouum vel insolens in præsenti loco videri non debet. Ego quidem ita coniicio, dum virbi appropinquaret Christus, cæcum clamasse: sed quin præstrepitu non esset auditus, viam obsecisse in verbis egreditu, & tunc demum fuisse à Christo vocatum. Itaque Lucas, à vero principio exorsus, non perlequit totam narrationem, sed transtulit Christi hospitium in verbe: alij autem duo solūm tempus attingant quod d' propius miraculo fut. Coniectura autem probabilis est, ut sapienter Christus fidem hominum probare volens, eos aliquantisper distulit, eodem examine in hoc cæco fuisse vsum. Secundi nodi per quām facilis est solutionem: & alibi vidimus vnum dæmoniacum à Marco & Luca referri sanatum, vbi Matthæus duos nominat, sicuti & hoc loco, neque tamen ideo inter se dissident, quin potius proba-*

billis est coniectura, quum initio cæcus unus Christi gratiam imploraret, eius exempli comotum fuisse alterum: atque hac occasione vsum duobus esse redditum. De vno vero tantum loquuntur sunt Marcus & Lucas, vel quia erat notior, vel quia in illo non minus insigne virtutis Christi specimen erat quam in duobus. Certe propter celebrem notitiam videbūt eum præstatuēt Marcus, qui tam ipsius quam patris nomen exprimit, non enim vel claritate in generis, vel diuinis commendatione: nam mendicus erat ex infinita plebe. Vnde appetat, quia vulgo nota erat eius calamitas, nobilis fuisse miraculum in eius persona. Hæc mihi ratio esse videtur cur eum solum nominent Marcus & Lucas, de altero tacet, qui erat velut inferior accessio. Matthæus autem oculatus testis, ne hunc quidem, quanvis magis obtutum, prætermittere voluit.

30 *Domine, miserere.*) Dixi super initium clamandi ab uno esse factum: sed alterum facile impunit similis necelitus ut se quoque auerteret. Porro non vulgariter Christo honorem dierunt, petentes ut sui misertus, iecurrat. Per uatos enim fuisse oportet, in eius manu eccl. sextum vel remedium quo egebant, sed magis in eo spectanda est ipsorum fides quod Messiam fatentur, quem scimus hoc elogio notatum fuisse apud Iudeos. Confugunt igitur ad Christum, non modò tanquam ad Prophetam quenlibet, sed ad unicum salutis auctorem qui à Deo proniissus fuerat. Clamor vehementia affectus indicium fuit, nam quoniam scirent se apud pleroque odiosè loqui, quibus minime gratus erat Christi honor, metum superaruit ardor desiderij, ut vocem liberè nihilominus extollerent.

31 *Turba increpabat.*) Mirum est Christi discipulos, qui officij & reverentia causa cum sequuntur, velle miseros à Christi gratia arcere, & quantum in se est viam obstrueret eius virtutis. Sed hoc plerunque fieri solet, ut maior pars eorum qui nomen Christi profitentur, ab eius accessu nos

conciliatus fuit Deus. Nam in communia eorum de fectione quos alii peccare decerbat, quosdā ex medio grege animauit Deus qui se à trepidatione colligeret, futuri nobis eius historiæ testes si ne cuius fidei fali est nō possumus. De ipsis por-

rò mulierib[us] iterū mox aliquid dicendum erit: in præsentia vnum obiter notare sufficiat, ut lucio di scendi a patria fuisse abducta, vt alsiduè penderent ex ore Christi: nec labori aut facultati, per perficere, modò saluifica eius doctrina fruerentur.

M A I T H . XXVII.

57 Quum autem vespera esset, venit homo diues ab Arimathaea, nomine Ioseph, qui & præcedit sabbatum.)

58 Hic accepit ad Pilatum & postulauit corpus Iesu, tunc Pilatus iussit reddi corpus.

59 Et quum accepisset corpus Ioseph, in uoluit illud sündone munda.

60 Posuitque illud in monumento suo novo quod excidebat in petra, & aduoluto magnō luctu ad osium monumēti, iubat.

61 Erat autem ibi Maria Magdalene & altera Maria, sedentes contra sepulchrum.

M A R C . XV.

42 Et quū i[m] ē esset vespera (quoniam erat paræscue, que præcedit sabbatum.)

43 Venuit Ioseph ortus ex ciuiate, Arimathaea, honestus deo-

rio, qui & ipse erat expectans regnum Dei: & sumpta audacia in-

gressus est ad Pilatum, & petuit

44 Pilatus autem admiratus est siā mortuus esset: & accerbito ad se Centurione, interrogauit illum, in quo nundum quisquam iam dudum mortuus fuisset.

45 Et re cognita ex Centurione, donauit corpus ipsi Ioseph.

46 Et is mercatu[m] sündone, de posuimus inuoluit sündone, &

47 Maria vero Magdalene aromata & unguentia: ac sabbatū

& Maria Iosephetabant ubi posito quidem queuerunt securi-

teretur.

L V C . XXIII.

50 Et ecce vir nomine Iosephe decurio, vir bonus & iustus.

51 Hic non consenserat consilio ac factō eorum, oriundus ab Arimathaea urbe Iudeorū, qui expectabat & ipse regnum Dei.

52 Hic accepit ad Pilatum, & postulauit corpus Iesu.

53 Et de p[ro]sternit inuoluit s[ecundu]m, & posuit illud in monumento quod erat in petra excisum, in quo nundum quisquam positus fuerat.

54 Et dies erat paræscue, & sabbatum illucescebat.

55 Subsequitur autem mulieres quae cum covenabant à Galilea viderūt monumētū, & quæ admodum positi erat corpus eius.

56 Reuerse vero parauerunt

57 plenum occurrit, quod etiam viriles animos strage posset, unde illi repente tam generosa amicitas ut inter summos terrores nihil metuens,

longius quam rebus pacatis progredi non dubitet: Scimus ergo Divinitus per manum Ioseph plenum occurrerat.

58 Subsequently referri debent quæ hic notantur circumstantia. Pietas Iosephi & vite integratis laudantur: ut discamus in

Dei seruo agnoscere opus Diuinū. Dūcitem suisse Euāgelistā referūt, ut sciamus mira antī cel-

studine superaturū suisce obstatulum quod illo-

qui cum coegerit retrosum cedere. Nam, ut superbi sunt diuitiae, nihil difficultius est illis quam

sponte vulgi contemptu subire. Scimus autem

quam sordida & infamis fuerit opera crucifixi hominis cadaver ē manu carnificis suscipere. Ad

hac quo splenditor ei fuit fortuna, cantor etiam suisce ac timidor (vt solēt homines diuitiis suis addicti discrimē omne fugere) nisi ē celo indita

fuisset illi audacia. Adscribitur et dignitas ordinis, quod Decurio fuerit, vel Senator, ut hac quoq[ue]

in parte reluceat. Dei virtus: quia nō ex obscura

plebe suppositus est qui raptum & clanculū Christi corpus defoderet, sed ex alto honoris gradu

excitatus fuit officij heios minister. Nā quo minus credibile erat illū pietatis cultū Christo para-

tū esse, eo clarius apparuit hoc totū Dei cōsilio & manu gubernari. Dūcetur autem hoc ex glo, rā-

tū ab excusatione abesse diuities si Christi ho-

nore

Sabiicitur nunc Christi sepulta, quasi medi⁹ transitus ab ignominia crucis ad resurrectionis gloriā. Voluit quidem Deus alia etiam causa Filium suum sepeliri, vt ita melius testatum fieret vera morte pro nobis esse defunctū. Sed hic in terī finis præcipue spectādū est, quod hoc modo aboleri cœperit maledictio quam ad breue tempus suscepserat: neque o. vulgaris more proiectum fuit eius cadaver in fouē, sed in sepulchro exciso honorificè conditum. Quanquam autem tunc adhuc ante oculos versata est carnis infirmitas, nec Diuina virtus Spiritus ante resurrectionem lucide conspicta est: voluit tamen Deus hoc quasi præludio aduibrare quod paulo post facturus erat, vt Filium suum mortis viatorem magnifice supra cœlos eueheret.

57 Quū autem vespera esset. Intellige Ioseph non sub crepusculo venisse, sed ante occasum solis, vt citra sabbathi violationem hoc pietatis officium magistro præstaret. Nā initium sabbathi erat ab illa vespera. Ergo necesse fuit Christum ante noctis tenebras in sepulchro deponi. Porro à Christo mortuo usque ad sabbathi obseruationē tres horæ liberae restabāt. Quanquam autē Iohannes non solum Ioseph meminuit, sed Nicodemus quoque illi adiungit comitem, quia tamen solus ipse suscepit negotium à principio, & Nicodemus ipsum ducem & autorem tantum sequitur est, tribus Euāgelistis in breui narratione satis fuit quid ab ipso uno gestum sit referre. Iam etiā rara laude signus fuit hic Ioseph affectus, primō tamē nobis cōsideranda est Dei prouidentia, q[uod] hominem inter suos nobilem & eximam dignitatis elegit qui sepulchri honore probrum crucis tegere inciperet. Et sanè quum totius gentis inui-

nore suo fraudet, ut duplicitis culpe potius rei sint, dum stimulos quibus incitari eos decebat, cōuerunt in obstacula. Fateor quidem hoc nimis consuetum esse & vulgare ut se à iugo subducatur qui videtur præ aliis excellere, ut delicati sint ac molles, ut minuum prouidi & timi: ut nobis incūda est lögē diversa ratio, nisi opes & honores adiumenta sint ad colendū Deum nos illis perperā abutti. Circumstantia temporis docet quād facile sit Deo corrigerre prauos metus qui nos ab officio impediunt. Quād autem non auderet Ioseph reb. dubiis ingenuo se Christi discipulum profiteri, nunc ybi maximē at dect hostium furor, & se uitia graſſituri, animum colligit, ut in apertum dis crimen se cōiicere non dubitet. Videmus ergo ut Dominus momento corda formet in nouos affectus, ac erigat spiritu fortitudinis qui prius collapsi erat. Ceterū si pio honorādi Christi studio tantum fiducia sumpt̄ Ioseph quā mortuus in cruce penderet, nisi hodie, postquam resurrexit à mortuis, idem saltem eius glorificandi viget in cordibus nostris zelus, vñ nostræ locordia.

43 M̄c. 51. Luc. *Qui & ipse erat expectans regnum Dei.*) Hoc præcipuo elogio ornatur Ioseph quād expectaret regnum Dei. Laudatur quidem etiam à iustitia: sed expectatio hæc regni Dei, iustitia radix & origo fuit. Per Regnum Dei intellige promissam in Christo iustificationē. Nam ordinis integritas, quam vbiique Propheta adventu Christi futuram promiserant, stare nō potest nisi quām Deus homines dissipatis sub imperiū suū colligit. Hac itaque nota commēdatur pietas Ioseph, quād in statu perdito spē redēptionis aluerit quā d̄ Deo promissā erat. Hinc etiam nascitur timor Dei, & sancte recteque viuendi studiū. neque enim fieri potest vt se Deo quisquā addicat nisi qui eum sperat sibi liberator fore. Noteamus autem, quām omnib. Iudeis promiscue destinata esset salus in Christo, eiūisque promissio omnibus communis esset, Spiritui sanctū nonnisi de p̄uiciis mīstestari quod hic audiuimus de Ioseph. Vide appetit incomparabilem Dei gratiam magna totius serè populi obliuione fuisse sepultam. Volitabat quidem passim in linguis omnium de futuro Christi aduentu iactatia: led paucorum animis infixum erat Dei feedis, vt fide ad spiritualiū renouationē affugeret. Horredus

M A T T H. XXVII.

62 Postera autem die que sequitur Paracœmen, conuenerant principes Sacerdotum & Pharisai ad Pilatum,

63 Dicentes, Domine, recordati sumus quod impostor ille dixit adhuc vivens, Post tres dies resurgam.

64 Iube ergo muniri sepulchrum usque ad tertium diem, ne forte veniant discipuli eius nocte ut farentur eum, dicantque plebi, Surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore.

65 Ait illis Pilatus, Habetis custodiā: ite, munite scilicet scitis.

66 Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, obsignato la pide, adhibitis custodibus.

62 Postera autem die que.) In hac narratione non tam Matthæo proposita fuit ostendere quām obtinato furore Chiribū persequuti sint Scribæ & Sacerdotes, quām nobis velut in speculo repræsentare incredibilem Dei prouidentiam in resurrectione Filij sui probanda. Conspiravit inter se homines astuti, certe in fraudib. & perfidia exercitati, & rationem exigitant qua memoriam ex-

ficiunt ille flupot: ideoque non mirum si pura religio obsoleuerat, extincta salutis fide. Vt nam vero nō similis esset huius infelicitis seculi corruptela. Apparuit semel Christus Iudeis & toti nū do rede. mptor, ut Prophetarū vaticiniis testatum fuerat: trebus ex confusa dissipatione in rectum & legitimū statum compositis, regnū Dei credit: tempus militię nobis præscripsit quo patientiam nostram exerceat, donec iterum ē calo adueniat perfector eius regni quod inchoauit, quotusquis que ad eam spem vel iudicem adspicat? Annō perinde terræ affixi sunt ferè omnes a cl. nulla pmissa esset resurrectio? Verum tuncque maior pars scopi sui oblitia, huc & illuc diffusa, meminemus hanc esse propriam fidelium virtutem, quę sursum sunt querere: ac præsertim ex quo Dei gratia illuxit per Euāgelium, crudens nos ut abnegata impietate & mādanis, occupiscentiis, sobrie & iustè & piè viuamus in præsenti seculo, expēctantes beatam spem & illi iterationē gloriae trāgnī Dei, ad Titum, cap. 2. c. 11. 12. 13.

39 *Et quū accepset corpus.*) Brevis sepulturā perstringunt tres Euāgeliſta: ideoque de aromaticis vnguentis nullus apud eos scimus, quę solus Iohannes celebrantūm sindonem mundanā à Ioseph emptam fuisse narrat. Vnde colligimus honorificē fuisse sepultum. Nec verò dubitū est, hominem diuitem, quām sepulchrum suum Dominū cederet, in reliquis etiā decorum splendorē & ornatum præstatise. Et hoc etiam arcana Dei prouidentia magis quām meditato hominū consilio accidit, vt nouū & adhuc purum sepulchrum nactus sit Dominus, qui primogenitus est ex mortuis, & primitus resurgentium. Deus ita, que hoc symbolo Filium suum à toto generis hu mani grege distinxit, & vitæ nouitatē proposuit. *Celof. 1.c.* *1. Cor. 15. 5.*

61 *Erat autem ibi Maria Magdalene.*) Marcus & Marthās tantum narrant mulieres spectasse quid heret, ac norasse locū ubi posuit fuit corpus. Lucas vero consilium etiam simile exprimit, quād scilicet reuertere in vibem parauerint aromaticā & vnguentā, vt biduo post funus suo ordine celebrent. Vnde cognoscimus meliori odore perfusa fuisse earum mentes, quām Dominus in morte sua spiravit ut eas ad sepulchrum suum adductas altius extolleret.

M A R C. | L V C.

tinguant hominis mortui. nam se nihil profecisse vident nisi opprimat resurrectionis fide. At vero dum id conantur, eam quasi ex professo in lucem notitię producunt. Certè viscurior fuisse Christi resurrectione, vel saltem eius negandæ maiori illis fuisse libertas, nisi testes curassent ad sepulchrum locandos. Videmus ergo ut Dominus homines versatos non solum fruſtratur, sed etiā

deinde mulieribus per Angelos nuntiari voluit se
viuere; paulo post illis apparuit, ac tandem Apo-
stolis, idque sapientis. Ita paulatim suos pro coram
modo ad plenorem notitiam deduxit. Quod
autem initium fecit a mulieribus, nec modo se il-
lis visendum exhibuit, sed in iuxta etiam apud A-
postolos Euangeli praeconium, ut illorum quasi
magistri forent: in eo primum caitigatus fuit A-
postolorum corpor, qui paurore fere facabant ex-
animes, quum scirentur sedulo ad sepulchrum pro-
perarent, quibus etiam non vulgaris inerves re-
pensa fuit. Etsi enim vitio non carcerat vngredi
Christi consilium, quasi adhuc esset mortuus, ca-
rum tamen infirmati ignoscens singulare ipsas
honore dignatus est, minus Apoliticum viris e-
reptum id breue tempus resignans. Atque hoc
modo specimen eius quod Paulus docet exhibuit,
tempore quod eligat quæ stulta sunt ac debilita in
mundo, ut carnis attitudinem humiliet. Nec ve-
rò nos aliter rite comparati erimus ad hoc fidei
nostra caput discendum, nisi omni fastu deposito
dociles nos mulierum testimonio subducimus: nō
quod fides nostra tam angustis finib, clausa mane-
re debeat, sed quia Dominus, ut obedientiam no-
stram precepit, ita nos fieri nos veint, priusquam ad
sua mysteria plenus cognoscenda admittat. Quid
ad historiam pertinet, Matthæus tatum dicit *dicas*
Marias venisse ut viderent sepulchrum: Marcus Sa-
lomon tertiam adiungens, dicit *et uisse aromata ut*
angerent corpus: ex Luca autem colligitur nō duas
modo vel tres, sed complures venisse. Sed hoc sa-
cris scriptorib, scimus esse vltatum, ut paucos tā-
tum ex inatore numero exprimant, Probabilis e-
tiam coniectura est, Mariam Magdalena cum altera
comite, sive præmissa fuerit, sive sponte pre-
currerit, ante alias ad sepulchrum accessisse. Atq; hoc
videtur innuere Matthæi verba, quod *vindi-
cendi causa due illa venerantur*: quia nisi ex aspectu
nō confabatur ratio Christi vngredi. Inter ea quod
in animo habebant præstare officium subicter,
quia hoc unum maximè propofitum erat, de re-
surrectione testari. Quaritur tamen quomodo stu-
dium hoc mulierum, quod superstitione mistum
erat, Deo placuerit. Ego vero non dubito quin
morem vngredi mortuos à Parib, acceptum ad
suum finem retulerint, ut consolationem in mor-
tis lucu ex spe futuræ vita peterent. Peccaste quidē
sicut quod non statim mentes suas extulerint ad
illam prædictionem quam ex ore magistri audie-
rant: sed quia retinent generale principium de
vltima resurrectione, ignoravimus defectus ille, qui
totum auctum (ut loquantur) meritò vitiasset. Sic
Deus sive paterna indulgentia sanctorum officia
fuscepsit, qua non modo sine venia non place-
rent, sed iure etiam cum ignominia & pena
repudiarentur. In eo igitur refulget mira Christi
bonitas, quod benigne & comiter mulierib, viuus
occurrit, qua perperam ipsum inter mortuos
quærebant. Quod si illas frustra ad sepulchrum
suum venire passus non est, certò statuere conuenit,
si quis fide non ad eum aspiceret, minimè fru-
stratum iri: quia non impedit locorum distan-
tia quin potiantur ipso fideles, qui cœlum & ter-
ram Spiritus suis virtute impler.

I Marc. *Ei qui in præteri sabbathum*) Idem
valet quod habetur apud Mattheum, *Vespera
qua lucecul in primam diem sabbathorum*. Item apud Lucam, *Prima die sabbathorum*. Nam quum
sciamus Iudeos à primis noctis tenebris diem

fusile exorsos, intelligunt omnes, finito Sabbatho
de sepulchro videntur mulieres inter se constitutum
cepisse, vt illuc ante auroram venirent. *Primum*
dicere Sabbathum duo Euangeliis nominat, quæ
ordine prima erat inter duo Sabbathos. Quod si
verterentur Vnam, etrois causam mortis pra-
buit ob lingua Hebraicæ insciem, nam quin
non nunc vuum significet, nunc primum, Euangeliis
(vt in pluribus annis locis) Hebraicam phra-
se sequitur, piar dixerunt. Ego vero (ne ambiguitas
falle) et eorum mentem clarius exposui. Sed
in emptione aromatum à Marci verbis non nihil
dissidet Lucæ narratio, quod in uibem reverse
parauerint aromata: deinde secundum preceptum
Legis quieuerint uno die antequam iter ingre-
sse sint. Sed Marcus duas res duae fas eodem
contextu referens tenet ora minus accurate quam Lu-
cas distinguuit, nam quod prius actum erat, vna
cum profecione misceret. In re quidem ijsaopti-
mè conuenient, quod sacra quiete defunctæ, ad-
huc inter noctis tenebras domo egredier sint, vt
sub primum diluculum ad sepulchrum accelererint.
Iterum vero memoriâ tenetum est quod prius
atugi, ritum vngredi mortuos, hæc multus pro-
fanis gentibus communis foret, apud solos! eos
legitimo fusile in vnu: quibus à patribus tradi-
tus fuerat vt se in inde resurrectio nis exercerent.
Cadaver enim sensu priuatum condire sine hoc
respectu, frigidum & inane solatum, fusset: sicut
Ægyptios scimus hac in parte anxie fusile opero-
fus sine vlo profectu. Atqui Deus hoc sacro
symbolo uacis vita imaginem in morte repræ-
sentabat, vt se ex putredine & puluere nouu vi-
gi, rem receptuus sparent. Porro Christi resur-
rectio sicuti viuifico suo odore penetravit omnia
sepulchra, vt vitam in mortuos spiraret, ita externas
illas ceremonias ab leuit. Quare non ijs se ad-
miniculis egebat, sed mulierum ruditas & infici-
tia, quia nondum probè tenabant ipsum à corrup-
tione immune esse.

3 Marc. *Dicere autem que inter se*) Hanc dubita-
tionem solus Marcus exprimit: sed quoniam alij nar-
tent lapidem ab Angeli, fusile reuolutum, facile
colligitur per Ixas haesile & consilij dubius, do-
nec aditus Dei manus patesceret. Ceterum hinc
dicamus, zelo suo abiuptas sine consilio illuc
venisse. Lapidem sepulchru viderant opponi, qui
ab ingressu quosquis arceret: cur id domi per-
otium non venit in nentem, nisi quia metu &
admiratione attonitas ratio & nescientia cœsici? Sed
quia pio seruore cœciunt, vitium hoc illis Deus
non in putat.

2 Matth. *Et ecce terramotus*) Pluribus signis
gloriae sive præsentiam ostendit Dominus, vt ad
reuerentiam melius formaret sanctarum mulie-
rum corda. Nam quia res non levius momentum
erat, scire par amete à Filio Dei de morte victori-
am (in quo veretur salutis nostræ summa) scrupu-
lous omnes eximi oportuit, vt diuinam aiescas
polam & non obscure illarum oculis efficeret.
Eudem ergo terramotum dicit Matthæus, in quo
fonsibilis erat illa quam dixi caelestis p. tentia. At-
que hoc portento mulieres expurgari oportuit,
vt nihil iam humanum vel terrestre conci-
perent, sed mentes suas extollerent ad nouum &
minime expectatum Dei opus. Ijs Angeli quo-
que vestiu & forina, quasi per radios, Deita-
tis fulgor fese diffusa: vt semirent non esse ho-
minem mortalē qui facie hominis induitus prope
hh j

adstebat. Et si enim ad immensam Dei gloriam nihil vel lucis coruscatio, vel nivis cador, quinetia, si eu rite cognoscere cupimus, nullus tingendus est color: externis tamen notis se propinquu' esse admones, pro infirmitatis nostræ capti nos ad se invitauit. tantum sciendum est visibilia præsentia eius signa nobis offerri, vt eum inutibilem metes nostra apprehendant: sub corporeis formis gustum nobis præberi spiritualis eius esentia, vt spiritualiter eam queramus. Interea non dubium est quin externis symbolis coniuncta fuerit interior quedam efficacia, qua mulierum cordibus Deitatis sensu insculperet. Nam et si initio obstupefactæ sunt, patet tamen ex contextu, collectis animis gradatim ita fuisse edocetas ut præsente Dei manu sentirent. Ceterum tres nostri Euangelistæ duplo compedio student, prætereunt quod fuisi à Iohanne narratur capite 20. vsq; ad verbum 12. quod scimus illis non esse insolitus. Hoc etiam diuersum est, quod apud Matthæum & Marcum viuis tantum Angelii sit mentio, quum Iohannes & Lucas duos ponat. Veiu'm hæc quoque repugnatæ species facile diluitur: quia scimus quam frequentes in Scriptura synecdochæ pauci occurrant. Colpisci ergo fuerunt duo Angelis, primù' Maria, deinde alii committibus. Sed quia alter qui loquendi partes sustinuit, præcipue ad se conuertit illarū mentes. Matthæo & Marco satis fuit eius legationem referre. Adde quod vbi dicit Matthæus *Angelum super lapidem sedisse, in his verbis est spiritus stupor: vel faltè neglecta est historiæ series: quia nō protinus apparuit Angelus, sed quoniam suspensa & anxias mulieres rei nouitas & admiratio teneret.*

4 *Prætimore cœubis sunt custodes.*) Terruit custodes Dominus, acsi cauterium imprimeret eorum conscientiis, quod inuitos cogerer Diuina etius virtutem sentire: saltem hucunque valuit terror ne secure eluderent quæ mox de resurrectione spargenda erat fama. Nā eti lingua venales profiteare ipsos non puduit, coacti lunt tanè, vellent nolent, intus agnoscere quod apud homines improbè negabant. Nec verò dubium est quin vbi liberior loquendi facultas erat, apud suos familiariter confessi fuerint quod pecunia redempti nō audiebant vulgo proferre. Ac notandum est discei imen inter duas terroris species quas Matthæus inter se cōparat. Territi fuerunt milites assueti ad tumultus, & pauro ita absorpti vt tanquam semimortui caderet: sed prostratos nulla virtus erexit. similis fuit mulierū pauro: sed cōsolatio mox sequuta animos propè defectos restituit, vt saltem melius aliquid sperare inciperent. Et certè consentaneū est vt promiscuè tam piis quam reprobis horrorem metumque incutiat Dei maiestas, vt à facie eius sileat omnis caro. Sed ubi electos suos humiliavit Dominus ipse ac subegit, mox eorum formidinem mitigat, ne oppresi succumbant: neque id

MATTH. XXVII. I. MARC. XVI.

8 *Et digressæ celeriter à mo-*
8 *Et abeunte citio fugerunt;*
numento cum timore & gau-
à monumento: habebat enim
dio magno, currebant ut re-
illustrem & stupor, neque
nunciarent discipulis eius, cuquam quicquam dicebant:
Quum autem in r̄ ad eum, timebant enim
candum discipulis eius,

9 *Tunc ceceles fuit primo die Sabbathi,*
dicens, Aude. Ille autem apparuit primum
accesserunt, & tenuerunt per Magdalene, de qua eiacerat

modo, sed gratia quoque sua dulcedine vulnus iniiciū sanat, reprobos verò vel panico, vt loquuntur, metu examinat, vel tabescere limit sub lenti tornicēs. Nam quod ad multes istos spectat, imi-
tates quidē fuerū mortuis, sed absque ferio affectu, sicuti mente alienati expaescunt quicdem ad mo-
mentū, simul tamen obliuiscunt se timore: nō quod procul delecta fuerit tumoris memoria, sed quia illis effluxit vita illa & efficax Diuina virtus apprehendit, cui cedere coacti fuerant. Sed hoc præcipue tenendum est, quoniam peræque timet ut multeres, non adhibit fuisse medicinam quæ ipsorum timorem leniret. solis n. mulierib. dixit Angelis, *Nolite timere: matrem verò gaudij & securitatis illis propoluit in Christi resurrectione. Apud Lucam additur oburgatio, quod viuentem querant cum moribus, perinde aci aurè ihu's vicitur Angelus, ne amplius sua desperatione torperent.*

7 *Et cito cum die die a scipulis.*) Hic mulieres extraordino honore Deus ornat per Angelum, quod præcipuum salutis nostræ caput apud ipsos quoq; Apóstolos promulgadū ipsiis mādat. Apud Marcum nominatum iubetur nūtrī hinc p'etro afferen: quia tunc dignitate excelleret, sed quia tam fœda eius defectio speciali cōsolatione opus habebat, vt sciret se non esse abdicatum à Christo quamlibet turpiter ac scelerate lapsus esset. iam ingressus fuerat sepulchrū, ac resurrectionis Christi vestigia cōspererat: sed honorē illi Deus negauit quia paulo post dignatus est multeres, vt audiret ex ore Angelis Christiū resurrexit. Et certè hinc apparet quoniam adhuc stupore laborauerit, quod trepidus iterum refugit in suas latèbras ac si nihil vidisset, quoniam Maria flens ad sepulchrum se deret. Quare non dubium est quin ipsa & eius comites in Angeli conspectu reuelerint patientiæ suæ mercédē. Quod discipulos in Galilæa accerit Angelus, ideo factum esse arbitror ut Christus se pluribus patefaceret, scimus enim diutius versatum esse in Galilæa. Et fuis liberius spatium dare voluit, vt paulatim in ipso recessu animos colligeret. Deinde locorum consuetudo eos adiunxit, vt imaginis certius agnoscerent, nam modis omnibus confirmari oportuit, nequid ad fidem certitudinē decesset. *Ecce dixi vobis.* Hac loquendi forma asseverat Angelus verum esse quod dixit. Hoc autem nō à se profert, quasi prius esset author, sed Christi promissioni subscriftus: id est quod apud Marcum ipsa Christi verba tantum reduci in memoriā. Lucas sermonem vterius prosequitur, quod ad omniū fuerint à Christo discipuli, ipsum crucifixi portare, &c. codem tamen sensu: quia mortem suam vñ cum resurrectione prædixerat. Additur etiam tunc recordata fuisse verborum Domini: quo docemur, quoniam male proficissent in Christi doctrina, eam non periisse, sed fuisse suffocatam donec maturo tempore germen proferret.

LVC. XXIV.

9 *Et egressæ à monumento nun-*
tiauerunt hæc omnia ipsi vnde, in
cateris omnibus.

10 *Erat autem Maria Mag-*
dalena, & Iohanna, & Maria
Iacobi, & cateræ que cum illis e-
ant, que hac dicebant Aposto-
los.

11 *Et visa sunt apud illos*
des

des eius, & adorauerunt eum. septem demonia.

10 Tunc ait illis Iesu, Nolite timere: ire, renuntiate fratri-ut ys qui cum illo fuerant in bus meis ut cant in Galileam gentibus ac flentibus.

& ibi me vid. bunt.

11 Et illi cū audirent quod vineret, ac visus esset ab ea, nō crediderunt:

ceu delixit mentum verba earum, ne que crediderant eis.

2 Singulis autem Petrus currit ad monumentum, & proiec̄t̄s vidu hunc amna sola posita: & abiit, secum admirans quod acciderat.

8 Et digressa celeriter.) Prætererunt tres Euangelistæ quod de Maria Magdalena narrat Iohannes, illam scilicet nondum conspectis Angelis in vrbē rediisse, ac flebiliter conquellat esse de corpore Christi sublato. hic tamen de fecundo in vrbē reditu agitur, in quo ipsa & alii comites nuntiariunt discipuli Christum resurrexisse: quod tam voce ac testimoniis Angeli quam Christi ipsius cōspectu didicerant. Porro antequā Christus se ostenderet, iam curiebant ad discipulos, sicuti iūsa erant ab Angelis in itinere secunda cōfirmatio accepisti, ut minus dubitanter asserere posset Domini resurrectionem. Dicit Matthæus, Profectas esse cum timore & gaudio magno: quibus verbis intelligit exhilaratas quidem fuisse voce Angelis, simul tandem fuisse metu percussis, vt inter latitudinem & anxietatem extiterant. Sic n.ante diuin contraria affectus piorū corda ooccupant, & veſtant alternis vicib. donec tandem pax Spiritus compositum statum afferat. Nam si fides in illis fuisse solidā, subacto timore prorsus eas sedasset: nū timor gaudio permisitus nō iū recte Angeli testimonio acquirevisse demotatur. Hic verò infigne misericordia & specimen exhibuit Christus, quod ita dubiis & trepidis occurrit ut quod resiliū erat dubitationis tolleret. Nō nihil tamen discrepant Marci verba, quod fuderint tremore & stupore correpta, vt praemactu oblituperficeret. Sed soluto nō adeo difficultis est: quia quum animis effe Angelo parere, non tamē suppetebat facultas nisi Dominus ipse soluisset silentium. Verū in eo quod sequitur maior est repugnatię species. Marcus enim non dicit obuiam illis fuisse Christum, sed tantum Magdaleñ apariuisse primo dulculo: Lucas huius visionis in totum nō meminit. Sed hæc prætermissio quam minime sit Euangelistæ insolita, nobis absurdā videri non debet. Quod ad discretiēm verborū Matthæi & Marci speget, fieri potest ut Magdalena tanti boni cōpōs facerit ante alias: vel etiā per synecdochē ad omnes extendat Matthæus quod vnius fuit propriū. Probabilius tamen est, solam nominari à Marco, quia primo Christi conspectu & peculiari modo præ aliis potita fuerit, interea eius comites suo or dine Christum vidisse: ideoque communiter hoc omnib. apud Matthæum tribui. Fuit autem hoc admirabile bonitatis specimen, quod caleſte suam gloriam misera feminis, quæ à septem dæmoniis possessa fuerat, Christus patet fecit: & lucem nouæ eternæque vite proferre volebat, inde exorsus est ubi nihil secundum hominem nisi contemptibile & pudendum. Sed hoc documento testatur etiā Christus, ubi semel gratiam erga nos suam exeruit, quam liberaliter eius cursum prosequi soleat, & simul omnem carnis superbiaem detexit.

9 Tenuerunt pedes eius.) Videtur hoc cū verbis Iohannis nō congrue, vbi testatur prohibitam fuisse Mariam à Christi contactu. Sed facilis conciliatio est, quod Dominus Mariam videntis in pedum suorum amplexi & osculo nimis defixum esset, eam recedere iubeat: quia corrigenda erat supersticio, & monstrandus resurrectionis finis, à

quo Mariam partim terrenus crassusque affectus, partim stultus feruor abstrahebat. Pedes vero suos primo congressu tangere passus est Dominus, nequid ad certitudinē dœctet. Itaque continuo post subiicit Matthæus, ipsas adorasse Dominum: quod signum fuit non ambigua noctina.

10 Tunc ait illis Iesu,) Timorem fuisse virtutum colliginos, quo rursum Christus eas liberat, quanquam enim ex admiratione oriebatur, contrarius tamen erat tranquilla fiducia. Ergo ut se attollant ad Christum mortis victorem, iubentur latet esse animo. Sed iisdem verbis doceatur tunc demū rite à nobis cognosci Domini resurrectiōne, si cōcepta sit lucia gloriari audenū eiōdem vita nos esse factos participes. Et è hucusq; proficere debet fides nostra ne timor prævaleat. Porro Christus iubens nuntiari hoc discipulis, hac legatione dissipatan. Ecclesiast. de integrō collegit & collapsam ei exit, nam sicuti nos hodie p̄cipue vivificat resurrectiōnis fides, ita tunc oportuit vitam discipulis restituī vnde exciderant. Hic quoq; notanda est incredibilis Christi humanitas, quod transfiguras qui eum turpiter deferuerant fratrum nomine dignatur. Nec dubium est quintām blāda appellatione mero rem, quo sciebat ipsos grauiter torqueri, lenire vltro vulerit. Ceterū quianō lī los Apostolos fratrū loco cōplexus est, sciamus Christi mandato perlatū fuisse hunc nuntium, vt ad nos deinde manaret. Quare frigidè audienda non est resurrectionis historia, quando iure fraternalē necessitudinis ad perecipiendū eius fructū Christus suo ore nō compiter invitat. Quod quidā interpretab. sub Frarrū nomine Christi cognatos intelligunt, eorum errorem satis sup̄p̄que refellit cōtextus: quia difertē exprimit Iohannes Mariam venisse ad discipulos, & in eis sequitur apud Lucam venisse mulieres ad Apollos. Cōsentit etiam Marcus Mariam venisse, scribens. Atque hac dixisse lugentib. discipulis.

11 M tc. Illi quām audīsset.) Marcus vnius tantum Mariæ testimoniū conuenienter t. mīhi tamē persuasus est, ab oīonib. communī tū relata fuisse Christi mandata: inīo loci: hic nichil. cōfīmat quod nuper dixi, nihil dissidij esse inter Euangelistās, dū vnu peculariter Maria Mag. alēnō assīgnat quod secundum alios omnib. cōmōdū cōfītūt, licet nō æquali gradu. Turpis verò foscordia discipulos confriteros tenebat, vt in memoriam nō reducerent completū esse quod ex Magistro s̄p̄ius audierant. Siquid prius inauditiū narrassent mulieres, merito in re incredibili eātū sermoni nō strātim habita fuisse fides: sed nunc plusquam hebetes fuisse opertet, qui rem à Filio Dei toties promissam & testatam, vbi ab oculatis testibus completa esse narratur, pro fabula vel somnio dicunt. Addē quod quām ipsos sua incredulitas recta intelligentia priuaverit, non mo' b̄i esp̄iat veritatis lucem, sed tanquam dellirium reū iūr. sicuti docet Lucas. Hinc appetit tentatio iūta succubuisse vt feret oīo pr̄ verborū: Christi gustus eorum animis excidisset.

12 *Luc. Surgens autem Petrus.) Mihi non dubium est quin hic à Luca inuersus sit historię ordinis, sicut ex verbis Ioannis elicere promptū est. nec male meo iudicio, resolutetur Currendi verba in tempus plusquam perfectum. Scit autem mediocriter in Scriptura versati quam hoc vistatum*

MATTH. XLI.

sit Hebreis, quæ suo loco omissa erant, posterius referre. Atque hac circumstantia Lucas Apostolorum durius magis exaggerat, quod aspernati sint mulierum verbis, quoniam tamen Petrus, vacuum se pulchrum iam vidisset, ac manifeste resurrectionis signo in admirationem effet coactus.

MARC. LVC.

11 *Illi autem proficisciensibus, ecce, quidam è custodibus venerunt in cunctatem, ac renunciaverunt principib. Sacerdotum omnia que acciderant.*

12 *Et congregati cum Senioribus consilio habito, pecuniam copiosam dederunt militibus,*

13 *Dicentes, Dicte quod discipuli eius nocte venerint, ac furati sint eum vobis dormientibus.*

14 *Et si hoc auditum fuerit sub preside, nos persuadebimus, & securos vos faciemus.*

15 *At illi accepta pecunia fecerunt, sicut erant edocti, & divulgatus est his sermo apud Iudeos usque in hodiernum diem.*

11 *Illi autem proficisciensibus. Non modò credibile est, sed res ipsa ostendit, milites, quibus iniuncta erat sepulchri custodia, sic fuisse mercede corruptos ut ad nutum Sacerdotum mentiri parati essent. Res illis nota erat, nihil magis Sacerdotes timere quam ne fama obtineret Christum triduo post mortem resurrexisse: sciebant ideo se illuc fuisse missos ut seruato cadavere famam illa extinguerent. Homines ergo lucro addicti, inquit quæstū vnde captantes, postquam illis fructus sua dili genti perire, ratiōne nouam excogitant emun- genda pecunia. Quod autem dicit Matthæus venisse ex illis quosdam, incertum est an pauci astuti consilium ab aliis segregauerint, an verò miseri fuerint communī omnium nomine. In hanc secundā partem magis inclinat coniectura, quia postea dicit Matthæus non vni vel duobus, sed in genere datum fuisse militibus mercedem per iurij. Certū quidem est, siue omnes simul conspirauerint, siue pars illorum, tamen ex crudeli & implacabili Sacerdotum contra Christum odio prædam venatos esse: deinde quoniam scelere obstricto tenerent, mala eorum cōscientia ad extorquendam pecuniam fuisse abusus. Nam (quod sceleratis ferè omnibus contingit) Sacerdotes malè sibi consici, vt dedecus suum regerent, milites largo pretio corrupere coacti sunt. Porro hinc patet, reprobos, postquam se ad peccandum præcipites senēt dederunt, non nisi subinde flagitiis implicari, idque dum pudore suum tueri volunt apud homines, Dei offensa securè neglecta. Miseri isti non tantum largitione redimunt milites, sed etiam si crimen in iudicium adductum fuerit, famam suam & caput noxæ obiciunt. Quid autem eos præter sumptus iacturam ad tantum discriberem subeundum cogit, nisi quia obstinatus furor eos retrocedere non sinit donec peccata peccatis accumulent?*

15 *Divulgatus est his sermo.) Hic vindictæ Dei extremus fuit cumulus ad execrandos Iudeos, quod militum per iurum sepulta fuit Christi resur-*

MATTH. XLI.

12 *Post haec au- tem duobus ex spatio stadiorum sexaginta ab Hierosolymis, nomine Emmaus.*

13 *Et ecce, duo ex illis ibant eodem die in castellum quod aberat ipsi ambulantibus.*

14 *Et ipsi colloquebantur inter se de ijs omnib. quæ acciderant.*

15 *Et factum est, dum confabularentur ac disputarent, & ipse le-*

formæ eunibus sus appropinquans ibat cum illis.

16 Ceterum oculi illorum tenebantur ne cum agnoscerent.

17 Et

17 *Et ait ad illos, Qui sunt hi sermones quos confertis inter eos ambulantes, et estis tristes?*

18 *Accrescendens vias, cui nomen Cleopas, dixit ei, Tu solus peregrinus es Hierosolymis, neque cognouisti quae facta sunt illuc his diebus?*

19 *Quibus ille dixit, Quae? Et dixerunt ei, De Iesu Nazareno, qui fuit vir Prophetas patens opere & sermone coram Deo & toto populo:*

20 *Et quomodo tradiderunt eum summi Sacerdotes & principes nostri in condemnationem mortis, & crucifixerunt eum.*

21 *Nos autem sperabamus eum esse illum qui redempturus esset Israel, atqui super haec omnia tertius dies est hodie quod haec facta sunt.*

22 *Sed & mulieres quedam ex nobis attonitos reddidere nos quae diluculo peruenierunt ad monumentum.*

23 *Et non inuenio corpore eius, vicerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse qui dicerent eum vivere.*

24 *Et abiérunt quidam eorum qui erant nobiscum ad monumentum, & ita repererunt sicut mulieres dixerant ipsum vero non videbant.*

25 *Et ipse dixit ad eos, O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus que ioquuntur sunt Prophetæ!*

26 *Nonne hec oportuit pati Christum, & intrare in gloriam suam?*

27 *Et exsūs à Moysi & omnibus Prophetis, inter pretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant.*

28 *Et appropinquauerunt castello quo ibant: & ipse præferebat se longius i.e.*

29 *Et coegerunt illum dicentes, Mane nobiscum, quoniam vergit ad vesperam, & inclinatus est dies. Et intrauit ut maseretur illis.*

30 *Et factum est, dum accumberet cum eis, accepit panem & benedixit, ac fregit: & porrigebat illis.*

13 *Et ecce duo.)* Esi hanc historian Marcus tantum breuiter dicit, Mattheus & Iohannes ne verbo quidem attingunt: quia tamen cogniti apprime utilis & memoratu digna erat, eam non frusta Lucas tam accurate perseguitur. Sed iam sepe admonui, ita singulis Euangelistis suas partes apte distribuisse Dei spiritum, vt quod apud unum vel duos non occurrit, ex aliis discere liceat. Nam & plures visiones, quarum mentio fit apud Iohannem, apud tres nostros tacentur. Porro antequam ad singulas circumstantias venias, hoc summum atque prefari operæ pretium erit, delectos suis duos istos testes, per quos Dominus non perfuderet Apostolis se refurrexisse, sed eorum tarditate & coarqueret, quanuis tamen initio nihil promoverint, aliis deinde adminiculis testimonium eorum adiutum, apud ipsos iustum pondus obrivit. Quinā vero suerint dubium est, nisi quod ex alterius nomine (quem Lucas paulo post Cleopatram vocabit) coniurare licet non fuisse ex undecim. Emaus vetus oppidū fuit, nec ignobile, quod postea Nicopolim vocarunt Romani: nec longa distans fuit ab Hierosolymis, quam sexaginta stadia tantum septem millia passuum efficiunt & passus quadrungentos. Sed locus non tam ob celebritatem quam ad certitudinem historiæ à Luca expressus fuit.

14 *Et ipsi colloquebantur.)* Hoc pietatis signum fuit, quod fidem in Christum, licet infirmam & exiguam, vt cunque fouere conati sunt, neque enim alio tēdebat colloquium nisi vt magistri sui reue-

rentiam crucis scandalo instar clypei opponerent? Quanquam autem lescitando & deputando insciatiam reprehensione dignam prodebant, quum pri dem admoniti de futura Christi resurrectione, obstupescerent ad eius auditum: eorum tamen docilis ad extimendum errorem, Christo adiutum prabuit. Multi enim data opera questiones mouent, quia illis propositum est contumaciter verū respuere: quibus autem cordi est placide verum amplecti, etiam si vacillent ad minimas obiecções, & ad leues scrupulos subfissūt, his gratiam coram Deo piū obediendi studium conciliat, vt quasi recta manu in solidam certitudinem adducti fluctuare desinant. Hoc quidem tenendum est, vbi de Christo inquirimus, si modesto discenti studio id fiat, ianuam ei apertam esse ad nos iuvandos: inī tunc velut de cōtorem ipsum accessimus, sicuti profani homines impuris suis sermonibus eum procū subinquent.

16 *Oculi illorum tenebantur.)* Hoc disertè Euangelista testatur, ne quis putet mutatam fuisse corporis Christi figuram. Quanvis ergo similis sui maneret Christus, ideo agnitus non fuit quia capti erant videntium oculi, quo tollitur spectri vel falsa imaginationis suspicio. Hinc vero de cōtentu quanta sit in nobis sensuum omnium inbecillitas, vt neque oculi, nec aures officio suo fungātur, nisi quatenus illis a sidere suggestiū ē calo facultas. Naturaliter quidem suis doribus prædicta sunt membra nostra: sed quō melius constet precari nobis concessas esse, Deus in manu sua earū vsum

retinet: vt hoc ipsum quod aures audiunt & oculi vident, in quotidianis eius beneficis ponendum sit, quia nisi in singula momenta vegetet sensus nostros, tota eorum vis mox peribit. Eatur quidem, non saepe teneri sensus nostros qualiter tunc accedit, vt in obiecta for. na tam cratice hallucinetur: vno tamen exemplo ostendit Deus peccatum esse quascunque homini facultates contulit dirigere, vt sciamus naturam subiecte eius arbitrio. Iam si corporales oculi, quibus maxime proprium est videare, quoties Domino placet, si tenentur ut oblatas sibi formas non discernant, non maiori acuminè pollerent mentes nostri, etiam illis sua maneret integritas. nunc vero in misera ista corruptione, postquam suum illis lumen ademptum est, innominis fallaciis obnoxia sunt, adeoque cratia hebetudine oppresse, vt nihil quam errare possint: scutum citram subinde contingit. Itaque legitimum veri & falsi differunt non ex ingenio nostris perspectiæ, sed ex Spiritu prudentiae nobis est. Præcipua autem hebetudo in rerum cœlestium intuitu coaguntur, quia non tantum falsas species pro veris concipiunt, sed lucem elatam vertimus in tenebras.

17 *Qui sunt hi sermones quos confertis inter vos?*) Quod palam videmus à Christo tunc factum esse, quotidie in nobis arcane modo fieri sentimus, vt se ultra ad nos docendos insinuet. Ceterum ex Cleopæ responsu clarissimus apparuit quod nuper dixi, nempe, quanquam anxij & perplexi essent de Christi resurrectione, reuerenter tamen sensisse de eius doctrina, vt minime ad defectionem propensi essent. Neque enim expectant dum eos Christus se manifestando præueniat, vel honorificè de eo loquatur quisquis ille sit viator: quin potius extenui & obscurâ luce scintillas in hominem ignotum Cleopæ spargit, quæ eius anima aliquatenus illustrent, si rudit & ignoratus esset. Sic exosum & infame passim tunc erat Christi nomen ut honorificè de eo loqui tutum non esset: atqui spreta inuidia Dei Prophetam nominat, & se profiteretur esse ex eius discipulis. Etsi autem elogium hoc Prophetæ Diuina Christi maiestate lögè inferius est, laudem tamen meretur medio crisc immendatio, dum nihil aliud Cleopæ propositum est quam acquirere Christo discipulos qui se eius Euangelio submittant. Incertum vero est an pro sua ruditate minus si lendit quam decebat loquutus de Christo fuerit Cleopas: an verò à notioribus rudimentis incipere voluerit, ut gradatim altius condescenderet. Certè paulo post non simpliciter in communione Prophetarum ordine Christum recenset, sed à se & aliis creditum fuisse Redemptorem dicit.

18 *Potens opere & sermone.)*Eadem ferè verborum forma vñus est Lucas, A&t.7.c.22.in Stephani persona, ybi Moses celebrans, dicit potenter fuisse in verbis & factis: hoc autem loco dubium est an *Potens* vocetur Christus *Opere* propter miracula (achi dictum est), *Divinis virtutibus* fuisse præditum quæ probarent è eculo misum esse. Iam vero latius hoc pateat, vt sensus sit, ipsum excelluisse tam facultate docendi quam vita sanctimonia, & præclaris dotibus. Atque hic posterior sensus mihi arridet. Nec superiuacua est adiectionis, *Coram Deo & populo*, quæ significat Christi præstantiam ita fuisse testata hominibus, & claris experimentis cognitam, ut fucō & inani ostentatione caruerit. Atque hinc colligi poterit breuis veri Prophetæ definitio, nempe qui sermoni operum quo-

que virtutem adiunget, nec tantum apud homines excellere studebit, sed sincere se gerere tanquam sub Dei oculis.

21 *Nos autem sperabamus.)*Ex contextu patet non fuisse spem, quam de Christo conceperant, abruptam, nec hoc primo intuitu ve. ba innuant. Sed quia narratio interpolita de Christi damnatione hominem nullo Euangelij gultu imbutu alienare poterat, quod ab Ecclesiæ præschibus damnatus foret, huic scandalo spem redeptionis opponit Cleopas. Etsi autem trepide & instar vacillantis polte ostendit in hac spe se manere, sedulò tandem quacunque potest adiuventia ad eius futuram colligit. Nam tertium diem ab ipso non alio fine notatum fuisse præbile est nisi quis D. minus se triduo refiri eternum promiserat. Quod deinde corpus à nulliibus repertum non fuisse narrat, & oblatum illis Angelorum visionem, & quod de sepulchro vacuo dixerant nubiles, virorum quoque testimonio fuisse probatum, ad hanc summam refertur, Christum resurrexisse, ita pius homo inter fidem & metum dubius, fidei adhibet sententia, & contra nictum pro tuo virili luctatur.

26 *Et ipsi dixit ad eos.)*Acrior & durior videatur hæc obiurgatio quam pro intimi hominis respectu: verum qui circumstantias omnes expendet, facile intelliget non abs re tam asperè castigatos à Domino fuisse, apud quos tamen inlæ diuturnam operæ & propè ablique vilo fructu locauerat. Nostandum enim est non tantum ad hos duos restringi quod hic dicitur, sed obiici commune vitium quod statim ex eorum ore reliqui loci andiant. Toties Christus de sua morte eos præmonuerat, toties etiam differuerat de noua & spirituali vita, suämque doctrinam Prophetarum oraculis confirmauerat: quasi apud furdos, vel potius truncos ac lapides verba fecisset, mortis horrore percussi huc & illuc sese versant. Hanc igitur titubationem stultitiae in eritu tribunt, & eius causam facit socordiam, quod ad credendum non magis propensi fuerint. Nec vero illis tantum exprobaret quod quoniam illis optimus fuerit magister, sed. es ac tardii fuerint ad discendum: sed quod Prophetarum dictis attenti non fuerint, acsi diceret excusatione carere eorum stuporem, quia non nisi per eos sterterit, quum & per se luculenta esset Prophetarum doctrina, & illis probè exposita. Sicuti hodie maior pars hominum eandem inscitiam sua culpam sustinet, quia indociles sunt ac prefracti. Notemus autem, quum nimis torpere discipulos videret Christus, ut eos exerceficiat, ab obiurgatione incipere. Sic enim subligandi sunt quos experti sumunt vel duros vel ignavos.

26 *Nomine hæc oportuit.)*Non dubium est quin de Nesciæ officio quale descriptum est à Prophetis, concionatus sit Dominus, ne mors crucis offendiculu esset, & in itinere trium vel quatuor horarum satis fuit ad uberem rerum explicacionem spacij. Non ergo tribus verbis asseruit Christum oportuisse pati, sed prolixè deseruit in ipsum ideo fuisse ut mortis sacrificio peccata mundi expiat, vt redemptio fieret ad tollendam maledictionem ut suo reatu aliorum fordes elueret. Id est sententiam hanc interrogatiæ protulit Lucas maioris vehementia causa, unde colligitur, rationibus ostensam fuisse mortis necessitatem. Summa est perpe- ram turbari discipulos magistri sui morte, tunc quia implore Christi partes non potuit: quia præcipuum

Philip. 2.1. turba qui magnifice Christum Regem predicant, eumque extollunt Diuinis encomiis, vix decimus quique gratiam morte eius nobis allatam cogitat.

27 *Et exorsus à Moše.*) Docet hic locus quomo per Euangelium Christus nobis patefat, nece dum Lege & Prophetis illustratur eius no-titia. Nemo c. m. vnquam magis dexter vel idoneus Euangeli doctor fuit qua n. Dominus ipse, quem videmus ex Lege & Prophetis mutuari doctrinæ sua probationem. Siquis excipiat, à rudimentis tuis exorsum, vt paulatim discipuli, Prophetus valere iussis, ad perfectum Euangeliū transirent, faciliè refellitur hoc commentum: quia postea diceatur omnibus Apostolis apertam fuisse mente, non ut supereret absque Legis subfido, sed ut Scripturas intelligenter. Quare vi nobis hodie Christus per Euangelium pateat, Moses & Prophetas tanquam antea nubiones in medium prodire necesse est? Quod idēo monendi sunt lec-tores ne fanaticis aurem prebeant, qui Legem & Prophetas supprimendo, Euangeliū impie mu-tillant. Quasi verò mutile esse velit Deus quicquid vnquam de Filio suo testatus est. Quo autem modo ad Christum aptanda sint que passim in Lege & Prophetis de ipso leguntur, non est præsentis operis explicare. Breuiiter teneare sufficiat, non frustra vocari Christum finem Legis. Nam vt obscurè & procul eum Moses adumbret magis quam exprimat, hoc quidem extra cōtroversiam liquet, niti in genere Abrahæ emineat vnum caput, sub quo populus in corpus vnum coalescat, dissipatum iri quod cum sanctis Patribus fœdus pepigit Deus, & irritu. n fore. Deinde quum s'abernaculum & ceremonias formari Deus iusserit ad cælesti exemplar, sequitur, sacrifici & omnes tem-pli ritus, ni aliunde sua illis cōstet veritas, inanem & inservit. n fore ludum. Atque hoc quidem argumentum, pluribus explicat. Apostolus in Epistola ad Hebreos. sumpto enim illo principio, visibiles Legis ceremonias spiritualium rerum umbras esse, in toto legali Sacerdotio, in sacrificiis, in forma Sanctuarij Christum querendū es-se docet. Prudenter etiam alicubi diuinat Buc-eras, in illa obscuritate certainum methodum Scripturae enarrāde apud Iudeos fuisse in vsu, quam Pa-tres illi per manus tradiderant. Sed ego, ne incerta sequear, genuina illa & simplici ratione contentus sum que passim apud omnes Prophetas occurrit, qui fuerunt apprimit idonei Legis inter-pretes. Recet ergo elicetur Christus ex Lege, si reputemus, fœdus quod Deus cum Patribus per-cusit, Mediatore fuisse subinxum: Sanctuarium, quo Deus gratia sua præse ria testatus est, sa-guine fuisse confebratum: Legem ipsam cum suis promissionibus sanguinis sparsione fuisse sancta-ri: vnum Sacerdotem fuisse ex toto populo ele-ctum qui se omnium nomine in Dei conspectum susteret, non vt virus quispiam mortalium, sed sub sacro habitu: nullam spē hominibus sua cum Deo reconciliationis illic fuisse datam, nisi oblati vi-

ctima. Ad hac apprime insigne est vaticinium de regni perpetuitate in tribu Iuda. Propter hec verò ipsi (vt attigimus), longe illustrius Mediatore p. n. xerunt, qui tamen ipsi primam eius notitiam ha-ferunt à Moše, quia non aliud iniunctum illis erat munus nisi vt fœderis memoriam renouarent, clarissi ostenderent spiritualem Dei cultum, ihu-cian salutis in Mediatore fundarent: clarius etiam ostenderent reconciliationis modum. Ceterum quia Deo placuerat plenam revelationem in Filiis sui aduentum differre, non superuacua fuit interpre-tatio.

28 *Et appropinquauerunt castello.*) Cur alium locum diuinum quidam interpretes quām Emau-tem, nulla ratio est, neque enim tam legum erat iter vt in propiore holopitio quiescendum fuerit. Scimus septem millia passuum (etiam si quis animi gratia lente ambulet) quatuor ad summum horis confici. Itaque nō dubito quin Emauementum usque progressus tuerit Christus. Iam, quod quartitur an simulatio in eum cōpetat, qui æterni est Dei ve-ritas: respondeo, hanc lege non fuisse obstricatum Dei Filiū vt omnia sua confilia palam faceret. Quia tamen simulatio quedam est inveniē species, nondum expeditus est nodus: quum prædictum hoc exemplum plerique trahant ad mentiendi licentiam. Ego verò respondeo, Christum sine uen-dacio peræque simulasse quod hic dicitur, ac se viatorem esse præse tulit. eadem enim est utriusque ratio. Paulo argutior est Augustini solutio.

nam fictionem hanc inter tropos & iuguras, deinde inter parabolæ & apologos censem vult. Mithi veo hoc vnum sufficit ficti Christus oculos eorum ad tempus velut quibuscum loquebar, ut tanquam aliena persona indutum vulgare, ho-spitem duceret: sic consilium longius pergendi ad tempus præse fuisse, non aliud fingentem quām quod re ipsa facturus erat, sed quia volebat sui dis-cessus modum celare. Longius enim profectum nemo negabit: quia tunc segregatus fuit ab homi-niūn conluctio. Ita hac fictione discipulos suos non fecellit, sed paulisper suspensos tenuit, dum maturum adeset manifestationis tempus. Quare nimis præpostore faciunt qui eum sibi accipiunt mendacijs patronū: ac nihil magis nobis licebit eius exemplo quicquam fingere, quām Diuinam eius virtutem annulari in clandestinis vigentibus oculis. Quare nihil tutius quām præscriptam verē & simpliciter loquendi regulam tenere. Non quod à Patris lege vnquam discesserit Dominus ipse, sed quia sine literalibus præceptis tenuit genuinam Legis mentem. sensus vero nosti imbeccillitas alio frāno indiget.

30 *Accepti panem.*) Augustinus & cum eo plerique alii senferunt, panem non in edulium à Chri-sto porrectum fuisse, sed in sacram corporis sui symbolum. Et hoc dictu plausibile est, Dominum in spirituali demum Cœnæ speculo agnatum fuisse, nam discipuli corporalibus eum oculis intuīti non cognoverant. Sed quia nullo probabili iudiicio conjectura hac viritur, simplicius accipio verba Lucae, quod Christus panem in manus sumens, gratias suo more egredit. Peculiarem verò precandi ritum illi in vsu fuisse appetat, cui sciebat disci-pulos familiariter assuefisse, vt hac nota admoniti sensus suos excitarent. Interim discamus magistri exemplo, quoties pane vescimur, ipsi vita authori gratiarum actionem offerre, quæ nos à profanis hominibus discernat.

*Liber. 2. ad
Cœnatum.
cap. 1.*

*Item in ab.
Quæst. 1. ab.
super Euanc.
geliæ cap. 1.*

MATT. MARC. XVI.

- 13 Et illi abieterunt, ac nun
tianerunt reli
quis, qui ne
que illis credi
derunt.
- 14 Postea se
dentibus illis
undecim ap-
paruit, & ex-
probravit illis
incredulitate
dis duritiem,
quod sis qui i-
pum viderat
resuscitatum,
non credidi-
sent.
- 31 Et aperti sunt oculi, & agnoverunt eum: & ipse evanuit ex oculis eorum.
- 32 Et dixerunt inter se, Nonne cor nostrum ardebat in nobis, dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis Scripturas?
- 33 Et surgentes eadem hora regredi sunt Hierosolymam, & inuenient congregatos undecim, & eos qui cum illis erant.
- 34 Dicentes, Surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni.
- 35 Tunc illi narrauerunt quae gesta erant in via, & quomodo fuisse agnitus ipsi in fractione panis.
- 36 Dum autem haec loquuntur, stetit Iesus in medio ipsorum, & di-
cu eis, Pax vobis.
- 37 Expanserunt vero & conterriti existimabant se spiritum vi-
suam & cor-
dis duritiem,
- 38 Et dixit eis, Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cordibus vestris?
- 39 Videte manus meas & pedes meo, quia ego ipse sum: conrecta-
te me & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me vi-
devis habere.
- 40 Et quum haec dixisset, ostendit eis manus & pedes.

31 Et aperti sunt oculi.) His verbis docemur nullam fuisse in Christo metamorphosi, ut formarum varietate hominum oculos inferit (sicuti Protheum suum singunt poëtae) sed videntium oculos potius errasse, quia velati essent. Sicuti paulo post non evanuit ab istud oculis quia per se innisi-
le fuerit eius corpus, sed quia Deo vigorem suum subtrahente, obtusa fuit eorum acies. Nec vero mirum est, Christum, simulacrum fuit agnitus, subito disparuisse: quia nequam utilis erat longior eius conpectus, ne (ut luopte ingenio nimis in ter-
ram proclives erant) rursum illum ad terram nam vi-
tam detrahere cuperent. Ergo quatenus ad testan-
dam resurrectionem necesse erat, viuedum se ex-
hibuit: subito autem discessu docuit, se alibi quam
in mundo querendum esse: quia noua vita comple-
mentum erat in celum ascensus.

32 Nonne cor nostrum.) Efficit Christi agnitio
ut arcana & latēta Spiritus gratiam, qua prius
donati fuerant, viuo sensu perciperent discipuli.
Sic enim nonnunquam operatur in suis Deus ut
viam Spiritus ad tempus ignorent (cuius tamen non
sunt expertes) vel saltem ut eam distingue non agnoscant, sed tantum sentiant arcano instinctu.
Sic discipuli ardorem quidem prius conceperant
(cuius nunc recordantur) sed sine attētione: nunc
ex quo innotuit illis Christus, demum reputare
incipiunt quam prius sine gustu hauserant eius
gratiam, & que hebetus fuisse intelligentiam. nam scel-
plos insinuant locutrix, aci dicere, Qui fa-
ctum est ut inter loquendum non fuerit a nobis
cognitus? nam quoniam penetraret in corda nostra,
debiimus animaduertere quisnam esset. Ceterum
non simpliciter ex hoc nudo signo colligunt esse
Christum, quia ad inflammandas mentes efficax
fuerit eius sermo: sed quia debitum ei honorem
tribuent, dum ore loquuntur, intus quoque Spiritus
sui ardore corda accendere. Gloriatur quidem
Paulus sibi datum esse ministerium Spiritus: & sa-
pe Verbi ministros his encomiis ornat Scriptura,
quod animos conuertant, mentes illuminent, re-
nouent homines ut pura sint ac sacrae victimæ: sed
tunc non quid præstent ipsi propria virtute often-
dunt, sed quid Dominus potius per eos efficiat. In
venum vero Christum utrumque simul competit,

externam vocem proferre, & efficaciter formare corda in obedientiam fidei. Nec vero dubium est quin tunc singularem notam duorum hominum cordibus insculperit, ut sentirent tandem Diu-
num ardorem: loquendo ipsum spirasse. nam eti-
semper ignis est verbum Domini, ignis tamen
vigor peculiari & insolito more tunc se protulit
in sermone Christi, qui Diuina cæs potientia lu-
culentus esset testis. nam solus est qui baptizat in
Spiritu sancto & igni. Meminerimus tamen hunc
celestis doctrinæ, quisquis eius sit minister, legi-
timum esse fructum, ignis Spiritus in cordibus ac-
cedere, qui & carnis affectus excoquat & purget,
inò exurat, & verè feruidum excitet Dei amorem
totisque homines velut sua flama in cælū rapiat.
Luc. 3. 16

33 Et surgentes eadem hora.) Circumstantia tem-
poris & locorum distantia ostendit quanto nun-
tij ad condiscipulos perferendi studio duo isti ho-
mines flagrant. Quoniam sub vesperam ingressi es-
sent diuersorum, non ante noctis tenebras pate-
factum illis fuisse Dominum probabile est: iter
triū horarū nocte intempesta conficerere, in-
commode erat: surgunt tamen eodem momen-
to, & properè Hierosolymam currunt. Et certè si
tantum poltride venissent, suspecta fuisse tarditas:
nunc vero quoniam se nocturna quiete frauda-
re maluerint quam non celeriter facere latitiae
sua participes Apostolos, narrationi fidem addi-
dit ipsa festinatio. Iam quando Lucas dicit Eadem
horsurrexisse, circiter medianam noctem ad disci-
pulos peruenisse credibile est. Atqui eodem Luca
testo, illi tunc inter se colloquebantur. Hinc ergo
cognoscitur eorum anxietas & diligentia ardor,
quod noctem ferè perugilē duxerint, nec desie-
rint ultrò citroque sciscitari, donec Christi resur-
rectio pluribus testimoniis plenius innotesceret.

34 Dicentes, surrexit Dominus. His verbis signi-
ficat Lucas, qui latum nuntium Apostolis attule-
rant ad confundandos corū animos vicissim de altera
visione edocentes fuisse. Nec dubium est quoniam hoc
mutata confirmationis præmium à Deo rerulerit
pia eorum sedulitas. Porro ex temporis ratione
colligere licet, postquam è sepulchro redierat Pe-
trus, sollicitum astuasse donec se illi Christus ostē-
deret: id est que ipso die quo inuiserat sepulchrum,
fuisse

fuisse voti cōpotem. Hinc illa gratulatio inter vnde dicimus iam non esse ambigendum, quia Dominus Simoni apparuerat. Sed videtur hoc cum Marti verbis non congruere, qui dicit *N e h̄is quidē duobus ab undecim p̄dēm fuisse habutam.* Nam qui fieri potuit ut repudiatis nouis restibus, in sua habitatione fluctuarunt qui iam certi erant? Nā dicendo *V erē rērūxisse*, facientur rem esse extra cōtrouersiam. Piumū dico, in generali loquutione esse syneedēchen: quia & quidam diurores fuerunt vel minus prompti: Thomas vero reliquis omnibus obstinatior. Deinde facile colligimus, ita fuisse persuasos ut solent homines attoniti, quibus res non est tranquillè meditata: tales autē subinde in variis dubitationes revoluī scimus. Quicquid sit, confit ex Luca, maiorem illorum partem in illo quasi ecclastico pauro non modò libenter amplegam esse quod dicebatur, sed contra suā diffidētiam pugnat. Nam hac particula *V erē* dubitandi anīam sibi præcūdit. Certe paulo post vidēbitum, iterum & tertio p̄ admiratione ad suas agitations fuisse cēplatos.

36 *Sicut Iesu sp̄ē in medio.*) Quin enim hiſt̄riam copiose narret Ioannes, in quib⁹dam cōſtantias varia: Marcus etiam paulo aliter perstringit. Verum quod ad Ioannem spectat, quoniam tantum colligat quae omissa fuerunt à Luca, facilis est viruſique conciliatio. Certe in summa rei nullum est diffidū, nisi quis forte de tempore controverſiū moueat. Illic enim dicitur ingressus esse Iesu post vespere: ex contextu vero Lucae apparet multa iam de nocte apparuisse, quoniam scilicet ex Emiunte reuersi essent discipuli. Sed mihi praeceps non videatur vrgendū esse tempus vespere: quin potius quod dicitur, apte & comodē extendi potest vñque ad feram noctem, nempe quoniam post vespere fore clausifent Apostoli, sc̄e occulte domi tenerent, tunc venisse ad ipsos Christum. Denique non primum noctis initium designat Ioannes, sed simpliciter significat transacto die & post solis occasū, adeoque inter medias noctis cœnebras Christum p̄pter spem venisse ad discipulos. Aliunde tamē nascitur quæſtio, quia Marcus & Lucas vnde dicimus cogegatos fuisse memorat quā illis Christus apparuit: Ioannes vero Thomā dicit tunc abfuſſe. Sed absurdum non est pro ipsis Apostolis numerum vnde dicimus ponit, quanvis vñus à cœtu abſeret. Nuper vero diximus, & res ipsa ostendit, Ioannem magis distinetē singula exprimere: quia consilium eius erat referre quae ab aliis prætermissa erant. Porro eandem à tribus historiam narrati extra dubium est, quoniam disertè Ioannes testetur bis tantum visu fuisse Christum in discipulis Hierosolyma antequā in Galilæam profecti essent. Dicit enim *Tertio illis appariſſe ad mare Tiberiadis.* Duas autem visiones prius notauerat, hanc scilicet qua contigit postridie resurrectionis, & alterā qua octo post diebus sequitur est, quanquā si quis secunda expōnere malit quod habetur apud Marcum, non valde reclamo. Nunc redeo ad Lucae verba. Non exprimit quidem Christum Diuina sua virtute fores sibi patefecisse quæ clause erant: sed ramen verbo *Stand* tale aliquid subindicit. Quomodo enim nōtū repente Dominus stare potuit in medio ipsorum nisi mirabiliter ingressus esset? Eadem vero salutationis forma ab vitroque ponitur, *Pax vobis:* quia significant Hebrei se latum & prosperum successum optare.

37 *Ex parte fuli vñro.*) De hoc pauro non minuit Johannes: led quāni dicat ipse quoque Christum manus suas & latus ostendisse discipulis, cōiicere licet fuisse aliquid ab eo omittiu. Nec vero Euangelistus insolens est, dum compēdit studentes, partem dūntaxat attingere. Porro ex Luca discimus spectaculi nouitate territos, credere suis oculis aulos non fuisse. Paulo autē statuerant resurrectis Domini, & tanquā de re sibi probè nota asseruerant loqui erant: noui dūm eum conspicuum suis oculis, sensum illis excutit admiratio, vt spiritum esse imaginarentur. Etsi autem virtus non caruit hic error qui ex infinitate manauit, nō tamē ita sui oblii erant ut sibi iuarent à praefigis: sed quāni sibi illi non putent, magis tamē hoc inclinantib⁹ in visione per spiritu propria resurrectionis imaginem, quam Christum ipsum, qui neper in cruce mortuus fuerat, viuam adesse. Ita visionem fallaciz suspectam non habebunt, quis finane effet spectrum: sed metu correpti, tantum in spiritu sibi ostensi putabant quod re ipsa positum erat sub ecclasi.

38 *Quid turbat eum?*) His verbis monētur à terrore colligere mentis suis, ut recepto sētū vigore, de re sibi cōperta iudicent. Quādiū enim homines occupat perturbatio, in luce manifesta cōcūtiunt. Ergo ut certa notitia cōcipiant discipuli, invenint rem sedatis & compotis, amis expēdere. Secco membro Christus altū virtutis castigat, quod iciliice alternādo inter varias cogitationes seipso impedian. Dicit autem *Aſcendere cogitationes*, significans veri notitiam in ipsis ideo suffocari ut videndo non videant: quia non ei habet perulas imaginationis, sed potius cursum illis lixando, in locum superiorē attollunt. Et certe nos hoc nimis verum esse experimur: quemadmodum nebula si manē serenum fuerit calum, fursū elata clarum solis lucem obscurant: ita dūm nostris rationibus nimis liberē contra Dei verbum infurgire permittiū, quod autē nobis conspicuum erat, ex oculis nostris subduci. Licet quidē, vbi aliqua absurditatis species occurrit, expensis hinc inde rationibus disquireret nec fieri aliter potest quin rebus dubiis hoc & illuc versentur in mentes nostras: sed tenendis est modus & sobrietas, ne altius quām oportet se effera caro, & suas cogitationes procul in calōn emittat.

39 *Vide te m̄s meas.* Corporales eorum sensus adhibet testes, ne umbra libi putent pro corpore obici. Ac primū quidem corporeum hominem à spiritu distinguunt: aſci diceret, *Visus & tactus probabunt me esse verum hominem qui ante hunc vobiscum versatus sum: quia carne illa sum induitus quæ crucifixus fuit, & adhuc notas gestat.* Porro quoniam Christus palpabile esse corpus suum pronuntiet, & solidis ossibus compactum, hisque notis discernat à spiritu: sc̄e & verē adductus est hic locus à nostris hominibus ad refellendum crastinū errorem de transubstantiatione panis in corpus, vel de locali corporis p̄ſentia, quas homines p̄pōsteri in sacra Cena fingunt. Nam ille volunt esse Christi corpus vbi nullum corporis signum appetat. hoc autem modo sequetur naturam suam mutasse, ut esse desideret quod erat, & vnde ab ipso Christo probatur verum esse corpus. Si contra excipiāt, latus tunc fuisse confixum, pedes clavatū vulneribus fuisse perforatus, atque etiam manus, nunc autem illasum & integrum in celo esse Christum: facile discutitur hoc

cauillum, neque enim hoc tantum agitur, qualiter habitu apparuerit Christus, sed quid testetur de vera carnis sua natura. Hoc autem tanquam proprium illi attribuit, palpabile esse, ut a spiritu differat. Ergo hodie quoque discrimen istud carnis a spiritu manare necesse est: quod perpetuum esse ex Christi verbis statuere licet. De vulneribus autem sic habendum est, hoc documentum nobis omnibus testatum esse, Christum nobis potius resurrectissimum quam sibi, quam mortis viator, & beata caelestisque immortalitate praeditus, suorum tamen causa crucis reliquias ad tempus gestare sustinuerit. Hac certe mira fuit indulgentia erga discipulos, quod aliquid sibi decesserit maluit ad perfectam resurrectionis gloriam, quam tali subsidio fidem illorum fraudari. Ceterum stultum & anile deliriū fuit, plagi adhuc confosum imaginari quam aduentus mundi iudex.

¶ Marc. *Sedentibus illis undecim.*) Participium ~~etiam apud eum~~: non pro Discubentibus (ut alij verterunt) sed pro Sedentibus positum esse existimo: neque id sine ratione, si tamen hoc conueniat, primani visionem hic describi. nam tempestiuū non fuisset cœnatio circiter medium nocte. Deinde si mensa fuisset apposita, non quadraret quod paulo post dicit Lucas, rogasse Christum nūm quid haberent edulij. Est autem phrasis Hebraica, Sedere pro Quiescere in aliquo loco. Quæ

MATT. MARC.

- 41 Adhuc autem illis non credentibus pre gaudio, & mirantibus, dixit eis, Habetis hic aliquid edulij?
 42 At illi obrulerunt ei partē pīscis aīsi, & aliquid de fauō apiarō.
 43 Et accepit, & in conspectu illorum comedit.
 44 Et dixit ad eos, Hac sunt verba quæ loquutus sum ad vos quā adhuc esse vobis sum: quod necesse foret impleri omnia quæ scripta sunt in Lege Mōsis, & Prophetis, & P̄almis de me.
 45 Tunc aperuit illorum mentem ut intelligerent Scripturas.
 46 Et dixit eis, Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die,
 47 Et predicari nomine eius pénitentiam ac remissionem peccatorum in omnes Gentes, initio facta ab Hierosolymis.
 48 Vos autem eftis testes eorum.
 49 Et ecce ego mitto promissum Patris mei super vos: vos autem sedete in ciuitate Hierusalem, quo adusque induamini virtute ex alto.

41 Adhuc illis non credentibus. Hic quoque locus ostendit non fuisse consultò incredulos, sicuti qui in animum inducent non credere: sed quin eos ad cupidè credendum ferret voluntas, fuisse affectus sui vehementia constringens ut acquiescerent non possent. Nam certè gaudium cuius meminit Lucas, non nisi ex fide oriebatur: & tamen obſtaculo fuit ne viētrix emergeret eorum fides. Nō temus ergo quām suspecta nobis esse debeat affectuum nostrorum vehementia, quæ quamvis ex bonis principiis oriatur, nos tamen à recta via transuerso rapit. Monemur etiam quām sedulo nobis luctandum sit contra fidem impedimenta, quum gaudium ex Christi præfentia conceptum incredulitatis causa fuerit Apostolis. Rursus verò perspicimus quā benignè & comiter suorū infirmitati indulget Christus, qui nouo ad miniculō labates fulcire non recusat. Et quidē licet caelestis virtus nouitatem adeptus, cibo & potu nihilō magis indiget quām Angeli, se tamen ad cōmūnē mortalium vīsum sponte demittit. Toto vita sua cursu edendi & bibendi necessitatē se subiecerat: nū ea

autem sequitur obiurgatio, magis in primam vīsionem quā secundam competit: quia quum (testite Iohanne) viso Domino postridie Paschatis galusi fuerint discipuli, correpta tunc fuit eorum incredulitas. Quod nonnulli ad solum Thomam restringunt hæc Marci verba, coactum videtur, itaque simpliciter exponere male Christum, quum primò apparuit Apostolis, eos increpuisse quod occultatis resurrectionis sua testibus non crederent. Quanquam non in eo solum damnatur cordis durities quod fidem hominibus non habuerint, sed quia ipso rei eventu conuicti, ne sic quidem demū amplexi sint testimonium Domini. Quin ergo Petrus & Maria, Cleopas & sodalis non primi effectionis resurrectionis testes, sed tantum vībis Christi subserberent, sequitur à reliquis Apostolis factam fuisse Domino iniuriam quod fidem abrogarent eius verbis, quæ tamen iam suo effectu probata erant. Quare merito illis exprobatur cordis durities, quia ad tarditatem accelerat praua obstinatione: ac si data opera quod patet esse verum super primere cuperent. nō quod illis propositum fuerit extinguere magistri sui gloriam, vel eum vanitatis arguere: sed quia obſtaculo illis erat stupor de dociles se praberent. Denique hic non damnatur voluntaria peruvicacia (sicuti prius dictum fuit) sed cæca socordia, quæ interdum homines, alioquin non improbos nec rebelles, inducat.

LVC. XXIIII.

exemptus, cibo in hunc finē vescitur ut discipulos de sua resurrectione persuadeat. Ita videamus ut posthabito sui respectu noster semper esse voluerit. Hec vera est ac pia huius historiæ meditatio, in qua utiliter insisteret fideles, curiosis quæſitionibus valere iussis. Si cōcoctus fuit hic cibus corruptibilius: quale inde alimētrū traxerit immortale Christi corpus: deinde quid factum sit excrementis. Quasi verò nō sit in eius arbitrio, qui de nihilō omnia creavit, pauxillū cibi in nihilū, vbi ita vīsum est, redigere. Sic ergo pīscē & fauūm verē gustauit Christus ut se hominē monstraret, ita nō dubium est quin Diuinā sua virtute quod in alimentū trāſire opus non erat consumplerit. Sic Angelos in mensa Abrahæ, sicuti veris corporibus induiti erāt, verē comedisse & bibisse nō dubitor: neque tamen propter ea concedo pro carnis infirmitate cibo & potu hūsc refectos: sed quum in gratiam Abraham humana forma induiti essent, hoc etiam dedit seruo suo Dominus, ut ante eius tugurii caelestes illi hospites vesceretur. Porrò si fatemur corpora quæ ad tempus sumperant, postquā legatione sua defuncti

defuncti sunt, in nihil redacta esse, quis idem de alimentis factum esse negat?

44 Hec sunt verba.) Quanquam ex Matthæo & Marco potesta patet non absumere ferme nec in Galilea fuisse habitum, mihi tamen probabile est, nunc à Luca narrari quod postridie resurrectionis cōtigit. Quid enim Iohannes de illo die tradit, *Sufflasse in eos ut spiritum sanctum conferret*, conuenit cum verbis Lucae quæ mox sequentur, *Aperisse illis mentem ut inteligerent Scripturas*. Potrò his verbis Christus oblique crassum & ignavam suorum obliuionem perstringit, quod familiariter de futura resurrectione prius admoniti, perinde attoniti forent ac si nihil vñquam illis fuisse dictum. Perinde enim valent eius verba ac si diceret, *Quid harcets quasi in re noua vel inopinata, quæ tamē sūpius à me predicta fuerat: cur non potius verborum incorum recordamini?* Nam si me veracem haec tu duxisti, hoc iam ex tua doctrina vobis cognitum esse debuerat prūquam accideret. In summa, tacite conqueritur Christus, quoniam effluxerit sua doctrina, se operam apud Apostolos male perdidisse. Acrius etiam corum tarditatem pungit, quoniam le quicquiam nouum protulisse negat: sed tantum in memoriam reuocatæ quæ a Legi & Prophetis testata erant, quibus iam a pueris imbutos esse decebat. Verum ut torius doctrina pietatis ignari forent, nihil tagen magis absurdum fuit quām non protinus amplecti quod à Deo profectum esse persuasi erant. Confessum enim in tota gente axioma istud erat, nullam esse religionem nisi quæ contingebat in Legi & Prophetis. Ceterum hic plenior habetur quām alii locis Scripturæ partitio: quia præter Legem & Prophetas, tertio loco adduntur Plalui: qui tamē iure inter Prophetias numerari queunt, aliquid tamen proprium habent ac distinetum. Bimembri tamē diuisio quam alibi videmus, totam nihilominus Scripturam complectitur.

45 Tunc aperiunt illorum mentes.) Quia antea Dominus perfunctus doctoris officio, nihil aut parum apud discipulos profecerat, nunc Spiritu suo intus eos docere incipit. Frustra enim in ærem fonduntur verba, donec intelligentia dono illustrata sint mentes. Verum quidem est, instar lucernæ esse verbum Domini: sed luce in tenebris ac inter cœcos, donec lux interior oculis detur à Domino, cuius proprium munus est illuminare cœcos. Atque hinc apparer quanta sit natura nostræ corruptio, quando nihil nobis prodest oblatum in oraculis cœlestibus vita lumen. Iam verò si intelligentia non perspicimus quid rectū sit, quoniam modo ad præstandū obsequiū sufficeret voluntas? Fatendum est igitur nos modis omnibus desificere, vt cœlestis doctrina non alter vitilis sit nobis vel efficax, nisi quatenus Spiritus & mentes nostras ad eam intelligendam, & corda nostra ad subeundum eius iugum format: ideoque ut inde simus eius discipuli, necesse est deposita omni ingenio nostri fiducia, lumen ē cœlo petere: stulta etiam liberi arbitrii opinione relicta, nos Deo regendos tradere. Nec verò abs re Paulus iubet stultescere homines, vt Deo sapiant: quia ad sufficiendum Spiritus lumen nulla est deterior caligo quam proprio acuminī confidere. Observent præterea lectors, non fuisse apertos mētis oculos discipulis, quibus sine adjumento Dei mysteria perspiccent, sed ut comprehensa sunt

in Scripturis: atque ita impletum fuit quod acciatur Psalm. 119. 18. *Illum in oculos meos, ut considerem mirabilia Legis tua.* Neque enim Spiritum Deus suis cōtērit qui vobis sui filii abolet, sed potius qui fructuosum reddat. Quare perpetrā fanatici homines revelationū prætextu spēnenda Scripturę sibi licentiam concedunt, nam quod de Apostolis nunc legimus, quotidie in suis omnibus Christus efficit, nempe ut Spiritu suo ad intelligendam Scripturam eos dirigat, non autem abripiat ad vagos in *Doutrinam apocrypham*. Sed queritur cur operam Christus toto triennio in illis docendis perdere maluerit, quām statim illorum aperire mentes. Respondeo primum, quām non extiterit tam cito fructus opera, non tan. en. fuisse inutilem: quid donati noua luce, superioris quoque temporis profectum senserunt. Nam *Apertas illis fuisse mentes* interpretor nō modò ut in posterum cōtēt dociles, si quid illis esset propositum, sed ut doctrinam frustra ante auditam, cum fructu in memoriā reuocarent. Deinde sciamus illa triennij inscrita vitilis didicisse, nō aliunde se quām ex cœlesti luce nouam perspicaciam esse adeptos. Adde quod Christus certum in hac re Deitatis sua specimen edidit: quia non externe tantum vocis fuit minister quæ in auribus sonaret, sed arcaνa virtute in mentes penetrauit: atque ita ostendit, quod Paulus adiunxit Ecclesiæ doctoribus, in se vnum competere. Notandum tamē est, non ita vacuos & priuatos fuisse intelligentię luce Apostolos, quin exigua quādam principia tenerent: sed quia leuis tantum erat gulfus, censemur hoc ve rá intelligentię principium, dum remoto velo, Christum in Legi & Prophetis conspicient.

46 Dixit eis sic scriptum est.) Hoc cōtextu re tellitur eorum calunia, qui externam doctrinam obtendunt superuacuum fore si nulla nobis ad intelligentiam facultas naturaliter suppetat. Quorum, inquit, apud sordos verba faceret Dominus? Atqui videmus, vbi Spiritus Christi, qui in interior est magister, partes suas implet, non luforiam esse ministri loquentis operam. Christus enim postquam intelligentię Spiritu donauit suos, non sine fructu apud eos ex Scripturis disserit. Apud reprobos verò licet externa vox euangeliat quasi mortua, ipsos nihilominus redeit inexcusabiles. Quod autem attinet ad verba Cœlesti, sumpta sunt ex illo principio, Necesse est compliri quicquid scriptum est: quia n̄ hilj per suos Prophetas testellatus sit Deus nisi quod cito facturus erat. Sed illid verbis monemur quid præcipit ex Legi & Prophetis discendum sit, nempe quoniam finis & anima Legis sit Christus, quicquid sine ipso & extra ipsum cognoscitur, inane & ictiūm esse. Quare ut quisque in Scriptura optimè proficeret cupit, semper intentus sit ad hunc scopum. Iam quod hic priore loco mortem suam & resurrectionem ponit Christus, deinde fructum qui ex utraque nobis prouenit. Vnde enim presentia & remissio peccatorum, nisi quia homo vetus noster crucifixus est cum Christo, ut per eiusdem gratiā resurgamus in vita nouitatem? quia etiam sacrificio mortis eius expiata sunt peccata, & sanguine abluta fortes, resurrectione vero parta iustitia? Docet igitur in morte sua & resurrectione causam & materiam nostræ salutis cōsiderandam: quia inde manat reconciliatio cum Deo, & regeneration in nouam ac spirituali vitam. Ideoque disserit exprimitur, non posse tam remissionem

peccatorum quam pœnitentiam nisi in eius nomine prædicari: quia nec speranda est nobis iustitia imputatio, nec abnegatio nostri vitæque notitia contingit, nisi quatenus ipse factus est nobis iustitia & sanctificatio. Porro quia alibi copiose tractauimus de hac Evangelij summa, satius est lectors inde petere siquid memoria non teneant, quam repetitione onerari.

47 In omnes gentes, misericordia tua, &c.) Nunc claret demum aperit Christus quod ante celauerat, redemtionis à fe allata gratiam communiter ad omnes gentes patere. Et huius enim à Prophetis non semel prædicta fuerat Gentium vocatio, non tamen sic erat patefacta ut eas facile secum admitterent Iudei in spiritu salutis. Ergo usque ad resurrectionem non fuit Christus nisi unius electi populi creditus redemptor. At tunc primùm diruta fuit maceria, ut qui extranei & prius dispersi fuerant, in ouile Domini aggregarentur. Interim tamen, ne irritum videri posset Dei scedula, locavit Christus Iudeos in priore gradu, initu fieri præcipiens ab Hierosolyma. Nam quia genus Abraham peculiariter adoptauerat Deus, reliquo mundo preferri oportuit, hoc est ius primogeniture quo illis assignat Ieremias 31 b. 9. Hunc quoque ordinem diligenter usque obseruat Paulus, quod Christus adueniens annuntiauerit pacem illis qui propè erant, & eis de alienis & remotis.

48 Vos autem estis testes.) Non dum eos ad promulgandum Euangelium ablegat, sed tantum admonet quorsum eos destinatur, ut se in tempore comparent. Partim vero hac consolacione eorum tristitiam lenit, partim hoc stimulo corrigit eorum ignoriam. Quoniam recentis sua defectio confitit sibi forent, deiecit animis esse oportuit. Hic prater se in incredibili honore eos Christus dignatur, legationem salutis aeternæ toti mundo publicandam illis iniungens. Hoc modo non solùm eos in integrum restituit, sed nouæ gratia magnitudine flagitii memoriam proflus abolerit. Similiter tamen eos (vt dixi) extimulat, ne ad fidem, cuius ordinati sunt præcones, adeò segnes sint ac tardi.

49 Ecce, ego mitto.) Ne Apostolos terret sua imbecillitas, ad se nonas & aduentitiae gratia eos inuitat; ac si diceret, Tamecum vos tanto oneri sentitis esse impares, non tamē est cur animos despondeatis: quia ego virtutem, qua vos deslitui scio, è cælis sufficiam. Iam quō melius in hac fi-

MATTH. XXVIII.

16 Undecim autem discipuli abiérunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Iesus.

17 Et quum vidissent illum, adorauerunt eum: quidam autem dubitauerunt.

18 Et accedens Iesu loquuntur eis, dicens, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.

19 Exeuntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti:

20 Docentes eos seruare omnia que cuncte præcepisti vobis. & ecce, ego vobis in omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Amen.

16 Undecim autem discipuli.) Matthæus præteriens quæ ex aliis tribus retulimus, tantum docet vbi

ducia eos confirmit, Sp̄itum sanctum commemorat à Patre fuisse promissum. Nam quō se alacriter ad opus accingerent, iam illos Deus sua promissione animauerat, eorum difidientia occurrerat. Nunc se Christus in locum Patri substituit, præstans munus in se recipit: in quo iterum Diuinam sibi potentiam vendicat. Nam haec pars eius gloria est quam Deus iuravit, non negat se alacriter daturū, infirmos homines cælesti virtute induere. Itaque si in Christum conseruit, sequitur illum esse Deum qui olim per os Prophetarum loquutus est. Quāquam autem Apostolis specialem gratiam pollicitus est Deus, & Christus contulit: tamen in genere hoc tenendum est, neminem mortaliū per se Euangelio predicando idoneum esse, nisi quatenus Deus Sp̄itu suo eos vestiens, ipsorum nuditatem & inopiam succurrit. Et certe ut non de solis Apostolis exclamat Paulus, *Quis ad te idoneus reperietur?* sed neminem inter mortales habuit tanto oneri parem esse pronunciata: sic necesse est quoscumque Deus excitat Euangelij ministros, imbuī cælesti Sp̄itu: id est omnibus Ecclesiæ doctoribus sine exceptione ubique promittitur. *Vos autem sedete.* Ne temerè ante temporis ad docendum prorumpant, quieteni & silentiū illis Christus imperat quousque eos pro suo arbitrio emittens, tempestiuē vtrum eorum opera. Arque hæc utilis fuit obedientia eorum probatio, quod Scriptura intelligentia prædicti, & afflati Sp̄itus gratia, quia tamen loqui vetuit Dominus, silent tanquam nati. scilicet. n. quām cupide prodeant in medium, qui sibi hoc videntur cum laude & admiratione faciū. Et forte hac dilatatione, eorum corpore Christus multata voluit, quia non statim ex suo mandato in Galilæam eodem die profecti erat. Quicquid sit, eorum exemplo edicti sumus nihil tentandum esse nisi vocatum a Domino. Quare licet publicè docendi non deficit facultas, se tamen priuati homines in silentio continent, donec eos sua manu in theatrum producat. Porro quod iubentur sedere Hierosolymæ, id intelligere conuenit, postquam ex Galilæa reuersi fuerint. Nā (vt paulo post audierimus ex Matthæo) quanvis Hierosolymæ se videndum exhibuerit, non tamen mutauit quod prius de Galilæa decreuerat. Ideo sensus verborum est, postquam in loco condicione mandata illis dederit, velle tamen adhuc tacitos ad tempus manere, usque duin nouam virtutem suppeditetur.

MARC. X VI.

15 Et dixit eis, Ite in mundum versus, & prædicate Euangelium omnium creature.

16 Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non credit, condemnabitur.

17 Porro signa eos qui crediderint hæc subsequentur, Per nomen meum demonia expellent: linguis loquentur nouis:

18 Serpentes tollent: & siquid lethale biberint, non nocebit eis: super egrotos manus imponent, & bene habent.

LVC.

vbi undecim discipuli ad munus Apostolicum legati sunt. Neque enim (vt iam sepius vobis est) illis propositum fuit persequi singulas historias partes: quia Spiritu sancto, qui eorum stylum directit, satis est: vobis est ex coniunctis testimonitis summae complecti quemque videmus. Ergo quod nostra maxime inter erat electus Matthaeus, nempe quoniam Christus discipulis apparuit, eos simul creasse Apostolos, qui aeternae vita legationem perferrunt in omnes mundi plagas. Ceterum unum quoniam monitis non fuit alibi facta mentio, colligimus tamen hunc Galilaea locum Mariae notum fuisse. M. tum tam et quod saepe Christo iam bis viso adhuc dubitasse. Sicui ad primam manifestationem hoc referre placeat, nihil erit absurdum: quia interdum res diueras misere solent Euangelium. Sed neque absurdum videbitur debet si reliquia paucoris quodam ad nouam rursus vacillationem impulerint. Scimus enim, quoties apparuit Christus, donec collectis animis ad eius conspectum attulissent, metu & stupore fuisse perculos. Quia et sensus est, meo iudicis, quodam initio habitalles, donec propius & familiaris ad eos Christus accederet: ubi autem vere certoque innotuit, tunc eos adorasse: quia scilicet conspicuerat Diuinam eius gloriam fulgor. Et forte eadem ad dubitandum ratio ipsos repente impulit quia postea induxit ut adorarent: quia deposito serui habitu nihil tunc nisi caeleste prae se tulit.

18. *Et accedens Iesus loquutus*) Non dubium est quin hic auctor scrupulorum omnem exercerit. Matthaeus vero ante quam discipulis iniunctum narrat docendi munus, Christum de sua potestate praefatum esse dicit, nec abs te: non enim hic sufficeret mediocris auctoritas: sed suam veroque Diuinum imperio pollere oportet qui suo nomine vitam aeternam promitti mandat, totum orbem redigi sub dictione suam, ac doctrinam promulgari qua subiecta omni altitudine totum humanaum genus humiliet. Atque hac quidem praeferatione non modo Apostolos erexit Christus ad liberari munieris sui exequendi fiduciā, sed fidem Euangeliū sui in omnes civitates itabiliuit. Nunquam certe tam arduum munus aggredi Apostolis persuasum foret, nisi scirent in celo federe suum vindicem, cui sumnum imperium latum esset, nam sine tali praesertim impossibile fuisse quicquam preficere. Atqui vbi audiunt celo & terra praefesse cui operam suam locat, hoc uno ad superanda quaevis obstantia satis supereque instructi sumi. Quod vero ad auditores spectat, si conceperitibilis eorum qui Euangeliū annuntiant forma eorum fidem debilitatem vel moratur, sursum oculos ad ipsum auctorē reserre discant, à cuius potestate astimanda est Euangeliū mancipata. ita sicut ut per suos ministros loquenter in despicer non audeant. Diferet autem se tam celi quam terrā Dominum & regem facit, quia Euangeliū prædicacione homines sub obsequiū suum coges, regni sui solium constituit in terra: & suos in nouam vitam regeneras, & ad spē salutis inuitas, celos aperit, vt ad beatam immortalitatem cum Angelis atollat qui prius non solum reprobabant in mundo, sed in mortis abysso demersi erant. Meminetinus vero, quod Christus iure suo semper apud Patrem habuit, hoc illi in carne nostra datum esse, vel (vt clarius loquar) in persona Mediatoris. Non enim aeternam potentiam iactat, qua prædictus fuit ante creatum mundum, sed quam nunc accepit, dum ordinatus fuit

mundi index. Inde notandum est, imperium, hoc non fuisse liquido cogitum donec a mortuis resurrexit: quia tunc denum summum Regis insignibus ornatus, in sublimis prodit. Quo etiam p̄ citinet illud Pauli, Exinanitur seipsum: propriece ex altius illum Deus, & dedit illi nomen quod est supra omne nomen, &c. Quanquam autem alibi sefio ad Patris dexteram in celum ascensu subiicitur, tanquam ordine posterior: quia tamē resurrectio & in celum auctor res sunt inter se mutuo connexa, merito nunc de sua potentia tamē magistrice concionatur Christus.

19. *Exeunt ergo.* Quanquam Marcus, postquam narravit Christum apparuuisse undecim discipulis, mox subicit mandatum de Euangeliō praedicando, non tamen continuum actum designat, quia ex Matthaei contextu colligimus hoc non prius esse factum quam in Galilaea egressi essent. Suum autem est, vt Euangeliū ubique pronulgande, in fidem obedientiam Gentes omnes adducant: deinde ut doctrinam suam obsignent ac fancent Euangeliū ligno. Apud Matthaeum initio iubentur simpliciter docere: sed aīdū Marcus exprimitur doctrinæ genus, nempe ut Euangeliū praedicent. Et paulo post apud Matthaeum ipsum additur restrictio, ut doceant seruire quacunque praecipit Dominus. Hinc discamus Aī orationem non esse inanem honoris titulum, sed operum innumeris, idque nihil magis esse absurdum vel non inus tolerabile quam ut ibi latenti homines vobis pent hunc honorem, qui otium regnantes, docendi munus a se reiciunt. A Papa Romano eiisque cohortes superbe successio haec iactatur, quasi communem cum Petro & eius collegis personam sustineant: interiori doctrinae nihil maior illis cura est quam Lupercis, vel Bacchi & Veneris sacerdotibus. Verum qua fronte, obsecro, in eorum locum se subrogant quos audiunt creatos fuisse Euangeliū praecores? Sed quanvis eos non pudeat impudentiam suam prodere, tamen apud omnes sanī iudicij electores hoc uno verbo satis validè presterunt utilis eorum hierarchia, quod nullus Apostolorum successor esse potest nisi qui suam in Euangeliū prædicatione operam Christo impendit: denique quisquis doctoris partes non implet, perperam nomen Apostoli mentitur, immo hoc Novi testamenti sacerdotium est, spirituali verbi gladio homines in sacrificium Deo mactare. Vnde sequitur, degeneres esse & commentitios omnes sacrificios qui non sunt ad docendi officium intenti. *Docete omnes gentes.* Hic Christus sublatu discrimine Gentes aquat Iudeis, & virosque promiscue in fidei societatem admittit. Quod etiam pertinet *Exeundi* verbum. Nam Prophetis sub Lege p̄scripti erant Iudea limites: nunc vero diruta maceria, Euangeliū ministros procul exire iubet Dominus, ad spargendam per omnes mundi plagas salutis doctrinam. Quamvis enim (vt nuper attigitur) primogeniture dignitas inter prima exercidia manserit apud Iudeos, communis tamē Gentibus fuit vita hereditas. Sic impletum fuit illud Iesaiæ vaticinium cum similibus, datum esse Christum Gentibus in lucem, ut sit salus Dei usque ad extrellum terræ. Id Marcus intelligit per omnem creaturem: quia postquam domesticis annuntiata fuit pax, ad longinquos etiam & extraneos idem nuntius peruenit. Porrò quam necesse fuerit clarè moneri Apostolos de Gentium vocatione, in *AE. 10.4.* de patet, quod etiam post acceptum inadatum, ad *28.*

Ca. I. Sermonem, antequam se in extensa mudi fabrica principiū patefecerit. Reète ergo Augustinus principium principiū hoc, cuius nunc fit mentio, principio carere advenit. Tamei enim Pater ordine prior est quām sua Sapientia, illum tamen sua gloria spoliavit qui vnum temporis punctum imaginantur quo Sapientiam suam præcesserit. Atque hæc aeterna est generati, quæ ante cūdū mundum immenso spatio latuit quidē in Deo, (ut ita loquar) longis annorum successionebus obscure Patribus sub Lege adumbrata, tandem plenius in carne exhibita fuit. Mitor quid Latinos mouerit ut transferrent Verbum, sic enim vertendum potius suisse. Verum ut deus aliquid probabile sequitos esse, negari tamen non potest quin Sermo longè melius conueniat. Vnde apparet quām barbarum tyrannide exercevit theologasti, qui Eratimum adeò turbulentè vexarunt ob mutatam in melius vocem vnam.

Et sermo erat apud Deum. Iam diximus ita supra mundum & creaturas omnes locari, & omnibus feculis priorem statui Dei Filium. Verum simul hæc loquutio distinctam illi à Patre hypostasis attribuit: absurdè enim diceret Euangelista, semper cum Deo vel apud Deum suisse, nisi propria quædam illi subsistentia in Deo foret. Ergo ad

Sabellius, retelijum Sabellij errorem valet hic locus, quia offendit Filium à Patre differre. Iam admonui, sobriè in tanti arcana sapientum esse, & modestè loquendum. Excusatione tamen digni sunt veteres Ecclesiæ scriptores, qui quam alter rectam & sinceram doctrinam aduersus flexiloquas hereticorum ambages non possest astringere, voices quasdam excoigitare coacti sunt, quæ tamen non aliud sonarent quām quod alioqui in Scripturis traditur. Tres hypostasis vel personas in

ta distintavna & simplici Dici essentia subesse dixerunt. Non solum Hypostasis primo ad Hebreos capite in eo sensu habetur, cui Substantia nomen respondet, ut sumitur apud Hilarium, sed & postea vel personas vocarunt discretas in Deo proprietates, quæ se mentibus nostris conspicendas offerunt:

quemadmodum dicit Gregorius Nazianzenus se non posse vnum cogitare quin moy tria circumstalgant. *Et sermo erat Deus.* Ne quis de Diuina Christi essentia scrupulus maneat,clare assentit esse Deum. Iam quin vnicus sit Deus, Christum eiusdem esse cum Patre essentia, & tamen in aliquo differre sequitur. Sed de hoc secundo membro iam dictum est. Quod ad essentia unitatem spectat, nimis fuit Arrij improbitas, qui ne eternam Christi Diuinitatem fateri cogeretur, fictitium nescio quem Deum esse guriebat. Nos autem si Sermonem quoniam audiuimus Sermonem suisse Deum, quid est Deus, ergo quod de eterna illius essentia amplius moueamus aeternum?

2 *Hic erat in principio.* Ut prædicta mentibus nostris altius insigat Euangelista, duo illa superiora membra in breuem epilogum colligit, quod fuerit semper, & quidem apud Deum, vt principium intelligas omni tempore superius.

3 *Omnia per ipsum.* Vbi Sermonem esse Deum Dei id est, asseruit, & eternam eius essentiam prædicauit, Christi dicitur, nunc ab operibus Diuinitatem eius probat. Attinet propter hoc quæ practica est notitia, ad quam nos præterib[us] p[ro]p[ter]e assuefieri conuenit, frigebit enim apud nos ipsum per modum Dei nominis Christo attributum, nisi taliter sine praetextu fides nostra eum sentiat. Aperte autem prædicat de Filio Dei quod in eius personam pro-

priè competit. Interdum quidem simpliciter dicit Paulus, omnia per Deum esse, Rom. ii. d. 30. sed quoties cōparatur Filius cum Patre, hac nota distinguiri solet. Quare hic mos loquendi vistatus est, Patrem omnia fecisse per filium, & à Deo per eundem Filium omnia esse. Huc autem spectat Euangeliste consilium (sicut dixi) quod statim ab ipsa mundi creatione Sermo Dei in externum actum prodierit. Nam quoniam in sua essentia prius esset incomprehensibilis, tunc eius vis & effectu palpabilis fuit cognita. Quidam enī ex philosophis Dei ita constituunt mundi architectum, ut mente illi in condendo hoc opificio adiungant. Id quidem recte, quia congruerit cum Scriptura: sed quia mox in fruolis cogitationibus euanescunt, non est cur eorum testimonia cupidè appetamus. quoniam potius cælesti hoc oraculo contenti, plus multo dici sciamus quām niens nostra concipiatur. *Et sine ipso factum est nihil quod,* &c. Tamen variè hic locus legitur, ego tamen citra controvenerit, uno contextu ita lego. Factum est nihil quod factum est. Atque in eo consentiunt omnes ferè Graci codices, saltem magis probatae autoritatis: deinde sensus omnino ita postulat. Qui particulariter, Quod factum est, distinguunt à superiori oratione, ut ad sequentem sententiam annexant, coactū sensu adducent. Quod factum est, in ipso erat vita, hoc est, viviebat, aut in vita sustinebatur. Sed hunc loquendi medium non solum quoniam creatoris attribui ostendit. Augustinus vita non more suo nimis Platonicus ad ideam rapitur, dicitur: quod Deus, antequam mundum conderet, formam se in creatori opificij in mente sua conceptam habuerit, tunc atque ita vita eorum quæ nondum exstabant, in Christo fuerit, quia in eo ereditata erat mundi creatione. Sed quām illud sit à mente Euangelista longè remotum, mox videbimus. Nunc ad prius membrum redeo. Non est vitiosus hæc *essentia*, ut in speciem videtur, quia enim nihil non molitur Satan ut Christo aliquid detrahatur, nominatio testari voluit Euangelista, eorum quæ facta sunt nihil penitus excepti.

4 *In ipso vita erat.* Hactenus docuit, per Sermonem Dei creata fuisse cinnia: nunc eorum *Detinuntur* que creata fuerant conservationem similiter illi *conseruantur* attribuit: acsi dicaret, non subitam modū eius *sursum* virtutem, quæ mox transierit, apparuisse in mundo creatione: sed in eo esse conspicuam quod stabilitas & fixus naturæ ordo durat: que modū odum ad Hebreos cap. i. 3. dicitur sustinere omnina verbo aut nutu poterit fugi. Ceterum vita hæc vel ad inanimata extendi potest (que suo modo vivunt, etiam sensu careant) vel de solidi animantibus exponi. Parum resert vtrum eligas: simplex enim sensus est, Sermonem Dei non modū contentum vitæ fuisse creaturis omnibus, ut esse inciperent quæ nondum erant: sed viuifica eius virtute fieri ut in statu suo maneant. Nisi enim continua eius inspiratio mundum vegetet, necesse erit quæcumque vigent protinus decidere, aut in nihilum redigi. Denique quod Paulus Ad. 17. 28. Deo ascribit, nos scilicet in ipso esse & moueri & vivere, Ioannes Sermonis beneficio fieri testatur. Deus ergo est qui nos viuificat, sed per eternum Sermonem. *Vita erat lux hominum.* Alias interpretationes quæ à mente Euangeliste dissident, consuliò prætereo. His meo iudicio, parte virę commenorat qua homines reliquis animalibus preceplunt: acsi dicaret non vulgarem hominibus caram

Cur pecunia est? Et si bona non esset, non esset. 14. f. 17.

d..tam fuisse vitam, sed quæ cum luce intelligentie coniuncta esset. Hominem porro ex aliorum numero segregat: quia melius Dei virtutem sensu in nobis percipimus, quam procul ipsam intuerimur. Sic Paulus admonet in Actis, Deum non esse procul querendum, quia se intus in nobis patet. Postquam ergo generalem gratiam Christi considerationem Euangelista proposuit, ut homines proprius ad eam reputandam adducat, ostendit quid ipsis peculiariter datum fuerit: quod scilicet creati non fuerint pecudibus similes, sed mente prædicti gradum altiorem obtinuerint. Porro quia Deus non frustra lucem suam in illorum mentibus accendit, sequitur in hunc finem esse conditos ut ipsum tam singularis boni autorem agnoscant. Et quando lucem hanc, cuius Sermonem statu rigo erat, inde ad nos transfudit, instar speculi esse debet in quo diuinam Sermonis vim clare cernamus.

Lux in locis minibus extinta.

5 *Et lux in tenebris lucet.*) Obiici poterat, homines tam multis Scripturar locis vocari cæcos, & excitatem eius damnantur, plus satis notam esse, misericordia enim in tota sua ratione euangeliantur, vnde enim tot errorum labyrinthi in mundo, nisi quod homines proprio sensu non nisi ad vanitatem & mendacium feruntur? Quod si nulla in hominibus lux apparet, extinctum est illud diuinatus Christi testimonium, cuius proxime Euangelista meminit. Ille enim tertius erat gradus (ut dixi) in vita hominum quiddam longè esse præstantius quam sit motus & spiratio. Hanc questionem anticipat Euangelista: & primum quidem admonet, lucem qua initio donati fuerant homines, non esse expressam eorum statu estimandam, qui in hac vitia & degenerata natura lux in tenebris versa fuerit: interea tamen negat profus extinctam esse intelligentiam lucem: quia in obscura humana mentis caligine emicant: adhuc quædam fulgoris scintillæ emicant. Nunc intelligentes duo esse huius sententiae membra. nam multum distare nunc homines dicit ab integra illi natura qua initio prædicti fuerant: mente enim eorum qua lucida omni ex parte esse debebat, tenebris immersam miserè cæcire, itaque gloriam Christi in hac naturæ corruptione esse quasi obtenebratum. Sed tursus contendit Euangelista in mediis tenebris adhuc quædam extare lucis reliquias, quæ diuinam Christi virtutem aliquatenus ostendunt. Ergo fateur Euangelista mentem hominis excusatam esse: ut merito censatur tenebris oppressa. Poterat enim mitiore verbo vti, ac dicere obscuram vel caliginosam esse lucem: sed clarius exprimere voluit quam misera sit post primi hominis lapsum nostra conditio. Quod vero lucem in tene-

bris lucere affirmat, id ad naturæ corruptæ laudem minimè pertinet, sed potius ad tollendum ignorantie prætextum. Et tenebra eam non comprehendunt. Quanvis exigua hac luce quam nobis res fidua est, semper ad se inuitauerit homines Filius Dei, dicit tamen Euangelista nullo profectu hoc esse factum, quia videndo non viderint. Ex quo enim alienatus fuit homo à Deo, sic ignorancia mente eius oppressam tenet, ut quicquid lucis in ea restat, sine effectu inceat suffocatum. Et hoc quodammodo experientia probat, quicunque enim Spiritu Dei non sunt regeniti, quam ratione aliqua polleant, certi documenta sunt, hominem non tantum ut spiritu esse conditum, sed ut intelligat. Cæcum ab eo rationis suæ ductu ad Deum non perueniunt ac ne accedunt quidem. ut tota eorum intelligentia nihil tandem sit quam vera vanitas. Vnde sequitur, de hominum salute actum esse, nisi novo auxilio Deus succurrat: quia quam lumen in eos suum effundat Dei excitas ho Filiis, sunt tamen eousque hebetes ut vnde sit minum nō lumen istud non comprehendant, sed deliris & comprehensio abruptionibz abrepi, proflus actuatuunt. Due sunt præcipua luminis partes, quod adhuc in corrupta natura residet, nam omnibus ingenitum est aliquid religionis semen: deinde inculpum est eorum conscientis boni & mali discernere. Sed qui tandem inde fructus emergunt, nisi quod religio in mille superstitionum portenta degenerat: conscientia autem iudicium omne pervertit, ut vitium cum virtute confundatur. In summa, nunquam naturalis ratio homines ad Christum dirigit, iam quod prudentia ad regendam vitam instruunt sunt, quod ad præclaras artes ac disciplinas rati: id quoque totum sine fructu evanescit. Porro tenendum est, Euangelistam de naturalibus tantum donis loqui, regenerationis gratiam nondum attingere. Dux enim sunt distincta Filij Dei virtutes: prior, que in mundi architectura & nature ordine appareat altera vero, granaria, qua naturam collapsam renouat & instaurat. Ut domusque est exterius Dei sermo, per eum conditus fuit in tur Euan- dus, eius virtute acceptam senem vitam omnia retinunt, homo in primis singulari intelligentie dono ornatus fuit: & quanvis sua affectione amiserit intelligentię lucem, videt tamen adhuc & intelligit: ut non sit penitus absitum quod naturaliter ex filii Dei gratia habet. Se quoniam lucem que in eo adhuc residet, stupore suo & præitate obrenobrat, superest vi neum officium suscipiat Dei filius, hoc est Mediatoris, qui hominem perditum regenerationis spiritu reformat. Ergo prepostere philosophantur & interempti qui lucem hanc, cuius meninat Euangelista, ad Euangelium referunt & salutis doctrinam.

6 *Fuit homo missus à Deo, cui nomen Ioannes.*

7 *Hic venit in testimonium, ut testificaretur de lumine: ut omnes crederent per eum.*

8 *Non erat ille lux, sed ut testificaretur de luce.*

9 *Erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in mundum.*

10 *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus cum non cognovit.*

11 *In sua venit, & sui eum non receperunt.*

12 *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem ut filij Dei fiant: his scilicet qui credunt in nomen eius.*

13 *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.*

Ca.I.

6 Fuit homo.) Nunc differere incipit Euangelista quomodo Sermo Dei in carne manifestatus fuerit, ac ne quis addubitet Christum esse aeternum Dei filium, Ioannis Baptiste praconio celebratum fuisse recitat. Neque enim te tantum hominibus visendum Christus exhibuit: sed volunt etiam testimonio Ioannis ac doctrina innotescere. Imo Deus Pater testem hunc Christo suo premissis, quod facilius oblatam ab illo salutem omnes recipieren. Posset tamen absurdum prima facie videri, Christo aliunde dari testimonium, quasi ipse indigat. At qui prouintiat se ab homine testimonium non querere. Responsio facilis & nota est, testem hunc nostra non Christi causa fuisse ordinatum. Si quis obiciat nimis infirmum esse testimonium hominis, vt Christus probetur esse filius Dei: hic quoque in promptu est solutio, non citari Baptista quasi priuarum testem, sed qui divina autoritate pruditus, Angeli magis quam hominis personam sustineat. Ideo non suarum virtutum elogis ornatur, sed hoc uno, quod Dei legatus fuerit. Nec obstat quod Enangeli predicatione Christo committita fuit, vt ibi ipse testis esset. In hunc enim finem spectabat Ioannis praconium, vt ad Christi doctrinam & miracula attenderent. *Misericordia Deo.* Vocationem Ioannis non confirmat, sed obiter tantum eius meminit. Hoc ad certitudinem non satis est, quum multi sponte currentes, diuinis se misfios iacent, sed Euangelista paulo post de hoc teste plura verba facturus, satis habuit uno verbo praefari, non venisse nisi Dei mandato. Postea videbimus quomodo Deum ministerij sui autorem afflaret. Nunc tenendum est (quod prius attigi) quod de Ioanne praedicatur, in omnibus Ecclesiarum doctoribus requiri, vt a Deo vocati sint alibi quam in solo Deo fundata sit docendi autoritas. Nomen exprimit non tantum hominis designacioni causa, sed quoniam ex receipta illi impositum fuit. neque enim dubium est quin Dominus ad manus respexerit cui Ioannem destinabat, quoniam ita vocari per Angelum iussit, vt iude omnes agnoscerent eum diuina gratia praecomenem. Tametsi enim passiu[m] accipi potest, atque ita ad personam referri, quod Deo gratius Ioannes fuerit: ergo tamen libenter ad frumentum quem ex eo alij percipere debebant extendeo.

7 Hic venit in testimonium.) Finem vocatio-
nis breuiter perstringit: nempe vt Christo Ec-
clesiam pararet, quemadmodum ad Christum om-
nes invitans, satis ostendit non sua causa se ve-
niisse. Adeo autem commendatione opus non ha-
bebat Ioannes, vt Euangelista moneat ipsum
non fuisse lucem, ne immodicus eius splendor
Christi gloriam obscureret. Sic enim quidam illi
fixi herebant ut Christum negligentem. Quem-
admodum si quis aurora aspectu attonitus, ad so-
lem oculos vertere non dignetur. Porro quo sen-
su accipiat nomen lucis Euangelista, mox videbi-
mus. Sunt quidem p[ro]ij omnes lux in Domino, quia
b. 8. c. eius Spiritu illuminationis sibi tantum videt, sed
b. 14. alios enim suo exemplo dirigunt in viam salutis.
Apostoli etiam peccatariter lux vocatur, quia Eu-
angelisti faciem praeferunt quae mundi tenebras
discutunt. Sed hic differit Euangelista de unico &
eterno illuminationis fonte, quemadmodum sta-
tiū clarius ostendit.

8 Erat lux vera.) Vera lux non opponitur

falsa: sed Christum ab aliis omnibus discernere voluit Euangelista, ne quis hoc illi putaret esse cum Angelis vel hominibus communem quod lux dicitur. Hoc portio discrimen est, quod quicquid lucidum est in celo & in terra, aliunde mutuatur splendorem suum: Christus autem lux est ex se ipso & per se resplendens, deinde irradians totum orbem suo fulgore: vt non alia sit ipsa origo vel causa splendoris. Veram ergo lucem dixit cui natura proprium est lucere. *Quae illuminat omnen hominem.* Principiū in hoc insitit Euangelista ut Christum lucem esse doceat, ab effectu quem in se quisque nostrum sentit. Poterat subtilius disputare, quod Christus ipsoe lux aeterna, fulgorem sibi ingenitum habeat, non aliunde accitum: sed nos potius ad experientiam quam habemus omnes renocat. Nam quum nos omnes splendoris sui participes faciat Christus, fatendum est hoc honoris proprium ipsum solum competere vt lux vocetur. Ceterum bifurcatus locus hic exponi solet. Quidam enim noram universalem ad eos restringunt qui Spiritu Dei regenti, lucis viuisce sunt compotes. Augustinus suis iudicium adducit Iudinagistri, qui si vnuis in urbe scholam habeat, diceret omnium magister, etiam si multi ad scholam non accedant. Ergo hoc comparatiu[m] dictum accipiunt, omnes illuminari a Christo, quia nemo iactare queat se alter quam eius gratia vita lucem adeputum esse. Sed quum omnes generaliter ponat Euangelista qui in hunc modum veniunt, mihi alter sensus magis arridet, quod in totum genus humanaū diffusi sint ab hac luce radij: sicuti etiam prius dictum est. Scimus enim hoc homines pro aliis animalibus singulariter habere, quod ratione & intelligentia praediti sunt, quod discrimen recti & iniusti in sua conscientia insculptum gerunt. Nemo itaque est ad quem non perveniat aliquis aeterna lucis sensus. Sed quia fanatici homines locum hunc temere arreptum longius torquent, vt felicet inde colligat omnibus per quem offserri illuminationis gratiam: meminerimus hic tantum agi de communi naturae luce, quæ longe infra sidem subditu, neque enim cum toto mentis sua acumine ac perspicacia quisquam hominum in regnum Dei penetrabit. Solus est Spiritus Christi qui ianam celorum electis aperit. Deinde meminerimus, rationis lucem quam Deus hominibus indiderat, sic obscuratam fuisse per peccatum, vt vix in deis tenebris adest, que in horrenda ignorantia & errorum abysso exiguae scintillæ emicent, quæ etiam protinus suffocantur.

10 In mundo erat.) Homines in gratitudinis accusati, quod ita quasi sponte cœcutierint, vt causa lucis qua fruebantur, illis incognita fuerit. Hoc autem ad omnes mundi atates patet: quia antiquum manifestatus sit in carne Christus, suam ubique virtutem proferebat. Ergo quotidiani illi effectus corrigere debebant hominum corporem. Quid enim magis absurdum quam haurire ex riuo fluente aquam, & mente non concipere fontem, unde riuus ipse fecatur? Ignorat quod mundus Christum non cognovit antequam manifestaretur in carne, nulla reperiatur iusta ignorantie excusatio: hoc enim eorum ingavia & maligno quodam stupore accidit qui cum semper virtute presentem habebant. Summa est, nunquam tales fuisse Christi absentiam à men-

à mundo , quin homines eius rādis expergefacti in ipsum attollere oculos debuerint. Vnde sequitur culpam illis imputandam cīle.

ii. In securitate.) Hic verò propterea deplorata hominum prauitas & malitia , hīc plūquam sclerata impietas apparet , quod quū Filius Dei in carne conspicuum exhibuit , & quidem Iudeis (quos sibi Deus ab aliis genibus velut in peculium segregauerat) non tamen agnitus nec receptus fuit. Hinc etiam locum variè exponuntur. aliqui enim promiscue de toto mundo Euangelistam putant loqui. & certe nulla est pars mundi quam non sibi iure vendicet Dei Filius. Sensus ergo est secundum illos , quum Christus in mundum descendit , non in alienos ingressum esse , quia totum genus humanum propria erat eius hereditas. Sed rectius sentiunt , meo iudicio , qui referunt ad solos Iudeos : subest enim tacita comparatio , qua magis exaggerat Euangelista hominum ingratiitudinem Filii Dei sibi in vngente domicilium elegerat: quum illuc apparuit , recte est. Hinc ergo clare perspicitur quā malitiosa sit hominum cæcitas. Hoc autem omnino dicendum fuit , ut scandalum tolleret Euangelista quod multis tunc obliuice poterat ludorum incredulitas. Quum enim spretus ac repudiatus esset ab ea gente cui nominatio promissus fuerat , quis illum putasset totius mundi redemptorem? ideo videmus quantopere in hac parte laboret Paulus. Ceterum tam in verbo quām in nomine subest emphasis. Vbi prius erat Filius Dei , illuc cum Euangelista dicit venisse. Significat ergo nouum & extraordinarium presentis modum , quo se Filius Dei manifestauit , ut illiū homines proprie intuitu conspicerent. Quum dicit in sua Iudeos alii gentibus comparat : quia singulari priuilegio in Dei familiam cooptati erant. Christus ergo se illis primò obtulit tanquam domesticis , & qui peculiari iure ad eius imperium pertinebant. Eodem spectat illa Dei querimonia apud Iesiam , Bos cognoscit possessorem suum , alius praeseppe domini fuit: Israhel autem me non cognovit. Quanvis enim totius orbis habeat imperium , se tamen peculiarem Israels dominum facit , quem velut in sarcra ouile collegerat.

12. Quotquot autem.) Ne quos moretur hoc oblataculum quod Christum Iudei contempserint ac respuerint , pios qui in ipsum credunt , supra cælum attollit Euangelista. dicit enim fide hanc gloriari consequi vt filii Dei censeantur. Et in particula vniuersali *Quotquot* , subest antithesis: cæa enim gloriatione Iudei efferebantur , ac si sibi Deum haberent sibi obstrictum. Pronuntiat ergo Euangelista mutuatam esse sortem , quia abdicatis Iudeis Gentes in vacuum locum cedant , perinde est enim ac si ius adoptionis ad extraneos transferret. Hoc est quod dicit Paulus , interitum populi vnius , vtiām totius mundi suis esse: quis Euangelium veluti ab illis expulsum , longe latèque per totum orbem disipari cœpit , ita præiuglio quo excellebant spoliati sunt. Christo autem nihil obsit eorum impietas : quia & alibi erexit regni sui sedem , & promiscue ad speciem salutis vocavit omnes populos , qui prius videbantur à Deo reiecti esse. *Dedit eis potestatem.* Nomen *Eusebia* mihi dignitatem hoc loco significat: & præstaret ita vertere , ad refellendum Papistarum commētum. Hunc enim locum perf-

simè corrumpunt : quia intelligunt optionem tantum nobis dari , si quidem beneficio hoc vti libetur. Ita liberum arbitrii ex hac voce , tanquam ignem ex aqua , eliciunt. Habet hoc prima specie aliquid coloris , quod Euangelista nō dicat Christum facere Dei filios , sed dare potestatem vt sicut. Hinc ergo colligunt ne bis gratiam hanc solum offerri , in arbitrio nostro cīle eus fruendā vel respūndā facultatem. Sed hoc fruendum vnius vocis accupiūm contextus evertit. nam continuo post subiicit Euangelista , fieri Dei filios non propriā carnis voluntate , sed quum ex Deo nascuntur. Quod si fides nos regenerat ut simus filii Dei , & eam cælitus inspirat Deus : aperit constat non potentialet tantum à Christo nobis offerri adoptionis gratiam , sed ipso aetate , vt loquuntur. Et sicut ē Græcis *τριπολις αττικη εγνωστης* interdum capiunt : qui sensus huic loco optimè quadrat. Periphralis autem qua vñs est Euangelista , plus ad commendandam gratiæ excellentiam valēt quām si uno verbo dixisset , omnes qui in Christum credunt , fieri ab ipso Dei filios. Nam de immundis & profanis hic loquitur , qui perpetua ignominia damnati , in mortis tenebris iacebant. In eo itaque admirabile gratia sua specimen exhibuit Christus , quod tales hoc honore dignatus est vt subiicit filii Dei esse inciperent. ac huius beneficij magnitudinem merito extollit Euangelista , quemadmodum & Paulus ad Ephesios 2. a. 4. Quid si cuius magi liceat communis nominis significatio , non tamē potestas hic ab Euangelista statuit media quædam sicutas quæ plenum & solidum effectum tollat , sed potius intelligit datum suis in immundis & in iruncis à Christo quod impossibile videbatur. Incredibilis enim rerum conuersio tunc facta est , quum Christus ex lapidibus excitauit Dei filios. Est igitur potestas *legem invaserit* cuius meminit Paulus ad Coloss. 1. b. 12. vbi gratias agit Deo qui idoneos reddidit nos ad participandum sanctorum fortē. *Qui credunt in nomen Christi* recipendi modum breuiter notat , quum scilicet , in eum creditur. Fide ergo insiti in Christum , ius adoptionis consequimus ut simus filii Dei. Et certe quin ille unicus sit Dei filius , minime ad nos pertinet hic honor nisi quatenus eius summa membra. Rursus hinc illud commentum resellitor de potentia. Potestatem hanc dari Euangelista pronuntiat iis qui iam credunt. atqui certum est re ipsa iam esse Dei filios. Fidei ergo nimis derogant qui tantum hoc credendo consequi hominem dicunt ut filius Dei fiat , si velit: quia praefatis effectus loco suspensam potentiam statuant. Crassior adhuc repugnantia appetat in eo quod statim sequitur. Dicit Euangelista jam ex Deo esse natos qui credunt. Non ergo facultas tamē eligendi effertur , quum iam id ipsum de quo agitur obtrincent. Et si autem Hebreis Nomen pro virtute sepe accipitur , hic tamē relatio est ad Euangelij doctrinam. tunc enim demum in Christum credimus quum nobis prædicatus est. Loquitur de ordinaria ratione , qua nos Dominus ad fidem adducit. Idque diligenter notandum est , quia sibi multi confusam sine vña doctrinæ intelligentia fidei stulte fabricant. Quemadmodum apud Papistas credendi verbo nihil magis tritum , vbi tamē nulla est ex Evangelij auditu Christi notitia. Ergo Christus per Euangelium se nobis ostert , nos au-

Nomen
Christi &
Christo.

Fides impicit.

tem fide eum recipimus.

13 *Qui non ex sang.*) Quod obliquè hīc prauam ludeorum confidentiam perstringi quidam putant, libenter amplector. Habebant illi semper in ore generis sui dignitatem, qualis ex sancta progenie orti, naturaliter sancti essent. Et meritò gloriati fuissent Abrahæ genere, si legitimi filii ac non degeneres fuissent: at fidei gloriatio nihil profus carnali genituru arrogat, sed vni Dei gratia fert acceptum quicquid est boni. Dicit ergo Ioannes, qui ex Gentibus ante inmundis Christo credunt, non ex vetero nasci Dei filios, sed à Deo regredi, ut esse incipient. Sanguines videtur posuisse in numero plurali, quo longam generis successionem melius exprimeret. Nam hac pars erat iactantia apud Iudeos, continua serie posse originem suam referre usque ad Patriarchas. *Carnis voluntas & viri idem mihi significat.* Cur enim caro pro muliere sumatur (quemadmodum multi cum Augustino volunt) ego nō video. Potius reu. unam diuersis verbis repetens Euangelista, eam melius inculcat, & altius mentibus infigit. Tametsi autem Iudeos, qui in carne superbiebant, propriè respiciunt: ex hoc tamen loco generalis doctrina colligi potest, quod filii Dei censemur, non esse hoc naturę nostrę proprium, neque ex nobis profici: sed quia Dominus voluntariè nos, hoc est gratuito amore genuit. Hinc primo sequitur, fidem ex nobis nō prouenire, sed spiritualis regenerationis esse fructum. Negat enim Euangelista posse quenquam credere nisi qui ex Deo genitus est. cælestē ergo donum est fides. Deinde fidem non frigidam el-

se nudānque notitiam, quum nullus credere posset nisi Dei spiritu reformatus. Videtur tamē Euangelista prepostè regenerationem fide facere priorē, quin potius effectus sit fidei, i. cōque posterior. Respondeo utrumque optimè cōuenire: quia & fide concipiunt incorruptibile semen, quo in nouam & diuinam vitam renascimur: & tamen iam fides ipsa opus est Spiritus sancti, qui nonnisi in filiis Dei habitat. Ergo secundum diuersos respectus fides regenerationis nostra pars est, & in regnum Dei ingressus, ut nos in filiis suis numeret. Quod enī spiritus mentes nostras illustrat, id iam ad renovationem nostri pertinet. Hoc modo ex regenerat one, tanquam ex fonte, manat fides. Sed quoniam ea-dem fide Christū recipimus, qui spiritu nos suo sanctificat, ideo dicitur adoptionis nostre esse principium. Quanquam altera distinctione afferre potest clarior & magis expedita. Nam quū Dominus fidem inspirat, occultè nos & arcane quodā & incognito nobis modo regnabit. Fide autē donari viuo conscientia sensu non adoptionis modo gratiam, sed vita quoque nouitatem & alia Spiritus sancti dona apprehendit. Nam quum fides (ut dictum est) Christum recipiat, nos in omnium eius bonorum possessionem quodammodo inducit. Ita quācum ad sensum nostrū spectat, nonnisi post fidem Dei filij esse incipimus. Quod si adoptionis fructus est vita æterna hereditas, videmus ut Euangelista vni Christi gratiæ totam salutem nostram adscribat. Et sicut, ut se penitus excutiā homines, Dei filii nihil dignū reperiēt, nisi quod ipsis Christus contulerit.

14 *Et Sermo caro factus est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius gloriam tanquam Vnigeniti à Patre: plenus gratia & veritatis.*

14 *Et Sermo caro factus*) Iam docet qualis ille fuerit Christi austus, de quo meninare: nempe quod carne nostra indutus, se palam mūdo ostendit. Etsi autē ineffabile arcanū, quod Dei filij humanaū naturam induerit, breuiter attingit Euagelista, mirè tamen perspicua est hēc breuitas. Ludūt hīc quidam & ineptiunt friuolis argutii deliri homines, Sermonē dici carnem esse factū, quia Deus filium suum, ut mente cōceperat, hominem in mundum miserit, quasi Sermo ille, vni bratilis nescio quę fuerit idea. Atqui ostendimus veram in esentia Dei hypostasis exprimi hac voce. *Carnis* etiam nomen plus ad exprimendam eius mentem energiæ habet quam si dixisset hominem esse factū. Ostendere voluit ad quām vilē & abiectam cōditionem Dei filii nostra causa ex cœlestis sue glorię celsitudine descendērēt. Scriptura quū de homine cōtemptum loquitur, carnē appellat. Quā autem tanta sit distia inter spiritualem sermonem Dei gloriæ & putidas carnis nostræ fôrdes, eosq; tamen se filius Dei submisit ut carnē istā tot miseriis obnoxia susciperet. Ceterū caro minimē hīc pro corrupta natura accipitur (vt sepe apud Paulum) sed pro homine mortali: tametsi fragilem & prope euaniendam eius naturam per contemptum notat. Psal.78. Recordatus est quia caro sit: Iesaię 40. Omnis caro fœde. 40. num & similib. locis. Simul tamen obseruandum est synecdochicā esse loquitionē: quia pars inferior totū homini cōprehendit. Stulte ergo Apolinaris, qui Christum fingebat corpore tātū hu-mano vestitū absq; anima. nā ex innuicemis testi-

moniis colligere prōptū est nō min⁹ anima quā corpore prædictū fuisse. Et Scriptura quū hominē Carnem vocat, nō ideo examines ipsos facit. Clara igitur sententia est, quod Sermo ante secula ex Deo genitus, & qui semper apud Patrem residet, homo fuerit factus. In hoc fidei capite duo p̄c p̄cē tenenda sunt: sic in vñā persona coaluisse duas in Christo naturas, vt vñus atque idē Christus verus sit Deus & homo. Alterū verò, nō obstat personę vniatē quin distincta naturę maneat, ita vt diuinitas quicquid sibi propriū est retineat, huminitas etiā scorsū habeat quod in eam cōpetit. Itaq; Satan, quā variis deliris per hereticos conatus sit sanam doctrinam subverttere, semper tamē ex duob. his errorib. alterutru inuexit: vel Christū ita cōfusē filiū Dei esse & hominis, vt neq; sua illi diuinitas integra maneret, neque vera hominis natura esset circūdatus: vel ita carne esse vestitū ut quasi duplex esset, dūalque haberet diuinas personas. Sic olim Nestorius disertē cōfitebatur utrumque naturam: sed Christū vñū fabricat Deū, & alterum, hominē. Eutyches autē cōtrā, quum Christū vñū agnoscet Dei & hominis filiū, neutrām ex duab. naturis illi relinquēbat, sed fingebat esse simul permistas. Et Seruetus hodie cum Anabaptistis talem fingit Christū, qui confusè sit conflatus ex duplice natura quasi homo diuinus. Verbo quidē pronuntiat esse Deum: sed si vesana eius commēt recipias, Diuinitas ad tempus in naturam humanam rōuerſa fuit: & nunc rursus natura hominis à diuinitate absorpta est. His ambob. sacrilegiis refellendis appositè loquitur Eu-

Evangeliſta. Quum Sermonem dicit carnem eſſe factū, clare hinc personā vītas colligitor, neque enim conuenit aliū nunc eſſe hominem quām qui verus ſemper fuit Deus: quām dicitur Deus ille factus eſſe homo. Rursum quā distin-
cte Christo homini Sermonis nōmē tribuat, ſequitur, Christum, quām homo factus eſt, non deſiſſe tamen eſſe quod prius erat, & nihil in æterna illa Dei eſſentia quā carnem induit, eſſe mutatum. Denique ſic Filius Dei homo eſſe cōcepit, vt tamen adhuc ſi ille æternus Sermo qui nullum habet temporis initium. Et habitauit. Qui exponunt carnem fuīſe Christo velut domiciliū, non alſequuntur Euangeliſta mentem, neque enim perpetuam maniōne hīc Christo in nobis aſsignat: fed dicit ad rēpūs (inſtar hoſpitiis) verſatū eſſe. Verbum, n. quo vtitor ~~conſervat~~ à ta-
bernaclis deducū eſt. Nihil ergo ſignificat aliud quām Christū in terris defunctū eſſe mune-
re ſibi in iunctō, vel nō tantū momēto vino ap-
paruiſte: fed veratū eſſe inter homines donec of-
ficij ſui curſum abſolueret. In nobis. Ceterū du-
biū eſt loquātūne in genere de hominibus, an de ſe tantū & reliquis diſcipulis, qui teſtes ocu-
lati fuerunt eiū quod dicit. Ego hoc ſecundum magis probo: ſtatim enim ſubicit, Et confeximus gloriā eius. Tānē enim ab omnibus confici potuit Christi gloria, tānē maximē parti propter cōcīratē incognita fuīſe: pauci tantū, quib. o-
culos Spiritus ſaperuit, hanc glorię maniſtatio-
nē viderunt. Summa eſt, Christū ita cognitum fuīſe hominē, vt aliquid lōgē ināius & excellē-
tiuſ in ſe confiſciendum præbuerit. Vnde ſequi-
tur, Dei maiestatem nō fuīſe exinanitam, quan-
uis carne circundata eſſet. latuit quidem ſub car-
niſ humilitate, ſed ita tamen vt fulgorem ſuum emitteret. Tānquam non eſt improprietatis nota

hoc loco, ſed potius veram & ſolidam approba-
tionem designat. Sicuti quām Paulus dicit, I an-
quam filij lucis ambulate, vult nos verē operibus Ephe. b.8.
teſtari hoc ipſum quod ſimilis filij lucis. Intelli-
git ergo Euangeliſta conſpectum ſuīſe in Chri-
ſto gloriam quā Filio Dei congrueret, certū-
que eſſet diuinitatis teſtimonium. Unigenitum
vocat, qui avnieſ eſt natura filius ac eum ſupra
homines & Angelos locaret, ac illi vni alſeret
quod in creaturā nullam cōpēcit. Plenus gratia.
Proximae ſententiae cōfirmatio eſt. Alijs quidem
in reb. apparuit Christi maiestas: ſed hoc p̄ alii
ſpecimen elegit Euangeliſta, vt nos in práctica ma-
gis quam ſpeculativa eius notitia exerceat. quod diligerent notandū eſt. Certē quām Christus ſicco
pede ſuper aquas incederet, quā ſugaret dāno-
nes, & alii miraculis exereret ſuā potentiam, vni
genitus Dei Filius cognosci potuit: ſed p̄tenti
approbationis Euangeliſta in medium adducit,
ex qua ſuauem fructū ſuīſe percipit fides: quia ſiclic.
inexhaustū gratia & veritatis fontem Christus
reiſpa ſe eſt reftatus ſit. Dicitur etiam Stephanus
fuīſe plenus gratia: ſed alio ſenſu. Plenitudo ^{Act. 7.8.}
n. gratia in Christo, fons ille eſt unde nos omnes
haurire oportet: ſicuti fuiſus paulo poſt dicendū
erit. Poſſet hoc per hypallagen expoſi pro veraci
gratia: ac ex egeſicē, hoc modo, Plenū fuīſe gra-
tia, qua eſt veritas aut perfectio. Sed quia iterum
ſtatim repetet eandem loquendi formā, vtroque
loco cūdenē eſſe ſenſum arbitror. Gratiam hinc
& veritatem poſtea Legi opponet, ergo ſimpli-
citer interprētō, Christū Apoſtoli inde agnitus
fuīſe pro filio Dei, quod complementum omnīū
quaē ad ſpirituale Dei regnum pertinent, in ſe ha-
beret: deniq; quōd in omnibus verē ſe preſtiteret
Redemptoreni & Mefſiam: quā ſaximē inſignis
eſt nota, qua diſcerni ab aliis omnibus debuit.

15 Ioannes teſtificatur de ipſo, & clamauit, dicens, Hic eſt de quo dicebam, Qui poſt me ve-
niens mihi prepoſitus fuīſe, quia excellentior me erat.

16 Et ex plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

17 Quia Lex per Moſen data eſt: gratia & veritas per Iesum Christum facta eſt.

18 Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui eſt in ſuā Patris, ipſe enarrauit.

15 Ioannes teſtificatur.) Nūc recitat quale fue-
rit Ioannis praecōni. Verbo p̄fentis temporis
continuum aſtū designat. Et certē perpetuō vi-
gore debet hēc doctriṇa, acſi vox Ioānis perpe-
tuō aurib. hominū inſonaret. Sic Clamanda ver-
bum deinde ponit, vt Ioannis doctriṇā minimē
obſcuram vel ambagiſ implicitam fuīſe ſigni-
ſeret: nec illū ſuſurraſe inter paucos homines, ſed
palam alta voce p̄daciebat Christum. Prima ſen-
tentia huc ſpectat, Christi cauſa fuīſe miſumita
que abſurdum eſſe vt ipſe emineat iacentē Chri-
ſto. Hic eſt, inquit, de quo dicebam. quib. verbis in-
telligit ſibi hoc ab initio fuīſe propositū vt Chri-
ſtus innotſceret, atq; hunc ſuarum concionum
fuīſe finem: ſicuti non aliter legationis ſuā mu-
nus exequi potuit quām ad Christum diſcipulos
ſuos vocādo. Qui poſt me venit. Tametsi aliquot
mensib. maior nati erat quām Christus, hīc tamē
de aſtate non agit: ſed quia Propheta ſuīſe exer-
cuerat aliquo téporis ſpatio priuſquā in medium
Christus prodiret, ideo ſe rēpare facit priorem.
Ergo publica maniſtationis reſpectu Christus
Ioannē ſequutus eſt. Quā ſequuntur, ad verbum
ſic habēt, Ante me factus eſt, quia prior me erat.

Sensus autem eſt, Christum iure p̄latum fuīſe
Ioanni, quia excellentiō eſſet. Cedit igitur Chri-
ſto, & lampadem (vt prouerbio diciunt) illi reſi-
gnat. Sed quia posterior tépore exortus eſt, hoc
non obſtare admeton quominus prefeſerendus ſit
pro dignitatis ſuā merito. Sic omnes qui vel do-
nis Dei vel honoris gradu excellunt, manere in
ſuo gradu decepti, vt inſra Christum ſubſidant.

16 Et ex plenitudine.) Nūc de Christi offi-
cio coniōnari incipit, quod bonorum omnium
aſſuentium in ſe contineat, ita vt non aliundē
vlla pars ſalutis petenda ſit. Apud Deum quidem
eſt ſons vita, iuſtitia, virtutis, ſapiencia: ſed ſons
nobis occulitus & inacceſſus: ſed horum omnīū
copia nobis in Christo expoſita fuīſe, vt inde pe-
tere liecat. Vlro enim ad nos fluere paratus eſt;
ſi modō transiſtum illi fide deinus. Pronuntiat in
ſumma, extra Chriſtum nihil proſuſus querendū
eſſe boni. Quānquam hēc ſententia pluri-
bus mēbris conſtat, priuē enim ostendit omnes
nos ſpiritualium bonorum inopem proſuſis ac va-
cuos eſſe. In hoc enim abundat Christus vt deſe-
ſtui noſtro ſuccurrat, vt egeſtatem ſubleuet, vt
ieiunos ac famelicos ſatiat. Secundō admo-

Cap. I. net, simulatque à Christo discessimus, frustra nos vel guttam vnam boni querere: quia in ipso solo Deus quicquid est bonorum residere voluit. Ergo Angelos & homines aridos, inane cælum, sterilem terram, omnia denique nihil reperiemus, si aliter quam per Christum velimus fieri donorum Dei participes. Tertio admonet minimè timendum esse ne quicquam nobis desit, si modo hauriamus ex Christi plenitudine: quæ sic numeris omnibus perfecta est, ut sensu finius verè incœlus sit fontem. Et Iohannes vnum se ex reliquis facit, nō modestię caus, sed ut clarius pateat neminem proflus excipi. Dubium tamen est generaliter de toto genere humano loquatur, aut tantum eos intelligat qui post Christum in carne exhibitum plenus facti sunt bonorum eius compotes. Certum quidem est, pios omnes, qui sub Lege vixerunt, ex eadem plenitudine hausti: sed quia Iohannes mox temporum discrimen subiicit, magis probabile est hic propriè ab ipso commendari vberem istam bonorum copiam: quam Christus aduentu suo prouulit. Scimus enim parcius sub lege gustata fuisse Dei beneficia: Christo autem in carne exhibito, quasi plena manu effusa fuisse ad satiatem. Non quod vberiore quisquam nostrum Spiritus gratia absudet quam Abraham: sed de ordinaria Dei dispensatione & de modo ac ratione dispensandi loquor. Ergo Iohannes, vt discipulos suos melius ad Christum inquit, pronuntiat omnibus in eo propositam esse bonorum quibus destituunter copiam. Quanquam si longius extendere placeat, nihil in eo etiam erit absurdum: in contextus non male hoc modo fluct. Omnes ab initio mundi Patres à Christo hausti quicquid habuerint donorum: quia tametsi Lex per Mosen data esset, non tamen inde gratiam obtinuerint. Ego tamen quid mihi placeret, prius ostendam: necepsim quod hic cum Patribus nos Iohannes conferat, vt hac comparatione quod nobis datū est amplificet. *Egregiam pro gratia.* Quomodo locum hunc exponat Augustinus fatis notum est, Quicquid scilicet bonorum idem nobis à Deo suggestur, & tandem vitam æternam, non meritis nostris rependi, quasi debitam mercedem: sed hoc merita esse liberalitatis quod priores gratias ita remunerat Deus, & doma in nobis sua coronat. Piè quidem id & scitè dictum, sed ad præsentem locum minus aptè. Simplicior esset sensus si comparatio acciperet particularē: scilicet diceret, Quasunque in nos gratias cumulant Deus, pereque ex hoc fonte manare. Posset etiā accipi quasi nota finalis causa, Nos gratiam nunc accipere, vt aliquando Deus operas salutis nostra cōpletat: quod erit gratiæ complementum. Ego tamen eorum sententia potius subscrivo qui nos irrigari dicunt effusis in Christum gratias. Quod enim à Christo accipimus, nō modo tanquam Deus nobis largitur, sed Pater in eum contulit, quod tanquam per canalem ad nos manaret. Hæc est vñctio qua delibutus fuit, ut nos secum omnes vngaret. vnde & ille Christus vocatur: nos, Christiani.

17 Quia Lex per Mosen. Est prolepsis, in qua prævenit contrariam exceptionem. Tanti enim erat apud Iudeos Moses, ut ægredi quicquam ab eo diuersam admitterent. Docet ergo Euangeliſt quanto inferius fuerit Mosis ministerium Christi potestate. Simul comparatio hæc Chri-

sti virtutem non parum illustrat, nam quum Moſi nihil nos deferrent iudei, admonet Euangeliſta per quam exiguum esse quod ille attulit, si cum Christi gratia conseratur. Erat enim aliqui magnum obstaculum, quod se ex Lege habere putabant quæ nonnisi per Christum conseruitur. Ceterum notanda est antithesis, quæ Legem opposit gratiæ & veritati: nam utrumque horum legi defuisse significat. *Veritas* autem, meo iudicio, pro firma & solida rerum stabilitate capitur, per nomen *Gratia* spirituale eorum complementum intelligo quorum nuda litera in Lege continebatur. Ac possumus due istæ voices per hypallagen eodem referri: ahi dixisset, gratiam, quia constat Legis veritas, in Christo, aemum exhibitam fuisse. Verum quia idem manebit sensus, connectane an distinguas parum intereat. Hoc quidem certum est, Euangeliſtam velle in Lege adumbratam duntaxat fuisse spiritualium bonorum imaginem, in Christo vero solidè praestari: vnde sequitur, si Legem à Christo separas, nihil illi restare preter inanes figuræ.

Qa ratione dicit Paulus ad Coloss. illic esse vmbra, in Christo corpus. Neque tamen imaginan-^{Coloff. 2.c.} dunt est quicquam fallaciter in Lege fuisse ostendit: Christus enim anima est quæ vivificat quod alioqui est in Lege mortuum. Sed hæc aliud agitur, quid scilicet Lex per se & absque Christo valeat, negat autem Euangeliſta quicquam in ea solidum inueniri, donec ad Christum ventum fuerit. Porro vritas hæc in eo consistit quod per Christum obtinemus gratiam, quam Lex minimè potuit conferre. Itaque gratiæ nomen generaliter accipio tam pro gratuita peccatorū remissione quam pro renouatione cordis, nam quom hæc discrimen Veteris & Novi testamenti breuiter notet Euangeliſta (quod fusius describitur à Ier.) ^{tere. 31.c.} quicquid ad spiritualē iustitiam spectat, hoc verbo complectetur. Eius autem duæ sunt partes, quod gratis se nobis Deus reconciliat, peccata nō imputando: & quod Legem suā cordib. insculpit, ac intus per spiritum suum in illius obedientiam homines reformati: vnde appetat Legem perperā ac falsè exponi, si quos in se retineat, vel impedit quoniam ad Christum accedant.

18 Denim nemo vidit unquam. Aptissimè hoc ad proximæ sententiae confirmationem additum. Cognitio enim Dei, ianua est quæ in bonorum omnium fruitionem ingredimur. Ergo quam se Deus nobis per solum Christum patefaciat, hinc etiam consequitur, omnia à Christo petenda esse. Hæc doctrina series diligenter notanda est. Nihil magis tritum videatur, quam pro fidei sui modo percipere vñquaque nostrum quæ Deus nobis offert: sed pauci sint qui cogitent vas fidei & notitia Dei afferendum esse, quo haurianus. Quod Deum à nemine vides esse dicit, non tantum de externo corpore oculi asperbi intelligendū: nā generaliter significat, quum Deus lucem habitet inaccessam, non posse nisi in Christo, viua sua imagine, cognosci. Porro hunc locum ita vulgo exponunt, Quum nuda Dei maiestas in se sit abscondita, nunquam potuisse comprehendiri, nisi quatenus se in Christo manifestauit. Dei ergo nō nisi in Christo Patribus olim fuisse cognitum. Ego verò potius hic Euagelistā in cōparatione iam adducta insistere fentio, quāc scilicet nostra quād Petrum conditionis sit potior: quia Deus, qui prius in arcana sua gloria

Hab. 1,4. 3. gloria latebat, se nunc quodammodo visibilem fecerit. Nam certè quin vocatur Christus ex-prefla Dei imago, id ad peculia et Noui testamenti beneficium pertinet. Sic etiam hoc loco Evangelista nouum & insolitum quiddam designat, quin Virginitum, qui erat in sinu Patris, nobis exposuit dicit quod alioqui occutunt erat. Dei ergo manifestationem quae per Euangelium nobis allata est, commendat, quia nos à Patri, discerneris, facitque illis superiores. **Quemadmodum** & Paulus fatus tractat, nullum enim, ut sub Legi, amplius veloni esse prædicat, sed Deum palam in Christi facie conspicit. Sicut absurdum videtur Patres Dei notitia priuari, ex quibus Prophetæ nobis s' hodie etiam faciem præferunt: respondeo, non simpliciter aut præcisè illis negari quod nobis tribuitur, sed minoris & maioris (ut loquuntur) siere comparisonem: quia illi patrua tantum viuæ lucis scintillæ habebant, cuius plenus hodie fulgor nos illustrat. Si quis excipiat, Deum tunc quoque facie ad faciem esse vixini, dico alpeatum illum minime cù nostro conferri: sed prot' tunc solebat Deus obscure & quasi procul se ostendere, quib' clarius apparuerat, iij le facie ad faciem vidisse

6. Cor. 14, 3.

6. 1 Cor. 14, 3.

6. 1 Cor. 14, 3.

dicunt, itaque temporis sui respectum habent: interim Deum non videbant nisi multis involucris obiectu. Singularis fuit visio illa & reliquis serè omnibus excellentior, quam in monte Mæses impetravit, & tamen nominatum Deus pronuntiavit, **Exod. 33, 23.** Faciem meam videre non poteris, tamèr vide-
bis tergum meum. Quia metaphore plene & liquide reuelationis tempus nondum venisse significat. Et etiam notandum, Patres, quum Deū aspicere vellent, semper oculos ad Christū vertif-
sc. Non tantùm hoc intelligo quòd Deum in æ-
terno suo Serinone intuiti sunt, sed quòd ad promissam Christi manifestationem tota mente to-
toque cordis affectu intenti erant. Quia ratione diceat Christus ipse cap. octauo, Abraham vidit diē meū. Porro quod subalternatu non pugnat. Ma-
net ergo illud fixū, Deū, qui prius erat inuisibilis, nunc in Christo aperitus. Quoniam dicit **I. Iacob in** **simil. Patris fratre,** sumpta est ab hominibus tristitia, qui in sinu suum admittere dicuntur quibus-
cum arcana omnia communicant. Sedes consiliij pectus est: ergo Filiu ab intinuis secretis Patri fuisse docet, ut Iesu. nus in Euangeliō nos habere
quasi apertum Dei pectus.

**19. Et hoc est testimonium Iohannis, quando misericordia Hicroselyma Sacerdotes & Le-
uias, ut interrogarent eum, Tu quis es?**

20. Et confessus est, & non negauit: confessus est, inquam, Non sum ego Christus.

**21. Tunc interrogauerunt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Non sum. Propheta es tu? Et re-
spondi, Non.**

22. Dixerunt ergo illi, Quis es? ut responsum deinceps iis qui misericordia nos quid dicis de teipso?

23. Ego, inquit, vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, quem ad modum dixit Iesu. nus Propheta.

19. Et hoc est testimonium.) Hactenus Iohannis concionem de Christo habitam retulit Euange-
lista: nunc descendit ad testimonium magis ce-
lebre, quod Sacerdotum legatis redditum fuit ut Hieroselymam perferrant. Dicit ergo Iohannem aperte professum esse quorsum à Deo missus es-
set. Quaritur primùm quo consilio ipsum inter-
rogauerint sacerdotes. Vulgo existimant Christi odio falsum honorem Iohanni eos detulisse, atqui tunc nondum illis innotuerat Christus. Dicunt alij placuisse magis Iohannem, quod ex genere ac ordine Sacerdotali esset. Sed ne hoc quidem est probabile, nam quum fausta omnia sibi à Christo promitterent, cur sponte finxissent sibi fal-
sum Christum? Proinde alia ratione inductos fuiss' arbitror. Diu iam caruerant Prophetis: Iohannes repente & ex insperato prodierat. ere-
& ex expectatione erant omnium animi. Adde quod propinquum Messia aduentum omnes ani-
mis conceperant. Ne in officio suo torpere vi-
deantur Sacerdotes si rem tanti momenti neglig-
ant aut dissimilant, querunt ex Iohanne quin-
nam sit. Ergo initio nihil aliud egerunt: quin potius redempcionis desiderio impulsu seire cu-
piunt an Iohannes sit Christus: quia visitatum in Ecclesia ordinem mutare incipit. Neque tamen nego quin sinu retinèdi sui iuris ambitio apud eos valuerit: sed tamen nihil minus habebant in
animo quām Christi honorem ad alium trans-
ferre. Nec quecum agunt à persona quam su-
stinent vienam, nam quum gubernacula tene-
rent Ecclesias Dei, curare eos decebat ne quis se temere ingeteret, ne quis emerget nouæ sectæ

author, ne fidei unitas in populo scinderetur, ne-
quis nouos & extraneos ritus in medium profer-
ret. Apparet ergo vulgata fuisse de Iohanne famam quæ omnium mentes excitauerit. Hoc autem admirabili Dei prouidentia gubernatum fuit, quo illustrius esset hoc testimonium.

20. Et confessus est.) Hoc est, planè & sine am-
bagiis vel vila simulatione confessus est. Con-
sistendi verbum priore loco in genere capit, quod rem ut erat exposuerit. Secundò referunt ad exprimendum confessionis formam. Dicunt ergo respondit se non esse Christum.

21. Elias es tu? Cur Eliam potius quam Mo-
sen nominant? Quia ex propheta Malachia **Malac. 4, 5.** hunc exorientis Messiae quasi luciferum fore te-
nebant. Hoc tamen ex opinione falso praesumpta querunt, nam quum hominis anima putarent ex vno corpore ad aliud migrare, dum Malachias propheta Eliam mittendum denuntiavit, Eliam il-
lum qui sub Achab vixit, imaginabantur ventu-
rum esse. **Marc. 9, 1.** Quare inerito & verè respondet Iohannes se non esse Eliam: loquitur enim ex eorum sensu. Christus autem ex genuina Prophetæ in-
terpretatione Eliam ipsum esse affirmat. **Pro-
phetæ tu?** Perperam. Erasmus ad Christum restringit. Nam quod articulus additur, pul-
lam emphasis haberet in cloco: & postea satis de-
clarant legati se alium à Christo Prophetam in-
tellexisse, ita enim subsumunt, Si neque Christus es, neque Elias, neque Propheta, diuersas itaque personas videmus notari. Alij cœcitatios putant an esset aliquis unus ex veteribus Pro-
phetis: sed neque hæc expostio nisi probatur.

Cap. I. Potius hoc nomine Iohannis officium designant, an constitutus sit à Deo Propheta. Dum hoc negat, non modestia causa mentitur, sed sincerè & ex animo se à numero Prophetarum segregat. Nec tamen pugnat hoc responsum cum Christi elogio. Iohannem Christus ornat titulus Prophetæ: inquit addit ipsum esse plus quam Prophetam. Sed illis verbis nihil aliud quam fidem & autoritatem eius doctrina vendicat: & si uulneris illi iniuncti præstantiam extollit. Iohannes autem hoc loco aliud spectat, ne uice quod nullū proprium mandatum habeat, ut ordinarius mos Prophetarum fuit: sed tantum præcepsit Christo destinatus. Similitudine hoc clarius patet. Qui cuncte etiam de rebus non magnis mittuntur legati, nomine & iuslegatorum obtinet, siquidē propria habent mandata. Tales fuerunt omnes Prophetæ, qui certis vaticiniis instructi, propheticum manus exercuerunt. Si qua res maximij oderis agatur, ac duo mittantur legati, quorum alter mox ad futurum nuntiet qui de teta rei summa transfigit, hic posterior confidiens negotij mādatum habeat: annō prior legatio pars & appendix huius præcipua censembitur: Hac in lectione ratio valuit, cui nihil aliud iniunxit Deus nisi ut Christo discipulos pararet. Atque hic sensus ex circumspecta loci contextuq[ue] facile elicetur. Nā oppositum membrum, quod inox tenuit, expendere conuenit. Ego, inquit, non sum Propheta, sed vox in deserto clamans. Quare hinc pendet discrimen, quod vox clamans ut pareatur via Domino, nō sit Propheta separata & ubi propriam

functionē habens, sed subalternus tamē minister (vt ita loquer) & eius doctrina, quædam duntaxat audiendi alterius magistri præparatio. Hoc modo Iohannes, quanu[m] Prophétis omnibus excellenter non tamē est Propheta.

23 Vox clamans in deserto. (Quia docendi patres tibi temere sumpsiſſerit nisi ministerio prædictis ostendit quād sit sua functionē eāmque Iesaiæ 1es. 40. b. 3. testimonio cōprobavit, unde sequitur, eum nihil nisi Diuinitus iuslum agere. Iesaias quidem non de uno Iohanne illic loquitor: sed Ecclesiæ instauratiōem promittens, futurum prædicit ut adhuc audiatur letæ voces, viam iubentes sternere Dominum. Tamē autem Dei aduentum notat, quum à Babylonico exilio populum reduceret: verum tamen complementum fuit Christi in carne manifestatio. Ergo in præcorib[us] qui Dominum appropinquare nuptiarunt, principatum habuit Iohannes. Porro argutè ph[ilosophi] in vocis nomine (quod nō nulli faciunt) si uel in est. Vox dicitur Iohannes, quia imposita illi sit clamandi provicia. Allegoricè quidem Iesaias desertū vocat miseram Ecclesiæ vastitatem, quæ populo redditum negare videbatur: ac si diceret transitū quidem obſtructum esse captivo populo, sed Dominum viam reperturum per iniua. Sed desertum illud visible in quo Iohannes concionabatur, sym bolū vel imago erat vasta solitudinis quæ ſchēliberationis tollebat. Si h[ic] similitudinē reputes, scilicet videbis nō terqueri Propheta verba. Nā ita Deus omnia cōposuit, ut populo suis miseriis attinu[n]to ante oculos ponere huius vaticinij ſpeculū.

24 Porro qui fuerant mis̄eri, erant ex Pharisæis.

25 Itaque interrogauerunt eum, & dixerunt illi, Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?

26 Respondit illis Iohannes, dicens, Ego baptizo in aqua: medius autem iuster vos stat quem vos nefatis:

27 Ipse est qui post me veniens, mihi prælatus est: cu[m] ego non sum dignus foluere corrigiam calceamenti.

28 Hac in Bethabara facta sunt trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans.

24 Erant ex Pharisæis.) Dicit suisse Pharisæi, qui tunc priuatum tenebant in Ecclesia: ut sciamus nō suisse cōtempcibiles aliquos ex grege Leuitarum, sed homines authoritate prædictos, hinc sit ut de Baptismo quæſtionem moueantur. Vulgares ministri qualicunque responſo cōtentii fuissent: illi autem, quia elicere nequeunt quod cuperent, temeritatem insimulat Iohannem quod nouum ritum inducere audeat.

25 Quid ergo baptizas.) Quim hos tres gradus cōstituant, videtur aptè ratiocinari. Si nec Christus es, nec Elias, nec Propheta, neque enim cuiusvis est Baptismi uolum instituere. Penes Messiā futura erat omnis potestas: de vētro Elia hanc opinionem conceperant, quod ab eo inchoanda esset regni & Ecclesiæ instauratio. Prophetis etiā Dei cōcedunt ut prouinciam sibi iniunctam obbeant. Constituant igitur nouitatem esse illicitā, quod Iohannes baptizat, quoniam nulla illi publica persona à Deo imposta sit. Sed in eo falluntur quod Eliam illum esse non agnoscunt cuius sit intentio apud Malachiam: tametsi Eliam se esse negat quem ipsi sonniabant.

26 Ego baptizo aqua.) Hoc ad corrigendum eorum errorem satis valere debebat: sed profe-

tu catet clara alioqui admonitio apud ſurdos, nam quim ad Christum eos mittit, iamque eum adesse pronuntiat, hinc conſtat, non modo Diuinitus constitutum esse ut fit Christi minister, sed esse verum Eliam qui ad restandam Ecclesiæ renovationem missus fit. Porro nō exprimitur hic plena antithesis: quia diserte spiritualiter Christi Baptismus non opponitur externo Iohannis Baptismo: sed facile subaudiri pe[re]t istud posterius membrum de Baptismo Spiritus. & paulo post Euangeliſta vt runque ponit. Duo autem huius responſionis ſunt capita: quod Iohannes nihil præter fas ſibi uerp[er]pet: quia authore Baptismi ſui Christum habet, in quo conſtat ſigni veritas, deinde quod nihil habeat præter externi ſigni administrationem, vis autem & efficacia penes unum Christum tota ſit. Ita Baptismum ſuam afferit, quatenus eius veritas aliunde pendet: interim verò ſibi adiumento Spiritus virtutem, Christi dignitatem extollit, ut in eum ſolum respiciant homines. Hoc optimum est temperamentum, ubi minister quicquid authoritatis ſibi vindicat, ita mutuat[ur] à Christo ut etiam ad eum referat, illi ſoli omnia tribuens. Ceterum nimis leui hallucinatione factum est quod Joha-

Iohannis Baptismum à nostro diuersum esse putarunt, neque enim hic Iohannes de Baptismi sui virtute & visu disputat, sed tantum cum Christi persona suam conferit. Quidammodum hodie si queratur que sunt nostra & Christi partes in Baptismo, facili oportet Christum solum praetare quod Baptismus angusat, nos præter nudum signi dispensationem nihil habere. Duplex est in Scriptura de sacramentis loquendi modus, nam alibi docet Iudaicum esse regenerationis, illic ablui peccata, nos inseri in Christi corpus, crucifixi veterem nostrum hominem, nos in vita nouitatem resurgere. Ac tunc quidem Christi virtutem hominis ministerio coniungit: vt certe nihil aliud est minister quam Christi manus. Quare eiusmodi loquutiones non quid per se conferat homo, sed quid per hominem & signum, tanquam sua organa efficiat Christus, ostendunt. Verum quia proculius est in sua erstitutionem lapsus, deinde homines pro ingenita sibi superbia erectum Deo honorem ad se rapiunt, ideo Scriptura, vt sacrilegam han infolientiam con pœcat, ministros inter iudeum Christo diligenter, ut hoc loco: ut sciamus nihil ministros esse vel posse. *Medias inter eos.* Eorum scordiam obliquè perstringit, quod Christum ignorant, ad quem maxime animos aduertere debebant, ac semper hoc sedulo inculcat, nihil de suo ministerio posse cognosci donec ad authorem ipsum ventum fuerit. Dicit Christum inter eos

medium stare, vt ad eum cognoscendum studia exciter. Summa autem huc credit, vt se deinceps quantum fieri potest, ne qua in parte honor illi perperam delatus Christi præst intum obsecetur. Probabile autem est has illi sententias frequentes fuisse in ore, quin videret se immodice peruersis hominum iudicis extollit.

27 *Quipost me veniens.*) Duo hinc dicit, Christum à se tempore quidem secundum, sed gradu dignitatis longe priorem esse: quia Pater illum omnibus prætererit. Tertium paulo post addet, Christum ideo alius omnibus præpositum esse quia iure alias omnes antecellit.

28 *Hac in Bethabara.*) Loci notatio non tantum ad fidem historiæ spectat, sed etiam ut sciamus in celebri hominum conuentu datum fuisse hoc responsum. Multi enim ad Iohannis Baptismum confluabant: hic autem ordinarius illi ad baptizandum locus erat. Et præfatus fuisse Iordanis tructum: unde & nomen deducitur: nam interpretantur dominum transitus. Nisi forte eorum opinio magis placet, qui ad memorabilem populi transitum hoc referunt, quem Deus per medianas aquas viam *Iosue 3 c.13.* sub Iosua patet fecit. Alij legendi potius iudicant Bethabara, Bethania nomine inscritæ hic à quibusdam positum fuit: nam postea videbimus quam vicina Hierosolymæ fuerit Bethania. Bethabaræ autem situs, quem topographi describunt, optimè cum Euangelista verbis conuenit, quanquam de vocis pronuntiatione non contendo.

29 *Post id die videt Iohannes Iesum venientem ad se,* & dicit, *Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi.*

30 *Hic est de quo dixi, Post me venit vir qui mihi præpositus est:* quia excellentior me erat.

31 *Et ergo non nouera eum: sed ut manifestare tur Israeli, propterea ego veni aqua baptizans.*

32 *Et testificatus est Iohannes, dicens, Ego confuxi Spiritum descendenter in star columba è celo,* & mansit super eum.

33 *Et ego non noueram eum: sed qui me misit ad baptizandum aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum descendenter, & manente super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto.*

34 *Ego itaque vidi, & testificatus sum quod hic est Filius Dei.*

29 *Postridie.*) Non dubium est, quin iam prius de Messia exhibitione verba fecisset Iohannes: sed quum exortus est Christus, voluit brevi tempore innotescere illius præconium: & iam instabat tempus quo Christus finem illius ministerio adferret: quemadmodum sole exerto aurora subito euaneat. Ergo quum Sacerdotibus legatis testatus esset adesse iam & verari in medio populi à quo Baptismi veritas & virtus petenda esset, postridie eum palam ostendit. Hec enim duo continua temporis serie coniuncta, plus ad mouendos animos valent. Hæc eadem ratio est cur Christos se in eius conspectum offerat. *Ecce Agnus Dei.* Præcipuum Christi officium breviter quidem, sed dilucidè exponit, quod scilicet peccata mundi mortis sua sacrificio tollens, homines Deo reconciliat. Alia quidem beneficia nobis confert Christus, sed hoc sumum, & ex quo reliqua dependent, quod iram Dei placido, facit ut iusti & puri censeamur. Ex hoc enim fonte profluunt omnes bonorum riu, quod Deus peccata non imputando in gratiam nos recipit. Ideo Iohannes ut nos ad Christum adducat, à gratuita, quam per ipsum consequimur peccatorum venia exordium facit. Porro in voce Agni ad vetera Legis sacrificia alludit. Erat illi cum

Iudeis negotiis, qui sacrificii affueri, alter de peccatorum expiatione doceri non poterant quam proposito in medium sacrificio. Quum autem variae fuerint species, una luc per synecdochen ponitur. & probabile est Iohannem ad agnum Paschalem respexisse. In summa notandum est, Iohannem hac loquutione vnum esse, quæ ad docendos Iudeos aptior erat, & plus habebat energiæ. quemadmodum nos hodie propter Baptismi vnum melius apprehendimus quid valeat peccatorum remissio sanguine Christi parta, quum audimus nos illo ablui & purgari fordibus nostris. Inter ea quum superstitiones de sacrificiis vulgo Iudei sentirent, vitium illud obiter corrigit, quorsum spectariæ illa omnia admisionis. Hic pessimus erat sacrificandi abusus, quod in symbolis defixam habebant fiduciam. Ergo Iohannes Christum proponens, ipsum testatur esse Agnam Dei: quo significat, quascunque sub Legi victimas Iudei offerre soliti erant, minime ad peccata expienda valuisse, sed fuisse tantum figuræ, quarum exhibita fuerit veritas in Christo ipso. Peccatum singulari numero pro quauis iniquitate ponit: ac si diceret, quicquid est iniuristiæ quod Deum ab hominibus alienat, per Christum tolli. Et quam dicit *Mundi peccatum*, hæc gratiam

C. I. ad totum genus humanum promissæ extendit: ne sibi soli Iudei misum Redemptorem patet. sed hinc colligimus vniuersum in dūm eodem constringi reatu, & quia cuncti sine exceptione mortales rei sunt iniuritiae coram Deo, reconciliatio nre opus habere. Ergo Iohannes generaliter de mundi peccato loquens, nos propriæ miseria fensu afflere, & querendū remedium hortari voluit. Nunc vero quod omnibus offeratur beneficium, amplecti nostrum est: vt statuant singuli nihil sibi oblitare quominus reconciliationem in Christo inueniant, si modo duce fide ad ipsum accedant. Porro vnicam tollendis peccatis rationem statuit. Scimus, ab initio mundi, quum omnes coniuctos teneret propria conscientia, anxie in promerendo venia laborasse. Inde tot expiationum genera, quibus Deum placari falso putabant. Fator quidem adulterinos omnes placationum ritus è sancto principio origine duxisse: quia scilicet Deus sacrificia insti tuerat quæ homines ad Christum dirigeret. Sed tamen proprium sibi quisque placandi Dei modum confixit: Iohannes autem nos ad unum Christum reuocat, nec aliter quām eius beneficio Deum nobis esse propitiū docet: quia ipse v nus tollit peccata. Quare non aliud peccatori bus reliquum facit nisi vt ad Christum confugiant: quo humanas omnes satisfactiones, piacula omnia & redempções eruerit: vt certe non nisi impia commenta sunt diaboli asti inuenta. *Tollendi* verbum bifaria exponi potest: vel quod Christus onus quo eramus oppressi in se receperit, quemadmodum dicitur peccata nostra in ligno portasse: & Iesaias dicit pacis nostra correptionem illi fuisse impositam) vel quod peccata aboleat. Sed quia hoc posterius pendet à priore, ideo libenter utrumque recipio, quod scilicet Christus peccata nostra ferendo auferat. Quanuis ergo peccatum in nobis perpetuò haret, tamen quo ad Dei iudicium, nullum est: quia abolitum Christi gratia, nobis non imputatur. Nec displicet quod Chrysostomus annotat, verbo præsentis temporis continuum actum designari. nam expiatio, qua semel defunctus est, semper viget. Cæterum non simpliciter peccatum à Christo tolli docet, sed modum simili designat, quod scilicet Patrem nobis propitiauerit mortis sua beneficium. hoc enim sub Agni nomine intelligit. Sciamus ergo tunc nos deinde Christi gratia reconciliari Deo si recta ad eius mortem nos conferimus, & statuimus illum cruci affixum vnicam esse victimam expiatriarem, qua sublatus est omnis noster reatus.

*1. Pet. 2. d.
2. 4.
Ies. 53. b. 5.*

30 Hic est de quo dixi.) Summatim comprehendit omnia, quum Christum affirmat esse quæ sibi præferendum docuit. hinc enim sequitur, Iohannem nihil quām preconem esse in illius gratiam missum: unde rursus constat Christum esse Messiam. Porro hic tria enumerat, nam quum dicit virum post se venire, significat se tempore suis se priorem, vt viam Christo pararet, iuxta Malachij testimonium, Ecce mitto Angelum meum coram facie mea. Quum dicit sibi præpositū, hoc ad gloriam referunt, quia Deus filium suum ornauit quum prodit in mundum ad exemplum Redemptoris manus. Ratio tandem subficitur, quia Christus dignitate Iohannem longè supereret. Nō fuit ergo aduentius honor quem illi detulit Pater, sed æternæ eius maiestati debitus. Cæterum

de hac loquutione suprà non nihil attigi, præpositum scilicet esse, quia primus erat.

31 Etego non noueram.) Ne suspectum sit testimoniū quasi amicitia vel gratia datum, dubitationē præuenit, aliam se Christi notitiam habere negans quām quæ diuinus obtigit. Summa ergo est, Iohannem neque ex suo sensu, neque in hominis gratia, sed instinctu Spiritus & Dei mandato loqui. Veni, inquit, aqua baptizans. hoc est, vocatus sum & ordinatus ad hoc munus, vt cum patefacerem Israeli. Quod postea Iarius exponit & confirmat Euangelista, dum ipsum testificantem inducit quod Diuino oraculo Christum cognitum habeat. Pro eo quod hic habetur, Veni ad baptizandum, illic disertè exprimit se misum esse, sola enim est Dei vocatio quæ legitimi Ecclesia ministros facit, quicunque vel ultiro ingerit, quacunque pollet vel doctrina vel facultas, nihil tamen autoritatis mereatur, quia Deum authorem non habet. Quin autem Iohannem, vt legitiū baptizaret, oportuerit à Deo mitti, hinc collige non esse in illius hominis arbitrio Sacra menta instituere: sed hoc ius vnius esse Dei proprium. Sicut alibi Christus, vt Iohannes Baptizans probet, querit sine ē celo, an ab hominibus.

Matt. 3. 14.

32 Vidi Spir. descend. in star columba.) Impræpria est vel figurata loquutio, quibus enim oculis Spiritum videre poterat? Sed quia columba certum & minimū fallax præsentia Spiritus symbolum erat, Spiritus inctonymicè vocatur: non quod verè sit, sed quod ostendat quantum fert hominis captus. Atque haec translatio trita est in Sacramentis, cur enim Christus panem appellat corpus suum, nisi quia rei nomen apèt ad signum transfertur, præsertim vbi signum, verum & efficax simul pignus est quo certiores reddiuntur, rem ipsam quæ signatur nobis præstari? Non tamen intelligas Spiritum sub columba inclusum fuisse, qui cælum & terram implet, sed virtute fuisse præsentem: vt sciret Iohannes non in fustra oculis suis obiici tale spectaculum. Quemadmodum nos Christi corpus scimus non alligatum esse pani, sed eius tamen participatione fruimur. Iam queritur cur sub columba forma Spiritus tunc apparuerit. Tene, da semper eit signorum analogia cum veritate. Quoniam spiritus Apo. 10. 1. 4. 5. stolis daretur, vīsa sunt ignis linguis & dissecta, quod spargenda esset per omne in cursu Euangeli prædicatio, & igneā virtutem habitura. Sed hoc loco Deus repræsentare palam voluit illam Christi mansuetudinem quam Iesaias *Ies. 42. 1.* commendat, Lignum sumigans non extinguerit, & calamus quasquam non confringet. Tunc enim primum Spiritus super eum descendere visus est: non quod prius eo vacuu fuisse, sed quia tunc quasi solenni ritu inaugurus fuit. Scimus enim instar hominis priuati per triginta annos latuisse: quia nondum manifestationis tempus aduenierat. Quoniam vero mundo se patefacere vellet, à Baptismo incepit. Tunc ergo non tam sibi quām suis accepit Spiritum, atque idēo visibilis fuit decessus ille, vt sciamus in eo residere donorū omnium copiam, quorum inopes & vacui sumus. Idque ex verbis Baptista colligere promptum est: quod enim dicit, Super quem videris Spiritū descendenter, ac manente super eum, is est qui baptizat Spiritu: perinde valet achi diceret, in hunc finem Spiritum confectum esse sub forma visibili.

Malach. 3. 2. 1.

vibili, & requieuisse super Christum, ut sua plenitudo omnes suos irrigeret. Quid sit baptizare Spiritu, super breuiter attigit nempe suum Baptismo effectum date, ne inanis sit vel irritus: quod Spiritus sui virtute praestat.

33 *Super quem videris.*) Hic nascitur difficultas quæstio, nam si Iohannes Christum non nouerat, cur recusat ad Baptismum admittere? Hoc certe ignoto non diceret, Ego abs te potius debo baptizari. Respondent quidam etenim fuisse cognitum, quod tanquam eximium Prophetam reueretur, Dei Filium esse nesciebat: Asqui si ergo id est hic solutio, debet enim quisque absole vilius persone respectu vocationi Dei parere. Itaque nulla est hominis dignitas vel excellentia quam nos in officio nostro impeditre debet. Quare Deo ciuiusque Baptismo fecisset injuriam Iohannes si alteri cuius, præterquam Dei Filio, sic loquatus esset. Ergo necesse est Christum prius fuisse cognitum. Primum notandum est, hic de notitia agi que ex consuetudine & mutuo usu gignitur. Tamen ergo Christum agnoscit ex quo videt, non tam en definit hoc verum esse, non fuisse sibi inuicem notos communis hominum

more: quin notitiae initium ex Deo profectum est. Nondum tamen pro�us soluta videat quæstio, dicit enim Spiritus conspectum fuisse indicationis notam, ac qui Spiritum nondum viderat quem illum tanquam Filium Dei alloquitur. Egō eorum sententię libenter subscrivo qui signū hoc confirmationis causa additū putant, neque id tam Iohannes respectu quam nostrī omnium. Solusquidē Iohannes videt, sed alii potius quam sibi. Buccrus illud Mosis aptè citat, *I loc v. bis erit signū, quod itinere tridai consecrato, sacrificabitis mihi in monte.* Certe quam exirent, iam faciebant Deum liberationis ducent ac præsidem esse: sed hac a posteriori (vt loquantur) confirmatione fuit. Sic ad priorem revelationem, quam Iohanni data fuerat, hoc auctorium accessit.

34 *Vt id est testatum sum.*) Significat nihil se dubium proferre: quia Deus probé & penitus illi comperta esse voluit quorum futurus erat mundo testis. Atque hoc notatum dignum est, ipsum esse testatum quod Christus esset Filius Dei, quia Spiritus sancti datorem Christum esse oporteat, quia in aliis neminem honor a cunctis hominibus Deo reconciliandi competit.

35 *Post id die rursus stabat Iohannes, & ex discipulis eius duo.*

36 *Et intuitus Iesum ambae ait dixit, Ecce agnus Dei.*

37 *Audierunt illum duo illi discipuli loguentem, & sequuntur Iesum.*

38 *Conuersus autem Iesus, & intuitus illos sequentes se, dicit ipsi, Quid queritis? Qui dixerunt illi, Rabbi (quod si interpretaris, expoñitur Magister) ubi manes?*

39 *Dicit illi, Venite & videte. Venerunt & viderunt ubi maneret, & apud eum manserunt diem illum hora autem erat fere decima.*

36 *Ecce Agnus Dei.*) hinc clarius patet quod iam prius admonui, Iohannem, quum sentiret se ad studij sui metam appropinquare, assidue instare solitum ut Christo lampadem tradaret, constantia etiam plus fideli testimonio conciliat. Sed quod continuis diebus tam sedulū in repetenda Christi commendatione insistit, eo admonet per etiam iam sibi esse cursum. Hic præterea videamus quam tenuē & humile Ecclesia principium fuerit, Iohannes quidem Christo discipulos parabat: sed Christus nunc deum Ecclesiam colligere incipit. Porro duos tantum habet obscuros & ignobiles homines: sed hoc quoque ad illustrandam eius gloriam facit, quod breui temporis spatio, non humanis opibus nec valida manu adiutus regnum suum miro & incredibili modo propagat. Porro notandum est quorūm præcipue homines adducunt, nempe ut in eo peccatorū remissionem inueniant. Sicut autem Christus se consulto discipulis obtulerat ut ad se venirent, ita nunc benignè venientes animat &hortatur. neque enim expectat dum ipsi priores verba faciant, sed roget, *Quid queritis?* Hec tam blaada & comis in uitatio, que semel duobus facta est, ad omnes nunc pertinet. Quare timendum non est ne se nobis subducat Christus, vel facilem accessum neget, si modo nos ad se alpirare viderit, quin potius manus porrecta conatus nostros iuuabit. Et quomodo non occurset ad se venientibus, qui vagos & errantes procul querent, ut in viam reducant?

38 *Rabi.*) Non men hoc primariis hominibus

& honore aliquo præditis commune erat: sed hic Euangelista alium temporis sui usum notat, quod scilicet hoc nomine salutabant doctores ac verbū Dei interpres. Tametsi ergo Christum non dum agnoscunt unicum Ecclesiæ magistrum, communio tamen Iohannis elegio, illum Prophetam & doctoris loco habent: qui primus est ad docilitatem gradus. *Vbi manes?*) Hoc exemplo docemur, talem ex primis Ecclesiæ rudimentis cōcipiendum esse Chirilli gustum qui nos ad proficiendi studium inflammeret, deinde non debere nudo & euaniido aspectu esse contentos, sed expectendum esse eius domicilium, ut nos ad se hospites recipiat. Sunt enim permulti qui Euangelium procul duntaxat olficiunt, arque ita finunt Christū subito euanescere, & effluere quicquid de ipso didicerat. Quanquam autē tunc non facti sunt perpetui eius discipuli, non tamen dubium est quin nocte illa plenius eos eruditus, ut paulo post sibi penitus addictos haberet.

39 *Hora autem erat fere.*) Hoc est, Instabat vespere, quia dux tantum horæ ad occasum usque solis restabant. Diem enim tunc in horas duodecim partebatur, qua aestate liores hysme breuiores erant. Ex hac tamen temporis circumstantia colligimus, duobus illis discipulis tantum audiendi Christi & propius noscendi fuisse ardorem, ut de nocturno hospitio solliciti non essent. Nos vero magna ex parte multum illis sumus dissimiles, qui sine fine procrastinamus: quia nobis nunquam commodum est Christum sequi.

40 *Erat Andreas, Frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant ex Iohanne, & sequuntur fuerant ipsum.*

Ca. I. 41 Inuenit hic prior fratrem suum Simonem: & dicit illi, Inuenimus Messiam, quod interpretando dicitur Christus.

42 Adduxit itaque eum ad Iesum. Intuitus eum Iesus dixit, Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod est, si exponas Petrus.

43 Erat Andreas.) Hinc spectat Euangelista consilium usque ad finem capituli, ut sciamus quomodo paulatim adducti fuerint Christo discipuli. Hic de Petro narrat, postea Philippum & Nathanaelem adiungit. Quod Andreas statim fratrem adducit, in eo exprimitur fidei natura, quae lucem intus suppressam non sufficit, sed potius huc illuc spargit. Vix scintillam vnam habet Andreas, qua tamen irradiat fratrem suum. Vx igitur cordis nostra, si plenius illuminati non alios ludemus eiusdem gratiae facere confortes. Intra duo animaduertere licet quae Iesuas exigit a Filiis Dei, nempe ut quisque manu proximi sui apprehendat: deinde ut dicat, Venite ascendamus in montem Domini, & ipse nos docebit. Fratri enim manu porrigit Andreas: sed interea hunc sine habet propositum ut sibi in Christi schola sit condiscipulus. Notandum praterea Dei consilium est, quod Petrum, qui fatus erat longe præstantior, Andrea opera & ministerio ad Christi notitiam deduci voluit: ne quis nostrum, quantumvis excellat, doceri a minori recusat. Graues enim morositas sua, vel potius superbia peccatas dabit qui propter hominis contemptum ad Christum venire non dignabitur.

I. 42.4.3.

41 Inuenimus Messiam.) Messiae nomen Graece interpretatus est Euangelista, ut quod arcana Iudeus erat, toti mundo vulgaret. Porro hic ordinarius erat Regum titulus, quemadmodum solennis illis erat vincio. Sed non ignorabant interea Regem unum diuinitus vngendum esse, sub quo speranda esset perfecta eternaque felicitas: præteritum quum terrenum Davidis regnum minus stabile experti forent. Deinde quemadmodum ipsos variis exumnis subactos & gravatos ad Messiae expectationem erexit, ita clarissim illis patefecit propinquum eius aduentum. Nam Danielis vaticinium per aliis illustrare est quantum ad Christi nomen spectat, non enim ut superiori Prophetae, Regibus illud tribuit, sed vnius redemptoris facit proprium. Hinc mos loquendi passim obtinuerat, quoties facta erat Messia aut Christi mentio, ne quem alium nisi Redemptorem intellegerent. Sic infra capite quarto dicit Samaritanus mulier, Messias venturus est. Quo magis

Dan. c. 9.

43 Perfridie volunt Iesu exire in Galileam: & inuenit Philippum: & dicit illi, Sequere me.

44 Erat autem Philippus ex Bethsaide, urbe Andreæ & Petri.

45 Inuenit Philippus Nathanaelem, & dicit illi, Inuenimus Iesum filium Joseph ex Nazareth: de quo scriptis Moses iu Lege, & Prophete.

46 Dicit illi Nathanael, Ex Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit illi Philippus, Veni & vide.

43 Sequere me.) Hac una voce quod accensus fuit Philippi animus ad sequendū Christum, inde colligimus quanta sit Verbi efficacia: sed non in omnibus promiscue appetit. Deus enim multos compellat nullo profectu, perinde acsi inani sonitu eorum aures verberaret. Externa igitur Verbi prædictio per se infructuosa est, nisi quod reprobos lethaliiter vulnerat, ut reddatur coram Deo inexcusabiles. Sed quum arcana

mirū est à tam paucis exceptū suisque qui iam cupide ab omnib. experebatur, & in ore omnium erat.

42 Tu es Simon, &c.) Christus Simoni nomine imponit, non ut fieri solet inter homines ex præterito aliquo eventu, vel ex eo quod iam certatur: sed quia Petrum factus us ipsum erat. Primum dicit, Tu es Simon filius Iona. Mutilum patris nomen ponit: quod satis vulgare est quum in alienas linguis nomina transferuntur. Nam ex capite ultimo palam constabit filium cuiusdam Iohanna, vel Iohannis. Hoc vero totum perinde valet ac si diceret, longè alium fore quam nunc sit. Neque enim honoris causa patrem commemorat: sed quum obscuro genere natus esset, ac nu lius inter homines existimationis, hoc sibi non fore obstatculo pronuntiat quominus reddit virum iniuncta fortitudinis. Ergo hoc tanquam vaticinium Euangelista commemorat, quod Simoni impositum fuerit nouum cognomen. Vaticinum intelligo, non tantum quia præviderit Christus futuram in Petro fidei constantiam, sed quia predixerit quid illi daturus esset. Ergo gratiani quia illum donare postea statuit, iam elogio commendat: ideo non dicit hoc illi in præfencia cognomen esse, sed differt in futurum tempus. Tu vocaberis Cephas, inquit. Pios quidē omnes Petros esse conuenit, qui in Christo fundati ad extrellum Dei templum aptetur: sed hic unus propter singularem excellentiam ita vocatur. Interea ridiculi sunt Papistæ, qui eum in Christi vice substituunt, ut sit Ecclesiæ fundamentum. Quasi vero non ipse quoque in Christo cum reliquis fundatus sit. Bis autem ridiculi, dum ex lapide caput faciant. Extrah enim in Gratiani rhapsodis insulsus canon sub Anacleti nomine, qui nomen Hebreum cum Graeco permutans, & ~~καὶ τοὺς~~ non distinguens à Cepha, Petrum putat constitutum hoc nomine Ecclesia caput. Porro Cepha Chaldaicum magis quam Hebreum est nomine: sed illa post Babylonicum exilium visitata erat pronuntiatio. Itaque in Christi verbis nihil est ambiguum. Petro enim quod minimè vnuquam superasset promittit: & sicut in eo gratiam leculis omnibus commendat, nequid illi obscur prior conditio, quum insignis hic titulus nouum hominem factum esse declarat.

Spiritus gratia illam vivificat, necesse est sensus omnes sic affici ut homines quoque Deus vocat sequi parati sint. Ergo rogandus Christus est ut eandem in nobis Euangelij potentiam exerat. Ceterum in Philippo sequendi Christi peculiares ratio fuit, iubetur enim sequi non modo ut quiuis nostrum, sed tanquam contubernialis & indiuiduus comes Sed tamen haec vocati si ecclisen est vocationis omnium,

44 Erat ex Bethsada.) Videtur data opera politum huius urbis nomine, quo illustrior in trib. Apostolis pateat Dei bonitas. Scimus quām seuerē vībi illi Christus alibi minetur ac maledicat. Quare ex gente adeō impia & scelerata quod aliqui à Deo in gratiam recepti sunt, perinde habendum est acti ex inferis educti essent. Quod autem Christus ex profunda illa abyso erectos tanto honore dignatur ut Apostolos constituant, id praeclarum & memorabile beneficium est.

45 Inuenit Philippus Nathanaelem.) Vt cung; hæc Ecclesiae incubanula despiciunt hebeat superbi homines, nonstrū tamen est maiorem in illis Dei gloriam petspiceret quām si magnificus ab initio & modis omnibus splendidus fuisset regni Christi status. Scimus enim in quantum mox segerem hoc exiguum semen extreverit. Porro idem hic adiscendit studium in Philippo nobis proponitur quod prius in Andrea. Modestia etiam notatur, quod nihil aliud cupit ac studet nisi vt habeat qui secum à communī omniū magistro discant. Inuenitus Iesum. Quām tenuis fuerit modulus fidei in Philippo hinc patet, quod de Christo quatuor verba profari nequit quin duos crassos errotes permisceat. Facit illum filium Ioseph, & patriam Nazareth falsò illi assignat: & tamen quia sincerè fratri suo prodebet cupit, & Christum patefacere. Deo probatur hæc eius fedulitas, & prosperum etiam successum habet. Danda guidem opera est vt se quisque intra fines suos sobriè continueat, nec sanè Euangeliſta hoc quasi laude dignum in Philippo commemorat, quod Christum bis deformet, sed eius doctrinam, vt cunq; virtiosa esset ac errore implicita, vilenū fusile refert: quia ad hunc scopum nihilominus tendebat vt Christus verè cognosceretur. Iesum stulte dicit filium Ioseph, impetrat̄ Nazarenū facit: sed interea nō adducit nisi ad Filium Dei qui ex Bethlehem natus est: nec adulterinum Christum fabricat, sed tantum vult cognosci qualis à Mose & Prophetis traditus est. Videamus ergo hoc in doctrina esse præcipuum, vt quoquomodo ad Christum perueniant qui nos audiunt. Multi quam subtiliter de Christo disputant, suis tamen argutijs ita eum obsecrant & inoluunt vt nunquam reperiſti queat. In hunc modum Papistæ Christum non dicent esse filium Ioseph: (distinguē enim tenent quid nonniniſ ha-beat) sed interea virtutem eius exinaniant, ita

vt spectrū ostentent loco Christi. Annon praefla-ret cum Philippo crasfe barbare, & retine cœ-rum Christum, quam diserto arguto loquendi modo fit. titum indu eiē. Contra, multi sunt hodie pauperculi idiog; qui cœdi rudes & igna-ri, multo tamen fidelius Christiani docent quam quoniam Papæ theologi, cum altis suis speculatio-nibus. Admonet itaque hic locus ne saltidiose respuanus si quid minus apte a simplicibus & in doctis de Christo dictum fuerit: modo nos ad Christum dirigant. Sed ne falsis hominum com-mētis a Christo abstrahamur, hoc nobis sen per in promptu reu. eccliam sit, vt peram eius notitiā petamus ex Lege & Prohetis.

46 Ex Nazareth.) Initio refugit Nathanael, Christi patria (vt quidē a Philippo indicata fue-rat) offensus. Sed primū decipitur inconfide-rato Philippi sermone, nam quod ille stulte putauerat, q; pro certo sumit. Accidit deinde præ-posterum iudicium ex loci odio vel contem-ptu. Vtrunque diligenter nobis obseruandū est. Porū absit quin hic sanctus vir accessum sibi ad Chri-stum præcluderet. Quare hoc? Quia quod de ipso perperam dictum fuerat à Philippo, temere ipse credit, deinde quia præsumpta opinio eius aūiūm occupauerat, vt nihil speraret boni à Nazareth. Nisi ergo nobis sedulō cavenus, non erimus extra ideam periculum. Et sane eiusmodi obſculis quotidie molitur Satan nos arcere ab accessu Christi. Plurima enim mendacia spargi a statu curat, q; vel ex sumi vel suspectari nobis Euangeliū reddant, ne plūm gustare audemus. Alterum etiam lapidem mouere non definit, vt Christum nobis conteintibilem reddat. Vice-mus enim quale multis ostendiculum sit crucis humilitas, q; tam in Christo capite quām in eius membris apparet. Ceterū quia vix tam cauti esse possumus quin tētemur his baraq; artificiis, saltē nobis protinus succurrat Vénus, & ride. Pausus ef; Nathanael duplēcēm suū erre rem hoc Philippi dicto corrigi. Itaque eius exemplo do-ciles nos primū & morigeros præbeant: deinde ne recusemus inquirere ubi Christus ipse dubitationes q; nos exārē eximere paratus est. Qui affirmatiue hanc sententiam legunt, vehe-meniter errat, quām enim frigide hoc esset dictū? Deinde scimus vībē Nazareth non fuisse tunc in pretio habitam: & Philippi responsū fatis ostēdit illam hētationis & diffidētia fusile vocem.

47 Quum vidisset Iesuſ Nathanaelem ad ſe venientem, dicit de illo, Ecce verè Israelia in quo dulus non eſt.

48 Dicit illi Nathanael, Vnde me noſti? Respondit Iesuſ, & dixit illi, Priusquam Philippus te vocaret, quoniam eſſes ſub ſicu; vidi te.

49 Respondit Nathanael, & dixit illi, Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israeli.

50 Respondit Iesuſ, & dixit illi, Quoniam dixi tibi, Vidi te ſub ſicu; credis maiora hiſ videbitis.

51 Tunc dixit illi, Amen amen dico vobis, poſthac videbitis celum apertum, & Angelos Dei ascēdentes & descendentes ſuper Filium hominis.

47 Ecce verè Israelia) Quod Christus Nathanael laudat, non facit in eius gratiam: ſed ſub eius persona communem doctrinam proponit. Nam quā pleriq; ſe fideliū titulo vident, qui nihil minus ſunt quām fideles, veros & probos à falso aliqua nota diſcerni operæ pretium eſt. Scimus quāto ſupercilio gloriati fuerint Iudei in pa-tre ſuo Abrahā, quām cōfiden-ter generis ſui fan-tatice iactauerint: interea vix cētēſimus quāque

reperiebatur nō prorsus degener & alienus à fi-de Patrū. Ergo Christus, vt hypocritis larū detra-hit, breuiter verū Israelia definit: & ſimil ſcāda lum tollit quod mox exoritur erat ex impia gē-tis contumacia. nam qui cenſeri volebant filij Abraham & sanctus Dei populus, infelli Euāgelij hostes paulo pōst futuri erant. Ergo nequem exanimet vel perturbet cōmuniſ omnī ſere ordi-num impietas, mature admonet, ex multis qui

Cap.I. Israelitarum nōmen obtendunt, paucos esse veros Israélitas. Porrò quia hæc etiam Christiani sui definitio est, non leviter prætereundus est hic locus. Verùm ut paucis teneamus Christi mentem, notandum est dolum sinceritati opponi. Dolos ergo vocat qui alibi dicuntur in Scriptura duplices corde. Nec tantum crastia illa hypocrisis taxatur, quam se bonos viros simulant qui sibi male cōscij sunt: sed alia etiam intérior, dum ita cæxutunt homines in suis vitiis, ut non aliis tantum sed tibi mentiantur. Cordis igitur coram Deo integritas, & erga homines rectitudine Christianum facit. Sed præcipue dolum illum stat, neglexerunt. Porrò quod Regem Israëlis prædicat Nathanael, cuius tamen regnum ad extreemos usque mundi fines extenditur, confessio est ad fidei mensuram finita, necdum enim eō progressus erat ut sciret toti mundo destinatum esse Regem: vel potius vndiq; colligendos esse Abrahæ filios, vt totus mundus esset Israël Dëi. Nos, quibus patefacta est regni Christi amplitudo, has angustias transfigere conuenit. Inter ea Nathanaeli exemplo fidem nostram exerceamus auditu verbi: confirmemus quibuscumque possumus adū iniculcas: nec maneat lepula, sed in confessionem crumpat.

Psal. 32. a. Christus nota cuius mentio fit in Psalmo. *Ant.* hic plus significat quā certè. Est quidem Græcis s̄p̄e simplex affirmatio: sed quia hic inter rem & nudum titulum subaudienda est antithesis, verè dicitur esse qui r̄cipsa est qualis censetur.

48 *Vnde me nos?*) Quāpud illi blandiri nollet Christus, audiri tamen ab eo voluit ut nouam interrogacionem eliceret, cui respondens probaret se filium Dei. Non frustra autem interrogat Nathanael vnde notus sit Christo, nam hominis tam sinceri, qui omni dolo vacuus sit, ratum est exemplum: & illam puritatem cordis nostre nonnisi Dei est. Ceterūm Christi responsio videatur parum apposita, neque enim si Nathanaeli sub sic vidit, penetrare ideo potuit in altas cordis latebras. Verūm alia est rationam sicuti Dei proprium est cognoscere homines nunquam visos, ita etiam videre qui oculis non apparent. Quām ergo sciret Nathanael se non humano more visum fuisse à Christo, sed verè Diuino intuitu: hinc colligere potuit non humanitus iam ipsum loqui. Est igitur probatio ex paribus sumpta, neque enim minus in Deum competit, videre que sunt extra conspectum, quām de cordis puritate iudicium ferre. Colligenda præterea est ex hoc loco vtilis doctrina, quām de Christo minime cogitamus, ab ipso nos conspici, atque ita fieri necesse est ut auersos reducat.

49 *Tu es Filius Des.*) Quod ex diuina potentia Filium Dei agnoscit, non mirum est. Sed qua ratione Israëlis Regem vocat? neque enim res coniunctæ videntur. Sed Nathanael altius respicitiam Messiam esse audierat: huic doctrinæ confirmationem quā data est, subnecit: tenet etiam aliud principium, non esse venturum Filium Dei nisi ut se Dei populo Regem præfret, merito itaque Regem Israëlis futurum qui Filius Dei est. Et certe s̄ides non in sola Christi eslen-tia (ut ita loquar) hærcere debet, sed cius virtutem & officium attendere, parum enim prodefest scire quisnam sit Christus, nisi hoc secundum accederet, qualis erga nos esse velit, & in quem finem misus fuerit à Patre. Hinc factum est ut Papistæ nonnisi vobratilem Christum habeant: quia nūdam esentiam apprehendere illis cura fuit: regnū vero eius, quod seruandi virtute con-

stat, neglexerunt. Porrò quod Regem Israëlis prædicat Nathanael, cuius tamen regnum ad extreimos usque mundi fines extenditur, confessio est ad fidei mensuram finita, necdum enim eō progressus erat ut sciret toti mundo destinatum esse Regem: vel potius vndiq; colligendos esse Abrahæ filios, vt totus mundus esset Israël Dëi. Nos, quibus patefacta est regni Christi amplitudo, has angustias transfigere conuenit. Inter ea Nathanaeli exemplo fidem nostram exerceamus auditu verbi: confirmemus quibuscumque possumus adū iniculcas: nec maneat lepula, sed in confessionem crumpat.

50 *Respondit Iesu.*) Non reprehendit Nathanael quasi nimium credulus fuerit, sed potius suo calculo probans eius fidem, maiora illi & reliquis confirmationis argumenta promittit. Adeo q; vni homini speciale hoc erat, visum esse sub sic à Christo absente & procul remoto: nūc vero probationem quā futura sit omnibus communis, Christus adferre dīcōque sermonem quasi ex abrupto ab uno honore ad omnes convertit.

51 *Vidibus;* inquit, *cælum apertum*, &c.) Multum autem errant, neq; iudicio, qui anxie quārunt tempus & locum vbi & quando Nathanael & reliqui cælum apertum viderint. Potius enim quiddam continuum designat, quod semper extare debebat in eius regno. Fatoq; quidem aliquoties discipulis visos fuisse Angelos, qui hodie non apparent. Fatoq; aliam fuisse cælestis gloriæ manifestationem quā ascendit Christus in cælum, quām nunc nobis constet. Sed si probē reputamus quod tunc factum est, perpetuo viget. Nam quām prius nobis clausum esset regnum Dei, verè in Christo apertum fuit. Huius rei visible specimen editum fuit tam Stephano & tribus discipulis in monte, quām aliis discipulis in Cœlesti aſcēti. Verūm signa omnia quibus se Deus nobis præsentem ostendit, ad cæli aperitionem pertinent, maximè vbi se nobis in vitam communicat. Sequitur alterum membrum de Angelis. Hi dicuntur *Ascendere & descendere*, ut diuinæ erga nos beneficentiae sint ministri. Ergo hac loquutione mutua inter Deum & homines communicatio notatur. Hoc autem beneficium Christo acceptum ferre conuenit: quia sine ipso hostile potius Angelis nobiscum dissidium est quām familiaris iuandi nostri cura. Ideo super ipsum ascendere & descendere dicuntur: non quod illi soli ministrent, sed quod eius respectu atque in eius honorem complectantur sua cura totum Ecclesiæ corpus. Nec dubito quin ad scalam alludat quā monstrata fuit Patriarchæ Jacob per somnium. verè enim in *Gen. 28. 6.* Christo prælatur quod visio illa adumbrabat. Denique huius loci summa est, Quām esset totum genus humanum extraneum à regno Dei, nūc cælorum ianuam nobis esse patefactam, ut sinus ciues sanctorum & Angelorum socij: atq; ut hi ordinati salutis nostræ custodes, ex beata quiete ad openi miseriis nostris ferendam descendant.

C A P. I I.

1 *Tertio die nuptiæ facte sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu illic.*

2 *Vocatus est autem etiam Iesus & discipuli eius ad nuptias.*

3 *Et quām vinum defecisset, dicit mater Iesu illi, Vnum non habent.*

4 *Dicit illi Iesus, Quid tibi in eum mulier: nondum verit bora mea.*

5 *Dicit*

6 Erant autem illuc hydrie lapidea sex p. s. i. a secundum purificationem Iudeorum, continentes singula circuerat duas vel tres.

7 Dixit illis Iesus, Implete hydrias aqua. Et impluerunt eas usque ad summum.

8 Et dicit illis, Haerite nunc, & fert architriclinio. Et tulerunt.

9 Quum autem gustasse architriclinius aquam vinum factam (non nouerat autem unde esset, sed ministri nouerant qui hauserant a qua) vocat sponsum architriclinius.

10 Et dicit illi, Omnis homo primo bonum vinum poterit. & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est tu verò seruasti bonum hucusque.

11 Hoc principium signorum fecit Iesus in Cana Galilea, & manifestauit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli eius.

1 Nuptie factae sunt in Cana Galilee.) Quum historia haec primum à Christo editum miraculum contineat, vel vno hoc nomine ad eam considerandā maximè attentos esse nos deceat. quamquam (vt postea videbimus) alia sunt causa quæ nobis eam commendent. Sed ex progressu nultiplex utilitas dilucidus constabit. Locum primò nominat Euangelista Cana Galilea, non illam quæ versus Sareptam sita, inter Tyrum & Sidonem, maior dicta est (huius alterius comparatione) quam alij in forte tribus Zabulon locant: alij vero tribui Aser assignant. Nam & Hieronymus testatur adhuc suo tempore illuc eius nominis extitisse oppidulum. Vicinam certè vrbi Nazareth fuisse credibile est, quum nuptiarum causa eò venerit Christi mater. Itinere diei vnius à Capernauus susse distata ex capite quarto constabit. Vicinitas quoque vrbis Bethsaida inde colligi potest, quod triduo postquam in finibus illis Christus fuerat celebratas in Cana nuptias fuisse Euangelista commemorat. Fieri potest vt tertia etiam non procul Hierosolyma, & tamen extra Galileam fuerit. Sed hoc, quia mihi ignotum, relinquo. Et erat mater Iesu.) Probabile est aliquem fuisse ex consanguineis Christi qui vxorem duxerit. Iesus enim matre tanquam comes hic additur. Quod discipuli simili vocantur, inde colligi potest quām simplex & frugalis fuerit illis viuendi ratio, quia in commune cum illis vivebat. Sed hoc absurdum videri posset quod homo non admodum diues nec copiosus (vt patet ex vini defectu) in Christi gratiam quatuor aut quinque alios inuitet. Verum inter inopes facilius est magis ingenua in uitatio: quia dedecus non verentur quemadmodum diuites) si minus laute & splendidè hospites suos tractet. Priscum enim morem communicationis mutua pauperes magis retinunt. Hoc tamen rursus parum ciuile quod coniuuias suos patitur sponsus in media cœnâ vino destitui. nam parum considerati hominis est vinum quantum coniuuiis sufficiat non habere. Respondeo, nihil hic narrari quod non frequenter accidat, præsternit vbi non est quotidians vini vsus. Deinde contextus ostendit sub finem coniuuii cœpsisse vinum deficere, quum iam ex more saturos esse oportet. Sic enim loquitur architriclinius, alij deterius vinum inebriatis apponunt: tu verò hucusque quod optimum erat seruasti. Adhac non dubito quin hoc totum Divina providentia gubernatum fuerit, vt locus esset miraculo.

3 Dicit mater Iesu.) Dubitari potest sperentis aliud ac peat à Filio, quom nullum adhuc miraculum ipse edidisset. Et fieri potest vt tale re-

medium non expectans, eum admonuerit vt pia aliqua exhortatione coniuuiis tedium eximeret, ac simul leuiter pudorem sponsi. Porro hanc anxiæ operæ, vocem fuisse interpretor. Nam quum videtur sancta mulier posse coniuuium turbari, quod parum se honorifice accipit putantes qui vocati fuerant, tamen erent aduerius sponsum, aliquid soliti optauit. Chrysostomus can. vultu bri affectu sibi & Filio nescio quia rauoris capti se suispiicator, sed hæc conjectura nihil rationis habet. Sed cur tam duriter à C H R I S T O repellitur? Respondeo, quanvis neque an, birto neque alias carnis affectus ipsam ageret, in eo tandem peccasse quod fines suos excellerit. Quid folicita est de aliorum incommmodo, & aederi quoquomodo cupit, hoc humanitatis est, ac virtuti dampnum: sed interea se ingerendo, Christi gloriam obscurare poterat. Quanquam simul notandum est, Christum non tam eius quām aliorum causa sic loquitur esse, maior eius erat modestia & pie-tas quam vt adest severa castigatione opus haberet. deinde non peccabat ipsa sciens & volens. Sed Christus pericolo tantum occurrit, ne alio quām oportet traharur matris dictum, quāsi ex eius præscripto miraculum postea edidit.

4 Quid tibi mecum mulier.) Græcè ad verbum est, Quid tibi & mihi? Sed Gracis tantumdem valet hæc loquutio ac Latinis, Quid tibi mecum? Vetus interpres multos sefellit, qui putarunt Christum negare vini defectum pertinere ad suam & matris curam. Atqui ex secundo membro c. diligere promptum est quām id remotum sit à Christi sensu, curam enim hanc suscepit ac suarum esse partium testator, quum addit horam suam nondum venisse. Vtrunque ergo coniungi debet, Christum tenere quid factò sit opus: & tamen matris admonitu hac in re nihil facturum. Insignis certè locus, cur enim matris præcisè negat quod liberatior alis quibuslibet toties postea concessit? Deinde cur simili repulsa non contentus, eam in vulgarem mulierum ordinem cogit, nec iam matris nomine dignatur? Hac Christi voce palam constat denuntiari hominibus, ne nominis materni honorem superstitione in Maria euehendo, quæ Dei propria sunt in ipsam transferant. Sic ergo matrem Christus alloquitur, vt perpetuan ac communem feculsi omnibus doctrinam tradat, ne immodiatus matris honor Divinam suam gloriam obscuraret. Porro quām necessaria hæc admonitio fuerit, ex crassis feedisque superstitionibus, quæ postea sequuntur, plus sati notum est. Facta est enim Maria regina cœli, spes, vita, & mundi salus. Denique cō progressus est

C.I.I. vesanus furor ut Christi propemodum nudati spoliis eam ornarent. Quinque has execrabilles in Filium Dei blasphemias damnamus, maligni & insidi vocant à Papistis. Imò improbe calumniantur sancte Virginis honorem, hostiliter à nobis impugnari. Quasi verò non habeat quantum illi honoris debetur, nisi Dea fiat: aut hoc illi sic honorificum, sacrilegis titulis ornata in Christi locum subrogari. Atrocem ergo illi Mariae iniuria faciunt, quando, ut mentiris eam laudibus deformant, Deo eripiunt quod suum est. *Nondum venit hora mea.*) Significat se haecenus non incognitana vel torpore cessasse. Interea subindicit libi rem curæ futuram vbi opportunitas aduenierit. Itaque sicut matrem insimulat quod intempestivè festinet, ita rursum miraculi spem facit. Vtrunque agnoscit sancta virgo, neque enim amplius eum compellat. & quoniam ministros admonet ut quicquid ille præcepit, faciat, non um quiddam sperare se ostendit. Ceterum hæc doctrina latius patet, Quoties Dominus nos tenuit suspensos, auxiliisque suum differt, non id eo torpere, sed potius opera sua sic moderari ut nihil nisi opportuè agat. Qui ad fatalem temporum ordinacionem hunc locum traxerunt, magis sunt ridiculi quam ut verbo uno opus sit ad eos refellendos. Hora Christi aliquando dicitur quæ illi destinata est à Patre: & tempus suum postea vocabit quod illi commodum erat & aptum ad exequenda Patris mandata: hoc autem loco temporis ad agendum sumendi & eligendi arbitrium sibi vindicat.

5 *Dicit mater eius minister.*) Hic sancta Virginis specimen edit vere obedientia, quam Filio debebat vbi non de humanis officiis, sed Divini eius potentia agebatur. Modello igitur acquisicit in Christi responso, aliosque similiter hortatur ut eius imperio pareant. Fateor quidem ex circumstantia præsenti Virginem sic loquutam esse ac si negaret hac in parte quicquam libi esse iuris Christum suo vnius arbitrio facturum quod placuerit: sed si eius consilium spectes, latius patet hæc sententia. Potestate enim, quam sibi perperam sumplisse videri poterat, se ab dicat primùm & exiit: deinde totam vni Christo asterit, quum sequendum precipit eius imperium. Ergo generaliter hinc docemur si quid, expitemus à Christo, non after nos votorum fore compotes nisi ab ipso toti pendemus, in eum respicimus, faciemus demique quicquid iubet. Atqui nos ad matrem non ablegat, sed ad se inuitat potius.

6 *Eram autem illic hydrie.*) Ex suppuratione Budæi has hydries admodum capaces fuisse colligimus. nam quum metreta faciat viginti congiis, singulæ ut minimum huius regionis sextarium continebant. Largam ergo vini copiam suppeditavit Christus, nempe quæ plus centum & quinquaginta hominibus sufficeret ad hilare coniuicium. Addc quod tam numerus hydriarum quām modū ipse ad comprobandum miraculi veritatem facit. Si duo tantum aut tres cōgij fuisse, suspicari multi poterant aliunde fuisse aduetos. si in vase tantum uno facta fuisse conuersio aquæ in vinum, non ita perspicua testataque fuisse miraculi certitudo. Non frustra igitur Evangelista numerum commemorat, nec frustra exquirunt quantum caperent. Porro hoc ex superstitione natum erat ut tot ac tam ampla vas illuc proflarent. Abluendi quidam ritum ha-

bebant ex Legi Dei: sed (ut mundus semper nimis est in rebus externis.) Iudei præscripta à Deo simplicitate non contenti, continuis affectiōibus ludebant, atque ut anibitiosa est superstitione) non dubium est quin hoc etiam pompa seruiret: quemadmodum hodie in Papatu videimus, quæcumque ad Dei cultum perunere dicuntur, ad meram ostentationem esse composta. Duplex ergo vitium erat: quod absque Dei mandato in fictitia & superiuacuæ ceremonia temere se occupabant: deinde quod religionis pretexi ambitio in illo apparatu regnabat. Mira porro in Papatu quorundam nebulonum fuit in probitas, qui hydrias obtrudere ausi sint primū exigue mensuræ, deinde etiam inæqualis. Atque hodie nihil eos pudet in tanta Euangelij luce tales adhuc imposturas venditare. hoc certè non est fallere prefigi, sed cœcis auda&ter illudere. Mundum verò à Satana fascinatum esse palam est, qui tamen crastina ludibria non sentit.

7 *Implere hydrias aqua.*) Ridiculum ministeris hoc præceptum videri potuit: aquæ enim iam erat plus fatis: sed hoc modo agere nobiscum Dominus solet ut illustrior emergat eius potentia ex insperato successu. Quanquam hæc circumstātia ad miraculi commendationem addita est: nam quoniam ministri insula aqua vinum hauriant, nulla harere potest suspicio.

8 *Ferte architrīlino.*) Eodem spectat quod vini saporem ab architrīlino probari voluit Christus priusquam gustaret ipse, aut quisquam alius ex coniunctis. Quod autem tam placide illi in omnibus obtemperant ministeri, hinc colligimus multum in eo fuisse reverentia ac dignitatis. Architrīlinum vocat Evangelista qui instruendo coniunctio & mensis ordinandis prefectus erat. non quod laetus ac splendidum ad eo coniunctum fuerit, sed quia honorificæ appellations ex diuitiis lautiis ac splendore etiam ad pauperum nuptias transferuntur. Sed mirum est quod Christus, frugalitatis magister, vini (& quidem præstantissimi) magnam copiam largitur. Respōdeo, quoniam nobis quotidie Deus largum vini prouenit, suppeditat, nostro vitio fieri si eius benignitas irritamentum est luxuriæ: quin potius hæc temperantia nostra vera est probatio, si in media affluentia parci tamen ac moderati sumus. Quemadmodum Paulus gloriatut se ad vtrunque edictum esse, ut abundare & esurire sciat.

ii *Hoc principium signorum.*) Sensus est, hoc primum fuisse ex Christi miraculis. Quod enim Angeli pastoriibus ipsum in Bethlehem natum nuntiarunt, quod Magis stella apparuit, quod Spiritus sanctus in specie columbae super eum descendit, tametsi hæc miracula fuerunt, non tamen propriæ ab ipso sunt edita. hic autem de miraculis agitur quorum ipse author extitit. Fiolum enim est ac ridiculum quod quidam dicunt, inter miracula quæ Christus in Cana Galilæa edidit, hoc primum numerari: quasi verò ad manifestandam virtutem suam sibi locum delegerit vbi non nisi bis fuisse legitur. Quin potius Evangeliste consilium fuit temporis ordinem, quæ in exercitu sua virtute Christus tenuit, notare. Nam ad annum usque tricesimum domi se, tanquam priuatius quisipiani homo, continuit. Baptismo initiatus, ad obeundam functionem suam inde in lucem prodire coepit, & palam christi documentis facere quorsum à Petri in T. forat.

Non mihi ergo si primi Divinitatis suæ speciem in tempore illud disfudit. Magni coniugij decus quod nuptiale consummum non modo Christus sua præsentia dignitus est, sed primo à se edito miraculo ornauit. Extant vetusti quidam Canonæ quibus Clerici nuptias adire vetantur. Causa vetandi fuit, nasciua, que illic plurimum grassantur, spectando, earum quodammodo approbatores essent. Aut vero longè prælitisset, tantum illuc gratitatis secum afferre vel licetianam compescerent quam sibi in latebris indulget protinus homines ac dissoluti. Nobis vero potius Christi exemplum sit pro lege: nec quicquam putemus vitiis esse factu quanum eum fecisse legimus. *Manifestauit gloriam.* Quia tunc scilicet memorabile & gloriolum specimen edidit unde Filium Dei esse constaret. Qæcumque enim miracula ostendit mundo, totidem Diuina eius potentia testimonia faciunt. Tunc autem opportunitum illastranda eius gloria tempus aduenierat quo ex Patris mandato innocere vellit. Vnde etiam colligitur miraculum huius periodus, ut pateretur gloria suam, miraculum hoc edidit-

se. Quid ergo de miraculis sentiendum quæ gloriam Christi obscurant? *Crediderunt in eum discipuli.* Si discipuli erant, aliqua fide iam imbuta esse oportuit. Sed quoniam haec non certa & explicita fide eum sequunt essent, tunc deum se illi addicere coepérunt, vt Meſiam agnoscerent quæ iam illis predicatorus fuerat. Magna vero Christi indulgentia, quod pro discipulis habet in quibus tam pusilla est fides. Et fanè hec doctrina generaliter ad nos omnes patet, nam quæ adulta nunc est fides, infantiam prius suam habuit: in nomine tam perfecta, et quin ad unum omnes credendo proficer necesse sit. Ita qui iam credebant, quatenus ad scopum maiores quotidie faciunt progressus, credere incipiunt. Ergo qui fidei primis adepti sunt, semper ad prolectum contendant. Frustratus etiam miraculorum hic ostenditur: nempe quod ad confirmationem profectumque fidei referri debet. Qui alio detorquet, totum eorum usum corruptit & adulterat. Sicut Papistæ videamus non alium in finem iucare fictitia sua miracula nisi ut fidem obruant, & à Christo mentes avertant ad creaturas.

¶ 12 Post hoc descendit in Capernaum & mater eius, & discipuli eius: & illuc ministrorum multis cœserunt.

13 Erat autem in proprio quo Pascha Iudeorum, itaque ascendit Iesus Hierosolymam.

14 Et iauenit in templo quoddam qui vendebant boves, & oves, & columbas: numularios item sedentes.

15 Et factu ex funiculis flagello, omnes è Templo eiecit cum oviis, & bovis: & numeriiorum effudit pecuniam, mirabilique euerit.

16 Et ius qui columbas vēdebāt dixit, Tollite ista hinc: ne faciatis domū Patris mei domū mercatus.

17 Porro recordari sunt discipuli eius quod scriptum sit, Zelus dominus tuae comedit me,

18 Descendit in Capernaum. Tranxit Euangelista ad nouâ historiâ. Quoniam autem propositum illi erat pauca memorata digna, quæ alij tres omiserat, colligere, Tépus designat quo hoc quod dicturus est gestum fuit. Narrat enim reliqui quod hinc legimus Christum fecisse: sed diversum tēpus, simili re, non id est factum demonstrat. Bis ergo Christus Tēplum fœda & profana negotiatione purgavit: semel, circa legitionis sue exordia, iterum versus quoniam ē mundo migraturus esset ad Patrē. Ceterū: ut summā teneamus, singula ordine breuiter excuticēa sunt. Quod boues ac pecudes ac columbe venales in téplo prostabāt, quod sedebat illic collybistæ, honesto pretextu non caruit, iactare enim poterant, negotiatione quæ illuc siebat, minimè profanam esse: sed potius spectare ad sacram Dei cultum, ut in promptu quisque haberet quod offerre posset Domino. Et certe piis hominib. valde commodum erat inuenire sub manu quasvis oblationes, & hoc modo leuari huc & illuc curritadi molestia. Mirum ergo est cur tātopere id Christo displicerit. Sed duas rationes notandas sunt, nā quia ad quæstūm & avaritiam suam hoc mercatu abutebantur Sacerdotes, tale Dei ludibrium ferendum non fuit: deinde quicquid excusationis obtendit homines, simil tamen ac paululum declinat à Dei mandato, reprehensione digni sunt, ac correctione opus habēt. Atque hac præcipue de causa Christus Tēpli purgationē aggressus est: quemadmodum clarè prouuntiat Tēplum Dei non esse locum mercatus. Quæri tanē potest cur non potius auspicatus sit à doctrina, videtur enim hæc tumultuosa & prepostera esse ratio, manū admouere corrigendis vitis priusquam adhibitum fuit doctrinæ

Christus item plumbis re-purgavit. re: in edictum. Atqui aliud spectauit Christus. nā quia iā tēpus aduenerat quo iniunctū sibi à Patri munus publicē obiret, Tēpli possessionē quodammodo adi re voluit, & Diuina sue autoritatis docimētum flatuere. Atq; vt omnes ad eius doctrinā attēti es- fient, torpētes ut sopitas mētes nouo & insolito facinore experges fieri oportuit. Tēplum caelestis doctrinæ & pietatis sacrarū erat. Quā doctrinā puritate relitum velle, operæ priuū fuit ut se templi dominū cōprobaret. Ade quod sacrificia & alia pietatis exercitia ad spiritualē suum finē revocare nō aliter poterat quā abusum tellēdo. Ergo quod tunc ab eo gestum est, quoddā eius reformationis præludiū fuit ad quā peragendā à Patre missus fuerat. In summo Iudeoꝝ excitari docuit hoc exemplo vt à Christo insolitus aliquid & minimè vulgare expectaret: simul cōmoneficii decuit de virtuō & peruerso cultu Dei, ne emendationē respueret. Et fratres. Cur fratres se Christo comites adiūxerint incertum estenī forte simul iuri erat Hierosolyma. Ceterū fratrū nomine quolibet cognatos Hebraica lingua designari notum est.

19 Pascha Iudeorum, itaque ascendit. Ad verbum Græce habetur, & venit: sed Euangelista copulā posuit loco rationalis particulę, venisse enim tūc significat vt Pascha celebraret Hierosolyma. Huius autē cōsilio duplex erat finis, nā quoniam nostra cauſa Legi subiectus esset Filius Dei, omnia Legis manda- ta exacte seruando, plenā subiecctionis & obediē- tie typum in sua persona exhibere voluit. Deinde quoniam in populi frequētia magis prodeste poterat, hac ferè occasione semper vñs est. Ergo quoties postea dicetur venisse Christum diebus festis Hierosolymā, hoc ideo ab ipso factū obseruerēt le-

IN EVANGELIUM

Cap. II. Etores, primū vt à Deo instituta pietatis exercitia cum reliquis coleret: deinde vt in maiore populi confluxu publicaret suam doctrinam.

16 *Ne facias domum Patris mei.)* In secunda ejectione grauius ac severius loquutus cōmemorāt alij Euāgelistā: quod sc. ex 1ēplo Dei facerēt spēluncā latronū. Atque ita agendū est vbi mītor castigatio profectu caruit. Nūc simpliciter admonet ne tēplūm Dei in alienos vīsus vertendo, profanēt. Tēplūm, Dei domus vocabatur, quod illuc Deus peculiariter inuocari vellet, quod virtutem illuc suam exereret, quod deniqū sp̄irituales & sacros ritus illud delinasset. At se quidem Dei Filium pronuntiat Christus, vt sibi ius & autoritatem repurgandi templi vindicet. Porro quia facti sui rationē hic reddit Christus, siquem inde fructum colligere libet, in hac præcipue sententia insisterē conuenit. Cur ergo ementes & vendentes exicit ex templo. Vt cultum Dei hominū vitio adulteratum sua integrati restituit, atque hoc modo tēpli sanctitatem inlaureat ac alterat. Scimus autem extructum fuisse templum illud vt eorum umbra esset quorum viua effigies extat in Christo. Itaque ut sacrūm Deo maneret, non nisi ad sp̄irituales vīsus applicādū erat, ita de causa fas esse negat in empōtorium converti. Principium enim sumit ex Dei instituto: quod semper nobis tenēdū est. Quibusunque ergo præstigiis ludat S. tan, quicquid à Dei mandato vel tantillam desfeciit, sciamus peruersum esse. Speciosus ad fallendum erat ille focus, iuuari & prouehi Dei cultum, quā ad manū fidelibus porrigebantur que officerent: sed quia Deus in aliis vīsus templū lūcum destinauerat, nihil moratur Christus quā aduersus ordinem à Deo positiū obīci poterant. Non eadem hodie templorum nostrorum est ratio: sed quod de veteri templo dicitur, ritē & propriē in Ecclesiam competit: est enim cęlestē in terra Dei sacrarium. Quare ante oculos semper versari nobis debet Dei maiestas, quā in Ecclesia residet, ne vīlis inquinamentis polluator. Manebit autem tunc dēnum integrā eius sanctitas, si nihil in ea admissum fuerit à Dei verbo alienum.

17 *Recordati sunt discipuli.)* Frustra hīc se non nulli impediunt, querentes quomodo Scripturā recordari facient discipuli cuius adhuc erant expertes ac ignari. Neque enim intelligendum est tunc illis subiisse in memoriam hunc Scripturā locum: sed postea quām diuinatus edocti, apud se reputarē quidnā sibi vellet hoc Christi facinus, directore Sp̄iritu hic Scripturā locus illis occurrit. Et certē opērū Dei noui semper extēplo causa

18 *Respondērunt ergo Iudei, ac dixerunt ei,*

19 *Respondit Iesus, & dixit ei, Destrui Temple hoc, & in tribus diebus erigam illud.*

20 *Dixerunt ergo Iudei, Quadragesimā & sex annis extructum est templum hoc, & tu in tribus diebus eriges illud?*

21 *At ille dicebat de templo corporis sui.*

22 *Quum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quod hoc dixisset eis: & crediderunt Scripturā, & sermoni quem dixerat Iesus.*

18. *Quod signum offendis nobis.*) Quod in tanto cœtu neinō Christo manū iniccit, nullus ex pecuariis & numulariis violenter eum repulit, hinc colligere licet diuinitus fuisse omnes perculso, vt attoriti stuparent. Quare nisi prorsus execrati fuissent, hoc satis illustre erat miraculum, quod vīsus contra multos, inertis contra validos, ignotus contra tantos principes tantum

nōbis appareret, sed postea temporis succēsu consiliū nōbi suū aperit. Atque hoc cohibendā nostrā audaciam ap̄tissimū est frānum, ne Deo ob̄strepamus, siquādō nostro iudicio minusprobātur quē facit. Simul monemur, quā Deus nos quasi suspensos tenet, patienter expectādū esse plenioris notitiae tēpus, & festinationē nimiam, quā nobis ingenita est, cohibendā esse. Nam ideo plenā operū suorū manifestationē Deus differt vt nos in modestia contineat. Sensus ergo est, Discipulos tandem affequitos esse, Christum zelo domus Dei, quo flagrabat, impulsū fuisse vt profanationes illas ē medio tollebent. Tēpli nomine proculdubio totum Dei cultum David per syncdochē designat. Sic enim habet integer versus, Zelus dominus tuae comedit me, & opprobria exprobratiū tibi ceciderunt super me. Vbi secundum mēbrum priori respondet, imò nihil aliud est quām exēgetica repetitio. Summa vtriusque membris est, Davi dem tam anxiē de afferenda Dei gloria fuisse foliūtum, vt libenter caput suum probris omnibus quā in Deum iaciebant reprobi supposuerit: tanto zelo æstuasse vt hic vīsus affectus alios omnes deglutiaret. Atque hoc quidem sensu ille p̄editum se fuisse testatur: sed non dubium est quin delinearit in sua persona quā Mefistofēli propriē congruebant. Ideo dicit Euāgelistā hanc fuisse vnam ex notis quib. agnitus fuit Iesus à discipulis regni Dei vīdex ac reparator. Obserua autē Scripturā ductū sequitos esse vt de Christo sentirent quod decebat. Et certē qualis sit Christus, vel quorū pertinet, quicquid q̄uisit & passus est, nemo vñquam tenebit nisi duce & magistra Scriptura. Quare prout quisq; nōstrū proficeret in Christi cognitione cupiet, sedula & continua Scripturā meditatione opus erit. Domus Dei non frustra meminit David, vbi de illius gloria agitur. Nam Deus, quāuis sibi sufficiat ac se vno contētus esse possit, vult tamen in Ecclesia illustrati suam gloriam. In quo singulare amoris erga nos sui documentum p̄abebet, quod suam gloriam quāli individuo nexu cū salute nostra coniungit. Restat nūc vt se ad Christi imitationem singuli comparent: quando in capiū exemplō generalis toti corpori doctrina proponitur: sicut docet Paulus Rom.15.a.3. Ne patiamur, quantum in nobis est sacram Dei templū vīlo modo inquinari. interea tamen caudēnū nequis vocatiōnis suā fines transiliat. Zelum omnibus nobis cum Filio Dei communem esse oportet: at non omnibus. Protinus licet flagellum arrivere, vt vitia manū corrīga nūs, neque enim nobis potestas data est, nec idem in iunctū munus.

Quod signum offendis nobis quod ista facias?

Et in tribus diebus erigam illud.

21. *At ille dicebat de templo corporis sui.*

22. *Quum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quod hoc dixisset eis: & crediderunt Scripturā, & sermoni quem dixerat Iesus.*

18. *Quod signum offendis nobis.*) Quod in tanto cœtu neinō Christo manū iniccit, nullus ex pecuariis & numulariis violenter eum repulit, hinc colligere licet diuinitus fuisse omnes perculso, vt attoriti stuparent. Quare nisi prorsus execrati fuissent, hoc satis illustre erat miraculum, quod vīsus contra multos, inertis contra validos, ignotus contra tantos principes tantum

aūsus fuerat. Cur enim illi non obstabant, quām longē superiorēs essent, nisi quod dissoluta & quāli fracta erant eorum manus? Causam tamen interrogandi aliquam habent, neque enim cuiusvis est, liquid vitiosum est aut displiceret in templo Dei, statim mutare. Damnare quidem corruptelas omnibus liberum est: verū si ad eas tollendas priuatus homo manū admouet, temeritatis

tatis arguetur. Quia inos vendidi in templo receptus erat, Christus enim nouam & inuitatam aggrediens est: merito postulant ut se à Deo infinitum probet, sumunt enim principium istud. In publica administratione non esse fas quicquam mutare sine certa vocatione ac mandato Dei. Sed in altero errabant, quod admittere nolebant Christi vocationem nisi erit miraculo, neque enim id in Prophetis & aliis Dei ministris fuit perpetuum ut signa eius essent, neque Deus ad hunc necessitatem se addixit. Ergo in ligno Agitando perperam Deo legem imponunt. Quod Iudeos Euangelista interrogasse dicit, hoc nomine prouculdubio multitudinem quod illuc astant, & quasi totum Ecclesie corpus intelligit, ac si diceret non unius aut alterius hanc fasile feremoneas, sed populi.

19. *Degruite templum, &c.*) Est allegoricalo-

Matt. 13. *b. 13.* questione data opera Christus ita obclerū loquuntur ei, quod aperto responso indignos iudicabat.

Quemadmodum alibi testatur secundum parabolam Iohannae apud eos qui arcana exaltis regni expectare nequeunt. Primum autem illis negat quod postulabat signum vel quia profectu casuisset, vel quia sibi non esse opportunum tempus. Aliqua inordina etiam importunitas corum precibus concessit. nunc ergo magni causam obfusca oportet cur reuelarentur. Interea tamen non vulgaris signo potellatur suam approbatum ac sanctitatem iri significat, ne excusationis praetextum inde capient, nulla enim Diuina in Christo virtus maior approbatio desiderari poterat quam ipsius resurrectio à morte. Sed figurate id insinuat, quoniam clara promissio eos non dignator. In summa, tractat incredulos ut querentur, & Iacob ab omni contemptu se eximit. Nondum quidem obstinatos esse constabat: sed Christus satis tenebat qualis esset eorum affectus. Querit tamen potest, quoniam tam multa & varia misericordia edulerit, cur vacua hic attingat. Respondeo, de aliis omnibus miraculis tacuisse, quia sola resurrectio ad os illis obstruendum sufficeret: deinde quia Dei virtutem eorum Iacob briis profitur nollebat. nam & ideo de resurrectionis sue gloria allegoricē loquitur est. Tertio dico eu protulisti quod cause quadrabat, nam in his verbis demonstrat sibi ius in omne in templum competere, quoniam in vero Dei Templo extenuo tonuā posset. Tamen verò nomen

2. Cor. 5. 4 Templi ad rei circumstātiā accommodat, aperte tamen & congrueret corpus Christi templum vocatur. Tabernaculum dicitur corpus cuiusque nostrum, quod in eo habitat anima: Christi autem corpus, Diuinitas eius dominicum fuit. Scimus enim Filium Dei sic naturam nostram induisse, ut in carne quam assumpit eterna Dei maiestas, tanquam in sacario, habitarē. Quod autem hoc loco abutebatur Nestorius, ut probaret non unum & cūdēm esse Christum Deum & hominem, facile refelli potest. Sic enim colligebat, Filius Dei in carne tanquam in templo habitauit: ergo disiuncte naturæ, ut minime idem esset Deus & homo. Atqui hoc argumentum ad homines transferri posset: sequetur enim, nos unum esse hominem, cuius anima in corpore habitat tanquam in tabernaculo. Proinde hac loquendi forma ad tollendam personam in Christo unitatem insulſe torqueretur. Porro notandum est corpora nostra vocari Dei

templū, sed diuerso sensu, nempe quia per Spiritus sui vitam & gratiam Deus in nobis habitat: in Christo autē plenitudo Diuinitatis corporaliter: ita ut verè sit Deus manifestatus in carne. *Erigam illud.* Hic sibi Christus resurrectionis sua gloriam vindicat, quoniam tanquam Scriptura passim testetur opus esse Dei Patris. Sed haec duo probet inter se conueniunt. Scriptura enim ut Dei potentiam nobis commendet, Patri hoc diserte describit, quod exaltaverit Filium à morte: hic verò Christus peculiariter Diuinitatem suam prædicat. Ac Paulus verunque conciliat ad Rom. 8. c. 11, nam spiritum, quem facit resurrectionis auctorū promiscue nunc Christi Patris spiritum nominat.

20. *Quadragesima sex annis.*) Contentit cum

hoc loco Danielis supplicatio. Septem enim *Dan. 9. 2.* hebdomadas numerat, quæ annos quadraginta noue in ericiunt, sed antequam ad finem ultimæ ventum electabilium templum sit. Quod in historia

Eldæ longè breuis temporis spatium noctatur, tamen aliquam habet repugnante speciem, minime tamen cum Propheta verbis pugnat. Existe enim sanctuario, antequam tempū ad fiduciam perfectum fore, sacrificia offerre ceperunt, postea diu intermissionem fuit opus populi lignaria: quemadmodum ex querimonis Aggei clare patet, feuerè enim Iudeos accusat, quod nimis sedulò intempi ad extruendas

priuatas ædes, Dei templi motilium relinquent.

Sed quorsum eius templi mentionem faciunt, quod ab Herode quadraginta ante annis vel circiter excisum fuerat? Nam quod tunc habebant templum, tamen magnificissimum &

immani sumptu erat extactum, intra octo tamē annos Herodes præter hominum opinione absoluerebat, vt referat Josephus libro Anti-

quit 15 cap. vii. Mihī probable videtur, per-

inde habitanti fuisse nouani templi structuram aci vetus illud semper in itato suo durasse, quo plus venerationis inesset: atque ita ex vulgari & viatu more fuisse loquutos, quod templum à

Populis summa difficultate vix per annos quadraginta sex conditum fuerat. Porro hac respon-

sio latius ostendit quo animo signum petierint,

nam si parati fuissent Propheta Diuinitus misericordia reuerenter obsequi, non ita superbe repudias-

sent quod de officiis sui approbatione dixerat.

Testimoniū aliquid Diuina virtutis habere

volant: interea nihil adiutuat quod non homini-

nū modulō respondeat. Sic hodie Papistæ mira-

cula flagitant, non quod locum daturi sint Dei

potentie: (nam illis fixum est, homines præferre

Deo, nec vogueri vnum ab eo deflectere quod

vnu & confunditē receptum habent) sed ne

absque ratione videantur Deo esse rebelles, colo-

re: in hunc prætextum fuit perniciacia. Ita cæco

impetu infidelium animi secum tumultuantur, vt

Dei manū sibi ostendi cupiant, nec tamen Di-

uinam esse velint.

21. *Quoniam ergo surr. a mor. recordati.*) Recorda-

tionis haec superiori fuit similis, cuius nuper memini-

nit Euangelista. Loquentem Christum non in-

telligebat discipulus: postea suo tempore fructum

protulit, qua frustra in aere cuanuisse videbarat doctrina. Ergo quoniam multa in Domini fa-

citis & dicit ad tempus obscura sint, non ideo tamē

desperandum est, nec spernendum quod nō

statim aſsequimur. Obſeruandus est contextus,

Ca.11. Quod scripturæ & Christi sermoni crediderint. significat enim Euangelista , Scripturam cum Christi sermone conferendo , fuisse adiutus ut in fide proficerent.

23 *Quum autem esset in Paschate Hierosolymis die festo , multi crediderunt in nomen eius , videntes signa que edebat.*

24 *Ipsæ autem Iesu non credebat semetipsum eum , eo quod ipse nosset omnes ,*

25 *Nec opus haberet ut quisquam testaretur de homine : ipse enim sciebat quid esset in homine.*

23 *Multi crediderunt , &c.)* Appositè hanc narrationem proximè connectit. Signum quale petebant Indeī Christus non dederat. Nunc quum pluribus miraculis nihil aliud profecerit apud eos nisi vt frigidam & umbratatem fidem conciperent , satis comprobavit hic eventus indigños fuisse quorum votis obtemperaret. Fuit quidem lac aliquis signorum fructus , quod in Christum multi crediderunt, adeoque in nomen ejus , ut se eius doctrinam sequi velle profiterentur. (*Nomen enim autoritatis loco hic positum est*) poterat hæc qualiscunque fidei species , quæ adhuc erat evanida , in veram fidem denum emergere: poterat haec uilis esse præparatio ad celebrandum apud altos Christi nomen, est tamen ea illud verum quod diximus, procul abfuisse à recto affectu , vt in Diuinis operibus proficerent sicut par erat. Ceterum non fuit hæc fidei simulatio qua venditare se apud homines vellet: erant enim persuasi Christum esse inagnum aliquem Prophetam. fortassis etiam tribuebant illi honorem Melissæ , cuius tunc magna passim erat expectatio. Sed qui proprium Melissæ officium non tenebant, præpostera erat eorum fides , quæ in mundo ac rebus terrenis hærebatur. deinde frigida erat & serio cordis affectu vacua persuasio. Assentiantur enim Euangelio hypocrita, non vt se in obsequiis Christi addicant, nec vt syncreti pietatis Deum sequantur vocantem : sed quia agnitionem veritatem prorsus reicere non audient, ac præstertibi vbi nulla est repugandi causa. Nam ficiunt non inferunt ultra nec gratis bellum Deo, ita vbi sentiunt eius doctrinam carni sue prauis que cupiditatibus esse aduersam, statim exacerbantur , vel saltē à fide iam concepta resiliunt. Quos ergo Euangelista ciuidissime dicit, ego non intelligo fidem simulata quæ nulla esset, sed coactos aliquo modo fuisse vi Christo nomen darent, non fuisse tamē veram & legitimam eorum fidem inde constat, quod illos e suorum numero Christus excludit, cùm iudicio standum est. Ade quo. fides ista tantum ex miraculis pendebat, nullam adhuc radicem egerat in Euangelio: ita nec fixa nec stabilis esset potuit. Aduuantur quidem miraculis filij Dei vt ad fidem perueniant: sed illud nondum est vere credere, quoniam Dei virtutem mirantur, vt doctrinam simpliciter credant esse veram , non autem penitus se illi subiciant. Proinde vbi generaliter de fide sermo habetur, sciamus aliquam esse fidem quæ mente duntaxat apprehensit, & postea facile euaneat: quia in corde insixa non est. atque ea est quam Iacobus vocat mortuam, sed vera fides Spiritu regenerationis semper conitatur. Obserua non eundem esse apud omnes operum Dei profectum: quosdam enim ad Deum usque adducunt: alias percellunt cœco tantum motu, vt Dei quidem potentiam animaduertant, sed tamen non desinant vagari in suis cogitationibus.

24 *Iesu non credebat.)* Quod exponunt quidam Christum ab illis sibi causisse , quia probos non esse ac fidem nouerat, nihil non videntur satis exprimere Euangelista mentem. Longe etiam minus conuenit quod adducit Augustinus de catechumenis. Potius hoc vult Euangelista, meo iudicio , non habitos sūisse à Christo pro germainis discipulis, sed tanquam leues ac fruiles fuisse contemptos. Locus diligenter notatus, non omnes qui se proficitentur Christi esse, coram ipsis sequitur ratio, *Quia omnes nouerat.* Nihi hypocrisi periculofius est , cum alias ob causas, tum quod vitium est plusquam vulgare. Nemini ferè est qui sibi non placet idem autem inanibus blāditutis nos fallimus, Deniuī putamus nobis unū executire. Hic autem monemur quantum eius iudicium à nostro distet. Nam quæ inuolueris testa nos fugiunt, iple perspicit: quæ fecato splendore perstringunt nobis oculos, iple ex occulto fonte, id est intimo cordis affectu , astimat. Hoc est *propositum.* quod dicit Salomon, Deum sua trutina ponderare corda hominum, quum illi sibi in viis suis blādiuntur. Meminerimus ergo eos demum veros esse Christi discipulos qui illi probati sunt, quia solus est idoneus huius rei arbiter ac iudex. Nunc queritur, quoniam dicit Euangelista Christum nosse omnes, eosne sed sdesigner de quibus ne per loquatus est, an pertinet hoc ad viuierum hominum genus. Extendunt hoc multi ad communem hominum naturam , ac purant hinc damnari totum mundum impiæ ac perfida simulationis. Et certè vera est sententia, nihil posse inueniri in hominibus cui illos Christus dignetur suorum numero. Sed ego contextus non video quadrare, restringo igitur eos quorum prius facta fuit mentio. Verum quia dubitari poterat unde hæc Christo notitia, hanc questionem anticipans Euangelista, responder perpètuum fuisse Christo quicquid in hominibus nos latet, vt posset iure suo inter homines discernere. Christus ergo, qui cordium est cognitor, monitore opus non habuit vt secerit quales essent isti. Eo autem ingenio præditos, & eo animi affectu esse nouerat, vt meritò à se alienos deducret. Quod quidam rogant ànon exemplo Christi suscepimus etiam habere possimus qui sue probritatis specimen nobis non dederunt, nihil ad presentem locum facit. nostra enim ratio longè diversa est: quia Christus ipsas arborum radices notas habebat: nos vero non nisi ex fructibus qui palam apparent, cognoscimus qualis sit vnaqueque arbor. Porro quoniam charitas (teste Paulo) *1. Cor. 13. c.* suisca non sit , de hominibus ignotis finistrè abique causa suspicari fas non est. Ceterum ne ab hypocritis semper fallamur, & ne improbis eorum fallaciis nimium expositi sit Ecclesia, proprium Christi est , nos Spiritu discretionis instruere.

CAP. III.

- 1** *Erat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps inter Iudeos.*
2 *Hic venit ad Iesum nocte, ac dixit illi, Rabbi, scimus quod à Deo veneris magister, ne-mo enim hæc signa potest facere quæ facis, nisi sit Deus cum illo.*
- 3** *Respondit Iesus & dixit illi, Amen amen dico tibi, nisi quis iterum natus sit, non potest vi-dere regnum Dei.*
- 4** *Dicit illi Nicodemus, Quomodo potest homo nasci, quem sit senex; nunquid potest rursus in-vterum matris sua ingredi, & nasci?*
- 5** *Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest ingredi in regnum Dei.*
- 6** *Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, spiritus est.*

I Erat autem homo ex.) Nunc in persona Ni-codemii spectandum nobis Euangelista proponit quām fluxa & caduca fuerit eorum fides, qui ini-taculis commoti Chtistio refutè nomen dede-rant. Hic enim quin ordine Phariseus esset, & principem locum teneret in sua gente, longè su-pra alijs excellere debuit, nam in vulgo vt pluri-mum regnat leuitas. Hunc autem qui doctrina & vnu pollebat, grauem quoque & cordatum hominem esse quis non putasse? Atqui ex responso Chrtisti constat, nihil minus quam ad discenda pietatis rudimenta paratum venisse. Si primarius inter vires minus est quam puer, quid de promi-scuo grege sentiendum? Quanquam autem consiliu[m] Euangelista fuerit nobis velut in speculo monstrare quam pauci Hierosolymis ad recipiendum Euangeliū rite dispositi essent, aliis tamen nominibus hæc nobis historia apprimè vñlīs est: ac præsertim quod in ea decenre de corrupta humani generis natura, quis rectus sit in scholam Chrtisti ingressus, quibus initiis formari nos ad profectum cælestis doctrinae oporteat. Concionis enim quam habet Christus hæc summa est, vt veri simus eius discipuli, nos oportere fieri nouos homines. Verum antequam longius progre-deamui, ex circumstantiis quas Euangelista hic recitat, expendere conuenit que impietatem Nicodemi in tenerint ne se totum Christo daret. *Ex Pharisæis.* Hoc quidem honorificum Nicodemo fuit apud suos: sed Euangelista illi titulum hunc non tribuit honoris caula: sed potius obstatum fuisse notat quo minus liberè & soluto animo ad Christum veniret. Vnde monemur, qui in mundo excellunt, vt plurimum implicitos teneri pessimis laqueis: inquit sic videmus multos teneri constrictos vt ne leuissimo quidem voto in celum tota vita aspirent. Vnde dicti sunt Pharisæi alibi docuimus: nam quasi medullam Scripturæ & arcu[m] sensum tenerent, solos Legis interpres se esse iacebant, atque hac ratione vo-cabant se Pherulim. Elenis tametsi austerior vita conciliabat sicutiatis famam, quia tamen eremiti similes à communis vita & hominum confu-tidine dissidebant, ideo Pharisæorum secta in maiori prioro erat. Porro Euangelista non tantum in commemorat Nicodemum ordine fuisse Pharisæum, sed vnum ex gentiis sua primoribus.

2 *Venit ad Iesum nocte.*) Quod noctu venit, inde nimis timidum fuisse colligimus. suo enim splendore oculos quasi perstictos habebat. Ob-stabat etiam fortè pudor: quia ambitiosi homines de sua fama actum esse patant si ad discentium ordinem ex magistrali fastigio semel descendere-

tint. Nec dubium est quin stulta scientiæ opinio-ne inflatus fuerit: denique quum se magni face-ret, sibi decedere quicquam nolebat. Et tamen aliquod pietatis semen in eo se proserit, quod Dei Prophetam apparuisse audiens, doctrinam calitus allatam non contemnit nec neglit, sed aliquo eius desiderio tenetur. quod studium non nisi ex Dei timore & reverentia natum erat. Multos titillat fruola curiositas vt de rebus nouis au-diē inquirant: sed non dubium est quin Nico-demum religio conscientiæ sensus impulerit vt Chrtisti doctrinam familiarius nosse cuperet. Ac quanquam semen illud diu quasi emortuum latuit, mortuo tamen Christo fructum produxit qualem nemo vñquam sperasset. *Rabbi, scimus.* Tautundem valent hæc verba acsi dixisset, Magister, scimus quod veneris magister. Sed quum tunc literati homines vulgo Magistri dicerentur, Nicodemus priore loco Christum ex more salutans, visitatum nomen illi tribuit: postea autem à Deo missum esse affirmat, qui magisterio fungatur. Atque ab hoc principio pendet omnis doctorum authoritas in Ecclesia. Nam quum ex solo Dei verbo sapere nos oporteat, non alij certe audiendi sunt nisi quorum ore Deus loquitur. Et notandum est, quum apud Iudeos religio valde corrupta & prope dissipata esset, hoc tamen axioma scilicet fuisse retentum. Non esse legitimum doctorem nisi qui à Deo profectus erat. Ceterum quia nulli superbius ac securius gloriantur Dei titulo quam pseudoprophets, di-ferentie huc opus est qua spiritus probetur. Ideo subiicit Nicodemus, constare Christum esse Di-uinus missum, quia Deus suam in eo virtutem potenter exerat quam vt negiri possit Deū illi adeste. Sunt autem pro confesso, Deum nō sole-re nisi per suos ministros operari, vt ita quod illis iniunxit manus obsignet. Neque id temere, quum miracula Dominus semper doctrina sua sigilla esse voluerit. Recte etiam Deum facit vnicum mi-taculorum authorem, quoniam dicit neminem posse hæc signa facere nisi Deus sit cum illo. perinde. n. est acsi asserteret non humanus fieri, sed Dei vir-tutem his regnare, & palam eminere. In summa, quum duplex sit miraculorum fructus, vt præpararent ad fidem, deinde vt eam ex verbo conceperant inclusi confitimus: in priore parte Nicodemus, recte profecerat, quia verum Dei Prophetam ex miraculis Christum agnoscerat. Videatur tamen hoc parum esse firmum: nam quoniam semel Prophetæ fallaciis suis imperitos non secus deludant quoniam si veris signis Dei ministros se probarent, quale discrimen erit veritatis & mendacij,

C. III. si ex miraculis pendeat fides? Imò disertè Moses pronuntiat hoc modo nos tentari a Deum amerimus. Nota quoque est Christi & Pauli admonitiones. *Deut. 11. 4. 5.* *Matt. 14. 6.* *tio*, ut sibi à signis mendacibus caueant fideles, *24.* *2. Thes. 2. c.* quibus Antichristus multorum perstringet oculos. Respondeo, fieri quidem iusto Dei permisso ut fallantur Satanae præstigiis qui digni sunt: verum id non obstat dico quin electis appareat Dei virtus in miraculis, quæ illis sit verè sanæque doctrina non spernatur approbatio. Si Paulus *2. Cor. 12. 12.* gloriat Apollatum suum signis & virtutibus sanctum fuisse. Ergo vt cunque in tenebris se pro Dei simia iactet Satan, ybi tamen aperti sunt oculi, & lux spiritualis prudentiae afluxit, miracula Dei presentiam qualem hic prædicat Nicodemus, satis solide testantur.

*3. Amen amen dico tibi.) Quod bis vocem Amen repetit Christus, id facit excitandæ attentionis causa, nam de re omnium maximè seria & graui verba facturus, necesse habuit Nicodemum magis attentum reddere, qui alioquin totum hunc sermonem neglegitum aut leuiter præteriisset. hoc ergo spectat duplex auctoriat. Cæterum quanquam longè petitus & propè intemperius videtur hic sermo, apertissime tamen inde exorsus est Christus. Nam sicuti frustra in agro inculto semen spargitur, ita etiam tenere prædictum Evangelij doctrinam, nisi prius subactus fuerit auditor, & rite ad obedientiam ac docilitatem compositus. Videbat Christus mulis spiritis refutum Nicodemum animum, multis vitiis herbis præfocatum, vt vix spirituali doctrinæ vallis esset locus. Hac igitur exhortatio, orationis instar fuit ad cum purgandum, ne quid doctrinæ profectum impedit. Quare meminerimus ita semel vni hoc fuisse dictum, vt eadem quotidie voce nos omnes Filius Dei compellat. Quis enim nostrum prauis affectibus vacuum se dicet, vt tali purgatione opus non habeat? Ergo si probè & vtiliter in Christi schola proficeret liber, hinc exordium facere discamus. *Nisi quis natus natus.* Aci diceret, Quandiu non habes quod præcipuum est in regno Dei, non multi hoc facio quod me agnoscis magistrum: hic enim primus in regnum Dei ingressus est vt sis nouus homo. Qoniam autem insignis est hæc sententia, singulas partes proprie excutere conuenit. *Videre regnum Dei* idem valet ac Ingredi in regnum Dei: sicuti mox patebit ex contextu. Sed falluntur qui regnum Dei pro celo accipiunt, quum potius spirituale vitam significet, qua fide in hoc mundo inchoatur, magisque in dies adolescentis, secundum assiduos fidei progressus. Ita sensus est, neminem verè aggregari in Ecclesiam posse, vt censeatur inter Dei filios, quin prius renouatus sit. Itaque breuiter hic ostenditur quale sit Christianismus initium. Atque hac loquutione simul docemur, exoles nos ac proflus alienos à regno Dei nasci, ac perpetuū nobis cum ipso dissidium esse, donec alios secunda genitura nos faciat. Generalis n. est sententia, quæ complectitur totū humanum genus. Si vni hoc dixisset Christus, vel paucis, non posse eos permanire in cœlo nisi prius renati essent, possemus concire certas personas duntaxat notari: sed de omnibus sine exceptione loquitur. Est enim indefinita oratio, quæ tantumdem valet ac vniuersalis. Quicunque non fuerit renatus, &c. Porro verbo Renascendi non patitur*

vnius correctionem, sed renouationem totius naturæ designat. Vnde sequitur nihil esse in nobis nisi virtutum. Nam si in toto & singulis partibus necessaria est reformatio, corruptionem veroque diffusam esse oportet. Quia de re paulo post futus dicendum erit. Erasmus, Cyrilli opinionem sequuntur, aduerbum *ἀναστάντες* nulè transludit. E supernis. Ambigua etsi fateor illius significatio apud Græcos: sed Christum Hebraice cum Nicodemo loquutum esse scimus. Porro illic an phibologie locutus non fuisset, qua deceptus Nicodemus, in secunda carnis nativitate pueriliter haesit. Nihil ergo aliud concepit ex Christi sermone, quam hominem in resurrectum nasci oportere, antequam in regno Dei censemur.

4. Quomodo potest homo nasci.) Tametsi loquendi forma, qua vñus est Christus, in Lege & Prophetis expresa non erat, quum tanè in passim in Scriptura renouationis mentio occurrat, sitque vñus ex primis fidei rudimentis, confit quām infeliciter Scribe tunc in Scripturæ lectiōne versati sint. Non sicut certè vñus hominis vitium, necire quid sibi vellet regenerationis gratia: sed quum in fruolis argutis se occuparent ferè omnes, quod in pietatis doctrina præcipuum est negligebatur. Quale hodie exemplum Papatus in suis theologis nobis præbet, nam quum tota vita se in reconditis speculationibus fatigent, qui quid propriè ad cultum Dei, ad salutis nostræ fiduciam, ad pietatis exercitii spectat nihilo illis notius est quam sutori vel bubulco astrorum cursus: inò sibi in exoticis mysteriis placentes, genuinam Scripturæ doctrinam, quasi magistrali gradu indignam, ex profeso contineunt. Non est ergo quod miremur Nicodemum hīc velut ad festucam impingere, est enim hæc iusta Dei vltio, vt qui sibi præstantissimi ac summi videntur doctores, quibus sordet ac vilis est communis doctrinæ simplicitas, in minutis articulis obfuscant.

5. Nisi quis natus fuerit ex aqua.) Locus hīc variè exppositus fuit, quidam enim putarunt duas regenerationis partes distinctè exprimi, & sub Aquæ nomine veteris hominis abnegationem notari: per Spiritum vero intellexerunt nouam vitam. Alij tacitam antithesen subesse putant, quasi Aquam & Spiritum (pura scilicet ac liquida elementa) Christus terreti & crasse hominum naturæ opponat. Ita allegoricè hoc accipit dicitur, quasi iubere Christus nos grauem & onerosam carnis massam exuere, & fieri aqua & aëris similes, vt sursum tendamus, vel saltenti non ita degrauemur in terram. Sed vtraque opinio mihi aliena videtur à Christi mente. Chrysostomus (qui maior pars subscriptit) Aquæ nomen ad Baptismum referit, ita sensus esset nos per Baptismum ingredi in regnum Dei, quia illuc nos Spiritus Dei regenerat. Hinc factum est vt præcisus Baptismi necessitas statueretur ad spem vitæ æternæ. Atqui etiam si demus Christum hīc loqui de Baptismo, non tamen sic vrgenda sunt verba vt salutem in externo signo includat: sed ideo prius Aquam Spiritui adiungit, quia sub illo visibili symbolo, quam Deus Spiritu suo vitæ nouitatem solus in nobis efficit, testatur atque obsignat. Verum quid est, Baptismi neglectu arceri nos à salute: atque hoc sensu necessarium esse fateor, sed salutis fiducia præposteriorè sub signo includitur. Quantu vero d' hunc

ad hunc locum attinet, nullo modo adducor ut Christum de Baptismo verba facere credam, hoc est, non fuisse intempestiuum. Tenendum enim semper memoria est consilium Christi quod ante exposuimus: nempe quod Nicodemum hortari voluit ad vitam nouitatem, quia Evangelij capax non erat donec alius homo esse inciperet. Estigatur vna & simplex sententia, nos de integro nasci oportere, ut filii Dei simus atque huius secunda genitura Spiritum sanctum esse authorem. Nam quum Nicodenus Pythagoricam palingenesiam sponnaret, Christus ut hunc illi errorem extinxeret, interpretationis vice addidit non fieri naturaliter ut secundum nascantur homines, nec opus esse ut alterum corpus induant: sed nasci, quum mente & animo renouantur per Spiritus gratiam. Ideo Spiritum & Aquam pro eodem posuit: neque hoc durum aut coactum videri debet, frequens ac tritus loquendi mos est in Scriptura, quum de Spiritu sit mentio, ad exprimendam eius vim, Aquæ vel Ignis nomen adiungi. Iam aliquoties habuimus Christum esse qui baptizat Spiritu sancto & igni: vbi ignis nihil à Spiritu diversum sonat, sed tantum quæ eius in nobis sit efficacia ostendit. Quod autem hic proponit nomen Aquæ, non multum ad rem interrelat: nō hęc loquutio melius fuit quā altera: quia scilicet metaphoram sequitur nuda & aperta sententia, ac si dicere Christus, neminem esse Dei filium donec per Aquam renouatus fuerit: hanc verò Aquam, esse Spiritum qui nos repurgat, & qui virtute sua in nos diffusa, vigore inspirat cœlestis vitam, quin natura prorsus aridi sumus. Et merito Christus, ut Nicodemo suam inficiat exprobet, formans loquendi Scripturę viatam adducit. debuit enim agnoscerre tandem Nicodemus, quod à Christo dictum erat, ex communione prophetarum doctrina esse sumptum. Ergo Aqua nihil aliud est quām interior Spiritus sancti purgatio & vegetatio. Adde quod non est insolens copulam exegeticè sumi, quum scilicet posterius membrum explicatio est prioris. Ac mihi etiam contextus suffragatur, nam quum mox rationem Christus subiicit cur nos renasci oporteat, præterita aquæ mentione, solo Spiritu quam exigit vita nouitatem constare docet, vnde sequitur aquam non esse à Spiritu separandam.

Eccl. 36. Proph. 11. Psalm. 111. Purificatores Lett.

6. *Quod natum est ex carne.*) Probat à contrariis clauilium nobis omnibus esse regnum Dei, nisi per palingenesiam ingressus nobis patet. Sumit enim illud pro confesso, Non posse nos ingredi in regnum Dei, nisi spirituales simus. Atqui ex vetero nihil affirmus nisi carnalem naturam. Sequitur ergo nos omnes naturaliter exulare à regno Dei, & cœlesti vita priuatos manere sub mortis servitute. Porro quia Christus hic ratiocinetur renasci oportere hominibus, quia tantum caro sunt totum proculdubio hominem sub carne comprehendit. *Caro* itaque non corpus hoc loco significat, sed animam simul, adeoque singulas eius partes. Nam infuse Papista theologasti ad partem quam vocant sensualē resistinguunt: quia hoc modo inceptum est Christi argumentum, Secunda nativitate opus esse, quia pars nostri virtuosa sit. Quod si *Caro* Spiritui opponitur, tanquam corruptum integrum, peruersum recto, pollutum sancto, inquinatum syncero: in-

de colligere promptum est totam hominis naturali uno verbo damnari. Mente ergo nostram & rationem Christus virtuosam esse pronuntiat, quia carnalis est: omnes cordis affectus praeos esse & reprobos, quia ipsi quoque sunt carnales. Verum hic obitici potest quæstio, Quum anima non dignatur ex humana sobole, præcipua nostra parte nos ex carne non nasci. Hinc factum est ut putarent multi non modo secundum corpus nos à parentibus ducere originem, sed animas simul ex traduce propagari. Absurdum enim videbatur, peccatum originale, quod propriam in anima sedem habet, ab uno homine diffusum esse in omnes posteros, nisi anima omnes ex illius anima, tanquam ex fonte, manasset. Et certè hoc primo aspectu videntur innuere Christi verba, nos ideo esse carnem quia ex carne nascimur. Respondeo, quantum ad verba Christi spectat, non alium esse sensum, quā nos omnes carnales esse ut nascimur: & quatenus in hunc mundum prodimus homines mortales, naturam nostram nihil nisi carnem sapere. Simpliciter enim hic inter naturali & supernaturale donum distinguit. Nam quod in persona unius Adæ torum genus humanum corruptum fuit, non tam ex genitura prouenit quām ex Dei ordinatione: qui fecit in uno homine nos omnes ornauerat, ita spoliavit suis donis. Quare non tam unusquisque nostrum a parentibus suis vitium & corruptionem contulit, quām omnes pariter in uno Adam corruisti sumus, quia statim post eius defecctionem Deus quod natura humana dederat, abstulit. Si. b. oritur etiam alia quæstio: certum enim est in hac degeneri vitiataque natura manere tamen aliquid donorum Dei residuum: vnde sequitur non omni ex parte nos esse peruersos. Solutio facilis est, *Dona* quæ nobis reliqua fecit Dominus post lapsum si per se existentur, laude quidem esse digna: sed quum per omnes partes graftetur mali contagio, nihil in nobis syncerum reperiatur & omni iniquitamento vacuum. Quod aliqua Dei notitia nobis adnascatur, quod in conscientia in sculptum est aliquod boni & mali discernen, quod ingenio polleamus ad tuendam praesentem vitam, quod denique tot modis antecellimus brutas pecudes, id per se, vt à Deo proficisciatur, præclarum est: sed in nobis perinde inquinata sunt hac omnia, atque vīnam vasis sui factore prorsus infectum ac imbutum, boni sapori gratiam perdit, iuncto gustu & amarum & noxiū est. Notitia enim Dei, qualis nunc hominibus estat, nihil aliud est quam horrenda id lolatria & superstitionum omnium scaturigo: iudicium in rerum delectu & discrimine partis ex cœcum ac præposteriorum, partim inutilium & confusum: quicquid industria habemus, in vanitatem & ugas defluit: voluntas autem ipsa furioso imperu præcox, tota ad malum rapitur. Itaque in tota natura nulla restitutinis gutta superest. Vnde confitat secunda genitura nos ad regnum Dei formandos esse: idq; volunt Christi verba, Quia homo ex vetero matris carnalis tantum nascitur, Spiritu refingendum esse, ut spiritualis esse incipiat. Et Spiritus nominis bifarium hic capit: nepe pro gracia, & effectu gratia. Priore enim loco Christus Spiritum Dei unicum pura & recta natura authorem esse docet: postea nos spirituales esse significat, ex quo sumus eius virtute renouati,

C.III. 7 *Nemireris quid dixi tibi, oportet vos nasci de intiero.*

8 *Spiritus quo vult spirat, & vocem eius audis, sed ne scis unde veniat, nec quid vadat, sic est omnis qui genitus est ex Spiritu.*

9 *Respondit Nicodemus, & dicit illi, Quomodo possunt haec fieri?*

10 *Respondit Iesus & dixit ei, Tu es magister Israëlis, & haec ignoras?*

11 *Amen amen dico tibi, quod nouimus, loquimur: & quod vidimus, testimoniū nostrum non recipitis.*

12 *Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixerō vobis cœlestia, credetis?*

7 *Nemireris.) Variè hunc locum torquent interpres. Quidam Nicodemi & similiūm crassitatem perstringi putant: ac si dicere Christus non esse aūrum sī cœlestē illud regenerationis mysterium non capiant, quando ne in ordine quidem naturæ, eorum qua sub sensu cadunt, ratione assequuntur. Alij arguunt quidem, sed nimis coāctum sensu excudent. Sicuti liber est venti flatus, ita Spiritus genitura nos in libertatem restituit, ut soluti à peccati iugo, sponte ad Deum curramus. Alienum etiam prorsus est à Christi mente quid affert Augustinus, Spiritum Dei suo arbitrio esse efficacem. Melius Chrysostomus & Cyillus, qui similitudinem à vento sumptam effe dicunt, atque ita accommodant ad præsentem locum, Quoniam vis eius seniatur, originem tamen & causam latete. Ego, vt ab eorum sententia non longè discedo, ita Christi sensum & clarissimi & certissimi exp̄ mere conabor. Retineo principium illud quod similitudinem mutuetur Christus ab ordine naturæ. Incredibile ducebat Nicodemus quod de regeneratione & noua vita audierat: quia regenerationis huius modus altior erat eius captus. Christus, vi eiusmodi scrupulū illi eximat, in vita etiam corporali mirificauit Dei virtutem extare docet, cuius ratio occulta est. Hau- riunt enim onnes, ex aere vitalē spiritum: ipsa aeris agitatio sensu percipitur: vnde tamē proueniat & quid abeat sensus. Si in hac caduca & evanida vita tam potenter agit Deus ut mirari cogamus eius virtutem: quām absurdum est, in cœlesti ac supernaturali vita arcanum eius opus mentis nostre apprehensione velle metiri, & vt non plus credamus quām appareat? Sic Paulus, quoniam aduersus eos inuehitur qui resurrectionis doctrinam ideo abiiciunt quid impossibile videtur, corpus, quod nunc patredim obnoxium est, ubi in pulucrem & nihilum redactum fuerit, beata immortalitate indui: socordiam illis exprobrat, quid in grano tritici non considerant similem potentiam, neque enim germinat semen, donec putrefactum fuerit. Hæc illa est admirabilis sapientia de qua exclamat David.*

*1 Cor. 15.
15.*

*Psal. 104.
24.* Nimiris ergo stupidi sunt, qui communī naturæ ordine admoniti, non altius assurgunt, vt Dei manūm in spirituali Christi regno longè potentiorē agnoscant. Ceterū quid mīstrari veta Christus, non ita accipere conuenit quasi sordere nobis velit tam præclarum Dei opus, & quod precipua admiratione dignum est: sed admiratione nos teneri non vult quæ fidem nostram impedit. Multi enim respūnt, quasi fabulosum, quod nimis atduum ac difficile putant. Insūmina, ne dubitemus Spiritu Dei nos refingi, ac fieri nouos homines, quānus agendi modus nos lateat.

8 *Spiritus quo vult spirat.) Non quid propriæ voluntas sit in flatu, sed quia libera sit agitatio,*

& vaga & varia. nunc enim aer in hanc, nunc in illam partem fertur. Hoc autem ad rem facit: quia si instar aquæ continuomotu fluoret, minus esset in eo miraculi. *Sic est omnis.* Significat Christus non minus perspicere in homini renouatione Spiritus Dei motum & actionem, quām aeris in hac terrestri & extera vita: sed modum esse reconditum. Nos ego ingratis esse & malignos si incomprehensibilem Dei virtutem in cœlesti vita non adoramus, cuius tan̄ illoſtre speciem in hoc mundo ne bis exhibet: si minus in restituenda anime salute illi tribuinus quām in tuendo corporis statu nobis denonstrat. Applicatio panlo erit clarius si tententiam ita refolvas, Talis est vis & effectus Spiritus sancti in homine regen- to.

9 *Quomodo possunt haec fieri?) Videmus quid maxime obster Nicodemo: quicquid audit, portento simile existimat, quia modum non assequitur. Ita nullum nobis peius obstaculum est quām propria arrogantia, quid scilicet superē semper volumus plurimā oportet: proinde diabolico faſtu reūtem quicquid ratione nostra non est expositū. Quasi verò immenſam Dei potentiam ad tam angustum modulum restringi aequum sit. Licit quidem de modo & ratione operum Dei aliquatenus inquirere, modò sobrietate & reverenter: sed Nicodemus hac obiectione, quasi fabulam repudiat quod fieri posse non credit. Quia de re plenius tractabimus capite 6.*

10 *Tu es magister Israëlis.) Quia frustra apud hominem superbum, tempus & operam, docendo, se consumere videret Christus, ad obiurgationē descendit. Et certè apud tales nullus vñquam doctrina profectus erit, donec prauæ confidentiæ flatu, quo turgent, exinaniti fuerint. Porro hoc ad domandum fastuum aptissimè illi obicitur. nam in quo sibi maximè videtur acutus & frudens, eius inscrutia Christus exagit. Hoc grauitatis & perspicacia esse ducebat rem impossibilem non admittere, quia stulte credulus est qui alterius dicitis nondum bene comperta ratione annuit. Sed interea ridiculus est Nicodemus cum suo magistrali supercilioso, quid in primis elementis magis quām pueriliter hesitat. Talis certè dubitatio turpis ac pudenda est. qualis enim religio, qualis Dei notitia, qualis regula bene vivendi, qualis spes vi- tæ aeternæ, nisi tenetius horum in Spiritu Dei renouari? Est ergo emphasis in voce *Hac*. Quia enim hanc doctrinæ partem Scriptura identidem inculcat, ne postremis quidecum tyronibus ignota esse debet. Nullo itaque modo ferendum est vt eius ignorans sit ac ruditus qui doctorem se in Ecclesiastis profitetur.'*

11 *Quod nouimus, loquimur.)* Quidam ad Christum & Iohannem Baptistam hoc referunt: alij numerum pluralem loco singularis positum esse dicunt. Ego verò non dubito quin se Christus

omni-

omnibus Dei Prophetis coniungit, & communiter loquatur in omnium persona. Philosophi enim aliquae ventosi doctores nugas sepe quas commenti sunt ingerunt: hoc autem Christus sibi & omnibus Dei servis tanquam proprium vindicat, quod non nisi certam doctrinam tradunt. neque enim mitit Deus qui de reb. ignorantis vel dubitis garrant: sed eos in schola sua format, vt que ab ipso didicerint, aliis deinde tradant. Porro sicut Christus hoc elogio doctrinæ fuit certitudine nobis commendat, ita suis omnibus ministris Legem modestiæ prescribit, ne propria somnia vel conjecturas obtrudant: nem in medium proferant humana figura, quibus nihil solidi subest: sed fidele ac puru Deo testimonium reddant. Videat ergo quisq; quid sibi à Domino reuelatum sit: ne quis fidei fuit metas translat: ne quis denique sibi loqui permittat nisi quod à Domino audierit. Notandum etiam est quod Christus doctrinam suam iure iurando hic coherens, ut plena illi apud nos constet authoritas. *Tertius oratione nostrum non recipit.* Hoc ideo additur nequid decedat Euangelio ob hominum ingratitudinem. Quia enim apud paucos fidem inuenit Dei veritas, passim vero repudiatur à mundo, à contemptu alienata est: ne ideo minori in pretio sit eius maiestas quod illam totus ferè mundus superbe despiciet & sua impietate obscurat. Quanquam autem simplex & vnu est verborum sensus, duplex tamen ex hoc loco doctrina colligenda est. prior, ne labefact apud nos Euangeli fides, si paucos in terra discipulos habeat. acsi diceret Christus, Vtunque non recipiatis doctrinam meam, manet nihilominus certa & stabilis: quin nunquam efficiet hominum incredulitas quin Deus perpetuo verax maneat. Altera, quod non impune effugient qui hodie arrogant fidem Euangeli, quando facio sancta est Dei veritas. Hoc clypeo munitos esse nos oportet, vt aduersus hominum contumaciam in obedientia Euangeli pergamus. Tenendum quidem hoc principium est vt in Deo fundata sit fides nostra. Sed ubi Deum habemus autorem

tanquam supra celos eucliti secure debemus totum mundum potius calcare, vel ex alto despicer, quam vt nos quorundam infidelitas perturber. Quod testimonium suum non recipi conqueritur Christus, inde colligimus, verbo Dei omnibus fidelis hoc fuisse quasi fatale, vt apud paucos fidem obtineret. Nam ad maiorem numerum, & ferè ad totum populi corpus pertinet verbum *Non recipit.* Quare non est quod hodie nos examinet fidelium paucitas.

12 Si terrena. Cocludit Christus, Nicodemo & similibus esse imputandum si in Euangeli doctrina minus proficiant. Per se enim nō fit re ostendit quominus omnes recte instituat, quando ad terrā vsq; descendit vt nos in celum attollat. Hoc nimis tristitia est vt subtiliter & argutè doceri homines appetant. hinc tantopere bona partia atridē alta & absurde speculationes. Hinc etiā minoris Euangeliū extinunt plerique quod illuc magniloquentia non reperiunt que ipso aures ampleat. Itaque in studio vulgaris & humilis doct inē se occupare non dignātur. Atqui nimis est ita improbas, quod ideo minus honoris de ferimus loquenti Deo quia se illi ad nuditatem nostram deimitit. Ergo quod erat & plebeio stylo nobiscum balbit Dominus in Scriptura, hoc scia eus causa nostra fieri. Quisq; s talis humilitate offendit se iactat, vel prætexti quominus Dei verbo se subiiciat, mentitur. qui. n. Deum sibi propinquum amplecti nō suffinet, multo minus sapientia nubes ad eum euolabit. *Tertia* quidam exponunt rudimenta spiritualis doctrina. Nā abnegatio nostri quoddam est pietatis tyrocinium. Sed potius iis subserbo qui hoc ad docendi formam referunt. tametsi enim celestis fuit tota Christi concio, adē tamen familiariter loquuntur est vt sermo ipse terrestris quadammodo possit videri. Præterea non debent verba hæc restringi ad vnicam cōcionem, hic. n. vñtaria quam tenuit Christus docendi ratio (hoc est plebeia simplicitas) cum pompa & splendore confertur, cui ambitiosi homines nimis cupide addicuntur.

13 Et nemo ascendit in celum, nisi qui descendit è celo, Filius hominis qui est in celo.

14 Et sicut Moses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis.

15 Vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam eternam.

Num. 21. 6.9. 16 Sic enim Deus dilexit mundum vt Filium suum unigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam eternam.

17 Non enim misit Deus Filium suum in mundum vt condemnaret mundum: sed vt seruetur mundus per eum.

18 Qui credit in eum, non condemnatur: qui vero non credit, iam condemnatus est: quia non credit in nomen unigeniti Filii Dei.

13 Nemo ascendit in celum. Iterum hortatur Nicodemum ne sibi ac sua perspicacia confidat, neminem enim mortalium posse sua industria in celum penetrare, nisi qui duce Filio Dei illuc tendet. Ascensus enim in celum puram mysteriorum Dei notitiam & spiritualis intelligentia lucem significat. Idē enim hoc loco docet Christus quod Paulus, quom pronuntiat non capere hominem animali in quo Dei sunt. Itaque totum humani ingenij acumen à rebus diuinis arcit, quia longe infra Deum subsedit. Sed notanda sunt verba, solum Christum, qui celestis est, in celum ascendere, aliis omnibus preclusum esse ingressum. Sed priore membro nos humiliat,

quum totum mundum à celo prohibet. Iubet Paulus stultescere apud seipso quicunque Deo sapere cupiunt: nihil minus libenter facimus. Ergo tenenda est sententia, evanescere ac deficere sensus omnes nostros quum ad Deum veniunt. sed postquam celū nobis clausit Christus, remedium in promptu offert, quum addit, Filio hominis datum esse, quod omnibus alii negatum est. Neque enim quod ascendit in celum, id sibi privatim ac solus facit, sed vt nobis dux sit & director. Atque hac causa vocavit se Filium hominis, ne dubitemus communem nobis cum eo esse ingressum: qui ideo carnem nostrā induit vt nos bonorum omnium confortes haberet. *Quoniam*

C. III. ergo vnuus sic Patris consiliarius, admittit nos in ea arcana qua in abdito alioqui laterent. Videatur tamen hoc esse absurdum, quod se dicit esse in celo quo tempore in terra habitat. Si respondeas verum esse illud respectu diuinitatis, loquendis modis aliud sonat: quod scilicet homo ipse in celo fuerit. Dici posset non fieri loci mentione, sed conditione tantum discerni Christum à reliquis, quia haeres sit regni Dei, à quo totum genus humanum exultat; sed quum in Christo properet unitatem persona fatis frequens ac tritum sit, quod virus naturae proprium est, ad alteram transferri, non alia solutio querenda est. Christus ergo qui in celo est, carnem nostram induit, vt porrecta nobis fraterna manu, secum nos ad celum euehat.

Et sicut Moses. Clarius explicat quorsum dixerit se vnum esse cui apertum est celum: nempe ut omnes illuc inducat, qui modò eum sequi ducentem volent, se enim palam omnibus & aperte expositum fore testatur, vt suam ad omnes virtutem diffundat. *Ex altaris* significat collocari in loco edito & excelso, ut omnium aspergiti pateat, id factum est Euangelij prædicacione. Nam quod de cruce quidam exponunt, contextui non quadrat, & alienum est ab instituto. Simplex ergo verborum sensus est, quod Euangelij promulgatione instar vexilli erigendus fuerit Christus, quod intenderent omnium oculi, si-
les. 4.2.4.2. cut prefigerat Iesu. Huius exaltationis typum statuit in serpente æneo, qui à Mose erectus fuit, cuius conspicetus salutare remedium iis erat qui lethali serpentum mortuvi vulnerati erant. Nota est historia qua habetur Num. 21. c. 9. Porro in hunc suum hoc loco adducitur, vt se doceat Christus Euangelij doctrina constitendum esse ante omnium oculos, vt quicunque ipsum fidei intuiti fuerint, salutem percipient. Vnde colligendum est, Christum nobis in Euangeliō clare proponi, ne quis de obscuritate queratur, & passificationem hanc omnibus esse communem, & suum esse fidei affectum, quo tanquam p̄fessionem certnat: queinadmodum dicit Paulus, ipsum cum cruce sua graphè depingi, quin vere predicator. Non est autē similitudo impropria vel longè petita, Sicut externa tantum erat serpentis species, intus nihil tabescit aut venenolum: ita forma carnis peccatarum induit Christus, à peccato tamen puram & vacuum, quo lethale in nobis peccati vulnus sanaret. Neque enim frustra Dominus olim, quā à serpentib. vulnerati essent Iudei, ita antidotum genus opposuit. Atque hoc ad confirmationem sermonis à Christo habitum valebat, nam quum instar obscuri & abiecti hominis contemni se videret, nihil aptius afferre potuit serpentis exaltatione, ac si diceret, non debere videi absurdum si preter hominum opinionem ex infimo euchatur, quia id in serpentis typō iam adumbratum seb Lege fuerit. Quaritur nunc an se Christus serpentem comparet, quia si aliquid simile: ut verò sacramentum fusse significet, quale fuit manna. Tametsi enim manna corporalis erat cibus, destinatus ad præsentem vnum, simul tamē mysterium spirituale fusse testatur Paulus. Idem ut de serpente æneo sentiam tum hic locus me inducit, tum quod in posterū seruatus fuit, donec populi superstitione in idolum conuersus esset. Si quis alter indicit, non contendeo.

16 *Sic enim Deus.* Primum salutis nostræ causam & qualis fontem aperit Christus: idque nequa dubitatio habeat. Neque enim tranquilla est animis nostris statio in qua quietantur, donec ad gratutum Dei amorem ventum est. Ergo sicuti non alibi quam in Christo tota salutis nostræ materia quarrenda est, ita videndum unde nobis Christus fluxerit, cur nobis oblatus sit seruator. Vtrumque hic distinctè nobis tracitur: quod scilicet fides in Christum sit omnibus viu huic: & quod ideo vitam attulerit Christus q. cælestis Pater genus humanum, quod amat, peire nolit. Atque hic ordo diligenter notandum est. Vbi enim de salutis nostræ origine agitur, vt ingentia est naturæ ne stræ impia a. abitio, statim obrepit diabolicae imaginations de propriis meritis. Deum ergo nobis ideo propitiuni esse fingimus quia dignos iudicauerit quos respiceret. Atque Scriptura vb. que meram & simplicem eius misericordiam extollit, quæ merita, omnia aboleat, neque aliud sibi volunt Christi verba, quum in Dei amore cauam flatuit. Nam si altius confondere libeat, Spiritus per os Pauli ianuam obserat, amorem hunc docens in proposito voluntatis eius fundatum esse. Et certè non obscurum est ita loquutum esse Christum, vt homines à respectu sui ad solam Dei misericordiam traduceret. Nec Deum, quia aliquid in nobis tanto beneficio dignum animaduerterit, ad nos liberandos inducēt pronuntiat: sed liberationis gloriam in solidum assignat eius amori. Idque ex contextu melius etiam pater: datum enim esse hominibus Filium subiicit, ne pereat. Vnde sequitur, donec perditos ope sua dignetur Christus, omnes esse aeterno exitio destinatos. Hoc etiam Rem. 5. 6. Paulus ex temporis circumstantia demonstrat: quia scilicet dilecti suimus quin adhuc inimici effemini per peccatum. Sed vbi regnat peccatum, nihil inneniemus præter iram Dei, quæ morte secum trahit. Sola igitur misericordia est quæ nos Deo reconciliat, vt simul restituat in vita. Videtur tamen hic modus loquendi cum multis Scripturæ testimoniis pugnare, quæ primū diuini erga nos amoris fundamentum in Christo ponunt, extra ipsum vero ostendunt Deo nos esse exoscos. Sed memoria tenetum est quod iam prius admonui, arcam amorem, quo nos apud se complexus est cælestis Pater, quia ex aeterno eius proposito manat, omnibus aliis causis superiori est: gratiam vero quam nobis testata est vult, & qua in salutis fiduciā erigimur, à reconciliatione per Christum parta incipere. Nam quum necesse sit illi peccatum esse odio, quomodo nos ab ipso amari statuimus, donec expiata sine peccata, quorū respectu merito nobis irafigitur? Ita Christi sanguinem intercedere oportet ad placandum nobis Deum, priusquam vllus paternæ eius benevolentie sensus ad nos perveniat. Ceterum vt priore loco audimus, Deum, quia nos diligebat, Filiū suum in mortem pro nobis dedidit: ita mox subiicitur, Christum vnum esse in quem propriè respicere fides debet. Dedit vñigenitum, vt quisquis in eum crediderit, non pereat. Hic inquam rectus est fidei intuitus, Christum sibi proponere, in quo Dei pectus in amorem effusum cernat: hæc firme & solida fulta, in mortem Christi, tanquam vñicum pignus, recumbere. *Vñigeniti* nomen *ius* *est ad commendandam diuini in nos amoris vehemen-*

vehementiam. Quia enim non facile sibi homines persuadent à Deo se diligere; ut omnem dubitationem eximeret, nominatim expressit, tandem nos Deo fuisse charos, ut ne vngenerito quidem Filio pepercero nostra causa. Quoniam ergo fatus superque tellatum nobis suam charitatem fecerit Deus, quisquis hoc testimonio non contentus adhuc vacillat, non leuem Christo iniuriam facit, quasi unusquis ex vulgo temere in mortem protectus fuerit. Quin potius ita reputandum est, quanti vngeneritu suum Filium Deus estimat, tam pretiosum illi fuisse nostram salutem: cuius premium vngeneritu ipsius mortem esse voluit. Ceterum hoc nomen iure Christus obtinet, quia unicus est natura Filius: nobiscum vero hunc honorem adoptione tunc demum communicat quum inferius in eius corpus. *Qui credet in eum non periret.* Insigne fidei elogium, quod nos ab aeterno interitus vindicat. Disertè enim exprimere voluit, quanvis ad mortem videamus natum, certamen offerri liberationem in Christi fide: ita mortem quae aliqui nobis imminet, minime timendum esse. Et uniusalem notam apposuit, tum ut promiscerè omnes ad vitam participacionem inuitet, tum ut praecidat excusationem incredulitatis. Eodem etiam pertinet nomen Mandi quo prius vsus est. Tame si enim in mundo nihil reperiatur Dei fauore dignum, se tamen toti mundo proprium ostendit, quum sine exceptione omnes ad fidem Christi vocat, quae nihil aliud est quam ingressus in vitam. Ceterum meminerimus ita communiter promitti omnibus vitam in Christo qui crediderint, ut tamen minime communis omnium sit fides. Patet enim omnibus Christus, ac exppositus est, solis tamen electis oculos Deus aperit, ut fide ipsum querant. Porro hinc constat admirabilis fidei effectus, quia per eam Christum recipimus qualis nobis datus est à Patre: nempe qui non aeternæ mortis reatu solutos vitæ aeternæ heredes efficiat: quia mortis fuz sacrificio peccata nostra expiavit, ne quid obsteret quominus nos pro filiis suis agnoscat Deus. Quando igitur Christum cum mortis sue efficacia & resurrectionis fructu amplectitur fides, non mitum est si per eam Christi quoque vita potimus. Nondum tamen satis liquet cur & quomodo vitam nobis conferat fides, an quia Spiritu nos suo regenerat Christus, ut viuat in nobis ac vigeat Dei iustitia: an vero quia sanguine eius purgati à peccatis, gratuitæ venia iusti apud Deum censeatur. Certum quidem est haec duo semper coniuncta esse: sed quia hic de salutis certitudine agitur, tenenda precipue est haec ratio, nos ideo vivere quia Deus peccata non inpotando, gratis nos nat. Ideo nominatim sacrificij fit mentio, quo simul cu peccatis maledictio & mors abolita est. Iam prius admonui quorum spectent haec duo membra: nempe ut sciamus vitam nos recuperare in Christo, qua sumus in nobis priuati. Nam in hac misera humani generis conditione prior ordine est redemptio quam salus.

17 Non enim misit.) Confirmatio est proxima sententia: quia non frustra Deus hoc ad nos Filium suum misit. Atqui non venit ut perdat, se-

quitur ergo proprium esse Dei officium ut salutem per eum consequatur quicunque crediderint. Iam non est quod dubitet quisquam, vel anxiè laborete quoniam mortem possit effugere, quando tenemus hoc esse Dei consilium ut nos ab ea Christus eripiat. Repetitur *¶* etrum *Mundi* non ē, ne quis omnino arceri se putet, si modo fidei viam tenet. *Judicar* hic pro dannare, ut multis altis in locis, accipitur. Quod autem se venile negat ad damnandum mundum, in eo proprium aduentus sui finem notat. Quid enim opus fuit Christum ad nos perdendos venire, qui ter quartæ pericramus? Nihil ergo aliud in Christo considerandum quam quod Deus pro immensa sua bonitate opitulari nobis voluit, ut perditos feraret. & quoties nos peccata nostra vrgent, quoties Satan ad desperationem solicitat, obiciendus est hic clypeus, Deum nos aeterno exitio nolle opprimi, quia Filium suum salutem mundi ordinauit. Quod autem alibi docet Christus se in iudicium venisse, quod vocatur *Peta scandali*, quod dicitur positus in multorum ruinam: id accidentale est, vel (ut ita loquar) ducentum. Qui enim oblatum in eo gratiam respiciunt, digni sunt qui iudicium experientur ac tam indigni se lique contemptus vltorem, cuius rei in Evangelio luculentum specimen appetit: nam quam proprie sit Dei potentia in salutem omni crecenti, facit multorum ingratitudo ut illis in mortem cedat. Virumque opum expressus Paulus, quin se in promptu habere vindictam gloriatur in qua omnes sua doctrinæ aduersarios conficiunt, postquam impleta fuerit pitorum obedientia. Peinde enim id valet ac si diceret, destinari presentini ac primo loco Euangelium fidelibus, ut sit illis in salute: n: sed postea non impunè celorum incredulis, qui contempta Christi gratia, eum mortis auctoriem habere maluerint quam vitæ.

18 Qui credet in eum, non condamnatur.) Quod toties ac tam sedulo inculcat extra mortis per culum esse omnes fidèles, hinc et ligere licet quam necessaria sit fiducia certitudo & stabilitas, ne perpetuò trepident ac extuent conscientiaz. Iterum ergo pronuntiat nullam manere damnationem vbi crediderimus. quod etiam infra §. capite fusi exponet. Praesertim: pus hic accipitur loco futuri ex consuetudine lingua Hebreorum: vult enim fideles à metu damnationis securos esse. Proxima sententia *Qui vero non credit, &c.* significat non aliud esse remedium quo mortem quisquam hominum effugiat, ac si diceret, omnibus qui data in Christo vitam reliquent, non restare nisi morte: quoniam non alibi vita confiter quam in fide. Praetritum verbi tempus ἐποχήν posuit, quo melius exprimeret de omnibus incredulis actum esse. Notandum autem, Christum peculiariter de his loqui quorum impietas se in maiestate Euangeli contumeliam prodiderit. Tamen si unum verum est non aliud inquam fuisse effugende mortis remedium quam si ad Christum cōfugerent homines, quia tamen hic Christus differit de Euāgeli prædicatione, quæ spargenda erat per totum mundū, fermone aduersus eos stringit qui accensam diuinitatem lucem sponte ac malignè extingunt.

19 Hoc autem est iudicium, quod lux venit in mundum: & dilexerunt homines tenebras magis quam lucem, erant enim mala eorum opera.

- C.III. 20 *Quisquis enim mala agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius.*
 21 *Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur eius opera, quod in Deo sint facta.*

19 *Hoc autem est iudicium.) Occurrunt murmuribus & querimoniis quibus exigitare solent profani homines nimium (vt ipsi putant) Dei rigorem, quum severius quam optarent cum illis agit. Durum videtur, omnes qui in Christum non credunt, exitio deuoueri. Ne quis itaque suam damnationem Christo adscribat, proprius cuiusque culpe imputandam esse docet. Ratio, quia infidelitas malae conscientiae testis est, unde constat obstat suam prauitatem incredulis ne ad Christum accedant. Sunt qui putant notari hinc duntaxat signum damnationis. At Christi consilium est hominum improbitatem compescere, ne suo more tergiuerari vel cum Deo ex ostulare audeant, quali iniuste eos tractet dum infidelitatem in ore eterna punit. Tale ergo iudicium aequum esse, nullisque calumnias obnoxium demonstret: non tantum quia peruersae faciunt qui tenebras praefertunt luci, & lucem vltro sibi oblatam fugiunt: sed quia illud odium lucis nonnisi ex animo male sibi concilio & scelerato nascitur. Refulget qd idem in multis pulchra sanctitatis species, qui tamen Euangelio aduersantur: verum vt sanctiores Angelis appareant, hypocritas esse minimè dubium est: quia non alia de causa repellunt Christi doctrinam quia latebras suas astant, quibus tegotur eorum seceditas. Quem ergo sola hypocrisia incautos homines Deo reddat, tenentur omnes conuicti: quia nisi superbia excecat in vitiis sibi placeret, prompti ac voluntari essent ad recipiendam Euangelij doctrinam.*

20 *Quisquis enim mala agit.) Sensus est, Ideo lumen ipsiis esse odiosam quia mali sunt, & quantum in se est peccata sua regere cupiunt: unde sequitur, eos remedium abigendo, damnationis mate-*

riam quasi data opera souere. Multū ergo fallimur si putamus pio zelo ferri qui aduersus Euangelium infaniant, quum potius lucem horreant, quo liberi sibi in tenebris adulentur.

21 *Qui autem facit.) Hoc videtur impropriè & absurdè dici, nisi fati velis rectos esse aliquos & veraces priusquam regeniti sint Dei Spiritu, quod minimè consentaneum est cum perpetua Scriptura doctrina, fidem nanque radicem esse scimus ex qua proueniunt bonorum operum fructus. Hunc nodum vt expedit Augustinus, *Facere veritatem* exponit Agnoscerè quām miseris simus, ac omni bene agendi virtute destituti. Et certè hac vera est ad fidem præparatio, quum in opere nostræ sensa compulsi, ad Dei gratiam confugimus. Sed hoc totum alienum est à Christi mente: simpliciter enim dicere voluit, eos qui sincrè igni, nihil magis quām lucem appetere, vt probentur corum operæ: quia tali exanim habito, melius constat eos coram Deo fuisse veraces, ac omni dolo puros. Perperam vero & inscrè inferet aliquis, homines ante fidem sibi esse bene consciens. Neque enim Christus electos credere dicit vt bonorum operum laudem referant: sed tantum quid facturi essent infideles, nisi male sibi consciij essent. Porro *Veritatis* nomine vñus est Christus, quia externo operum splendorē decepti, non reputamus quid intus lateat. Ideo dicit, integrōs homines & nō animè fluctuantes libenter in Dei conspectū prodire, qui solus operum nostrorum idoneus est fidex. nam *Opera hīc dicuntur in Deo facta,* quæ illi prodantur, ac secundum eius regulam bona sunt. Hinc discimus non esse de operibus iudicandum nisi admota Euangelij luce: quia ratio nostra proorsus excutit.*

22 *Post hoc venit Iesus & discipuli eius in terram Iudeam, & illic versabatur cum ipsis, & baptizabat.*

23 *Erat autem ē Iohannes baptizans in Ego non prope Salim: quia aquæ multæ erant illuc. Veniebant ergo & baptizabantur.*

24 *Quia nondum coniectus erat in carcere Iohannes.*

25 *Ora igitur questio est à discipulis Iohannis cum Iudeis de purgatione.*

26 *Et venerunt ad Iohannem, dixeruntque illi, Rabbi, qui tecum erat trans Iordanem, cui testimonium reddidiſi, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.*

27 *Respondit Iohannes ac dixit, Non potest homo accipere quicquid nisi datum illi fuerit ex calo.*

28 *Ipsi mibi testes estis quod dixerim, Non sum ego Christus: sed missus sum ante eum.*

22 *Totus venit Iesus.) Verisimile est Christū elapo die festo venisse in eam Iudeæ partem quæ vicina erat oppido Aenon, quod in tribu Manasse situm est. Aquæ illuc multas fuisse Euangelista dicit, quarum non ita frequens in Iudea copia erat. Fuisse autem duo hæc oppida Aenon & Salim non procul à confluenta Iordanis & Iaboc tradunt Geographi, quibus vicinam faciunt Scythopolim. Ceterum ex his verbis colligere licet Baptismum fuisse celebratum à Iohanne & Christo totius corporis submersione. Quanquam de externo ritu minus anxie laborandum est, modo cum spirituali veritate & Donini instituto ac regula cōgruat. Quantum vero conictere licet, fecit illi vicinias ut spargerentur varii rame res, multi sermones agitarentur passim de Legie, de cultu Dei,*

de Ecclesiæ statu, ob duos nouos baptistas sumul exortos. Nam quod Euangelista Christum baptizasse dicit, id ad prima exordia refero: quod tunc scilicet munus sibi à Patre iniunctum publicè auctoratus fuerit. Tametsi autem per discipulos hoc agebat Christus, hīc tamen tanquam Baptismi autor nominatur, omisissis ministris, qui nihil agebant nisi eius nomine ac mandato. Quæ de re initio proximi capititis rursus aliquid dicteret.

25 *Ora igitur questio est, &c.) Non frustra hic Euangelista recitat ortam à discipulis Iohannis questionem, quominus enim doctrina instructi erant, eo confidentius ad disputandum se ingenerunt, ut semper audax est inscr̄ia. Si ipsos aggressi fuissent alij, excusari poterant: sed quod impares ad*

res ad certamē fūstīnēdūm vltro lacesunt ludāos, id temere faciunt ac perperam. Hoc autem sonant verba, motam fūsile ab illis questionem. Præterquam autem quòd de re incognita temere vltro scientiæ sua modum disterendo peccabant, suberat alterum quoque non minus vitium quòd illis non tam propōsitiū erat legitimū Baptis̄mi vſum aſſerere quam tueri magistri sui caſum, vt ſua illi integra maneret authoritas. Vtrunque reprehēnſione dignum: quòd non tenentes quānam sit vera Baptis̄mi ratio ludibri exponit ſacrum Dei iſtitutum: & quòd peruersa ambitione, magiſtri ſui partes aduersus Christum fūſcipiunt. Itaque vno verbo perculſos ac fraſdos fūſile appetit, quām obiectum eſſet Christum quoque baptizare. Nam in hominis persona occupati, doctrinā minorem habebant curam. Eorum exemplo docēnār quorūſum recidant qui prauis hominum ſtudis potius quām Dei zelo aguntur: ac piaſinde nō menim vnum hoc ſpectandum & modis omnibus curandū eſſe vt ſolas Christus eminet. De purgatione. Quāſi de purgatione fuit, quia Iudei variis erant baptiſmatū à Legē præſcripta: nec Legalibus illis contenti multa inſuper à maioriſbus accepta ſtudioſe colebant. Quòd iam nouis purgandi rituſ inducitur à Christo & Iohanne poſt tantam copiam & varietatem, ita absurdum eſſe dicunt.

26 *Cui tu teſtimoniuſ redidisti.*) Hoc argumento vel Christum facere contendunt minorē Iohanne, vel illi redidere obſtrictū, quia honore affectus fuerit. Quid enim honorificis elogiis Christū ornauit Iohannes, id in beneficio depuant, quia verò tale illi præconiū non debuerit: inò quia non ſumma fuerit hæc eius dignitas, præconeui eſſe Filij Dei. Nihilo rectius fuit Chriſtū poſtponere Iohanni, quia eius teſtimonio commendatus fuerat, ſcious enim quid reſtaſtuerit Iohannes. Quod dicunt omnes ad Christū venire, peruerſe xamulatiōis vox eſt. niueunt enim ne mox deſeratur magiſter à frequentia.

29 *Qui habet ſponsam, ſponsus eſt: amicus autem ſponsi, qui ſtat & audit cum, gaudio gaudeat propter vocem ſponsi, hoc ergo gaudium meum impletum eſt.*

30 *Illum oportet celiſcere, me autem minui.*

31 *Qui è ſuperis veuit, ſuper omnes eſt: qui ex terra eſt, ex terra eſt, & ex terra loquitur: qui e celo veuit, ſupra omnes eſt:*

32 *Et quod vidit & audiuit, hoc teſtatur, & teſtimonium cuius nemo recipit.*

33 *Qui autem recipit eius teſtimonium, ſignavit quòd Deus ſit verax.*

34 *Quem enim miſit Deus, ut verba Dei loquitur: non enim ex mensura dat Deus Spiritum.*^{4.}

Rom. 3. 4.

29 *Qui habet ſponsam.*) Hac ſimilitudine melius conſiſmat, vnum eſſe Christum qui eximiunt communī aliorū numero. Sicut enim qui vi-xorem ducit, non ideo amicos inuitat & adhibet ad nuptias vt illis ſponsam proſtituat, vel iu-re ſuo cedens in ſocietatem admittat thori coniugalis, ſed potius vt coniugium honorificē ab illis cultum ſanctius reddatur: ita Christus miſtris ſuos non ideo ad docendi officium vocat vt Ecclesia ſubacta, dominium ſibi vſurpent, ſed vt fideli eorum opera ad eam ſibi ſociandam v-tatur. Magnū hoc & præclarum eſt, præfici Eccleſia homines qui per ſonam Filij Dei ſuſtineant. Sunt igitur tanquam amici, quos ſibi adiungit ſponsus vt in commune nuptias celebrent. fed diſcriben-tenendum eſt, vt gradus ſui me-

mores, quod proprium eſt ſponsi ad ſe non trahant. Summa huic redit, quanta libet exel-lentia polleant doctores, non tamen obſtare Christo debere quin ſolus emineat, ſolus in Ecclesia ſua domineatur, ſolus eam verbo ſuo regat. Subinde in Scriptura occurrit hec ſimilitudo, quām exprimere vult D. minus ſacrum adoptionis vinculum quo nos ſibi coniungit. Sicut autem verē ſe ſuendum nobis offert, vt noſter ſit: ita merito fidem à nobis & chriſtitate mutuam ſtipulatur, quam vſor marito debet. Porro coniugium hoc in Christo omni ex parte impletum fuit, cuius ſumus caro & oſſa, vt Paulus docet. Caſtitas quam requirit, præcipue in Euangeliſ obedientiā ſita eſt, ne vlo mo Epheſiſ. 5. g. do à pura eius ſimplicitate abduci nos finamus.^{29.}

C. III. quemadmodum idem tractat 2. Corinth. II. a. 2. Vni itaque subesse Christo nos oportet, eum nobis esse vincum caput, nec pilum quidem nos à simplici Euangelij doctrina deflectere, cum solum habere gloria principatum ut sponsi ius & locum apud nos retineat. Quid ministri? Certè eos accerit Dei Filius ut officium sibi in sacris nuptiis peragendis impendant. Quare eorum partes sunt, modis omnibus fatigare ut sponsam, cuius illis mandata est cura, castam marito virginem exhibeant, quod se facere Paulus gloriatur eo quicunq; citauit loco. Qui verò Ecclesiam sibi potius quam Christo conciliant, perfidè violant connubium quod ornare deberent. Et quo majori nos honore dignatur Christus, dum sponsa sua custodes facit, eo scelerator est nostra infidelitas, nisi suum illi ius integrum tueri studemus. *Hoc ergo gaudium meum impletum est.* Significat se votorum omnium summa adeptum esse, nec iam esse quod desideret, vbi videt regnare Christum, & illi audientiam quam meretur dati. Quisquis ita affectus erit ut posthabito sui respectu Christum extollat, & eius honore contentus sit, fideliter & cum fructu Ecclesie præterit: quisquis autem ab hoc scopo vel minimum diuerter, impurus erit adulter, nec aliud poterit quam sponsum Christi corrumpere.

30 *Illum oportet crescere.*) Utterius progeditur. Quia enim prius in summa dignitatem à Domino electus fuerat, hoc suisse temporale admonet: nunc exerto iustitia Soli cedendum esse. Itaque non modo inanes honoris fumos, qui hominum errore in eum tenetē congregabantur, repellit ac discutit: sed etiam sollicité cauet ne verus ac legitimus honos, quem illi Dominus contulerat, Christi splendorem obscureret. Hac ratione dicit, quod hactenus habitus fuit summus Propheta, se in tam excello gradu nonnihil ad tempus suisse collocatum, donec aduenierit Christus, cui lampas tradenda erat. Interea testatur, aquo animo se passurum ut in nihilum redigatur, modo suis radiis totum mundum impleteat Christus & occupet. Atque hoc Iohannis studium omnes Ecclesie pastores imitari decet, ut Christo euchenodo capita & humeros subiiciant.

31 *Quis est supernus?*) Alia similitudine ostendit quantum a reliquo omnibus distet Christus, & quanto sit superior. Regi enim vel summo duci eum comparat, qui ex alto tribunali veiba faciens, pro imperio sui reuerentia audiendus est: sibi verò fatus esse docet si ex imo subfilio loquatur. Christum dicitē supernus venisse, non tantum quatenus Deus est, sed quia in eo nihil nisi celeste ac maiestatis plenum cernitur. In secundo membro vulgaris translatio semel tantum habet. *Qui ex terra est?* sed Graeci codices in diuersi lectiōne consentiunt. Suspicio ab hominibus indoctis repetitionem, quam superuaē uam ducabant, suisse eraē. Sed perinde valet ac si diceretur. Qui è teria est, originem suam sapit, ac pro natura sua conditio subsidiū in ordine terreno. Hoc itaque solius Christi proprium esse assertit ut ē sublimi loquatur, quia ē cælo descendit. Sed quarti potest annō cælo quoque profectus sit Iohannes, quantum ad vocationem & munus, ideoque audiendus fuerit Dominus per os ipsius loquens. videtur enim cælesti quam tradit doctrina esse iniurias. Respondeo, non simpliciter hoc esse dictum, sed comparatiuē. Si

seorsum considerantur ministri, tanquam ē cælo cum summa autoritate loquuntur quod à Deo mandatum est: simul autem atque incipiūt oppeni Christo, nullus esse amplius oportet. Sic Apostolus ad Hebreos capite 12. f. 25. Legem cū Euangeliō committens, Quum impune, ait, non celerit iūs qui loquentem in terra alpernati sunt, videte ne eum alpernemini qui ē calis est. Vult ergo agnoscere in suis ministris Christus, sed ita ut folus seruorum preferinti vbi ad comparationem veniunt, ita vult discerni ut folus emineat.

32 *Et quod vidu & audiuit.*) Pergit in suo officio Iohannes, nam vt c. Christo parer discipulos, eius doctrinam à certitudine commendat, quod nihil proferat nisi quod à Patre suo accepit. Vix & auditus dubia opinioni, vanis rumoribus & figmentis quibuslibet opponuntur. significat enim nihil eum tradere nisi probè cognitum. Sed dicit quispiam patrum fidei incri qui nihil præter auditum habet. Respondeo, hoc verbo notari, Christum à Patre edocimus ut vix nihil nisi diuinum afferat, ipso sibi diuinus reuelatum. Id autem in totam Christi personam competit, quatenus à Patre missus est in mundum legatus & interpres Postea mundi ingratitudinem accusat, qui tam certum ac fidem Dei testem inipiē & scelerat respuit. Occurrat autem scandalo quod multos à fide auertere, & multorum cursum impidere vel morari poterat. nam vt sollemus ab hominum iudicio nimis pendere) bona pars Euangelium ex mundi contentu æstimat, saltem vbi videt pafsin reici: hoc præiudicio occupata, difficilior est ad credendum & tardior. Proinde quoies videmus tamē mundi peruicaciam, hac tamen admoritio nos in constanti eius obedientia reineat, esse veritatem à Deo profectam. Quum dicit *Neminem recipere*, significat paucos esse & propemodum nullos fideles, si conferantur cum ingenti impiorum turba.

33 *Qui autem recipit eius testimonium.*) Hic pios ad amplexandani in epidē Euangelij doctrinam hortatur & animuat, ac si diceret non esse easiam cur eos pudeat hinc paucitatis ac pigrat, quando Deum habent fidei sua auctorē, qui vnu instar omnium abundē nobis sufficit. Ergo etiam si totus mundus Euangelio fidei abroget ac detrahat, non debet hoc bonis obstat quin Deo subscriptant. Habent etiam in quo securè acquiscere licet, quum sciunt, Euangelio credere nihil esse aliud quam Dei oraculis subscriptere. Interā colligimus hoc esse fidei proprium ut in Deum recubinet, & stabilita sit in eius verbo, nulla enim subscriptio esse potest nisi priorē partē Deus loquendo occupauerit. Quia doctrina non tantum ab omnibus humanis signi- tis discernitur fides, sed etiam ab opinione dubia & suspensa, necessis enim est ut Dei veritati, quæ omni dubitatione exempta est, respondeat. Ergo sicut mentiri non potest Deus, ita fidei vacillare absurdum est. Hoc præsidio muniti, quibuscumque machinis nos turbare ac concutere Saran conetur, perpetuo stabimus victores. Hinc etiam monemur quād gratiam ac pretiū sum coram Deo sacrificium sit fides. nam vt nihil illi pluris est quād sua veritas, ita nullus illi acceptior cultus praefari à nobis potest quād dum fide nostra profitemur illum esse veracem: tunc illi de-
mum

num suus honor verè constat. Rursum nulla gravior illi fieri iniuria potest quam dum Euangeliū non creditur. Spoliarī enim sua veritatis nequit quin aboleatur tota eius gloria & maiestas. Atque eius veritas in Euangeliō quodammodo inclusa est, illicque eam vult agnoscēti. Quare increduli nihil Deo, quantum in se est, reliquum faciunt: non quod Dei fidem labefactet eorum impietas, sed quod per eos non stat quin ipsum arguant vanitatis. Nisi plusquam laxi sumus, hoc tunc preclarum elogium, quo ornatur fides, ardenterissimum eius studium accendere in animis nostris debet. Quantus enim est hic honos, quo miseros hominum dignatur Deus, ut qui natura nūsūl sunt aliud quam mendacium & vanitas, idonei tamen censeantur qui sacram Dei veritate in subseri priore sua comprobent?

34 *Quem enim misit.*) Confirmat proximam sententiam: ostendit enim verè nobis esse cum Deo negotiorum quum Christi doctrinam recipimus: quia non aliunde profectus sit Christus quam à Patre cœlesti. Solus ergo Deus est qui per eum loquitur. Et certe Christi doctrinæ minus tribuimus quam oportet, nisi eam agnoscimus esse diuinam. Non enim ex mensura. Duobus modis expōnit hic locus: quidam enim ad communem dispensationem extendunt, quod Deus, qui fons est bonorum omnium inexhaustus, minimè se exhibet. Nam largè & vberiter sua dona effundit in homines. Qui ex vase aliquo hauriunt quod distribuant, perueniunt tandem ad fundum: sed periculum non est nequid tale Deo contingat, neque in qua tam larga erit donorum eius affluens, quin noua subinde largitate eam, vbi visum fuerit, superet. Videatur expositio hac habere aliquid coloris, quia indefinita est oratio: ego tamen Augustinum potius sequor, qui de Christo interpretatur hoc esse dictum. Nec obstat quod nondum

sit expressa Christi mentio in hoc menbro, quomodo omnem ambiguitatem tollat posterius nūcbiūm, vbi ait Christum relinquit quod promisit ec multis dictum videri poterat. Nam hēc verba præculdubio exegētē adorta sunt. Patrem omnia Filio dedisse in manu, quia eum amit, video vno cōtextu legenda sunt. Et verbum præfensum te, portis quasi cōtinuum actum designat, tanet hēc. Spiritu semel donatus fuit ad lumeni usque perfectionem, & tamen affidit, tanquam ex featuri, longe latēque manat, video non incepit nec etiā accipere a Patre dicitur. Quod si quis simplicius interpreta, i malit, non est int̄. Ieſus te a patre mutatio in eiusmodi verbis. Sensus nūc clarus est, Christo non esse ex mensura datum spiritum, quasi gratia qua pollet facultas ad aliquē modum finita sit, quemadmodum Paulus docet, Cor. 12, a. 7. & Ephes. 4, a. 7. ita gūs distribuit recondit donationis mensuram, ita ut nemo vnu ad plenum abundet. Nam quoniam hoc gratuum inter nos fratres communicationis vinculum sit, vnu nullus sibi seorsum sufficiet, sed viciūlūl alij alius indigant; in hēc autē bis differt Christus quod Pater immensam Spiritus sui copiam in eam effudit. Et sancte Spiritum absque mensura in eo residere oportet, quo hauriantur omnes ex eius plenitudine, quemadmodum primo capite habemus. Atque hēc spectat quod lequitur continuo post, *Tatren dedisse in eum manum omnia.* Neque enim his verbis Christi modo excellentiam praedicit Iohannes, sed opulentia qua prædictus est finem, etiam & vsum simul ostendit: ut scilicet tanquam arbiter à Patre constitutus, singulis, prout vitum est, itque expedit, distribuat: quem admodum fuisse explicat Paulus quarto illo ad Ephesiōs capite quod nuper citauit. Quantumvis ergo suos variè locupletet Deus, hoc vni Christo singulare est, habere omnia in manu.

35 *Pater diligit Filium, & omnia dedit in manum eius.*

36 *Qui credit in Filium, habet vitam eternam: qui vero incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.*

35 *Pater diligit Filium.*) Sed quid sibi vult ista ratio? an alios omnes odio habet? Responſio in promptu est, non agi de vulgaris amore, quo Deus homines à se conditos vel alia opera sua prosequitur, sed de singulari illo, qui à Filio incipiens, inde ad omnes creaturas manat. Facit enim hic amor, quo Filium amplectus, nos quoque in eo amplectitur, ut per illius manum nobis bona sua omnia communiceret.

36 *Qui credit in Filium.*) Hoc addidit ut non tantum sciamus bona omnia a Christo petenda esse, sed teneamus etiam fruendi modum. Porro fruitionem in fide positam esse docet: nec immēritō, quandoquidem per eam possidetur Christus, qui secum & iustitiam, & vitam, iustitiae fructum assert. Quod autem vite causa vocatur fides in Christum, inde colligimus in solo Christo vitam contineri, neque eius nos alter fieri compores quam Christi ipsius gratia. Sed non conuenit inter omnes quomodo ad nos perveniat Christi vita. quidam enim ita accipiunt, quoniam credendo, Spiritum recipimus qui nos in iustitiam regenerat, nos eiūmodi regeneratione salutem consequi. Ego autem, quanvis hoc esse verum latear, fide nos tenouari, ut Spiriti

tus Christi nos regat, primo tamen loco considerandam esse dico gratitatem peccatorum remissionem, qua sit ut Deo accepti sumus: dico item in hac sola totam salutis fiduciam & fundatam esse & confidere: quia non aliter iustitia nobis coram Deo imputari potest nisi dum peccata nobis non imputat. *Qui vero incredulus est.* Sicut vitam in Christo proposuit, cuius dulcedine nos alliceret: ita nunc aterne mortui addidit quicunque Christo non credunt. Atque hoc modo amplificat Dei beneficium, quoniam admonet nullum esse aliud effugiēre mortis remedium nisi nos Christus liberet. Inde enim pendet hēc sententia. Quod in Adam sumus omnes perdit. Si autem Christi officium est, quod perierat ferre, merito qui oblatam in eo salutem responsum, in morte manent. Duximus nuper hoc propriè ad eos pertinere qui Euangeliū sibi patefactum reciuerunt, eti enim eodem exitio implicitum est totum humanum genus, grauior tamen & duplex vltio eos manet qui Filium Dei recusant liberatorem. Nec certe dubium est quin Baptista mortem incredulis dem prianō, cuius terrore nos ad Christi fidem stimulare voluerit. Protrō his verbis damnari palam est redigiq. in nihilum

C. III. quicquid extra Christum iustitiae se habere patet mundus. Nec est quod obiciat quispiam, ini-
quum esse ut qui p̄ij alioqui & sancti sunt, ideo
perent quia non credunt. Frustra enim in ho-
minibus singitur aliqua sanctitas, nisi qua donati
sint à Christo. *videtur etiam posuit pro frui vita.*
Ceterum quo mēius exprimat nihil restare no-
bis spei, nisi à Christo liberemur, dicit *uram Dei*
manere super incredulos. Quanquam non dispi-
cet quod docet Augustinus, manendi verbo esse
volum, ut sciamus iam ab eterno nos morti esse de-
stinatos, quia filii iræ omnes nascimur. Saltem

eiusmodi allusionem libenter admitto, modò
teneamus genuinum & simplicem esse illum
quem dixi sensum, sic incredulis omnibus mor-
tem incumbere, & eos tenere oppressos ac sub-
mersos, ut effugere nunquam possint. Et certè
quanvis naturaliter damnati iam sunt reprobati,
sua tamen infidelitate nouam sibi mortem acce-
sunt. Atque in hunc finem data est Euange-
lij ministris ligandi potestas. Hæc enim iusta est
humanae contumacia vindicta, ut qui salutare
Dei iugum excutiunt, se constringant mortis vin-
culis.

C A P. I I I I .

1 Postquam ergo cognovit Dominus quod audissent Pharisæi, Iesum plures discipulos facere
& baptizare quam Iohannem.

2 (Et si Iesus ipso non baptizabat, sed discipuli eius.)

3 Reliquum Iudeam, & abiit rursus in Galilæam.

4 Oportebat autem ipsum transire per Samariam.

5 Venit ergo in urbem Samaria, quæ dictur Sichar, vicinam agro quem dedit Jacob Ioseph
filio suo.

6 Erat autem illic fons Jacob: Iesus autem factus ex itinere sedebat sic super fontem, quum esset
hora ferè sexta.

7 Venit mulier ex Samaria ad hauriendam aquam. Dicit illi Iesus, Da mihi quod bibam.

8 (Discipuli enim eius profecti erant in urbem ad cibos emendos.)

9 Dicit illi mulier Samaritana, Quomodo tu Iudeus quum sis, potum à me petis, quæ sum mu-
lier Samaritana? neque enim commercium habent Iudei cum Samaritanis.

1 Postquam ergo cognovit.) Nunc Euangelista de colloquio verba facturus quod habuit Christus cum Samariide, principia causam profectionis exponit. Quum enim seiret Pharisæos male affe-
ctos, noluit eorum furori se ante tempus obiciere.
hac illi ex Iudea migrandi fuit ratio. Ita significat non venisse destinato consilio in Samariam ut il-
lic habitat, sed quod transeundum per eam erat
in Galilæam tendentibus. Nam donec sua resur-
rectione ianuam aperiret Euangelio, in colligen-
dis ouibus Israël, ad quas missus erat, occupari o-
portuit. Ergo quod Samaritanos dignatus est sua
doctrina, extraordinarium fuit, & quasi fortuitum,
vt ita loquar. Sed cur fecelsum & latebras Galilæe
petit, ac si innotescere nollet, quod maximè o-
ptandum erat? Respondeo, ipsum tenuisse rationem
agendi, atque opportunitate temporis sic fuis-
se vsum ut ne momentum quidem præteriret. Sta-
dium ergo suum ordine & quo decebat tempera-
mento confidere voluit. Vnde etiam docetur,
nos ita debere animis esse compositos, ut neque
vlo metu terreamur quin pergamus in officio, ne
que in accersendis periculis simus nimium præci-
pites. Hac porrò mediocritatem verè colent qui-
cunque in suam vocacionem erunt intenti. nam &
Dominum constanter sequentur vel per medias
mortes, nec temere se projicient, sed ambulabunt
in viis suis. Meminerimus ergo, non ultra progre-
diendum esse quam vocatio nostra postulat. Phari-
sæos solos commemorat Euangelista qui infesti
Christo fuerint: non quod alij Scirbae fuerint a-
mici, sed quia secta hec tunc regnabat, & ipsi p̄ij
zeli pretextu maximè insiniebant. Quaritur an
Christo plures discipulos inuiderint, quia magis
in Iohannem propensi, eius dignitati & fama itu-
derent. Alius est verborum sensus, nam quum eos

id iam prius male habereret, discipulos à Iohanne
colligi, magis exasperauit eorum animos quam
viderent plures adhuc Christo accedere. Ex quo
autem Iohannes se nihil quam præconem Filij
Dei esse professus erat, maior ad Christum con-
cursus fieri cecepit, & iam ministerio suo probè de-
functus erat. Ita docendi & baptizandi munus
paullatim Christo resignavit.

2 Eisti Iesus ipse non baptizabat.) Baptismus
Christi vocatur, quem per aliorum manus contu-
lit: ut sciamus Baptismum ex ministri persona mi-
nimè æstimandum esse, sed vim eius totam pende-
re ab auctore cuius nomine & mandato confer-
tur. Vnde singularis ad nos consolatio redit, dum
scimus Baptismum nostrum ad nos abluedos &
renouandos non minus habere efficaciam, quam
si a Filio Dei nobis datum foret. Nec dubium est
quoniam ab externa signi administratione quandiu
in mundo versatus est consultò abstinerit, ut te-
statum omnibus seculis faceret, nihil decidere
ex virtute Baptismi dum ab homine mortali of-
fertur. In lumina, non tantum intus baptizat Christus
Spiritu suo, sed symbolum ipsum quod ab
homine mortali suscipimus, perinde haben-
dum esse aucti Christus ipse manum è celo exerens,
ad nos vñque porrigeret. Quod si Christi est Ba-
ptismus qui per hominem datur, qualiscumque
sit minister, Christi esse non desinet. Atque hoc
ad refellendos Anabaptistas sufficit, qui ministri
vitio Baptismum quoque vitiosi contendunt, &
huius delirij causa Ecclesiam turbant. Quemad-
modum contra Donatistas eodem argumento ap-
positè vñus est Augustinus.

3 Que dicitur Sichar.) Hieronymus in epita-
phio Pauli vñiosè in legi putat, quoniam potius legen-
dum sit Sichem. Et certè hoc posterius antiquum
& ve-

& verum esse nomen constat: verum probabile est, iam Euangelista tempore vocem Sichar fuisse in vfo. De loco satis conuenit, vrbeis suis tam in latere montis Garizimi, cuius incolae à Simeone & Levi proditoriè cæsi fuerunt, & quam Abimelech indigena solo postea æquauit. Sed tanta fuit loci commoditas, vt tertio vrbis illuc condita fuerit, quā Hieronymi seculo Neapolin vocabat. Et Euangelista omnem controuersiam tollit, tot additis circumstantiis. Nam ex Mose statis constat vbinam fuerit ager ille quem Jacob filii Joseph attribuit, montem quoque Garizim Sichima luisse vicinum omnes fatentur. Templum illuc fuisse extrellum, mox dicemus. Quin illuc diu habitauerit Jacob cum sua familia minime dubium est.

6 *Iesus autem fessus ex iinere.*) Non simulauit Iesu studinē, sed reuera fessus erat, nam quo magis ad sympathiam propensus foret, nobisque condesceret, infirmitates in se nostras suscepit: quē admodū docet Apostolus. Hū perirent temporis circumstantia, neque enim mirū quod circa meridiem sitiens & lassus ad puteum quieuerit, nā quū dies ab ortu solis ad occasum vlique duodecim habet horas, sexta erat meridies. Quum dicit sic sedisse, quasi gestum hominis fatigati exprimit.

7 *Damibi quod bibam.*) Quod aquam à muliere postulat, non simpliciter eo consilio facit vt eius docenda materiam habeat: sitis enim cum vrgebat, vt bibere optaret. Sed hoc impedimento esse non potest, quin docendi occasionem nactus, ea vitatur: quia fūz necessitatī mulieris salutē p̄fert. Ergo sitis luce obliuiss, quasi colloquendi suppetat orium & commoditas, vt eam in vera pietate instituat, anagogen ab aqua visibili ad spiritualē deducit: & eius animūnū irrigat cælesti doctrinā quā aquam illi negauerat.

9 *Quomodo tu Iudeus quoniam sis.*) Exprobratio

est, qua retaliat communem gentis luce contempnum. Notum est Samaritanos lēcem populi suis ex alienigenis collectam. Quia corruperat Dei cultum, multōq[ue] peruersos & adulterinos ritus colebant, Iudeis merito erant exosi. Intra ea tamē non dubium est quin Iudei magna ex parte carnali suo odio Legis zelum prætexerēt, nam apud multos plus valebat ambitio & inuidia, & quod illis dolcebat legiōnēm sibi destinatam à Samaritanis occupari, quām quod de violato Dei cultu foliciti essent ac tristes. Erat tamen iusta dissidij ratio, modò puri ac recte compositi fuissent affectus. Ideo Christus quoniam ad primam Euangelij publicationem Apostolos mittit, verat ne ad Samaritanos ducerant. Verū mulier hæc facit quod omnibus ferē est ingenitum, quia enim in pretio esse cupimus, ægerritur ferimus nos contemni. adeoque hic est communis humanae naturæ morbus ut velit quisque sua virtus placere alii: si quis autem nos & nostra improbat, statim sine discrimine irascimur. Executat se quisque, & hoc superbia semen in animo suo reperiens, donec extirpatum à Spiritu Dei fuerit. Mulier ergo ista, quia gentis luce superflitiones apud Iudeos dannata sciebat, nūc illis in Christi persona insultat. Quod nox tequitur, Iudeos Nihil habere cum Samaritanis commercij, à muliere dictum p[ro]te calib[us] Euangelista explicationis vice additum accipiunt. Et certe parum refert vtrumvis sc̄sum eligas: sed mihi viderer optimè cōgruere quod mulier Christum hoc modo subsannet. Quid an tibi fas est à me potum petere, quum vobis a deo profani sumus? Siquis aliter malitias non contendit. Ceterū fieri potest vt Iudei à Samaritanis ultra modum abhoruerint, quemadmodum enim diximus falsi oculi colore abusos esse, ita modum excedere promptum fuit, quemadmodum accidere solet omnibus qui prauis affectibus indulgent.

Lue.9.8.13

10 *Respondit Iesus, ac dixit illi, Si sc̄res donum Dei, & quis sit qui tibi dicit, Da mihi potum: tu peti fessus ab eo, & dedis fessus tibi aquam viuam.*

11 *Dicit ei mulier, Domine, neque quo haurias habes, & putens est altus: unde ergo habes aquam viuam?*

12 *Num tu maior es patre nostro Jacob, qui dedit nobis p[ro]teum, & ipse ex eo bilit, & filii eius, & pecora eius?*

13 *Respondit Iesus, ac dixit illi, Omnis qui bibit ex aqua hac sicut sit rursum:*

14 *Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo illi, non sicut in eternum: sed aqua quam ego dabo ei, sicut in eo fons aquæ salientis in vitam aeternam.*

15 *Dicit ei mulier, Domine, da mihi aquam hanc, ut non sicutiam, neque veniam huc ad hauriendum.*

10 *Respondit Iesus.*) Nunc sumpta occasione incipit Christus de Spiritu sui gratia & virtute concionari, idque apud mulierculam quæ indigna proflus erat cum qua verbum faceret. Mirum certè bonitatis eius exemplum. quid enim fuit in miliera feminina, vt ex scorto, Filii Dei repente discipula fieret? Quanquam in nobis quoque omnibus idem misericordię specimen exhibuit. Non omnes quidem mulieres sunt scortæ, non omnes viri flagitio aliquo notati: sed quam villos nostrum præstantiam in medium afferet cur nos coelesti doctrina & adoptionis honore dignatus fuerit? Nec fortu[m] accidit cum tali persona colloquium: nam quasi sub typō nobis ostendit Dominus, se nequaquam ex cōgnititate eligere quibuscum salutis doctrinam

communicet. Atque hoc quidem prima specie admirabile consilium est, quod tot pretermisit in Iudea magnos viros: interea cum hac muliere familiariter contulerit sermonem. Veūn nobis sub eius persona exprimi oportuit quām verum sit illud Propheta, Invenius sum à non *10.65.4.1* quarentibus me: iis qui de me non rogabant palam apparuit: dixi non petentibus, Ecce ego adsum. Si sc̄res donum Dei. Ego hec duo membra, Si donum Dei sc̄res, & quis sit qui tecum loquitur, ita distinetē lego vt posterius sit quasi interpretationis prioris. hoc enim singulare Dei erat beneficium, præsentem Christum habere, qui vitam eternam secum ferebat. Sensus clarior erit si vice copule particulam exegericam supponas, Si sc̄res donum Dei, neimpe quoniam sit qui

C. III. tecum loquitur. Ceterum his verbis docemur, tunc nos demum scire quisnam sit Christus quum tenemus quid nobis in eo dederit Pater, & quid bonorum ipse nobis offerat. Ea autem cognitio ab inopie nostra sensu incipit, nam ut ad remedium quis aspiret, cum prius necesse est malis suis affici. Itaque Dominus non ebrios sed sipientes, non saturos sed famelicos inuitat ut comedant & bibant. Et quorsum ad nos mitteretur Christus cum Spiritu plenitudine, nisi nos vacui essemus? Ceterum ut multum profecti qui defectum suum sentiens, quantopere aliena ope indigeat iam agnoscit: ita non sufficeret sub malis suis gemere, nisi prompti paratique auxilijs spes accederet, quia hoc modo nihil possemus quam in corpore tabescere, vel certe (quod Papistus accedit) illuc curvantudo inutili & superuacua lassitudine nos consicere. Verum vbi Christus apparet, non amplius frustra vagamur remedium petituri unde nullum dari potest, sed recte ad eum peregrinus. Hac igitur vera decimus & utilis est gratia Dei cogitatio, dum eam simus in Christo nobis esse expositam, eiisque manu nobis portigi. Simil adinonet Christus quā efficax sit bonorum suorum cognitio, ut pote que ad ea expetenda nos stimulat, animosque nostros accendit. Si scires inquit, petuisse. Porro scopus verborum minimè obscurus est: voluit enim mulieris desiderium acuere, ne oblatam sibi vitam contemptum reverteret. *Dedisset tibi aquam viam.*) His verbis testatur Christus, si ad ipsum dirigantur vota nostra, minimè irrita fore. Et certe sine hac fiducia proflus frigeri petendi studium. Verum vbi ad se venientibus Christus occurrit, atque ad omnes satiandos paratus est, iam non est pigritia vel cessationi locus. Atqui hoc nobis omnibus esse dictum nemo non sentiret, nisi sua cuique obstatet incredulitas. Quanquam autem ex te presenti nomen Aqua ad Spiritum transfluit, satis tamen in Scripturis trita est hac metaphora, & optimam rationem habet, sumus enim instar aridae sterilisque terrae: nullus in nobis succus, nullus vigor, donec Spiritu suo nos Dominus irrigat. Vocatur etiam Spiritus alibi Aqua munda, sed diuerso sensu: quia scilicet fordes quibus toti scaturit, abstergit & purgat. Sed hic & similibus locis de arcana vegetatione agitur, quia vitam in nobis instaurat, tuctur & perficit. Sunt qui de Euangelij doctrina exponant: cui ego hanc appellationem congruere fateor, sed ego Christum existimo totam renouationis gratiam hic complecti. Scimus enim in hoc missum esse, ut nouam vitam afferat. Aquam igitur, meo iudicio, bonorum omnium vacuitati, qua laborat ac premittit humanum genus opponere voluit. Porro Aquam viam non modo nominat ab effectu, quasi viuiscam: sed ad diuersas aquarum species alludit. Viva ergo dicitur ex viuo fonte scaturiens.

II. Domine neque quo hauiias habes.) Sicuti à Iudeis despiciabantur Samaritani, ita hi vicissim illos contemptui habebant. Itaque hæc mulier Christum initio aspernatur, adeoque eum subfannat. Satis intelligit Christum figuratè loqui: sed cum perstringit contraria figura: acsi dicteret plus cum promittere quā præstare queat. De inde arrogantiæ eum insimulat, quod se præferat sancto Patriarchæ Jacob. Jacob, inquit, in suum & totius familie vsum contentus fuit hoc puto:

tunc præstantiorem habes aquam? Quām vitiola fit hæc comparatio, inde satis liquet quod seruum Dominus, & hominem mortuum Deo viventi opponit: & tamen quām multi quotidie in hoc idē vitium incident? Quo magis caendum est ne eosque euehamus hominum personas ut Dei gloriam obscurant. Reuerenter quidem colenda sunt dona Dei, bicunque apparent. Ergo pietate insignes viros, aliisque raris dotibus præditos honore prosequi per est, sed etenus ut semper Deus altè emineat super omnes, ut Christus cum suo Evangelio conspicuus fulgeat. nam illi totum mundi splendorem cedere oportet. Notandum etiam quod Samarita falsò gloriabantur se progeniem esse sanctorum Patrum. Ita hodie Papista quum spuriū sinit & semen adulterinum, plus quam superbè iactant Patres, ac legitimis Dei filiis insultant. Etiam si ex Jacob secundum carnem orti fuissent Samaritæ, quia tamen prorsus erant degeneres, & à vera pietate alieni, præpostera suis fecerunt hæc gloriatio. Nunc quum Cuthæ sint origine, vel faltem ex profanis Gentibus collecti, non tamen sancti Patriarchæ falsò nomen obtendere desinunt, verum id sine profectu. Ita scilicet omnibus accidere necesse est qui perperam in luce hominum exultant, ut Dei luce priuentur, nec quicquam societas habeant cum sanctis patribus, quorum titulo lunt abusi.

13. Omnis qui bibit ex aqua.) Vt cunque se parum proficere videat Christus, adeoque ludibrio haberi suam doctrinam, pergit tamen clarius exponere quod dixerat. discernit enim vsum vtriusque aquæ, quod altera corpori ad tempus seruat: vis alterius in vegetanda anima perpetua sit. Nam ut corruptioni obnoxium est corpus, ita subsidia quibus souetur, caduca & fluxa esse oportet, quod animam viuiscat, non nisi aeternum esse potest. Ceterum cum Christi verbis non pugnat quod vberioris gratia desiderio vsque ad vitæ finē ardentes fideles, neque enim vsque ad plenam satietatem primo statim die nos potari significat: sed tantum hoc vult, Spiritum sanctum scatram esse perpetuè fluentem: ita non esse periculum ut exarcent qui spirituali gratia renouati sunt. Quanvis ergo tota vita sitiamus, certum tamè est non in vnum diem vel ad breue aliquod tempus nos Spiritum hauiisse, sed ut perpetuè scaturiens nunquam nos deficiat. Ita sitiunt tota vita fideles, & quidem ardentes: & tamen viuiscio succo interius abundant: quia quantulumcunque receperint gratia, id eos assidue vegetat, ut nunquam sint prorsus aridi. Quare satietas ista non desiderio, sed tantum siccitatè opponitur, quod proximiis verbis adhuc clarius exprimitur, *Fiet fons aquæ salientis in vitam aeternam.*) Continua enim notatur irrigatio, quæ in hac mortali & caduca vita cælestem in illis eternitatem fuet. Non ergo ad breue tempus in nos fluit Christi gratia, sed se ad beatam usque immortalitatem diffudit: quia fluere non definit donec vita incorruptibilis quanu inchoat, suis omnibus numeris constet. *Da mihi aquam hanc.*) Non dubium est quin satis agnoscat mulier Christum de aqua spirituali loqui: sed quia eum contemnit, pro nihilo habet omnes eius promissiones. Obstructus enim est doctrinæ aditus quandiu is qui loquitur auctoritate apud nos caret. Oblique ergo Christum incessit mulier, acsi dicteret, Tu quidem multa iactas, sed nichil video: ii potes, recipia ostende.

- 16 Dicit ei Iesu, Vnde, voca virum tuum, & veni huc.
 17 Respondebat mulier, & dixit ei, Non habeo virum. Dixit ei Iesu, Bene dixisti, Non habeo virum.
 18 Quoniam enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est vir tuus: hoc verè dixisti.
 19 Dicit ei mulier, Domine, video quod tu sis Propheta.
 20 Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quod Ierusalem sit locus ubi oporteat adorare.

21 Dicit ei Iesu, Mulier, credere mihi, venit hora quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis Patrem.

16 Voca virum tuum.) Videtur hoc nihil ad rem facere: inquit putare quis posset, Christū mulieris proterua fructus, & pudefactum, alio deflectere sermonē, sed non ita est. Quoniam enim videtur, scutribus dieteris excipi quod dicebat, aptum huic malo remedium adhibuit, percutit enim mulieris conscientiam peccati sensu. Atque hoc rursus præclarum est misericordia speciem quod propè inuitam trahit quæ sponte accedere nollebat. Sed illud quod attigi præcipue notandum, vulnerandos esse peccati sensu qui nimium securi sunt ac prope modum stupēt. Taliibus enim fibulosa erit Christi doctrina, donec ad tribunal Dei citati, eum quæ spernebant timere tanquam suum iudicem cogantur. In huc modum tractandi sunt omnes qui scutribus sua diacitate aduersus Christi doctrinam insurgere non dubitant, ut sentiant non impunè hoc sibi cesserum. Tanta etiam multorum contumacia est ut audiint illi nunquam daturi sint nisi violenter subacti. Ergo quoties insipidum videamus esse Christi oleum, aceto miscendū est, ut sapere incipiat, inquit hoc nobis omnibus necessarium est, neque enim serio afficiunt loquente Christo nisi prætentient expergefacti. Ergo ut ritus quis proficiat in eius schola, propriæ miseria demonstratione, quasi arato, eius duritatem subiungi necesse est: quia sola haec cognitio delicias omnes nobis excutit ne amplius audeamus Deo illudere. Itaque si quando nobis obrepreat verbi Dei neglegimus, nullum aptius remedium erit quam si se quicquid ad peccata sua reputanda sollicitet, ut ipsius sui pigate, adeoque expauefactus Dei iudicio, humilietur ad eius obsequium, cuius contempsit tu ante laiciuebas. *Non habeo virum.* Non dum emergit illius admonitionis fructus, quia mulieris animum ad prætentientiam Christus pungeret voluerat. Et certè ita nos ebrios nostri amor sotipos gener, vel potius hebetat, ut minimè nos excitent primæ punctiones. Sed huic quoque tarditati apposite medetur Christus, dum vltus ipsius validius premit: aperte enim suum illi flagitium exprobaret. Quanquam non vnam scortationem hic notari puto, nam quod *Quoniam* viros habuisse dicit, credibile est id fuisse factum quod peculans mulier & immorrigera maritos ad faciendum diuortium compulerit. Sic ergo verba interpres, Quoniam te legitimis maritis Deus iunxit, nullum fecisti peccandi finem, donec pluribus repudiis infamis, te ad scortationem prostitueres.

19 Domine, video quod, &c.) Hic iam emergit obiurgationis fructus, neque enim modestè tantum culpam suam agnoscat mulier, sed audienda Christi doctrinæ, quam prius resuebat, prompta & expoita, ultra eam appetit & flagitat. Ergo (ut iam dixi) vera docilitatis initium est prænitientia, & ad scholarum Christi ingrediendam ianuæ aperio. Docet autem nos suo exemplo mulier, quoniam nobis oblatus est doctor quispiam, ve-

tendum esse hac occasione, ne sumus Deo ingrati, qui Prophetas nunquam nobis deſtituit quia veluti porrecta manu nos ad se inviteret. Tenendum autem est quod docet Paulus, diuinitus nobis Rom. 10:15. miti qui docendi facultate pollut.

20 Patres nostri Iuda sumi est quod quidam putant, eo quod molesta esset ac odiosa mulieri obiurgatio, ea astute alio delabiri, quin potius à specie ad genus transit, & de peccato suo edocatur, generaliter in puro Dei cultu instituta vult. Rite autem & ordine hoc facit, quod Prophetæ consiluit, ne in colendo Deo erret: perinde acsi inquireret ex ipso Deo qualiter coli velit, nihil enim magis peruersum quā varius cultus arbitrio nostro invenire abfuit Dei verbo. Porrò inter Iudeos & Samaritanos de vera adorandi regula perpetui fuisse certamen satis notum est. Tamē enim Cuthhei & reliqui aduenae qui decē tribubus in exilium abducti, Samariam translati erant, plagiis coacti suscepserant Legis ritus, ac se Deum Israel colere proficiebatur (vt 2. Reg. 17. e. 27. legimus) erat tamen mutilla apud eos & multis modis vitiata religio, quod Iudeis tolerabile non erat. Sed magis accēsa fuerat contentio post tēplū in monte Garizim extrutum à Manasse Iohannis summi Pontificis filio, & Iaddi fratre, quo tempore Darius ultimus Persarum Rex per manū Sanabaleti prefecti Iudeam tenebat. Nam Manasses duxta in uxore satrapæ filia, ne fratre esset inferior, sacerdotē se illic creavit, ac quoſcū potuit apostolatas prēmissas ad se pellexit, quemadmodū Iosephus libro Anti quitatione 11. refert. Quod autē vera pietatis defensoribus solenne est, ut patrocinii sibi ex Patrium exēpli querant, id tunc fecerūt Samaritanī: sicut ex verbis mulieris colligere licet, Patres nostri, inquit, adorauerūt in monte hoc. Certū est non fuisse ea causa inductos ut sacrificia illis offerrent: sed postquam illic exererat peruersū cultū, sequuta est pertinacia, quæ ad prætextus captandos ingeniosus fuit. Fatorē quidē interdū, stulto zelo non fecerat quæ cestro, stimulari leues & incōsideratos homines, vt quod à sanctis factū fuisse audiunt, protinus sine iudicio in exēplū arripiat. Sed alterū illud vitiū magis cōmune est, ut suis erroribus colorē inducat ex factis Patrium, idque in Papatu cernerē prōptū est. Verū quia hic locus insigni documentū est quā præpostorē faciant qui posthabito Dei mādatō se cōformāt ad Patriū exēplā, nō tādū est quod modis hic peccare soleat mādus. Sē p.e.n. contingit ut sine delectu pro Patribus maiori pars sequantur qui minime omnī habēdī erāt Patres. Ita hodie Papistæ videamus, quū inflatis buccis patres decātrū, nullū Prophetis & Apostolis locū dare: vbi autē paucos nominarū: honore dignos, coaceruare ingētē hominū suū similiū ceterū, vel siltē descedere ad corruptiora secula quibus etsi nōdū tam crassa barbaries inuulnerat, religio tamē & doctrina puritas multū declinauerat. Ergo tenēdū est sedule discribens, ne Patres cōfessetur nisi quoscōslabit fuisse Dei filios:

C. III deinde, qui pietatis suæ excellitæ hunc honoris gradū promeriti sint. Frequenter etiam in eo peccatur quod temere ex Patrum factis communis lex statuitur. Vulgus enim non satis honoris se Patribus habere putat nisi eos eximat hominum numero, ita dum nobis in mente nō venit homines fuisse qui labi poterant, virtutibus promiscuè misceamus. Vnde sequitur pessima in viuendi ratione confusio. Nam quum ad Legis regulam examinanda sint omnia hominum facta trutinam ipsam suis ponderibus subiicimus, deinceps ubi tanti sit Patrum imitatio, impunè post eos se peccare mundus putat. Tertium vitium est prætrahere simulacra, ubi scilicet nec eodem prædicti Spiritu, nec eodem instructi mandato trahimus in exemplum quod Patrum aliquis fecit.

Exod. 2. b. Quemadmodum si quis priuatus gladio vlcisci velit fratrum iniurias, qui hoc fecit Moses : si quis cœscortatoribus peccas sumat , qui fecit hoc Phinees. Hinc natus est immanis ille furor maestandi proprios filios (quemadmodum multi iudicant) quod Iudei patri suo Abraham similes esse volebant. Quasi verò generale hoc esset præceptum, immola filium tuum Isaac : ac non potius singularis viuis hominis probatio. Talem ræximia ut plurimum fastus & nimia confidentia parit, dum sibi plus nimio arrogant homines, nec suo modulo se quisque metitur. Interca Patribus nulli sunt recti imitatores, plurimas simiæ. Ex hoc etiam fonte fluxisse bonam partem veteris monasticæ faciunt qui prudenter veterum scripta expedient. Ergo nisi sponte errare libeat, semper videndum est quo quisque spiritu donatus sit, quid ferat cuiusque vocatio, quid singulis conuenias, & quid singulis sit mandatum. Huic tertio vitio aliud est aliud, confusio scilicet temporum, dum scilicet posteri in Patrum exemplis occupati, diuersam agendi legem sibi à Domino præscriptam esse non cogitant. Huic infirmitate acceptum referri debet innenita cærimoniarum congeries, quibus obruta est Ecclesia sub Papatu. Statim ab Ecclesiæ exordio in hac parte peccariceptum est, quia plus valuit stulta Iudei simi affectatio quam decebat. Habebant Iudei sua sacrificia: ne tali pompa carerent Christiani, inuentus est immolandi Christi ritus. Quasi verò deterior futura esset Christianæ Ecclesiæ conditio si cefassent omnes vmbra quibus offuscari poterat Christi claritas. Sed postea longius erupit ac fine modo grassatus est furor. Ergo ne hic laba-

mur, semper ad præsentem regulam attentos esse nos oportet. Olim suffitius, luminaria, vestes sacrae, altare, vase & similes ritus Deo placebant: nempe quia obedientia nihil habet gratius vel magis pretiosum. Nunc à Christi adventu mutata est ratio. Ergo quid nobis in Euangeliō præscribat considerandum, nē temere sequamur quod sub Lege Patres seruarū. Nam quæ ruris fuit pia sacrorum obseruatio, hodie sceleratum sacrilegium foret. Hoc Samaritanos decepit, quia non reputabant in exemplo Iacob quantum differret temporis ratio. Patriarchis altaria passim erigere licuerat, quod nondum ordinatus esset locus, quæ postea Dominus elegit: ex quo verò Deus tèplū in monte Sion iussit extrui, celsusuit prior libertas. Hac ratione dicebat Moses, Pothac non facietis singuli quod sibi rectum visum fuerit, sed tantum quod vobis præcipio. Nam ex quo Dominus Legem tulit, rectum sui cultum alligavit ad Legis ipsius decreta, quum ante liberius esset usus. Similis prætextus erat adoratibus in Bethel. illuc enim solemne Deo sacrificium obtulerat Iacob, sed postquam locum Dominus Hierosolymis designauerat, amplius non erat Bethel, sed Berhauen. Nunc videmus quis fuerit status questionis. Samaritanis Patrum exemplum era: pro regula: Iudei in Dei mandato fundati erant. Mulier hæc, tamen si gentis sue consuetudinem habet coluerat, non tamen in ea acq[ui]escit. Ad rationem hic intellige nō quoniamlibet (nam quotidiani precibus ubique locus erat) sed cui annexa erant sacrificia, ut publica & solennis esset religionis professio.

21 *Mulier, credi mihi.* Prima responsi sui parte breuiter cæromonialem cultum, qui sub Lege fuerat institutus, abolet. Nam quoniam dicit horam instare quæ nullum habeat proprium & peculiarē adorandi locum, significat temporale fuisse quod traditum à Mose fuerat, atque ita iam adesse tempus quo diruatur maceria. Hoc modo cultū Dei ex prioribus angustiis eductū latius extendit, ut eius participes sicut Samaritani. Quoniam dicit *Venire horam*, præfens est loco futuri: sensus est tamē, iam propè instare abrogationem Legis, quod ad templum & Sacerdotium spectat, & alios exteros ritus. Deum nominando *Parem*, videtur cum oblique opponere Patribus quorum mentionem fecerat mulier: ac si diceret, Deum cōmūnem fore Patrem omnibus, ut iam sine locorum & gentium discrimine communiter adoraretur.

22 *Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudeis est.*

23 *Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate: etenim Pater tales querit qui adorent ipsum.*

24 *Deus est spiritus: & eos qui adorant ipsum, in spiritu & veritate oportet adorare.*

25 *Dicit ei mulier, Scio quod Mæstas venturus est, qui dicitur Christus, quum ergo uenerit ille annuntiabit nobis omnia.*

26 *Dicit ei Iesus, Ego sum qui loquor tecum.*

Nunc quod breuiter attigerat de Legis abrogatione, fulius exponit. Summarum tamen orationis partitur in duo membra: priore, formam collendi Dei, quæ in usu fuerat Samaritanis, superstitionis & erroris dominat: apud Iudeos verò probam & legitimam fuisse testatur. Et causam differentiæ subiicit, quod Iudeis constaret ex

verbo Dei cultus sui certitudo: Samaritani autem nihil certi ex ore Dei tenebant. Secundò declarat ritus haec tenus à Iudeis seruatos breui habitus finem.

22 *Vos adoratis quod nescitis.)* Memorabilis sententia, qua docemur nihil in religione reme vel fortuitò esse tentandum: quia nisi adsit scientia,

Deut. 12. 8

scientia, non iam Deus, sed phantasina vel spectrum colitur. Itaque hoc fulmine concidunt bonæ omnes intentiones quas vocant. habemus enim, homines nihil posse quām errare vbi sua eos regit opinio sine verbo aut mādato Dei. Nam Christus personam & causam gentis suæ suscipiens, Iudeos longè à Samaritanis distare docet. Cur id? *Quoniam ex ipso est salus*, inquit. Quibus verbis significat, hoc vno eos praestare quod æternæ salutis fœdus cum illis pepigerat Deus. Quidam ad Christianum restringunt, qui ex Iudeis progenites est. Et certè, quando in ipso omnes Dei promissiones ratæ sunt ac firmæ, nulla nisi in eo falsa. Sed quia minimè dubium est quin Iudeos ideo præferat Christus quod non incognitum aliquod nomen, sed Deum unum adorant, qui se illis paret, & a quo sunt in populo adoptati: sub nomine Salutis saluifica illa manifestatio quam ex cælesti doctrina habebant, intelligi debet. Sed cur dicit ab illis esse, quum potius apud eos deposita esset, ut ea soli fruerentur? Alludit, meo iudicio, ad id quod prædictum erat à Prophetis, Legem à Sion prodidit.

16. 2. 4. ram.

3.

Nimis ea conditione segregati ad tempus erant à reliquis populis vt ab ipsis tandem ad totum mundum pura Dei cognitio maneret. Summa tamen hoc reddit, non rite coli Deum nisi ex fidei certitudine, quam ex Dei verbo digni neceſſe est. Vnde sequitur, ad idolatriam prolabi quicunque à verbo discedunt. Claret enim testatur Christus, idolum aut inane figuramentum statui Dei loco vbi verum Deum homines ignorant: damnat autem ignorantia omnes quib. se Deus ipse non patet. Nam simulac verbi eius luce destituimus, regnant tenebrae & cætitas. Notandum autem est, Iudeos, quum sua perfidia ableuerint vitæ æternae fœdus cum Patribus sanctum, thesauro illo priuatos esse quem tunc adhuc tenebant: nondum enim abdicati erant ex Ecclesia Dei. Nunc quum abnegent Filium, nihil cum Patre illis commune est. Idem de omnibus sentiendum qui à pura Euangelij fide ad sua & hominum commenta transuolarentur. Quantumvis sibi in sua pertinacia blandiantur & plaudant qui ex sensu suo vel hominum traditionibus adorat Deum, hæc vna vox de cælo detonans quicquid se habere putant diuinum & sanctum profernit, Vos adoratis quod nescitis. Itaq; vt Deo probetur nostra religio, necesse est vt in scientiam ex eius verbo conceptam recumbat.

23 Sed venit hora.) Sequitur posterius membrum de abrogando legali cultu. Quin dicit homo ram venire, aut venturam, ordinem à Moze traditum non fore perpetuum docet. Quin dicit horam iam nūc esse, finem imponit cæremoniis: atque ita admonet implerum esse correctionis tempus. interea templum & Sacerdotium ritus que omnes illis annexos probat, quatum ad preteriti temporis vnum. Porro vt ostendat Deum neque Hierosolymis neque in monte Garizim velle adorari, altius principium sumit, veram scilicet eius adorationem in Spiritu sitam esse. Nam inde sequitur ritè vbiique locorum inuocari. Primum tamen hic queritur cur & quo sensu spiritualis vocetur Dei cultus. Hoc vt teneamus, notanda est antithesis inter spiritum & externas figuræ, sicuti inter umbras & veritatē. Dicitur ergo spiritu constare Dei cultus, quia nihil

aliud est quām interior cordis fides, quæ invocationē parit: deinde conscientia puritas, abnegatio nostrī, vt addicti in Dei obſejuū, simus illi quasi sacra viuētā. Hinc exortor altera quæſtio, Annō sub Lege spiritualiter eum Patres co-luerint. Respondeo, quia se oper fuit similitudinē sit Deus, non aliud ab initio mundi cultum probabile quām spiritualē, qui eius naturę congrueret. Cuius rei Moses ipse satis locuples est tellis: qui multis locis declarat non alio spectare finein Legis quām vt fide & pura conscientia populus Deo adhærebat. Verū id clarius exprimit Prophetæ, quām seuerē inuehūtur in populi hypocrisy: quin satisfactū Deo puerat postquam sacrificiis defunctus erat, exteriuāque illa pōpa. Nihil op̄ est multa huc testimonia adducere, quæ paſſum occurrant: insignes tamen præ aliis loci sūt Psalmi 50. Iesaiæ 1. 58. & 66. Michæl. Amos 7. Ceterum ita spiritualis fuit sub Lege Dei cultus, vt tamē implicitus exterrist tot care:nonis, carnale aliquid & terrenum in specie saperet. Ideo Paulus Gal. 4. b 9. cæremoniis carnē appellat, & egena mundi elementa. Similiter author epistola ad Hebreos Sanctoarium vetus cum suis ap-

Hebr. 9. 4.

pendicib, terrenum fuisse dicit. Ileo cultum legis ap̄tē dicentes fuisse in sua substantia spirituali: formā respectu, carnalem quodammodo ac terrenum. Erat enim vmbritis tota illa ratio, cuius veritas nunc palam appetat. Nunquid enim quid nobiscum Iudei, & minne habuerint, & quid diuersum. Omnib. seculis fide, precibus, gratiarum actione, puritate cordis & vita innocencia coli Deus voluit, nec aliis vñquam sacrificiis delectatus est: sed erat in Lege variae acceptiones, vt spiritus & veritas sub inuolucris latenter: nunc rupto templi velo, nihil obscurum vel tectum. Sunt quidem & nobis hōis extera quādām pietatis exercitia, quibus ruditias nostra indiget: verū is est modus eāque sobrietas, quæ nudā Christi veritatem non obſcurēt. Denique quod adumbriatū Patribus fuit palam expressum habemus. Iloc vero discriben in Papatu non modò confusum, sed penitus eversum fuit, neque enim illuc minor est vñbratū densitas quām fuit ultim sūb iudicio. Quia inanifestū inter nos & Iudeos discri- mē hic statuat Christus, reg. 1. nō potest. Quibus cūq; elab̄i cauillis conetur, in extera tantum for ma nos esse Patribus dissimiles constat, quia illi spiritualiter Deū colentes, cæren. omnis ac fæceti erant quæ Christi adventū sunt absente. Christi ergo præsentia quantū in se est Ecclesiā spoliavit quicquid eā grauant inmodica cæren. omniarum turba. Nec in oror euanidos illos color es, multos ex vulgo non minus hodie indigere talibus adminiculis quam olim inter Iudeos, seu per enim quo ordine Ecclesiā suā regi voluerit Dominus spectandū est: quia vnu ille quid nobis expediat optimè nouit. Certi autem est, rationi diuinitus ordinante nihil esse magis contrarium quām crassam & bis carnalem pompan, quæ regnat in Papatu. Spiritum quidē regebat Legales vmbres, sed iste larue prorsus cū deformant. Quare ad tā fœdas & indignas corruptelas minime conueniūt est. Vt cūque cauerunt astuti homines, vel ad via corrigēda nimis timidi, resistas esceniedias, ideoq; indifferētēr habēdas: cerētē tollerabile nō est præscriptiā à Christo nornā v̄ olai. Vers adorantes.) Videatur obiter taxare Christus multo-

Cap.
III.

rum peruvaciam, quæ postea eropit. scimus enim quām pugnaces & contentiosi patet factio Euangelio fuerint Iudei in tuendis ceremoniis quib. affuerant. Quanquam latius pater hæc sententia. quia enim sciebat mundum à superstitionibus nunquam purum fore, ideo piros & rectos cultores à peruersis fictis segregat. quo testimonio instruti Papistas damnare in suis omnibus segmentis & eorum probra contemnere ne dubitemus. Quid enim metuendum est quum audimus placere Deo nūdū hunc & simplicem cultum, qui Papistis ideo despectui est quia ceremoniarum congerie non turget? & quid illis profecti in anis carnis splendor, quo Christus testatur Spiritum extinguit? Quid sit Deum colere *In spiritu & veritate*, ex superioribus dilucidè pater: nempe ablati veterum rituum inuolucris, simpliciter reuinere quod spirituale est in Dei cultu. nam veritas diuini cultus in spiritu consistit: cæremonie autem quiddam erant aduentitium. Atque hic rursus notandum est non conferri veritatem cum mendacio, sed cum externa figuraru accessione, vt sit pura simplexque (vt loquuntur) spiritualis cultus substantia.

24 *Deus est spiritus.*) Confirmatio ab ipsa Dei natura. Quum homines caro sint, non mirum est si illis arrideant que ipsorum ingenio respondent. Hinc fit ut multa communiscantur in cultu Dei, que ostentatione plena, solidi nihil habent. Atqui hoc in primis expendere eos decebat, sibi cum Deo esse negotium, cui nihilominus est cū carne dissidium quām igni cuin aqua. Haec sola cogitatio, vbi de colendo Deo agitur, ad frenandam ingenij nostri lafciam sufficere debebat: quod ad eo sunilis nobis non est, vt qua nobis maximè placent, illi naufragi sint ac tadio. Quod si hypocritas ita excusat sua superbia vt Deū suo arbitrio vel potius libidini subiiceret non formident, scimus tamen hanc modestiam non ultimum in vero Dei cultu locum tenere, vt nobis suspectum sit quod adlubescit secundum carnē. Porro quia ad eius altitudinem concendere non licet, meminerimus perendam esse ex eius verbo regulam qua dirigantur. Locus hic sepe à Patrib. citatur aduersus Arianos, ad probandā Spiritus diuinitatem: sed perperam èd torqueatur: quia hic simpliciter pronuntiat Christus spiritualis natura esse Patrem suum, idèoque rebus fruolis non affici, quemadmodum pro sua levitate homines solent.

25 *Messias venturus est.*) Quanvis impura & multis erroribus confusa esset apud Samaritanos religio, principia tamen quedam ex Lege sumpta, eorum animis infixa erant: quale hoc fuit de Messia. Probabile autem est, quum ex Christi sermone colligeret mulier insolitam mutationem instare Ecclesiæ Dei, statim subiisse Christi

memoriam, sub quo plenam rerum omnium instauracionem sperabant. Quum Messiam dicit venturum, de tempore propinquo videtur loqui. Et certè multis argumentis satis constat, paism tunc eretos fuisse omnium animos Messiae expectatione, qui rebus miseriè collapsis, immò perditis succurreret. Hoc quidem extra controversiam est, mulierem Christum Mosi & Prophetis omnibus in docendi officio preferre. Tria enim paucis verbis complectitur: primò Legis doctrinam non fuisse numeris omnibus abfolutam, sed illic rudimenta duntaxat fuisse tradita. Nisi enim vltior quidam fuisset progressus, non diceret Messiam annuntiaturum omnia, et enī tacita inter eum & Prophetas antithesis, quod propriè illius sint partes discipulos ad metam perducere, ab illis tantum initiatos, & quasi in stadium inductos. Secundò declarat mulier talen se Christum sperare qui futurus sit Patris interpres, & piorum omnium doctor ac magister. Postremo significat nihil eius doctrina melius vel perfectius esse appetendum: immò hunc vltimum sapientie scopum esse, ultra quem progressus non sit. Vtiam verò qui nunc se iactat Christianæ Ecclesiæ columnas, saltē hanc mulierculam imitarentur, vt simplici potius Christi doctrina contenti forent quām sibi magisterium nescio quod arriperent ad ingerenda sua commentaria. Vnde enim conflata est Papæ & Mahometi religio nisi ex prauis additamentis, quibus se fixerunt Euangelij doctrinam complere? quasi absque talibus deliriis mutila foret. Sed quiesquis in Christi schola probè erit edocetus, non alios sibi magistros accersit, ac ne admittet quidem.

26 *Ego sum qui loquor tecum.*) Quum se mulieri esse Messiam fatetur, doctorem proculduo se offert, quo sibi ab ea cōcepta respondeat. Itaque mihi verisimile est vberiorem doctrinam siti eius explenda sequuntur esse. Ac tale quidem gratia sua documentum in pauperula sc̄mina extare voluit, vt testatum omnibus faceret nunquam se officio deesse vbi doctor appetitur. Periculum ergo non est nequem omnino frustretur quem paratum discipulum innueniet, qui verò se illi submittere grauantur (vt multos videamus superbos & protanos homines) vel qui aliunde perfectiorem sapientiam sperant, vt Turci & Papistæ digni sunt qui per innumerās præstigijs circumacti mercantur in errorum labynthum. Ceterū his verbis, Ego qui loquo, sum Messias Filius Dei, Messia nomen quasi sigillum commendat obsignandæ Euangelij sui doctrinæ, quia statuendum est à Patre fuisse vñctum, & Spiritum Dei in eo requievisse, vt salutis nuntiatio ad nos perficeret: quemadmodum testatur Iesaias cap. 61. a. 1.

27 *Interea autem venerunt discipuli eius, & mirati sunt quod cum muliere loquebatur. Ne-
mo tamen dixit, Quid queris? vel, Quid loqueris cum ea?*

28 *Reliquit ergo hydram suam mulier, & abiit in urbem, & dicit hominibus,*

29 *Venite, & videte hominem qui mihi dixit omnia qua feci, nunquid hic est Christus?*

30 *Exierunt ergo ex urbe, & venerunt ad eum.*

31 *Interea rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi, comedere.*

32 *Ipse autem dixit illis, Ego habeo cibum edendum quem vos nescitis.*

33 *Dicebant ergo inter se discipuli, Num quispiam attulit illi quod ederet?*

34 *Dicit eis Iesus, Cibus meus est ut faciant voluntatem eius qui me misit, & perficiam opus eius.*

27. *Et mirati sunt.)* Quod Euangelista refert miratos suis discipulos, duplex esse causa potuit: vel quod nos offendet personæ vilitas, vel quod iudicis pollui arbitrabantur si cum Samitanis sermonem miscerent. Tametsi autem virtus ex pia Magistri reverentia oriebatur, perperam tamen faciunt si mirantur, quasi absurdum, quod mulierem proslus abiectam dignetur ille tanto honore. Cur enim non se potius ipsos respiciunt? reperirent certè illuc non minorum stupendi materiam, quod nichil homunciones, & tanquam populi quisquiliq[ue] in summum honoris gradum euereti essent. Et tamen quod dicit Euangelista, non ausus fuisset rogare, utile est obseruatu. doceatur enim eorum exemplo, si quid interdum in Dei & Christi operibus aut verbis à sensu nostro abhorret, non esse laxandas nobis habendas ut audacter obstrepanus: sed modeste potius silendum, donec quod nobis absconditum est, è calo patet. Huius porrò modestiæ fundamentum est Dei timor, & Christi reverentia.

28. *Reliquit ergo hydriam.)* Hoc ad experimentum studij ardorem narrat Euangelista, nam festinationis signum est quod reliqua hydria in urbem redit. Atque hæc fidei natura est, ut facti viæ æternæ compotes, alios in societatem colligere optemus: nec potest sepulta & otiosa in cordibus iacere Dei cognitio quin se apud homines proferat. Illud enim verum esse oportet. Credidi propterea loquar. Eoque magis notanda nobis sunt vehementia & alacritas mulieris quod eas exigua tantum fidei scintilla accendit: vix dum enim Christum gustauerat, dum in tota urbe eum celebravit. Ergo qui iam mediocres in eius schola progressi fecerunt, illis plusquam turpe erit pugnare. Sed videtur hoc potius reprehensione dignum, quod adhuc rudis & minus solidè edo- & fidei sua limites translit. Respondeo, inconsiderate fuisse acturam si docendi sibi partes sumplisset: nunc vero quom nihil quam excitaturos ciues cupiat ut Christum loquentem audiant, non dicemus sui oblitam longius prorumpere quam decebat: solum tubæ vel campanæ officio fungitur ut ad Christum inuitet.

29. *Videote hominem.)* Quia dubitanter hic loquitur, videpi posset Christi autoritate non valde fuisse permota. Respondeo, quia ad dissidentium de tantis mysteriis idonea non erat, pro suo modulo eam fatigere ut ciues sui à Christo se doceri sustineant. Porro hic ad eos excitandos optimus erat stimulus, quum ex signo non obscuro neque ambiguo Prophetam esse cognoscerent, nam quia ex doctrina facere iudicium non poterant, ut illos aptaque illis erat hæc inferior preparatio. Dum itaque res occultas mulieri aperuisse audiunt, hinc colligunt esse Dei Prophetam: quo constituto attendere ad eius doctrinam incipiunt, quanquam mulier ultra progeditur: nam considerare eos iubet nunquid sit Messias: hoc vno scilicet contenta, si quod iam in Christo inuenierat, illi suo impulsu querant, inuenturos enim sciebas plus quam promitteret. Sed cur merititur *Omnia* Christum sibi dixisse? Iam prius admonui, non de vna scortatione fuisse reprehensam à Christo, sed paucis verbis obiecta illi fuisse plura totius vitæ peccata, neque enim singulas sententias Euangelista recensuit: sed summatim docuit Christum, ut mulieris dicacitatem

compesceret, superiorē ac præsentem eius vitam in medium protulisse. Interea videmus accensam pio zelo mulierem, sibi suæque existimationi minime parcere, ut Christi nomen illustret, nam recitandis suis probris non abstinet.

32. *Ego cibum habeo.)* Mirum cur fessus & esuriens cibum recusat, nam si quis hoc facere cum dicat ut suo exemplo nos erudiat ad tolerandam inediā, cur non igitur perpetuò fecit? Sed alio tendebat eius consilium quam ut respendum simpliciter esse cibum diceret. Tenenda est enim circumstantia hæc, quod eum sic virget præsentis negotijs cura, totumque eius animum occupat, ut cibum negligere illi molestatum non sit, ne quaternem si intentum esse profiteretur ad execuenda Patris mandata ut neque edat neque bibat: tantum quid sibi prius sit vel posterius ostendit, atque ita suo exemplo docet, regnum Dic omnibus corporis commodis esse præfendū. Edere quidem & bibere nobis Deus permittit, modò ne ab eo quod præcipuum est abstrahamur: hoc est, ut suæ quisque vocacioni seruat. Dicit quispi im fieri alter non posse quin auocamenta sint cibus & potus, quæ aliquid temporis melioribus studijs abstrahant. Et hoc quidem verum, fateor: sed quia Dominus pro sua indulgentia nobis concedit ut carnem nostram curemus quanum postulat necessitas, non definit qui parere & libet fouendo corpori das operam, Dei obsequium interea præferre ut decet. Quoniam simul caendum ne ita addicti simus horis nostris quin parati simus cibo nos fraudare, ybi proposita aliqua occasione quasi præsentem horam nobis Deus condict. Talis opportunitas quum nunç in multis Christo esset, quæ effluere poterat, eam obvius vñis amplectitur & retinet. Quia igitur negotiū à Parte iniunctum sic virget ut alia omnia omittere necesse sit, cibum posthabere non dubitat. Et certè absurdum fuisset mulierem reliqua hydria ad vocandum populum currere, in Christo minus cerni ardoris. Denique si nobis propositus hic erit scopus, non perdere ob vitam viuendi causas, non difficile erit optimū modum tenere. Qui enim propositum hunc habet vitæ finem ut Domino seruat, à quo ne præsentí quidem mortis periculo fas sit nos abduci: hoc certè pluris quam cibum & potum faciet. Metaphora cibi & potus eo gratia plus habet quod tempestivè ex prælenti sermone ducta est.

34. *Cibus meus est.)* Significat non modò hoc sibi esse antiquissimum, sed nihil esse quo magis delectetur, vel in quo libertius & cupidius se exerceat. Quemadmodum David, ut Legem Dei Psal. 19.c. commendet, non tantum pretiosam sibi fuisse dicit, sed melle quoque dulciorem. Ergo ut Christum sequamur, non tantum studiose nos impendere Deo conuenit, sed tam esse voluntarios ad peragendā eius mandata ut minimè sit molestus aut grauis labor. Porro quum addit Christus, *Superficie eius voluntatem*, satis expōnit quenam sit Patris voluntas ad quam intentus erat: nempe ut iniunctum sibi munus completeret. Ita singulis respicienda est sua vocatio, nequis Deo impensum ferat quod temere tuo arbitrio suscepit. Ceterum quæ fuerit Christi functio satis notum est, promouere scilicet Dei regnum, animas perditas in vitam restituere, spargere le-

C. IIII cem Euangelij, denique salutem afferre mundo. Harum rerum præstatio lasso & famelico cibi & potas obliuionem induxit. Hinc tamen non vulgaris ad nos redit consolatio, dum audimus Chri-

stum de hominum salute adeo fuisse sollicitus, ut eam curare summa illi fuerit voluptas. neque enim dubium est similiter hodie quoque erga nos affici.

35 Nonne vos dicitis, Adhuc quatuor mensæ sunt, & messis veniet? Ecce, dico vobis, attollite oculos vestros, & videte regiones, quoniam alii sunt iam ad messem.

36 Et qui metit, mercedem accipit, & fructum congregat in vitam aeternam: ut & qui seminari, simul gaudeat, & qui metit.

37 In hoc enim est sermo verus, quod aliis est qui seminat, & aliis qui metit.

38 Ego misi vos ad metendum quod vos non laborastis. alii laborauerunt, & vos in labores eorum introiistis.

35 Nonne dicitis.) Prosequitur superiorem sententiam, quia enim nihil sibi prius esse dixerat quam perficere opus Patris, nunc ostendit quām sit illud maturum: idque facit comparatione messis. sicuti enim ubi maturuit seges, messis ferre morari non potest, quia alioqui grana conciderent: ita nunc natura spirituali fruge tardandum esse negat, quia damnoſa sit cefſatio. Videimus quorsum adducta sit similitudo, nempe ad exprimendam festinationis cauſam. Particula hac Nonne dicitis oblique notare voluit quanto attentiores sint hominum animi ad res terrenas quam celestes. sic enim messis desiderio aſtuant vi anxiè suppeditat mens ac dies: interea in colligendo tritico celeſti mirum vt torqueant. Atque hanc prauitatem non solum nobis esse ingenitam, sed vix à cordibus nostris reuelli posse quotidianus vſus arguit. Nam quum omnes terrestri vita in longum prospiciat, quām negligenter de rebus Diuini cogitamus. Sic alibi Christus ipſe, Hypocrita, vos ex cœli facie iudicatis qualis futurus sit dies crucis: tempus autem visitationis mea non agnoscitis? Matth.16.a.3.

36 Et qui metit, mercedem accipit.) Alio argumento probat quām sedulò incumbere nos deceat in opus Dei: quia scilicet ampla & splendida labori reposita sit merces. Fructum enim promittit, eūque non corruptibilem nec caducum. Quanquam quod de fructu subiicit, bisariam expōni potest: vel vt sit uerbis declaratio (atque ita bis idem diceret diuersis verbis) vel vt commendet eorum operam qui Dei regnum locupletant: quemadmodum repetet cap.15.c.16. Egó elegi vos ut eatis, & fructum aſteratis, & fructus vester maneat. Et sanè Verbi ministris utrumque ingentes addere animos debet, ne vnuquā sub labore fatigant, dum sibi parata esse in celo gloria coronam audiunt, & sciunt fructum messis suæ non pretiosum modò fore coram Deo, sed etiam aeternum. In hunc finem passim in Scriptura mercedis fieri solet mentio, non autem vt inde operum merita aſtimuntur. Quis enim, si ad calculum ventum fuerit, non pœna ignavia magis quam diligenti premito dignus reperierit? Ergo optimis operariis nihil restabit aliud nisi vt supplices ad venientē depreciationm confugiant. sed Dominus, qui paternè nobiscum agit, vt nostram ignauiam corrigit, & nos alioqui parum cordatos melius animet, gratitam mercedem rependere dignatur. Porrò hoc adeo non euerit fidei iuſtitiam vt potius stabilitat. vnde enim sit vt quicquam in nobis quod remuneretur inueniat Deus, nisi quia Spiritu nos suo donauit? Arqui Spiritum artham pignusque adoptionis esse sciimus. Secundò, vnde sit vt utilis & vitiōſis ope-

ribus tantum honoris Deus habeat, niſi quia post quam nos ſibi gratis reconciliavit, vitia qua operibus nostris adhærent, non imputando, præter vnum meritum accepta habet? Summa huius loci est, Laborem quem docendo impendunt Apostoli, minimè durum aut grauem delere illis esse, quum ſibi tam vtilem, Christo & Ecclesiæ fructuolum eſt sciāti. Vt & qui ſeminat.) His verbis admonet Christus, sine cuiusquam fore querimonia quod Apostoli aliena cultura fructuū colligent. Atque hæc amplificatio notanda eſt, nam ſi in mundo eorum genitus qui laboris ſui fructum queruntur alio transferri, non impediunt quin nouis poffeffor ſegerem ab alio iactam libenter metat: ubi mutuus eſt conſensus, mutuum gaudiuſum & gratulatio, quanto alaciores eſt melleores conuenit? Verum vt hic locus probè intelligatur, tenenda eſt inter ſationem & messenī antithesis. Satio fuerat legiſ & Prophetarum doctrina: ut enim ſen. en in terram proiectum manebat quāsi in herba. doctrina autem Euangelijs, quia ad iuſtanſ maturitatem homines ad ducit, aptè messi confertur. Lex enim ab ea perfectione longè diſtabat que in Christo demum exhibita fuit. Nota eſt etiam pueritia & virilis etatis comparatio quam adducit Paulus ad Galatas cap.4. t. que codem tendit. Denique quum preſentem ſalutem Christi aduentum fecum attulerit, non mirum eſt si Euangeliū, in quo aperta eſt regni cœleſtis ianua, messis vocetur doctrina Prophetice. Neque tamen hoc obſtat quin Patres ſub Lege collecti fuerint in Dei horreum. Verum ſimilitudo hec ad docendi modum referenda eſt, nam ſicuti Ecclesiæ pueritia vſque ad finem Legis durauit, prædicato autem Euangeliō mox ſuccellit adolescentia: ita tunc matuerſe coepit ſalus, huius ſementem duxat fecerant Prophetæ. Sed quum in Samaria hunc sermonem Christus habuerit, videtur ſatione latius quām ad Legem & Prophetas extenderet. Et ſunt qui promiscuè tam de Gentibus quām de Iudeis hæc exponant. Fatoſor quidem pietatis quādam grana ſemper in toto orbe ſparſa fuſſe: & minime dubium eſt quin præclaras ſententias, quæ in Philosophis & profanis ſcriptoribus extant, Deus eorum manu quodammodo ſeminauerit. Sed quum adulteratum fuerit ſemen illud ab ima radice, & quæ inde enati potuit ſeges (li- cet non proba nec genuina) immensi errorum congerie ſuffocata fuerit, tam noxiā corruptionem absurdum eſt ſationi conſerri. Deinde quod de confenſu gaudijs hæc habetur, in philosophos aut ſimiles minimè competit. Nondum tamen ſolutus eſt nodus, quia Samaritanos Christus in ſpeciem designat. Rcfpdeo, quāuis apud eos omnia corru-

corruptelis infecta essent, fuisse tamen illic ab-sconditum aliquod pietatis semen. Vnde enim si-mulac verbum de Christo audiunt, tanta eius querendi promptitudo, nisi quia ex Lege & Pro-pheticis venturum esse Receptorem didicerant? Fuerat quidem Iudea peculiaris Domini ager, quem per suos Prophetas excollerat: sed quoniam aliquantula feminis portio in Samariana delata erat, non abs re dicit Christus illic quo-que maturuisse semen. Si quis obiciat, electos fuisse Apostolos ut Euangelium vulgarent toti mundo: responso facilis est, Christum ut tempus ferebat loquutum esse, nisi quid in Samarianis Propheticæ doctrinæ semen, licet multis ziza-niis in istum ac referunt, à spes fructus iam propè maturi commendat.

37 *In hoc enim verus est sermo.)* Proverbium hoc vulgare erat, quo indicabant multos sepe alieni laboris fructum percipere. quanquam hoc diuersum erat, quid agere paritur is qui labora-uit, fructum ab alio auferri, quum Apostoli

focios lætitiae habeant Prophetas. Neque tamen hinc potest colligi, Prophetas ipsos eorum quæ in Ecclesia hodie gerunt testes vel confessio esse: quia non aliò spectat Christi cōsilium quām hoc affectu docuisse Prophetas quādū vix-e-runt, vt de fructu quēn illis colligere non dabatur, iam gauderent. Non absimilis est compara-tio qua Petrus primo epistole sue capite vt: ^{1.Pet.1.4.5.} nisi quid generaliter fidèles omnes hortatur: Christus autem hic solos discípulos compellat, & in eorum persona Euangelij ministrōs. Iubet autem his verbis ita in communione suas operas conserre, vt nulla inter eos prava sit æmulatio: qui priores ad opus intūntur, ita debere ad præ-sentē culturā esse intentos, vt alii qui deinde succedent, maiorem benedictionem non inuident: qui intūntur quasi ad maturam frugem colli-gendam, eo alacrius in partes suas incumbant. Nam comparatio quæ hic fit inter Legis & Eu-an-geliū doctores, potest etiam his singulis inter se aptari.

39 *Ex urbe autem illa multi Samaritanorum in eum crediderunt, propter sermonem mulieris quæ testificabatur, Dixit mihi omnia quæ feci.*

40 *Postquam ergo venerunt ad eum Samaritae, rogarunt eum ut maneret apud ipsos. Et manerit duos dies.*

41 *Ac multe plures crediderunt propter sermonem eius.*

42 *Ac mulieri dicebant, Non amplius propter tuam orationem credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus quid hic sit verè servator mundi Christus.*

43 *Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galileam.*

44 *Ipse enim Iesus testificatus est quid Propheta in sua patria honorem non habet.*

45 *Quum autem venit in Galileam, receperunt eum Galilæi, qui omnia aviderant quæ fecerat Hierosolymis die festo. nam & ipsi venerant ad diem festum.*

Crediderunt propter sermonem mulieris.) Hic re-fert Euangelista quantum valuerit mulieris præ-conium apud ciues suos. vnde appetat, spem & desiderium promissi Melissæ non parvum viguisse apud eos. Ceterum *Credendi* verbum hic impro-priè significat mulieris sermonem fuisse excitatos vt Christum agnoscerent Prophetam. Hoc autem est velut fidei initium, quum animi ad reci-piendam doctrinam parati sunt. Talis ad fidem ingressus hic honorificè vocatur fides, vt sciamus quanti Deus verbi sui reverentiam faciat, quum tanto honore dignatur solam eorum do-cilitatem qui nondum edociti sunt. In eo autem se demonstrat fides illa quid proficiendi deside-rio tenentur: qua ratione apud se manere Chri-stum cupiunt.

41 *Multo plures crediderunt.)* Ex successu i-pso palam est Christum non fuisse plus æquo fa-cilem ut illis annueret. videmus enim quām fru-ctuolum istud fuerit biduum quod potentibus concessit. Quo exemplo docemur nunquam cef-sandum esse quoties regnum Dei propagare li-ter. Quid si timemus ne obnoxia sit finitris ru-moribus nostra facilitas, vel sepius sit inutilis, petamus à Christo Spiritum consilij qui nos di-rigat. Hic iam alio sensu ponitur *Credendi* ver-bum, quia non tantum ad fidem preparatos fuisse significat, sed recta fide imbutos.

42 *Propter tuam orationem.)* Tametsi Eras-mum in versione sequutus sum, quia barbarum est loquela nomen, quod habet vetus interpres: monendi tamen sunt lectores, οὐαλα idem ferè Græcis sonare quod Latinis significat loquentia.

Et videntur iactare Samaritani sibi solidius iam esse fulcrum quām in lingua mulieris, quæ vt plu-riimum utilis esse solet. *Credimus.* Melius exprimit qualis fuerit ipsorum fides, incipit ex ipso Dei verbo concepta: vt gloriari possint se magi-strum habere Filium Dei, vt certè is solus est in cuius autoritate tutò acquiescere licet. Non adegit ipse quidem nunc palam, vt ore ad os no-biscum loquatur: verū per quoscunque eum audire contingat, non tamen nisi in eum recum-bere fides nostra potest. nec aliunde pronenit scientia cuius simul sit mentio. Nam profetus ab homine mortali serino aures quidem implere & satiare poterit: sed animum in tranquilla salutis fiducia nunquam stabilit, vt merito se glorietur scire qui audiuit. Ergo in fide hoc primum est vt Christum sciamus esse qui per suos ministros lo-quitur: deinde vt suum illi honorem tribuanus, hoc est, ne dubitemus esse fidum ac veracem, vt freti tam certo authore, in eius doctrinam securè recubamus. Ceterum quid Iesum *Mundi serua-torem & Christum* prædicant, id proculdubio ha-bent ex auditu: Vnde colligimus, Euangelij sum-mam intri biduum familiarius illis fuisse à Chri-sto traditam quām hacenus Hierosolymæ fuisse. Et Christus salutem quam attulerat, toti mundo communem esse testatus est: quo melius intellici-gerent ad se quoque pertinere. Neque enim tan-quam legitimos heredes ad participandam salutis gratiam eos vocavit: sed docuit se venisse vi in Dei familiam extraneos admitteret, ac pacem af-ferret iis qui procul erant.

44 *Ipse enim Iesus testif. est.)* Species repugnatæ

C. IIII quæ hic primo intuita appetit, diuersas expositiones peperit. Nimis argutum est quod afferit Augustinus, Chirilum honore caruisse apud suos quia plus solo biduo apud Samaritanos proficerit quam longo tempore apud Galilaos: absq;ne miraculis plures acquisierit in Samaria discipulos quam ingens miraculorum numerus in Galilæa lucrificerat. Non placet etiam quod Chrystofforus patriam Christi intelligit Capernaum, quia illuc frequentius quam alibi fuerit. Cyrillo itaque potius subscrivo, qui relicta vrbe Nazareth, in diversam Galilæam partem abiisse dicit. Illam enim nominant reliqui tres Evangelistæ quum hoc testimonium Christi referunt. Posset quidem hic esse sensus, quod quum plenæ illustrationis tempus nondum venisset, latere in patria, tanquam in obscuriore recessu, voluerit. Quidam etiam expoununt, biduo substitisse in Samaria, quod nulla erat festinandi ratio in eum locum vbi contemptus eum manebat. Alij putant rectâ in Nazareth profectum, Ita ut inde commigrasse. Sed quia nihil tale refert Johannes, non audeo huic diutinationi dare locum. Ergo illud verius, quum in patria Nazareth contemptui se videret esse, diuertisse aliò potius. Quare mox sequitur, venisse in oppidum Cana. Et quod simul additur, fuisse exceptum à Galilæis propter miracula, reverentia non contemptus signum fuit. *Propheta in sua patria.*) Non dubito quin hæc proverbialis fuerit sententia. scimus autem proverbiis celebrari quod sapientia & *τὸν ἀνθρώπουν φυσιονείρον* solet. Quare non est quærenda exactius perpetua veritas: quasi necesse sit semper verum esse quod illuc dicitur. Certum qui-

deum est, alibi Prophetas potius celebrari quam in patria: fieri etiam interdum potest, & re ipsa accidit, vt Prophetam non minus colant ciues sui quam extranci. sed proverbiuum docet quid magis tritum sit ac vulgare, nempe Prophetis alibi potius vbiuis locorum honorem tribui quam apud suos. Potest autem duplex origo esse huius proverbij, ac sensus. est enim hoc vitium vniuersale, vt quos in cunis vagientes, quos pueriliter ineptientes vidimus, i) tota vita nobis despectui sunt, quasi nulli profectus pueritiam sequuti essent. accedit & alterum malum, quod inter nos magis regnat, emulatio scilicet. Mihi tamen probabile est natum inde proverbiū quod Propheta à gente sua tam male accepti fuerint: nam boni & pi homines, quum tantam in Iudea aduersus Deum ingratisitudinem, tantum Verbi contemptum, tanquam contumaciam cernerent, merito hanc querimoniam iactare poterant, Nusquam minus haberi honoris Dei Prophetis quam in terra sua. Si prior sensus magis arridet, nomen Prophetæ generaliter sumendum erit pro quoquis doctore, quem admodum Paulus Epimenidem appellat Cretensem Prophetam. *Recepérunt eum.* An diuturnus fuerit hic horos non sat is constat. nihil enim proclivius est quam donorum Dei obliuio. Nec alio consilio hoc narrat Johannes nisi vt sciamus sub multorum testium oculis edita fuisse à Christo miraculay longè latèque prædicata fuerint. Iterum notatur vna signorum utilitas, quod viam doctrinæ sternunt: nam faciunt vt Christus reue- rentiam obtineat.

46 *Venit ergo Iesus iterum in Cana Galilæe, ubi verterat aquam in vinum. Erat autem regius quidam, cuius filius infirmus erat, in Capernaum.*

47 *Hic cum audisset Iesum ex Iudea in Galileam venisse, abiit ad eum, & rogauit eum ut de cenderet, & sanaret filium suum: erat enim proinq[ue]sus morti.*

48 *Dixit ergo illi Iesus, Nisi signa & prodigia videritis non credetis.*

49 *Dixit illa regius ipse, Domine, descende priusquam moriatur puerulus meus.*

50 *Dixit illi Iesus, Vade, Filius tuus vinit. Credisit homo sermoni quem illi dixerat Iesus, & profectus est.*

51 *Quoniam autem adhuc descendebat, serui occurserunt illi, & muntarunt, dicentes, Filius tuus vinit.*

52 *Sic scitatus ergo est ex ipsis qua hora melius habuisset: & dixerunt illi, Hora hora, èoptima reliqui eum febris.*

53 *Cognovit ergo pater quod fuisse etiam hora qua dixerat illi Iesus, Filius tuus vinit. Et credidit ipse, & domus eius tota.*

54 *Hoc rursus secundum signum fecit Iesus, quum venisset ex Iudea in Galilæam.*

46 *Erat regius quidam.)* Hæc verior lectio, etiam si fecus Erasmus sentiat. Fateor quidem illo tempore Regulos fuisse dictos qui nunc Duces vocantur, aut Barones aut Comites: sed talis erat tunc Galilææ status vt nemo eius ordinis in Capernaum habitare poterit. Porro vnum aliquem ex aula Herodis fuisse arbitror, nam qui à Cesare missum putant, nihil habent coloris. Ceterum nominatum hoc expressit Evangelista, quia in tali persona illustrius erat miraculum.

47 *Quoniam audisset Iesum.)* Quod opem à Christo petit, sive id quidem hoc aliquod signum est: sed quod opis ferenda modum Christo praesigit, ex eo appetit quanta fuerit rudit s. Christi enim virtutem ad corporis præsentiam alligat. scilicet de Christo non aliud conceperat quam Prophetam esse Diuinitus missum cum hoc mandato & fa-

cultate vt miraculis edendis se Dei ministrum probaret. Hoc tamen vitium, quoniam reprehensione dignum Christus dissimulans, alia de causa leuerè eum obiurgat, imo in genere omnes Iudaos, quod miraculorum nimis cupidi forent. Sed vnde nunc tanta Christo asperitas, qui alios miracula appetentes comiter accipere solitus est? Fuit certè ei tunc certa aliqua ratio, quæ noslatet, cur leuerius quam ex more suo agebat cum hoc homine. Et forte non tam eius rationem habuit, quam totius gentis. Videbat parum autoritatis habere suam d' Cretinam, neque tantum negligi, sed proflus sperni: interea defixus esse omnes in miraculis, & totos eorum sensus stupore magis quam admiracione occupari. Impius ergo ille qui vulgo tunc regnabat verbi contemptus hanc illi queri-

querimoniam extorfit. Verum quidem est, etiam ex iunctis quosdam interdum prouisionum virtutis apud eos vacillaret, confirmationem a suis optare; videns etiam Heum, quem plerique eorum votis amserit, minime iustis offendunt. Sed longè maior prauditas hic à Christo notatur: sic enim periebant à miraculis Iudei, et verbo nihil residuum facerent. Ac primo quidem hoc præpoterum habebant, quod apud stupidos & nimis cariales nulla erat doctrina reue rentiam nisi miraculis expergecti essent. Oportuerat enim Dei verbum, in quo à teneris educati erant, illis plurimam familiare esse; deinde quā miracula essent edita, adeo non sequebatur is qui debet profectus, yeat omnes stuporem. Sic nulla erat eorum religio, nulla apud eos Dei notitia, nullum pietatis exercitium nisi in miraculis. Quō spectat etiam illa Pauli exhortatio, Iudei signa queruntur. Significat enim signis ablique ratione & modo adductis nec Christi gratia, nec vite æterne promissibus, ne que arcana Spiritus virtutis & effectus potius fatidiosæ Euangelium respuere, qui illos præter signa nihil sapient. Atque vñiam hodie quoque purinos tene ret similes morbus: sed haec voce nihil magis vulgatus. Præcedunt miracula ut avres præbeamus haec doctrinæ. Quasi vero ita sordore nobis debeat Christi veritas, nisi aliunde fulcitur. Verum etiam si ingenti signorum aceruo Deus eos obrueret, meintinent tamen quā se credituros dicunt, externa quedam admiratio nascetur, sed nihilo est major doctrinæ attentionis.

49. *Domine, descend.*) Quando hic rogando pergens tandem imperat quod volebat, collige non ideo reprehensem à Christo esse quasi eum abilicere proflus velit, ac preces repudiaret: sed hoc potius consilio fecisse vt corrigeret vitium illud quod illi adiutum ad veram fidem obstruebat. Et tenendum est memoria quod prius dixi, hanc communem totius populi reprehensionem magis fuisse quām vnius hominis propriam. Atque ita quod in votis nostris præposterior est, vel contortum, vel superfluum, necesse est corrigi vel refescari, ut noxia obstacula tollantur. Porro quoniam alicui homines lauti ac superbi esse soleant, nec libenter patiantr secum durius agi, notandum est hunc necessitatem sua & orbitatis in te humilitatum, non exandescere neque obstrere quoniam asperius a Christo excipitur, sed obiurgacionem illam modesto silentio transmittere. Idem & in nobis experimur: mira enim sunt nostræ delicia, mira impatientia & morositas, donec malis subacti fastum & supercilium deponeant cogimus.

50. *Filius tuus viuit.*) Hic primo reluet singularis Christi humanitas & indulgentia, quod hominis ruditiati ignoscens, longius virtutem suam extendit quām sperauerat. Petebat ut Christus aduentu suo filium sannaret. Agretum quidem liberari à morte posse, sed non mortuum excitari poterat: ideo festinationem virget, ne mors præueniat. Ergo quoniam virtusque veniam Christus facit, hinc colligere licet quanto apud eum in pretio sit vel pusilla fides. Hoc quoque obseruato signum quod Christus eius desiderio non obtemperans, plus multo cedat quām perierat, nam testimonium habet de præsentis filij sanctitate. Ita sapientis Pater votis nostris quo

ad circumstantias non obtemperans, modi; inopinatus ad nos iuantos operatus, vt dis annus nihil illi prescribere. Quoniam dictum invenire significat ex mortis periculo esse creptum. *Credidit in bono Sermonu.* Quia hac persuasione inbutus venerat, Christum esse Dei Prophetam, ideo tam facilis ad credendum fuit vt vocem vnam mos arriperet, arreptam in animum detigeret. Quanuis autem de Christi potentia minus honorifice sentiret quām par erat, tamen brevis promissio nouā repepte in eius animo fiduciam peperit: vt in vno Christi verbis suis sui vitam inclusam esse statueret. Atque hac promptitudine verbum Iesu à nobis recipi decebat: sed multum abest quin tam presentem in auditoribus semper eff. cūm habeat. Quotus enim quisque est qui multis concionibus tantum proficiat quantū hic semiprofimus vñica voce audit? Quo plus studij in excitanda nostra tarditate ponendum est: rogandus vero in primis Deus vt corda nostra sic atheis ne minus ad credendum prompti simus quam ipse ad pollicendū facilis ac benignus est.

51. *Quoniam autem adhuc descendit.*) Hic fidei effectus describitur vñā cum verbi efficacia, nam sicut Christus puerum iam moriturum verbo in vitum restituit, ita Pater sicut sua momenta vno filiu[m] saluum recuperat. Sciamus ergo, quoties sua beneficia nobis offert Dominus, virtutem eius ad præstidium quicquid promittit, semper fore expositam: modò ne ianuam illi obstruat nostra incredulitas. Hoc quidem non esse perpetuum, immò non esse frequens aut vulgare lateor, vt statim ad ope[m] nobis ferendam Dominus manum suam exerat: sed quoties differt, sua illi constat ratio, & quidem nobis vñis. Hoc quidem certum est, adeo nunquam ipsum in morte esse vt potius cum obstatulis nostris pugnet. Ergo quoniam præsens eius auxilium non appetat, reputemus quanta in nobis diffidentia lateat, vel faltem quām tenuis & restricta sit nostra fides. Atqui non mirum est si beneficia sua perire nolit, ac temerè in terram proticeret, sed depone-re velit apud eos qui porrecto fidei sinu ea excipere parati sunt. Et quoniam non eodem semper modo suos iuuer, nunquam tamen irrita erit cuiusquam fides, quin senianus verum esse quod docet Propheta, Promissiones Dei, etiam ubi morauit trahere videntur, maximè tamen scitinate.

52. *Sic scitatus ergo est.*) Quod seruos rogauit quando n. elius habere filius coepisset, factum est arcano Dei impulsu, quo miraculi veritas magis illucesceret. Nam & nos ad suffocandam potentiam Dei lucem natura plausum maligni sumus, & in hoc variis artibus incumbit Satan ut operum eius aspectum obscureret. Quare vt laudem suam apud nos obtineant, ita conspicua nobis reddi necesse est, ne quis dubitationi supersit locus. Quamlibet ergo ingrati sint homines, non tamen patitur hac circumstantia tam insigne Christi opus futuræ adscribi.

53. *Credidit ipse, & dominus.*) Videtur esse hoc absurdum, quod fidei initium Euangelista in eo homine commemorat cuius fidem prius laudauit, nec potest Credendi verbum hoc quidem loco ad fidei progressum referri: sed tenendum est, hominum Iudeum & educatum in Legis doctrina iam aliquo fidei gressu prædictum suum ad Christum accessit. Quod deinde credidit

C. V. sermoni Christi, illa fuit particularis fides, quæ non longius patebat quān ad filii vitam: nunc autem alio modo credere cœpit quia scilicet Christi doctrinam amplexus, levum ex eius discipulis esse profetus est. Ita non iam filium duntaxat Christi beneficio sibi incolorem red-

ditum iri sperat, sed Christum agnoscit Dei filium, ac nomen dat eius Euangelio: totam familiam comitem habet, quæ miraculi testis fuerat. Nec tamen dubium est quin operam dederit ut secum omnes sui ad Christianismum concederent.

CAPVT V.

1 Proibit erat dies festus Iudeorum, & ascendit Christus Hierosolymam.

2 Es autem Hierosolymæ ad probaticam piscina quæ vocatur Hebraicæ Bethesda, quinque porticus habens.

3 In his sedebat multitudo magna egrotantium, eorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motionem.

4 Angelus enim per internalla descendebat in piscinam, & aquam turbabat, qui ergo primus descendebat post turbationem aquæ, sicut sanus, quocunque olim morbo detentus fuisse.

5 Erat autem homo illic qui triginta & octo annos transgerat in infirmitate.

6 Hunc quum vidisset Iesus secundum, & nouisset quod iam laborasset multo tempore, dicit illi, Vis sanus fieri?

7 Respondit illi infirmus, Domine, hominem non habeo qui me, quum turbata est aqua, demittat in piscinam: interea autem dum ego venio, ante me aliis descendit.

8 Dicit illi Iesus, Surge, tolle grabbatum tuum, & ambula.

9 Et statim sanus factus est homo ille, & suscepit grabbatum suum, & ambulanit. erat autem Sabbathum die illo.

1 Post haec erat dies festus.) Quanquam non exprimit certè Evangelista quinque dies hic fuerit, probabiliter in coniectura est Pentecosten notari: si tamen quod hic narratur, statim ex quo in Galileam venerat Christus, factum est. Nam mox à Paschate Hierosolymam profectus, per Samariam transiens, quadragesima tempus usque ad messem numerabat: Galileam ingressus sanavit aulici filium. Subiicit Evangelista diem hunc festum sequutum esse. Ergo temporis ratio huc nos dicit ut Pentecoste intelligi debeat: quanquam de ea re non contendamus. Venit autem Christus Hierosolymam ad diem festum, partim quia tunc propter populi concursum magis erat propaganda doctrinæ opportunitas, partim quia oportuit ipsum Legi subiectum esse, ut à Legis servitute omnes redimeret, quemadmodum iam alibi monuimus.

2 Ad probaticam piscinam.) Additur loci circumstantia: unde colligimus non obscurum vel paucis notum fuisse miraculum. Quod enim locus hominum frequentia, celebris fuerit. quinque porticus indicio sunt, & templi vicinitas hoc referat. Adhac nominatum dicit Evangelista iacuisse illic multis egrotos. Quantum ad nominis rationem spectat, meritò à doctis reicitur Hieronymi commentum, qui Betheder facit ex Bethesda, & Gregis domū interpretatur. piscinæ enim hic sit mentio, quæ soro pecunio propinquia erat. Ratione etiam carent qui Bethesda legunt, quasi Locum Piscationis. Probabilius ergo sentiunt qui exponunt Locum effusionis. Nam θερμα Hebreis desluxum significat. Evangelista autem Chaldaicæ (ut tunc cerebat communis lingue vñus) pronuntiavit Elida. Ego enim aquam per canales ductam fuisse arbitror, ut inde Sacerdotes haurirent. Nisi forte impositum loco fuit nomen, quod per siphones aqua funderetur. Probatice autem, meo iudicio, dicta fuit quod pecudes illuc adducerentur in sacrificium offerenda.

3 Sedebat multitudo.) Fieri potest ut in porticibus iacuerint egroti ad rogandas elemosinas, quin illac transiret populus qui templum adorandi causa petebat. Et illinc etiam cimi televant pecudes in sacrificium offerendas. Interea Deus singulis diebus sellis numerum aliquem sanabat, ut hoc modo prescriptum in Lege cultū & templi sanctitatem commendaret. Videri tamen posset hoc absurdum, quod quum nihil tale factum legamus quo tempore maximè florebat religio, inquit quum Prophetarum seculo non nisi extra ordinem edita fuerint miracula, rebus adeo collapsis & propè confusis, illustrior solito apparuerit Dei virtus & gratia in miraculis. Respondeo duas fuisse causas, meo quidem iudicio, nam quum Spiritus in Prophetis habitans fatis locuples Diuinæ præsentie testis foret, non alia confirmatione tunc indigebat religio: signis enim plusquam idoneis sancta Lex fuerat, & Deus innumeris testimoniis non desiderat mandatum à se cultum comprobare. Sub Christi vero aduentum, quia Prophetis deslitigabantur, & miserabiles erat eorum status, variaeque tentationes vndeque ipsos urgebant, extraordinario hoc subsidio habebant opus, ne putarent se à Deo profus derituros, atque ita fracti deficerent. Scimus enim Malachiam ultimum fuisse ex Prophetis: atque ideo sua doctrina clausulam hanc apponit, Ut recordentur Iudei Legis à Mose tradita, donec Christus appareat. Vt enim Deo visum fuit eos Prophetarum inopia suspensos ad tempus tenere, quo maiore Christi desiderio fligrarent, & sibi exhibitum exciperent maiore reuerentia. Interea ne testimonio careret templum, & sacrificia, & totus cultus unde salus mundo proditura erat, hoc sanationis dono Iudeos retinuit Dominus, ut scirent non temerè se à reliquis gentibus esse à Deo segregatos. Nā Deus, egrotos sanando, tanquam manu ē cælo exerta, palam monstrabat sibi probari hoc adorationis genus quod

quod habebant ex Legis præscripto. Deinde non dubito quin tempus redempcionis intulare, iamque propinquum esse Christum salutis authorem talibus signis monuerit, quo melius omnium animi expegeferint. Duplice hunc signorum usum illa aetate fuisse arbitror, ut sibi Deum adesse cognoscerent Iudei, atque ita constatae in Legis obedientia manerent: deinde ut intenti essent ad sperandum nouum & insolitus statum. *Claudorum, cœtorum, ardorū.* Ut sciamus non vulgares morbos a Domino curatos fuisse, quafdam eorum species exprimit Euangelista. neque enim claudis, cæcis & aridis subuenire possunt humana remedia. Triste quidem spectaculum illud fuit, videre in tanta hominum caterua multiplicem membrorum deformitatim. Verum ibi clarius interim resulgebat Dei gloria quam in conspectu ingentis exercitus & optimè compositi, nihil enim magnificenter quam ubi insolita Dei potentia natura defectus corrigit & instaurat: nihil etiam nec pulcrius nec suauius quam ubi pro immensa sua bonitate humanis miseris opitulatur. Quare illud nobilissimum theatrum extare Dominus voluit, in quo conspicua esset non modo indigenis, sed etiam quibusvis hospitibus sua maiestas. Atque (vt iam artigi) non vltimum hoc templi ornamentum ac decus fuit, quem Deus extenta manu se adesse palam faceret.

4 Angelus enim.) Fuit quidem proprium Dei opus, ægrotos sanare, sed quemadmodum manu & opera Angelorum vi confusevit, ita Angelo mandauit partes istas. Quia ratione vocantur Angeli potentia aut virtutes: non quod Deus suam illis virtutem resignando, oriosus ipse in celo sedeat: sed quia potenter in ipsis agendo, virtutem suam magnifice nobis restitutus facit. Male ergo illi & peruersè qui proprium Angelis quicquam affingunt, vel qui ita medios statuant inter nos & Deum, ut Dei gloriam quasi procul remotam obscurant, quum potius se in illis praesente exhibeat. Ideo cauenda sunt deliræ Platonis speculations, quia nimis sit inter nos & Deum distantiæ, adeundos esse Angelos, vt nobis gratiam concilient, quū potius rectè ad Christum venire nos oportet, vt eius ductus, auspiciis & mandato Angelos habeamus salutis nostræ ad iutores & ministros. *Per interualla.* Poterat nomen uno simul omnes Deus sanare: verum ut miracula suum habent finem, ita & modum habere debent, quemadmodum & Christus admonet, quum tot mortui sint tempore Eliae, non nisi puerum unum fuisse excitatum: quum tot viduæ famelicæ essent tempore fuscitatis, unius tantum inopia ab Elia fuisse subvenient. Ita satis habuit Dominus paucis ægrotis praesentia sua specimen edere. Ceterum sanandi modus qui hic describitur, satis admonet nihil minus esse consentaneum quam ut suo iudicio homines Dei opera subiiciant. Quid enim obsecro opis vel remedij ex aqua turbida sperari poterat? Sed ita felicit nos proprio sensu exutos Dominus ad fidei obsequium assuefacit. Nimis cupidè sequimur quæ præter Dei verbum rationi nostræ arrident. Ergo ut nos sibi morigeros reddas, ea sape obiici quæ cum ratione nostra pugnant. Tunc ergo demum docilitatem nostram probamus ubi clavis oculis sequimur nudum verbum, etiam si nullum operæ pretium

videmur nobis facturi. Simile exemplū habemus in Naaman Syro, quen leproæ curanda causa Pro 2. Reg. 5. pheta ad Jordanem mituit, & ipse quidem hoc ve... 1.10. lut ludibrium initio ajs erat, re ipsa tandem sentit Deum sic præter humanam rationem agere, ut nos tamē nunquā frustretur aut ludit. Inter ea aquæ turbatio clarum documentum fuit Deum pro suo arbitrio liberè elementis vti, & operis effectum sibi vindicare. Est enim hoc plusquam commune vitium, creaturis adscribere quod virtus Dei est. Verum nimis stultitia erit sanitatis causam in aqua turbida querere. Sic ergo externum symbolum commendat, ut symboli aspectu ad ipsum unicum gratia autorem ægroti respicerem cogantur.

5 Erat autem quidam homo.) Varias circumstantias colligit Euangelista quæ certam miraculo fidem faciunt. Diuturnitas morbi sive curationis absulerat: illo aquæ remedium priuari se conqueritur: sepius conatus fuerat le in aquam incire, sed frustra: nullum illi ab hominibus auxilium: hinc magis conspicua eluet Christi virtus. Eodem etiā tollendi grabbati præceptum spectabat, ut omnibus psalmi foret non aliter sanitum quam Christi beneficio. Quum enim validus ac robustus omnibus membris, quibus ante captus fuerat, repente surgit: tam subita mutatio magis excitare & afficere debet spectantium animos.

6 Vis sanans fieri? Non sciscitur quasi de re dubia: sed partim ut gratia quæ offerebatur desiderium in eo accendat, partim ut telles qui aderant reddat magis attentos, quos aliud cogitantes fugere poterat miraculum, ut sape in rebus subiatis accedit. Fuit igitur his duabus causis necessaria præparatio.

7 Non habeo hominem.) Facit hic ægrotus quod solemus ferre omnes: Dei enim auxilium sua cogitatione includit, nec plus sibi polliceri audet quam mente concipiatur. Quod autem infirmitatem eius ignoscit Christus, in eo speculum habemus eius indulgentiam quum quotidie experitur quisque nostrum, dum nos in propinquis mediis habemus desixi: ipse vero manu præter spem ex locis absconditis prolata demonstrat quantum bonitas sua fidicem nostræ angustias exuperet. Præterea hoc exèplo ad tolerantiam nos eruditum decet. Longum fuit trigesita annorum tempus, quo Deus beneficium suum in misero hoc homine iuvando distulit, quod tamen illi ab initio præsta re statuerat. Quantumuis ergo diu nos suspensos tenet, sic anxie gemamus sub noctis ærumnis ut tamen longi temporis tardium nunquam nos examinet: Et si enim nullus exitus appareat quum mala nostra longius protrahuntur, statuendum tamen semper est Deum mirificum esse liberatorem, qui virtute sua obstacula omnia facile per rumpit.

9 Frat autem Sabbathum.) Minime Christum latebat quanta mox offensio sequuta esset quum hominem viderent sarcinis onus tumu incedere. nam gestare Sabbatho quicquam oneris nominat: Lxx verat. Sed duplex fuit ratio cur posth... Iere... 6. bita huius periculi ratione tale spectaculum ederet Christus, nempe ut miraculum vulgo melius innotesceret: deinde ut occasio daretur, & quasi via patesceret ei præclaræ concioni quan mox habuit. Tanti porrò erat miraculi illius cognitio ut populi offensionem securè negligere debuerit:

C. V. præseruimus quum in promptu esset iusta defensio, qua etiū improbus non placauit, abundē tamen refutauit eorum calumnias. Tenenda igitur regula est, etiam si totus mundus in iram efficeretur, publicandam nobis esse Dei gloriam, prædicant-

dāque eius opera, quatenus gloria eius interest nota esse. Nec vero fatigari nos vel frangi oportet, etiam si infeliciter nobis cedat nostrum hoc studium, modo illum quem dixi finem propositū habeamus, nec transiliamus officij nostri metas.

10 Dixerunt ergo Iudei ei qui sanatus fuerat, Sabbathum est: non licet tibi tollere grabbatum.

11 Respondit illis, Qui me fecit sanum, ille mibi dixit, Tolle grabbatum tuum & ambula.

12 Interrogavit ergo eum, Qui est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabbatum tuum & ambula?

13 Porro qui sanatus fuerat non nouerat quis esset: Iesus enim se subduxerat, quia turba erat in loco.

14 Post hæc inuenit eum Iesus in templo, & dixit ei, Ecce, sanus factus es: ne amplius pecces, nequid deterius tibi contingat.

15 Abiit homo, & nuntiavit Iudeis quod esset Iesus qui sanum eum fecerat.

16 Et propterea per se quebantur Iesum Iudei, & quererent eum interficere, quod hæc ficeret Sabbatho.

10 Sabbathum est.) Quum ruenda omnibus esset Sabbathi religio, recte & meritò hominem accusant, sed quum excusatio ab eo adducta illis non satisfacit, in eo iam peccare incipiunt: cognita enim causa absoluī debuit. Gestare onus (vt dictum est) erat Sabbathi violario: sed Christus, qui eius humeris onus imposuit, eum autoritate sua subleuat. Docemur itaque hoc exemplo à præcipiti iudicio caudendum esse, donec cuiusque facti ratio penitus nobis comperta sit. Quicquid pugnat cum Dei verbo, sine controvèrsiā damnari meretur: sed quia hic saepè hallucinari contingit, præcedit modesta & placida inquisitio, vt sanum sit ac sobrium iudicium. Nam quia Iudei præsō affectu occupati inquirere non sustinent, iudicio & moderationi ianuam obstruunt. Quod si passi fuissent se doceri, non modò sublata fuisset offensio, sed longius magno cum profecto ad Euangelij notitiam perduerent. Nunc quatenus peccarint videmus, quia scilicet iustum defensionem non admittunt. Defensio autem est, quod is sanatus fuerat, nihil se facere responderet nisi eius mandato qui ius & potestate in iubendi habuit. Tametsi enim nondum tenebat quisnam esset Christus, persuasus tamen erat, Diuinum missum esse, quia Divinitatem eius virtutem expertus erat: atque inde auctoritate præditum esse colligit, vt necessario illi sit parendum. Sed videtur hoc quoque reprehensione dignum, quod miraculum à Legi obedientiis eum dimovet. Fatorē quidem eum non satis firmo argumento nisi vel pugnare: bis tamē alij peccant, quod neque reputant hoc extraordinarium esse Dei opus, nec iudicium suspendunt donec Prophetam Dei verbo instruētum audierint.

13 Non nouerat quis esset.) Noluit certè Christus tanti operis gloriam euaneſcere: sed prius notum ac celebre esse voluit quām se eius auctorē profiteretur. Ideo paulisper se subduxit, vt Iudeis liceret sine personā respectu de re ipsa iudicium facere. Atque hinc colligimus non posse hominis fidei tribui quod sanatus fuerat, qui ne sanus quidem medicum suum agnoscat: & tamen quod iussus suffulit grabbatum, fide diretrice factū videtur. Ego vero sicuti nō nego arcamqñ fuisse aliquem in eo impulsum fidei, ita

ex contextu clare patere dico, solidæ doctrinæ in qua acquiesceret, ac puræ lucis fuisse expertem.

14 Posthac inuenit eum.) Hæc verba clarius demonstrant, Christum non ideo latuisse ad tempus vt beneficij sui memoria periret: iam enim vltro in medium se profert, tantum voluit priori loco opus cognoscere: deinde se prædicari aucthorem. Porro hic locus utilissimam doctrinam continet, nam quum dicit Christus, Ecce sanus factus es, nos Dei beneficis perperam abuti significat nisi ad gratitudinem excitemur. Neque enim exprobrat Christus quod dedit: sed tantum admonet ideo sanitum fuisse hominem vt gratiæ acceptæ memor, Deum liberatorem tota vita coleret. Ergo sicutios ferulis ad pénitentiam erudit Deus & stimulat, ita ad eandem nos in uitat sua bonitate & clementia. Imò hic vniuersalis est tam redēptionis nostra quām omnium Dei donorum scopus, vt nos habeat prorsus sibi addictos. Porro fieri hoc nequit nisi peccata iam elapsa animis insidiat recordatio: & qui veniam adeptus est, in hac meditatione tota vita se exerceat. Docet etiā hæc admonitio, quicquid parvum mali, peccatis nostris importundum esse. neque enim fortitæ sunt hominum calamitates, sed tot idem sunt castigatoria ferulae. Primo itaque manū Dei quā nos percutit agnoscere oportet, non cæcum fortunæ impetum imaginari in malis nostris: deinde hunc Deo honorem tribuere, quod quām optimus sit Pater, ex nostris miseriis voluptatem non capiat: ideoque nunquam durius nos trahet nisi peccatis nostris offensus. Quām peccare vetat, non exigit vt ab omni peccato sit immunis, sed comparatio fit superioris vitæ. Hortatur enim Christus vt posthac relispicat, neque inaneat sui similis. Ne quid deterius. Si nihil ferulis proficiat erga nos Deus, quibus leniter nos tanquam teneros ac delicatos filios humanissimus pater castigat, nouam personam & quasi alienam induere cogit. Flagella ergo ad demandam nostram ferociam arripit, quemadmodum in Legi denuntiat, Leuit.26.b.14. Deut.28.b.15. & Psal.32.c.9, in dō passim in Scripturis occurruunt eiusmodi testimonia. Itaque quod nouis subinde malis assidue preminut, id nostræ contumacie acceptū referre decet, neq. enīm refractarii equis & nulius sumus

fumus si niles, sed plusquam indomitæ bellugæ. Quare non mirum est si atrocioribus peccatis qualibet malleis conterat Deus quibus inediocris pena nihil prodelt: frangit enim etiam est qui corrigit non sustinet. In summa, hic pœnarum vobis est ut cautiores in posterum reddamur, si ad primos & secundos iætus opponimus obstinatum cordis duritatem, sepe populo grauius feremus si dato ad breue tempus resipescit signo, mox ad ingenium redimus, hanc nostram obliuionem levitatem & socracitatem plenam acris castigat. Carterum in huius hominis persona intueri operæ premium est quam benigne & indulgenter nos toleret Dominus. Finge cum senio propinquum fuisse: in primo tamen ætatis flore morbo correptum fuisse oportuit: forfæcæ & à prima pueritia inuisit eum morbus. nunc quam grauis fuerit tot annorum pœna reputari. Arqui certum est nimiam Deo severitatem obiici non posse quod tam diuturno languore se animorum hominem a conficerit. Quod ergo leuis plectimur, fieri discamus quod Dominus pro immensitate sua bonditate sumnum pœnarum rigorem tempereret. Discamus etiam nullas esse tam leuas & atrocias

pœnas, quibus non aliquid addere Dominus poterit quoties visum erit. Nec dubium est quin sibi horrendos sepe & prodigiosos crucifixus miseri homines in probis suis querimoniis acercent, dum negant malum sua augeri posse. An non haec abscondita sunt in thesauris meis? inquit Dominus Deut. 32. c. 34. Notandum præterea est quoniam tardus sit caliginationum. Dei in nobis profectus. Nam si Christi exhortatio supereructa non fuit, colligere inde licet huius hominis animam nondum bene virtutis omnibus purgata fuisse. Et certè aliores sunt in nobis vitorum radices quam ut die uno vel altero euelli queant. Mortuum vero animæ caratio longe difficultior est quam ut exigui temporis remedius contenta sit.

15. *Abiit homo.) Nihil minus in animo habuit quam consilire Christo inuidiam: nihil etiam minus sperauit quam ut tantopere furent aduersus Christum. Pius ergo affectus fuit quoniam vellet iusto ac debito honore medicum suum profaci. Iudei: ve id in eo virus suum produnt, quod non modo Christum accusant violati Sabbathi, sed in extremam sauitiam erumpunt.*

17. *Iesus autem respondit illis, Pater meus ad hoc usque tempus operatur & ego operor.*

18. *O! hinc igitur causam magis quare int ipsum Iudei interficere, quod non solum soluebat Sabbathum, sed & Patrem suum vocabat Deum, aqualem se faciens Deo.*

19. *Respondit ergo Iesus, & dixit illis, Amen amen dico tibi, non potest Filius facere à seipso quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem, que enim ille facit, hoc est & Filius similiter facit.*

17. *Pater meus.) Videndum quo defensionis generi vitatur Christus, non responderet Legem de colendo Sabbatho temporalem fuisse, & quæ iam abroganda sit: quin potius violatam à se Legem fuisse negat, quia hoc Diuinum sit opus. Fuit quidem illa umbratilis ceremonia, cui finis imposuit Christus suo aduentu, sicut Paulus docet, sed præsentis causæ status in eo nimirum veritut. Lubentur enim homines à suis tantum operibus feriari, ideo Circuncisio, quæ Dei est non hominum opus, Sabbatho aduerca non est. In hoc Capite insistit Christus, non turbari Diuinis operibus sanctâ quietem quæ Legi Moses mandata est. Atque hac ratione non suum modum factum excusat, sed eius etiam qui grabbatum suum tulit, erat enim appendix & quasi pars miraculi: quia nihil quam eius approbatio erat. Deinde si inter Dei opera censetur gratiarum actio & gloria eius praeronim, non fui Sabbathi profanatio Dei gratiam pedibus ac manibus testam facere. De se tamen præcipue loquitur Christus, cui Iudei magis infesti erant. Inter ea sanitatem quam ego restituimus, Diuine sue virtutis specimen esse testatur. Filium se Dei predicat, & sibi communem esse cum Patre agendi rationem asserit. Quis sit Sabbathi vobis, & quibus de causis preceptum fuerit, nunc pluribus non disputo, quod ad præsentem locum sufficit, adeo non abrupit vel impedit cursum operum Dei Sabbathi religio, vt potius ipsis solis concedat locum: cur enim hominibus cessationem ab operibus propriis Lex edicit, nisi ut ad consideranda Dei opera sensus omnes suos vacuos & folios applicent? Impius ergo Legis euerctor est, ne dum peruersus interpres, qui liberum Dei operibus regnum in Sabbatho non concedit. Si quis obiiciat, proponi Dei exemplum homini-*

*bus, vt septimo die quiescant: solutio in promptu est, non in eo conformes esse homines Deo quod ferias ille egerit, sed quod à turbulentis huius mundi actionibus cessantes, ad caelestem quietem aspirent. Ergo Dei Sabbathum non cessatio est, sed solida perfectio, quæ tranquillum pacis statum secum adferat. Nec obstat quod Moses dixit Deum operibus suis finem fecisse, significat Genes. 2. enim perfecto mundi opificio consecrasse diem 2. illum, quem homines meditandis eius operibus impenderent. Inter ea non desit mundum à se conditum sua virtute sustinere, regi e suo contilio, bonitate souere, & cuncta suo arbitrio in celo & in terra statuere. Ergo sex diebus absoluta fuit mundi creatione regina, et id eius perpetuum est, & assidue in tuendo & conservando cius ordin. *Psal. 104.* ne Deus operatur: que madmodum Paulus docet *c. 19.* in eo nos vivere, moueri & esse, Act. 17. f. 28. Et David stare omnia docet, quatenus ei Spiritus Dei vegetat, deficere autem simulacrum eius vigore destituta fuerint. Nec generali tantum prouidentia creatani à se natum tueretur Dominus, sed singulas eius partes ordinat ac temperat. Præfertim vero suo præsidio seruat ac tegit fidèles, quos in fidem tunelamque suam recepit. *Ego operor.* Iam Christus, omisso præsentis causæ patrocinio, miraculi finem & vobis exponit, nempe ut inde agnoscatur Dei Filius. Nam hoc in omnibus factis & dictis habuit propositum, vt se ostenderet salutis autorem. Hoc Divinitatis proprium est quod sibi vendicat, quæ madmodum etiam Apostolus Hebr. 1. a. 3. dicit cum sustinere potenti suo mutu omnia. Sed ideo se Deum testatur, vt in carne manifestatus Christi officium præsterita est celo se profectum affirmat, ut præcipue sciri velit quorsum descendenter in terram.*

C.V. 18 Ob hanc igitur causam.) Hac defensione adeò non diluit à Christo, quanquam calumniosum, quod Iudei obiecserant, ut verum esse apertius differat. Ac primò quidem in illo capite insitum, Diuinum esse opus quod carpebant Iudei, ut intelligent cum Deo ipso sibi esse bellandum si dannare pergent quod illi necesse est adscribi. Locus hic variè olim agitatus fuit inter orthodoxos Patres & Arianos. Arius minorem Patre Filium inde colligebat quia ex se nihil possit. Excipiebant Patres, notari tantum his verbis personæ distinctionem, ut sciretur Christum à Patre esse, non tamen intrinseca agendi virtute eum priuari. Atque utrinque erratum est: neque enim de nuda Christi Diuinitate haberet concio: & quæ mox videbimus, in æternum Dei Sermōnem per se & simpliciter minimè competunt, sed tantum quadrant Dei Filio quatenus in carne manifestatus est. Sit nobis ergo ante oculos Christus, ut à Patre missus est mundo redemptor. In eo Iudei nihil humana natura altius reputabant. Ideo contendit se humanitas non sans se ægrorum, sed Diuina virtute quæ sub carne visibili latebat. Hic causæ status est, Quoniam illi in carnis aspectu defixi Christum contemnerent, iubet eos altius consurgere, ac Deum intueri. Ad hanc antichæsi referendum est totus sermo, longè errare eos qui sibi cum homine mortali negotium esse putant, dum Christum accusant de operibus verè Diuinis. Ideo tantopere affirmsat, nihil in hoc opere sibi esse à Patre dixerunt.

19 Respondit ergo Iesus.) Videmus quod dixi

20 Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat illi quæ ipse facit: & maiora his membrabit illi opera, ut vos miremini.

21 Quemadmodum enim Pater suscitat mortuos & vivificat, sic & Filius quos vult vivificat.

22 Neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio:

23 Ut omnes honorent Filium, sicut honorant Patrem. qui non honorat Filium non honorat Parem qui misit illum.

24 Amen amen dico vobis, quod qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non veniet, sed transiuit à morte in vitam.

20 Pater enim diligit.) Quam dura sit & coacta veterum expeditio nemo non videt. Deus (inquit) se in Filio amat, atque loco Christo carnem induit pulchrè conuenit, quod à Patre ameratur. Imò scimus hoc insigni titulo tam ab Angelis quam ab hominibus fuisse distinctum, Hic est Filius meus dilectus. Scimus enim electum

Matt. 3,4. fuisse Christum, in quo residere totus Dei amor, ut inde quasi ex pleno fonte ad nos manaret. amat enim Christus à Patre, ut est Ecclesiæ caput. Hunc amorem docet causam esse cur Pater omnia per eius manum efficiat. nam quum dicit sibi monstrari, hoc verbo intelligenda est communicatio, ac si diceret, Quemadmodum Pater animum suum, ita & virtutem in me effudit, ut in meis operibus Diuina gloria respligat: imò et nihil Diuinum querere homines possint quod non in me inueniant. Et certè extra Christum frustra Dei potentia queretur. *Maiora his monstr. illi opera.* Significat his verbis, miraculum quod in sanando homine ediderat, non fuisse sumnum ex operibus sibi à Patre mandatis, tenuem enim cunctas illuc gustum præbuerat eius gratia cuius propriæ & minister & autor est: neque vita mundu restitut. Quoniam adit *Ut miremini,* oblique eorum ingratitudinem perstringit, quod illud tam splendida virtutis

Dei specimen contemnerent, ac si diceret, Quantumvis hebetes sis, et stupidi, que posthac facturus est per me Deus, vel invitos in admirationem rapient. Videatur tamen hoc mirimè fuisse implerum, quoniam scimus illos vident non vidisse, sicut etiam Iesuas dicit reprobos cœpture ad lucem Dei. Respondeo, Christum hinc de eo-^{tefa. 6.c.9.} rum affectu loquuntur non esse, sed tantum nota se quoniam magnificè paulo post se Dei Filium probatus est.

21 Quemadmodum enim Pater.) Summatim hinc comprehendit quale sibi datum sit à Patre officium. Tametsi enim specimen unam eligere videatur, est tamen generalis doctrina in qua se vita autem predicit. Vitam autem & utilitatem, & omnia Spiritus sancti dona, & omnes salutis nostræ partes in se continet. Ac certè miraculum hoc ita oportuit speciale esse virtutis Christi documentum ut communem illum fructum proferret, nempe, ut aperiret Euangelio ianuam. Notandum porro qualiter vitam nobis Christus conferat. omnes enim inveniunt mortuos: ergo à resurrectione initium fieri necesse est. Nō tamen supervacuum est quod duo verba simul coniungit: quia non satis esset nos à morte esse creptos nisi vitam plenè & solidè nobis restituueret Christus. Porro hanc vitam non omnibus

promiscuam facit, dicit enim se vitam dare cui
vult, quo significat nonnulli certos homines (hoc
est electos) hac gratia se peculiariter dignari.

22 *Neque enim Pater.*) Genus ipsius nunc
clarioris exprimitur, quod Pater in Filii persona mun-
dum gubernet, ac eius manu imperium exerceat.
Iudicium enim pro imperio & potestate accipit
Euangelista secundum phrasim lingua Hebrei-
ca. Nunc summi teneamus, quod traditum sit
Christo regnum à Patre, ut arbitrio suo cœlum
ac terram moderetur. Sed videri posset hoc val-
de absurdum, quod Pater, resignato imperio sui
iure, tanquam privatus quispiam homo in celo
sit. Responsio facilis est, hoc non tam Dei
quam hominum respectu dici, nam in Patre nihil
mutatum est, dum Christum constituit sum-
mum regem, ac cali terraque Dominum, est enim
ipse in Filio, & in eo operatur. Sed quia dum
voluimus ad Deum ascendere, sensus omnes no-
stris latini deficiunt, ponitur nobis ante oculos
Christus, tanquam conspicua Dei inuisibilis i-
mago. Non est igitur cur frustra nos cœlorum a-
dyta stant fatigemus, quoniam insinuati no-
stræ consular Deus ubi se propinquum in Chri-
sti persona ostendit, quoniam potius, quoties de mun-
di reginamine, i.e. nostro omnium statu, de cœlesti
nostra tabernacula præsidio agitur, discamus ad Chri-
stum unum referre oculis (sicuti penes ipsum
deposita est omnis potestas, & in eius facie Deus
Pater, qui aliqui procul esset absconditus, nobis
apparet) ne nuda Dei maiestas immenso suo ful-
gore nos absorbeat.

23 *Vt omnes honorent.*) Hoc membrum satis
confirmat quod nuper attigi, Deum non ita in
Christi persona regnare quasi ipse, vt solent i-
gnati reges, quiescant in celo; sed quia in Christo
potentiam suam declarat, & que præsentem exhibe-
at. Quid enim aliud sibi volunt hæc verba, Ut
omnes honorent Filium, nisi quod Pater agnoscit
vult ac coli in Filio? Ergo nostrum est Deum Pa-
trem in Christo querere, illuc intueri eius po-
tentiam, illuc eum adorare, nam (sicuti continuo
post sequitur) *Qui non honorat Filium, legitimo*
honore Deum fraudat. Deum esse colendum fa-
rentur omnes, adeoque hic sensus nobis à natu-
ra ingenitus alitas habet in cordibus nostris radi-
ces, vt nemo simpliciter Deo honorem suum ne-
gare audeat: interea hominum mentes Deum
extra viam querendo evanescunt. Hinc tot ficti-
tij dij, hinc tot peruersi cultus. Verum ergo Deū
non alibi quam in Christo reperiemus, nec rite
aliter eum colamus quam Filium osculando, vt
David docet. Nam (vt alibi testatur Iohannes)
qui Filium non habet, ille simul caret Patre. Pul-
chris quidem & splendidis titulis ornant Turcae
& Iudei quoniam adorant deum: sed hoc tenendum
est, Dei nomen, quum à Christo separatur, nihil
quam inane esse figuramentum. Ideo quisquis Deo
vero cultum suum probari cupit, ne à Christo de-
flectat. Nec alia fuit Patrum ratio sub Lege: tamet
si enim obscurum Christi aspectum habebant
seb uulnbris, nunquam tamen circa Christum se
patefecit Deus. Sed nunc ex quo exhibitus fuit
Christus in carne, & rex nobis impositus, totum
mundum illi flectere genua oportet vt se Deo
obviciat. Nam quoniam illum sedere ad dexteram
patrem Pater iussit, qui Deum imaginatur sine
Christo, dimidia sui parte eum mutilat.

24 *Qui sermonem meum audiu.*) Hic modus &

ratio honoris exprimitur, ne quis in extero dun-
taxat aliquo ritu & fruolis cremonis situm clé-
se putet. Nam Luangelij doctrina Christo instar
scopri est, quo fidèles sibi à Patre subiectos re-
git. Atque hec definitio in prius notatu digna
est. Nihil magis tritum est, quoniam nulla Christiani-
tatis profectio, nam & Papistæ, qui infraeius sunt
Christi hostes, plusquam audacter tamen
eius nomine superbiunt, sed hic Christus non a-
lium à nobis honorem exigit quām ut Evangelio
suo cœdiamus. Vnde lequitur, quicquid ho-
noris Christi defrunt hypocrita, proditorum
esse suds osculum. Ut centies Regem ipsum nū-
cupent, regno tamen & omni potestate eum spo-
liant dum fidem non habent Evangelio. Fructum
obedientiae simul commendat quām dicit, *Habet*
vitan eternam, quo simus ad eam præstandā ma-
gis voluntarij. Quis enim tam ferreus esse debet
quoniam proposito æternæ vita præmio, sese liben-
ter Christo submittat? Et tandem videamus quām
paucos sibi conciliet hac tanta benignitate. Ea
est nostra prauitas vt sponte petire magis libeat
quām tradere nos Dei filio in obsequium, vt e-
ius beneficio seruum. Vt inque ergo hic co-
pœctitur Christus: & regulam pīj yncrue
cultus quem à nobis exigit, & rationem quoniam nos
reslituit in vitam. Neque enim quod prius
docuit tenere sufficeret, eum scilicet ad suscitando
mortuos venisse, nisi etiam sciremus qualiter
à morte liberet. Promuntiat autem vitam
obtineri doctrinæ sua auditu: voce *Audius* si-
dem intelligens, sicuti mox se declarat. Atqui fi-
des non in auribus, sed in corde sedem habet. Vnde
porro tanta fidei vis alibi dictum est. Semper
quid nobis Euangelium offerat respicere con-
uenit, neque enim mirum est, qui Christum cum
suis omnibus meritis recipit, cum reconciliari
Deo, & à mortis reatu absoluat: qui Spiritu san-
cto donatur, eum indui cœlesti iustitia, ut in vita
nouitate ambuler. Particula quæ additur, *Credit*
in eum qui me misit, ad stabiliendum Euangelij Rom. 6.
autoritatem valet, dum Christus à Deo profe- 4.4.
ctum esse testatur, non humanitus fabricatum.
Quenadmodum alibi negat à seipso esse quod
loquitur, sed à Patre sibi mandatum. *In iudicium*
non venit. Hic tacita subest antithesis inter rea-
tum cui naturaliter omnes sumus obnoxii, &
gratuitam abolitionem quam per Christum
consequimur. Nisi enim omnes maneret damnatio,
quorsum artineret inde eximere qui in Christum
credunt? Sit igitur sententia nos esse extra
mortis periculum, quia Christi beneficio absolu-
muntur. Ergo vt inque nos sanctificet Christus,
ac regeneret Spiritu suo in vita nouitatem, spe-
cialiter tamen hic gratuita peccatorum remissio
notatur, in qua sola consistit bonorum beatitu-
tudo. Verè enim deum is vivere incipit qui
Deum haber propterum, quomodo autem nos amaret Deus nisi peccatis nostris ignosceret?
Transiit. Quod Latina quedam exemplaria ha-
bent in futuro tempore *Transiit*, ex inscripsione &
temeritate cuiuspiam natum est, qui mentem
Euangelistæ non capient, sibi concepsit plusquam
par erat, nam in Graeco verbo nulla est prorsus
ambiguitas. *Transiit* autem à morte iam esse fa-
cunt non ineptè dicit, quia & incorruptibile est
in filiis Dei vita semper ex quo vocati sunt, & iam
in cœlesti gloria per spē Christo confidunt, & re-
gnum Dei intra se habent certò constitutum. Nam

C.V.

in cælesti gloria per spem Christo consident, & regnum Dei intra le habent certò constitutum. Nam quod abscondita est eorum vita, non ideo fide eam possidere desinunt: quod vnde à morte obdidentur, non ideo tranquilli cœlè desinunt: propterea quod se Christi presidio norunt esse sanitas tuta. Interca meminerimus, fideles ita esse nunc in vita, ut mortis semper materiam circumferant, sed Spiritus qui in illis habitat, vita

est, quæ reliquias mortis tandem abolbit. Est enim verum illud Pauli, mortem ultimum fore hostem qui destruetur. Nec sanè hic vel de plena mortis abolitione, vel de solida vita exhibetur agitur. Sed quanvis inchoata tantum sit vita in nobis, tantam eius certitudinem fidibus constare pronuntiat Christus, ut sibi metuere à morte non debeant: nec mirum, quoniam in ipsum infiti sunt, qui fons est vita inexhaustus.

25 Amen amen dico vobis quod ventura est hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei: & qui audierint, vivent.

26 Quemadmodum enim Pater habet vitâ in seipso, ita & Filius dedit vitâ habere in seipso.

27 Et potestatem ei de dit faciendi tu dicij, quis Filius hominis est.

28 Ne mirumini hoc: quia ventura est hora qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius.

29 Et exibunt qui bona fecerint, in resurrectionem vita: qui autem mala fecerint, in resurrectionem iudicij.

25 Amen amen dico.)Quum toties iurante in salutis nostra causa Dei Filium Euangelista inducit, hinc primùm quām sollicitum sit erga nos eius studium perspicimus: deinde quanto per referat fidem Euangeli benc ac penitus fixam sanctitatemque esse. Videatur certè incredibile neficio quid narrari, quoniam prædicatur hic fidei effectus de quo Christus differit. ergo iure iurando confirmat adeo viuiscam esse Euangeli sui vocem ut ad suscitados mortuos sit efficax. De morte spirituali cū loqui satius conuenit, nā qui ad Lazarum & filium vidua Nain & similes referunt, contextu ipso refelluntur. Primò admonet Christus nos omnes esse mortuos antequam nos ipse viuiscet. atque hinc patet quid tota hominis natura ad salutem comparandam valeat. Papistæ quum liberum suum arbitrium erigere volunt, homini Samaritano comparant, quem semiuium latrones in via reliquerant. Quasi verò allegoria fumo obscurare claram sententiam licet, quia nos Christus morti plane addicit. Et sūn quoniam post primi hominis defectionem alienati à Deo sumus per peccatum, quicunque se eterno interitu oppresos non agnoscunt, nihil aliud quām se decipiunt inanibus blanditiis. Fatoe quidem in hominis anima aliquid manere vitę residuum (nam & intelligentia, & voluntas, & omnes sensus totidem sunt vitę partes) sed quia nulla pars est quę ad cælestem vitam aspirat, non murum est si totus homo, quantum attinet ad regnum

Ephes. 2.4 Dei mortuus censetur. Atque hanc mortem 1. & 4. pluribus verbis Paulus declarat, quoniam dicit nos alienatos esse à pura & sana ratione mentis, totóque cordis affectu Deo inimicos, & iustitiae eius aduersos, cęcos errare in tenebris, & prauis concupiscentiis deditos. Si naturę adeo corruptę nullus est vigor ad iustitiam appetendam, sequitur extinctam esse vitam Dei in nobis. Ita Christi gratia, vera est à morte resurrectio. Hęc portio gratia nobis per Euangeliū confertur: non quod externa vox tantum habeat energię, quę plerunque frustra antea verberat: sed quia Christus corda nostra intus Sp̄itu suo alloquitur, vt vitam nobis oblatam fide recipiamus. Neque enim promisicū hic de omnibus mortuis agit, sed electos tantum intelligit, quibus Deus aures perforat & aperit, ut Filii sui vocem capiant, quę eos in vita restituit. Imò distincte Christus suis verbis duplice gratiam nobis commendat, quoniam dicit, Audient mortui vocem Filii Dei, & qui audierint, vivent. Neque enim minus

præter naturam est, mortuos audire quām in vitam unde exciderant reuocari. Ergo utrumque arcanum est Dei virtutis. Quum dicit, Ventura est hora, & nunc est, loquitur tanquam de re prius insolita. Et certè promulgatio Euangeli, noua & subita mundi resurrectio fuit. Si roget quispiam anno semper vitam hominibus dederit verbum Dei, facilis est responso, doctrinam Legis & Prophetarum, quoniam destinata esset Dei populo, magis hoc habuisse officij vt qui à Deo geniti erat, in vita forever, quām vt reduceret à morte. Euangeli autem diversa sunt ratio, quo gentes à regno Dei prius extraneæ, diuise à Deo, priusq; omni salutis fiducia, in vita societatem accitę sunt.

26 Quemadmodum enim Pater.) Ostendit unde tanta voce sua efficiacia, quod scilicet ipse sit fons vita: & eam voce sua in homines effundat. Neque enim nobis ex eius ore proflueret vita nisi penes ipsum esset eius causa & origo. Neque enim Deus vitam in se habere dicitur tantum quod propria virtute & intrinseca solus vivat, sed quia vita plenitudinem in se continens, omnia viuiscat. Atque hoc quidem propriè in Deum competit, quemadmodum Psalmio 36. habetur. Apud te est fons vita: Sed quia Dei maiestas, vt est procul à nobis diffusa, similis esset scatēre latenti & absconditi, ideo palam se in Christo exercuit. Habemus itaque promptum & expeditum fontem ex quo haurire licet. Hic verborum est sūs, Quod Deus vitam apud se occultam & quasi sepultam habere noluerit, atque ideo trāsfuderit in Filium ut ad nos manaret: Hinc colligimus propriè hunc titulum adscribi Christo quatenus in carne manifestatus est.

27 Et potestatem dedi ei.) Iterum repetit datum sibi suisse imperium à Patre, vt plenam & in cœlo & in terra rerum omnium potestatem habeat. ἡγεμονία hic dignitatem significat: Iudicium verò pro regimine & imperio accipitur, acsi diceret constitutum esse Filium regem à Patre qui mundum gubernet, atque exerceat Patris Ipsiū potestatem. Ratio quę mox subiicitur, in primis notanda, Quia Filius hominis est. Significat enim tam magnifica potestate ornatum prodire ad homines, vt illis communiceat quod à Patre accepit. Quidam non aliud hoc loco dici putant, quām quod habetur apud Paulum ad Philippens. Quod Christus, quoniam in forma Dei est, seipsum exinanivit formam serui accepta, séque humiliavit usque ad mortem crucis. Et propterea exultit illum Pater, & dedit illi nomen omni nomine

^{1. Cor. 15.}
^{4. 26.}

Philip. 2.
4. 7.

SECUNDVM IOHANNEM.

nomine præstantius, ut coram ipso flectatur omne genu, &c. Sed ego longius extendeo Christum, quatenus homo est, vita autem à Patre suisse ordinatum, ne procul nobis querenda sit. Neque enim sibi Christus accepit quasi indigeret, sed ut nos locupletaret sua opulenta. Summa est, patet factum nobis esse in Christo homine quod in Deo reconditum erat: & vitam prius inaccessam, nunc in promptu est. Quod autem non nulli rationem hanc a suo contextu avulsi sequenti membro connectunt, coactum est, & à Christi mente alienum.

28 *Nec nremmi hoc.*) Videtur parum appositè ratiocinari, dum eius quod dixerat confirmationem ab ultima resurrectione petit, neque enim maius est corpora excutiri quam animas. Respondeo, non ex ipsa hic comparationem fieri majoris & minoris, sed ex hominum tensu. Nam, ut sunt carnales, nihil mirantur nisi exterritum & visibile. Hinc si ut animæ resurrectionem securè præterant, carnis autem resurrectio plus habeat apud eos admirationis. Si autem facit crassam hæc nostra stupiditas ut longè plus ad faciendam fidem valeant quam oculis cernuntur, quamquam sola fide concipi possunt. Quia de ultimo die meminit, non amplius additur restitutio illa, *Ei nunc est*: sed tempus aliquando fore simpliciter pronuntiat. Verum, occurrit altera exceptio, nam etiæ fideles corporum resurrectionem expectant, non possunt tamen ei, s' notitia innuit, ut flattuant nunc animas eipius à morte, quia olim corpora à sepulchris resurgent. Apud impios vero quid magis ridiculum quam ignorantem (vt vulgo aiunt) per ignotius probare? Respondeo, hic Christum de sui potentia gloriari apud reprobos, ut testatum faciat plenam rerum omnium instauratiohem à Patre mandatum esse. ac si diceret, *Quod nunc à me inchoari dico, aliquid sub oculis vestris absoluam.* Et certè quod nunc Euangelij sui voce animos sub interitu demersas Christus vivificat, id quoddam ultimæ resurrectionis præludium est. Porro quia totum humanum genus complectitur, mox inter electos & reprobos discernit. Quæ partitio offendit, reprobos, ut nunc Christi voce ad iudicium citantur, ita eadem voce pertrahendos se-

mel & sustendos a ieiunio tribunal. Sed etiæ sepulchris inclusos non in ieiunio, qualiter particuli resurrectionis futuri non sunt alijs, sine quibus nauigio perierunt, vel à bestiis sunt devorati, vel à cinerem redacti? Verum quia leprosi communiter soleant mortuis, per synedrion omnes intelligit qui pridem extincti sunt. Atque hoc magis emphaticum est quoniam si mortus otantum dixisset, nā quos spiritu & luce mors tam priuavit, sepulchrum velut à mundo sub uicit. Vox filij clangorem turbæ significat, qui Christi iustitia & virtute personabit. Nam quod Angelus p̄ ræco vel apparitor futurus est, id non oblitus quo natus tribuatur iudicii quod geritur eius autoritate & quasi sub persona.

29 *Qui bona fecerint.*) Fideles à bonis operibus designati, quemadmodum odum à fructu arboreum cognoscere alibi docet. Bona autem ipsorum qui claudat, quibus à sua vocacione operari date cœperunt. Latro enim cui vitam in cruce Christus promisit, qui tota vita sceleribus deditus fuerat, inter extremos denuum spiritus ad recti studium aspirat. Sed quia renascitur nouus homo, & ex peccati mancipio iustitia seruus esse incipit, totus superioris virtus cursus in rationem non venit coram Deo. Adde quid ne peccata quidem quorum reatu se quotidie obstringunt fideles, illis imputantur. Nam sine venia nemino virgini extitit in mundo qui bene vixisse censerit queat: inquit nullum omnino bonum opus celebitur nisi cuius virtus Deus ignorset: quando omnia mutilla sunt corrupta. Factores ergo bonorum operum hic dicuntur, quos Paulus illorum studiosos aut zelatos vocat, Tit. cap. 2. d. 14. Sed aestimatio hæc ex paterna Dei indulgentia pendet, qui gratuitè probat quod recti merebatur. Quod ex locis istis colligunt P̄p̄stis vitam æternam rependi meritis operum, nulla difficultate refellitur. Neque enim de salutis causa Christus tractat, sed tantum electos à reprobis sua nota discernit: idque facit ut fuos ad sanctitatem & innocentiam inuiter atque horretur. Et nos certè fidem quæ nos iustificat, cum studio bene iusteque vivendi coniunctam esse non negamus: sed tantum doceamus, non alibi quam in sola Dei misericordia quiescere fiduciam nostram posse.

*Matt. 24.
23.
1. Cor. 15.
8. 12.
1 Thes. 4.
d. 16.*

*Matt. 7.
12.*

*Tit. 2.
d. 14.*

30 *Non possum facere ego à me ipso quicquam: quemadmodum audio, iudico: & iudicium meum iustum est, quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem Patris qui me misit.*

31 *Si ego testificor de me ipso, testimonium meum non est verum.*

32 *Alius est, qui testatur de me: & noui quid verum sit testimonium quod testificatur de me.*

30 *Non possum facere ego à me ipso.*) Superuacuum foret hic subtiliter disputare à seipso an aliunde posuit Filius Dei, quod ad æternam eius diuinitatem spectat, neque enim talibus argutias nos occupare voluit. Proinde nulla erat causa cur se tam anxie torquerent veteres in repellenda Arriji calumnia, Filium Patri æqualem non esse nebulō ille iactabat, quia nihil posset à seipso. Respondent sancti viri, Filiū iure Patris ferre acceptum quicquid habet: à quo personæ respectu, principium suum ducit. Sed primū Christus hic de nuda sua diuinitate verba non facit: sed, ut carne nostra induitus est, se ab externa specie minime æstimandum esse admonet, quia aliquid habeat homine altius. Deinde videndum quibuscum negotium habeat. Iudeos, qui ipsum opponere Deo tentabant, refellere illi propositum

est, negat ergo se quicquam facere humanum, quia ducem habet & moderatorum Deum qui in se habitat. Hoc semper memoria tenendum, quoties de se iocuit Christus, sibi tantum sumere quod hominis proprium est: quia Iudeos respiciunt, qui perperam eum, quasi viuum aliquem ex hominum vulgo eis dicebant. Eadem ratione quicquid hominem superius est ad Patrem referit. *Iacobus* verbum propriè competit in doctrinam, sed ad totam simul administrationem pertinet, ac si diceret se Patrem in omnibus auctore haberes, sibi pro regula eius ariburum: ideoque illum fore vindicem. *Ei iudicium meum iustum est.* Concludit extra alio in reprehensionis esse facta sua & dicti, quoniam nihil nisi mandato & ductu Patris aggredi tibi permittat. Rectum enim esse quicquid à Deo manat,

IN EVANGELIUM

que controuersia fixum esse debet. Hanc mostiam primum inter nos pietatis axioma esse decebat, adeo reuenter de verbo & operibus Dei sentire, ut solum Dei nomen ad probandam iustitiam & rectitudinem sufficeret: sed quā pau-ci reperiuntur, qui Deum, nisi cogantur, statuant iustum esse? Deus quidem suam iustitiam (Fateor) experientia nobis demonstrat: sed ipsam ad car-nis nostra sensum restringere, ne aliter de ea sentiamus quām ingenium nostrum dicit, nimis licentiosa est impietas. Sit igitur certa & indu-bia consequentia, rectum & verum esse quic-quid à Deo est, nec fieri posse quin verax sit Deus in omnibus verbis suis, iustus & rectus in omnibus factis. Simul monemur hanc esse vni-cam bene agendi rationem, nihil nisi duce & au-spice Deo aggredi. Quod si totus in nos postea mundus infurgat, hæc iniuncta defensio suppetet, Non errare qui Deum sequitur. Quia non quaro

voluntatem meam. Hic minimè suam & Patris vo-luntatem quasi res contrarias inter se committit: sed tantum refellit quod falso putabant, cum humana audacia impelli magis quām Dei autho-ritate regi. Negat igitur proprium sibi affectum esse, & separatum à iusfru Patris.

31 Si ego testifor de.) Non detrahit hīc testi-monio suo fidem, quam alibi fortiter asserit: sed est modus concessionis. Quia enim aliunde fatis supérque instructus erat Christus, ne sibi creda-tur remittit. Si meum, inquit, de me testimonium vulgari hominum more vobis suspectū est, esto, ne valeat. Scimus autem pro vero & legitimo nō haberi quod quisque de se prædicat, etiam si verē alioqui loquatur: quia nemo in propria causa i-doneus est testis. Quamvis autem iniquum sit in hunc ordinem cogi Dei Filium, mault tamen iure suo cedere, ut hostes suos Dei autoritate conuincent.

33 Vos missis ad Iohannem, & testimonium reddidit veritati.

34 Ego verò ab homine testimonium non accipio: sed hęc dico ut vos salvi sitis.

35 Ille erat lucerna ardens & luctans: vos autem voluistis exultare ad tempus in luce eius.

36 Ego verò habeo testimonium maius quām Iohannis: opera enim que dedit mihi Pater ut perficiam ea, ipsa opera qua & ego facio, testantur de me quod Pater me misericordia.

33 Vos missis ad Iohannem.) Priusquam Dei testimonium proferat, vrget eos Iohannis respon-sionis, cui si uilem detrahere honestē nō poterant. Quorsum enim ad eum mittere attinebat nisi ei-ius dictis stare vellet? mittunt enim tanquam ad Dei Prophetam, itaque eius vocem sibi instar oraculi fore simulant. Tametsi autem subest hic quoque altera concessio, clare tamen illis expro-brat Christus, nihil præter malitiam obstat quo minus credant. Ideo ad rem plurimum facere vi-demus hanc circumstantiam, quod miserint ad Iohannem, & quasi discendi animo sciscitati ab eo fuerint quānam esset Messias, & tamen pro-nihilo duxerint eius responsum.

34 Testimonium ab homine non accipio.) Atqui non frustra Deus ipsum sibi testem eligit, & alibi Christus ipse pronuntiat discipulos sibi fore tes-tetes. Respondeo, Christum Iohannis testimonio vti, non quod indigeat, sed quatenus nostra refert inde aliquid habere confirmationis. Mutuantur homines inter se alij ab aliis testimonium, quia carere eo subsidio nequeunt. Alia est Dei & Chri-sti conditio, nam virtutem philosophi prædican-ti non esse aliena opis indigam, quid in se habet homo quo Dei veritatem fulcat? Et statim etiam Christus subiicit se Iohannis testimonium proferre eorum causa, significat non tam sūi habere se respectum quām hominibus consule-re, dum Euangelij sui præcones excitat per quos nobis de voluntate sua testetur. In quo etiam mira eius bonitas relucet, dum omnia ad sa-lutem nostram attemperat. Quare nostrum est vicissim dare operam ne frustra in nobis seruan-dis sit sollicitus.

35 Erat lucerna ardens.) Quod Iohannem vo-cat lucernam ardente, inde magis arguitur cor-um ingratitudine, sequitur enim nonnisi sponte eos cœcutire, quum accēsa fuerit Dei lucerna ante eorum oculos. Sensu itaque verborū est, Deus vos errare noluit: Iohannem enim constituit lucernam, cuius splendor vos dirigeret. Quod ergo me non agnosceris Dei Filium, fit errore

voluntario. Sequitur alia exprobratio, quod non modò clausis oculis lucem sibi oblatam preterie-rint, sed data opera abusi fuerint ad Christum opprimendum. Quod enim Iohannem extollere supra iustum gradum parati erant, id ex maligno & perfido consilio oriebatur, ne Filio Dei locus eset. Peruersum hunc cælestis lucis abusum Christus eleganter lafciuia comparat: quemadmodum si paterfamilias lucernam seruis noctu accendat ad peragenda quæ mandauit officia: illi autem eius vsum ad confectiones & omne pro-terua genus transferant. Porrò sicuti his verbis Iudæos accusat Christus, ita nos in commune omnes admonet ne piis doctribus, quos recte via duces nobis Deus ordinat, ad vagandum huc & illuc abutamur. Et quām utilis sit admonitio, omnium temporum experientia ostendit. To-to vita cursu regendos suscipit Deus homines ad ultimam usque metam. Prophetas suos mitit rectores. Ea est hominum interperies ut proteruē saltare sine progressu quām ambulando progreedi malint: ea instantia & levitas, ut perpetua directione spreta & reiecta rapiantur ad subitos suos affectus. Ideo dicit Ad tempus, vel Ad horam: quia voce eorum stultitiam perstringit, quod putarint fluxi & euanida proterua atermam Dei lucem posse extingui. Ita ho-die Papistę, quotquot Deus pios doctores Ecclesię suę tanquam accensa lumina dedit, in contrarium vsum trahunt, quasi illis propositum sit oculos lucis aspectu sibi perstringere. Nec modo lucernis abutuntur ad luffocandam Dei lucem, sed etiam in tenebris sape exultant, ut quum aduersus puram Euangelij doctrinam insulsis rabularum suorum commentis superbiunt.

Ceterum quod hic Christus de Iohanne prædi-cat, Paulus omnium fidelium communè facit, quia sermonem vitæ habentes, tanquam lumina-ria fulgere debeant in mundo, propriè tamen in Apostolos & Euangelij ministros competere docet Christus, quod faciem reliquis præferunt. Nam quū omnes in tenebris cœci versemur, Philip. 2. c. 15.
Deus

Deus verbi sui luce nobis afulget. Sed hic pecuniariter Iohannem ornat hoc elogio, per cuius ministerium Deus Ecclesie sue multo luculentius adest.

36 *Habeo manus testimoniū.*) Postquam in persona Iohannis prae à Iudeis corruptū fuisse Dei donum ostendit, iam secundò reperit quod dixerat, sibi non opus esse hominis testimoniū, quasi non sufficiat ipse sibi. Quanquam eo quod despiciuit se esse videbat, eos more suo reuocat ad Patrem. *Opera enim que deſit.* Due in mediū profert quibus approbatus est Filius Dei, Pater, inquit, miraculis Filium suum esse testatur: & priusquam in mundum venire, mihi in Scripturis sanctis locuples testimoniū reddidit. Memineramus semper quorū tendat. Vult se

promissum à Deo Messiam agnoscī, vt audiatur. Talem ergo se nunc re ipsa suis exhibuit contendit qualē Scriptura predicit. Quaritur an ad id probandum quantum satis est valēant miracula quām similia prius edita tuiscent à Prophetis. Repondeo, quæ per minūm Prophetarum Deus signa edidit, non ultra suum finem cui destinata erant protendit, vt scilicet Dei ministros esse ostenderent, qui autoritatem alter obtinere non poterant, sed Deus Filium suum altius extollere voluit. Atque hoc Dei consilium pro scopo in miraculis habendum est. Ergo nisi malitia occupati sponte oculos clausissent, Christus signorum virtute quis & qualis esset conspicuum facere poterat.

37 *Et qui misit me Pater, ipse testatus est de me: neque vocem eius audistis unquam, nec spectierū vidistis.*

38 *Et sermonem eius non habetis in vobis manentem: quia quem misit ille, huic vos non creditis.*

39 *Scutamini Scripturas, quia vos putatis in illis vitam eternam habere: & illæ sunt que testantur de me.*

40 *Et non vultis venire ad me ut vitam habeatis.*

37 *Et qui misit me.*) Perperam hoc ad vocem in Baptismo eius auditam restringitur. Patrem enim testatum in præterito tempore fuisse dicit, vt significet non ignotum se prodire, quia pridem in Lege & Prophetis illum Deus insignierat, vt notas suas secum afferret vnde posset agnoscī. Deū ergo testatum de Filio suo esse interpretor quoties olim veteri populo salutis spem fecit, vel plenam regni Israel instauracionē pollicitus est. Ita Iudeos decebat conceptam habere ex scripturis Christi ideam, antequam in carne manifestaretur. Quod præsentem cōtemnunt aēcōque reiiciunt, eo planum faciunt nullum se habere Legis gūstū: quod etiam illis Christus exprobaret. Legis scientia perinde gloriabantur acī in Dei sūnu educati essent. *Neque vocem eius audistis.* Christus postquam se non recipi conquestus est, acrius inuehit in eorum cœcitatē. Quod *Vocem Dei* eos nunquam audisse, & *Speciem* nunquam vidisse dicit, metaphorice sunt loquitiones, quibus in summa docere vult, alienos esse proflus à Dei notitia. Nam sicuti vultu & sermone homines se patefaciunt, ita Deus vocem ad nos suam Prophetarum voce emitit, & in sacramentis quasi visibilem formam induit, vnde cognosci pro modulo nostro queat. Verūm qui Deum in via sua effigie non agnoscit, satis hoc ipso prodit, nullum se nūmen colere nisi quod ipse fabricauit. Ideo Paulus oppositum oculis ipsorum velum dicit, ne cernant Dei gloriam in facie Christi.

38 *Et sermonem eius.*) Hic verus est profectus, dum radices agit in nobis sermo Dei, vt cordibus nostris infixus certam illis sedem habeat. Cælesti doctrinæ locum apud Iudeos negat esse Christus, quia Dei Filium, quem illa vbique cōmendat, non recipient: & merito hoc illis obiicit, neque enim frustra per Moses & Prophetas loquutus est Deus. Atqui non aliud habuit consilij Moses nisi vt ad Christianū rectā omnes vocaret. vnde constat non esse eius discipulos qui Christianū repudiant. Deinde quomodo sermōnem vite habebit in se manenteū qui vitā ipsam repellit? quomodo tenebit Legis doctrinā

Legis animam quantum in se est extinguit: nam Lex sine Christo inanis est, nec quicquam habet solidi. Quo igitur propius quisque nouit Christum, tantundem proficit in Dei sermone.

39 *Seruantur Scripturas.*) Quid prius dixerat Christus se Patrem habere testimoniū in cœlo, ad Mosen & Prophetas referri diximus. nunc sequitur clarior explicatio: testimonium enim illud in Scripturis extare dicit. Iterum verò stultam eorum iæstantiam perstringit, quod vitam se habere in Scripturis profitebantur, quum mortuam tantum literari artifarent. Neque enim simpliciter reprehendit quod vita queratur in Scripturis (quando nobis in eum finem & vitam destinata sunt) sed quod Iudei vivificam sibi esse Scripturam putarent, quum alieni essent à genuino eius sensu: inquit luce. vita quæ illuc continetur suffocarent. Quoniam enim sine Christo vita... Lex conferat, qui felis cum vivificat. Ceterum docemur hoc loco, ex Scripturis per tandem esse Christi notitiam, nam quæ de Christo imaginantur quod ipsis habuit, tandem non nisi umbratile spectrum eius loco habebunt. Prindū igitur tenendum est non aliunde quam ex Scripturis Christum ritè cognosci. Quid si ita est, sequitur, hoc animo legendas esse Scripturas ut illuc inueniamus Christum. Quisquis ab hoc scopo defleget, vt cunque discendo se fatiget tota vita, nunquam ad scientiam veritatis perveniet. Quid enim sapere absque Dei sapientia possumus? Porro quemadmodum iubemur Christum in Scripturis querere, ita hoc loco prouiniant non irritum fore nostrum studium, sic enim illuc de Filio suo testatur Pater vt eum nobis indubie patefaciat. Sed hoc bonam partem impedit, quod neglectim & quasi in transuersu tantum superficiem inspiciunt. Atqui summa attentione opus erat, ideo penitus absconditum hunc thesaurum scrutari Christus inbet. Quare quod Iudei, qui assidue Legem in manibus habent, sic abhorrent à christo, eorum sociordie imputandum est. Conspicuus enim gloria Dei splendor refugiet in Me: sed ipsi velum appetunt quod splendore obscurat. Scriptura verò

IN EVANGELIVM.

C. V. *Vetus testamentum intelligi satis notū est, neque enim in Euangeliō primum manifestari cœpit Christus; sed quia a Lege & Prophetis testimoniū habebat palam se in Euangeliō exhibuit.*
40 Et nouvultus Iterum exprobret nihil illis præter malitiam obstat quominus vitam in Scripturis oblataam percipiāt, nam quum eos

nolle dicit, ignorantia & cœxitatis causam prætitati & contumacia assignat. Et certè quum tam benigne se illis offerret, sponte eos cœxutre oportuit, quum verò lucem data opera fugerent, immo quum infidelitatis sua tenebris solem obruere cuperent, in eritudo acrius eos obiurgat Christus.

41 *Gloriam ab hominibus non accipio.*

42 *Sed noui vos quod dilectionem Dei non habetis in vobis.*

43 *Ego veni in nomine Patris mei, & non suscipitis me: si alius veniat in nomine suo, illum suscipietis.*

44 *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam mutuo à vobis accipitis, & gloriam que à solo Deo est non queritis?*

45 *Nepotetis quod ego accusatus sum vos apud Patrem: est qui vos accuset, Moses in quem vos speratis.*

46 *Si enim crederetis Moysi, crederetis etiam mihi: nam ille de me scripsit.*

47 *Si vero illius scriptus non creditis, quomodo meis verbis credetis?*

48 *Gloria ab hominibus.*) Pergit in obiurgatio-
ne: sed ne suspicetus sit, quasi propriam causam
agat, occupando præstat se nihil morari homi-
num gloria, nec sua revere, vel libi dolere quid
contenenti se videat. Et certe maior est quām ve-
pendeat ab hominum iudiciis, quando nihil de-
trahere illi potest totius mundi malignos, ac
ne pilum quidem ex eius amplitudine minuere.
Sic autem insit in refellenda calumnia ut sepa-
homines se extollat, postea liberè in ipsos inue-
hitur. Deique contemptum & odium illis obiug-
cit. Tametsi autem multum à Christo honoris
gradu distinclus, sinistra tamen hominum iudicia
secutè nos contempnere oportet. Certè summo-
pere caudendum ne ad iracundiam nos provocet
contemptus nostri: quin potius hac tantum de
causarasci discamus si suis Deo nō habetur ho-
nor. Hec sancta zelotypia nos vrat & excruciet,
quoties mundum videmus ita ingratum esse vt
Deum reiciat.

49 *Quod dilecti. Dei non ha.*) Dilectio Dei pro
toto pietatis sensu hic capitur, amare enim Deū
nemo potest quin eum suspiciat, & quia et totum illi
submittat, quemadmodum viciūm vbi non re-
gnat amor Dei, nullum potest eis obsequendi
studium. Qua ratione hāc Legis & ræpændere po-
nit Moses, vt diligamus Deum nostrum ex tuto
corde, &c.

50 *Ego veni.*) Quod Deum non ament nec re-
verentur Iudei prebat Christus hoc argumen-
to quia pseudoprophetas cupidè recepturi sint
quum subiictere se Deo recusent. Sumit enim pro
confessio, hoc prau & impij animi signum esse,
quum posthabita veritate libenter mendaciis ho-
mines subscriptibunt. Si quis obiciat errore hoc
plerunque magis quām malitia fieri, in promptu
est responsio, neminem Satana imposturis esse
obnoscum, nisi quatenus peruersa quadam cupi-
ditate mendacium veritati præferat. Quid fit enim
vt surdis loquatur Deus, promptos & alacres in-
ueniat Satan, nisi quia à iustitia auersi, iniquita-
tem vtrō appetimus? Quanquam notandum
est, Christum proprie de his loqui quibus pecu-
liariter illuxit Deus: sicuti Iudeos hoc priuilegio
dignatus erat, vt edicti eius Lege, rectam
falsis viam tenerent. Tales certum est autem
minimè præberet falsis doctoribus, nisi quia falli-
optant. Ideo dicit Moses Deut. cap. 13, quum sur-

gunt pseudoprophetæ, hoc modo probari &
examinari populum an Deum suum diligit. Vi-
detur quidem in multis innoxia esse simplicitas.
sed minimè dubium est quin illis oculos per-
stringat hypocrisy quæ intus in eorum animis la-
tet. Certum enim est Deum ianuam nunquam
claudere pulsantibus, nunquam eos frustrari à
quibus sincerè queritur. Verè itaque Paulus hoc
Dei vindicta adscribit, dum efficacia illusionis
datur Satan, vt credant mendacio qui reiecta
veritate approbat in iustitiam: & eos perire
dicit, qui dilectionem veritatis non receperunt
vt salvi fierent. Ita hodie multorum hypocrisy
detegitur, qui Papa & fraudibus ac impiis super-
stitionibus addicti, virulento furore in Euange-
lium exordent. Nam si compositos ad Dei timo-
rem animos haberent, timor ille obedientiam
suum gigneret. In nomine Patris. Hoc quidem
titulo pseudoprophetæ venditā, vt hodie pleni-
nis buccis laetat Papa se Christi vicarium, simo
non nisi hoc prætextu miseros homines ab initio
decepit Satan, sed Christus hic rem ipsam, non
fucum designat. Nam se video Patris nomine ve-
niisse testatur, quia & à Patre missus sit, & fideliter
quod mandatum est peragat. Porro hac nota le-
gitimos Ecclesiæ doctores à fucatis & adulteriis
discernit. Quicunque igitur scipios efferunt,
ac proprium sibi in animas magisterium arro-
gant, intrepide reiiciendos esse docet hic locus,
nihil enim separatum à Deo habere debet qui
eius seruus censeri cupit. Nunc si de tota Papæ
doctrina fiat examen, cæci quoque ipsi videbunt
proprio nomine eum venisse.

51 *Quomodo vos potestis.*) Quia durum vide-
ri poterat, eos qui Legis & Prophetarum dome-
stici à pueritia discipuli fuerunt, tam crastis in-
scitæ damnari, & statui veritatis hostes: inò
res videri poterat incredibilis: admireret Christus
quid eos impedit quominus credant: nempe
quod illis sanam mentem ambitio adiun-
get. Propriè enim Sacerdotes & Scribas allo-
quitur, qui superbia turgidi subiictere se Deo
non poterant. Est tamen hic insignis locus, qui
docet omnibus præclusam esse fideli ianuam quo-
rum animas inanis terrena gloria cupiditas oc-
cupat. Necesse enim est, qui vult aliquis esse in
mundo, vagum reddi & cuanidū, ita vt ad Deum
minimè tendat. Tunc demum ad cælestis doctri-
nae obe-

ne obedientiam se homo colligit, quem hoc sibi præcipue tota vita queret, aut fecerit ut se Deo approbet. Sed videtur peruerfa confidencia, quæ se hypocrita coram Deo extollunt, matus esse obstatum quām sit mundana ambitione: atquæ sciimus illo etiam morbo maxime laborasse Scriptas. Responsio facili est: fallam enim sanctimonia lauan quarude vulgo fallabant, detrahere illis Christus voluit. Cratius itaque vitium quasi digito monstrat, unde palam fiat omnibus eos nihil minus esse quam quod haberi volebant. Deinde quanvis aduersus Deum exultet hypocritis, semper tamen in mundo & eorum hominibus ambitionis est. In hęc sola est vanitas quę nos insit, prava confidens, dum nostro & aliorum potius quām Dei iudicio statuimus. Nam quia Deū verē indicem tibi proponit, necesse est ut fractus & prostratus concidat. Ergo ut quis gloria à solo Deo querat, necesse est pudore lui confundiri, id gratianum illius si sericordiam configere. Et ceteri qui Deum resipiunt, damnavos se ac peritos vident, nec quicquam a sibi esse reliquum in quo gloriorientur præter Christi gratiam, talis gloria studium semper cum humilitate coniunctum erit. Quantum verò ad præfentem iocundis ecclias, non aliter ad capiendam Euangelij doctrinam cōparatos esse homines significat Christus quām vbi sensus omnes suos à mundo abstrahet in solum Deum convertunt, ac feriō reputant sibi cum illo esse negotium, vt deliciarum quibus sibi illudere solent, oblitii, in conscientias suas descendant. Quare nihil mirum si tam paucos hodie dociles Euangelium inueniat, quum omnes fufsum deorsum ferat ambitione, nihil etiā mirum si ab Euangelij professione multi deficiant, sua enim vanitate abrepti evulant. Quo maiore studio unum hoc querere nos decet, vt coram mundo contempti & abiecti, in nobis etiam confusi censemur inter Dei filios.

45 *Nepotensis.*) Erga obstinatos & præfactos vbi doctrina & amicis, innotitionibus nihil proficitur, hac ratio tenenda est, vt scilicet ad Dei tribunal citentur. Pauci quidē sunt qui aperte Deū rideant: sed quām plurimi Deum, cui hostiliter ipsi sunt aduersi, propitiū sibi fingendo, inanibus blanditiis securi ecludunt. Ita hodie gigantes nostri, qui totam Christi doctrinam impie conculari, perinde tamen superbium ac exintinis essent Dei amicis, quis enim Papistis alibi quām apud eos Christianissimum esse persuadeat? Tales erant Scriptæ quibuscum hic disputauit Christus, quām summi essent Legis contemporanei, Mosen tamen magnificè iactabant, vt non dubitarent cum instar clypei Christo opponere. Si graue se illis & intolerabilem aduersarium fore minatus esset, sciebat hoc totum contemptum ira ergo per ratam illis à Mose accusationem denuntiat. Falluntur autem qui putant hic inter Mosis & Chri-

sti officium notari discrimen, quia Legis proprium sit cooperare iniædes. Neque enim eo relpexit Christus, sed tantum ut fiduciam excutere hypocritis, qui Mosis reverentia falso gloriantur. Quenadmodum quis Papistis hodie regerat, nullos tōre iūis magis infectos hostes sanctis Ecclesiæ & doctoris, quorum titulum improbe mentantur. Porro hinc discamus nō esse fructus Scripturæ gloriam dū: quia nisi vera fidei obedientia colimus Dei filium, extremo die accusatores in nos surgent quos illi testes Deus existavit. Quā dicit eos *Sperare in Mōsen*, non infirmat, et eis superstitionis, quasi fūtis sine causa Mōsi adberibent: sed eis intelligit perperamini Mōsis præfido, quāl eum in ipso contumacia patrōnum habituū essent.

46 *Si enim illius scriptis.*) Ostendit cur Moses fūtus sit eorum accusator, q. i. scilicet eius doctrinam respūnt. Scimus autem non iuste Dei seruit maiorem fieri iniuriam quam dum contemnit eorum doctrinam, vel prodrō afficitur. Deinde quos Dominus vobis seu ministros constituit, eis quoque vindices esse oportet. Ergo duplēcē omnibus suis propheticis i. apōlū pītē personam: vt pīs in agitari essent ac doctores in salutem, reprobus aliam suo testimonio consolidaūt. Quid dicit Christus Moses de se scripsisse, longa probatione non indiget apud eos qui Christū agnoscunt esse finem Legis & animam. Verū signis eō non contentus locos sibi ostendit desiderer, primū consulo ut diligenter legat epistolam ad Hebreos, cui Stephani quoque concio responderet, Aectorum cap. 7. deinde ut obseruet quā Paulus ad suum institutum testimonia accommodans. Panicos certè locos esse fateor quibus Moses palam Christum prædicet, sed quorū ta bēnaculū, sacrificia & ceremonia omnes, nīl ut figuræ essent ad primum illud exemplar formatae quod in monte illi ostendunt fuerat. Ergo euancēscit totum Mosis ministerium. Deinde videmus ut populū ad fedus Patrum aliud reuocet, quod in Christo sanctum erat; adeoque ut Christum constitutū præcipuum caput & fundamentū se teris. Neque hoc sanctis Patribus ignotum fuit, qui se aperū in Mediatorem fuerunt intenti. Longior tractatio b. cūtati, cui studeo, non congrueret.

47 *Si enim illius scriptis.*) Videtur hic Christus minus sibi fidei quam Mōsi astriuere: atquæ sciimus voce Euāgelij concussum esse cœlū & terram. Verū Christus sermonem suum ad eos attempat quibuscum loquitur. Nam Iudeis circa cōtroversiam sancta erat Legis autoritas, ita fieri non poterat quin Christus Mōse esset inferior. Huc pertinet antithesis *Scriptorum & verborum*: nam eorum infidelitatem inde exaggerat quād Dei veritas quāl in tabulis consignata, sed tamen apud eos non obtineat.

CAPVT VI.

¹ *Potes abiit Iesus trans mare Galileæ, quod vocatur Tiberiadis.*

² *Et sequuta est eum turba multa, quia videbat signa eius quæ ediderat super infimos.*

³ *Ascendit vero Iesus in montem, & illuc sedebat cum discipulis suis.*

⁴ *Erat autem propinquum Pascha, dies festus Iudeorum.*

- C.VI. 5 Sublatis ergo Iesu oculis, & intuitus quod turba multa veniret ad eum, dicit Philippo, Vnde ememus panes ut isti comedant?
- 6 (Porro hoc dicebat tentans eum: ipse enim nquerat quid facturus esset.)
- 7 Respondet ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt illis, ut quisque eorum paucillum accipiat.
- 8 Dicit illi unus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri.
- 9 Est hic puer unus qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces: sed haec quid sunt inter tam multos?
- 10 Dixit autem Iesus, Facite homines discubere. Erat autem herba multa in eo loco, Discubuerunt ergo homines, numero circiter quinque millia.
- 11 Sumpsi autem panes Iesus, & gratias actis distribuit discipulis: discipuli vero discubenter. Similiter & ex pisces quantum volebant.
- 12 Postquam vero satiati sunt, dixit discipulis suis, Colligite que supersunt fragmenta ne quid pereat.
- 13 Colegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentis que ex quinque hordeaceis panibus superfluerant iis qui comederant.

1 Postea abiit Iesus.) Quum facta Christi ac dicta colligere soleat Iohannes quae præterierant alij tres Euangelistæ, hoc loco historiam miraculi ab illis narratan præter morem suum repetit: verum hoc facit certo consilio, vt inde ad Christi concionem transeat quæ postmodi habitata est in Capernuum: quia res erant coniunctæ. Quare hæc narratio, tametsi illi communis est cum tribus reliquis, hoc tamen haber peculiare quod in aliis finem tendit, sicut videbinus. Dicit alij hoc fuisse factum paulo post mortem Iohannis B. p̄fisi: quia temporis circumstantia causam discensus Christi notant. Tyranni enim ubi semel imbuti sunt piorum sanguine, exardent in maiorem securitatem, non secus ac potandi interperies situm ebriosis acut. Ego Christus sua absentia Herodis furenum placare voluit. Mare Galilee pro lacu Genesara accipit. Quum addit Vocatum fuisse Tibi: riadis, in ilius locu extinxit quod se contulit Christus: neque enim totus lacus labitur hoc nomine, sed tantum pars ripæ vicina in qua sita erat Tiberias.

2 Sequuta est turbæ.) Hinc tantus sequendi Christi seruor, quod perspecta eius virtute in miraculis, magnum aliquem esse Prophetam & à Deo missum persuasi erant. Ceterum hic omittit Euangelista quod alij tres referunt, docendo & sanandis ægris consumptam fuisse dei partem, & quam iam sol in occasum converget, rogatum fuisse à discipulis ut dimitteret turbas. Summam enim breuiter perstringere satis habuit, vt hac occasione nos ad reliquum con. extum, qui postea sequetur, deduceret. Ceterum hic primo loco perspicimus quanto audiendi Christi studio populus arderet, quod omnes sui oblitæ noctem securi in loco deserto expectant. Quo minus excusationis habet torpor noſter, vel potius cordia, quod cælestem Christi doctrinam famis cura adeo non preferimus ut minimæ quæque auocamenta subinde nos à vita æternæ meditatione abducant, in rariſſime contingit ut Christus nos mundi obstatulis solutos & expeditos inueniat. Adeo nemo eum sequi usque ad montem desertum paratus est, ut vix decimus quisque cum excipere sustineat quum se domi offert inter medius commoditates. Quanvis autem in toto sece mundo grassetur hic morbus, certum

tamen est neminem regno Dei aptum fore nisi qui excussis talibus deliciis, cibum animæ cupidiū appetere diseat quād ut venter illi sit obstatulum. Sed quia nos caro semper ad suū commoda sollicitat, hoc quoque rursus notandum est, eorum curam sponte à Christo suscipi qui seipso negligunt. Neque enim ex̄ eccl̄a dum famelici inclemētē se inedia perire, nec suppetere quicquam cibi: sed cibum illis non rogatus parat. Dicit aliquis non esse istud perpetuum, quod sepe videamus pios, dum proflus regno Dei sunt adicti, fame tamen coacti, & prope modum tabescere. Respondeo, Christum, etiam si hoc modo fidem & tolerantiam nostram probare velit, respicere tamen ē celo nostram inopiam, & de ea subleuanda, quantum nobis expedīt, esse sollicitum, quod autem non statim succurrit, optimæ ratione, sicut occulta, id fieri.

3 Ascendit in montem.) Secessum proculdubio quærebat Christus usque ad festum diem Paschatis: ideo dicitur sedile in monte eum discipulis. Atque id quidem consilij cepit secundum honi- neni, sed interea aliud sicut Dei consilium, cui li- benter obsequuntur est. Quanvis itaque hominū conspectum fugeret, se tamen velut in cœlberri- um theatrum produci Dei manu patitur. Maior enim hominum frequentia in deserto monte fuit quād in populo. Aliqua vrbe: maior etiam fama celebritatis ex miraculo nata est quād si stetisset in medio foro Tyberiadis. Quare hoc exē- plō docemur sic ex rebus natīs consilia capere, ut tamen si alter succedit quād putauimus, nobis non dolet superiorem esse Deum, qui omnia moderetur suo arbitrio.

5 Dicit Philippo.) Quod hic legimus dictum vni Philippi, alij omnibus dictum fuisse tradunt, sed in eo nihil absurdum. Probabile enim est Philippum ex communī orationē sensu loquutum esse: ideo peculiariter Christus illi responderet. Quemadmodum continuo post Andream loquente inducit, vbi alij sermonem pariter on- nibus assignant. Tentat discipulos in persona Philippi, an miraculum expectent quale mox vi- suri erant. Quum videt eos de extraordiaario re- medio nihil conceperet, tunc eorum mētes q̄asi sopitas incitat, ut oculos saltē ad præfētē rei conspectum habeant apertos. Hic autem sec- pus est

pus est omnium quæ discipuli adserunt, ut à populo retinendo Christum dehortentur. Et fortè tibi in eo priuatum consulunt, ne pars incommo-
di in eos redudet. Quare neglectis eorum obie-
ctionibus pergit Christus in suo instituto.

Denarius. 7. *Ducorum denariorum*) Quem denarius ex Brodii supputatione quarum Cardeos valeat,
& duos turonicos, summa haec ad xxxv. Franci-
cos vel circiter ascendit. Hanc summam si distri-
bus in quinque hominum milia, singula centu-
ria habebunt quatuordecim solidos turonicos.
Nunc accedant usque ad numerum millenarium
mulieres & pueri, ita reperies Philippum singu-
lis capitibus feliquitorum in exiguo pane e-
micio attribue. Verum (ut in magna turba fieri
solet) plures forte esse abitrabatur. Ceterum
quoniam teases & minime pecuniosi foret discipu-
li, & magnitudine Christum treire voluit
Andreas: acti diceret non suppetere opes que ad
pascendum populum sufficerent.

10. *Facie homines discubere.*) Quod non ci-
tatis ad ipsam quam dabit Magister erexit fuerunt
discipuli, nec illis in mente venit eius potestie
tribuere, quantum decebat, tametsi reprehensione
digressus fuit stupor, non patuam laudem mere-
tur prompta eorum obediens, quod eius man-
dato nunc parent, quid consilij habeat ipse, &
quo profectu facti sunt quod faciunt, resci-
entes. Eadem populo obsequendi facilitas: nam de
fine incerti omnes, uno tantum verbo iussi dis-
cubunt. Atque haec vera fiduci probatio, quoniam
Deus homines quasi in tenebris ambulare iubet.
Id ut fiat, discamus nobis non sapere, sed in
bus confusis nihilominus sperare prosperum e-
uentum, quoniam Deum sequitur ducem, qui suos
nunquam frustratur.

11. *Gratus aetis.*) Non semel nos monuit e-
xemplo suo Christus, quoties cibum attingi-
mus, a precibus aufpicandum esse, nam quaque-
que in vsum nostrum destinavit Dens, tanquam
num, ens eius bonitatis & paterni in nos amo-
ris symbola, ad eum celebrandum nos inuitant.

*1. Tim. 4.
8.4.* Et gratiarum actio (sicut Paulus docet) solennis
quædam sanctificatio est, ut eorum vlys nobis
purus esse incipiatur. Vnde sequitur sacrilegos esse
donorum Dei profanatores, qui ea neglegunt Deo
ingurgitant. Atque eo magis notanda est haec
admonitio, quod videmus hodie bonam mundi
partem se bellum more signare. Quod Panem
discipulis datum voluit inter eorum manus cre-
dere, hinc docemur quoniam alijaliis mutuo serui-
mus, Deum benedicere labori nostro. Nunc to-
tius miraculi summam colligamus. 1. Hoc au-
tem habet cum aliis communem quidam in eo diu-
niam suam virtutem Christus cum beneficentia
coniunctam exercuit, 2. Est etiam nobis eius sen-
tentia confirmatio qua nos exhortatur ad qua-
rendum Dei regnum, reliqua omnia nobis adie-
ctum iri promittens. Nam si eorum curam susce-
pit qui subito tantum impetu ad eum delati fue-
rant, quomodo nobis deesset si eum constanti a-

nimi proposito quereremus? Sinet quidem inter-
dami (ut prius dixi) suos elurum evanquam tam
eos suo substudio destituet, interia optimas cau-
fas habet cur nobis non optuleretur nisi in rebus
extensis. 3. Adeo quod Christus palam fecit he-
non spiritualem tantum vitam mundo conferre,
sed ostendit etiam corporibus a Patre esse prete-
ctum. Bonorum enim omnium affluentia illi in
maxima data est, ut tanquam canalis eam in nos
infundat, quoniam in proprie canalem voco,
quoniam potius fons viues sit ex eterno parte fecu-
tartus. Ideo Paulus qui quid est bonorum, com. 1. Cor. 1.1.
minister à Patre, & ipso in be. pectatur. Ut alibi, 3.
in omnibus per eum gratas Deo Patri agendas
Ephef. 3.2.

d. cer. Nec modo attingit eus Diuinitatis pro-
prium est hoc munus, sed Pater etiam in carne
et ovoium nobis eam constituit, per cuius ma-
num nos pascat. 4. Quoniam autem non cer-
namus que tidei euolis miracula, non ministran-
men liberaliter vim tuam. Christus in nobis pa-
scendis explicat. Et certe non legimus eum, quo-
ties suis cœcum dare voluit, nouis medis vlys
esse. Quare præceptum votum fuerit si quis ini-
vitato aliquo modo cibam & potum sibi decri-
fugnet. 5. Adde quod non magnas populo lau-
tutias paravit Christus, sed per eum indeceo & aris-
dis pœncibis contentos esse oportuit quoniam inscrip-
tus in tuta, palam in cœcum illa etiachâ. 6. Tam
vero erit si quinque hominum milia non fatu-
ret hodie quinque panibus, totum tamen mun-
dum mirabiliter pascere non deficit. Est quidem
hoc nobis paradoxum. Non viuere honorem lo-
lo pane, sed sermone qui egreditur ex ore Dei,
sumus enim externis mediis adeo affixi ut nihil
sit difficultius quam à Dei præudentia pendere.
Hinc tanta trepidatio simulac non suppetit panis
ad manum. Verum si quis omnia rite expendat,
Dei benedictionem in omnibus alimentis cer-
nere cogetur: sed vnu & assiduitate nobis viles-
cent natura miracula. Nec vero hac in parte tam
stupor nobis obstat quam malignitas. quoniam e-
cum quisque est qui non vago intentis errore ca-
lam & terram centies circuire malit: quam
Deum se offertemus aspiceremus?

13. *Impl. duodecim copinos.*) Quoniam septem pa-
nibus satiata fuissent quatuor hominum milia,
Mattheus totidem quot facrant panes sportas
superfusse teritus, quoniam ergo maiori hominum d. 37.
numero minor copia & que lassiter, & fere duplo
amplius manet residuum, hinc melius perspic-
imus quantum valeat illa Dei benedictio, ad
cuius intuitum sponte claudimus oculos. 7. Est
etiam hoc obliter notandum, quoniam Christus
ad illustrandum miraculum impleri copinos iu-
bet, simul tamen ad frugalitatem suos hortari,
quoniam dicit, *Collige nequid pereat.* Neque enim
major Dei largitas luxurie irritamentum esse
debet: Ergo o qui abundant, se olim rationem redi-
dituros esse meminerint immodice copiæ, nisi se-
dulo & fideliter in bonos & Deo probatos vlys
reponant quod illis aliiuit.

14. *Homines ergo illi quum signum vidissent quod secerat Iesus, dicebant, Hic est verè Pro-
pheta qui venturus est in mundum.*

15. *Iesus itaque quoniam non esset quod venturi esset, & cum rapturi ut facerent Regem, dis-
cessit rursus in montem ipse solus.*

16. *Quum autem vesper esset, descendenter discipuli eius ad mare.*

17. *Ei consenserunt venerant trans mare in Caperazum. & iam tenebre erant, & non*

C.VI. *venerat adeos Iesuſ.*

18 *Et mare vento magno flante intumeſebat.*

19 *Quum ergo progreſſi eſſent ſtadia viginti quinque vel triginta, vident Iesum ambulan-tem ſuper mare: & quim appropinquasset naui, territi ſunt.*

20 *Ille autem dicit eis, Ego ſum, ne terreamiō.*

21 *Volebant ergo eum accipere in nauem: & continuo nauis appulit ad terram ad quam ibant.*

14 *Homines ergo.) Videtur hic aliquis eſſe miraculi profectus quod authorem fatetur Mefſiam eſſe: neque enim alio ſpectabat Christus. ſed quod habent de Christo noitiq[ue] conceputum, mox in alienum fine in perperam conuertunt. Atque hoc pluſquam vulgare hominibus vitium eſt, ſimulac illis ſi Deus patefecit, corrumpere ſuis mendaciis, ac peruertere eius veritatem: in iñio quin reftam viam ingressi videntur, mox à ſcīpiis degenerant.*

15 *Vifacerent regem.) Quod regis titulum & honorem Christo deferre in anime habebant iſti homines, id ex ratione aliqua oriebatur: in eo verò multum errabant quod ſib[us] licentiam ſuuebant creandi Regisnam Scriptura hoc vni Deo vendicari, quemadmodum Pſalm[us] 2. habebatur. Eg[o] conſtitui Regem meum, &c. Deinde quale illi regnum aſtingunt? Terrenum ſcilectis, quod proſuſ alienum eſt ab eius persona. Hinc diſcamus quam periculofum sit in rebus diuinis relicto Dei verbo quicquam ex ſenſu noſtro comminisci, nihil enim eſt quod non adulteret prepoſterum mentis noſtre acūmen. Et quid iuuat zeli prætextus, quin præpoſtero noſtro cul- tu magis ſumus in Deum contumeliosi quam ſi conſulto & data opera quipſiam eius gloria impugnet? Scimus quām furioſi ad extinguen- dam Christi gloriam fuerint hoſtium conatus. Illa certè extrema vi fuit quin in crucem actus eſt, atqui hoc modo & ſalutis mundo parta eſt, & de morte ac Sarana Christus ipſe magnificum triumphum egit. Si nunc Regem fe creari paſſus eſt, iuctum erat de ſpirituali eius regno, Euangeliū eterna infimia notatum eſt, ſpes ſalutis proſuſ deleta. Hoc tandem proficiunt ſicuti cultus & honores temere ab hominibus excogiti, ut Deum vero ſuo honore ſpoliatum, de- decore tantum ore ent. Notandum etiam eſt Rapendi verbū: Volebant Christum rapere, inquit Euangelista, hoc eſt, violento impetu Re- gem quanuis inuitum, facere volebant. Quare ſi probari illi cupimus quem deferimus honorem, ſemper quid poſtuler ſpectandum eſt. Et certe qui honores à ſe inuentos Deo obtrudunt, quo- dannimo vim illi & manu afferunt, quum re- cti cultus fundamentum ſit obedientia. Hinc præterea diſcimus quām reuerenter in puro & ſimpli Dei verbo manendum ſit: quia ſimilat que paululum defectum, fermentis noſtri in- ficitur veritas, ut iam definiat eſſe ſui ſimilis. Ha- bebant ex verbo Dei regem fore qui promiſſus erat redemptor: ſed ex ſuo capite regnum terre- num comminifcentur, & præter Dei verbū re- gnū illi deferunt. Ita quoties verbo Dei opinio- nes noſtras miſcenus, fides in fruolas coniectu ras degenerat. Ergo ad modetiam ſe affueſciat fideles, ne eos in peruerſum zeli ardorem abri- piat Satā, ut gigantū inſtar violenti in Deum ir- ruant: qui tunc deinde rite colitur quum illum amplectimur ſe nobis offerētem. Mirum autem*

eft in quinque hominum millibus tam præcipi- teſiuiſe audaciam ut in cercando nouo Rege arma Pilati & imperij Romani potentiam in ſe prouocare non dubiarint. Et certum eſt nun- quam eò fuſſe progressuros niſi Prophetarum oracula frēti Deum à partibus ſuis ſtatūrū, le que ita ſuperiores fore ſperaſſent. Sed interea errabant, regnum fingendo quod nufquam Pro- phetae commiendauerant. Tantum ergo abeſt vt ad conatus ſuos iuandos præſente in habcant Dei manu, ut ſe Christus potius ſubducat. Ea- dem ratio fuit cur tandiu ſub Papatu niſeri homines in densis tenebris quaſi Deo abſente va- gati ſint, quia eius cultum ſuis commentis to- tum polluere auiſi fuerant.

16 *Defenderunt eius diſcipuli.) Non dubium eſt quin tandiu latere voluerit Christus dum turba diſfluuerit. Scimus quām diſcile ſit fedare popularem motum, atqui ſi palam fuſſet tentatū quod animis conceperant, ſparſus mox fuſſet ru- mor: poſtea verò nō ita facile ſuillſit inuſtum ſe- mel maculam eluere. Totum interea illud tem- pus precibus impedit, quemadmodū alijs Euangeliſtae referunt: forte vi Dens Pater illam popu- li intemperiē corrigeret. Quod miraculo tra- iicit lacum, diſcipulis hoc prodeſt ad confirman- dan rurſus corum fidem. Longius etiam fructus manat: quia poſtridie colligere promptum fuit toti populo, illum ſua virtute, non nauigio adue- ctum. Ripam enim obſidebant ex qua eum ſoluere oportebat: & vix inde fuſſent abſtracti niſi vi- diſſerent diſcipulos alio tranſire.*

17 *Tenebant amērānt.) Iohannes multas cir- cunſtantias præterit, quas alijs ponunt, qualis iſta eſt, quod per aliquot horas cum aduerso vento luctuſi ſunt. Nam probable eſt poſt primas no- etis tenebras ortas ſuillſe tempeſtate in. dicunt autem quarta deum vigilia Christum appa- riuit diſcipulis. Qui in dimidiō laeui ſpatio ad- huc eos ſuillſe coniiciunt quā illis apparuit Chri- ſtus (quia Iohannes dicit rūc viginti quinque aut trīginta ſtadia ſuillſe progresſos) in eo fa. luntur quod putant eos nauigasti in vltiorēm vel ad- uerſum ripam. Nam Be. hſida, prope quam edi- tum ſuillſe miraculū Lucas testatur, & Capernāū, quō nauis appulit, ſita ſunt in eodem trāctu. Plinius lib. 5. ſex milliaribus lacum hunc latum eſſe tradit, longum autem ſedecim. Iofeph. lib. 3. bel- li Iudaici centū illi ſtadia in 16gitudine quadra- ginta in latitudinem aſsignat. Porrò quin octo ſtadia milliare vnu efficiant, hinc colligere prō- ptum eſt quantum alter ab altero diſcrepet. Quā- tum ad præſentem nauigationem pertinet, tan- tum ſpatij non recto curſu ſed iactatione confe- cillum ſuillſe diuino. Utinque res habeat, voluit docere Euangelista in ſummo periculo ſuillſe verſatos quin ſe Christus oſtendit. Poſſet au- tem videri absurdum quod ſic vexantur diſcipu- li Christi, quā alijs tranquilla ſit nauigatio. Sed ita ſepe Dominus ſuos exercet grauibus pericu- lis,*

lis, vt eum in liberatione melius & familiarius agnoscant.

20 *Territissimt.*) Timoris causam exprimunt reliqui Evangelista, quod spectrum esse putauit. Fieri autem non potest quin conseruatio & incertus nos inuidat it quum oculis obiicitur spectrum aliquod: quia vel Satanum nobis illudere putamus, vel Deum aliquid portendere. Ceterum hinc tanquam in speculo nobis prepenit Iohannes qualis concipi a nobis posuit Christi notitia absque verbo, & quid aterat. Nam si nudum sua Divinitatis specimen exhibeat, statim ad signa nostra delabimur, ac sibi quicunque idolum Christi loco fabricat: post mentis circa res sequitur postea trepidatio & confusus animi pavor, sed ubi qui incipit, ex eius voce tum liquidam percipimus solidumque nostrum, tum gaudium mentibus nostris & latro pax affulget, multum enim his ver-

bis subest pondus, Igo sum re terreamini, nam ^{Inf. 18.6.} hinc doceatur, in tunc Christi praesentia nos satius amplius habere fiducie materialia, ut tranquilli simus & securi. Sed hoc non est ad Christi discipulos pertinet: 3 oltea enim videbitur impios eadem voce frustis prostratos. D. serminis causa est quod reprobis & incredulis index est natus in exitium: quare eius conspectum sustinere nequeunt quin statim absorbeantur. Nigra autem, quae libi agnoscunt propria temere datum auditio eius nomine, quod thus est certum & Divini amoris & sui salutis pignus, quasi a morte in vitam excitati animos c. Hinc ergo & quod scilicet calum hilaes est inspicunt, quod in terra resident: & omnium malorum videntur, eis praeclara omnibus periculis opponunt. Cautrem non tantum verbo eius solant & erigit, sed etiam recipiunt morem ex miti, cum cibam sedando.

22 Post idem turbas habebat trans mare, quoniam vidisset quod nauis alia non erat illuc, nisi ex solis in quam conseruarent discipuli eius: & quod non venerat Iesus cum discipulis suis in nauem, sed deinde discipuli abierant.

23 Porro aliae naues venerant Tiberias, prope locum ubi comedebant panem postquam Dominus gratias egisset.

24 Quum ergo vidisset turba Iesum illuc non esse, nec eius discipulos, conseruarent ipsi quoque in naues, & venerunt Capernaum, querentes leum.

25 Et ex iunctu trans ora e. d. duxerunt illi, Rabbi, ex quo tempore hic est?

22 *Pofridic.*) Hic Evangelista circumstantias refert unde conuicere posset turba diuinum frustis Christum aiecum. Una fuerat nasci, eam sine Christo solvere videnteriuat postridie abiunde naues, quibus vehunter Capernaum: illuc Christum reperiant, restat ergo ut miraculo aduentus fuerit. Est autem in verbis ~~exordiis~~, sed sensus nihilominus fatus clarus est, nam priore membro dicit Iohannes vicina fuisse naues, eam sub omnium oculis a riva & loco illo soluisse, nec habuisse Christum: veet enim posse subiicit naues Tiberiade venisse, quibus adiecta fuerit turba, quae ad ripam conseruaret, quasi exitus omnes obdicens, ne eiabi Christus posset.

23 *Propri locum ubi comedebant panem.*) Ambiguum est verborum sensus: possunt enim ita exponi, vel quod Tiberias vicina fuerit loco ubi satiarati a Christo fuerant quinque panibus, vel quod naues ad ripam loco propinquam & subiectam appulerint, atque haec posterior expositione mihi magis probatur. Nam Bethsaida, prope quam editum fuisse miraculum illud Lucas exprimit, inter Tiberiadem & Capernaum media est. Ita-

que naues, quoniam ex superiori loco descenderent, Alex in legabant ripam illam in qua turbae stabant, nec ferire loddum est quia applicata ad terram fuerint ad ea accipiendo & cibos. Quoniam Iohannes iterum commenorat Christum *Gratias* gisse, non est superflua repetitio, significat enim precibus Christum in petrales ut pauculi illi panes tot hominibus ascendis sufficerent, & quia frigidi ad preces ac signali sunt, bis idem nobis inculcat.

25 *Trans mare.*) Diximus antehac virbum Capernaum non fuisse sitam in aduersa ripa. Tiberias enim in ea parte locus sita est in qua latius se dilatatur: quia postea Bethsaida: Capernaum vero in extremo recessu facit, non procul ^{Ab e. su} a ^{Al. ingref} gressu Iordanis. Quod autem Iohannes trans! - sic cum ipsum locat, non debet ita intelligi quasi regio ex diametro opposita fuerit, sed quia in extremo illo recessu flexuosa Iacus facit, ac propter siem interpositum non poterit iter confici nisi per longos circuitus. Ilebeio itaque more trans mare dicit Euangelista, quia rectum ite: & visitatum nisi navigio non patet.

26 Respondit illis Iesus, ac dixit, Amen amen dico vobis, quae eritis me, non quia videtis signa, sed quia comedetis ex panibus, & saturi es.

27 Operamini cibum, non qui perit, sed cibum qui manet in vitam eternam, quem Filius hominis vobis dabit: hunc enim Pater signauit Deus.

28 Dixerunt ergo illi, Quid facimus ut operemur opera Dei?

29 Respondit Iesus, & dixit illis, Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quoniam ille misit.

26 *Respondu illis Iesu.*) Non responder Christus ad rogatum ut suam illis poterantem communicebat in miraculo, sed potius subiurgat quod incōsiderate ruant, neque enim illis constabat vera & legitima facta sui ratio, quia aliud in Christo quam Christum ipsum quererent. Hoc itaque in illis vicij notatur, quod Christum ventris non sanguinorum caula querant. Neque tamen negari po-

test quin miraculum resplicerint, immo prius narravit Evangelista signis fuisse commotis ad secundum Christum, sed qui miraculus ab tebantur in alienum hominem, merito illis exprimat quod maiorem ventris quam signorum respectum habeant, ac si eos negaret in Dei operibus rite proficere ut decebat. hic enim verus fuisse profectus, sic Christum agnoscere Messiam ut

C.VI. Ili se docendos ac regendos traderet, ac eo duce itenderent ad cælestē Dei regnum. At qui nihil ab eo in ius expectant quām vt bene habeant ac cōmodē in hoc mundo. Porrò hoc est Christum spoliare p̄cipua sua virtute, datus enim idcō à Patre fuit, & ideo se patefecit hominibus, ut Sp̄ritu sancto donatos in imaginē Dei reforinet, vt sua iustitia induat, in vitam aeternam ducat. Multum ergo interest quid in Christi miraculis spectemus: nam qui ad regnum Dei non aspirans in commodis p̄fentis vita hæret, non aliud querit quām vt ventrem implete. Quemadmodū hodie multi cupide Euangelium amplectentur, si crucis acerbitate vacuam carnis tantum delicias afferret. Imò multos videmus nomen Christo dare vt hilarius & solutius viuant. Alij speluncari, alijs metu, alijs in eorum gratiam quibus place re volunt, Christi se discipulos profiterunt. Ergo hoc in querendo Christo primum est, vt contemptu mundo quaramus regnum Dei & iustitiam eius. Ceterum quia sibi veplurimum homines imponunt, ac sibi persuadent optimè Christū à se queri dum totam eius virtutem adulterat, mōte suo Christus particularē. *Amen* duplicat, quasi iure rādo vitium quod sub hypocriti nostra latet, extrahere tenebris velit.

27 *Operamini.*) Docet quorsum intenta esse suorum studia velit: nempe ad vitam aeternam, sed quis pro ingenio nostro crassitie semper rebus terrenis addicti sumus, ideo prius corrigit ingenitum illum nobis morbum, quām ostēdat quid agendum sit. Illa fuisset simplex doctrina, Operamini cibum incorruptibilem: sed quia nouerat hominum sensus terrenis curis deuinctos teneri, primum laqueis illis solvi & expediti iubet vt in cælēm asurgant: non quōd suos à labore prohibeat, quōd sibi quotidianum viētūn acquirant: sed terrenam hanc vitam cælesti posthabendam esse admonet, quia haec vna viendi piis causa est vt in mundo peregrinantes festinent in cælestē patriam. Deinde videndum quid hic agatur, quia enim Christi virtutem adulterant qui ventri & rebus terrenis sunt addicti, quid in se querendum sit & qua de causa querendus sit disputat. Ceterū metaphoras vñpat sermonis circumstantię congruentes. Si nulla fuisset cibi facta mentio, scitra figuram dixisset, Vos deposita mundi cura, ad cælestē vitam enītī oportet. sed quia illi ad pabulum tanquam pecudes currebant, metaphorice Christus sermonem suum contextit, ac cibum quidem vocat quæcumque ad vitā nouitatem pertinent. Scimus autem animas nostras pasci Euangelijs doctrina, dum in nobis est efficax per Spiritus virtutem. Ergo quā opus salutis nostræ inchoat Dominus, vt perficiat usque in diem Christi. Ideo Spiritus dōna recipere nos conuenit, vt tesserae sint ac pignora vita aeterna. Nam etiū reprehēbi cibum hunc gustatum sepe respūnt, vt in illis non permaneat: fideles tamen anima vim istam manentem sentiunt, vbi vim istam Spiritus in eius donis ininiçim̄ caducant, inò nunquam exidentem, percipiunt. Futilis est eorum argutia qui ex Operandi voce colligunt nos vitam aeternam operibus mereri.

figuratē enim (vt dictum est) Christus homines hortatur vt sua studia ad cælestis vitā meditatiōnem applicent, quām alías soleant mundo etiē affixi. Et Christus ipse omnē sc̄i pulū eximit, quām se testatur hunc *Cibum donare*. nam quod donatione eius consequinur, nemo propria industria sibi comparat. Est quidein in his verbis aliqua repugnantia species: sed facile hæc duo inter se conueniunt, quod spiritualis anima cibus gratuitum sit Christi donum, & quod nos totò cordis affectū hue enti conueniat vt fiamus tanti boni participes. *Hanc enim pater signat.* Confirmat proximam sententiam: quia in hoc destinatus nobis sit à Patre. Perperam hunc locū Veteres ad Diuinam Carissimi efficiētiā torserūt, quasi signatus dicatur quia character eit, & expressa imago Patris. neque enim hic de aeterna sua clementia subtiliter dicitur, sed quid sibi in datum sit & iniunctum, quid habeat erga nos officij, & quid petere a te & sperare debeamus. Porrò apta metaphora ad vetutum morem alludit: nam quod volebant autoritate sua sanctire, annulis signabant. Ita Christus, ne videatur quicquā sibi sumere, has partes à Patre sibi sancte impositas pronuntiat, & hoc Patris decretu quasi insculpto sigillo patescantū esse. Summa est, Quām minime sit cuiusvis pascere animas cibo incorruptibili, Christus in medium prodit, ac se auctore tanto boni promittens, simul adjungit se approbatum esse à Deo, & cum hac signatoria nota hominibus fuisse misiū. Hinc sequitur, non irritum fore eorum studium qui animas suas Christo pascendas offerent. Sciamus ergo expositam nobis esse in Christo vitā, vt quis que nostrū non fortuit, sed certus de successu ad eam asp̄ret. Simul tamen docemur, criminē falsi teneri coram Deo quicunque landem hanc alio quām ad Christum transferunt. Vnde cōstat Papistas omnibus doctrina sua partibus proſsus esse falsarios, quotquot enim in Christi locum supponunt salutis media, toties quasi induēti liturū hoc Dei sigillum, quod vnum est authenticum, scelerata audacia & nefanda perfidia corrūpunt. Nos verò, ne in illum horribilem reatum incidiāmus, Christo integrum ac illibatum seruare dicamus quicquid illū à Patre datum est.

28 *Quid faciemus vt, &c.)* Satis intellexerat turba hortatum esse Christum vt altius contenterent quām ad p̄sentis vitā comoda, nec debere in terra occupari quos Deus alio vocat. Verū qui sic interrogant, ex parte hallucinantur, quōd laborandi rationem non tenent: neque enim cogitant Deum per manū Filii nobis conferre quicquid ad spiritualem vitam necesse est. Primo quārunt quid facere ipsos oporteat: deinde quām opera Dei nominant, vagantur sine scopo: ita ignorantia gratiæ Dei produnt. Quāquam videntur hic superbē Christo obstrepere, quasi immoritō eos arguti: acsi dicere: Nullānnē aeternā vitā curam nobis esse putas? quid ergo facere nos iubes ul̄tra quām facimus? *Opera Dei intellige quā Deus exigit, & quā illi probantur.*

29 *Hoc est opus Dei.*) Loquuti erant de operibus: Christus ad vnum opus eos reuocat, hoc est ad fidem, quo significat, quicquid extra fidem homines moluntur, inutile ac vanum esse, solam verò fidem sufficere: quia hoc vnum à nobis Deus postulat, vt credamus. Est enim hic inter fidem

fides & hominum studia ac conatus tacita anti-
thesis, acsi dixisset, Frustra satagunt homines
quam sine fide student placere Deo, acsi extra-
viam currendo ad metam non tenderent. Est ergo insignis locus, quod homines, quantumvis
miserè tota vita se fatigent, ludunt tamen ope-
ram nisi fides in Christum sit illis viuendi regu-
la. Qui ex hoc loco colligunt fidem donum esse
Dei falluntur: neque enim quid efficiat Deus in
nobis, sed quid requirat ac velit, Christus docet.
Videtur tamen id esse absurdum, nihil Deo pro-
bari præter vnam fidem: neque enim contemni
debet charitas, nec alia pietatis officia locum &
honorem perduntr, ergo vi cuncte primatum te-
neat fides, non tamen superuacua sunt alia ope-
ra. Respōsio facilis est, neque enim fides vel cha-
ritatem vel vllū aliud bonum opus excludit: quā-
do omnia in se cōtinet. Fides enim vocatur vni-
cum Dei opus, quia per ipsam Christum possi-
dentes, filii Dei efficiuntur, vt nos Spiritu suo gu-
bernet. Quia ergo à fide Christus eius fructus nō
separat, non mirum est si in ea constitutā proram
(vt loquuntur) & puppin. Quid valeat credendi
verbū diximus tertio capite, hoc semper me-
moria tenendum est, vt vis fidei nobis constet,
definiendum esse quid sit Christus, in quem cre-
dimus, & cur nobis à patre datus sit. Ceterū
putata est eorum cauillatio qui huius loci præ-
textu operibus nos iustificari contendunt, si fides
iustificat, quum ipsa quoque vocetur opus
primum. Satis conflat Christum impropriè lo-
qui, quum fidei imponit nomen operis. sicuti
quum Paulus legem fidei & legem operum inter
se comparat. Deinde quum operibus negamus
iustificari homines, opera intelligimus quorum
merito sibi homines gratiam apud Deum con-
ciliēt. Atqui fides nihil ad Deum afferit: quin
potius hominē vacuum & inopem ficit coram
Deo, vt Christo eiūque gratia implitur. Quare
Fides quo
passiū est opus, (vt ita loquitur) cui nulla potest
dammodo
repredi merces: nec aliam conferit homini iusti-
tiam nisi quam à Christo recipit.

30 Dixerunt ergo illi, Quod ergo signum facis, vt videamus & credamus tibi: quid operari?

31 Patres nostri manna comederunt in deserto, sicut scriptum est, Panem cæli dedit eis e- Exod. 26, dendum.

32 Dixit ergo illis Iesus, Amen amen dico vobis, non Moës panem vobis dedit ē cælo, sed Pater meus dæt vobis panem ē cælo verum.

33 Panis enim Dei hic est qui descendit ē cælo, & vitam dat mundo.

30 Quod signum facis?) Hæc improbitas plus fatis telatur quām verè alibi dictum sit, Generatio hæc prava signum querit. Signorum admiratione ad Christum prius traxi fuerant: nouo rursus signo obstupescacit Christum confessi sunt esse Mesiām, & Regem volebant hac fiducia creare: nunc tanquam ab ignoto signum postulant. Vnde tam subita obliuio, nisi quia Deo ingrati ad conspectum virtutis eius malignè cœ-
cutiunt? Nec dubium est quin fastidiant quæcun-
que hæc tenuerint miracula, quod Christus eorum votis non obsequitur, nec eum reperiunt qualem sibi finixerant. Si spes oblata fuiserit terre-
Amira-
tu qui pe-
nus vœ-
runt vœ-
runt tebi
monium.

re-
nig-
tus
tibi
pro-
ficio
teb-
i
monium.

Et hodie quām multi sunt illi similes? initio enim quis Christū vitiis suis blandum fore sibi promittunt, cupidè arripiunt eius Euangeliū, nullam eius probationem de-
siderant: sed vbi ad abnegationem carnis & crucis tolerantiam vocātur, tūc fidem Christo abrogare incipiunt, quātunc vnde ortum sit Euangeliū: denique magister illis esse definit Christus simul atque eorum votis non responderet.

31 Patres nostri.) Ergo vlcus digitō Christos tetigit, quum eos instar brutorum animalium ve-
nire dicaret ad saginandum ventrem: hunc enim crassum affectionē produnt quum Mesiām postulant à quo pascantur. Et quod magnificè extollūt Dei grātiā in manna, id astutē faciunt ad ob-
ruendā Christi doctrinā, qua immodecum stu-
diū corruptibilis cibi damnabat, nam ex aduer-
so opponunt splendidūm elogium quo ornatur manna, quū illi nomen tribuitur panis cælestis. Atqui non eo consilio Spiritus honorifice manna appellat panem cæli, quasi Deus populum suū

tanquam porcorum gregem saginando, nihil illi præstantius dederit. Ergo nihil excusationis habent quum spiritualem animæ cibum, qui nunc à Deo offertur, impiè respūnt.

32 Amen amen dico vobis.) Videtur negare Christus quod ex Psalmo citatum fuerat: sed tan-
cūm per comparationem loquitur. Panis cæli man vocatur, sed corpori aliendo: panis autem cælestis verè & propriè censetur qui spirituale est animæ alimentum. Ergo Christus hic mun-
dum cælo opponit, quia incorruptibilis vita non nisi in regno Dei querenda est. Ceterū veritas hoc loco non opponitur figuris, vt alibi sepe:
sed Christus respicit quenā vera sit hominis vita, nempe qua differt à brutis animalibus, & qua inter creaturas excellit. Qui subiicit postea, Pater meus dæt vobis, perinde valet acsi dixisset, Man quod à Mose dæt fuit Patrib. vestris, non autulit cælestem vitā, sed nunc verè panis cælestis vobis offertur. Patrem quidem huius panis datorē no-
minat, sed intelligit per manūm suām dari. Ita antithesis nō refertur ad Mosen & Deum, sed ad Mosen & Christum. Christus autē Patré potius quām se huius doni authorē facit, vt plus reverē-
tia cōciliat: acsi diceret, Agnoscite me Dei mini-
strum, cuius manus animas vestras pascere vult in
vitā eternā. Sed rursus parum cū Pauli doctri-
na cōsentaneū videtur: Paulus enim man cibum appellat spiritualem. Respondeo, Christum pro captu eorum loqui quibuscum négotium habet, neque hoc Scripturā insolens est. vide-
mus vt variè Paulus ipse de Circumcisione disserat, quum tractat de institutione, fateur fuisse fi-
dei: dum illi cum pseudoapostolis certamen est, sigillum potius maledictionis facit, idque ex eo-
rum sensu. Reputemus quid Christo obiectū fue-
rit: nempe ipsum Mesiām non probari nisi vi-
tum corporalem suis suppeditet. Ergo non

C.VI. proponit in medium cuius rei figura fuerit manus, sed hunc verum fuisse panem negat quo ventres pascerentur Moses.

33 *Panis enim Dei est.*) Ratiocinatur Christus à definitiōne ad definitum negariē, hoc modo, panis celestis est qui ē cælo descendit ad dandam mundo vitam, in marina nihil fuit tales ergo non fuit ille celestis panis. Intera verò confirmat quod prius dixit, nempe se à Patre misericordie, ut longè excellentes homines pascatur quam Mōses. Man quidem ē cælo visibili (hoc est ex nubibus) descendit, sed nō ex regno Dei aeterno, vnde ad nos manat vita. Et Iudei quos alloquuntur Christus, non altius spectabant quam quod in deserto bene referti & saginati

fuerant Patrum ventres. Panem Dei nunc vocat quem prius dixit panem cæli: non quod aliunde sit quam à Deo qui nos in præsentī vita panis sustentat, sed quia ille deum censetur diuinus qui ad beatam immortalitatem animas vivificat. Cæterū hic locus docet totum mundum Deo esse mortuum, nisi quatenus eum Christus vivificat: quia nusquam nisi in ipso reperierit vita. In *Descensus ē cælo* duo notanda sunt, nempe quod *Defensus* in Christo diuinam habemus vitam, quia à Deo projectus est ut nobis sit author vita: deinde quod nobis propinqua est celestis vita, ut supra imberes violare & mare trahi cetero opus nō sit. Nam ideo ad nos descendit Christus quia sersum ascendere nemo poterat.

34 *Dixerunt ergo illi, Domine semper da nobis panem hunc.*

35 *Dixit illis Iesus, Ego sum panis vita: qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me non sitiet usque ad mīnūm.*

36 *Sed dixi vobis quod etiam vidi sis me, & non creditis.*

37 *Quicquid dat mihi Pater, ad me venit: & eum qui venit ad me non ejiciam foras.*

38 *Quia descendī ē cælo, non ut facias voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me misit.*

39 *Hec autem est voluntas eius qui me misit Patris, ut quod: unque mihi dedit, non perdim ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.*

40 *Hec autem est voluntas eius qui me misit, ut quisquis videt filium, & credit in eum, habeat vitam aeternam: & ego resuscito eum in nouissimo die.*

34 *Semper dancbis.*) Non dubium quin ironice loquantur, ut in eo Christum vanitatis insimulent quod se panem vita dare iactabat. Ita miseri homines, dum promissiones Dei respiciunt, vno hoc malo non contenti, Christum substituunt reum suę infidelitatis.

35 *Igo sum panis vita.*) Docet primum coram discipulis quem per ludibrium percibent: deinde obiurgat. Porro à doctrina incepit, ut ingratis magis conuictos ostenderet. Deinde autem sunt partes, quia vnde petenda sit vita ostendit, & quomodo ea potiamur. Scimus quid occasione Christo præbuerit ut utræboris istis viceretur, quia scilicet manus & quotidiani in vicissim facta erat uictio. Sed tamen haec figura ad docendos rudes aprior est quam simplex eratio. Quā pane vescimur in alimentum corporis, tā infirmitas nostra, tum vis diuinæ gratiae melius appetet quam si absque pane arcanae virtutem Deus infillat ad corpus ipsum clendum. Ita analogie à corpore ad animam similitudo facit ut Christi gratia melius sentiantur, nam quoniam audimes Christum esse panem quo animas nostras vesci oportet, hoc in animos nostros magis penetrat quam si simpliciter Christus dicere se efficiat vitam nostram. Notandum tamen non exprimi *Pater* vocē vim Christi vivificantem, qualiter eam sentimus. neque enim panis vitam inchoat, sed quæ iam est cæsa sonet ac tuerit in statu. At Christi beneficio non modo retinemus vitam, sed habemus vitę initium, quare improprius est ex parte similitudo. Vetus in hoc nihil absurdum est: quia Christus ex sermonis prius habiti circumstantia orationem suā contextit. Atqni mota fuerat cuestio uter pascendo homines esset præstantior, Moses, sicut Christus. Hęc eadem ratio est cur panem tantum nominet: quia illi māna solū obiecabant, ideo satis habuit panem alterum opponere. Cæterū simplex doctrina

na est, Non vivere animas nostras intrinseca (ut ita loquar) virtute, sed vitam à Christo auertari. *Qui venit ad me.* Nunc vescendi modum definit: nempe quam fidei ipsius recipimus: Neque enim quicquam incredulis prodest, Christum esse panem vitæ, quia vacui temporis n. anet: sed tunc Christus ciftetur panis nostro quam fani, elici ad ipsum accedimus ut nos implete. Venire ad Christum & Credere idem in hoc loco valent: sed in priore verbo fidei effectus exprimitur, quod scilicet in die sensu compulsi ad Christum petençe vite cœla cōfugimus. Porro qui ex hoc loco mandationem Christi nihil aliud cile colligunt quam fidem, non satis appositorie cintantur. Taceo certe non aliter nos Christum edere quoniam credendo sed mandatio ipsa effectus est ac fieri fidei potius quam fides. Neque enim fides Christum intutur clamitata quasi precium remedium, sed cum amplectitur ut nosferat fiat, & in nobis habetur: facit ut coalescamus in eius corpus, commenem habemamus cum ipso vitam, vnum denique sumus cum ipso. Ergo verum est sola fide manducari Christū, modò simul teneamus qualiter nos cum ipso coniurgat fides. *Non sive usque.* Videtur hoc præter rationem additum: quia officium panis non est stetin restinguere, ut esurient secat. plus ergo panis tribuit Christus quam ferat eius natura. Iam dixi quod panis tantum nomen usurpet, quia scilicet ita serebat manus comparatio cum cælesti eius virtute qua anima nostra in vita sustinentur. Inter et panis nomine totam alimento summanum intelligit: atque id ex trito gentis sua sibi. Hebrei enim panem comedere per synecdochen pro cœnare aut prandere accipiunt: & quoniam à Deo petimus panem quotidiani potum & reliquas vitæ partes comprehendimus. Sensus ergo est, Quisquis se ad Christum contulerit, ut ab ipso vitam habeat, nihil ei deficiat.

defuturum quin ad satieratem usque omnibus vi-
tae souenda praesidiis abundet.

36 Sed dixi vobis.) Iam eos increpat quod do-
num Dei sibi expositum maligne reiiciant. Est
autem hic nimis impius Dei contemptus, reice-
re quod quis agnoscerit ab ipso datum. Nisi te-
statam illis fecisset Christus suam virtutem, ac
palam fecisset se a Deo produisse, poterat co-
rum culpam subleuare ignorantiae praetextus:
sed quod eius doctrinam repudiant quem prius
Messianum Domini confessi sunt, extrema est indi-
gnitas. Verum quidem est, nunquam sic data
opera resistere Deo homines ut sibi cum Deo
negotium esse cogitent, quo pertinet illud Pau-
t. Cor. 1. 3.

li, Nunquam Dominum gloria crucifixissent
si ab illis fuisse agnitus. Sed increduli, quia
sponte cœciunt ad lucem, meritò videre di-
cuntur quod statim euanscent ex eorum oculis:
quia Satan eorum mentes obtenebrat. Hoc ex-
tra controuerſiam est, quod dixit eos *Vidisse*,
non de corporis aspectu debere accipi, sed poti-
tus notari voluntariam excitatem, quod illum
qualis erat cognoscere potuerint, nisi ipsis sua
i. alia obstat.

37 Quicquid dat mihi Pater.) Nequid doctrina
huius deroget eorum incredulitas, tante con-
tumacitate cauta esse dicit quod reprobi sint &
guge Dei alieni. Hoc itaque consilium inter elec-
tos & reprobos hic discernit, ut sua nihilominus
maneat doctrina authoritas, quanvis apud
multos fidem non obtinet. Nam & impii verbo
Dei destrahunt, & pro nihilo habent, quia eius re-
uerentia non tanguntur: & multi infirmi ac rudes
dubitant an verbum Dei sit quod à bona mundi
parte respuitur. Huic scandalo Christus occur-
rit, quum suos esse negat quicunque non credunt,
talibus si non sapient Dei veritas, nihil esse mirū:
sed omnes Dei filios eam amplecti. Primo loco
dicit ad se venire quicunque illi Pater donat.
Quibus verbis intelligit fidem non esse in arbi-
trio hominum, ut promiscue vel fortuito hic &
ille credat, sed Deum eligere quos Filio suo qua-
si de manu in manu tradat. Nam quoniam dicit ve-
niere quicquid datur, inde colligimus non omnes
dari. Rursum colligimus, tanta Spiritus efficacia
operari Deum in electis suis ut nemo eorum ex-
cidat. Nam *Donandi* verbum perinde valet ac si
dixisset Christus. Quos elegit Pater, eos regenerat,
& mihi in Evangelij obedientiam addicit. *Et eum qui venit ad me.* Hoc ad piorum con-
solutionem additum est, ut certò statuant fide
sibi patrē adiutum ad Christum, &, simulac in
fidem eius ac tutelam se tradiderint, benignè
receptum iri, unde sequitur salutarem fore om-
nibus piis Evangelij doctrinam, quia nemo se
Christo discipulum offert qui non viciissimum il-
lum sentiat & experietur fidum & probum do-
ctorem.

38 Quia descendit è celo.) Confirmatio est pro-
xima sententia, quod frustra non queratur a no-
bis Christus. Fides enim opus est Dei, quo de-
monstrat nos esse suos, & Filium constitutus
salutis nostrae praesidem. Atqui Filius nihil aliud
propositum habet nisi ut impleat Patris manda-
ta, nunquam igitur repudiat a Patre missos,
vnde tandem conficitur nunquam irritam fore
fidem. Quod differens ponit Christus inter
suam & Patris voluntatem, in eo auditoribus se
attemperat, quia (ut proclive est ad dissidentiam

hominis ingenium) singere nobis diuersum ali-
quid solemus quod dubitationem parat. Vt pra-
uis eiusmodi fragmentis ansam præcidat Chri-
stus, se mundo exhibitum suffit afferit, utrum
faciat ipso effectu quod de salute nostra decrevit
Pater.

39 Hec autem est voluntas.) Nunc testatur hoc
esse Patris consilium ut in Christo certa salutem
reperiant fideles. vnde iterū sequitur, reprobos
esse quicunque non proficiunt in Euangelio do-
ctrina. Quare si videmus multis cedere in exitū,
non est quod desponeamus animos: quia illi
sponte malum sibi accersunt. Nobis sufficiat
quod semper ad colligendos in salutem electos
Euangelium valchit. *Non perdam ex eo.* Hoc est,
non pertiar mili austeri vel perire, quo significat
non ad diēnum vel paucos se esse salutis nostre
custode, sed sibi ad extremum usque cura futu-
ram, ut tanquam à carceribus a metam usque
nos perducat. ideo mentionem facit ultima re-
surrectionis. Atque hec promissio plusquam ne-
cessaria est miserere laborantibus in tanta carnis
infirmitate, cuius sibi quisque nostrum satis con-
scius est. Singulis certi momentis libefactari
posset totius mundi filius, nisi fideles Christi ma-
nu suffulti, intrepide ad diem resurrectionis ten-
derent. Sit ergo hoc animis nostris in fixum por-
rectum esse nobis manum à Christo, vt nos ini-
minem in medio cursu deserat, sed quo eius du-
ctu freti, securè ad diem ultimum oculos atti-
lere audeamus. Alia etiam de causa meminit re-
surrectionis: quia dum vita nostra abscondita
est, similes mortui sumus. Quid enim differunt
ab impiis fideles, nisi quod inferiis obruti, & tâ-
quam ous macerationi destinatae, semper alter-
rum in sepulchro peletem habent? imo parum a-
beft quia a morte subinde absorbeantur? Vna
ergo spei & patientia fulta restat, si omisso
præsentis vite statu, ad diem illum ultimum ani-
mos sensusque nostros conferimus, & per mun-
di obstacula transimus, donec fidei nostræ fru-
titus tandem appareat.

40 Hec autem est voluntas.) Dixerat tuenda
salutis nostræ partes sibi à Patre mandatas esse:
nunc modum quoque definit. Hec itaque obti-
nenda salutis est ratio si obediamus Euangelio
Christi. Hoc quidem iam nuper artigerat: sed
nunc melius exprimit quod subobsecrè fuerit
dictum. Quod si Deus fide servari vult quos ele-
git, & eternum suum decretum hoc modo sanctit
ac exequitur, quisquis non contentus Christo, le-
eterna prædestinatione curiosè inquirit, quantum
in se est preter Dei consilium salutis eile ap-
petit. Electio Dei per se occulta est & arcana:
can Dominus vocatione qui nos dignatus pra-
tefecit. Quare insaniunt qui suam vel aliorum sa-
lutem in labyrintho prædestinationis querunt,
propositam sibi fidei via non tenentesimo pre-
postera hac speculatione vim prædestinationis
& effectum evenerit conantur. nā si nos in hunc
fī elegit Deus ut credamus, tolle fidem, & resu-
tila erit electio. Atqui in Dei consilio continua
& ordinata principij & finis seriem abrumpe-
re necas est. Porro ut indubium nexus electi & Dei
vocationem secū trahit, ita quoniam fidei te nos
Deus ad fidem Christi vocavit, hoc per in le ap-
pud nos valeat ac si in sculpto sigillo sum de si-
lute nostra decretū comprobaret. Nā spiritus te
stimoniū nihil aliud est quam adopti nis nostra

obligatio. Ergo sua cuicunque fides aeterna Dei predestinationis locuples est testis, ut altius inquireat sacrificium sit, quia atrocem Spiritum sanctum iniuriam facit quicquid simpliciter eius testimonio subscriberetur detractat. *Videre* & Credere superiori sententiae opponit. Iudeis enim exprobauerat quod non crederent, quum

tamen vidissent: nunc in Filiis Dei cum sensu quem percipiunt Diuinæ in Christo virtutis, fidei obedientia coniungitur. Porro hæc verba ostendunt fidem ex Christi notitia fluere: non quod præter simplex Dei verbum quicquam deleyeret sed quia si Christo fidamus, qualis sit & quid nobis afferat sentire nos oportet.

41 *Murmurabant ergo Iudei de eo, quia dixerat, Ego sum panis qui descendit à cælo.*

42 *Et dicebant, Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos novimus patrem & matrem? quomodo ergo hic dicit, E cælo descendit?*

43 *Respondit ergo Iesus, & dixit illis, Ne murmuratis inter vos.*

44 *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui me misit, traxerit eum: & ego resuscitabo eum in novissimo die.*

I. 54. 13. Eccl. 3.34. Et scriptum in Prophetis, Et erunt omnes docti à Deo. Quisquis ergo audierit à Patre, & dixit, venit ad me.

41 *Murmurabant.*) Exortum inde fuisse notum Eu ngelistæ docet quod Iudei carnis humilitate offensi, nihil in Christo Diuinum aut cælestis conciperent. Quanquam duplex illis suis se obseculum ostendit. alterum enim sibi ex falsa opinione fingebant, quum dicerent, Hic est filius Iosephi, unus patrem & matrem novimus. Alterum erat ex peruerso iudicio, quod è Filium Dei Christum esse non putabant, quia carne induitus ad homines descendenterat. Atqui nos nimium maligni sumus, si ideo despiciens Dominum gloria quod se nostra causa exinanivit, forma serui accepta. nam hoc leculentum potius immensi erga nos amoris & admirabilis gratie speciem fuit. Deinde non sic latebat diuina Christi maiestas sub contemptibili & abiecta carnis specie, quin multiplicis fulgoris sui radios emitteret, sed crassis hominibus & stupidis deerant oculi qui perspiccerent manifestam eius gloriam. Vtique modo nos etiam quotidie peccamus. Primum magnum hoc nobis impedientium est quod Christum non apicimus nisi carnis oculis: ita sit ut nihil in ipso magnifici nobis apparent: viatio enim nostro sensu quicquid in ipso est ciuisque doctrina pertinetimus: accèdunt sinistri sumus interpretes. Deinde eo ipso non contenti, multa falsa arripiunt quæ Euangelij contentionem pariant. Quinetiam multi sibi monstrant fabricant, querunt praetextu Euangelium sibi exponendiant. Ergo data opera repellit mundus Dei gratiam. Ac nominationem Iudeos exprimit Eungelistæ, ut sciamus profectum ab illis esse reurnur qui fidei & Ecclesiæ titulo superbiebant: ut omnes discamus Christum reverenter suscipere quam sicut ad nos demittit, & quo propior nobis est, eo libenter ad eum accedere, ut nos ad celestem suam gloriam extollat.

42 *Ne murmuraretis.*) Murmureis culpam in eis reuicit, ac diceret, Doctrina mea nullam contineat iudiciale materiam: sed quia vos reprehenditis, virulentos animos vestros irritatis: ac ideo non sapit, quia insipidum est vobis patiuntur.

44 *Nem proq[ue], &c.)* Non simpliciter eorum prauitatem accusat, sed simul admonet hoc peculiariter Dei donum, propositam a se doctrinam amplecti, quod ideo facit ne ipsorum incredibilis infirmos contubet. Multe enim tenet hec stulticia, ut in rebus Diuinis ab hominibus respectu pendeat, ita sit ut Euangelium su-

spectum habeant similitudinem que vident non recipi à mundo. Rursum increduli tibi in sua perueracia placentes, Euangelium damnare audent, quia ipsis non arrideat. Ex aduerso itaque pronuntiat Christus, Euangelij doctrinam, quamvis prouiscere omnibus predicetur, non posse tam ab omnibus percipi, sed opus esse noua mente & nono sensu. non esse igitur fidem in hominum arbitrio, sed Diuinus conferit. Quia *Venire ad Christum metaphorice h[ab]et positum* est pro credere. Eungelistæ, ut metaphoram *Trahi eos* dicit contextum in membro opposito, *Trahi* eos dicit quorum mentes illuminat Deus, & corda flexit ac format in Christi obedientiam. Hæc summa est, non mirum esse si ab Euangeliō multi ab horrente: quia nemo unquam sponte ad Christum accedere poterit nisi quem Deus Spiritu suo preueniet. Inde autem sequitur non omnes trahi, sed Deum hac gratia dignari quos elegit. Quantum ad trahendi modum spectat, non est ille quidem violentus qui hominem cogat exter no impulso: sed tamē efficax est motus Spiritus sancti, qui homines ex noletibus & initius reddit voluntarios. Quare falsum est illud & pro fanum, non nisi volentes trahi: quasi homo se proprio motu obsecquentem Deo prebeat. quod enim homines Deum volentes sequuntur, id iam ab ipso habent qui eorum corda in suum obsequium formauit.

45 *Et scriptum in Prophetis.*) Confirmat Christus Iesaiæ testimoniū quod dixit, Neminem ad te venire nisi à Patre traxit. Prophetas nominat in plurali numero, quia in unum corpus collecte erant omnes prophetæ, ut merito posset unus censeri Prophetarum omnium liber. Porro locus qui citatur extat apud Iesiam, capite 54. c. 13. vbi de Ecclesiæ instauratione verba faciens filios illi promittit Dei magisterium eductos. Vnde colligere promptu est non aliter posse refutari Ecclesiam, nisi Deus magistri partes suscipiens fideles ad se adducat. Docendi ratio de qua loquitur Propheta, non in externa tantu voce sita est, sed in arcana etiam Spiritus sancti operatione. In summa, hoc Dei magisterium est interior cordis illuminatio. Quod dicit Omnes, ad electos restringi debet, qui soli sunt genuini Ecclesiæ filii. Ita non difficile est videre quomodo vaticinū hoc Christus ad presentē causam accedit. Docet Iesaias tunc verē denui edificari Ecclesia quū filios habet Diuinus eductos. Aptè igitur

igitur insert Christus, non esse oculos homini-
bus ad perspicciendam vitam lucem, donec appearantur à Deo. Simul etiam in nota vniuersali
insistit, quia inde ratiocinatur, omnes, qui à
Deo docentur, efficaciter trahi ut veniant. atque
huc pertinet quod mox subiicitur, *Quis quis ergo
audiunt.* Summa est, reprobos esse & exitio de-
uotos quicunque non credunt: quia omnes Ec-
clesiae filios & vita hæxæ Deus sibi obedien-
tes discipulos reddat. Vnde sequitur, nemini-
nam ex Dei electis à Christi fide alienum fore.
Proinde sicut prius negauit Christus homines
ad credendum esse idoneos nisi trahantur,
ita nunc prouidentiæ efficacem esse Spiritus
gratiam, qua trahuntur ut necessariò credant.
His duobus membris proflus eretur toti libe-
ri arbitrij facultas quam sibi somniant Pa-
pista. nam si tunc demum venire ad Christum
incipimus quum nos traxit Pater, fidei initium
minime in nobis est, neque villa præparatio:

tursus si veniant omnes quos Pater docuit, non
credendi tantum optionem dat illis, sed fidem
ipsam. Ergo quòd directioni Spiritus ſente
obsequimur, hec pars gratia est & qualis obli-
guatio: quia non traheret nos Deus si tantum
porrecta manu voluntatem nostram in medio
ſuppensam relinqueret. Propriè autem nos tra-
here dicitur quin ad plenum usque feci: tice-
tum Spiritus ſui virtutem extendit. *Audire à
Deo* dicuntur qui Deo intus loquenti fe-
xanim subiiciunt, quia in illorum cordibus Spi-
ritus regnat. *Venit ad me.* Oferit individuum
coniunctionem quam cum Patre habet. Sen-
tus enim est, Fieri non posse quin se Christo
addicent quicunque Dei sunt discipuli, & Deo
esse indeciles quib[us] Christum reiciunt: quia hac
fola est sapientia quam in Dei schola
discunt electi omnes, ad Christum venire. ne-
que enim Pater, qui cu[m] misit, ſeipſum abnegare
potest.

- 46 *Non quòd Patrem quisquam viderit, nisi si qui est à Dio, hic vidit Patrem.*
 47 *Amen amen dico vobis, qui credit in me habet vitam eternam.*
 48 *Ego sum panis vite.*
 49 *Pater vestri conederunt manna in deserto, & mortui sunt.*
 50 *Hic est Panis qui è celo descendit, ut ex eo edat aliquis & non moritur.*
 51 *Ego sum Panis viuus qui è celo descendit, si quis ederit ex hoc pane, vivet in eternum: &
panis quem ego dabo, caro mea est quam ego dabo pro mundi vita.*

46 *Non quòd Patrem.*) Sicut haec tenus com-
mendauit Patris ſui gratiam, ita nunc ſedulo ad
ſe unum reuocat fideles. nam vtrunque coniungi
debet, nullam haberi poſſe Christi notitiam do-
nec Pater illuminet ſuo Spiritu qui natura cæci
ſunt, & tamen fruſtra queri Deum, niſi præcente
Christo: quoniam altior est Dei maiestas quam
ut ad eum hominum ſenſus pertingant. Imo exi-
tialis erit abyſſus qua parabitur eſte Dei cogni-
tiō extra Christum. Quia Patrem ſibi ſoli co-
gnitum eſſe dicit, significat hoc officium in ſe
propriè competere ut hominibus eum manife-
ſtet, qui alioqui eſt absconditus.

47 *Qui credit in me,*) Proxiſa ſententia
expofitio. docemur enim hiſ verbis tunc inno-
tēſcere nobis Deum quum in Christum cre-
dimus. Deum enim inuifibilem tunc cernere
quasi in ſpeculo vel in via & expressa imagine
incipimus. Ergo maledictum fit quicquid de
Deo nobis proponitur, niſi dirigat in Chri-
ſtum. Quid sit in Christum credere prius ex-
poſui. neque enim confusa & inanis fides ima-
ginanda eſt, qua Christum virtute ſua ſpolier,
qualis eſt apud Papistas, qui de Christo credunt
quantum libererit. Nam ideo vitam fide con-
ſequitur quia ſcimus in Christo contineri omnes
vita noſtræ parties. Quod quidam ex hoc loco
colligunt, credere in Christum idem eſte at-
que edere Christum vel carnem eius, non ſatis
firmum eſt. hac enim duo inter ſe tanquam prius
& posterius diſerunt: ſicut ad Christum veni-
re, & ipſum bibere: præcedit enim accessus. Fa-
tor non manducari Christum niſi fide. fed ratio
eſt, quia fide eum recipimus ut habitet in no-
bis, ſimilisque eius particeps, adeoque unum
cum ipſo. Quare manducatio, effectus eſt aut
opus fidei.

48 *Ego sum panis vita.*) Præter id quod prius

dixerat ſe viuificum eſſe panem quo animæ no-
ſtræ aluntur: ut id nielius amplificet, ſicut an-
tithesis repetit huius panis & veteris manna,
vn̄a cum hominum comparatione. *Pater,* in-
quit, *vestri conederunt manna,* &c. Manna dicit
corum Patribus eaducum fuſile cibum, qui eos à
morte non exempti. Sequitur ergo, animas non a-
libi quam in ipſo cibū inuenire, quo in ſpiritu-
talem vitam pafcantur. Porro tenendum eſt
memoria quod alibi admonui, non hic haberi
de manna ſermonem quarecauſa & h[ab]iti figura
fuit arcana (nam eo respectu Paulus ſpiritualēm
cibum nominat) ſed diximus Christum hic au-
ditorebus ſermonem ſuum attemperare, qui
tantum de paſcendo ventre ſoliciti, mihi in
manna altius ſe cœſtib[us] int. Merito itaque patres
corum mortuos eſſe prouinitiat, hoc eſt, qui li-
militer ventri addiceti fuerunt. Et tanien eos ad
edendum inuitat, quam dicit ſe veniſſi. *Vt ea at
aliquis,* perinde enim valet haec loquitor acſi
diceret, onibus ſe in proupi fore qui tan-
tum edere volent. Nemine enim ex his qui Chri-
ſtum ſemel conederint, *Mori,* intellige, quia
nunquam extinguitur qua ab ipſo nobis con-
fertur vita, quemadmodum habuimus capite
quinto.

51 *Ego sum panis viuus.*) Septimus idem repetit,
qua nec quicquam eſt magis cognitū necessariū,
& pro ſe quisque ſentit, quam diſculter fi-
dem apud nos inueniat, & quam facilè ac citè eſ-
ſt. Vitam omnes appetimus: ſed ſtulte ac per-
uersi per ambages vagamur in ea quærenda: ob-
lataam maior pars fastidiosè refutat. Quid enim
non ſibi vitam fingit extra Christum? quous ve-
rò quisque eſt, cui Christus vitam ſatisficiat? Non
igit supercurus eſt inculcatio, diuinaſter ro-
ties Christus ſe unum ad dandam vitam ſuffi-
cie. ſibi enim vni vendicat panis titulum, vt

Cap.
VI.

omnes viuendi ficticias spes ex animis nostris reuellat. *Panem* viuum nunc appellat, quem prius dixit panem vitæ, codem sensu nempe quo viuificum. Descensum calci tubinde commemorat, quia in hoc mundo, cuius præterit figura & euangelicit, non reperiatur spiritualis & incorruptibilis vita, sed tantum in cælesti Dei regno. Quoties verbum *Edendi* ponit, ad fidem nos hortatur, quæ sola facit fruamur hoc pane in vitam. neque id frustra, quia pauci sunt qui manum extendere dignentur ut ori adnovereant hunc panem: imo quum Dominus in ostendit que illis porrigit, pauci sunt qui gaudent: sed alij vento se ingurgitant alij, quasi Tantalo similes, prope cibum ipsum sua recordi esurunt. *Panis quem ego dabo.* Quia vis illa arcana conferenda vitæ, de qua loquuntur est, ad diuinam eius essentiam ieiuniū poterat, nunc descendit ad secundum gradum, ac vitæ illam in sua carne posita esse docet, ut inde harriatur. Mirificum fanum Dei consilium quod in ea carne vbi sola pars mortis materia erat, vitam nobis proponit. Atque ita infirmatum nostrum confundit, dum nos ad fruendum vitam non vocat supra nubes, sed eam exercit in terra: non seculis ac si in regni sui abdita nos eucheret. Interea ingenij nostri superbia corrigens, fidei humilitatem & obedientiam probat, dum vitam petiunt, in carne sua, in speciem contemptibili, subsidere iubet. Sed obicitur contraria Christi carnem non posse vitam dare, quæ & morti fuit obnoxia, & nunc per se immortalis non est: dein de hoc minime competere in carnis naturam ut animas viuiscet. Relpondeo, quanvis hæc virtus

aliunde quam ex carne proueniat, nihil tamea obstat quin aptè in eam competit hic titulus. Nam sicut eternus Dei Sermo fons vita est, ita caro eius veluti canalis, vitam, quæ intrinseca (vt loquuntur) in dignitate residet, ad nos diffundit. Atque hoc sensu dicitur viuifica, quod vitæ quam *Caro viuifica.* aliande mutatur, nobis communicat. Id minimum obscurum erit si reputemus quænam sit vitæ causa, nepe iustitia. Atqui quanvis à solo Deo iustitia fluit, non alibi tamen plena eius exhibitor nobis confitabit quam in carne Christi. nā in ea impleta fuit hominum redemptio, in ea oblatum sacrificium expiandis peccatis, obedientia Deo præstata, quæ ipsum nobis placaret. ea quoque perfusa fuit sanctificatione spiritus. ea tandem deuicta morte in cælestè gloriam recepta fuit. Sequitur ergo, omnes viae partes illuc usque locatas, nequis possit iure conqueri se privari vita, quia procul lateat. *Quam ego dabo pro mundi vita.* Dandi verbum varie accipitur: prior donatio, cuius prius inenimit, quotidie fit, quoties scilicet se nobis Christus efficit: secundo loco donationem illam vocationem notat, quæ facta est in cruce, quam se Pater in sacrificium obtulit, tunc enim se in mortum exposuit pro hominum vita: nunc ad percipiendum mortis suæ fructum nos invitat. Nihil enim nobis prodebet victimam illam semel esse immolatam nisi nunc sacro epulo vesceremur. Porro hoc notandum est, quod carnis suæ immolandæ partes sibi Christus offerit, unde appetit quam improbo sacrilegio se contaminet Papistæ, qui sibi in Misericordia usurpat quod vniuersi illius Sacerdotis proprium fuit.

52 Decertabant ergo Iudei inter se, dicentes, *Quomodo potest hic nobis dare carnem edendam?*

53 Dixit ergo eis Jesus, Amen amen dico vobis, nisi ederis carnem Filii hominis, & bibieris eius sanguinem, non habebis vitam in vobis.

54 Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam eternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

55 Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.

56 Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.

57 Quemadmodum me misericordia vivens Pater, ego quoque vivo propter Patrem: & qui manducat me, ille etiam vivet propter me.

58 Hic est parvis, qui è calo descendit: non quemadmodum comedenterunt Patres vestri manna, & mortui sunt: qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.

52 Decertabant ergo Iudei.) Iudeos rursus nominat non honoris causa, sed vt suam illis incredulitatē expobret, quod familiarem de vita alterna doctrinam non recipiunt, vel faltem de re adhuc obscuræ & dubia non modeste inquirent, peruvicacit enim & contemptus signum est, quod pugnasse eos dicit: qui verò ita contentiosi disputatione, viam sibi obstruerit ad veri notitiam. Neque tamen hoc in illis simpliciter reprehenditur quod de modo interrogauerint: nā eadem reprehensione in Abraham & beatam Virginem caderet. Ergo vel imperitia falluntur, vel parum candidè faciunt qui præterita rixandi libidine & audacia (quas tantum datur Euangelista) solam particularē *Quomodo* exigitant, quasi Iudeis nefas fuerit de modo mandationis inquirere. Atqui hoc socordie potius imputandum est quād fidei obsequio tribuendum, si dubitationum nodos qui nobis solvantur Domini verbo, scientes & volentes tenemus implicitos,

Quare non inquirere tantum licet de manducande carnis Christi modo, sed eum quoque teoperare prætempit est quatenus in Scriptura exponitur. Facescit ille bis contumax humiliatis prætextus. Mihil vna illa Christi vox sufficit quum pronuntiat carnem suam verè cibum esse: ad reliqua libenter cœctio. Quasi vero nō idem futurus sit hereticis color, si sponte ignorent ex spiritu sancto conceptum esse Christum, quia semen Abramæ ipsum credentes, non ultrâ inquirant. Solum tenenda est hæc moderatio in arcans Dei operibus, ne plus scire appetamus quam verbo suo definit.

53 Amen amen dico vobis.) Hoc iusurandum Christo extorsit indignatio, quum tam superbo contemptu gratiam suam respici videret: neque enim iam simplici doctrina vitetur, sed incutiendo terrori simul iniuras admisceret: aeternum enim exitium denuntiat omnibus qui vitam à carne sua petere recusauerint, ac si diceret, Si caro mea vobis

vobis contemptui est, scitorum non aliud vobis
spem vitæ restare. Hæc omnes gratia Christi cō-
tempnatores manet vltio, ut cum sua superbia male
percitat, atque haec præcisa severitate vngredi sunt,
ne sibi blandiri pergent. Nam si mortem ægrotis
remedia aspernantibus minamur, quid impius ag-
endum est, dum vitam ipsam aboleret quantum
in lete nituntur? Quod dicit *Carnem Fili hominis*,
emphalim habet: perfringit enim eorum
contemptum, qui inde nascebatur quia reliquias
hominibus similes videbant. Senitus ergo est,
Contemnit me vltio propter humilem & ab-
iectum carnis meæ confectum: tamen inclusa
est in contemptibili hac carne vita, quia si vos
priuatis, non alibi reperiatis quod vos vivificet.
Craslus fuit veterum error, qui infantulos puta-
rent vitæ æternae priuari nisi Euclarissiam illis
porrigerent, neque enim de Cœna habetur con-
cio, sed de perpetua communicatione quæ etiam
extra Cœnæ vitæ nobis confortat. Nec verò rectè
B. hemi, quini hoc testimonio probarent vsum
calicis promiseum debere omnibus esse. Quod
ad infantulos spectat, eos Christi institutio à
Cœna participatione arece, quia nondum scipios
probare, non dū colere mei oriorum mortis Christi
posuerunt. Eadem institutio calicem omnibus
vna cum pane communem facit: mandat enim ut
inde bibamus omnes.

54. *Qui manducat carnem meam.*) Repetitio
eft, sed non superflua: confirmat enim quod er-
rat creditu difficile, non aliter carne sua & san-
guine animas paciū quād corpus potu & cibō su-
stinerat. Ergo sicuti nuper testatus est, omnibus
qui vitæ alibi quād in carne sua querunt, nihil
residuum esse præter mortem: ita nunc pios ad
bonam spem animat, dum vitam illis in eadem
carne promittit. Observe quod resurrectionem
toties adiungit vita æternæ: quia salus nostra ad
illum usque diem abscondita erit. Ergo quid no-
bis Christus conferat sentire nemo potest, nisi
qui supererat mundæ resurrectionem vltiam si-
bi ante oculos ponit. Ex his verbis palam appa-
ret, perperam de Cœna exponi totum hunc locum:
nam si verum esset, quicunque ad Sacram
Dominii mensam se ingerunt, carnis & sanguinis
eius fieri participes, omnes similiter vitam refer-
rent: scimus autem multis in exitum cedere. Et
certè ineptum fuisset ac intempestivum de Coe-
na tunc discerere, quam nondum instituerat: ideo
de perpetua fidei mādicatione euangelio tractare cer-
tum est. Simul tamen fateor, nihil hic dici quod
nō in Cœna figuraret ac verè præstetur fidibus.
adeoque sacram Cœnam Christus quasi huius
concionis sigillū esse voluit. Atque hæc ratio est
cur apud Iohannē nulla fiat Cœna mētio. Itaque
genuinum ordinē sequitur Augustinus, dum in-
ter explicandum hoc caput Cœnam non attingit,
donec ad finem usque ventum est. Tunc autem
docte mysterium hoc in symbolo representari
quoties Ecclesia sacram Cœnam celebrant, alibi
quotidie, alibi tantum diebus Dominicis.

55. *Caro mea verè est cibis.*) Idem aliis verbis
confirmat, sicuti inedia corpus tabescit &
conficitur, ita animam, nisi celesti pane refici-
tur, mox fame perituram. Nam quum affirmat
carnem suam verè esse cibum, animas, si careant
cibo isto, famelicas esse significat. Tunc ergo vi-
tam in Christo inuenies, si viæ materialia qua-
ras in eius carne. Ita cum Paulo iactare conuenit,

nihil nobis excellere præter Christum crucifi-
xum: quia simulatque à sacrificio mortis eius dis-
cessimus, nihil præter mortem nobis occurrit. Nec
alia via nos ad Diuinæ suæ virtutis sensum
deducit quād per mortem & resurrectionem
suam. Ideo Christum amplectere seruum Patris,
ut se vita principem tibi ostendat. Nam quod se
exinanuit, hoc modo ditati sumus omni bonoru-
rum affluentia: eius humiliatio ac descensus ad
inferos nos in cælum exultit: crucis maledictionem
subeundo, nobile iustitiae trophaeum eiexit.
Præposteri ergo sunt interpres qui animas à
Christi carne abducunt. Sed cur leorū sanguini-
s sui meminit Christus, qui sub carne contine-
tur? Respondeo habitam ab ipso ratione in suis
nostris ruditatis, nam quin distincte cibum &
potum exprimit, vitam quam præstat numeris o-
mnibus completam esse admonet, ne dimidiam
tantum vel mutilam nobis singamus: ac si dicere-
ret, nullam nobis defore vitæ partem, si modò
edamus carnem suam, & sanguinem bibamus.
Sic etiam in Cœna, quæ huic doctrinae respon-
det, non contentus panis symbolo, calicem simul
adiungit, ut duplice vitæ tessera in ipso ha-
bentes, eo solo contenti esse discimus. neque
enim partem vitæ reperi in Christo nisi qui
eum totam & solidam vitam sibi esse sta-
tut.

56. *Qui manducat carnem meam.*) Alia confir-
matio, nam quum vitam solus in le continuat,
eius fruenda modum prescribit, ut carnem suam
edamus. ac si negaret se aliter nostrum fieri nisi
quum fides nostra in eius carnem dirigitur. ne-
que enim ad Christum Deum unquam perue-
niat qui hominem negligit. Quare si tibi vis ali-
quid cum Christo esse commune, caendum in
primis est ne carne eius fastidias. Quum dicit
se in nobis manere, perinde hoc valet ac si dicere-
ret, hoc unum esse unitatis vinculum, & hac
ratione se nobiscum coalescere, quum fides no-
stra in mortem eius recumbit. Porro iterum hinc
colligere licet, verba de externo symbolo non
fieri: quod multi promiscuè ex infidelibus per-
cipiunt, tamen à Christo alieni manent. Hinc
præterea refellitur delirium illud, Iudam non
minus sumpsisse Christi corpus quād reliquos,
dum omnibus porrectus est panis à Christo, nam
sicuti ad externum signum inscitè restriguntur
haec doctrina, sic tenendum est quod prius dixi,
illic obligari doctrinam quæ hic habetur. Atqui
certum est, Iudam nunquam fuisse Christi mem-
brum: deinde plusquam absurdum est, carnem
Christi mortuam & spiritu vacuam imaginari:
postrem ridiculi sunt qui ullam carnis Christi
mandationem absque fide somniant, quum
sola fides os (vt ita dicam) animæ sit ac ventricu-
lus.

57. *Quemadmodum misit me.*) Hactenus quo-
modo nos vita compotes fieri oporteat Christus
disseruit: nunc ad causam principalem tran-
sit, quia prima vitæ origo in Patre est. Præuenit
autem obiectionem, quia videri poterat Deo
quod suum est detrahere, quum se faceret vitæ
causam. Sic ergo se facit vitæ autorem ut aliunde
sibi hoc datum concedat quod aliis ministrat.
Notemus hanc quoque orationem accommoda-
ri ad eorum captum quibuscum loquebatur
Christus: se enim Patri comparat tantum carnis
sue respectu. Tametsi enim Pater vita princi-

C.VI. pium est, Sermo tamē eternus ipse quoque propriē est vita. Sed de æterna Christi Diuinitate hic non agitur, quia seipsum proponit ut carne nostra vultus se patetfecit mundo. Quod ergo se vivere propter Patrem dicit, non competit in nudam Diuinitatem, neque etiam simpliciter & per se humanae naturæ conuenit: sed elogium est Filii Dei in carne manifestati. Deinde scimus Christo non esse insolens, Patri adscribere quicquid in se habebat Diuinum. Norandum autem est tres hic recenseri vita gradus: primum locum obtinet viuens Pater, qui letarigo est, sed remota & abscondita: sequitur Filius, quem habemus vclus fonte nō nobis expositum, & per quem ad nos vita diffunditur: tertia est vita quam nos ab ipso haurimus. Nunc tenemus summam, quia Deus Pater, penes quem refledit vita, procul à nobis distat, Christus quasi medius statuitur, qui est

*Tres vite
gradus.
Christus
in Deo
homo fa-
ctus, secū-
da vite
causa est.*

secunda vitæ causa, vt inde ad nos usque perueniat quod aliqui in Deo lateret.

58 *Hic est panis.)* Redit ad comparationem mannae & carnis suæ, unde exorsus fuerat. sic enim claudendus illi sermo fuit, Non est cur mihi preferatis Mosen, quia Patres vestros in deserto aluerit: quum ego vobis longè præstantiorem cibum suppeditem, mecum enim celestem vitam affero. Nam (vt supra dictum est) ē celo descendere panis dicitur qui nihil terrenum vel corrupibile sapit, sed immortalitatem spirat regni Dei. Hanc virtutem non experti sunt in manna, qui tantum pascendo ventri intenti erant. Nam quum duplex fuerit manna vñus, ludici cum quibus hic Christus disputat, nihil spectabant præcibum corporalem. Vita autem animæ minimè caduca est, sed proficit in melius donec totus homo renouatus fuerit.

59 *Hec dixit in synagoga, docens in Capernaum.*

60 *Muli itaque ex discipulis eius, quum audissent, dixerunt, Durus est hic sermo, quis potest eum audire?*

61 *Iesus autem quum nouisset in seipso quod de hoc murmurarent discipuli sui, dixit eis, Hoc vos offeadi?*

62 *Si ergo videritis Filium hominis ascendenter ubi erat prius?*

63 *Spiritus est qui vivificat: caro non prodest quicquam. Verba que ego loquor vobis, Spiritus & vita sunt:*

64 *Sed sunt ex vobis quidam qui non credunt. Nouerat enim ab inicio Iesus qui essent non credentes, & quis esset qui proditurus erat ipsum.*

59 *Hec dixit in synagoga.)* Locum designat Iohannes, vt scimus multos interfuisse: deinde concionem fuisse habitam vt de re graui & seria. Sequitur tamen inox, ex tanta turba vix pauculos interfuisse qui prosectorient. inquit haec doctrina multis qui se Christi discipulos profitebantur, defectionis occasio fuit. Si aliquos tantum offenditos esse dixisset Euangelista, iam istud ferè prodigij loco habendum esset: sed quod turbatio insurgunt, & simul conspirant, quale exemplum esse dicimus? Quare penitus animis nostris infideat haec historia, ne quando nobis contingat Christo loquenti obstreperere. deinde siquid tale cernamus hodie in aliis, ne fidem nostram conturbet corrum superbia.

60 *Durus est hic sermo.)* Quia potius in illorum cordibus erat durities, non in sermone. Sed ita solent reprobi lapides ex Dei verbo sibi convergere, ad quos impingunt, & quam ferrea sua contumacia ruant aduersus Christum, queruntur durum esse eius sermonem, qui potius ipsos molire debuerat. Nam quisquis se humiliiter Christi doctrinæ submittit, nihil in ea reperiet durum aut asperum: incredulis vero, qui te peruvicaciter oppoient, malleus erit conterens petras, sicut Propheta vocat. Porro quum eadem nobis omnibus ingenita sit durities, si ex sensu nostro iudicemus de Christi doctrina, totidem paradoxæ erunt quorū verba. Quare nihil supereft nisi vt Spiritus directioni quisque se commenderet, vt cordibus nostris inserbat quod aliqui ne in aures quidem penetraret. *Quis potest eum audire?* Hic perspicimus quā in magna sit incredulitas, nam qui salutis doctrinam iniçie & sceleratē reiiciunt, excusatione non contenti, vltro Filium Dei reum substituere audent suo loco, & indignum pronuntiare qui audiatur. Ita hodie Papi-

ser. 23.29.

stæ non modò Euangelium audacter repudiant, sed simul crepant horrendas blasphemias, ne videantur absque causa repugnare Deo. Et certè quin tenebras appetant, non mirum est si factis portentis illos deludit Satan. Sed quod illi pro sua intemperie ferre nequeunt, non tantum mortis, ac dolcibus erit tolerabile, sed eos erigeret ac sustinebit. Interea reprobi obstreperis suis conuictis nihil quam grauius sibi exitium accercent.

61 & 62 *Iesus autem quum nouisset)* Sciebat quidem Christus offenditionem à reprobis conceptam non posse tolli (neque enim tam eos vulnerat doctrina, quam patridum quod intus in corde vleus alebant detegit) voluit tamen modis omnibus experiri num quis inter eos qui offenduntur, sanabilis adhuc esset, reliquis autem os obstruere. Interrogando, significat nullam eos causam habere: vel saltem in doctrina ipsa minime esse scandali materiam. Sic cohibenda est corum improbitas qui canina tantum rabie percipi verbo Dei maledicunt: castiganda quoque eorum stultitia qui temere contra veritatem ruunt. Dicit Iesum in seipso nouisse, quia illi nondum ingenuè protulerant quid eos inordeneret, sed tacito murmure inter se fremebant. præuenit ergo apertas eorum querimonias. Si obliicit quispiam non obscuram fuisse eorum naturam, quum disertis verbis respuerent Christi doctrinam: fateor quidem clara esse verba quæ prius retulit Iohannes: sed simul dico eos auer-santium more iactasse inter se obstreperas istas, & quasi rancas voces, nam si sermonem habuissent cum Christo, spes fuisset longè melior, quod aperta illi fuisset via ad docendum: nunc quum seorsum obloquuntur, viam sibi ad discendum præcludunt. Nihil ergo melius, quum Domini seorsum

sensum non statim assequimur, quām rectā ad ipsū venire ut nodos omnes nobis expediat. *Hoc vos offendit?* Videtur hic Christus non tam eximere scandalum quām augere: si quis tanen propius expēdat scandalī causam, erat in hac sententia quod eorum animos placare deberet. Humilis & abiecta Christi conditio, quam oculis cernebat, quum carne induitus nihil ab hominū vulgo differret, illis obstaculo erat ne Diuinā eius virtuti locum darent: nunc quasi subducto velo ad cœlestis suæ gloriae conspectum eos reuocat, acsi diceret, *Quia inter homines sine honore versor, vobis sum contemptus, nec quicquā in me Diuinum agnoscitis:* atqui paulo post fieri ut Deus magnifica virtute me ornatum, ab hoc contemptibili mortalī vitā statu supra cœlos extollat. Nā in Christi resurrectione talis apparuit Spiritus sancti potentia, quæ Christum esse Filiū Dei palam faceret: sicut etiam docet Paulus ad *Psal. 2.7.* Romanos. Et quām dicitur in Psal. Filius meus es tu, ego hodie genui te: resurrectio quasi specimen statuitur unde ista Christi gloria agnoscī debait: ascessus verò in cœlum, gloriae istius complementum fuit. Quōd dicit se prius fuisse in cœlo, humanitati proprii non quadrat, & tamen de Filio hominis loquitur, sed hæc eloquendi forma insolens non est, quando dux naturę in Christo personam unam constituant, quōd unius proprium est, ad alteram transferre.

63 *Spiritus est qui viuiscat.* His verbis docet Christus nullum apud Iudeos doctrinæ sua profectum esse: quia quum spiritualis sit & viuistica, autem non reperiat bene præparatas. Sed quia variè expositus fuit hic locus, principiō genuinum verborum sensum tenere opere pretium est, hinc facile patebit Christi consilium. Quōd carnem prodeſſe negat, malè Chrysostomus, meo iudicio, ad Iudeos refert, qui carnales erant. Fateor quidem in cœlestibus mysteriis totam humani ingenij vim euancescere ac deficiere: sed eam sententiam non continent Christi verba, nisi violenter torqueantur. È quæ in antitheta coactus est sensus, quōd feliciter Spiritus illuminatio viuiscet. Nec rectè etiam illi qui Christi carnem prodeſſe dicunt quatenus crucifixa est, comedere verò nihil nobis afferre: quin potius comedere eam necesse est, ut crucifixa proficit. Augustinus subaudiendum putat solam & per se, quia debeat cum Spiritu coniungi: quod cum re ipsa confitaneum est, nam Christus ad modum edendī simpliciter respicit. Non ergo quanuis excludit vitalitatem, quasi nulla percipi ex carne sua possit: sed ita denuo inutilem fore pronuntiat si à Spiritu separetur. Vnde enim habet caro ut viuiscet nisi quia spiritualis est? Ideo quisquis in terrestri carnis natura subsistit, nihil in ea reperiet nisi mortuum: sed qui oculos attollent ad Spiritus virtutem qua perfusa est caro, non frustra viuiscam dici, ipso effectu & fidei experientia sentiēt. Tenemus nunc quomodo caro verè sit cibus, & tamen nihil proficit: nempe cibus est, quia per ipsā parta nobis est vita, quia in ipsa placatus nobis est Deus, quia in ipsa completas habemus omnes salutis partes: nihil proficit, si ex sua origine & natura estimetur (neque enim vitam conferit A-

brahe feamen, quod per se morti est obnoxium) sed à Spiritu accipit unde nos pascat. Quare nos quoque, vt ab ea verè alamur, spirituale fidei os afferre doceat. Quōd autem adeo concisa est sententia breuitas, credibile est id factum esse quia sic agendum esse ducebat Christus cum incredulis. Ergo hac clausula quasi sermonem abruptit, quia indigni erant apud quos plus verborum faceret. Interim pios & dociles non neglexit: quia hi paucis habent quod abunde illis satisficiat. *Verba que ego loquor.* Allusio est ad proximam sententiam: nam Spiritus nomen hic diverso sensu accipit. Sed quia de arcana Spiritus virtute loquutus erat, eleganter hoc ad doctrinam suam transfert, quod spiritualis sit, nam vox *Spiritus* in adiectiuū resoluti debet, porro spiritualis vocatur sermo qui nos sursum inauitat, vt Christum, duce Spiritu, fide, non carnis sensu, in cœlesti sua gloria queramus. scimus enim eorum quæ dicta sunt ab illo nisi sida comprehendendi. Ac nota-
tu etiam dignum est quod l' vitam cum spiritu connectit. Vitam ab effectu nominat sermonem suum, quasi viuiscum cum: sed viuiscum nemini fore docet nisi à quo spiritualiter percipitur, nā alii inde mortem potius haurient. Apud pios suauissimum hoc Euangeliū elogium est, quod certi sunt sibi in aeternam salutem destinatum esse: simul tamen monentur ut idoneos se discipulos præbere studeant.

64 *Sed sunt quidam ex vobis.* Rursus culpam illis adscribit quod Spiritu vacui doctrinam suā male corrumpant ac depravent, & hoc modo vertant sibi in exitium. Poterant enim ali, qui obiciere, Tu quidem viuiscum esse iactas quod loqueris, sed nihil tale experimur. Dicit ergo illos sibi esse obstaculo, nam incredulitas, vt semper est superba, nihil vñquam assequetur in verbis Christi quæ contemptum despicit. Ergo siquid proficeret capimus sub hoc magistro, animos ad ipsū audiendum rite compositos afferamus: nisi enim humilitas & reverentia adiutum eius doctrina patefaciat, mentes nostræ plusquam saepe sunt, nec vñllam sanæ doctrinæ partem admittent. Proinde quōd tam exiguis hodiē Euangeliū profectus cernitur in mundo, ineminentius hominum prauitate accidere. nam quotusquisque est qui sibi renuntians, Christo verè se addicat? Quōd tantum quosdam dicit esse incredulos (quū hoc crimen feriē in omnes competeret) fecisse id eo videatur ne si qui adhuc essent sanabiles, desperatione animos abiiceret. *Nouerat enim ab i-ruo.* Hoc ideo addidit Euangeliū ne quis putet remere iudicasse Christum de suis auditoribus. Multi se ex iuxta grege esse profitebantur: subi-
ta defec̄tio hypocritis detexit. Sed eorum perfidaia, quum adhuc alii occulta foret, Christo notam fuisse Euangeliū dicit: Idque non tam ipsius causa, quām vt discamus iudicium non ferre nisi de rebus bene compertis, nam quōd Christus ab initio sciuit, hoc Diuinitatis eius proprium fuit. Alia nostra est ratio: quia enim non sunus cordium cognitores, suspenderē iudicium decet, donec externis signis se prodit impietas, atque ita arbor à fructibus ceneatur.

65 *Et dixit, Propterea dixi vobis quod nemo potest venire ad me, nisi illi fuerit datum à Patre meo.*

C.VI.

66 Ex eo multi eius discipuli abierunt retro, nec amplius cum eo ambulabant.

67 Dixit ergo Iesus ipsi duodecim, Num & vos vultis abire?

68 Respondit ergo illi Simon Petrus, Domine, ad quem discedemus: verba vite eterna habes.

69 Et nos credimus & cognovimus quod tu es Christus Filius Dei viventis.

70 Respondit illis Iesus, Nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus es?

71 Dicebat autem Iudam Simonis Iscariotem: hic enim erat eum traditurus, quem unus es set ex duodecim.

65 Propterea dixi.) Iterum fidem admonet rārum admodum & singulare donum esse Spiritus Dei, ne miremur Euangeliū non recipi paſſim ab omnibus, nam ut ſinistri ſumus interpres, minus honorificē de Euangeliō ſentimus, quia totus illi mundus non ſubſcribit, venit enim nobis in mentem qui fieri poſtū vt ſalutem ſuam maior pars hominum ſponte reiicit. Quod ergo tanta cīl fidelium paucitas, cauſam allignat Chriſtus, quia ad fidem ſua perſpicacia nemo hominum perueniat: omnes enim caecos eſſe donec à Spiritu Dei illuminentur. folios igitur eſſe tanti boni compotes, quos eius participatione dignatur Patet, nam ſi promiſcia oīnibus hac gratia eſſe, intenſiue & extra rem eius mētio fieret hoc loco. Tenendum eſt enim Chriſti consiliū, non multos Euangeliū credere, quia nonniſi ex arcana Spiritus reuelatione naſcatur fides. *Donandi* verbo hic vitur pro eo quod prius dixerat *Trahere*: quo ſignificat non aliam nos trahendi cauſam Deo eſſe niſi quia gratiuit nobis fauet, quod enim conſequimur ex Dei dono & gratia, nemo ſibi propria induſtria comparat.

66 Ex eo multis discipulorū.) Nunc recitat Euangelista quanta perurbatio concionem illā ſequuta ſit. Eſt autem hoc horribile portentum quod tam benigna & comis Chriſti in uitatio alienare multorum animos potuerit, praefertim qui prius illi non en dederant, adeoque familiares erant eius discipuli. Sed hoc exemplum nobis quāli ſpēculi vice proponit, in quo cernamus quanta sit mundi p̄rauitas & ingratitudi, qui ex ipſa via planicie ſcandali materiam ſibi ſtruit ne ad Chriſtum accedat. Dicerent multi ſatus ſuiſſe non moueri eiusmodi ſermonem, qui defectio nis cauſa multis ſuit: ſed longe aliter nobis flattuendum eſt. Nam quod de Chriſto p̄adictum fuerat, in eius doctrina perſpici tunc oportuit, & nunc quotidie oportet, eum ſcilicet lapidem eſſe offenditionis. Sic quidem temperanda eſt nobis doctrina, nequāli noſtra culpa offenda uos. quoad fieri poſtē retinendi ſunt nobis omnes, denique cauendum ne inconsideratē loquendo, rudes vel infirmos turbemus. ſed nunquam adhiberi tanta cautio poterit quin multis ſcandali occaſio ſit Chriſti doctrina: quia reprobi exitio deuoti ve nenum ex cibo falſaberrimo, & fel ex melle ſugunt. Certe quid vtile eſſet, optimē tenebat Fi lius Dei: videmus tamen eum non eſſugere quin multos ex ſuis offendat. Ergo vt cunque multi abhorreant à pura doctrina, ſupprimere tamen eam ſas non eſt. Tantum meminerint Ecclesiæ doctores Paulinæ admonitionis, verbum Dei re ētē ſecondum effictum deinde per quāuis offendicula intrepide pergant. Quod si multos defice re contingat, ne ideo minus ſapiat nobis verbu m Domini quia reprobus non atridet: nimis enim delicati ſunt ac molles quos defectio quorundā ſic percellit vt illis cadentibus ſimil labafacit. Quām addit Euangelista non amplius ambulaffet

cum Chriſto, ſignificat non plenam fuſſe apostoliā, fed tantū quod ſe à Chriſti contubernio ſubduxerint. dannat tamen eos quaſi apoftatas. Vnde diſcedū est non poſte nos latum pedem retrocedere quin proclivis ad perfida abnegationem lapsus nos maneat.

67 Dixit ergo Iesu duodecim,) Quia grauitter concuti poterat Apoftolorū ſides, quoniam ſe ex magna turba reſtare tam paucos vidērent, Chriſtus ſermonem ſuum ad eos conuerit: docētque non eſſe cauſam cur ſe aliorum leuitate & incōſtantia abripi finant. Nam dum eos r̄agat nunquid veſtī ipsi quoque diſcedere, ad conſirmāndi eorum fidem facit. dum enim ſe illis proponit apud quem maneat, ſimil hortatur ne ſe comites adiungant apoftatis. Et certe ſi in Chriſto fundata erit fides, ab hominibus non penſebit, neque vñquam vacillabit, etiamſi celum terrae miſceri videat. Ac notanda eſt circumſtantia, quod Chriſtus omnibus ferè diſcipulis priuatis, folios duodecim retinet. qualiter Iefaios prius iuf. Ief.8.16. fuſſe fuerat teſtimoniū ligare, & legem obſignari in diſcipulis. Talibus exemplis doceatur vnuſquisque diſidelium, etiamſi neminem ſocium habeat, Deum ſequi.

68 Respondit ergo ei Simon Petrus,) Omniū nomine hic Petrus, ſicut alibi, responderet: quia idem erat omniū ſeſlus, niſi quod in Iuda nihil erat ſyn cerū. Porro huius respōſi duo ſunt membrā: cauſam enim adducit Petrus cur libenter vñ cū ſuis fratribus acquiecat Chriſto: quia eius doctrinam ſibi ſalutarem ac viuificare eſſe ſentient. Deinde fatetur, quoconque ſe conferant eo reličto, nihil preter morte eſſe reliquū. Quoniam dicit verbū vita, genitiuſ loco epitheti ponitur, quod Hebreis frequens eſt. Inſignis porro Euāgelij encionium, quod nobis vitam eternam miniftrat, ſicut Paulus teſtatur eſſe Dei potentia in ſalutē omni crenenti. Continet quidē & Lex vitā: ſed quia mortis eternae reatu tranſigereſſoribus deuuntiaſt, non poſte aliud quam occidere. Longe aliter nō bis in Euangeliō vita offertur, dum videlicet gratis nos ſibi Deus reconciliat, peccata non iniuriādo. Ceterū nihil hic vulgare de Chriſto p̄adicit Petrus, quoniam eum habere dicit vita eterna, verba: ſed hoc vni illi vendicat tanquam proprium: vnde ſequitur illud ſecondum quod nuper attigi, ſimilaque à Chriſto diſceſſuni eſt, vbi que præter mortem nihil eſſe refiduum. Quare omnes qui eo magiſtro non contenti ad hominum comenta tranſuolant, manet certus interitus.

Rom.1.16.

69 Et nos credimus,) Verba ſunt præteriti tēporis, ſed poſſunt reſoluī in tēpus p̄aſens: atq. id ad ſenſum non multum interest. Porro his verbiſ ſidei ſumma breuiter Petrus cōpletūt. Sed videtur confeffio haec nihil ad p̄aſtentē cauſam facere: quoniam enim de mandanda Chriſti carne motha fuerat. Reſpōdeo, etiamſi non protinus aſſequiti ſint duodecim quicquid doceatur Chriſtus, ſatis tamen eſſe quod pro ſidei ſuę modulo ſalutis

Ief.1.14.

2.Tim.2.
16.

salutis authorē fatentur, sēque per omnia illi subiiciunt. Credendi verbum priore loco ponitur, quia recte intelligentiē initium est fidei obediēti: nō fides ipsa verē mentis oculus est. Verū continuo pōst notiā subicitur, quā fidem ab eroneis falsisque opinionibus discernit. credunt enim Turcæ & Iudei & Papistæ, sed nihil norūt neque tenent. At fidei annexa est cognitio, quia nobis certè & indubitate constat Dei veritas, non qualiter apprehenduntur humana scientia, sed dum eam cordibus nostris Spiritus oblignat.

70 *Respondit ess Iesus.*) Quum omnibus Christus respondeat, hinc colligimus omnes ex ore Petri loquitos esse. Porro Christus hic vnde cī Apostolos instruit & armat contra nouum scandalum, quod iam instabat. Fuerat hæc graui Sathanæ machina ad quatidē eorum fidē, quā ad tam paruum numerū redacti essent: sed eos Iudei lōpus penitus examinare poterat, nam quoniam fuerū ille numerus à Christo delectus esset, quis vñquā putasset ex eius integritate quicquā posse decerpī. Perinde igitur valer illa Christi admonitio ac divisa est, S. si ex magna caterua duodecim reliqui es sis. si fidē vestrā non labefecit multorum infideles, spirare vos ad nouum certamen: nā hæc manus quāvis exigua, adhuc vno homine minuetur. Quod Christus dū decimū à se electos dicit, non re-

fertur ad xternum Dei consiliū: (neque enim si rī potest ut quisquam eorū excidat qui præordi- nati sunt ad vitam) sed quā delectū efficit ad munus Apostolicū, pietate & sanctimonia præ aliis excellere ipsos dicebat. Ergo Elelos pro eximis & à vulgo fregatis posuit. *Diabolus e.*) Non dubium est quin Iudam maximē detestabilēm hoc nomine reddere voluerit. falluntur enim qui vocis atrocitatē extendaunt: & certe qui tam sanctū munus profanāt, eos uō possimus satis execrari. Angelī vocentur doctores, qui legi uione sua pro bē fungūt. Iure ergo Diabolus censetur qui in ordine auctoritatis tam honorificū, sua perfidia & sceleris degenerat. Est etiā alia ratio, quod Deus in reprobus & sceleratos ministros Satana plus iuri & licentiā permittit quām in quoquis alios ex plebe homines. Quare si diabolicus furor eos agitat qui in pastores electi erant, vt similes sint feris belluis ac portentis, adē hinc vilescere nō debet ordinis dignitas vt patruis nobis cōmēderetur, quād eius profanationē sequitur dira vltio.

71 *Dicebat autem Iudas.*) Tamen sibi male conscius erat Iudas, non legimus tamen suis se commotum, adē stupidi sunt hypocrita & vulnera sua non sentiuntur: coram hominibus vero frontis sunt adeo ferrea vt se optiniat quibusque praeserte non dubient.

CAPUT VII.

1 **E**T ambulabat Iesus post huc in Galilea: non enim volebat in Iudea ambulare, quia quererent Iudei cum occidere. Leuit. 23.
34.

2 *Instabat autem dies festus Iudeorum, Tabernaculorum fixio.*

3 *Dixerunt ergo ei fratres sui, Transfiri hinc & abi in Iudeam: ut & discipuli tui videant operata tua quae facis.*

4 *Nemo enim in occulto quicquam facit, & quae sit manifestus esse. si h. ec facis, manifesta te ipsum mundo.*

5 *Quaeque enim fratres eius credebant in ipsum.*

6 *Dixit ergo illus Iesus, Tempus meum nōdum adest: tēpus autem vestrū semper est paratū.*

7 *Non potest mundus odire vos: me autem odit, quia ego testificor de ipso quod opera eius misera sunt.*

8 *Vos ascendite ad diem hunc festum: ego nondum ascendo ad diem hunc festum, qui a tempore meum nondum impletum est.*

1 *Et ambulabat.*) Non videtur Euangelista continuari historiam texere, sed eligere ex diversis temporibus quæ memorata digna erant. Dicit hic versatim esse ad tempus in Galilæa, qui apud Iudeos nusquam tuta erat statio. Siquis abscondi esse ducit quod latebras quæsierit Christus, qui nutu suo frangere & irritos reddere poterat omnes hostium conatus: prompta est solutio, quod scilicet imposita sibi à Patre personæ nemor, intra hominis fines se continere voluerit. accepta enim serui forma se extinxiuit, donec Pater eum extolleret, humano itaque more fugit periculum. Siquis obiciat, quoniam tempus mortis suæ præfixum teneret, non fuisse fugiēdi causam, prior illa solutio huc quoque aptè quadrat. se enim vt hominem gerebat periculis obnoxium, quare in media discrimina temere irrumpe non debuit. Quid de nobis apud se statuerit Deus non est nostrum attendere in subeundis periculis, sed quid nobis mandet ac præscribat, quid feras & postuler nostrum officium, qualis instituenda vitæ legitima sit ratio. Ceterum ita pericula Christus declinavit vt tamen ob officij cursu ne latu quidem vnguem defleceret: quor-

sum enim vitæ incolumentis nisi vt ferniamus Dominum? Caudendum itaque semper ne propter vitam vivendi causas perdamus. Quod autem contemptus Galileg angulus holopitium Christo prebet: quem ferre nequit Iudei, hinc perspicimus quām non semper in precipiis Ecclesiæ sedibus pietas eminet ac Dei timor.

2 *Intrapabat autem dies festus.*) Tamen si nihil affirmo, probabile tamen est secundo post Baptismū Christi anno hoc accidisse. De hoc festo die cuius meminit Euangelista, plura nunc dicere nihil attinet, in quem finem & usum mandatus fuerit Moses docet Leuit. 23. neimpe vt annuo ritu in memoriam retrouarent Iudei, patres suos annis quadraginta sub tabernaculis vixisse, quā domibus carent, vt ita celebrarent liberatiois gratiam. Suprà autem diximus duplē Christo tuissim causam cur Hierosolymā venire ad dies festos: quia scilicet Legi subiectus, vt ab eius servitudo nos omnes redimeret, ex eius observatione nihil pretermittere voluit: deinde quia in hominum frequentia & extraordinario confluxu melior erat promouendi Euangelij opportunitas. Nunc autem sic Christum in secessu

Cap.

Galilææ quieuisse narrat Euangelista, quasi Hierosolymam venturus non esset.

VII. *3 Dixerunt ergo ei fratres.*) Hoc nomine comprehendunt Hebrei cognatos omnes & consanguineos, in quocumque sunt gradu. Ab illis derisum fuisse Christum refert, quod lucem & celebritatem fugiens, in obscura & ignobili parte Iudeæ lataret. Dubitari tamen potest an eos impulerit ambitio ut Christum inclareceret euperent. Ut hoc demus, contemptum tamen eos illudere palam est, quia non putant eum ratione & consilio agere: inquit stultitiam illi exprimunt, quia quum velit aliquid esse, sibi dissidens non audeat prodire in hominum conspectum. Quum dicunt, *Vt et discipuli tui videant, non tantum domesticos intelligunt*, sed quos sibi passim ex tota gente acquirere solebat. Subiungunt enim, Tu omnibus vis notus es, & interea latentes. *Sed hec facit.* Hoc est, si aspiras ad tantam magnitudinem ut omnes te prædicent, fac ut in te veritas omnium oculos. Et mundum opponunt pacis hominibus, inter quos sine honore degebat. Potest aliud quoque sensus dici. Si hoc facis, hoc est, quum tanta virtute sis prædictus ut famam tibi miraculis conciliies, noli ea perdere. nam quicquid à Deo tibi datum est, frustra hic confunis, vbi nulli sunt testes ac estimatores idonei. Hinc perspicimus quam sit in reputandis Dei operibus hominum sociorum: nunquam enim sic loqui suissent Christi cognati, nisi luculenta Divinitate eius virtutis specimen, quæ cum summa admiratione debuerat suspicere ac revereri, quasi pedibus calcasset. Quod de Christo hic audimus, quotidie videntur, ut filii Dei plus molestiae propinquæ exhibeat quam extranei: sunt enim Satane organa, quæ nunc ad ambitionem, nunc ad auaritiam sollicitat qui Deo purè ac fideliter seruire cipiunt. Sed Christus tales Satanas acriter repellens, suo exemplo admonet non esse stultis fratum votis obsequendum.

5 Negue enim fratres.) Hinc colligimus quam nihil sit carnalis propinquitas: perpetuam enim infamiam notam Spiritus inurit Christi cognatis, quod tamen operum testimoniorum coniuncti, ne tum quidem credebant. Ergo, ut at Paulus, quisquis

2 Cor. 5,17 Galat. 6,1. in Christo censeri optat, sit noua creatura. nam qui se totos Deo addicunt, patris & matris & fra-

9 Hec autem quam dixisset illis, mansit in Galilæa.

10 Quum autem ascenderint fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum non palam, sed quasi in occulto.

11 Iudei ergo querabant eum in die festo, ac dicebant, Vbi est ille?

12 Et murmur multum de ipso erat in turbis: hi quidem dicebant, Bonus est: alij autem dicebant, Non, sed seducit turbam.

13 Nemo tamen palam loquebatur de eo propter metum Iudeorum.

9 Mansit in Galilæa.) Hic ab una parte Euangelista sub oculis nobis statuit Christi cognatos, qui Dei cultum vulgari more prece serunt, sed tamen impius sunt amici, atque ideo securè ambulant ab altera parte Christum ipsum, qui mandando excolunt, claram in urbem venit, donec officij necessitas illum cogit aperte se ostendere. Quod si nihil miseriens est quam à Christo diuelli, maledicta pax, quæ tanta inmercede constat ut Christo renuntiemus.

11 Iudei ergo querabant eum.) Hic considerandum est qualis fuerit Ecclesiæ status. nam Iu-

trum locum apud Christum obtinet, alios à se profus abdicant. Quo magis ridicula est Papistarum supersticio, qui in virginem Mariam, posthabitum omnibus aliis, solum fanguinis honorem effert, quia non reprehensa ab ipso Christo fuerit mulier quæ ex media turba clamabat. Beatus vetus qui te gestauit, & vbera qua te lactarunt. Respondit enim Christus, Quin potius beati qui audiunt verbum Dei.

6 Tempus meum nondum venit.) De tempore mortis falsò quidam interpretantur, nam tempus profectionis sue notat. Atque in hoc se à cognatis differre testatur quod illi liberum est ac impunè licet omnibus horis coram mundo prodire, quia mundum sibi amicum ac propitium habeant: ipse autem sibi meritò timeat, quia mundum infestum habet. Significat autem his verbis eos perperam de te nota consilium dare: deinde carnales protinus esse arguit, quum eos dicit non posse odio haberi à mundo. nam pax mundi impio in vita & omne malorum genus consenserit redimenda est.

7 Me verò odit, quia testificor.) Mundus hinc pro hominibus non renatis accipitur, qui ingenium suum retinent. Quicunque ergo nondum sunt Spiritu regeniti, eos sibi aduersarios esse Christus promuntur. Et cur? Eo quod dannet ipsorum opera. Quod Iusti iudicio Christi acquisierimus, fateri necesse est totam hominum naturam adeò vitiosam ac peruersam esse, ut nihil inde recti, nihil sinceri, nihil boni oriri queat. Eni sibi placeat quisquam nostrum quandiu apud se manet. Iani dicit Christus se odio haberi quia testetur mundi opera mala esse. Significat non posse Euangelium ritè predicari quin totus mundus ad Dei tribunal reus citetur, ut ita conteratur & in nihilum redigatur caro & sanguis: iuxta illud, Spiritus quum venerit, arguet mundum de peccato. Simul hinc discimus tantam esse hominibus ingenitam superbiam, ut sibi in suis viis blandiantur ac plaudant. Neque enim reprehensi excandescerent, nisi nimio sui amore cœci sibi adularentur in propriis malis, inquit in hominum viis præcipuum & maximè extitale est fastus & arrogancia. Solus Spiritus nos mansuetat, ut reprehensiones placide feramus, adeoque nos sponte offeramus Euangelij gladio maestandos.

Infrā 16,8.

dei illo tempore tanquam famelici promissæ redemptio inhibabant: tamen quum illis appareret Christus suspensi hærent, hinc confusum illud murmur & varijs sermones. Quod clanculum susurrant, signum est tyrannidis quam sibi sumpferant Sacerdotes & Scribe. Horribile certè exemplum, quum illa eo tempore unica fuerit Ecclesia in terris, hinc nobis proponi velut confusum, & informe chaos. Qui prestant pastorum loco, metu & terrore oppresum tenent populum: in toto corpore fœda, valetas & tristis dissipatio. Per Iudeos, prospicuum plebem intelligit, que iam

iam à dñobis annis ad audiendum Christum as-
sueta,eum requirit quādo ex more non appetet.
Nam quā dicunt,Vbi est illē?notum hominem
non designant. & tamen vox ista ostendit non
fuisse hactenus serio affectos, & semper ambi-
guos pendere.

12 *Murmur multum.*) Significat vbiunque
turmatim se homines aggregabant (vt fieri solet
in magnis conuentibus) clácularios sermones de
Christo habitos fuisse.Differens qua hic refertur
indicio est non eis nouū hoc malū, vt varia sint
de Christo hominum iudicia,etiam in medio Ec-
clésia finū.Sicuti autem Christum recipere non
dubitamus, qui pridem damnatus est à maxima
gentis sua parte: ita nos eiusmodi prædicti ini-
nitos esse decte,ne hodiernis disdidiis turbemur.
Deinde quanta sit in rebus Diuinis hominum te-
meritas spectre licet,in minimo negotio non i-
ta sufficien̄t licentiosi: at vbi de Filio Dei & sacro-
sancta eius doctrina vertitur quæstio , exemplō
iudicium præcipitant.Quo maior nobis seruanda
est moderatio, ne inconsiderata vitam nostram
cum æterna Dei veritate damnemus.Quod si pro
impostoribus nos mundus habet, meminerimus
hęc esse Christi stigmata, modo interim re ipsa-
nō p̄flemeus veraces.Ostendit preterea hic lo-

cis, in magna multitudine , etiam vbi corpus i-
psum confutum est, semper esse aliquos recte sen-
tientes: sed pauci mentis bene compotis à malis
infans obruuntur.

13 *Nemo tamen palam loquebatur.* Iudeos hic
vocat primores, penes quos erant gubernacula.
Tanto illi ardebat Chrliti odore, vt veibum nul-
lum sieri sinerent in utramque partem: non quod
eos male haberet quibuslibet probris cum lace-
rari sed quia nullum videbant melius compen-
dium quam si sepultum obliuione esset eius no-
men.Sic hostes veritatis postquam experti sunt
truculentia sua nihil se proficeret,nihil magis cu-
perent quam suppressam esse eius memoriam id-
que vnum moluntur.Quod metu subacti silebant
omnes, id tyrannicum prorsus fuit, quemadmo-
dum prius dixi.Nam vt in statu Ecclesiæ bene or-
dinato locum non habet effrauen̄t licentia, sic vbi
metu compressa tenetur omnis libertas , vt vocē
nemo mittere audiat,miserrima est conditio. At
que eo clarior & admirabilior enituit Christi
virtus, quod sibi inter hostes armatos , & furiosos
coram odiis, & in tanti formidabili dominio sibi
audientiam faciens, pleno (quod ait) ore verita-
tem assuerit.

14 *Festō autem die iam dī midio, ascendit Iesus in templum, & docebat.*

15 *Etim: ab int̄ ludei, d̄cētes, Quomodo hic liecas nouis, quām non didiceris?*

16 *Respondit ill̄ s̄ Iesus, ac dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.*

17 *Siquis vulnererit eius voluntatem facere, cognoscet de doctrina utrum ex Deo sit, an ego à m̄ ipso loquar.*

18 *Qui à sc̄ip̄lo loquitur , gloriam propriam querit: qui vero querit gloriam eius qui misit
eum, hic verax est, & iniustitia in eo non est.*

19 *Nonne Mōses dedit vobis Legē, & nemo ex vobis facit Legem? quid me queritis in-
terfiscere?*

14 *Ascendit in templ.*) Nunc videmus non
sic timuisse Christū vt suis partibus decesset, nam
hęc illi moræ causa fuit, vt in celeberrimo con-
uentu habere concessionem posset. Interdum igit
periculis cedere fecit: sed nulla bene agendi
opportunitas negligi vel omitti debet. Quod in
templo dacet, facit hoc ex veteri instituto & mo-
re, nam quum Deus tot céremonias mandauit,
populum suum noluit in frigidis & vanis specta-
culis occupari. Ut autem constaret vtilitas,dó-
ctrinam oportuit simul coniungi. Atque hoc
modo externi ritus viue sunt terum spiritualium
imagines,dum formam suam habent ex Dei ver-
bo. Quia autem tunc Sacerdotes ferē muti erant,
Scriba verò suis fermentis & falsis commentitis
adulerabant puram doctrinam, Christus docen-
di munus suscepit: & merito, vt qui summus es-
set Sacerdos: quemadmodum paulo p̄st nihil se
nisi ex Patris mandato aggredi prædicat.

15 *Et mirabantur Iudei.*) Falluntur qui sic ex-
ceptuū fuisse putant Christi sermonem vt in pre-
tio & honore esset. Sic enim mirantur Iudei, vt
contemptus occasione in inde capiente. Nam ea
est hominum ingratitudo vt in æstimandis Dei
operibus sponte sibi semper accersint errādi ma-
teriam. Si Deus vltatis mediis agit & confueta
via (vt loquitur) media hęc quā oculis apparent,
quasi vela, nos impediūt à manus Diuinę confe-
ctu, nihil ergo nisi humanū tunc agnoscimus. Sin
vero insolita Dei virtus & natura ordine ac me-
diis vulgo notis superior resulget, obstupesci-

mus , & quasi somnium evanescit quod sensus
omnes nostros penitus afficere debebat. Nam
(qua est nostra superbia) pro nihilo ducimus cuius-
ratio non appetet.Erat hoc mirabile gratiae &
virtutis Dei specimen , quod Christus à nullo
magistro edocetus, eximia tamen Scripturę intel-
ligentia pollebat: item qui nunquam fuerat disci-
pulus, præstanslimus erat dōctor & magister. At
qui hoc ipso despiciunt Iudei gloriam Dei, quia
eorum captum superat. Proinde hoc exemplo
moniti, maiorem quam pro more Dei reveren-
tiā aū libere discimus in operibus eius consi-
derandis.

16 *Atea doctrina non est mea.*) Quod Iudeis
scandalum erat, Chrlsus quasi scalam potius es-
se admonet , quā sui sui eos eucere debeat ad
cerنendam Dei gloriam: acsi diceret, Quando
videtis doctorem non formatum in schola ho-
minum, Diuinitus eruditum esse agnoscite. Nam
ideo Filiū suum ex mechanica petius officina
prodire voluit caelestis Pater quām ex scribarum
scholis, quo magis conspicua esset Euangelij origo, ne quis in terra fabricatū putaret, vel homi-
nem quempiam fingeret esse eius autorem. Sic
& Chrlsus Apostolos rudes ac idiotas sibi de-
legit , ac triennio passus est subtilere in crassa
ignorantia , vt momento uno eloctos , quasi
nouos homines adeoque Angelos ē celo dela-
plos, proferret. Interea ostendit Christus unde pe-
tenda sit spiritualis doctrinæ aut ritas, nempe a
solo Deo. Quod autem doctrinam quā Patrī est,

VII.

suam esse negat, in eo caput auditorum respicit, qui nihil de eo altius sentiebant quām hominē esse. Ergo per concessionem ita diuersus à Patre haberi patitur ut nihil tamen proferat nisi ab ipso mandatum. Summa est, quod Patris nomine docet, non esse hominis, nec profectum ab homine, vt impunē contemni possit. Videmus quo argumento autoritatem conciliat sua doctrina, nempe ipsam ad Deum autorem referendo. Videlicet etiam quo iure & qua ratione audiētiam sibi postuleret: nempe quia missus sit à Patre dōtor. Horum igitur vtrumque habeat oportet quisquis docendi munus usurpat, & sibi fidem vult haberi.

17. *Si quis voluerit.*) Occupatio qua contrarias obiectiones anticipat, nam quām illic multos aduersarios haberet, cuius promptum fuisset obſtrēpere, Quid tu nobis Dei nomen iactas, à quo te prodidisse non agnoscimus? Quid axioma istud nobis obtrudis? quod tibi minimē concedimus? nihil te docere nisi ex eius iussu? Excepit ergo hic Christus, rectum iudicium manante extimore Dei & reverentia: ideo si animos habant ad timorem Dei compositos, facile agnitorū an verum sit nécne quod prædicat. Quid simul illos obliquè perstringit, nam vnde sit ut discernerē nequeant, nisi quod recta intelligentia caput ipsos deficit, pietas felicet & studium obsequandi Deo? Sententia hæc in primis notata digna est, Aſſiduè nobis infidatur & Satan, & vndique tendit laqueos, vt suis fallaciis nos capiat. Hic nos Christus ad caendum optimè præmunit, ne quibus eius imposturis sumus vñquam obnoxij: nempe si parati sumus in Dei obsequium, minimē illum nobis defore quin Spiritus sui luce affulget, vt discerne-re liceat inter veritatem & mendacium. Nihil ergo aliud nobis obſtat quominus recte iudicemus, nisi quod indociles sumus ac præfici, ac iuſtam nostrā hypocriticos pœnā futilinemus quo-ties nobis: Satan illudit. Sic Moses admonet, quā

Deut. 13.3. emergunt pseudoprophetae, tentari nos ac probari à Domino: quia nūquam fallentur qui recte erūt corde. Hinc appetit quām pei peram & stulte hodie permulti, dum errandi periculum metuunt, hac trepidatione fese impediunt ab omni descendi studio: quasi frustra dictum sit, pafſate, & aperietur vobis. Nos potius, si Deo toti in obsequium sumus addicti, Spiritum discretionis ab eo nobis datuni iri ne dubitemus, qui pei petuus sit dux ac dicator. Si alii fluctuari libet, sient tandem quām vani sint ignorantiae sue prætextus. Et certe quicunque hodie hésitant, & dubitationem suam fovere malunt quām legendo vel audiendo feriò inquirere vñiam sit Dei veritas, eos in generalibus principiis securè Deum contempnere videmus. Dicit hic se pro mortuis precari, quia ingenio suo diffisus, quod de Purgatorio committi sunt peruersi homines, damnare non audeat: interea licentiores sibi scortari permittet. Ille negabit sibi tantum esse accusinis vt inter puram Christi doctrinam & adulterina hominuin figura distingue posse: in terim ad surandum vel peierandum satis habebit. Denique omnes isti Sceptici, qui dubitationis velut in obdendum in rebus hodie controuerſis, manifestum Dei contemptum in rebus minimē obscuris produnt. Itaque nō est quod miremur à paucissimis hodie recipi Euangelij doctri-

nam, quām rārū sit Dei timor in mundo. Ceterū in his Christi verbis continetur vera pietatis definitio, quam scilicet ad sequendam Dei voluntatem ex animo parati sumus: quod facere nemo potest nisi qui se proprio ſentū abdicaret. *An ego à me ipſo loq.* Notandum quomodo iudicium fieri velit Christus de quavis doctrina, nam quā à Deo est, eam sine controuerſia vult recipi: quae autem est ab homine, eam liberè repudiari patitur. Solam enim hanc notam qua inter doctrinas discernere conueniat, ponit.

18. *Qui aſcipio log.* Hactenus docuit non alia causa cæcire homines nisi quā nō regūt Dei timore: nunc alteram quoque notam apponi: in ipsa doctrina, unde cognoscere liceat ſitne Dei an hominis. nam quācunque Dei gloriam illuſtrat, sancta est & Diuina: quācunque autē hominum ambitioni ſeruit, & eos offerendo obſcurat Dei gloriam, non modū nihil fiduci meretur, ſed acriter reſici debet. Nunquam igitur errabat qui ſcopum ſibi proponet Dei gloriam: nūquam ſpecie recti hallucinabatur qui ad hanc quālī Lydiū lapidem exiget ac probabit quod ſub Dei nomine affertur. Hinc etiam monemur neminem fidelter obire poſte doctoris munus in Ecclesia, niſi qui ambitione vacuus, vnum hoc ſibi agēdum ſumet, vt totis viribus promoueat Dei gloriam. Quām dicit in ſtatim in eo non ēſſe, ſignificat nihil prauum vel fucatum, ſed agere quod probo & ſyncero Dei ministro dignū est. *Lylus Lapis.*

19. *Nonne Moſes.*) Non refert Euangelista continua ſerie habitum à Christo fervorem, ſed tantum capita rerum breuiter decerpit quā ad ſummam totius rei faciūt. Accenſi in eius odium fuerant Sacerdotes & Scribi quād paralyticum ſanasset: hoc ſe Legis zelo facere profibuntur. vt hypocrisi eorum refellat, argumen-tum ſumit non à re, ſed à perſona. Quia enim licentioſe omnes ſuis vitiis indulgent acſi nulla lex illis vñquā ſuiſſer cognita, inde colligit nullo eos legis amore vel ſtudio tangi. Non ſufficeret quidem hæc defenſio ad probandam cauſam: nam vt demus eos falfum colorē inducere & prauo & iniuſto odio, non tamen ſequitur recte feciſſe Chriflum ſiquid præter Legis præſcriptum commiſſi: neque enim ab alienis peccatis petenda eſt culpa noſtrā leuatio) ſed Christus duο membra hic coniungit: priore compellat hoſtiū ſuorum conſciencias, & quām ſe Legis patronos ſuperbē iſtarent, laruum hanc iſpīſis detrahit: nam exprobrat quād ſibi permittat violare legem quotieslibet: itaque legē illis non ēſſe cura. Deinde ad cauſam iſpīſi deſcendit, ſicut mox videbimus, ſic conſta ſuis partibus plena & ſolida defenſio. Ergo huius membra ſumma eſt, nullum eſſe Legis zelum in eius contemporibus. vnde infert Chriſtus aliunde impelli Iudeos ad tantam rabien-tem ipſum interficere cupiunt. In hunc modum extrahendi ſunt impij ex suis latebris, quoties Deum & ſanam doctrinam oppugnant, pio ſe affectu hoc agere ſimulant. Qui hodie acerrimi ſunt Euangelij hoſtes, & maximē strenui vindices Papatus, nihil habent ad fauorem magis plauſibile quām quād zeli ardo-re incitant: ceterū ſi excutiat eorum vita, omnes turpibus ſtititiſ ſtigtiſ operti palam Deo illidunt. Quis in Papæ curia crassum Epicuriſhūm regnare nescit? an ita vere-

Mat. 7.7.

cundē

cuncte facilitatem suam tegunt Episcopi & Abbes, ut aliqua religionis species appearat? Monachi etiam & similes rabulæ nonne sic ad omnem nequitiam, ad libidines, avaritias, & qua-

- 20 Respondit turba, & dixit, *Demonium habes, quis te querit interficere?*
- 21 Respondit Iesus, & dixit illis, *Vnum opus feci, & omnes miramini.*
- 22 Propterea Moses dedit vobis Circumcisionem (non quod ex Moysi sit, sed ex Patribus) & Sabbatho circumciditis hominem.
- 23 Si Circumcisionem accipit homo Sabbatho ut non soluatur Lex Moysis, mihi irascimini quod totum hominem sanum fecerim Sabbatho?
- 24 Ne indicetis secundum aspectum, sed rectum iudicium indicate.

20 *Demonium habes.*) Perinde valet ac si dixissent, Tu infans, fuit enim trita inter Iudeos loquutio, qui in hac doctrina exercitati erant, infestari a diabolo homines dum in furorem a-guntur, vel dum illis mens & ratio adempta est. Et sane sicuti lenes & moderata castigations paternæ sunt Dei ferule, ita vbi durius & severius nos tractat, non videtur manus sua nos percutere, sed potius adhibere diabolum carnissem & iræ sua ministrum. Cæterum turba simplici animo Christum obiurgat: neque enim vulgo nota erant Sacerdotum consilia. Stulti ergo isti homines infanx tribuant quod se Christus ad mortem captari conqueritur. Hinc docemur, sollicitè caendum esse ne sententiam feramus de rebus incognitis: verum si quando ab imperitis nos temere damnari contingat, patienter Christi exemplo deuoranda est huiusmodi indignitas.

21 *Vnum opus feci.*) Nunc personis valere iussis, de re ipsa tractare incipit, demonstrat enim minimè cum lege Dei pugnare quod edidit miraculum. Quod dicit se vnum opus fecisse, sensus est, se vniuersitatem criminis recum agi, vel in vno tantum opere reprehendi, quod Sabbatho hominem sanasset: illos autem singulis Sabbathis plura opera eadem aut proorsus similiis quam faciant, non vocare illa in crimen. nullum enim Sabbathum piateribat quin multi in Iudea infantes circunciderentur. Hoc exemplo factum suum defendit: quanquam non simpliciter rationcinatur à simili, sed est maioris & minoris comparatio. Hoc simile habent Circumcisio & sanatio paralytico, quod vtrunque erat diuinum opus: sed hoc secundum præstantius esse Christus contendit, quia beneficium ad totum hominem extenditur. Porro si hominem à corporali tantum morbo sanasset, non valeret comparatio: Circumcisio enim, que ad animæ sanitatem spectat, plus haberet excellentiæ. Christus ergo spiritualem miraculi fructum cum externo beneficio corpori præstito coniungit, itaque integrum hominis salutem Circumcisio in merito præfert. Posset etiam esse alia compa-

rationis ratio: nempe quod Sacramenta non semper vim & effectum presentem habeant: ipse autem Christus esificaciter operatus sit in sanando paralytico. Sed priorem illam expositionem magis amplectitur, quod maligne & caluniosè Iudei opus improbent, in quo magis reluctat Dei gratia quam in Circumcisione, cui tantum honoris deferunt ut per eam Sabbathum minime violari putent. Admiratio de qua loquitur significat murmur illud exortū ex Christi facto: quia auctor fuisse purabant plusquam fas erat.

23 *Propterea Moses.*) Illatia particula non videtur quadrare: ita nonnulli διὰ τὸν accipiunt pro διὰ τὸν sed eorum opinioni Graeca syntaxis repugnat. Simplicius itaque interpretor, Circumcisio ita fuisse mandata ut Sabbathis quoque necessarius foret eius symboli usus. Propterea, inquit, quasi diceret inde illis fisisse monstratum non violari cultum Sabbathi diuinis operibus, ut Christus Circumcisio exemplum ad presentem causam accommodet. mox tamen correptione viritur quum dicit, Moses non fuisse primum Circumcisio ministerium. Sed hoc illi fatis erat quod Moses tam severus Sabbathi exactior, iusserat tamen octauo die circumcidere infantes, etiam si in Sabbathum incidierat.

24 *Ne indicetis.*) Postquam defensionem absolvit, obiurgatione etiam vitetur, quod prauis affectibus abcepisti, ex te & causa iudicium non faciunt. Circumcisio apud illos iustum reverentiam obtinebat, quoniam Sabbathi fieret sciebant Legem non violari, quia Dei opera inter se rite consentiant, cum non idem statuerint de Christi opere, nisi quia conceptum ex persona prædictorum illorum mentes occupat? Ergo nunquam rectum erit iudicium nisi quid ex veritate rei foretur, nam simul per personæ prædilecta in medium, oculos & finis in se concertum, ut veritas protinus euangelizat. Hic admonitus cum in omnibus causis & negotiis valere debet, tum vero plusquam necessaria est vbi de cœlesti doctrina agitur: nihil enim magis præclive est quam ab ea nos hominum odio vel contemptu alienari.

- 25 Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitanis, Nonne hic est quem querunt interficere?
- 26 Et ecce palam loquiuntur, & nibil illi dicunt, An forsitan vere nouerunt principes quod hic sit verè Christus?
- 27 Sed nouimus unde hic sit: Christus autem quoniam veniet, nemo cognitus est unde sit.
- 28 Clamat ergo Iesus in templo, docens, & dicens, Et me nostis, & nostis unde sum: & à meipso non veni, sed verax est qui misit me, quem vos non nostis.
- 29 Ego autem noui eum, quia ab ipso sum: & ille me misit.
- 30 Quarebant ergo eum comprehendere: & nemo misit in eum manum, quia non dum venerat hora eius.

Cap.
VII.

25 *Quidam ex Hierosolymitanis.*) Quibus scilicet confert etant principum insidie, & qui siebant quantopere inuisus esset Christus. nam prouiscuum vulgus (vt paulo ante visum est) hoc pro somnio aut delirio habebat. Ipsi ergo, qui norunt quām impotenti aduersus Christum odio si grāt gentis sue primores, non frustra mirantur, illis quiescentibus Christum in templo non modō palāti versuri, sed liberē etiam concionari. sed in eo peccat quod in miraculo prorsus diuino non reputant Dei prouidentiam. Sic carnales homines quoties insolitū aliquod cernunt Dei opus, mirantur quidem, sed nulla divinæ virtutis consideratio illis interior in mente subit. Atqui nostrum est prudentius expendere Dei opera: præsertim quum impij omnia machinando Euangelij cursum non impediunt ut cuperint, certò statuendum est irritos esse eorum conatus, quia Deus opposita manu sua eos difficiat.

27 *Sed nō uimus unde hic sit.*) Hic videmus nō modō quanta sit hominum cæcitas vbi iudicandum est de rebus diuinis, sed hoc illis virtutis ferè esse innatum, vt ingeniosi sibi ad struenda sibi obficiula quo minus ad veri notitiam perueniant. Sæpe quidem astra Satanae occurunt scandala quæ plorofque à Christo arceant: verū si plana esset ac æquabilis via, quisque sibi scandalum fingeret. Quandiu alieni à Christo sufficiunt principes, sola eorum incredulitas huic turbæ obstat: nunc sublato illo impedimentoo, nouam sibi causam communiscentur ne ad fidem accendant. Imò quum principum exemplo par ester eos moveri, adeò non sequuntur quod rectum est vt in priuino gradu sponte impingant. Ita scilicet desicere mox solent homines qui bene exori si erant, nisi Dominus ad extrellum usq; eorum progressus dirigat. Porro argumentum quo se impediunt tale est: Christi originem iognotam fore Prophetæ testati sunt: noninus au tem unde hic prodierit: non est ergo pro Christo h. bendus. Hinc monemur quām exitialis res sit Scripturas lacerare, adeoque Christum ipsum, vt dinidia tantum sui parte censeatur. Deus liberatorem ex semine Davida promisit: atqui passim hoc sibi munus tanquam sibi proprium vindicat. Ergo Deum in carne manifestari oportuit, qui Ecclesiæ suæ redemptor esset. Sic Michæas locum designat vbi nasciturus sit Christus. Exte, inquit, Bethlehem dux exortetur qui regat populum meum. Sed continuo post alterum egesium excelsiore, idēque reconditum & arcuum prædicat. Miseri autem isti homines dum nihil in Christo respiciunt nisi quod despiciunt subiacet, temere colligunt non eum esse qui promissus fuerat. Sic igitur humilem in carne Christum intueri discaimus vt hac quæ ab impiis despicitur humilitas, nos ad cælestem eius gloriam euehat. Ita Bethlehem, vbi nasci debuit homo, ianua nobis erit qua ad aternū Deum ingredi licet.

28 *Clamabat ergo Iesu.*) Acerbis verbis in eorum teneritatem inuehitur, quod superbè sibi in falsa opinione placentes, à veri notitia se excluderent, acsi dicere, Vos omnia cognoscendo nihil tandem cognoscitis. Et certè nulla est deterior pestis quam quum homines sic inebrati tantillæ quem habent scientia fiducia vt securè reuiant quicquid ab eorum sensu discrepat. Iro-

nice loquitor quum dicit, *menoſis, & noſis unde ſim.* *Ame ipſo non veni.* Opinionib; ab illis falso concepta opponit quod verum est: ac si dicere, Dum habet s; delicos in terram oculos, putatis me quoque totum illis subiectum: itaque me quali ignobilem terzū filium contemnitis. atqui Deus testabitur ē cælo me venisse, proinde vt cunque repudier a vobis, Deus me verè esse suum agnoscat. *Deum veracem* appellat eodem sensu quo Paulus fidelem: Si increduli sumus ^{2. Tim. 2.} (inquit) ille fideli manet, abnegare ſe ipsum nō potest: ſcopus enim eſt, nihil ex Euangelij fide, vtcunque ipsum labefactare conetur mundus: quantumvis Christo detrahant impij, manere tamen eum integrum: quia Dei veritas ſolida & ſui ſimilis ſemper manet. Contemni ſe Christus videt: adeò non cedit vt magnificè potius velata eorum arrogantia insultet, apud quos nihil habet preiū. Hac inuidia & heroica magnitudine fidèles omnes præditos effe decet. Imò fidēs noſtra nunquam ſtabilis ac firma erit, niſi impiorum proteruiam, dum in Christum infuriant, ludibrio habeat. Præſertim verò pios doctores hoc præſidio ſietos pergere in afferenda ſana doctrina conuenit, etiam toto mundo reluatante. Sic Jeremias ſponsorem ac vindicem ſuū appellat Deum, quia tanquam impoſtor damnatur: *Decepili me Domine,* inquit, & *decepitus sum.* Sic Iefas vnde caluiniis & probris obrutus, ad hoc aſylum configit, quod Deum habiturus ſit cauſa ſue approbatore. Sic Paulus ^{Ier. 20. 7.} ^{Ief. 4. 18.} oppreſlus iniquis iudicis, ad diem Domini prouocat omnes, tumultuant mundo opponere unum Deum ſatis habens. *Quem vos non noſis.* Significat non mirum eſt si notis Iudeis non fit, qui Deum ignorant: nam hoc eſt recte ſapiendi initium, in Deum recipere. Dei notitiam ſibi tribuens, significat ſe non temere in tantam confidentiam efferri: & exemplo ſuo admonet non eſt leuiter ingerendum Dei nomen, vt de patrone ac vindice cauſa noſtre gloriem. Sunt enim multi plus ſatis audaces in iactanda Dei autoritate. itnō phreneticis, qui pro Dei oraculis commenta ſuū venditant, nihil ad repudianda omnium hominum iudicia promptius & animoſis ſuū potest. Sed his Christi verbis doceatur à ventoſis & futileſi confidentialia in primis cauendum effertur verò de numeris fortiter refiſtendum eſſe hominibus vbi prop̄ comperta nobis eſt Dei veritas, qui autem ſibi certo conſcius eſt Deum à parte ſua ſtare, non eſt cui inſolentia crimen metuat, totam mundi altitudinem calando.

29 *Quia ab ipſo ſum.*) Nonnulli duo haec membra ſic diſtinguunt ut prius ad diuinam Christi eſſentiam referant, alterum ad munus illi à Patre inuinctum, cuius obeundi gratia carnem naturaliſque humana inuidit, quod tamē ſe ieiucere non audeo, neſcio tamē an ita argutè loqui voluerit Christus. Fator quidem cælefem Christi exortum inde poſſe colligi, ſed aduersus Arrianos haec aternæ eius diuinitatis non ſatis firma eſſet probatio.

30 *Quarebant ergo eum comprehenſi.*) Non decreta nocentia voluntas, imo ne conatus quideſt, & vires ſuppetebant, cur ergo in tanto ardore quāli pedibus & manibus ligatis torpent? Euangeliſta responderet, *qua nondum Christi hora a venerat,* quo admonet, Christum contra illorum vim & furiosos im-

fos impetus Dei præsidio tectum fuisse. Et simul occurrit crucis scandalus : quia non est cur turbemur quum audimus non pro hominum libidine abreptum fuisse Christum ad mortem: sed quia Patris decreto in tale sacrificium destinatus erat. Atque hinc colligenda est vniuersalis doctrina: nam vt in die viuauius, mortis tamen hora cuique constituta est apud Deum. Res difficilis creditu, quod tot fortuitis casibus obnoxij, tot hominum ferarumque iniuriis & insidiis expositi, tot obsessi moribis,

si mus tamen extra omnem periculorum aleam, nisi quin euocare nos Deus volet. Sed cum dissidentia nostra luctandum : ac primùm quidem tenenda est doctrina qualem hic audimus: deinde finis quo spectat, & exhortatio quo inde ducitur, vt scilicet curis omnibus in Deum projectis, quisque vocationi sua inseparata, nec ullo metu reuocetur ab officio. nemo tamen finis suos transiliat. Neque enim prouidentia Dei fiducia ultra progredi fas est quam Deus ipse præcipit.

31. *Multi autem ex turba crediderunt in eum, & dicebant, Christus quem venerit nunquid plura signa facies quam hic facis?*

32. *Audierunt Pharisæi turbam murmurantem haec de eo: & miserunt Pharisæi & sacerdotes ministros ut comprehenderent eum.*

33. *Dixit ergo illis Iesus, Adhuc paululum temporis vobis sum, & vado ad eum qui me misit.*

34. *Queretis me, & non inuenietis: & ubi ego sum vos non potestis venire.*

35. *Dixerunt ergo Iudei inter se, Quod hic iturus est quod nos non inueniemus eum? an in disperditionem Graecorum iturus est, & docturus Graecos?*

36. *Quis est hic sermo quem dixit, queretis me, & non inuenietis? & quod ego vado, vos non potestis venire?*

31. *Multis autem ex turba.)* Videri poterat concionatus esse Christus apud surdos & penitus obstinatos: dicit tamen Euangelista sequutum fuisse aliquem fructum. Ergo vt cunque alij frement, alij rideant, alij calunniarent, exoriantur variae dissensiones: non tamen inutilis erit Euangelij prædicatio. Ideo spargendum senem, & patienter sustinendum donec temporis succelus fructus se proferat. Ceterum credendi verbū hinc impropriè sumitur, quia pendebant ex miraculis potius quam doctrinā inveniebantur, neccdu per se erant tenuis Christū: sed quia ad ipsum audiendum cōparati erant, & ei tanquam magistro dociles præbebant, talis fidei preparatio vocatur fides. Ergo quod exiguum boni affectus scintillam tam honorifico titulo Spiritus dignatur, id nos animare debet ne fidem quantumuis exiguum Deo acceptam fore dubitemus.

32. *Audierunt Pharisæi.)* Hinc apparet Pharisæos, quasi in excubis locati essent, ad omnes occasiones intentos fuisse ne Christum emerge-re linerent. Priore loco eos Euāgelista solos nominat: deinde Sacerdotes illis adiungit, quorum ipsi pars erant. Non dubium est quin, vt præcipui haberi volebant Legis zelotæ, acrius reliquis omnibus se Christo oppulerint. Verum quia soli pares non fuisse opprimendo Christo, negotiū detulerunt ad totum Sacerdotū ordinem. Ita qui inter se alioqui dissidentebant, vno iam consenserunt Satanæ auspiciis inter se conspirant aduersus Dei Filium. Ceterum quum tantus Pharisæorū ardor & tam anxia sedulitas fuerit pro tyrannide sua tuenda & corrupto Ecclesiæ statu, quanto nos feruentiores esse debet in afferendo Christi regno? Non minus hodie insana est Papistarum contentio ad extingendum Euāgeliū. Hoc interea pessimum est, quod saltem suo exemplo studia nostra non accunt, vt animosius in piæ sanæque doctrinæ patrocinio sudemus.

33. *Adhuc paululum.)* Sūt qui existimēt sermonē hūc ad præsentē populi cœtū haberi: alij vērō ad ministros qui misi ad capiendū Christum

fuerant, sed mihi non dubiu est quin hostes suos propriè compellent Christus à quibus initum per dendī eius consilium fuerat. Derider enim eorū conatus, quod frustra omnia moliantur, donec tempus à Patre decretū aduenerit. Et interim cōtumaciam illis exprimat, quod oblatā sibi gratiam nō modò respuant, sed furiosè quoque op-pugnant: & simul eam breui auferandam minatur. Quoniam dicit vobiscum sum, eorum ingratitudinem perstringit, quod quū illis a Patre datus es-set, quū ad eos descendisset è cælesti gloria, quū familiariter illos ad se inuitans nihil magis cu-peret quam ipsi adesse, pauci tamē erat qui eum admitteret. Quū dicit adhuc pusillum tenoris, admonet nō diu pulsurū Deum: vt tamē cōtemptui exposta sit sua gratia. Intercea vero signifcat neque vitam neque mortem suam eorum arbitrio subiectam esse, sed constitutum sibi eile à Patre tempus, quod imm̄leri oporteat. vado ad eum qui me misit. His verbis testatur se morte ne quaque extinctū iri: quin potius vbi mortale corpus exuerit, se magnifico resurrectionis triūpho declaratum iri Dei Filium: ac si diceret, Satagit quantum in vobis est: nunquam tamen efficiet quin Pater me legatione iniuncta perfundū in celestem suā gloriā recipiat: itaque nō modò integer mihi status manebit post mortem, sed longè excellenti conditio mihi tunc parata est. Ceterum hinc colligenda est generalis ad monitio: nobis enim adest Christus quoties in spem salutis per Euāgeliū prædicatio nos vocat. Nam Ephes 2.d. 17. Euāgeliū prædicatio non frustra vocatur Christi ad nos descentus. Si manus ab ipso porrectam apprehendimus, ipse ad Patrem nos ducere: & quandiu peregrinandum nobis erit in mundo, non modò propinquum se nobis ostenderet, sed in nobis perpetuo habitabit, quod si illius præsentiam negligimus, nihil illi decederet: sed à nobis discedēs, à Deo & vita prorsus alienos nos relinquat.

34. *Queretis me.)* Querebant illi Christum ut interficeret, hic Christus in ambigua verbi significacione ludit: quia mox futurū erat ut alio modo

Cap.
VI.

eum quererent, nempe ut miseriis suis ac perditis in rebus aliquid opis aut solatij invenirent. ac si diceres, Molesta nunc vobis est ac intolerabilis exigui temporis praesentia: sed breui continget, vt me frustra queratis: quia non corpore tamum, sed virtute etiam procul remotus, vestrum interitum est celo spectabo. Sed potest hic queri qualis ista fuerit querendi Christi ratio, quum satis constet de reprobis Christum loqui, qui ad extreum usque in reiciendo Evangelio obstinati fuerunt. Nonnulli ad doctrinam referunt: quia Iudei iustitiam operum perperam sequendo minime consequuntur sint quod volebant. Plures de Messiae persona accipiunt, quod Iudei redacti ad extrema, Redemptorem frustra implorauerint. Ego autem simpliciter anxios impiorum gemitus hinc notari interpreter, dum necessitate coacti, ad Deum utique respicunt. Sed tunc quoque querendo non queruntur. Nam incredulitas & peruvacia eos quasi obseratis cordibus a Deo arceret. Cuperent quidem Deum adesse liberatorem: sed impotentia & duritia cordis sui viam sibi obstruunt. Exemplum habet.

Gene. 27. nūs in Esau, qui ob eruptam sibi primogenituram non merore tantum afficit, sed fremens

38. Heb. 11.

17. ac frenedes in furioso indignationem prorumpsit. Sed interim adeo procul abest à recta querenda benedictionis via, vt tunc se maximè ea indignum reddat. Sic Deus in reprobis gratia sue contemptum vlcisci solet, vt vel atrocibus paenit afflitti, vel miseria sua sensu consticti, vel compulsi in alias angustias, querantur, clamant, euident: sed nullo profectu: quia semper sui similes eandem quam prius ferociam intus alunt: neque ad Deum feruntur, sed potius eum mutatum vellent, quando abolare nequeunt. Hinc discans us maturè excipendum esse Christum, vbi se quasi presentem silit: nec eius fru-

di occasio nobis effluat, quia si semel clausa fuerit ianua, frustra ingredi tentabimus. Querite Iesu. ss. 6. Dominum, inquit Iesaias, dum inueniri potest: *Ibid. 49.* inuocate eum dum propè est. Sedulo itaque occurrere Deo conuenit, dum adest tempus beneplaciti, sicuti alibi loquitur idem Prophet: quia nescimus quandiu nostram socordiam laturus sit Deus. In verbis istis, *Vt ego sum, non potestis venire*, tempus praesens loco futuri ponitur.

35 *Quo hic iuris est?* Hoc consultò Euangelista addidit, vt ostenderet quantus fuerit populi stupor, ita impij non modo surdi sunt ad audiendam Dei doctrinam, sed horribiles quoque iniinas ludibundi prætereunt, quasi aliquid fabulosum audirent. Non in natum loquutus erat Christus de Patre, ipsi autem in terra subdidunt, nec aliud cogitant quām migrationem in regiones longinquas. Græcos Iudeis vocari transmarinas gentes, latus notum est, non tamen intelligent Christum ad incircuncis. sventurum, sed ad Iudeos qui per varias mundi plagas dissipati erat. Nam *Dissensionis* nomen indigenis cuiusque loci, & qui incolunt natale solum, non quadraret: Iudeis autem profugis & exilibus optimè conuenit. Sic Petrus epistolam suam priorem *metamorphosis, diacones, Ponti, Galatia, &c.* inscribit. Et Iacobus duodecim tribus *etiam diacones* constitutas salutem, quę loquatio sumpta est ex Mose & Prophetis. Ergo sensus verborū, Nun hic mare trahicet vt se ad Iudeos conferat, qui habitant in mundo nobis incogniti? Et fieri potest vt Christum hoc ludibrio vexare voluerint, Si hic est Messias, an regni sui sedem in Grecia figet, quoniam Deus terram Chanaan proprium illi domicilium assignaverit? Verum utique res habeat, videmus severa Christi denuntiatione nihil fuisse commotus.

37 *Porrò ultimo die, qui maximus erat dies festi, stetit Iesus & clamauit, dicens, Siquis fecit, veniat ad me, & bibat.*

38 *Qui credit in me, quemadmodum dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluunt aquæ viventis.*

39 *Hoc autem dicebat de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. nondum enim erat Spiritus sanctus, quia Iesus nondum glorificatus erat.*

37 *Vltimo die.* Hic primò notandum est, nullis hostiis vel iniustis vel machinationibus territorium suis Christum vt ab officio deficeret: quis potius vñà illi cum periculis creuisse animi magnitudinem vt fortius pergeret. Hoc & temporis circumstantia, & frequentia populi, & clamandi libertas testantur, quoniam manus vndeque sibi intentas esse sciret, nam probabile est tunc ministros ad exequendum imperium suis per patos. Notandum decide non alio quam Dei praefidio fretum stetisse contra tam violentos eorum conatus qui omnia poterant. Nam quæ alia ratio afferri potest, cur post instructam ab illis ceterum celebrerrimo die, in medio templo, vbi quæ rū regnum habebant, concionatus fuerit Christus, nisi quod illorum rabiem Deus cohibusit. Nobis tamen hoc ipsum valde vtile est, quod Evangelista Christum pleno ore clamantem inducit vt ad se veniant quicunque sitiunt, nam hinc colligimus non vnum aut alterum tenui & obscurum fusuro innitari, sed ita omnibus promulgari hanc doctrinam vt nemine lateat, nisi qui

vltro aures obturans, altum & sonorum clamorem non admittit. *Siquis fecit.* Hoc men. bro omnes hortatur ad bonorum suorum participationem, modò propriæ inopia sibi confici iuarii cupiant. Nam omnes quidem sumus inopes, omniumque bonorum vacui & indigi: sed non omnes ad querendum remedium sumi lat inopia sue sensus. Hinc fit vt multi pedem non mouentes, in misero defectu tabescant: in dò pet multos sua vacuitas non afficit, donec Dei Spiritus igni suo fameni & stimul accendat in illorum cordibus. Ergo Spiritus officiū est facere vt suā gratiā appetantius. Quantum verò ad praesentem locum spectat, hoc principiō tenendum est, non alios ad obtinendas Spiritus divitias vocari à Christo nisi qui illarum desiderio esulant. Scimus enim acerrimum esse tormentum sitis, vt robustissimi quique & patientissimi omnium laborum sunt tamen tamen deficient. Sicuties tamen inuitat potius quam famelicos: vt metaphoram continetur qua postea vctetur in nomine Aquæ & verbo Bibendi, vt inter se respondeant omnes oratio-

Iesa. 55. 1. orationis partes. Nec dubito quin ad Iesaiam locum aliud sit. Omnes sicutentes venite ad aquas. Nam quod illic Deo tribuit Propheta, in Christo de omnibus necesse fuit impleri: licet rursum id quod ecceinit beata virgo, quod plenos & laturos inanes deuittat. Ideo recta ad te veniam eubet. ac si diceret, se vnum esse qui huius omnium explende fulsicit: falli autem & frustra labore quicunque alii unde vel minimum tuis fux leuaniem petunt. Et bibat. Hortacioni additor promissio, eti si enim hoc est hortandi verbum, promissionem tanDEM in se continuat: quia testatur Christus non te aridum ac siccum esse cisternam, sed fontem inexhaustam, qui large & vberius potum omnibus suppeditat. Vnde sequitur non iritum fore desiderium, ut ab eo expectamus quod nobis deest.

38 Quicquid me.) Vemendi ratio hic ostenditur: neque quod fidei, non peribus accedere conueniat, immo venire nihil aliud est quam credere, si tamen credidi verbum recte definitas, que nunc modum prius dictum est. In Christum nos credere dum cum a amplectitur qualcum se in Euangelio proponit, virtute, sapientia, iustitia, puritate, vita, & omnibus Spiritus donis referuntur. Ceterum promissionem quam nuper attigimus, hic clarius & plenius confirmat: docet enim plenam copiam sibi suppetere, quoniam ad litteras resicit. Est quidem latius dura in specie metaphorae, quam fluvios aquæ viæ est ventre fideliū fluxuros esse dicunt: tamen minime dubius est, quod nihil spiritualium bonorum in quantum defutatum sit creditibus. *Aquam* viuam nominat, cuius scaturigo nūquam arescit, nec desinit continuus fluxus. *Flumos plurali* numero vocari interpretor multiplices Spiritus gratias, quæ ad spirituali eminenteriam vitam necessariae sunt. In summa, hic tam perpetuas donorum Spiritus quām affluentia nobis promittitur. Quidam de vestre credentium *aqua* fluere intelligunt, quem is qui spiritu donatus est per teum ad fratres suos deriuat, ut mutua esse debet inter nos communicatio. Sensus tamen mihi superius videtur, quod quisquis in Christum crederet, fonte in vita quasi in se surientem habebit. quineadmodum supra capite quarto dicebat Christus, Qui biberit ex aqua hac non sities vniquam nam quum ordinarius potus sitim non nisi ad breue tempus restinguas, Christus fide nos haurire dicit Spiritum, qui fons sit aquæ salientis in vitam eternam. Neque tamen sic primo die fideles Christo fatores esse doceret ut postea non esuriant neque fruantur: quin potius Christi fructu nouum eius desiderium accedat. sed sensus est, Spiritum instar viui & semper irrigati fontis esse in creditibus, quemadmodum & Paulus ad Romanos capite octavo, testatur ipsum esse in nobis vitam, quanvis adhuc in reliquo peccati mortis materiali circumferamus. Et sane quum quisque pro fidei sua mensura donorum Spiritus compofiat, non potest in hac vita solida eorum plenitudo constare. Verum sic fideles in fide proficiendo subinde ad nova Spiritus incrementa aspirant, ut primitiæ quibus imbuti sunt illis ad vitæ perpetuitatem sufficiant. Sed hinc etiam

monentur quam exiguis sit fidei nostra modus, quom vix guttatione in nobis distillentur. Spiritus gratias, que nullus fluminus præflueret in iustum Christo locum daretur: non est, tides nos eius capaces redderet. *Quemadmodum dicit Scriptura.* Quidam hoc restringunt ad superius membrum: alij ad posterius: ego autem ad totum orationis complexum extendeo. Deinde, meo iudicio, non designat hic Christus certum aliquem Scripturæ locum, sed testimonium ex communis Prophetarum doctrina sumit. nam quoties Dominus Spiritus fui abundantiam promitteret, eam aquis viuis comparat, præcipue respicit ad Christum regnum, & eo dirigit fideliū mētes. Ego omnia de aqua viuis vanitatem suam in Christo completemus habent: qui ipse vnuis recte nōdros Dei thesauros nobis afferit, & patefecit. ideo effusæ sunt in eum Spiritus gratia, ut de plenitudine eius omnes hauiantur. Dignus ergo lunus qui interfereat per eum qui tam benignus ac comiter à Christo vocatus, huc & illud vagantur. *Dicebat de spiritu.* Interduum Aquæ nomen Spiritui tributum ob munditiem, quia eis est purgare fordes nostras: sed in hoc loco & sumis bus dissimilis est huius loquitionis ratio: quod scilicet omni vita succo & humore destitutum, nisi quum nos Spiritus Dei vegetat, & nos arcet, quasi vigore irrigat, est autem lyneodochie, quia omnes vitæ partes sub una voce Aquæ comprehenduntur. Vnde etiam colligimus, quicunque Spiritu Christi regentur non sunt pro mortuis habendos cultu, quacunque vitæ larua se facient. *Nondum enim erat Spiritus.* Scimus eternum esse Spiritum: sed Euangeliista illum Spiritus gratiam, quæ post Christi resurrectionem effusæ fuit in homines, quandiu sub humili serui forma versus est Christus in mundo palam exitus negat. Et comparatiæ quidem loquitur sicuti quo nō opponitur *Testamentum Veterum*, Deus Spiritum suum sibi libus promittit, ac si nunquam eum Patribus dedisset, iam tunc certè primitias Spiritus accepterant discipulitatem unde fides nisi à Spiritu? Ergo non simpliciter negat Euangeliista gratiam Spiritus ante Christi mortem piis fusile exhibitan, sed nondum ita illustrem & conspicuum tunc fusile ut postea futura erat. Est enim hoc præcipuum regni Christi decus, quod Spiritu suo Ecclesiam gubernat. Atqui iustam & quasi solennem regni sui possessionem tunc adiit quum electus est ad Patris dexteram. Non mirum ergo si plenariam exhibitionem Spiritus ad illud tempus distulit. Superest tamen vna quæstio, num hic visibilis Spiritus gratias, an vero regenerationem intelligat, quæ adoptionis est fructus. Respondeo, in donis illis visibilibus, tanquam in speculis, Spiritum apparuisse, qui aduentu Christi promisus fuerat: proprium tamen in hic agi de virtute Spiritus qua renascitur in Christo, ac efficiuntur nouæ creaturæ. Quod ergo nunc Christus ad Patris dexteram gloriösus summique imperij maiestate prædictus sedet, nos in terra inopes & incium ac proprie inane bonorum spiritualium iaceamus: tarditati & angustiis fidei nostra impunitandum est.

40 Multi igitur ex turba quum audirent hunc sermonem, dicebant, Hic est verè Propheta.

41 Alij dicebant, Hic est Christus. Alij autem dicebant, Nunquid ex Galilæa Christus venturus est?

42 Nónne Scriptura dicit quod ex semine Davidis, & ex oppido Bethlehem, unde erat

Cap. David, venturus sit Christus?

VII. 43 *Dicitum itaque in turba fuit propter ipsum. Porro quidam ex ipsis volebant comprehendere eum: sed nemo iniecit in eum manus.*

40 *Muli igitur ex turba.)* Iam recitat Euangelista quis postrema illius concionis fructus extiterit: neque quod aliis aliud sentientibus, dis fidium exortum sit in populo. Notandum est Iohannem de professis Christi hostibus non loqui, vel qui sanæ doctrinæ odio iam imbuti essent: sed de vulgo hominum, vbi maior integritas esse debuerat. Tres autem enumerat species. primi Iesum fatebantur verè Prophetam, vnde colligimus non abhorruisse ab eius doctrina: sed rursù quam leuis & fruola fuerit hæc confessio inde appetet quod doctorem probantes, quidnam tamen sibi velit & quid loquatur nec intelligent nec gustant. Christum enim non poterant verè tanquam Prophetam amplecti, quin simul Filium Dei & salutis suæ autho. em agnoscerent. Hoc tamen habent boni, quod aliquid in Christo Diuinum sentiunt, quod in eius reuerentiam ipsos inducit. nam ab hac docilitate facilis deinde esse poterat in fidei transitus. Recipiunt secundi, qui plenè fatentur Christum esse: sed alij contraria insurgunt: vnde nascitur confitens. Quo exemplo monemur non debere nobis hodie mirum videri si variis certaminibus inter se homines scindatur. Audimus schismata ex Christi sermone fuisse ortum, neque id inter gentes à fide alienas, sed in media Christi Ecclesia, & quidem in prima Ecclesia sede: an propterea Christi doctrina, aci turbaram materia esset, in crimen trahetur? Imò, vtunque tumultuetur totus mundus, tam pretiosa est Dei veritas, vt optrandum sit fatem à paucis recipi. Quare non est quod labefact nostræ conscientiæ dum videamus etiam eos qui censeri volunt in Dei populo , inter se variis opinionibus certare. Quanquam simul notandum est dissidia priopriæ originem non habere ex Euangelio. neque enim solidus hominem consenserit esse nisi in certaina veritate.

45 *Venerunt ergo ministri ad Pontifices & Phariseos, atque hi dixerunt illis, Cur non adduxistis eum?*

46 *Responderunt ministri, Nunquam sic loquutus est homo, ut hic homo.*

47 *Responderunt ergo eis Pharisei, Nunquid & vos seducti estis?*

48 *Num quippe ex Principibus creditit in eum, vel ex Phariseis?*

49 *At qui turbabat quæ non nouit Legem, sunt maledicti.*

50 *Dixit illis Nicodemus, is qui nocte a deum venerat, quem unus esset ex illis,*

51 *Nunquid Lex nostra iudicat hominem, nisi audierit de ipso prius, & cognoverit quid faciat?*

52 *Responderunt & dixerunt illi, Num tu quoque ex Galilea es? scrutare & vide quod Propheta ex Galilea non surrexit.*

53 *Et profectus est quisque in domum suam.*

45 *Venerunt igitur.*) Hic cernere licet quam cæca si impiorum arrogantia: magnitudinem, quæ excellunt in mundo, sic mirantur & adorant ut ius & fas superbe calcare non dubitent. Siquid autem non succedat ex voto, libenter cælum terræ miscerent. Dum enim querunt impij Sacerdotes cur non adductus sibi fuerit Christus, eosque potentiam suam extollunt ut nihil imperio obstat debuerit.

46 *Nunquam sic loquutus est.*) Fatentur isti solo se Christi verbo fractos & domitos, nec ta-

tem. Quod ergo pacem inter se coluit qui Deum ignoravit, id ex stupore magis quam ex vero consensi prouenit. In summa, quæcumque dissidia emergunt quin prædictatur Euangelium, eorum causa & lemen prius in hominibus latebat: sed tunc demum quasi ex somno expergefacti se mouere incipiunt: qualiter vapores aliunde quam à sole procidentur, quanvis nonnulli ex riente sole emergant.

41 *Quoniam ex Galilæa.*) Ne temere Christū reuocere viderentur, Scriptura testimonio se amant: quod tametsi perperam torquent aduersus Christum, habuit tamen aliquam veri speciem. In eo tantum falluntur quod Christum Galilæi faciunt. Sed vnde hæc ignorantia nisi ex contemptu enim grauati fuissent inquirere, Christus illis vitroque titulo insigniis apparueret, natus ex Bethleheim, & filius Dauidis. Sed tale est nostrum ingenium: in rebus minutis ignarus est nos pudet, in regni cælestis mysteriis plusquam securè stertimus. Notare eriam ope ræ p̄cipuum est, istos ad quærendum prætextum, quo se à Christo auertant, sedulos esse & industrios, qui alioquin ad capescendam famam doctrinam mirè tardi erant & hebetes. En quomodo soleat homines ex Scripturis ipsis, quæ ad Christum nos manu ducunt, sibi oblataculum struere ne ad Christum accendant.

43 *Quidam ex ipsis.*) His verbis significat Euangelista non modo contemptum ab illis fuisse Christum, sed impia eius reictioni coniunctam fuisse levitatem & nocendi libidinem: vt semper crudelis est superstitione. Quod autem irriti fuerunt eorum conatus, Dei prouidentia acceptum referri debet, quia enim Christi hora nondum venerat (vt prius dictum est) Patris sui fretus præsidio ac teat, periculis omnibus fuit superior.

men propterea resipiscunt, nec legitimum tribuunt verbo honorem. Si verum est nunquam sic loquutum esse hominem, cur non diuina vis quam sentire coacti sunt, eorum corda sic affectit ut se totos Deo addicerent? Sed ita scilicet impleri oportuit illud Iesaiæ, Prosternet impium Spiritu oris sui. Quinetia postea videbimus ut sola Christi voce confusi qui eum ad mortem quererant non fecerunt ac malleis percussi ceciderint retrorsum. Discamus ergo tantæ Christi doctrinæ vim subesse ut impios quoque terreat: sed quum hoc illis

illis cedar in exitium, danda opera est ut mollia-
nunt potius quam frangantur. Atqui plurimi ho-
die cernimus ministris illis nimium sumiles, quos
tamen Euangelio doctrina in sui admirationem
inuitos rapit, adeo tamen non se Christo subi-
ciunt, ut in hostium caltris nihilominus mancat.
Alij vero detinores, qui in gratiam impiorum,
doctrinam quam à Deo esse intus conuicti sunt,
quibus posunt probris ~~scđc~~ infamant.

47 *Nunquid et vos seducti?*) Sic ministros
suis increpat ut tamen retineant in obsequio.
Nam his verbis absurdum ac indignum esse si-
gnificant, etiam si torus populus deficit, ipsos
non itare. Videndum autem quo argumento ful-
ti tam superbe Christo insultent. Plebeios tan-
tum (inquietum) & imperitos homines à parte tua
habet: primores & eximius quisque ei sunt ad-
uersi. *Pharisaeos* nominatum exprimit, quia præ-
alis tam scientia quam sanctitatis famam obti-
nebant, ut essent quasi principum principes. Vi-
deretur quidem hæc obiectio aliquid habere colo-
ris: nisi enim praefecti, & Ecclesiæ rectoribus sua
constet authoritas, nihil vnguam rite poterit co-
stitui, nec status etiam bene compositus poterit
diuturnus esse. Scimus quanta sit vulgi intempe-
ries: quare deformis confusio mox iequatur ne-
cessis est vbi cuique quod liber licet. Est igitur ad
moderandum Ecclesiæ ordinem necessarium frä-
num, eorum qui præsunt authoritas. Atque ita

Dei Lege cautum erat, ut siqua excitata esset que-
stio vel controvèrsia, eius cognitio penes summum
Sacerdotem foret. Sed in eo peccant isti quod
summum ius sibi arrogantes, Deo subesse nolunt.
Detulit quidem Deus summum Sacerdoti iudicium:
sed non nisi ex Lege sua pronuntiare eum voluit.
Quicquid ergo authoritatis habent pastores, sub
Dei verbo subsedit, ut omnibus in ordinem coa-
ctis, à summo, vsque ad infimum solus Deus e-
minat. Si pastores officio suo probè & sincerè
fungentes, autoritatem sibi vendicant, hæc erit
sancta & legitima gloriatio: sed vbi absque Dei
verbo nuda humanum authoritas effertur, e-
uanida est ac futilis iactantia. Sæpe autem con-
tingit impios in Ecclesia dominari. Ita cauedum
est nequid tributatur hominibus simulacrum
à verbo Dei discedunt. Hac molestia videnus
Prophetas ferè omnes fuisse vexatos, nam ad ob-
ruendam eorum doctrinam subinde obiicieban-
tur magnifici isti tituli, *Principum, Sacerdotum,*
& *Ecclesiæ.* Isidem hodie armis instruti Pa-
pista non secus ferociunt quām olim Christi &
Prophetarum aduersarij. Est quidem horrenda
hæc cæcitas, quod mortalis homo Deo se oppo-
nere non veretur. Sed hoc insanis adgit eos Sa-
tan quibus pluri est sua ambitio quām Dei
veritas. Nostrum est interea eam verbo Dei re-
verentiam habere, que totum mundi splendo-
rem extinguat, & discutiat inanes eius fumos.
Malè enim nobiscum ageretur si à principum
arbitrio penderet salus nostra: & nimium in-
stabilis esset fides quæ illorum nutu staret vel
cadere.

49 *Turba hæc?*) Prior pars superbia erat quod
sacerdotij titulo freti, omnes sibi tyrannice sub-
iicere volebant. Altera est, quod reliquos despici-
cunt quasi nullius pretij: vt semper in alios con-
tumeliosi sunt quicunque sibi plus iusto placent:
& immodicum nostri amorem sequitur fratrū
despectus. Totam plebem execrabilem esse pro-

nuntiant, qua de causa? Prætexunt quidem Legis i-
gnorantiæ sed aliud suberat, quod scilicet nullam
putabant esse lancitatem nisi in suo ordinе. quæ
admodum hodie dum Papales sacrifici se folos
Ecclesiæ titulo venditantes, laicos (vt vocant) non
secus ac profanos aspernantur. Atqui ut infanam
hanc altitudinem denicit Deus, humiles & con-
teplatos summis quibusque & excellentissimis pre-
fert. Ac notandum est Legis scientiam hic iactari,
non quæ ad pietatem & timorē Dei homines er-
ridunt, sed qualem ipsi habebant, quoniam agit illa
supercilios tamquam soli idonei Legis interpre-
tes responsa darent. Et quidem hoc verum, ma-
ledictos esse quicunque in Lege Dei eadē non
sunt, cuius cognitio non sive sanctificat: sed co-
gnitio hæc non restringitur ad paucos, ut prava
confidentia inflatur, aliorum numero se extingant:
verum communiter ad omnes Dei filios spectat,
ut à minimo usque ad maximum simili in can-
dem fidem obedientiam colligantur.

50 *Dixit illi Nicodemus.* Euangelista Nico-
denum nobis describit quasi hominem medium,
qui neque serio pia doctrinae patrocinium susci-
pere audeat, nec tamen suffit in veritatem op-
primi. Quum dicit eum esse *Quo nocte venerat,*
partim hoc ad laudem eius, partim ad delectus fa-
cit. Nisi amasset Christi doctrinam nunquam ie-
opponere ausus fuisset impiorum furori: sciebat
enim, si quis tantum inferceret, protinus exposi-
tum iri inuidia & periculo. Ergo quod vocem v-
nam, sicut infirmam tactare audet, emicat ex eius
corde tenuis quedam pietatis scintilla. sed quod
non defendit liberius Christum, in eo nimiam
timiditatem prodit. Significat ergo Euangelista
eum adhuc sapere noctis latibulas: nec verum
Christi esse discipulum. Noctu se in ad Christum
veniente dicit, palam verò stetisse inter hos-
tes, & locum retinuisse in eorum castris. Hoc eo
diligenter notandum est, quod multi hoīi diuin
obtundent se Nicodemo esse similes, hac larua
induti, Deo se impune illudere confidunt. Ut de-
mus quod postulant, nihil ipsos differre à Nico-
deno, quid tamen obsecro tale eos exemplum
iuuat? Nicodemus damnandum esse Christum
negat donec auditus fuerit: nempe tantudem
de latrone, de sicario dici possit. Notum enim
ac celebre est illud, Satius esse absolui nocentes,
quam innocentem damnari. Deinde ut Christi
personam leue studeat, doctrinam ipsam re-
linquit ac deserit, quid hic pio & fidelis homine
dignum reperiems? Ergo semen Euangelij,
quod postea fructum tulit, adhuc suffocatum in
eo latebat. Longè utilius exemplum hoc ap-
tabitum in alium finem, Dominum sæpe efficeret
ut doctrina qua perisse videbatur, paulatim oc-
cultam radicem agat, & tandem post longum
tempus gerimen aliquod emittat, primum ab-
ortui simile, deinde viuum ac vegetum sicuti Nico-
deni fideles nouum ex morte Christi & subiunctu
vigore, traxit.

51 *Nunquid tu quoque ex Galilea es?*) Ex Gali-
lea esse dicunt quicunque suavit Christi parti-
bus, idque probris, quasi neminem in facta sua
habere possit nisi ex ignobili Galileæ angulo.
Quod autem tanta violentia feruntur in Nico-
denum, inde appetit quām furioso odio ad-
uersus Christum arderent, neque enim quasi ex
professo defensionem Christi suscepserat, sed
tantum negauerat damnandum esse priusquam

Cap. VII. auditus esset. Sic hodie apud Papistas ne minimum quidem æquitatis signum quispiam dare potest ne Evangelium opprimitur, quin hostes suis perciti hereticum esse exclamat.

53 *Ei profectus est quaque in.*) Sequitur iam mirabilis actionis exitus. Si quis repoter quale tunc fuerit regnum Sacerdotum, quanta rabies, quantus apparatus ab altera parte Christum numerum & inernem nulloque hominum præsidio munitum cogitet: centies de ipso actum erat.

Quod sponte difflit tam valida conspiratio, & omnes illi tanquam vnde maris proprio scipios impetu frangunt, quis non agnoscer manu Dei fuisse dissipatos? Manet autem Deus seper sui similis. Itaq; quoties voler, omnes hostiū conatus discutier, ut omnia habentes ad manū, ad cōfiliū suū exequēdū parati & instructi, rebus ramē infectis discendant. Et nos sapientius experti sumus, quicquid machinati erant hostes ad Euangelū extingendum incredibili Dei gratia irritū mox cecidisse.

CAPVT VIII.

1 **I**ESVS autem profectus est in montem Olinarum.

2 **E**t manū rursum adiuit in templo: & totus populus ad eum venit, & sedens docbat eos.

3 **A**dducunt autem Scribæ & Pharisæi ad eum mulierem in adulterio deprehensem & sistente eam in medio,

4 **D**icunt ei, Magister, hac mulier in ipso actu deprehensa fuit quum adulterium committeret.

Lexit. 10. 5 **I**n Lege autem Moses nobis mandauit ut eiusmodi lapidarentur: tu ergo quid dicas?

6 **P**orro hoc dicebant tentantes eum, ut materiam haberent eius accusandi. Iesus autem coniectus deorsum oculis, digito scribebat in terram.

7 **Q**uoniam autem persistarent interrogando eum, sublati oculis dixit ad eos, qui vestrum imminis est à peccato, primus lapidem in eam faciat.

8 **E**t rursus deorsum apiciens scribebat in terram.

9 **I**lli vero quum audissent, & conscientia arguerentur, exierunt singuli, initio facte à Senioribus usque ad ultimos: ita relictus est Iesus solus, & mulier que in medio stabat.

10 **I**esus autem sublati oculis quum neminem vidisset præter mulierem, ait ei, Mulier, ubi sunt illi accusatores tui? Nemo te condemnavit?

11 **D**ixit illa, Nemo domine. Respondit ei Iesus, Neque ego te condemnabo: vade & ne amplius peccas.

3 **A**dducunt autem Scribæ & Pharisæi.) Satis constat historiam hanc olim Græcis huius ignorantia que noui nulli coniuncti aliunde astutam esse, sed quia semper à Latinis Ecclesiis recepta fuit, & in plurimis vetustis Græcorum codicibus reperitur, & nihil Apostolico spiritu indignum continet, non est cur eam in vnum nostrum accommodare recusemus. Quod dicit Euangelista mulierem à Scribis adduciam esse, significat id autem huius inter eos ex cōposito, vniuersitas in Christum tenderent, Pharisæos nompatim exprimunt, quia in ordine Scribarum præcipui erant. Fuit autem in captando calumnias prætextu nimia eorum improbitas, quam ipsi quoque ore suo produnt, neque enim dissimulant claram se habere Legis præceptum, vnde sequitur malitiosa eis facere quod adhuc interrogant veluti de re dubia. Sed hoc illis consilium fuit, vt Christū ab officio prædicandæ gratiæ discedere cogeret, vt videri posset varius & inconsistens. ideo disertè commemorat damnari adulteras à Mose, vt Christum Legis præiudicio illigatum teneant, neque enim absoluere fas erat quos Lex damnabat. Si Legi subscriberet, videri poterat sibi quodammodo dissimilans.

6 **I**esus autem coniectis deorsum oculis.) Hoc gestu eorum contemptum p̄ræ se tulit. Itaque inservi meo iudicio faciunt qui diuinant hoc vel illud scripsisse. Nec mili probatur Augustini argutia, qui putat notatum fuisse hoc modo Legi & Euangelij discrimen, quia non scriberet Christus in tabulis lapideis, sed in homine, qui

puluis & terra est. Potius enim voluit Christus rem nihil agendo ostendere quā ipsi audientia indigni essent, quēadmodū si quis alio loquente, digito suo lineaes in pariete ducat, vel tergū obvertat, vel alio signo demonstrat ad id quod dicitur seminimē attēdere. Ita hodie quum Satan variis modis nos à recto docendi cursu abducere conetur, multa quā nobis obiicit, contēpī, præterire nos decet. Multis triuolis cauillis, perinde ac spar fis in aērem nebulis, Papistæ quātum in se est nos exagitant. Si in singulis discutiendis anxie se occupent pij doctores, telam Penelopes ordinentur. Tales ergo remora, quā nihil quām Euangelij cursum impediunt, prudenter negliguntur.

7 **Q**uis vestrā immunis est. Hoc dixit ex more Legis: instituit enim Deus vt maleficos & sceleratos suis manibus interficerent testes, secundum quos iudicatum erat: quo maior esset in testimonio religio. Multi enim ad obrueđū peririo fratrem temere profisiunt, quia nō cogitat lethale sua lingua vulnus se afferte. Atque hæc eadem ratio apud istos quanvis perditos caluniatores valuit: quia in rē præsentē adducti ferocios illos spiritus deponunt quibus inflati venerant. Quāquam hoc à Legi præscripto diuersum habent Christi verba, quod illuc simpliciter Deus monebat non esse lingua danū mandū hominem, nisi quem propriis manibus occidere liceret: hic Christus perfectam à testibus innocentiam exigit: ne quis nisi purus & integer omnīq; culpa vacuus crimen in altero vindicandū suscipiat. Quod autem tunc paucis dixit, tanquā omnibus nobis dictum accipere oportet:

oportet ne tempe ut quisquis alium accusat sibi ipse indicat innocentie legem : alioqui non male facta persequimur , sed potius hominum personis sumus infici. Verum interim videtur ex mundo tollere iudicia , ut ne mo scelerum vindicem se proli ter audeat. Quis enim reperietur iudex qui non aliqua in re sibi male conscient sit? quis testis prohibit nulli culpae obnoxius? Videatur ergo testes omnes à foro , & iudices à tribunalis arcere. Respondeo non esse hoc præcium ad simplex interdictum, quo vetet Christus peccatores in corrigendis aliorum peccatis officium suum facere: sed tantum hac voce reprehendi hypocritas, qui plusquam seculi, in modo truces aliorum censores, libi lauti yitatis benignè indulgent. Nemini igitur o. itabunt sua peccata quominus aliena corrigit, & quem opus fuerit, etiam puniri modo rā in se quām in aliis quicquid damnandum est oderit, in hinc fieri initium debet, ut suam quisque conscientiam interroget, & aduersum te testis sit ac index, priusquam ad altos descendat. Ita fiet ut sine hominum odio cum peccatis bellum gerimus.

8. *Et à conscientia arguerentur.*) Hic apparet quanta sit vis māx conscientiae. Quām impij illi hypocriti Christum suis cauillis ciudere in animo haberent, simul tamen ac eorum conscientias vna voce pungit, percussi diffugiunt. Hoc mallo frangenda est hypocritarum superbia, ut scilicet ad Dei iudicium reuocentur, quanquam fieri potest ut pudor illi apud homines incussus plus valuerit quām Dei timor. Est tamen hoc magnum quād se vltro reos facentur, dum confusi diffugiunt. Notanda erit autem circumstantia est quæ mox exprimitur, ut quāque eorum honore alios antecedebat, reatu suo citius tacitum suisse. Atque utrum saltem in Scrib's nostris, qui hodie suam operam ad Christum oppugnandum Papæ venditant, tantum effet verecundia: sed adeo ipsos depuduit ut si gitiis omnibus infames, eo ipso gloriantur quod probrosi impunē esse licet. Porrò simul notandum est quantum à vera poenitentia differat hic peccati sensus quo taciti fuerunt Scriba. Sic enim alicui nos Dei iudicio oportet, ut tamen latebras non captemus ad fugiendum iudicis conspectum, sed potius ad eum deprecande venire causa recta nos conseruamus. *Religatio et Iesu solus.* Hoc effectus spiritus prudentia ut impij frustra tentato Christo celerint. Nec veò dubium est quin futuri simus quibusvis hostiū machinis superioris, si modò regi nos ab eodē Spiritu sinamus. sed ideo sepe opprimi nos contingit quād neglectis eorum insidiis, de capiendo consilio patrum sumus solliciti, aut freti nostra pruden-

tia, minimè reputamus quām necessarium sit nobis spiritus regnum. Solum Christum manifesse dicit, non quod relictus fuit à plebe quam prius docebat: sed quia Scribæ omnes qui adulteriam produxerant, non facerunt illi amplius molesti. Quām dicitur *Materem* manifesse apud Christum, discamus hoc exemplo nihil nobis esse melius quād an eius tribunal reos adduci , modò nos eius iudicio placide & obedienter tradamus.

ii. *Neque ego te condemnabo.*) Non refutatur hic complex Christi absolutione, sed quād mulierem liberam dimiserit: neque mirum, nihil enim sua persona alie aut suscipere voluit. Missus erat à Patre ad colligendas oves perditas ergo vocatio- nis sue memori, mulierem horribatur ad preuentiam, & gratia promissione illa, ut subleuata. Qui hinc colligunt non esse capitali supplicio vindicanda adulteria, eadem ratione concedant necesse est hereditates non esse dividendas, quia Christus se in eō negotio arbitrum inter duos fratres interponere noluit. In dō nullum non scelus eximentur legum pœnis, si adulteris pœna remittitur: tunc enim & cuius perfidie & veneficiis & iugulationibus & furtis aperta erit ianua. Adde quād adultera, quām falsum partum supponit, non tantum furor namen familiæ, sed ius hæreditum legitimum subali creptum ad alienos transferri. Hoc vero malorum caput, quod vxor, que viro ad dicti erat, cum eius dedecore scipsum ad flagitium prostituit, & simul violat sacram Dei fædum, sine quo nulla in mundo sanctitas salua manet. Atqui hæc Papalis est theologia, Christum h̄c loco legem in gratia attulisse, qua detur adulteris impunitas. Et quām Christi gratiam, quāc vbiique nobis commendat Euangelij doctrina, modis omnibus delere concitat ex animis hominum , hac sola in parte gratia legem sonore predican. Cur istud, nisi vt efficien libidine thoroferē omnes impunē contaminē. Hoc scilicet profectū est à diabolico illo cælibatu, ut promiscue scortentur quibus legitima n̄ vxorem habere non licet. Nos verò teneamus sic remitti hominibus à Christo peccata , ut politicum tamē ordinem non subvertat, iudicia & pœnas legibus constitutas non aboleat. *Anaphasis non peccare.* Hunc colligimus quānam gratia Christi sit finis, nempe ut Deo reconciliatus peccator, salutis lux authorem p̄f sancteque viuendo colat. In summa, eodem Dei verbo, quām venia nobis offeratur, simul vocamus ad preuentiam. Ceterū tamē exhortatio hæc in posterum tempus respicit, simul tamen peccatores superioris vita memoria humiliat.

12. *Rursum ergo Iesus illis loquitur eft, dicens, Ego sum lux mundi: qui se sequitur me non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vita.*

13. *Dixerunt ergo ei Pharisæi, Tu de te ipso teſtaris: testimonium tuum non eft verum;*

14. *Respondit Iesus, & dixit illis, Eſi: eſti or de meipſo, verum eft testimonium meum: quia non iudei venerim & quod iturus sim: vos autem non vobis unde venerim, & quod iturus sim.*

12. *Ego sum lux mundi.*) Qui proximam histriam omittunt, hunc Christi sermonem contineant cum illa concione quam ultimo die conuictus habuit. Est autem hoc pulcherrimum Christi elogium dum vocatur lux mundi, nam quāc eti omnes simus natura, remedium proponitur

quo à tenebris eruti & liberati yera lucis simus compotes. Neque vni aut alteri ostertur hoc beneficium , quia se totius mundi lucem Christus prædicat. Neque enim hac generali sententia discrimen solum inter Iudeos & Gentes , sed etiam inter doctos & idiotas , inter eximios

Cap. VIII. & vulgares tollere voluit. Sed primo loco tenuenda est hanc lucis querendæ necessitas, neque enim inquam Christo se illuminandos offerent nisi qui & hunc mundum tenebras esse & se penitus cœcos ante agnoverint. Sciamus ergo, quum lucis obtinende ratio nobis in Christo ostenditur, dico, ut nos omnes cœcitas, & quicquid lucis alibi esse putamus, tenebris ac densa nocti conferr. Neque enim refert Christus quid habeat cum aliis commune, sed hoc sibi proprium ac singulariter vendicat. Vnde sequitur, extra ipsum non scintillam quidem esse verâ lucis. Exit quidem aliqua speciei doris species, sed fulgeti similis, quam nihil quoniam oculos perstringat. Notandum est præterea viam & partes illuminandi non restringi ad Christi personam, quanvis enim procul à nobis abs corporis asperitatem, lucem tamen suam quotidie Euangelij doctrina & arcana Spiritus sui virtute erga nos exerit. Nondum tamen plena lucis huius defutatio nobis constat, nisi discamus Euangeli & Spiritu Christi nos illuminari ut scimus in ipso absconditum esse omnis scientia & sapientia fontem. *Qui sequitur me. Doctrina exhortatio subiicitur, quam promissio mox addita confirmat, nam quum audimus extra errantem periculum esse quicunque se Christo regendos permittunt, incitati nos ad secundum decet: & huc nos quasi portecta manu trahit ipse.* Plurimum quoque valere debet tam amplia ac magnifica promissio, quod sibi per medianas tenebras certam viam fore certi sunt qui in Christum oculos dirigent: neque id ad spatiū aliquod duntaxat, sed donec ad metam pertinetum sit. Nam id sibi volunt verba futuri temporis, quod *In tenebris non ambulabitis, sed habebitis lumen vite.* Eodem pertinet hoc positemus, in quo disertè exprimitur lucis perpetuitas. Quare timendum non est ne in mediis nos itinere deficit, quum perdutus visus ad vitam. Genitius more Hebraico pro epitheto effectum notante capit, acti dixi: *lumen vivificum.* Porrò non nescium est tam crassam errorum ac superstitionum caliginem in mundo gressari, ubi tamen pauci qui in Christum aspiciant.

13. *Dixerunt ergo Pharisei.*) Obiiciunt quod vulgo dicit solet, nemini in propria causa fidem esse habendam. nam *Verum testimonium pro legitimo & fide digno ponitur.* In summa significant temere eum verba perdere, nisi aliunde probatum habeat.

14. *Ego ego testificor.*) Respondet Christus satis fidei & authoritatis esse suo testimonio, quia non sit prius quispiam ex communī hominum grege, sed longe aliam personam festinat. Nam quoniam dicit le scire unde venerit, & quod iterum sit, ita se eximit communī hominum numero. Sensus ergo est, quod in propria causa quisque suspectus est, & legibus cautum est necu in rem suam loquenti credatur, id in Filio Dei, qui supra totum mundum eminet, locum non habere, non enim censeri in ordine hominum, sed hoc privilegio ornatum esse à Patre vt solo verbo omnes homines in ordinem cogat. *Noui unde venerim.* His verbis pronuntiat sibi non esse originem ex mundis, sed à Deo profectum esse: ideoque iniquum esse & absurdum suam doctrinam, quæ Diuina est, subiecti hominum legibus. Sed quia tunc forma serui induitus propter carnis humilitatem illis contemptui erat, simul reuocat eos ad futuram resurrectionis suæ gloriam, quæ Divinitatis prius occulta & incognitæ illustre specimen fuit. Quare non debuit obstatre medius ille status quo' ē unico Dei legato pridem sibi in Lege promisso subiicerent Iudei. Quum scire se dicit, illes vero nescire, significat suæ glorie nihil decidere per eorum incredulitatem. Porrò quoniam nobis idem testatum fecerit, omnes impiorum obloquios & strepitus despicer fides nostra debet, neque enim potest in Deo fundata esse quin summa mundi altitudine longè sit superior. Verum vt sua Euangeliua maiestas apud nos constet, nos in cælestem Christi gloriam semper intentos esse oportet, & sic audiens in mundo loquentem vt ministerius unde prodierit, & quale nunc imperium legatione sua perfundit obtineat. Nam si cuti ad tempus se humiliavit, ita nunc in dextera Patris residet, vt omne genu illi fleatur.

15. *Vos secundum carnem indicatis: ego non iudico quenquam.*

16. *Et si ego iudico, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego & Pater qui me misit.*

17. *Porrò in Lege vestra scriptum est quod duorum hominum testimonium verum sit.*

18. *Ego sum qui testificor de meipso, & testificatur de me Pater qui me misit.*

19. *Dixerunt: ergo illi, ubi est Pater tuus? Respondit Iesus, Neque me nosisti, neque Patrem meum, siue nossetis, Patrem etiam meum utique nossetis.*

20. *Hac verba loquutus est Iesus in gazzophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius.*

15. *Vos secundum carnem.*) Bisariat potest expōni, vel quod ex prauo carnis lux lens, vel quod ex persona intuitu iudicium faciant: nam *Caro interium pro externa hominis specie capitatur.* & sensus vterque huic loco probè conueniet, quia sive dominetur affectus carnis, sive persona intuitus in iudicio valeat, illis neque veritas neque æquitas locum habet. Sensus tamen mihi videtur fore certior, si carnem opponamus Spiritui, vt ideo legitimos ac idoneos esse neget iudices quia Spiritum non habent ducem. *Ego non iudico quenquam.* Hic quoque variant interpres.

Quidam ita distinguunt, quod non iudicet quatenus homo. Alij ad tempus referunt, quod quoniam in terra esset nondum susciperet iudicis munus. Augustinus utraque expositionem adducit iudicium suum suspendens. Atqui prior illa distinctione nullo modo quadrare potest. Sunt enim duo huius sententiae membrorum, quod non iudicet Christus: & si iudicet, firmum sit & authenticum eius iudicium, quia Diuinum est. Itaque prius membrum, ubi se iudicare negat, potius ad loci praesentis circumstantiam restringo. Nam vt melius hostes suos superbiter conuincat, hac copiarione vitur,

vitur, quod sibi licentiam usurpent præpostere iudicandi, & interea ipsum simpliciter docente & abstinentem iudicis partibus ferre nequunt.

16 Et si ego iudico.) Correctio est, ne videatur penitus iure suo cedere. Si iudico, inquit, verum est iudicium meum, hoc est, autoritate in mereatur. Inde vero authoritas, quod nihil agit nisi ex Patris mandato. Loquutio hæc, Non sum solus, exprimere valet ac si negaret se unum quemlibet esse ex hominum numero, sed considerandum cum persona à Patre imposita. Sed cur non potius disertè sibi Diuinitatem asserit, ut verè & merito poterat? Neenam quia sub carnis velo latebat Diuinitas, Patrem, in quo magis conspicuerat, in medium adducit. Huc tamen spectat oratio, ut Diuinum censeatur quicquid agit ac docet.

17 Porro in Lege vestra.) Posset infirmum prima specie videri argumentum, quod nemo in propria causa testis admittitur. Sed memoria tenendum est quod iam dixi, Christum scilicet eximi debere à vulgo hominum: quia neque homo sit priuatus, nec priuatum suum negotium trahet. Quod se diuersum à Patre facit, in eo se auditorum captui accommodat, sicut pro officij ratione, quia tunc Patris erat minister: id est que eum sibi totius doctrina authorem statuit.

19 Vbi est puer tuus?) Minime dubium est quia per ludibrium de Patre quæsierint, præterquam enim quod pro solito fastu contempnit ab illis exceptum fuit quod de Patre dixerat, simul cum subflannant, quod magnificè extollat Patrem suum, acsi genus è celo duxisset. Itaque his verbis Patrem Christi negant tanti sibi esse ut eius causa Filio quicquam tribuant. Atqui hinc tam audax Christi contemptus passim hodie erumpit, quod pauci à Deo misum esse cogitant. Neque me nosfit. Non dignatur eos certo responso sed præcisè illis ignoriam exprobrari in qua sibi placebant. Quærebant de Patre: interea quam Filium hiberent oculis præsentem videndo non videbant. Hæc igitur iusta

superbia & tam impia in gratitudinis pena sit, ut qui Filium Dei familiariter sibi exhibitorum spreverant, nunquam ad Patrem accederent.

Quomodo enim ad Dei altitudinem quisquam mortalius condescenderit, nisi eiusmanus in fine tollatur? Porro Deus in Christo se ad hominum humilitatem denisit, ut magnum portaret, qui Deum hoc modo sibi appropinquante recipiunt, nonne digni sunt qui celo arcentur? Hoc ide nesciamus & nobis omnibus dici, quisquis enim ad Deum aspirans exordium à Christo non facit, neceste est ut tanquam in labyrintho vagetur. neque enim frustra vocatur imago Patris, ut iam alibi dictum est. Ceterum ut omni recta Dei notitia priuantur qui præterito Christo, gigantum instar, in celum contendunt: ita quisquis in Christum mente & sensus omnines dirigit, si recta ad Patrem ducetur. neque enim falsò Apostolus pronuntiat, per Evangelij speculum 2. Cor. 3. nos Deum clare intueri s. b. Christi persona. Hoc certè incomparabile est obedientia filii dei præsum, quod qui se coram Christo humiliat, supra celos omnes penetrat, usque ad ea mysteria que Angeli suscipiunt & adorant.

20 Hæc verba loquuntur est, &c.) Gáz phylacter pars erat templi vbi sacra oblationes reponebantur. Célebris ergo erat locus, unde collegimus habitum suile hinc à Christo seruonem in magna hominum frequentia, ut minus excitationis populus haberet. Si autem admirabilem Dei potentiam in eis nobis commendat. Evangelista quod Christum palam in templo decentem coacti fuerint ferre, quem super ad mortem trahendum querebant. Nam quum pacatores illis in templo imperium esset, ut tyrranicæ libidine illic dominarentur, poterant solo nutu Christum citare. Quod hanc docendi officium sibi sumere ausus est, cur non violentia manum illi statim iniciunt? Videmus ergo Deum illi audientiam fecisse, & testis suo præsidio, ne eum attingerent securi bellus, et quum ad earum rictus expotus esset. Hore iterum memorabitur, ut discamus Dei non hominum arbitrio nos vivere & mori.

21 Dixit ergo iursum illis Iesus, Ego vado, & queretis me, & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado vos non potestis venire.

22 Dixerunt ergo Iudei, Nunquid occidet seipsum, quia dicit, Quò ego vado, vos non potestis venire?

23 Tunc dixit illis, Vos estis ab infernis, ego de supernis sum: vos de mundo estis, ego non sum de mundo hoc.

24 Itaque dixi vobis, quod in peccatis vestris moriemini. nisi enim credideritis quod ego sum, in peccatis vestris moriemini.

21 Ego vado) Postquam se nihil proficeret videt apud obstinatos, denuntiar illis exitium. atque hic est eorum omnium finis qui Euangelium respiciunt. Neque enim temere in aerem spargunt: sed necesse est odorent spirent vitæ vel mortis. Summa autem verborum est, sensuros tandem impios quanto suo malo reiecerint Christum ultro se ipsis offerentes: verum id sedè, quum amplius paenitentia locus non erit. Atque ut magis pœnæ propinquitate eos terreat, primum se paulo post abiturum dicunt (quo significat, tantum ad breve tempus illis prædicari Euangelium) quod si hanc occasionem prætereat, non semper acceptum fore tempus, & dies salutis destinatos. Sic etiam hodie quū ad ianuam

nostram pulsat Christus, statim obuiam eundum est, ne ignauiam nostram pertalus se nobis aferat. Et certè multis omnium temporum exercitientis cognitum fuit quanto pere net: endus sit hic Christi discensus. Sed priuò tenendum est quomodo Christum quæsierint isti de quibus nunc agitur, nam si vera tuisset conuersio, non frustra eum quæsissent, quia non falso promisit præfato se ad futurum quoties ingenuerit peccator. Non ergo intelligit Christus se recta fidei via ab illis quæsiti iri, sed qualiter homines extrémis malis anxijs liberationem vndeunque appetunt. Nam increduli Deum sibi propitium habere cuperent, sed interea ipsam fugere non desinunt. Deus ipsis vocat: accessus in fide & paenitentia.

IN EVANGELIUM

tia situs est. Atqui duritatem cordis opponunt Deo: & desperatione fracti, aduersus eum fremunt. In summi tantum abest ut ad Deum aspirent, ut locum non concedant eius auxilio, nisi seipsum abeager: quod nunquam facturus est. In hunc modum quantumvis impij essent Scribe, redemtionem que per manum Melsie promissa erat, libenter sibi apassenti, modo seipsum transfigurasset Christus ad illorum ingenii. Proinde his verbis ministrat Christus, ac denuntiat omnibus incredulis, tanti angustiis, postquam contempserint Euangelij doctrinam, constrictum iri, ut clamare ad Deum cogantur: sed irruam hunc fore vulturum: quia sicuti dictum est) querendo non queritur. Idque satis clarè proxima particula exprimitur, quā dicit, *Moresimi in peccato vestro.* Causam enim interitus fore docet quod Deo ad extremum usque immorigeri erunt ac rebelles. Quale autem hoc peccatum sit, mox videbimus.

22 *Nuquid occidet seipsum.*) Pergunt Scribe non modo in seculo contemptu, sed etiam in protervia, subfannunt, n. quod dixerat, non posse ipsos sequi quod erat iturus, ac si dicentes, Si ipsū interficiat, fatemur non posse nos esse illi comites, quia non liber. Nam & Christi absentiam p. nihil decebant, & putabant eo se fore in omnibus superioribus. Ideo iubent eum procul fuisse quod volet. Horribilis sane stupor: sed ita reprobos fascinat Satan ut plusquam temulenta vercordia se in medium flammam ire Dei proiciat. Annon hodie eundem in multis furorem cernimus, qui obslupefactis conscientiis, quicquid audiunt de horribili Dei iudicio, iocose & scurrili petulantia elidunt? Quanquam certum est hunc esse Sardonum risum, quia intus foduntur cecis punctionibus: sed mox quasi priuati sensu in furiosos cachinos erumpunt.

23 *Vos estis ab infernis.*) Quia indigni erant quos doceret, tantum præcisus obiurgationibus eos percutere voluit: ut hoc loco prouuntiat eos non capere suam doctrinam, quia proorsus abhor-

reant à regno Dei. Porro sub *Mundo & infernis* cōplectitur quicquid habent homines à natura: atque ita dissidium ponit inter Euangeliū suū, & acumen ac perspicaciam humane mentis: quia Euangeliū caelitis sit sapientia, mens autem nostra in terra subsidat. Nemo itaque idoneus erit Christi discipulus, nisi quem Spiritu suo formauerit. Atque hinc sit ut tanta sit in mundo fides: quia naturaliter totum humanum genus alienum est à Christo & aures, nisi quis ipse sorsum peculiari Spiritus sui gratia erigit.

24 *In peccatis vestris moriemini.* Pluralem numerum nunc ponit, quoniam antē singulare vobis est in eodem sensu: nisi quod priore loco notare voluit incredulitatem malorum omnium fontem ac causam esse: non quia incredulitas sola peccatum sit, vel sola nos æternæ mortis reatu coram Deo obstringat (ut quidam nimis hyperbolice loquuntur) sed quia nos alienat à Christo, priuatique eius gratia vnde petenda erat à peccatis omnibus liberatio. Quod ergo obstinata militia medicinam respunnt Iudei, hoc illis lethale est malum: & hinc sit ut Satanæ mancipati peccata peccatis cunivolare non definant, nouisque fibi reatus subinde accersere. Ideo mox subiicit, *Nuquid credideritis quod ego sum?* Neque enim perditis alia est salutis recuperandæ ratio, nisi vt ad Christum configiant. Ceterum in hac loquutione, *Quod ego sum,* subest emphasis: quia subaudienda sunt quæcunque Scriptura Melsite tribuit, & ab ipso sperare iubet. Sūma tamen est & caput, Ecclesiæ instauratio, cuius principium est lux fidei, vnde nascuntur iustitia & noua vita. Quidam ex Veterib. perperam hoc ad diuinam Christi essentiam traxerunt, quoniam de officio erga nos suo differat. Hæc sententia obseruatu dignam mala in quibus demersi sunt, nunquam satis reputant homines: deinde etiam si interitum suum agnoscere cogantur, negelecto tamen Christo ad vanam remedia circumspiciunt. Quare tenendum est, donec liberatrix Christi gratia se exerat, grāslari immiseram malorum omnium colluviam.

25 *Dixerunt ergo illi, Tu quis es? Dicit eis Iesus, A principio, quia & loquor vobis.*

26 *Multa habeo quæ de vobis loquar & iudicem: sed quia me misit verax est: & ego, quæ audiui ab ipso, hec loquor a quod mundum.*

27 *Non cognoverunt quod Patrem illis diceret. Dixit ergo illis Iesus,*

28 *Quum exaltaverit Filiū hominis, tunc cognosetis quod ego sum, & à me ipso nihil facio: sed quemadmodum docuit me Pater, hec loquor.*

29 *Ei qui me misit, mecum est: non me reliquit solum Pater, quia ego quæ illi placent semper facio.*

25 *A principio.*) Longè falluntur qui Principium nominandi casu accipiunt, ac si æternam suam diuinitatem Christus hic assertaret. Græci nulla talis ambiguitas esse potest: sed tamen Graci quoque interpres inter se variant. Convenit hoc quidem inter omnes, subaudiendam esse præpositionem: sed multi adverbialiter exponunt, quasi dicent Christus, in primis hoc tenendum esse. Nonnulli etiam, ut Chrysostomus, uno contextu legunt, Principium quod & loquor vobis, multa habeo quæ loquar de vobis & iudicem. Quam sententia & Nonnus carmine reddidit. Diuersa tamen lectione magis recepta est, & genuina mili videtur. Porro ἐν αὐτῷ interpretor A principio: atque ita meo iudicio sensus est: Non sum dixerente ortus, sed quemadmodum

iam olim promissus fueram, nunc in medium prodeo. Et addit, *Quia & loquor vobis:* quo significat satis clarè se testari quismam sit, si modo aures ipsi haberent. Causulis particulae, nō simpliciter ad redditam causam postea est, quasi velit Christus probare se ab initio fuisse, quia nunc loquitur: sed talem cum illa cuius meminit eternitate doctrinae sua confensum affirmat, ut indubia confirmationis loco debeat haberri. Ita resoluti posset, Secundū principium, hoc est, ille de quo iam olim sicuti & nunc quasi de integro cōfirme: vel & sane quod nunc quoque loquor, conformis est cū seculorum omnium oraculis: vt sit firma approbatio. In summa, duobus membris constat hoc responsum, nam *Principij nomine cōtinuam & tatum seriem cōpletebitur, ex quo Dei fædus*

fēdus cum patribus sanctū fūerat. Quām se etiam *Logos* dicit p̄fēsente: fūam doctrinā an-
tiquis vaticinīs coniungit, atque pēdere docet.
Vnde sequitur, non aliam tūsle ignorātia
causā Iudeis nīl quia & Prophētis & Euāgeliō
ēscent increduli. nam ybique Christus vñs pro-
ponit. Fingebant illi se Prophētarūm ēsē disci-
pulos, & in extēnum Dei fēdus respicere: atqui
interea Christūm respuebant, qui ab initio pro-
missus fūerat, & cōtanē illis offerebat.

26 *Autib⁹ b̄b̄o.* Q̄ ia fūrdi se canere vide-
bat, non vlt̄r̄ p̄fēsēt sermons, sed tantū
prounūtia Deum eius doctrinā quam contem-
nunt fore vindicem, quia cōt̄s author sit: Si vos
accusare velim (inquit) amplam materiam mīhi
suppeditat vestrā malitia & improbitas: sed ego
nunc superfēdeo. Pater autem, qui mīhi docēdi
prouinciam iunxit, non omittet partes suas: si
bi enī constabit, vt verbum fūum afferat ab im-
p̄io & sacrilegio hominū contēp̄t. Eodem
fētē pertinet Christi dictūm quđ & illud Pauli,

2 Tim. 3.13. Si abnegauerimus, ille fidelis manet, seipsum
non potest abnegare. In summa, Dei iudicium mi-
natur incredulis qui fidē abrogant eius ver-
bo, quia necelle est vt fūam veritatem defendat.
Atque hēc vera est fidei nostrā stabilitas, quām
Deum vñs lūshēre statūmus ad stabilēndam
doctrinā sūā authoritatē, quānus eam totus
mundus repudiet. Hoc p̄s̄dīo freti quicunque
fideliter Christo fūerunt, sc̄urē possunt totum
mundū mendacij reūm peragere. *Et ego que an-
dū.* Nihil se p̄fēsēt dīct quod non accepterit
a Patre. Atque hēc vñca est doct̄i & approba-
tio, quām minister à Deo p̄fēctūm ostendit
quicquid loquitur. Porro sc̄imus Christum mi-
nistrī personām tunc egīsse: quare non mirum
est si idēo audiri postulet quia ad homines per-
ferat Dei mandata. Cāterūm suo exemplo com-
mūnū toti Ecclesia legem p̄sc̄ribit, vt nēmo
nīl ex ore Dei loquens audiatur. Sed quemadmo-
dum peruersam hominū arrogātiān deiiciunt
qui se absq̄e Dei verbo ingerunt, ita pīos
doctores qui sūā vocationis probē sibi con-
ficiunt, instruit & arnat inuicta conscientia,
vt Deo ducē cunctis mortalib⁹ audacter insul-
tent.

27 *Non cognoverunt.*) Hinc apparet quām
stupidi sint quorū mentes possidet Satan. Nihil
certē clarius ēsē poterat quām ip̄os citari ad
Dei tribūnū: arqui prorsus cācūtiunt, quōd &
alii Euāgeliō hostib⁹ quotidie accidit. Porro
talis eorum excācātiō nos ad timorem institue-
re debet.

28 *Quām exaltaverūs.*) Stupore illo quem
notauit Euāgelistā offensus Christus, indignos
ēsē iterūm pronūtia qui plura audiant ex ore
suo. Vos (inquit) nūc sensus omnes habētis qua-
si fascinatos; ideōque nihil eorum quā dico intelli-
ligitis: sed erit aliquando tempus quām Dei
Prophetam inter vos tūsle versatū vobisque
loquutū sc̄ierit. Ita sc̄ilicet cum impīiū agen-
dū est: p̄cīsē ad summū iudicis tribūnū vo-
cāndi sunt. Est autem sera hēc cognitio cuius
meminit Christus, dum impīiū ad p̄cēnam trāctā,
Deum, quem placidē reuererit, debuerant, suū
iudicēm iniūti agnoscunt. neque enim resipiscē-
tiam illis promīrit, sed pronūtia, postquam
nouo & inopinato ira Dei horrore perculi fūe-
rint, torporem, in quo nūc acquiescent, illis ex-

cūlūm mī. Sic Adā aperti fūerunt oculi, vt podo *Gen. 3.7.*

re confusus, latebras frūstra q̄āritando, te per-
ditum cīte tandem sentiret. Quānquam illa Aut
cognitio, quā p̄ se iniūtiū tuūlet, Dei gratia in
bonūm eius ecclīsī: repr̄bi autem deī, eratione
obruti in hunc tamūm finēm apertos habēnt o-
culūs vt suū exitū cernant. Cāterūm ad hoc
cognitionis genūm ip̄os variū nō oīs Deus ad-
ducit. Sēp̄ emī flagellis coacti Deum sibi infi-
stūm ellī dicunt: interdūm nullū exhibito tor-
mento intū eos cruciāt: nonnūquām dormire
patiūt, donec eos ē mundū euocet. Exaltāndi
verbo mortē fūam c̄signat Christus. Mortis
autem sua meminit vt p̄mōneat, etiam fecū-
dūm carnēm eūm extinguant, nihil profectūros.
ac sī dicēt, Nūc me loquentis luperbe e-
luditis: mos vlt̄r̄ grossib⁹tūr vestrā impietas,
nēmpe ad cādēm vīque: tūc quali vōū compo-
tes triumphūm canēt. Se bīcū p̄fēmō vētō
extio sentītis quām ab interitu mōrs meā
differat. Exaltationis nomīne virūt ut magis eos
pungat. Consilium ipsorum erat Christūm: in vī-
tūm inērō demergere: hac sua spē longē ip̄os
frustratum iri afferit, ac p̄cessus contariūm dōre
euentum. Hīc quidē potest vt alludere ad ex-
ternām mortis fūam voluerit, nēmpe quām
in cruce tollēdōs erit: p̄cīpue tāmē glorio-
sum eūm succēdūm resperit, qui p̄rāt cōmūm
opīionēm paulo pōl̄ se equitū est. Iam quidē
in cruce ip̄sī deleto peccati chirographo, & abo-
liō mortis reatu, de Satana magnificē triūpha-
uit coram Deo & Angelis: sed triūphus hic, p̄s̄dīo
Euāgeliō, tandem hominib⁹ quoque
confūcūtis est c̄cepit. Idem subinde postea ac-
cidit vt ē sepulchro Christus in cālūm enīgeret.
Quod nobis hōdī sperandum est: quicquid
enī ad Christūm in doctrinā sua & Ecclesia op-
primēdūm machinentur impīiū, non modō ip̄is
iniūtiū emēt, sed sc̄elestūs eorum conatus
conuertit in maiorem regni sui progreſſūm.
Quod ego sum. Iam admonui non ad diuinām
Christi essētianā hoc referri, sed ad osīcūm
dūtatax. quod etiam ex contextu melius patet
vbi negāt se facere quicquām nīl ex Patris man-
dato, nam hoc peris de valet acī dicēt se dimi-
nitus esse mīlūm, & fideliter partibus suis fūgi.
A me ip̄sō mīlū facio hēc est, non me ingēo ad
quicquām temētē aggrediendum. *Logen* & ver-
bū eodem sp̄ctat, nēmpe ad docēndū inūtū.
nam quām probāre vēt̄ Christus nihil se facere
Patris inūtū, sicit se le qui quemadmodū ab
ipso edocēt est. Hec itaque est verborū sum-
ma, in hac tōra, adūmīstātione quām damnatis,
nihil est meū, sed tantūm exēquor quod mīhi
Deus iunxit, illius verba sunt quā ex ore meo
audītis: & vocationē mēam, cuius author est i-
p̄se, solus gubernat. Cāterūm meminerimus
(quod iam aliquoties attigī) ad captūm auditō-
rum attemp̄rātī hēc verba. Quia enī vñm ex
hominū vulgō Christūm cēlebānt, suū ēsē
negāt quicquid diuinū habēt, quasi dicēt non
ēsē hominīs, neque ab homine: quia per ip̄sum
pater nos docet, ac vñcūm Ecclesia magi-
strūm constituit: ideo se à Patre edocētū ēsē
afserit.

29 *Et quāme misit.* Iterūm gloriātūr, Deum,
cūis dūctū & auspicis agit omnia, sibi adfū-
ruim, ne frūstra & sine profectū lab̄ ret: acī di-
ceret, virtutēm Sp̄ritus Dei cūm suo ministrō

coniunctam esse. Eadem fiducia piis omnibus doctores præditos esse conuenit, vt non dubitent manum Dei fore sibi propinquam dum pura cōscientia se illi quales requirit ministros præstant. Neque enim verbo suo eos instruit Deus, vt frigido ac inani sonitu aere in verberent: sed arcana Spiritus lui efficacia dat verbo successum, & simul suo præsidio eos tegit, vt hostibus suis prostratis, contra totum mundum iniuncti persistent. Et sane si seipso ac proprias facultates astinent, singulis momentis concidere necesse erit. Vna igitur perstandi ratio, si perfuasi sint se Dei manu sustineri. Sed notanda est causa cur profiteatur Christus Deum à partibus suis stare, nec se eius auxilio vñquam destitutum iri, quia scilicet totus ab eius nutu penderat, & bona fide illi ministret. Hoc enim valet adqueribum Semper, non aliqua tantum ex parte ipsum Deo obsequi, sed penitus

ac sine exceptione eius obsequio esse addictum. Proinde si eandem Dei præsentiam experiri cupimus, ad eius imperium tota nostra ratio exigēda est. Nam siquam partem regiminis occupet sensus noster, quia abierit Dei benedictio, studia nostra omnia incassum cedent, quod si ad tempus lata species prosperi successus atrideat, exitus tamen deum infelix erit. Quam dicit Christus Se non fuisse relictum solum, oblique de gentis sua perfidia conqueritur, in qua nullos ferè reperiens qui manum darent. Interea ostendit, vnum hoc sibi sati sapere esse, Quod Deum vindicem habeat. Sic & nos hodie animatos esse decet, ne fidelium paucitate frangantur, quanvis enim totus mundus doctrinæ nostræ adversus sit, non soli tamen sumus. Inde simul apparet quā n stolida sit Papistarum iactantia, qui præterito Deo, sua multitudine superbiunt.

30 *Hec eo loquente multi crediderunt in eum.*

31 *Dicebat ergo Iesus ad Iudeos qui illi crediderant, Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei estis.*

32 *Et cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.*

33 *Responderunt illi, Semen Abrahamus, & nemini seruuiimus vñquam: quomodo tu dicis, Liberi eritis?*

34 *Respondebit illis Iesus, Amen amē dico vobis quod omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.*

35 *Seruus autem non manet domi in perpetuum, sed filius in perpetuum manet.*

36 *Si ergo Filius vos liberaverit, vere liberi eritis.*

37 *Scio quod semen Abrahæ sitis, sed queritis me interficere, quia sermo meus non habitat in vobis.*

38 *Ego quod vidi apud Patrem meū loquor: & vos quod vidistis apud patrē vestrū faciis.*

30 *Hec eo loquente.)* Quanquam Iudæi tunc aridae & sterili terra erant ferè similes, non tamen passus est Deus verbi sui semen in totum perire. Ergo præter spem inter tot obstacula fructus aliquis exurgit. Ceterum fidem Euangelista impriè nominat, qua solum erat quædam ad fidem præparatio. Nihil enim altius de illis prædicat quā quod propensi fuerint ad recipiendā Christi doctrinā: quod etiam spectat proxima admonitione.

32 *Si manseritis in sermone meo.)* Hic primum admonet Christus non sufficere si quis bene ceperit, nisi progressus ad finem usque respondeat. Et hac ratione eos qui doctrinam suam gustarunt, ad fidei perseverantiam hortatur, quum verè discipulos suos fore pronuntiant, qui solidas in verbo suo radices egerint, vt in eo maneat. Significat multos professiones esse discipulos qui tamen re ipsa non sunt, nec censeri etiam merentur. Suos autem ab hypocritis hac nota discernit, quod qui falsò iactarunt fidem, statim à carceribus, vel in medio stadij cursu deficiunt: fideles autem constanter pergunt usque ad metam. Ergo ut nospro discipulis habeat Christus, constantię studendum est.

32 *Cognoscetis veritatem.)* Veritatem cognituros dicit qui ad aliquam eius notitiam peruerent. Valde quidem adhuc rudes erant & vix elementarij quos alloquitur Christus: ideo nō mirū est si ampliorem illis doctrinas suæ intelligentiam promittat: vel iū generalis est sententia. Proinde quantumvis quisque nostrum in Euangelio proficeret, nouis incrementis se opus habere sciat. Hoc autem præmio dignatur Christus suorum constantiam, quod se illis magis familia-

rem reddit. quanquam hoc modo nihil aliud quam prius donum altero cumulat, ne quis putet hominis merito quicquam rependi. Ipse enim est qui verbum suum cordibus nostris per Spiritum suum infigit: idem quotidie ignorantia nebulae abstergit in mentibus nostris, qua Euangelij claritatem obscurant. Ergo vt nobis ad plenum patchat veritas seruo cōstantique affectu ad eam eniti oportet. Porro eadem est, non diuera veritas, quam ab initio ad finem usque suos Christus docet: sed quos initio quasi exiguis scintillis irradiat, tandem plena luce perfundit. Ita fideles, donec penitus consignati fuerint, quodammodo id quo sciunt ignorantia nulla tam tam exigua est vel obscura fidei cognitione, qua non sit in salutem efficax. *Veritas liberabit.* Cognitionem Euangelij sui à fructu quem inde percipimus, vel (quod idem est) ab effectu commendat: nempe quod nos in libertatem restitut. Hoc porro incomparabile bonum est. Vnde sequitur, Nihil Euangelij cognitione esse præstantius vel magis expetendum. Seruitutem omnes sentiunt ac tentant rem esse miserrimam, quum ab ea nos Euangelium libereat, sequitur ab eo beatæ vite thesauros esse. Iam tenendum est qualis hic à Christo libertas notetur, nempe quæ nos à Satane, peccati & mortis tyrâneis misericorditer. Quid si eam consequimur Euangelij beneficio, hinc constat peccati nos omnes natura seruos esse. Porro simul tenendum est liberationis modus, quandiu enim sensu ac ingenio nostro regimur, peccato sumus mancipati: quum autem nos Dominus Spiritu suo regenerem, simul liberos efficit, vt misericordia Satane laqueis soluti sponte iustitiae obediamus.

Atqui

Atqui ex fide regeneratio: unde appetet ex Evangelio esse libertatem. Eant nunc Papista, & liberum in arbitrium fastos extollant: nos autem seruitus propriis nobis confici, non nisi Christo liberatore gloriemur. Nam & hoc nomine Evangelium, quasi manumissionis nostra vindicta ceteri debet, quod nos Christo offert, ac tradit a peccati iugo liberandos. Postremo & hoc notandum est, libertatem suos habere gradus pro fidei sua modo. Quare Paulus iam manumissus, adhuc tamen gemit, ad plenam libertatem suspirans.

33 *Semen Abrahe.*) Incertum est certidemne hic Euangelist, an alios loquentes inducat. Ego ita sentio, vt in promiscua turba hieri solet confuse respondunt iustis Christo, & quidem a contemptoribus potius quam ab iis qui crediderat. Est autem hic mos Scripturae valde vltitus, quo oves de corpore populi fit mentio, generaliter adscribere omnibus quod in una partem tantum competit. Porro qui se obiiciunt esse semen Abrahe, & tempore iustis liberos facile colligebant ex Christi verbis, sibi libertatem tanquam seruitus pro iustitia. Hoc verò ferre nequeunt, ne populū sanctam & electam in seruitute addici. Quid enim proderat adoptio, & secundus quo à reliquis gentibus segregari erant, nisi filii Dei censerentur? Ergo iniuriam ubi sciri putant, quam illos libertas quasi aduentum bonum proponitur. Absurdum tamen videri posset quod negant se unquam seruitisse, quin toties oppressi fuissent ab aliis tyrannis, & tunc Romano imperio subiecti sub grausimo encere seruitutis gererent. Hinc quidem videtur promptum est quāridiculam fieri eorum in glorificatione: erat tamen hic aliquis praetextus, quod in qua hostiū dominatio non obstabat quin iure liberi manerent. Sed in eo primum errabant, quod non reputabant ius adoptionis suę in solo Mediatore esse fundatum. Vnde enim liberum Abrāhā semen, nisi quod singulari Redemptoris gratia à communī generis humani seruitute eximitur? Alter etiam error minus tolerabilis, quod quum profus essent degeneres, censeri tamen volebant inter Abrahā filios: nec cogitabant solam esse Spiritus regenerationem quae legitimatis Abrahā filios facit. Atque hoc omnibus ferè seculis vitium fuit nimis commune, referre ad carnis originem extraordinaria Dei dona: & quae ad corrigendam naturam remedia confert Deus, naturae adscrive re. Interea videmus ut Christi gratiam à se arceat quicunque vanam cōfidentiam inflati sibi in sua sorte placent. Atqui ferè in totum mundum grassatur hæc superbia, vt vix centesimus quique se Dei gratia indigere sentiat.

34 *Qui fecit peccatum, &c.*) Argumentum à contrariis. Liberos se iactabant: peccati seruos esse probat quia carnis desideriis mancipati, assidue peccant. Mirum est autem non conuinci propria experientia homines, vt deposito fastu se humiliare discant. Atque hodie hoc plusquam vulgare est, vt quo quisque maiori mole vitorū obrutus est, eo ferocius liberum arbitrium verborum anpullis extollerat. Ceterum nihil aliud in speciem Christus hic pronuntiat quād olim à Philosophis iactatum fuit, Qui suis cupiditatibus addicti sunt, eos sub deterrima seruitute agere. Sed altius est ac magis reconditus sensus, neque enim tantum quid mali sibi homines accersant, sed qualis sit humanae naturae condi-

tio disputat. Philosophi putabant suo quemque arbitrio seruum heri, & iusti redire in libertatem, utrum hic conteneat Christus, seruituti obnoxios esse omnes quos ipse nō liberat, accidit que origine seruos esse qui ex corrupta natura peccati contagionem trahunt. I cuncta est gratia & natura comparatio, in qua hic Christus instituit: vnde facilē constabit, libertate spoliari homines, nisi aliunde eam recuperent. Ceterum ita est voluntaria hæc seruitus, vt qui necessariò peccant, non tamen cogantur ad peccandum.

35 *Seruus autem, &c.*) Addit similitudinem à legibus sumptuā & iure politice, vt seruus, etiā si ad tempus imperet, non tamen hæres est dominus. Vnde concludit non esse solidam & perpetuam libertatem, nisi quod per Filium obtinetur. Hoc modo vanitatis arguit Iudeos, quia larvam pro re ostentent. Nam quod carnalis erant Abrahā progenites, nihil nisi larva erant, locum occupabant in Ecclesia Dei, sed qualem Ismael ad breue tempus sibi usurparerat, seruus libero fratri nō fuisse. Sancta est, Quicunque se Abrahā sibi esse gloriantur, nihil præter fallacem & evanidam speciem habere.

36 *Si ergo vos Filios liberanter.*) His verbis significat in se unum competenter liberatus alios omnes, quum serui vascantur: non nisi sua gratia liberari. Nam quod natura proprium habet, nobis adoptione com: unitus, domi fidei inferimur in eius corpus, ac efficiuntur eius membrum. Ita memoria repetendum est quod prius dixi, nos Euangelij vindicta ab eo manuam iusti. Christi ergo beneficium est libertas nostra: sed eam fidei consequimur: quod etiam facit ut nos Christus Spiritu suo regeneret. Quum dicit Verè fore liber: s. emphasis est in adverbio Verè: subaudiendum est enim antitheton stulta persuasionis quod Iudei turgebant: sicut & tunc bona pars mundi regnum sibi imaginatur in inseruina subiectione.

37 *Scio quod semen Abrahe sis.*) Hoc per concessionis formam dictum interpretar. Interca tamen eorum nullum statim rude, quod fruile titulo gloriorient: acsi dicieret, Ut nobis derur istud in quo tantopere vobis placet, quod tamen iuvat Abrahā filios vocati qui auctoris Deum eiūsq; ministros infantiam? qui impie & faleato veritatis odio perciti, ad innoxionem sangue inueniendum præcipites ferantur? Vnde sequitur, nihil minus esse quam quod dicitur volent: quia nihil simile habent cum Abraham. *Quoniam me interfici.* Quum dicit se ad mortem queri, quia sermo suus non habeat in ipsi locum: significat non simpliciter esse homicidas, sed Dei & veritatis eius odio in pelli ad talam infantiam: quod longè atrocis est. Neque enim tunc inter homines se contineat iniuria, sed Deum suū vel iustitiam. *Sermonis sui capaces esse ipsos negat,* quia malitia obstructos habeant animos, ne quid sibi admittant.

38 *Quod vidi apud patrem.*) Sapius iam Patris sui in eminenter: nunc arguento à contrariis colligit, & Deo aduerbos & diaboli filios esse qui sue doctrinæ resistunt. Ego, inquit, non profero nisi quod à Patre didici: qui sit ergo, vt tanto pere vos exas: eret seruus Dei, nisi quia per trem habetis contrarium? Se *Logos* dicit, illos *Fueri*, quia doctoris munus ipse ob hac: ipsi rectem fuisse sed eius doctrinam extinguere mulcibantur. Interea

Cap. suum Euangelium à contemptu vindicat, quia nihil mirum sit si à filiis diaboli oppugnetur. VIII. Quidam vertut, Facite: acsi diceret Christus,

Agedum, monstrate vos esse diaboli filios, mihi repugnabo. nam ego non nisi ex Dei præscripto loquor.

39 Responderunt, & dixerunt ei, Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus, Si Filii Abraham etes, opera Abraham faceretis:

40 Nunc vero queritis me interficere, hominem qui veritatem loquutus sum vobis, quam audiui à Deo: hoc Abraham non fecit.

41 Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt ergo illi, Nos exhortatione non sumus geniti, unum Patrem habemus Deum.

42 Dixit illis Iesus, Si Deus Pater vester esset, me diligeretis: ego enim exiui à Deo, & veni: neque enim à meipso profectus sum, sed ille me misit.

39 Pater noster Abraham.) Alteratio ista nimis clare ostendit quām superbē & ferociter omnes Christi oburgationes contempserint. Hoc sibi perpetuō arrogat, se esse Abraham filios: nec tantum eo sensu quod genitu fuerint ex progenie Abraham, sed quod sunt factū genus, Dei hæreditas, & filij Dei, interea tamē nominis carnis fiducia intuntur. Atqui carnale genus sine fide nihil nisi mera est larva. Nunc intelligimus quid eos tantopere execraverit ut Christum etiam lethali sulmine armatum usque ad que fecerint. Sic hodie Papilie verbū Dei, quod lapides mouere posse, tanquam fabulosum rident, & audacter ferro & igni persequuntur tantum quia fallaci Ecclesiā titulo truci, Deo se posse & hominibus illudere confidunt. In summis, hypocrita, simulac speciosum aliquod integrumentum naēti sunt, quasi in eorum corda non penetreret Deus ferrean ei contumaciam opponunt. Si filii Abraham estis Iam Christus degeneres Abraham filios apertius à legitimis discernerit. nam ipsum quoque nomen omnibus detrahit qui sunt Abraham dissimiles. Sæpe quidem contingit ut patres à quibus geniti sunt, filii moribus non referant: verū hīc Christus de origine carnali non disputat: sed tantum inter Abraham filios coram Deo censeri negat qui fide non retinent gratiam adoptionis. Nam quum Dominus Abraham semini pollicitus esset fore in Deum, increduli omnes hac promissione abiecta, se abdicabant ex genere Abraham. Status ergo questionis est, an reputandi sint Abraham filii, qui oblatam sibi in verbo benedictionem abiiciunt, vt nihilominus sint gens sancta, peculium Dei, & regale sacerdotium. Hoc negat Christus, & meritò: quia Spiritu repaſci oportet qui filii sunt promissionis, & nouas esse creaturas quicunque locum appetunt in regno Dei. Non erat quidem inutile ac nullius momenti carnale Abraham genus, siquidem accederet veritas. Refidet enim Dei electio in semine Abraham: sed libera, vt heredes vitae reputentur quos Deus Spiritu suo sanctificat.

40 Nunc vero queritis.) Demonstrat ab effectione, minime esse Abraham filios, vt iactabant, quia resistunt Deo, quid enim præcipue in Abraham laudatur nisi obedientia fidei? Hæc igitur discriminationis nota est quoties ab extraneis discernere oportet eius filios. Nam inanes tituli, qualecumque premium coram mundo concilient, apud Deum nihil sunt. Ergo iterum concludit Christus si-

lios esse diaboli, quia veræ & sanctæ doctrinæ iam infesti sint hostes.

41 Nos exhortatione.) Non plus sibi vendicant quām antea: idem enim aīud eos pollebat, esse Abraham & Dei filium, sed in eo grauiter errabunt, quod Deum hingebant vniuerso. Abraham semini oblitum, nam ita ratiocinatur, Deus sibi Abraham genus adoptauit, ergo quum simus ex Abraham geniti, nos Dei filios esse oportet. Videmus nunc ut sanctitatem ex vetero le habere putauerint, quia orti essent ex radice sancta. Denique Ecclesiā Dei esse contendunt, quia originē ducant à sanctis Patribus. Quemadmodum hodie continua à Patribus successio Papistis inflat, & plus quam turgidos reddit. talibus eos præstigiis deludit Satan, vt Deū à verbo suo, Ecclesiā à fide, regnum cœlorum à Spiritu separant. Sciamus ergo, quanvis secundum carnem spiritum non sunt, sed plausibili Ecclesiā titulo se venditent, nihil minus esse quām Dei filios qui semine vite adulterarunt. Nam per quanunque circumstantiam ambages, nunquam tamē elabi poterunt quin haec sola iactantia efferantur, Nos sanctis Patribus successimus: ergo sumus Ecclesia. Quod si refellendis Iudeis valuit Christi responsum, non minus hodie ad istos coarguendos sufficit. Numquam fiet quidem quin perperam nomen Dei improbissima audacia mentiantur hypocrita: sed nunquam efficient apud eos qui stabunt Christi iudicio quin ridiculae sint mendaces ista quas effutunt gloria.

42 Si Deus Pater vester.) Tale est Christi argumentum, Quisquis est Dei Filius, primogenitum eius Filium agnoscat ac diligit: vos autē me odio habetis: non est ergo quod vos esse gloriermini Dei filios. Locus hic diligenter notandus est, Nullam esse pietatem, nullum timorem Dei, ubi Christus reicitur. Ficta quidem religio. Deū audacter obrendit, sed quid consensu habere cā Patre possunt qui ab unico eius Filio dissident? Qualis est ista Dei cognitione, ubi viua eius imago respicitur? Atque hoc sibi volunt Christi verba, quum se à Patre venisse, testatur. significat enim diuinum esse quicquid habet: id est minime consentaneum esse, vt veri Dei cultores eius veritatem ac iustitiam refugiant. Non veni (inquit) à meipso: nihil obsecere mihi potestis quod sit à Deo alienum: nihil denique vel terrestre vel humanaum reperiatis in mea doctrina totaque eius administratione. Neque enim de sua essentia, sed de officio disserit.

43 Quare loquelam meam non agnoscitis quod non potestis audire sermonem meum.

44 Vos ex Patre diabolo estis, & cupiditates patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas in ipso non est. Quum loquitur mendacium, ex proprio lo-

43 loquuntur quia mendax es, utque eius puer.

45 Quia autem veritatem ego dico, mihi non creditis.

43 Quare loquelam.) Exprobatur hoc loco Iudas continuum, que tanta erat ut ne audire quicunq[ue] loquentem sustinerent. Hinc colligit diabolico furore agi, ac rapi. Quid à sermone differat loqua non video: plus enim est dicere quā in loqui. Atqui non quadraret, quod minus esset priore loco ponit. Multi sic distinguunt ut finis interrogations sit in verbo *Agnofatus*: quia interrogatio istis tantum verbis constaret. Cur loquela in eam non agnoscitur? vt mox sequatur causa redditio. Quia non potestis audire sermonem meum. Ego autem potius legendum uno cōtextu arbitror, ac si dixisset. Quid causa est quod sermo meus quasi barbarus & ignotus vobis est, vt loquendo vobiscum nihil proficiam, adeoque ut ne auribus quidem admittere dignemini quod dico? Priore igitur membro ita porem eorum perlitigavit: altero praefactam & impotes doctrinam ostendit: postea utriusque causam designat, quoniam dicit ex diabolo esse genitos. Interroganda enim precidere hoc illis: huit quod assidue illi reactabant, le ratione & iudicio adduci ad resistendum.

44 Vos ex parte diaboli estis.) Quia bis obsecratus dixerat, nunc pleius exprimit, ipsos esse diaboli filios. Ceterum antithesis subaudienda est, quod non possint Filio Dei tam infelix esse nisi Patrem haberent perpetuam Dei hostem. Porro diaboli filios vocat, non tantum propterea quod eum imitantur: sed quia eius impulsu ad oppugnandum Christum ferantur. Sicut enim filii Dei nominantur non tantum quia sumus illi similes, sed quia Spiritu nos sive gubernatis, quia in nobis vivit ac viget Christus, vt nos ad Patrem sui imaginem conformat: ita rursus diabolus eorum dicitur pater quorum mentes excaecat, quorum instigat corda ad omnem iniustitiam: in quibus denique potenter agendis, tyrannidem suam exercet. Ceterum in frustra & insulsè Manichaei ad probandum suum delirium hoc loco abusus sunt. Sicut enim quum Scriptura appellat nos Dei filios, hoc ad traducem vel ad originem substantie non referit, sed ad Spiritus gratiam, que nos regenerat in vite novitatem: ita hoc Christi dictum ad substantiem traducem nihil pertinet, sed ad naturę corruptelam, cuius causa & origo est hominis delectio. Quod ergo homines diaboli filii nascuntur, non est creationi imputandum, sed peccati virtus. Christus autem ab effectu hoc probat, quia sponte & ex animo ab diabolus secundum propensi sunt. *Ile homicida.* Exprimit quenam sint illae cupiditates: ac duas species commemorat, crudelitatem & mendacium: in quibus Satanæ nimium erant similes Iudei. Quod dicit *fuisse homicidam*, significat homini machinatum fuisse exitium. simul enim atque creatus est homo, prava nocendi libidine impulsus Satan ad eum perpendendum vitæ suas contulit. Ceterum Christus non creationis initium intelligit, quasi illi Deus nocendi studiū

indiderit: sed naturę vitiositatem in Satana daminis, quam sibi ipse continxit. Quod inclusus patet ex secundo membro, ubi dicit *in veritate non stetisse.* Quamus enim faber fugere conentur qui diabola, in natura, in alio in ille fugiat, verba tamen hec mutationem in deuterio clare exprimunt: & ideo mendacem esse Satanam quia à veritate desciuerit. Ergo quod n. endax est, non ideo sit quod natura disertum temper habuerit à veritate: sed quoniam in latitudo lapsu ab ea excidit. Hęc sane descriptio nobis per quam vitios est, ut pro se quaque ab eius intibus cauere studeat, & simul vim atque impetum arcere. Circuit ē *1.Pet. 5.8.*

nam tanquam truculentus leo, quarens quem devoret, & in ille ad fastidium artibus est instructus, quo magis fidèles & ritualibus armis ad pugnandum manitos, & ad excubias agentis ut ligebrietas intentos esse oportet. Iam si Satan hunc affectum exuere non potest, nō est cur turbemur, quasi re noua & insorta, dum subinde exergunt varijs ertoressis: os enim incitat Satan quasi flabelis, qui suis imposturis mandū in dementent. Nec mīrum est tamen valido conato incombere Satanam ad obruenam veritatis lucem: est enim unica anima vita. Ergo mendacium ad extinguedam animam præcipuum & maxime lethale telū habet. Hinc Satan exigit quoniam in Pagatu hodie omnes oculi peripiciant, primum reputare eos conuenit quoniam hōste bellum gerantur inde ad Chiliti sui ducis (sub cuius vexillo militant) præsidium configere. Quod proximè sequitur,

Quia veritas in iis non est, confirmatio est ab effice vel à posteriori (vt loquuntur) sumpta. Quia enim veritatem odit Satan, nec eam ferre potest, quia potius totus est mendacis delibutus, hinc colligit Christus à veritate proflus excidisse, & fuisse auersa. Ergo ne miremur si apostolis sua fructus quotidie profert. *Quam loquuntur mendacium.* Valgò ita exponunt quasi mendacij culpam negaret Christus competere in Deum naturę auctorē, ac potius ex depravatione esse diceret, sed ego simplicius interpretor: quod diabolus vitatum sit mentiri, nec aliud mouerit quam fraudes, corruptelas & præstigias fabricare. Neque tamen incepit ex his verbis colligimus, diabolum à seipso hoc vitium habere, & sic esse illi proprium ut simul accidentale sit. Nam quoniam diabolum Christus mētiendi artificem facit, manifeste cum à Deo separat, in modo contrarium pronuntiat. Exde quoque pertinet *Parvus* nomen, quod mox subicitur. nam ideo Satan mendacij pater dicitur quia à Deo alienatus est, in quo solo veritas residet, & ex quo, tanquam ab unico fonte, manat.

45 Quia autem veritatem.) Confirmat superiorem sententiam quoniam nulla illis resistendi causa sit nisi quod illis exosa est ac intolerabilis veritas, palam se filios Satanæ esse produnt.

46 Quis ex vobis arguit me de peccato? Si autem veritatem dico, quare non creditis mihi?

47 Qui est ex Deo, verba Dei audit: propterea non auditis quia ex Deo non estis.

48 Responderunt ergo Iudei, & dixerunt illi, Nonne bene dicimus nos quod Samaritanus et tu, & demonium habes?

Cap. 49 *Respondit Iesus, Ego d̄emonium non habeo: sed honoro Patrem meum, & vos contumelia mea affectis.*

VIII. 50 *Ego vero non quero gloriam meam: est qui querat & indices.*

46 Quis ex vobis.) Hęc interrogatio ex fiducia est, nam quin nulli se probro obnoxium esse probē sciret, hostibus suis quasi viator insultat. Nec tamen imminem se ab eorum calumniis esse dicit: nam quin nulla obloquendi materia illis esset, non tamen Christum conicūscē inceſtare deſinebant, ſed nullum in ſe crimen hæcere intelligit. Atque hoc ſignificat verbum *in eis*, ſicut Latini dicunt coargere, vbi quis reipſa conuictus tenetur. Falluntur tamen qui putant Christum hic perfectam ſuam innocentiam aſſerere, quia ſolus inter homines excelluit quatenus erat Dei Filius. Nam hac defenſio ad circumstantiam loci reſtrīgi debet, aſci quicquam ſibi poſte obiici negaret quominus fidus eſſet Dei mihiſter. Quē admodum & Paulus gloriatur ſe nulla in ſe ſibi eſſe conſciūm. Neque enim ad totam vitam hoc extenđit, ſed eī ſolius doctriṇa & Apoſtolatus defenſio. Hęc ergo ab re quidam de perfectione iuſtitia philophantur, qua ſoli Dei Filio conuicit, quin hoc vnuin propositum habeat, ſidem mihiſterio ſuo facere, ſicut clarius patet ex conſequentiibus. mox enī iterum ſubiicit, *Si veritatem dico, &c.* Vnde colligimus doctriṇa ſua magis quām perſone cauſam agere Christum.

1. Cor. 4.4

47 Qui eſt ex Deo.) Quia iure ſuo ſumere hoc pro confeſſo potest ſe Patris celeſtis legatum eſſe, & bona fide munus quod mandatum eſt exequi, vehementius in eos inuehitur. neque enim iam obſcura erat eorum impietas, quin in reſpuendo Dei verbo tam eſſent contumaces. Oſte- derat nihil ſibi poſte ab illis obiici qui doceret tanquam ex ore Dei. Concludit ergo nihil ipſos cum Deo habere commune, quia non audiunt: ac præterita ſui mentione, bellum illis cum Deo eſſe denuntiat. Ceterū docemur hoc loco nullum eſſe clarissim reproba mētis ſignum quām ybi quipiam Christi doctriṇam ferre non potest, etiam ſi alias in ſpeciem Angelica ſanctitate fulgeat: quemadmodum ſi eam libenter amplectimur, ha- benuſi quāſi viſibile electionis noſtræ ſigillum. Nam qui verbū habet, fruitur Deo ipſo: qui au- tem reicit, iuſtitia & vita ſe privat. Quare nihil nobis magis tiuentum quām ne in iſtud horribile iudicium incidiamus.

48 Nōnne bene dicimus.) Magis ac magis producunt quantopere obſtupefacti ſint a Satana, qui plusquam conuici, per mediā tamen despera- tionem ruere non verentur. Porro quum duplex conuicuum ingerant Christo, nihil tamen aliud volunt in ſumma quām hominem eſſe deteſtabiliem, & malo ſpiritu agi. Quia Samaritanos Iudei pro apostatis habebant & Legis corruptoribus, quies infamia grauare aliquem volebant, Sam-

itanum vocabant. Nunc ergo quia nullum habet atrocius crimen quo Christum infamant, temere & ſine iudicio triuiale iſtud arripiunt. Ut paucis dicam, petulanter eos videmus maledicere, ſicuti ſolent qui canina rabie accensi non reperiunt quod dicant.

49 Ego d̄emonium non habeo.) Quod priore cri- mine omiſſo ſe tantum de ſecundo purgat, quidā idea factum putant quod contumeliam perſonæ ſuę factam neglegerit, tantum autem luſcepit doctriṇa patrocinium. ſed meo iudicio falluntur: neque enim credibile eſt tam ſubtile vita & do- ctriṇa habitum ſuiffe à iudicis diſcriben. Deinde nominis huius odiuū (vt diximus) inde natum erat quod Samaritanū peruersi ac degeneres Legis cultores eam multis ſuperſtitionibus & cor- ruptelis, vitiauerant, totumque Dei cultum pol- luerant extraneis ſigmentis. Auguſtinus ad alle- goriam conſugit, quod Christus non abnuerit Samaritanū vocari, quia verus ſit gregis ſui cui- ſtos. Sed aliud mihi videtur ſuiffe Christi conſilium, quin enim cōdem ſpectarent duo probra quibus impetus fuerat, ſub uno utrumque refelli- t. in dō, ſi quis ritē expendat magis eum grauabat Samaritanū vocando quām demoniacum. Sed (quenadmodum iam dixi) ſimpli refutatione contentus eft Christus, quām ſumit a contrario, dum ſe Patris ſuī honori ſtudere affirmat. Nec eſe enim eft Spiriṭu Dei regi, & fidelem eſte Dei ſer- uum, qui rite & ſyncere ē honorat. *Vos contume- lia me affectis.* Poteſtit ea expoñi hoc membiū, quām queratur Christus non haberi ſibi honorē quo dignus eft qui Dei gloriam promouet, ſed ego altius eum reſpicere puto: nempe quod Pa- triſ gloriam cuim ſua coniungat: aſci diceret, Ni- hil mihi arrogo quod non cedat in Patris glorij: nam in me reluet ciuſ maiestas, eius poteftas & imperiuſ in me reſidet. Quin ergo tam indi- gnè à vobis excipier, in Deum ipsum eftis con- tumeliosi.) deo protinus ſubiicit Deum huī ſore in iuriā vindicem. Poteſtant enim ambitionem illi obiicere, niſi teſtatus eſſet ſe non priuato carniſ affeſt de ſuo honore eſſe ſollicitum vel con- temptu: ſed quatenus honor vel contemptus Dei agitur. Ceterū etiā longè a Christo diſtamus, certò tamen quīſque ſtatuat, ſi ad querendam Dei gloriam ex animo intentus ſit, ſatis amplam lau- dem apud ipsum eſſe ſibi reponit, ſemper enim experiemur verum eſſe illud. *Qui me honorat,* 1. Sam. 2. eos honorabiles reddam. Si apud homines non modò contemptus eft, ſed etiam probris obrui- tur, a quo animo expectet dum illuccat dies Do- mini.

51 Amen amen dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruabit, mortem non videbit in aeternum.

52 Dixerunt ergo illi Iudei, Nunc cognouimus quod demonium habes. Abraham mortuus eft, & Propheta, & tu dicas, Si quis ſermonem meum ſeruauerit, non gaſtabit mortem in aeternum.

53 Num tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus eſt? & Propheta mortui ſunt. quens

quem te ipsum facis?

54 Respondit Iesus, Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: est Pater mens qui me glorificat, quem vos dicitis Deum vestrum esse.

55 Et non nouis eum: ego autem non eum: & si dixerim quod non noui eum, ero similis vobis mendax: sed noui eum, & sermonem cius seruo.

51 Amen amen dico vobis.) Non dubium quin aliquos in turba illa Christus sanabiles cognouerit, alios etiam doctrinę suę minimè aduersos. Sic ergo terrere voluit imprios quorum deplorata erat malfitia, vt tamen consolationis materiam bonis relinquaret, vel ad se alliceret nondum perditos. Ergo vt enique maior pars abhorreat a verbo Dei, nunquam tamen sic totus ad coarguedos improbos, intentus esse debet pius doctor qui filii Dei simius salutis doctrinam impertiat, & conuenit ad sanam mentem reducere siqui sunt non prorsus incurabiles. Hic ergo Christus suis discipulis vitam æternam promittit: sed discipulos requirit qui non tantum auribus annuant, vt asini, vel ore profiteantur se probare eius doctrinam: sed qui seruient non secus ac pretiosum thesaurum. Vt si quis mortem negat: quia vbi animam hominis fides vivificat, iam mors, resufo aculeo, & veneno absterso, lethale vulnus infligere non potest.

52 Nunc cogounau. Peritam reprobi in suo stupore, nec magis promissionis quam minis tanguntur, ita neque duei ad Christum neque trahi possunt. Quod nonnulli calumniōse torqueri ab ipsis verba putant, quia dicāt mortem gustare, quod ex Christo non audierant, mihi parum solidū videtur. Potius sentio loquitiones Hebreis suffisere synomyias, Mortem gustare, & mortem videre pro Mori. Verum in eo sunt sinistri interpres quod spiritualē Christi doctrinā ad corpus transferunt. Mortē nemo fidelium visurus est, quia ex semine incorrupibili renati, etiā moriendo viuent: quia Christo capitū suo coniuncti, morte extingui nequeunt: quia mors illis transitus est in regnum cælestē: quia Spiritus in illis habitans vita est propter iustitiam, donec quod residuum est mortis absorbeat. Iti verò, vt carnales sunt, nullam agnoscunt à morte liberationem nisi qua palam in corpore appareat. Atque hic morbus nimis vulgaris est in mundo, vt pleriq. Christi gratiam pro nihilo ferē ducant, quia cā cœlimā dūtaxat carnis sensu. Ergo, ne id nobis cōtingat, expergefaciēdā sunt mētes ut spiritualem vitam in media morte percipient.

53 Patre nostro Abraham.) Alterum virtū, quod splendore Abrahā & sanctorum, Christi gloria tenebras offundere conantur. Atqui non secus ac solis fulgor stellas omnes obsecurat, ita præ immēso Christi fulgore, quicquid gloria est in sanctis omnibus euangelio oportet. Iniquū ergo & prepōsteſ ē faciunt quod seruos opponunt Domino. Quinierunt Abraham & Prophetis iniurijs sunt dū illorum nomine abutuntur aduersus Christum. Verūm hæ quoque prauitas omnibus ferē seculis grassata est, & hodie adhuc grastatur, vt impij, lacerando Dei opera, ipsum sibi quasi contrarium faciant. Illustravit Deus nomen suum per Apostolos & Martyres: Papista idola sibi ex Apostolis & Martyribus configunt quæ Dei locum occupent: ánon hoc modo sibi ex Dei gratiis fabricant machinas ad diruendam eius virtutem? Quātulam enim restat Deo vel Christo, si habeant Sancti quod illis prodigē largiūtur Papista? Proinde sciendū est cōfundi totū regni Dei ordinem,

nisi longè infra Christum subsident Prophetæ, Apostoli, & quicquid est Sanctorū, vt solus ipse emineat. Nec tane magis honorifice de Sanctis possumus loqui, quām quām ipsos Christo subunitus: Papista autem vt enique fucum faciunt imperitis, probus se iactando Sanctorum cultores, Deo & illis pariter iniuriam sustinent, quod illis in sublime enētis, Christū cogunt in ordinem. Ac dupliciter quidē hic peccat, quod in doctrina dāctos præseruit Christo: deinde quod illos velt̄ētes Christi spolios, cum prop̄ sua virtute extinxerint.

54 Si ego glorifico.) Antequam de iniqua illa cōparatione respōdeat, prefatur se non querere propriam gloriam, atque ita occurrit eorum cālumnia. Si quis obiceat Christū se quoque ipsum glorificasse, p̄ op̄a est solutio, quod hoc humanus non fecerit, sed ducē auctore Deo: nam hīc (vt pluribus aliis locis) se per cōcessionem à Deo separat. in summa, pronuntiat nihil se gloria appetere nisi quod sibi à Patre datū sit. Docemur autem his verbis, quād Deus Filium suum glorificat, non paſſū vī impune cum contempnū habeat mundus. Interea ad Christum reverenter colendum non parum animi addere debent fideli bus voces ille Dei ē cælo sonantes, Oscularini Filium, Adorēt eum omnes Angeli, Hecclatur illi omne genu, Ipsum audite, Ipsiū Gentes requirant, Hunc illet omnis caro. Monemur preterea his verbis, quicquid gloria sibi homines à seipsis conciliant, sruolum esē ac nihili. Quām igitur cæxa est ambitio, dum tanī anxiē de nihilo laboramus? Ergo assidue nobis ante oculos versē. 2. Cor. 10.

Ita illud Pauli dicitur, Non qui scipsum cōmēdat, ille probat̄ est, sed quem Deus commendat. Ceterum quia defituimus omnes Dei gloria, dīcamus in uno Christo gloriarī, quatenus nos facit suę gloria per gratiam consortes. Quem vos accusis. Falsum nominis Dei prætextum quenam arripere confuerant, illis extorquet. Scieſ (inquit) quām audacter iactetis vos esse populu Dei: sed mendax est titulus ille, quia Deum non agnoscitis. Vnde etiam discimus quānam sit legitima fiduci profissio, nempe quæ ex vera notitia oritur. unde autem notitia illa nisi ex verbo? Ergo quicquid Dei nomen absque Dei verbo iactant, nihil quām mentiuntur. Interea Christus conscientia sua fiduciam illorum protervæ opponit, atq. ita omnes Dei seruos animis compositos esse decet et hoc vno contenti sint: Deum à parte sua ita, cūiam totus mundus contra eum insurgat. Ita Prophetis olim & Apostolis cōtra terribiles totius mundi insultus sterit iniusta animi magnitudine: quia sciebat à quo missi esēt. Ceterū vbi deest solidā Dei notitia, nihil est quod nos sustineat.

55 Et si dixerim.) Haec particula testatur Christus se officiū necessitate cogit ad loquendum, quia si lenitum eius persida esset veritatis prodicatio. Infignis sententia, quod in hunc finē se nobis patefact̄ Deus, vt fidem cordis apud homines ore profiteamur quā opus est. Neque enim parū terroris incutere nobis debet, quod qui dissimulant in hominū gratiam, ac Dei veritatem vel abnegat, vel

Cap.
VIII.

impis commentis deformant, non leuiter tan- tū carpuntur, sed ablegantur ad diaboli filios.

56 Abraham pater uester exultauit ut videret diem meum: & vidit, & gauifus est.

57 Dixerunt ergo ei Iudei, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidissi?

58 Dixit illis Iesus, Amen amen dico vobis, priusquam fieret Abraham, ego sum.

59 Sustulerunt ergo lapides vi iacerent in eum: Iesus autem absconditus est, & exiuit è tem- plo.

56 Abraham pater uester.) Concedit illis verbo tenus quod prius abstulerat, Abraham scilicet esse illorum patrem. Oilendit autem quām fruola illa fuerit obiectio nominis Abraham. Ille (inquit) non alium tota vita finem habuit propofitum quām ut regnum meum florere consiperet. Ille nō absentem desiderauit: vos præsentem aspernāmini. Quod de vno Abraham hic prædicat Christus, in omnes lāctos competit, sed in Abraham persona (quia totius Ecclesie pater est) hac doctrina plus habet ponderis. Quisquis ergo in numero piorum censeri cupit, is Christi frasen-tiam qua decet latitia excipiat, cuius desiderio Abraham exarbitur, nam Exultandi verbo velha eius ardēnsque affectus exprimitur. Nunc subaudienda est antithesis, Quum adhuc tam obscura esset Christi cognitio, tanto eius desiderio accensus fuit Abraham, vt eius fruitionem bonis omnibus præferret: quām foeda igitur coruīn ingratitudo qui sibi palam exhibuit spernunt, adeoque reiciunt? Dies hoc loco æternitatem non significat (ut putauit Augustinus) sed tempus regni Christi, ex quo carne indutus mundo apparuit ut Redemptoris munus impleret. Sed iuncte quāritur quomodo manifestationem Christi etiam oculis fidei Abraham viderit: nam hoc cum altera Christi sententia videtur minimè quadrare, Multi Re-

Lue.10.24 ges & Prophetæ optarunt videre quā videtis, nec tamen viderunt. Relpondeo, fideim in Christi intuitu suos habere gradus: quo fit vt Prophetæ veteres Christum procul confixerint, sicuti prouissus illis fuerat: nece tamen quasi præsentem cer-nere licuerit, quācādmodum familiariter ac penitus se conspicuum reddidit quin è celo defēdit ad homines. Perrò docemus his verbis, sicuti non frustratus est Deus Abraham votum, ita hodie non paſſurum ut quisquam sine proſectu ad Christum aspiret, quin pio eius desiderio respondeat. Quod ergo non se pluribus dat fruendum, in cauſa est hominum malignitas, quia à paucis expeti-tur. Gaudium Abraham testatur notitiā regni Christi pro incomparabili theſraeo ſuſſe ab ipso ha-bitum & in hunc finem dicitur gauifus īſe viſo die Christi, ut ſciamus nihil enim pluris feciſſe. Ceterū hunc fidei ſua fructum pīj omnes perci-piunt, quod Christo vno contenti, in quo plenē & inſolidum beatū ſunt & ſeſciles, tranquillæ & hilares conſciencias habent. Et certè nemo rite cognouit Christum, niſi qui hoc illi tribuit ho-noris vt in eo proſuſus acquiescat. Alij exponunt Abraham morte iam defunctum ſenſiſſe Christi præſentem quām mundo appariuit: atque ita deſiderij & visionis tempora inter ſe diuerſa faciunt. Et verum quidem eſt ſpiriibus sanctis post mortem patefactum Christi aduentum, cuius expectatione ſuſpensi fuerant tota vita: ſed neſcio an expositio tam arguta Christi verbis conueniat.

57 Quinquaginta annos.) Christi dictum ab

imposibili refellere conantur, quod ſe Abraham ante multa ſecula mortuo & qualem faciat, nondū ipſe quinquagenarius. Tametsi autem nondum annos triginta quauior natus erat Christus, plus tamen illi ætas concedunt: ne videantur nimis exactè & præcisè cum illo agere, aci dicere, Tu certè non ita ſenem te facies ut te iactes annum quinquaginta una attigile. Ideo qui coniiciunt facie magis attrita fuſſe quām ætas forebat, ve non fieri huic loco mentionem de annis ſolaribus, vtriique de nihilo laborant. Papia verò ſigmentum qui Christum ſupra annos quadranginta vixisse tradidit, nullo modo recipiendum est.

58 Priusquam fieret Abraham.) Quia increduli nonniſi ex carnali aſpetu iudicant, Christus ſe maius quiddam & altius humana ſpecie habere admonet, quod ſenſibus carnis abſconditum, ſolis ſidei oculis cernitur. Secundum hanc rationem ſe potuisse à ſanctis Patribus videri, priusquam in carne palam extaret, aliis tamen verbiſ utitur, Priusquam (inquit) Abraham uſceretur ego sum. Sed hi verbiſ exiuit ſe ē vulgo hominum, ſibi que cæleſtem virtutem ac Diuinam vendicat: cuius ſenſus ab initio vique mundi in omnia ſecula diffuſus fuerit. Quoniam bifariam exponi verba hæc poſſunt, aliqui enim ſimplicer hoc in æternam Christi Diuinitatem competrere putant, ac comparat cum illo Mosis loco, Ego sum qui ſum. Ego verò longius extendo: quia virtus & gratia Christi, quatenus mundi Redemptor est, omnium ætatum communis fuit. Conuenit igitur cum illo Apostoli dicto, Christus heri & hodie & in ſecula. Sic enim videtur contextus exigere. Dixerat prius diem ſuū ardentis desiderio expeditum fuſſe ab Abraham, quia hoc Iudeis incredibile erat, ſubui-cit ſe tunc quoque fuſſe. Perrò non ſatis firma erit cauſa redditio niſi intelligamus iam tum agnitione fuſſe mediatorem, à quo placandus eſſet Deus. Quod tamen ſeculū omnibus viguit me-diatoris gratia hoc ab æterna eius Diuinitate pendebat. Itaque hoc dictum Christi, inſigne Diuina effentiæ elogium continet. Notanda etiam eſt ſolennis aſſuerandi formula, Amen amen. Nec diſplicet quod Chryſtoſtonus in Prælenti verbi tempore pondus eſſe exiuit. Neque enim dicit, Eram, vel fui, ſed ego sum: quo aequabilem & ab initio ad finem vique mundi euendū ſtatū ſignificat. Nec dicit, Priusquam eſſet Abraham: ſed, Priusquam fieret, principium illi tri-buens.

59 Sustulerunt ergo lapides.) Credibile eſt hoc eſſe ab illis factum quāli ex Legi præſcripto la-pidandus eſſet Christus, vnde colligimus quan-ta ſit incoſiderati zeli vefania, nullæ enim ad cognitionem cauſe aures ſuppetunt, manus autem ad eadem ſunt armatae. Ceterū non dubito quin ſe arcana ſua virtute eripuerit Christus, ſed tamen ſub humilitatis ſpecie: neque enim ad li-quidum ſuū Diuinitatem exereſe voluit quin aliquid

Exo. 3.14.

Heb.13.8.

aliquid humanæ infirmitati relinquaret. Quòd aliqui codices habent, *Transisse sic per medium ilorum, non tenere conicit Erasmus ex quarto Luca capite hoc translatum est.* Hoc quoque obseruatum dignum est, quòd impij Sacerdotes & Scriptæ, fugato Christo, in quo habitat tota plenitudo

Deitatis, externi templi possessionem retenant. Atqui longè falluntur quum templum se habere putant Deo vacuum. Sic hodie Papa cum suis quum profigato Christo Ecclesiam profanauerint, inendaci Ecclesiæ larua stultè gloriantur.

CAPVT IX.

- 1 *E*t prateriens Iesu vidit hominem cæcum à nativitate.
- 2 *E*t interrogauerunt eum discipuli eius, dicentes, Rabbi, quis peccauit, hic, an parentes eius, ut cæcus nascetur?
- 3 *R*espondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed ut manifestentur opera Dei in illo.
- 4 *A*le oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: venit nox quando nemo potest operari.
- 5 *Q*uandiu fuero in mundo, lux sum mundi.

1 *Vidi hominem cæcum.*) Hoc capite illuminatione in cæci Euangelista describit, simul doctrinam admisit, ens quæ miraculi fructum convenienter. *An nativitate.* Hęc circumstantia Christi virtutem amplificat, neque enim humanis remedii curabilis erat cæcitas quam allata ex matris vtero pertulerat ille ad virilem vi que atatem. Inde autem discipulis oblate fuit mouenda qualitatis occasio, cuis peccari hęc esset pena. Primò quum testetur Scriptura ærumnas omnes quibus cænōxiūm est genus humanum, ex peccato prouenire: quoties aliquid miserum cernimus, fieri non potest quin statim veniat in mentem hęc cogitatio, incommoda quibus premitur, penas esse manu Dei inflatae. Sed hęc tribus modis errari solet: nam quoniam in alios quisque acerrimus sit censor, pauci sunt qui eandem in se, ut par erat, severitatem adhibeant. Si res fratris meo sunt aduersa, mox Dei iudicium agnosco: si me grauiore seruia castigat Deus, conniveo ad mea peccata. Atqui in reputandis penas quisque à seipso exordium facere debebat, vt nemini minus quam sibi parceret. Quare si aqui in hac parte iudices esse volumus, in nostris potius quam alienis malis discamus esse perspicaces. Secundus error est in rigore immodico: quia simulac tangit quispiam Dei manu, capitale hoc esse odium interpretatur, & scelera facinus ex delictis, ac propè desperamus de eius salute: contrā autem, peccata nostra extenuando, vix delicti nobis confici sumus ubi grauissimum scelus admittimus est. Peccamus tertio, quòd promisœ arripimus ad damnationem quoisque Deus cruce exercet. Certum quidem est quod nuper diximus, miseras omnes originem trahere ex peccato: sed Deus variis de causis suos affligit. Nam sicuti quorundam erimina non vicitur in hoc mundo, sed penas differt in futuram vitam, vt eas duriores exigat: ita durius sèpè tractat fideles suos, non quòd magis peccarint, sed ut in posterum carnis vita mortificet. Imò interdum peccata eorum non respiciens, constantiū eorum obedientiam probat, vel ad patientiam erudit. Sicuti videmus sanctum Iob p̄x alii calamitosum, nec tamen peccatis suis vergi: sed aliud est Dei consilium, ut scilicet rebus etiam aduersis melius testata fiat eius pietas. Præposteri igitur sunt interpres qui ærumnas omnes indifferenter peccatis assignant, ac si qua-

lis esset pœnarum modus, vel Deus aliud non resipiceret in hominibus puniendis quam vniuersiisque merita. Quare duo licet obseruanda sunt, iudicium incipere ut plurimum à domo Dei: id quoque ipsum præteritis impiis severè animaduertere in suis quum quid peccarunt, & eius flat. *1 Pet. 4.17*
*E*galla in corrigendis Ecclesiæ vitis multò durioria esse. Deinde cur homines affligat diversos elic fines, nam Petrum & Paulum non minus quam sceleratissimos latrones carnifici subiecit. Vnde colligimus, non semper in hominum pœnis extare causis quæ digito possint monstrari. Ceterum quid discipuli ex communī sensu interrogant quale Deus peccatum vltus fuerit in cæco simulac natus est, non tam id faciunt interpellatione quam dum quarunt an peccauerit nondum natus. Quanquam hec tam absurdula quæstio ex vulgari commento quod tunc iudicuerat, somptuosa fuit. Nam & ex aliis Scripturæ locis clare apparet, *μηνύθωσθε* quam Pythagoras somniauit, ab illis fuisse creditam. Hinc videmus quam profundus sit labyrinthus hominum curiositas, præsternit vbi accessit audacia. Alios nasci claudos, alios strabones, alios prorsus cæcos, alios monstroso corpore videbant, quum abscondita Dei iudicia reueceri deceret, voluerunt in eius operibus causam habere conspiciam, ita sua temeritate in illas pueriles rugas prolapsi sunt, ut putarent animam vitam defunctam, in nouum corpus migrare, & ibi luere debitas anteacta vita penas. Nec vero hodie Iudeos pudet tam secundum delirium pro cælesti oraculo in suis synagogis indicare. Quo exemplo docemur, sedulò esse caendum, ne si in Dei iudicia ultra sobrietatis modum inquirimus in horribiles abyssos nos abripiat vagus mentis error ac precipiter. Prodigij sane instar hoc fuit quidam in electo Dei populo, in quo cælestis sapientia per Legem & Prophetas lux accensa fuerat, tam crassissimo figura datus locus. Quid si eorum audiciam tam severè vltus est! Densissimil hac modestia in reputandi Dei operibus melius est, vt in admirationem erumpant mentes quories ilorum fugit ratio: ac linguae pretinus exclamant, Iustus es Domine, & recta iudicia tua, sicut comprehendendi nequeant. Quod de parentum peccatis rogant discipuli, non abs te est. Etsi enim ob patris noxiam non plectitur innocens filius, sed anima quæ peccauit, ipsa morietur: non tamen *Ezech. 18.22*.

C.IX. irrita est illa denuntiatio, quod Dominus parentum scelera reicit in finum filiorum, & vindex est in tertiam usque & quartam generationem.
 Exo. 10.5. Ergo ira Dei per multas etates sepe in una domo reicit: & quemadmodum fiduciam posteris in illorum gratiam benedit, sic & impiam progenie abicit, filios cum patribus, in eundem interitum iusta vindicta destinans. Neque hoc modo conqueri potest quisquam se alieni peccati immerito pœnam lucere: quia ubi deest Spiritus gratia, ex malis coruis mala sua nasci necesse est. Hec fuit Apostolis dubitandi occasio an Dominus aliquod parefuit scelus in filio vultus esset.

3 *Neque hic peccauit.*) Non simpliciter Christus hominem cæcum ac eius parentes omni culpa liberat, sed tantum negat causam cæcitatris in peccato querendam esse. Atque hoc est quod prius dixi, aliud interdum esse Deo propositum, quum æruminis iniungit hominibus, quām peccata eorum persequi. Ideo quum latent afflictionū cauce, cohబenda est curiositas, ne & Deo faciamus iniuriam, & maligni erga fratres sumus. Itaque aliam rationem adducit Christus, hominem hunc cæcum fuisse natum *ut in eo manifestaretur opera Dei.* Non dicit opus unum, sed plurali numero. Opeva: quandiu enim captus fuit oculis, Divina severitatis exhibitus fuit in eo specimen, unde timere ac se humiliare reliqui discent. sequuntū est postea liberacionis beneficiū in quo refulit imita Dei bonitas. Quare his verbis Christus discipulos erigere voluit in spem miraculi. sed inter ea generaliter admonet, causam hanc satis superque in mundi theatro debere iustam ac legitimā videri, quum Deus nomen suum illustrat. Nec est quod cum Deo exstinent homines, quum gloria sue organa eos constituit in utrueque partem, siue misericors, siue severus appareat.

4 *Me operor op.*) Iam ad hoc se missum testatur ut Dei gratiam in cæco illuminando patesciat. Porro similitudinem ex communī vitę cōficiunt mutuantur, orto enim sole surgit homo ad laborem, nox autem quieti destinata est, ut haberetur Psal. 104. c. 22. *Diem ergo vocat tempus sibi à Patre finitum, quo opus sibi mandatum peragebat.* Ita ut quisque ad publicum aliquod munus vocatus est, tanquam in operas diurnas incumbere debet ad exequendum quod muneris ratio flagitat. Inde porro colligenda est vniuersalis regula, singulis vitis sue cursum quasi diem esse. Quare ut operarios ad sedulitatem & industriam stimulat lucis breuitas, ne ipsos noctis tenebrae inter primos conatus deprendent: ita quum bre-

6 *Hoc quum dixisset, defuit in terram, & fecit lutum ex fluxo, & illeuit lutum super oculos ceci.*

7 *Et dixit ei, Vade, laua in piscina Siloe, quod est si interpretari missus. Abiit ergo, & lauit, & venit videns.*

8 *Vicini itaque & qui videbant eum prius, eo quod mendicus esset, dicebant, Nonne hic est qui sedebat & mendicabat?*

9 *Alij dicebant, Cerè hic est. Alij verò, Similis est illi. Ille autem dicebat, Ego sum.*

10 *Dixerunt ergo illi, Quomodo aperti sunt oculi tui?*

11 *Respondit ille, & dixit, Homo qui vocatur Iesus fecit, & illeuit oculos meos, & dixit mihi, Vade in piscinam Siloe, & laua. Postquam verò abiit & lauit, vidi.*

12 *Dixerunt ergo ei, Vbi est ille? Dixit, Nescio.*

6 *Desuit in terram.*) Consilium Christi erat visum cæco restituere: sed rem aggreditur

ue tempus vite nobis datū cernamus; pudeat nos torpore in otio: denique simulac Deus per vocationem illucet, minime cunctandum est, ne opportunitas efficiat.

5 *Quandiu fueris in mundo.*) Hoc per occupatum non additum interpretor: videti enim absurdum poterat, Christum sibi tempus operadi prefigere, quasi periculum esset ne eum aliorum more nox oppimeret. Ergo se ab aliis ita segregat ut tamē sibi quoque finitum esse dicat operandi tempus.

Se enim soli comparat, qui quin fulgore suo illustret terram, tamen quum occidit, diem secum auterit. Itaque mortem suam significat rāquam foliis occasum fore: non quia lucem eius extinguat vel obscurat, sed eius conspectum eripiat mundo.

Interea docet, quum in carne productus fuit, tunc verè lucidum mundi diem extitisse. Ecce enim omnibus seculis Deus illuxerat, nouum tamen & insolitum fulgore Christus aduentu suo protulit.

Vnde infra illustranda Patria gloriæ hoc maximè idoneum apūmque esse tempus, quasi diem serenissimum, in quo mirificis operibus se magis conspicuum exhibere Deus voluerit. Verū hic exoritur quæstio, quia post Christi mortem major Dei virtus tum in fructu doctrinæ, tum in miraculis eniit: & Paulus ad tempus sue prædicationis propriè hoc accommodat, quod Deus qui

^{2. Cor. 4.}

à principio mundi iussit ē tenebris lucem splendescere, tunc per Evangelium in Christi facie resplenderit. Et nunc non minus mundum Christus irradiat, quām quum inter homines coram versatus est. Respondeo, Christum, completo fun

ctionis sue cursu, non minus potenter operatum esse per suos ministros, quām per seipsum quum in mundo ageret. Id quidem verum esse fateor:

sed non obstat primò quin per seipsum ex quo debuerit quod à Patre mandatum erat, quo tempore

in eum finem exhibitus fuit in carne. Non obstat deinde quominus corporalis eius praefentia verus & singularis fuerit dies nūdi, cuius splendor in omnia secula diffusus fuerit. Vnde enim & olim sanctis Patribus, & nobis hodie lux & dies, nisi quod Christi exhibito semper radios suos longè emisit, qui perpetuum diem texerent? Vnde sequitur, quicunque directorem non habent Christum, tanquam cæcos in tenebris palpitando confuse & sine ordine vagari. Interea tenendum est sensus illius, quod sicuti sol pulcherrimum terræ ac cali theatrum totumque naturæ ordinem oculis operit, ita præcipiam operum suorum gloriam Deus in Filio conspicuum exhibuerit.

modo in speciem valde absurdam: nam luto oculos illiens, cæcitatem quodammodo duplicat.

Quis

Quis non vel misero homini eum illudere putasset, vel instar hominis deliri ridiculas ineptias agitare? Atqui hoc modo cæci fidem & obedientiam probare voluit, ut omnibus esset exemplo: Fuit certè hoc non vulgare fidei specimen, quod cæcus nudum verbum amplexus, visum sibi redditum iri certò confidit: atque hac fiducia properat ire quod iussus est. Praeterea etiam obedientia laus, quod simplicitate obsequitur Christo, etiam si multa in contraria partem auocent. Atque hoc vera fidei experimentum est, quem pia mens simplici Dei verbo contenta sibi promittit quod incredibile alijs videtur. Fidem sequitur mox obsequij promptitudo, ut se Deo regendum placide tradat, qui fidum sibi ducent fore persuasus est. Minimè dubium est quin labrij sui suspicio ac metus cæco in mente veneris: sed per onnia impedimenta per rumpere illi facile fuit, quum statueret tutum esse Christi sequi. Siquis obiciat, non agnitus fuisse Christum à cæco qualis erat, ut potuerit, tanquam Dei Filio iustum illi honorem habere, fateor id quidem: sed quia à Deo missum esse credebat, illi se subiiciens, & eum veracem esse non dubitans, nihil in ipso nisi diuinum intuetur: inquit quod in tanta exigua notitia totum se Christo addxit, eo plus laudis meretur eius fides.

7 *Luna in piscina Siloæ.*) Neque in luto neque in aqua Siloæ quicquam ad sanandos oculos sive virtutis certum est: sed Christus liberè extensis ipsis symbolis sua miracula non semel ornavit, sive ut fideles assuferaret ad signorum visum, sive ut ostenderet suo arbitrio subesse omnia, sive ut testatum faceret tantum esse potentia in singulis creaturis quantum ipse dare velit. Quærum tamen nonnulli quid lutum ex puluere & sputo compositum significerunt: hanc fuisse Christi figuram interpretantur: quia puluis terrenam carnis naturam sputum autem ex ore profectum, diuinam verbi essentiam notet. Ego autem allegoriam istam, quia plus arguit quoniam soliditatis habet, omisso, hac simplicitate contentus, quod sicuti primum ex luto homo conditus est, ita in refingendis oculis lutum adhibuerit Christus, in corporis parte tandem potentiam demonstrans quam Pater in toto homine fingendo exeruit: vel fortè hoc ligno testatum voluit, sibi non esse difficultas disculpo impedimento aperire cæci oculos, quām hominum cuius lutum abstergere: rursum sive esse potestatis tenere hominis visum, perinde ac si quis oculos luto illinat: quod posterius mihi magis arridet. *Lauare in piscina*

Siloæ, ideo fortè iussit ut Iudeis exprobrates nō nisi per eos stare quominus sentirent prius item Dei virtutem, quemadmodum sua acta, homines Iesaias obiurgat quod contemptus aquis Siloæ tacite fluentibus, rapidos & violentos fluius appetant. Eadem quoque tuulis ratio mihi videatur cur Eliseus Naaman Syrium in iordanie lauare iussit. Piscinam hanc, si Hieronymo creditur, efficiebant, quæ certis horis ex monte Sion ebullientes. Interpretatio vocis Siloæ confutò ab Euangelista additur, quia fons ille tempio vicinus quotidie Iudeos venturi Christi advenebat: quem tamen coram sibi oblatum aspernati sunt. Gratiam ergo Christi Euangelista nobis commendat, quod ipse unus tenebras nostras illuminet, visumque cæcis restituat. Nam in unius hominis persona naturæ nostra conditio depingitur, quod scilicet luce & intelligentia omnes ab vita privati sumus: deinde quod malitia huic remedium à solo Christo petendum sit.

Observa autem quod quoniam praefatis illis etet Christus negligi tamen symbolum nolat, ad coargendum genitis stuporem, quæ inane in tantum signorum umbram retinebat, abolita substantia. Ceterum mirifica Christi bonitas in eo refluget, quod ultra ad cæcum medius accedit, nec eius precus in ope ferenda expectat. Et tam quoniam natura ab eo aucti sumus, nisi occurrat priusquam vocetur, suaque misericordia in lucis & vita obliuione demersos preueniat, ceterum de nobis est.

8 *Vicini itaque qui vid.*) Non vicini tantum notus erat cæcus, sed psalmi etiam totius urbis incolis, quod mendicus federe ad porta templi solebat: tales autem vulgi oculos magis in se conuertunt. Hæc notitia hominis ad plures uiarum sanam vulgavit. Cæterum (vringentos) est impietas in obscurandis Dei operibus, multi putarunt non eundem esse hominem quia in eo noua Dei virtus conspiciebatur, ita quo splendor est operum Dei maiestas, minus fidei apud homines inueniunt. Sed illorum dubitatio ad comprobandum miraculum valuit, quia inicium est ut suo preconio Iesus Christi gratiam magis celebraret. Proinde omnes illis circumstantias non frustra colligit Euangelista, ex quibus miraculi veritas claritas emittit.

11 *Postquam vero abiit, & lauauit.*) Tam felix obediens successus nos admonet ut super istis omnibus obstatulis strenue peragamus quoconque Dominus vocat: nec vero dubitemus priusquam cœlum quicquid eius ductu & auspiciis fuerimus aggregati.

13 *Adducunt eum qui aliquando cæcus fuerat ad Phariseos.*

14 *Erat autem Sabbathum quum lutum fecerat Iesus, & aperuerat eius oculos.*

15 *Rursum ergo interrogarunt eum etiam Pharisei quomodo visum receperisset. Ipse autem dixit eis, Lutum imposuit super oculos meos, & laui, & video.*

16 *Dixerunt ergo ex Phariseis quidam, Hic homo non est à Deo, quia Sabbathum non seruat. Alij dicebant, Quomodo potest homo peccator haec signa facere? Et discepulum erat inter ipsos.*

17 *Dicunt ei qui cæcus aliquando fuerat, Tu quid dicis de eo, quod aperuit oculos tuos? Ille vero dixit, Prophetæ est.*

13 *Adducunt eum qui.) Narratio quæ iam sequitur ostendit adeo non proficere impios in Dei operibus, ut quo magis urgentur eorum potentia, virus intus conceptum egerant. Mollire*

certè vel lapideas mentes debuerat visus cæco redditus. Ita tamen Pharisei, ræti nouitate & magnitudine percussi, tantisper debebant habere dum inquirerent an diuinum esset opus: sed eò va-

Cap.
IX.

cordia illos præcipites impellit Christi odium, vt quod audiunt ab ipso factum esse protinus damment. Phariseos Euangelista nominat, non quod alia secta Christo propitiæ essent, sed quia hec ad tuendum presentem statum reliquæ erat animosior. Sèper hypocritis crudelis est & superbis: quum ergo falsa opinione sanctimoniaz turgent, eos præcipue vulnerabat Euangelij doctrinæ, que damnabat fidelitas omnes eorum iustitias, præfertim verò assertæ Legis prætextu pro sua potentia & regno dimicabant. Quod Euangelista circum à turba ad Phariseos adductum esse commemorat, incertum est quo affectu, & cōsilio factum id fuerit: vix quemquam tunc latet quām hostiliter infensi Christo essent Pharisei. Fieri ergo potest ut multi adulatores eorum gratian data opera miraculi gloriam obruere tentarent. Mili tamen probabile est maiorem partem plebis suspenso iudicio (vt fieri solet) ab his ac iudices facere voluisse qui gubernaculū tenebant, interea vltro cæcuentes in sole tenebras tibi accersunt, quæ illius obscurant lucem. Hæc præposta est vulgi religio, vt impios Ecclesiæ tyrannos Diuinæ reuerentia prætextu adoret: Deum vero ipsum tam in verbo suo quam operibus contemnatur, vel saltē respicere non dignetur.

14. Erat autem Sabb.) Consolò diem Sabbathi elegit Christus, qui scandali materiali præbituras erat ludix. Iam satis in paralytico expertus erat hoc quoque opus calumnizare fore obnoxium: cur ergo offenditionem (quod illi facilimum erat) non præcauet, nisi quod maligne suscepta ab hostib[us] defensio ad illustrandam Dei virtutem factura erat? Dies Sabbathi ad illos acuendos instar cotis est, vt acrius de tota re inquirent. Quid verò tandem ex questione sedulo & anxiè habita proficiunt, nisi quod miraculi veritas clarius refuget? Cæterum hoc exemplo docemur, vt Christum sequamur, exasperandoles Euan gelij hostes: ac eos proflus despere qui sic conciliant mundum Christo vt quasvis offendiones damnant: quam potius Christus sciens ac volens impios irritauerit. Teneda ergo quam alibi præscribit regula, Cæcos ac duces eorum negligendos esse.

15. Interrogarunt eum e. Ph.) Hæc cōfessionem ex ore cæci iam ante populus audierat. nūc eius testes Pharisei quoq[ue] sicut, qui obictere poterant rumor fine capite temere excitatum, ab hominibus plebeis non minus temere suis exceptū. Ac primò quidem omisla facti quæstione (vt loquantur) de iure ratiū disputant: non enim negant quin visum Christus cæco restituerit, sed crimen inueniunt in circumstantia temporis: ac negant Dei esse opus quod violatum fuit Sabbathum. Sed primò querendum erat an Diuinum opus esset Sabbathi violatio. Quid autem obstat quoniam hoc videant, nisi quia præo affectu & malitia excæcati nihil vident? Adde quidam prius satis superque edociti fuerant à Christo, non magis cum Sabbatho pugnare qua Deus hominibus largitur beneficia, quam Circuncisio neam. & Legis veiba homines à suis tantum, non Dei operibus, quisclere iubent. Quod ergo erroreui pro confesso sumunt tam valide refutatu obstinataz malitia imputandum est: saltem non alia de causa errant nisi quia errare liber. Ita Pa-

pita friuolas putidásque calumnias, quibus censes responsum est, subinde tamen perficta fronte ingerere non desinunt. Quid ergo nobis agendum? Nempe quum locus datur, quantum in nobis est refellenda est eorum improbitas qui falsa inuidia Euangelium gravant & infamant. si nulla quantumvis iusta defensio es illis obturet, non est quid fatiscamus: sed magno & intrepido animo obstinata hæc maledicendi libido, qua nos opprimere volunt, calcanda est. Axiomata sumunt quæ libenter illis concedimus, Non audiendos esse qui ab Ecclesia discessione faciunt, & abrumpt fidei unitatem. Sed quid præcipue discutiendum erat, & quod dilucide mille locis exposuimus, dissimilanter prætereunt, Papam cū sua caterua nihil minus quam Ecclesiam esse, farraginem ex commentis adulterini cōstatam, & infecitam tot superstitionum signitiam, multū à sincera fide distare. Atqui furiosa sua petulatia non efficient quin tandem præualeat toties ac tā solidè testata à nobis veritas. In eundem modum Pharisei plausibile aduersus Christum axiomam sumebant, Non esse à Deo quisquis Sabbathum non seruabat, sed iniuste & falso opus Dei iactabant Sabbathi esse violationem.

16. *Quomodo potest homo peccator.*) Peccator hic, sicut aliis pluribus locis, pro scelerato & Dei contemptore sumitur. Quare cum Publicanis & peccatoribus edit magister vester? hoc est, impiis & flagitiosis hominibus quorum vulgo infamis est nequitia. Nam ex Sabbathi violatione colligebant hostes Christi profanum esse ipsū 16. hominem, & omni religione vacuum. Iste contraria, qui medijs sunt & æquius iudicant, pium & religiosum hominem esse statuunt qui ad edenda miracula insigni Dei virtute sit instructus. Quanquam non satis firmum videtur argumentum, nam & pseudoprophetis interdum Deus permitit signa quadam edere: & scimus Satanā instar simia, Dei opera imitari vt incertos fallat. Imò refert Tranquillus, quū Vespasianus in ALEXIUS SUE 16. lexandria esset, ac ius in medio foso ex tribunali dicere, rogatum à cæco suis ut sputo eius oculos illineret: hoc remedium à Serapide sibi in somnis monstratum esse. Vespasianum, quia temere ludibriū expondere se nollet, cunctanter & ægri cōadductum esse: quum tamen vndiq[ue] amici instarent, cæco dedisse quod petebat: atque ita repeente apertos suis eius oculos. Quis Vespasia nū propterea inter Dei seruos numeret, vel pietatis laude eum insigniat? Respondeo, apud pios & Dei timentes miracula indubias esse potentie Spiritus sancti tesseras: sed iusto Dei iudicio fieri vt miraculis fallacibus incredulos non secus ac præstigijs deludat Satan. Quod ex Suetonio nuper retuli, non puto esse fabulosum: sed iuste potius Dei vindicta hoc adscribo, quod quoni tot & tam præclaræ Christi miracula à Judæis contempta essent, tandem, vt meriti erant, ad Satanam suerint ablegati. Debuerant enim ex Christi miraculis in puro Dei cultu proficer, in Legis doctrina confirmari, & assurgere ad Messiam ipsum, qui finis erat Legis. Et certè Christus cæcū illuminando se Messiam esse clarè testatus fuerat. Qui Deū in suis operib[us] agnoscere recusant, quum non modo fœcordia, sed malitioso cōceptu recusent, annō digni sunt quos Deus Satang fallacijs subiiciat? Meminerimus ergo Deū tuncero

Matt.
4.

15.

4.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.

316.

317.

318.

319.

320.

321

syndico cordis affectu quārendum esse ut nobis Spiritus sui virtute se patet faciat: obedienter eius verbo præbendas esse avores, vt veros Prophetas miraculis non nullacibus distinetē notet ac uisignet. Ita fiet ut sua apud nos miraculis utilitas constet, nec Satanæ imposturis simus obnoxij. Quid ad istos pertinet, tametsi hoc probè faciunt quidam miraculus (in quibus appetat Dei potentia) reuenter loquuntur, non tamen satis validam rationem opponunt cur censendus sit Christus Dei Propheta. Neque enim Euangelista pro oraculo haberet volutum eorum responsum: tantum impianum hostium Christi contumaciam in medium profert: qui malitiosè in conspicuis Dei operibus quod carpant captantes, ne admonitioni quidam paulisper subfistunt. *Ei diffensio erat inter eos.* Pessimum in Ecclesia Dei & maximè noxiū malum: est schismata: qui ut ergo ut Christus discordat materialia inter ipsos Ecclesia doctores semineat? Rebus onis facilius est, non alium fuisse Christo sine in iustitia & omnes qui portentaria manu ad Deum Patrem adduceret, dissensio autem ex eorum malitia orta est quibus animus non erat ad Deum accedere. Schismata ergo scindunt Ecclesiam, quicunq; & Dei veritati parere non sustinent. Praestat autem integrè se dispendere homines quā in simili omnibus uno consensu, à pietate desicere. Proinde quoties emergunt

18 Non credide: nūt ergo iudei de ipso quid excus fuisset, ac: visum recepisset, do ec vocari: nūt parentes eius qui iūsum receperat.

19 Et in: ergauerunt eos, dacentes, Hic est filius vester, quem vos dicitis cœcum natum esse: quomodo igitur nunc vide?

20 Repperdunt illis parentes eius, & dixerunt, Scimus quid hic est filius noster, & quid cœcus natus es:

21 Quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius apernerit oculos, nos nescimus. ipse a te ambibet, cum interrogate: ipse de se loquetur.

22 Hoc dixerunt parentes eius quod timerent Iudeos. iam enim confirave. ant Iudei ut si quis eum confiteretur esse Ch̄ istum, è synagoga eycetur.

23 Propterea parentes eius dixerunt: Aetatem habet, ipsum interrogate.

18 Non crediderunt.) Duo hū obseruanda sunt, quid non credant factum esse miraculum, & quid spōte prauo Christi odio excæcati, quod palauit eti non cernant. Ipsos Euangelista non credidisse refert, si ratio queritur, non dubium est quin voluntaria fuerit eorum cœcitas. Quid enim obstat quominus luculentum Dei opus oculis suis subiectum non videant, in modo quod plus quam convicti, non tamē credant quod iam habent compertum, nisi quod interior cordis malitia clausos tenet corum oculos? idem in Euangelij quoque doctrina impleri Paulus docet: *vel latianum enim vel obscurum esse negat, nisi reprobis, quorum mentes excæcauit Deus huius seculi.* Talibus exempli moniti, discamus non accersere nobis obstacula quæ nos à fide arceant. *Iudeos* per synedochen Euangelista nominat qui populi gubernacula tenebant.

2.Cor.4.3. 19 Hic est filius vester.) Quia priore via non succedit, nouam aliam tentant: sed Dominus hic quoque mirabiliter ratione non modo eorum conatus disturbat, sed in contrarium etiam finem vertit. Porro non vnum simpliciter quarunt, sed astute pluri involunt, vt responsonis ansam praecidant. Sed parentes cœci ex multiplici & capitulo laeti interrogante dimidiari tantum partem excerpūt, ad quam respondent: filium suum esse

dissidia, sc̄mper confundenda est origo.

17 Discut et quis cœcus fuerat.) Quid magis sedulò inquirunt, eo se potius exercit Dei veritas: perinde enim faciunt acti flammam quis extingueret flatu suo vellet. Ergo quoties videmus omnia impios moiri ad opprimendum eum Dei veritatem, non est cur terrenatur vel nimis de euentu simus solliciti: quia nihil quām eius lucem magis ex modo accendent Petrus quid suscitatur a cœlo quid sentias, non ideo fit quid morientur eius iudicium vel pili affliment: sed quia hominem metu percellum ex animi lei voto responsorum sperant. Quia in parte Dominus ipsos frustratur, nam certe quid homo plebeius iniquitate neglegit eorum nimis Christum assertat Propheticam esse, Dei gratia acceptum referre meritum conuenit, vt haec truca sit quasi alterum miraculum. Quid si tam cordate & libere Christum esse Propheticam confessus est, qui Dei filium esse nondam tenebat: quām pudenda est eorum perdidia qui metu fracti vel eum abnegant, vel conticulant, quām sciant ad Patris dextram sedere, atque inde venturum totius orbis iudicium? Qui ergo exiguum notitia scintillam hic cœci non sufficiunt, dandā cōp̄ta ei ut ex picno diligite, qui cōcordibus nostris illuxit, ingenta & integra confessio res fulgeat.

test natura & cœcum fuisse ab utero. Hinc sequitur, non naturaliter eum videre, sed miraculo aperitos fuisse illi oculos. sed hoc posterius, quia odiosus erat, preteriunt: quo intentio produnt fiam ingratiudini. Nam certe tam illud tri Dei, beneficio affecti, ad celebrandum eius nomen ardenter debebant. Atqui metu contemni gratiam Dei quantum in te eli lege eliunt: nisi quod telitem suo loco substituunt filium, qui & nomine misericordia & maiori fide rem totam ut gesta est p̄ficit. Ceterū eti prudenter, dum periculum declinavit, n̄ciam hanc executa rationem ut per os filij sui obliquè de Christo testentur: hoc tamen non obstat quin per os Euangelistarum spiritus eorum mollietiam damnet, quia partes interim suas delerunt. Quanto itaque minus habebunt exultationis qui perfida abnegatione Christum cum sua doctrina, cum miraculis, cum virtute & gratia proflus obruant?

22 Confiraverant iudei, vi s.) Hic locus docet veterem & seculis omnibus visitatum excommunicandi morem fuisse: neque enim tunc primū inuenta excommunicatio fuit: sed quæ iam olim aduersus apostatas & contemptores Legis ysu recepta erat pena, in Christi discipulos verba fuit. Tenemus ergo ex vetustissima Ecclesiæ

Cap.
IX.

disciplina ortum esse excommunicandi ritum: deinde non nuper cœpsisse, neque vnius tantum seculi esse hoc virtutem ut sancta Dei instituta suis sacrilegiis impij homines corrumpant. Esse aliquam correctionis formam, qua rebelles cohíberentur, Deus ab initio voluit. hac potestate Pontifices & Scriba non modo tyramnicè abusi sunt ad vexandos innoxios, sed Deum ipsum eiūque doctrinam nefariè tandem oppugnauit. Quoniam potentior esset Christi veritas quam vi iure & ordine ad resistendum patres forent, excommunicationum fulmina vibrarunt ad eam opprimendam. Idem & in populo Christiano factum est: vix enim exprimi potest quam barbarum tyrannide exercuerint pleudoepiscopi in plebe subigenda, ne quis mutare auderet. & nunc videmus quanta truculentia telum hoc excommunicationis in omnes Dei cultores torqueant. Sed ita statuendum est, vbi hominum libidine in alienum finem rapitur excommunicationis, securè posse contemni. neque enim Deus, quum ius excommunicandi Ecclesiæ fœde mandauit, gladio armavit tyrannos vel carnifices ad iugulandas animas: sed regulâ præscriptis populi sui gubernandi: & quidem calege vi suam ipse imperium teneret, homines vero haberet ministros. Fulminent ergo ut li-

buerit pleudoepiscopi, non alios inanibus suis crepitaculis attonitos reddent, quam qui voce summi Pastoris nondum edociti quod nam sit verum ouile, vagi & dubij errant. In summa, quos videmus non subesse Christe, certò certius est legitima excommunicandi potestate esse priuatos. Nec verò timendum est ne à suo cœtu nos abdicent, unde Christus vita & salus nostra exulat. Quoniam potius si Christo coniuncti esse cupimus sponte ex Pape synagogis discedere nos oportet, tantum abest ut nobis obflet electionis metus. Ceterum etsi ritus excōmunicandi tam indignè in veteri Ecclesiâ corruptius fuerat, Christus tamen aduentu suo exili, qui noluit sed restituit suę puritatem, ut de integrō apud nos vigeret. Ita hodie quantumvis fœda in Papatu graffetur sanctæ huius disciplina profanatio, potius ad pristinam suam integratatem summo studio à nobis reuocanda est quam ut eam aboleamus. Nunquam adeo bene res in mundo composita sunt quin sanctissimæ quoque Dei leges hominum vitio in corruptelas degenerent. Ninium profectò licentia Satanae datur si in nihilum redigere posset quicquid adulterat. nullus iam Baptimus nobis restaret, nulla Cœna, nulla denique religio, cuius nullam partem à suis inquinamentis reliquit intactam.

24 *Vocarunt ergo secundò hominem qui cœcus fuerat, ac dixerunt ei, Da gloriam Deo: vos scimus quod hic homo peccator est.*

25 *Respondit ergo ille, & dixit, An peccator sit, nescio: vnum scio, quod quoniam cœcus essem, nunc video.*

26 *Dixerunt ergo ei rursum, Quid fecit tibi: quomodo aperuit tibi oculos?*

27 *Respondit illis, Dixi vobis iam ante, & non audistis: quid rursum vultis audire? nū quid vos etiam vultis eius discipuli fieri?*

28 *Constituti sunt ergo illi, & dixerunt, Tu eslo eius discipulus: nos Moses sumus discipuli.*

29 *Nos scimus quod Mosi loquutus sit Deus: hic verò unde sit nescimus.*

30 *Respondit homo, & dixit illis, Certè in hoc mirum est quod vos nescitis unde sit, & aperiunt oculos meos.*

31 *Scimus autem quod peccatores Deus non audit: sed si quis sit Dei cultor & faciat eius voluntatem, hunc audit.*

32 *A seculo non est auditi quoniam quidquam eius oculos qui natus fuisset cœcus.*

33 *Nisi esset hic à Deo, non posset facere quicquam.*

24 *Vocarunt ergo secundò.) Non dubium est quin pudore coacti cœcum vocarent, quem nimis firmum & constantem prius experti fuerant. Ita quo vehementius luctantur aduersus Deum, subinde pluribus laqueis se induant, & fortius se constringunt. Ceterum ita interrogant ut in sua verba ipsum adigere contentur. Speciosa quidem præfatio est quoniam hortatür ad dandam Deo gloriam: sed statim imperiosè vetant ne exanimi sui sententia respondent. Ergo sub nominis Dei prætextu seruire obsequium ab illo exigunt. Da gloriam Deo. Tameth ad causæ circumstantia referri haec obtestatio potest, ne Dei gloriam obsecutæ cœcū, beneficium quod accepit in hominem transferendo: potius tamen subscripto corum sententiæ qui solennem fuisse formulam existimat quæ adhiberi solebat quum iuriandum ab aliquo exigenter. Nam & Iosue iisdem verbis Achiam adiurat quū veram subrepti anathematis confessionem exprimere vult. Monebant autem his verbis non leui contumelia Deū effici si quis per eius nomē falleret. Et certe quo-*

ties iurandum est nobis, occurrere debet hęc præfatio, ut non minus pretiosa nobis sit veritas quam Dei gloria. Id si fieret, longè alia constaret iuramenti religio: nū quia bona pars Deum abnegari non cogitans, quin ad mendacium aliterendum inuocatur eius nomen, temere & contemptim ad iurandum presilit: omnia periurii reserta sunt. Interca videmus ut hypocritæ, euā dum maximam Dei reverentiam obtendunt, nō modo fucum faciant, sed impudenter quoque illudant. simul enim addunt ut in sua verba impie cum manifesto Dei probro cœcus iuret. Ita scilicet scelerata eorum consilia Deus in lucem protrahit, vt cunque variis coloribus inducere & fictiū vmbbris tegere conentur.

25 *An peccator sit nescio.) Videtur cœcus ab ingenuo testimoniō nō nihil metu deflectere. Neque enim credibile est de Christo ipsū dubitasse, vt verba sonāt: sed ego potius ironice loquutus arbitror, qud ipsos acris pungeret. Confessus paulò ante fuerat Prophetam: quū nihil proficeret se videret, de persona iudicium suspensens,*

rem ipsam proponit. Ergo ista concessio subsan-
natione non caret.

26 *Dixerunt ergo errans.)* Quum impios vi-
de ius tantopere in prauis suis actionibus sata-
gere, pudeat nos torporis nostri, quod tam frigi-
de in agendo Christi negotio verfamur. Quum
autem vndeque calumniandi materiam venentur
ut miraculum tenebris involvatur, Dominus eo-
ruin conatus praclai è discutit infracta cæci
constantia, neque enim tantum in sententia perstat,
sed libet eos & seuerè obirgat, quod veritatē
faus notam & compertam subinde querendo
obruere studeat. Peruersum etiam Christi odiū
illis exprobat, quum dicit, *Nunquid vultis fieri
eius discipuli?* significat enim, quanuis centies
conociti fuerint, maligno hostiliisque affectu sic
esse occupatos, ut nunquam cessuri sint. Mira sa-
nè libertas, quod homo contemptibilis & obsec-
rus, inò properet mendicitarum ferè probrosus,
securè omnium Sacerdotum furorē in se pro-
noscit. Si exigua duntaxat fidei preparatio, quum
ad pugnam ventum esset, illi tantum dedit fidu-
cia, quid excusationis preterexit qui extra telos
iustum magni Euangelij præcones, in periculis
obnuteant? Porro hæc quoque interrogatio
est ironica. Significat enim malevolentia eos, nō
sincero veri studio impelli ut hanc questionem
tam sedulò virgeant.

28 *Coniuici sunt ergo illi.)* Probabile est, que-
cunque illis coniuita furiosa iracundia impetus
dictavit, tumultuosè in eum conieccisse: hoc autē
vnum ex multis fuit, quod Legis apostamat vo-
carunt, neque enim coruī iudicio, Christi poter-
at esse discipulos quin à Lega Mosis deficeret.
ac disertè hec duo tanquam inter se pugnantia
oppontunt. Ceterum hic in speciem pulcherri-
mus est color, quod discedere à Mosis doctrina
metuant. Est enim hæc vera pietatis regula, au-
diendos esse Prophetas, per quos loquuntur esse
Deum certò constat: ne quibuslibet hominum
doctrinis circunferatur fides. Ab hoc vero principio
deducunt quam habent de Lege Mosis cer-
titudinem: sed mentiuntur Mosis se esse discipu-
los, qui à Legi fine auersti sūt. Ita hypocrita Deū
lacerare solent, quum volunt eius nomen obtin-
dere. Si Christus anima Legis est, vt Paulus do-

cet, quid erit Lex ab ipso separata nisi corpus ^{Rom.10.4.}
mortuum? Hoc exemplo docemur non verè audi-
diri Deum, nisi quin attentus est auditor ad ei-
us vocem, ut percipiat quidnam sibi velit ac lo-
quatur. Quum dicunt sc̄ nefere unde si Christus,
hoc ad patram vel locum natalem non refertur,
sed ad munus propheticum. Cautant enim se
nullam habere vocationis eius notitiam, ut cum
tanquam à Deo profectum recipiant.

30 *Certe in hoc mirum est.)* Oblique perstrin-
git eos quod tam insigni miraculo nihil commo-
ti, Christi vocationem sibi esse ignorantiam fingant:
ac si tunc et minime esse consentaneum ut tale
Divina virtus specimen pro nihilo ducatur, ac
Christi vocatio sic probata & testata nihil tan-
cē fidei apud eos obtineat. Et, quod magis eorum so-
cordiam vrgeat vel malitiam, miraculi excellen-
tiam ex eo amplificat quod ab ultima hominum
memoria nunquam fundo auditum sit tale quic-
quam fuisse ab homine factam. Vnde sequitur,
malignos esse atque ingratos qui ad conspicuum
Dei opus vtero connivent. Colligit ergo à Deo
esse missum qui tanta Spiritus Dei potentia in-
structus est ad comparandam sibi ac doctrine
fux fidem.

31 *Scimus autem quod peccatores.)* Falluntur
qui cæcum ex vulgi opinione sic loquuntur esse
putant. Nam peccator hic quoque, vt paulo
ant̄, inq̄ iuri & scelerum tum significat. Est autē
hac perpetua Scripturæ doctrina, quod
Deus non exaudiat nisi à quibus vere & sincero
corde vocatur. Nam quum sola fides sanuam
nobis ad Deum aperiat, certum est impios omnes
ab accessu eius arceri: inò testatur se a-
bonitatem eorum preces, sicut ad eorum sacrificia
nauseat. Singulari enim priuilegio filios ad se
inuitat, & solus est Spiritus adoptionis qui in
cordibus nostris clamat, Abba Pater. In summi,
nemo ad Deum orandum rite est comparatus
nisi qui cor fide purgatum habet. Impij vero, si-
cuti in suis precibus sacrum Dei nomen profa-
nant, ita potius huius sacrilegij penas dare
merentur quam ut quicquam in salutem impre-
tent. Ideo non male ratiocinatur cæcus. Christū
à Deo profectum esse, quem suis votis ita pro-
pitium habet.

34 *Responderunt, & dixerunt ei, Tu in peccatis natus es totus, & tu nos doces? Et ieceverant
eum foras.*

35 *Audiuit Iesus quod ieceissent eum foras: & quum inuenisset eum, dixit ei: Credis tu in
Filium Dei?*

36 *Respondit ille, & dixit, Quis est Domine, ut credam in eum?*

37 *Dixit autem ei Iesus, Et vidisti eum: & qui loquitur tecum, ille est.*

38 *Dixit autem, Credo Domine. Et adorauit eum.*

39 *Tunc dixit Iesus, In iudicium ego veni in hanc mundum, ut qui non vident, videant: &
qui vident, ceci fiant.*

40 *Hæc audierunt quidam ex Pharisæis qui erant cum illo, & dixerunt ei, Nunquid &
nos caci sumus?*

41 *Dixit illis Iesus, Si caci essetis, non haberetis peccatum. nunc autem dicitis, Videmus. pecc-
atum igitur vestrum macte!*

34 *In peccatis natus es.)* Non dubito quin ad
eius excitatem alluserint: sicut super his homi-
nibus mos est miseros & calamitosos vexare.
Ergo perinde illi insultant ac si ab vtero matris
eum scelerum tuorum nota prodigueret. Nam pa-
sim Scribarum animis infidebat hæc persuasio,
quod anima vna vita defunctæ in noua corpora

migrarent, atque illic penas penderent priorum
scelerum. Inde constituant isti, cum qui cæcus
natus est, iam tunc peccatis delibutum fuisse ac
sedatur. Hæc prepostera censura nobis docu-
mento esse debet, sedulò cavendum esse ne semper
Dei flagellis cuiusque peccata me iument.
Habet enim (vt prius vñsum est) Domi-

Cap.
IX.

nus varios fines cur erummas hominib. infligat. Præterquam verò quòd illi hypocrita mifero homini insultant, simul contumeliosè respuant quamlibet sanctas & probas eius admonitiones: vt hoc plusquam commune est ne quis ab eo se doceri sustineat quem contemnit. Porro quoniam semper audiendus sit Deus, per quo sive tandem nobis loquatur discamus neminem contemnere, vt Deus nos semper dociles ac manuestos ieperiat, etiam si contemptissimo & nihil homine ad nos docendum vtratur. Nulla enim est deterior pestis quam quoni aures fastus nobis obstruit, ne audire dignemur qui vtiliter nos monent. Et Deus sepe consultò viles & abiectos eligit ad nos docendos & monendos, quòd altitudinem nostram subigat. *Eiecerunt eum foras.* Quanquam fieri potest vt impetu factò eum extra templum eiecerint, mihi tamen videtur alius esse Euangelista sensus, quod eum excommunicauerint, atque ita fuerit eiectio iuris specie obiecta. Et hoc contextui melius quadrat: quia si per contumeliam tantum eiectus fuisset, non erat hoc tanti momenti vt fama ad Christum perveniret. Nunc quòd Christus audiuit, inde concilio rei quasi seriam cœlenni ritu ab illis actam esse. Caterū n̄ hoc exemplo docentur quām fruula sint & minime timenda hostium Christi anathemata. Si ab eo cœtu eicimur in quo regnat Christus, horrendum illud iudicium in nos feratur, quod tradamur Satanæ, quia a regno Filii Dei exulamus. verum ab eo loco vbi Christus per verbum & Spiritum suum non presidet, sponte fugiendum est, si nemo nos expellat: tantū abest vt metuendum sit tyrannicum illud iudicium quo impii seruis Christi insultant.

35 *Et quoniam inuenieris eum.*) Si retentus fuisset in synagoga, periculum erat ne paulatim à Christo alienatus in idem cum impiis exitium mergeretur: nunc extra templum vaganti Christus occurrit, cœlum à Sacerdotibus excipit & amplectitur, erigit prostratum, vitâ offert ad mortem addicto. Hoc idem & nostro tempore experti sumus. Nam quoniam Lutherus & alij similes initio crassiores Papæ abusus reprehenderent, vix tenuerū habebant puri Christiani sui gustū: postquam in eos fulminauit Papa, ac terrificis bullis à Romana synagoga eiceti sunt, manum illis porrexit Christus, ac penitus illis innovuit. Ita nobis nihil melius quam ab Evangelij hostibus longissime abesse, vt ipse proprius ad nos accedat *Credis in Filium Dei?* Iudicium alloquitur, qui Legis doctrina à puer imbutus promissum scilicet à Deo Messiam didicerat. Perinde igitur valet ista interrogatio, acsi eum hortetur Christus vt Messiam sequatur, séque illi addicat. Quām magis honorifico nomine vtrit quām tunc solebant: habebatur enim Messias tamum filius Davidis.

36 *Quis es, vt credam?* Ex hoc cœci responso appare, quoniam de Christo nihil adhuc certi vel liquidi teneret, promptum tamen ac docilem fuisse, nam perinde sonant hæc verba ac si dicat, Paratus sum, simulac mihi ostensus fuerit, eum amplecti. Notandum autem quod à Christo Prophetæ cœci doceri cupitiam enim persuasus erat misum à Deo esse Christum. Quare fidem suam non temere eius doctrina subiicit.

37 *Et uidisti eum?* Nō potuit cœci his Christi verbis altius prouchi quām ad frigidam icu-

nāmque fidei particulam, nam de virtute sua, & quorū à Patre misus fuerit, & quidnam attulerit hominibus Christus nihil meminit. Atqui hoc in fide præcipuum est, vt sciamus sacrificio mortis eius expiata esse peccata, & nos Deo reconciliatos esse: resu rationem deuictæ mortis triumphum esse: nos Spiritu eius reuocari, vt carni & peccato mortui iustitia viuamus: ipsum esse unicum Mediatorem: Spiritum eius adoptionis nostræ arrham esse: in ipso denique constare omnes vite æternæ partes. Verum Euangelista aut totum sermonem quem habuit Christus non recitat, aut tantum significat eum dedito Christo nonen, vt posthac unus ex eius discipulis esse inciperet. Ego quidem non dubito quin Iesus voluerit ab eo Christus agnosciri, vt ab isto fidei principio in pleniorē deinde sui notitiam eum adduceret.

38. *Et adorauit eum.*) Quārē potest an diuinum Christo honorem exhibuerit. Verbum quo utitur Euangelista nihil aliud significat quām genuflexione vel alia signis cultum & veneracionem testari. Mihi certe probabile est hic rarum aliquid & insolitum notari, nempe quod cœcius longè plus Christo honoris quam homini vel Prophetæ detulerit. Nec tamen eousque tunc profecisse puto vt Christum sciret Deum in carne manifestatū. Quid ergo sibi volt adoratio? Qum persuasus esset cœcius Iesum esse Dei Filiū, quasi in mentis excellum admiratione raptus, cotam eo se prostravit.

39 *In iudicium veni in hunc m.*) Iudicij nomen hoc loco pro pena que impiis & Dei contemptoribus infligitur, simpliciter accipi non potest, quia ad illuminationis gratiam extenditur. Iudicium ergo vocat Christus quod res cœsulas & dissipatas in legitimum ordinem restitut: significat tamen hoc admirabili Dei consilio fieri, & præter communem hominum sensum. Et sanè nihil minus consentaneum iudicari humana ratio quām à luce mundi excœari eos qui videt. Est igitur hoc unum ex arcans Dei iudicis quibus hominum superbiā deicit. Porro notandum est, cœcitatem, cuius luce sit mentio, non tam à Christo quām ab hominum vitio esse, neque enim sua natura quenquam propriè excœat: sed quoniam reprobri nihil quām eius lucem extingue-re cupiant oculos mentis, quos habent malitia & pravitate infectos, oblata luce perspringi neceſſe est. In summa quoniam Christus suæ natura lux sit mundi, hoc accidentale est quod eius aduentu quidam cœci sunt. Quārē tamen rursus potest, quoniam omnes ad unum pafsim damnari cœcitatibus, quinam sunt isti videntes. Respondeo id per concessionem ironice dictum esse, quia increduli quoniam oculis capti sunt, se tamen valde acutos ac perspicaces putant. Atque haec fiducia elati, Deum audire non dignātur, & extra Christum præclaram speciem habet carnis sapientia: quia mundus quid sit verè sapere non apprehendit. Videre ergo eos dicit CHRISTVS qui sub stulta sapientia fiducia se & alios fallentes proprio sensu seruntur, vanâque suas imaginaciones pro sapientia habent. Tales simulacrum appetat Christus in Euangelij sui splendore, cœci sunt: non modò quia detegitur quæ prius in tenebris infidelitatis latebat eorum stultitia, sed quia iusta Dei vindicta in altiores tenebras dermersi, exiguum illud nescio quid lucis quod illis erat

erat residuum, amittunt. Cæci quidem nascimur omnes, sed tamen in corrupta vito sequere naturæ tenebris aliqua adhuc scintillæ emicant, ut different homines à brutis pecudibus. Nunc si quis superba tensus sui confidentia inflatus subiiceret se Deo recuset, videbitur extra Christum sapiens: sed claritas Christi cum insatuit. quia tunc deum patere incipit humanae mentis vanitas quæ in medium prodit cælestis sapientia. Ceterum plus quiddam (sicuti iam artig) exprimere his verbis Christus voluit, nam hypocrita priusquam fulget Christus non ita conuaciter resiliunt Deo: sed simulaque lux proprius admota est, aperito marte & quasi ex professo aduersus Deum insurgunt. Facit igitur ista prauitatis & ingratiatio ut duplicit eorum cæcitas, & Deus iusta vindicta oculos prius vera luce priuatos penitus configat vel confodiat. Teneamus nunc huius loci summan, quod in mundum venerit Christus ut cæcos illuminet, eos vero qui superbe sibi videntur ad insaniam redigat. Priore autem loco illuminationis me annit, quoniam hæc propria est aduentus eius causa. neque enim venit ut iudicet mundum, sed potius ut seruat quod perierat: sicuti Paulus quum se vindictam in promptu habere prædicat contra omnes rebelles, simul addit huic pœna locum fore postquam impleta fuerit piorum obedientia. Neque verò hæc vitio ad Christi personam restringi debet, acsi non idem quotidie efficeret per Euangelij sui ministros. Quo magis cœwendym est nequis nostrum insana sapientia & opinione horribilem hanc pœnam asservat. sed experientia docet quām verè hanc sententiam Christus protulerit. Plutimos enim videmus spiritu vertiginis & furoris percuti, non alia de causa nisi quod ex orientem iustitia solem ferre nequeunt. Vndebat tunc Adam, & vera intelligentia luce prædictus erat, quin plus quām fas erat, videre appetendo. Diuinum illud bonum perdidit. Nunc si in cœcitatatem demersi, & ita humiliati à Dominino, nobis tamen adhuc in tenebris nostris placemus, & phreneticum nostrum sensum opponimus cælesti sapientia, non mirum est si ingrauecat Dei ultio, ita ut bis cæci reddamur. Hæc quidem olim eadem pœna impiis sub Lege inflicta fuit: (nam Iesaias ad excæcandum populum veterem mititur, ut videndo non videat, Excæcor populi huius, & aures eius aggrava, &c.) verū quo plenius se in Christo quām Prophetis exeruit Diuina lucis fulgor, eo illustrius extare & conspici oportuit hoc excæcationis exemplum: sicuti hodie meridiana lux Euangelij in extremâ rabiem hypocritas præcipitat.

40 *Audierunt quidam ex Pharisæis.)* Sentierunt statim illo Christi dicto se vulnerari: & tamen videntur non fuisse ex peccatis. quia palam infesti hostes magis à Christo abhorrebant quam ut se illi adiungerent. illi autem suffinebant Christum audire, sed absque profectu, quia nemo idoneus Christi discipulus nisi qui ipsius exuerit à quo procul isti aberant. Porro hæc interrogatio ex indignatione nata est, quod sibi putabant injuriam fieri si in eorum ordinem cogerentur: & simil fastuofun gratiæ Christi contemptum vna cum ludibrio pœna se fert, acsi dicentes, Tu igitur sine probro nostro inclarescere non potes? hoc enim ferendum est ut tibi honorem ex contumeliam nostra acquiras? Quod autem cæcis nouam lucem promittis, abi hinc & facesse cum tuo beneficio: neque enim hac mercede illuminari abste volumus, ut obtineas nos hactenus fuisse cæcos. Hinc perspicimus superbam & virulentam semper esse hypocrisi. Superbia est, quod si spissi contenti sibi quicquam alimi nolunt: virulentæ, quod ostendo morbo, tanquam grauiter larsi exasperantur, & cum Christo expostulant. Hinc Christus & gratia quam offert contemptus. Emphasis est in particula Etiam; quia significant, quanvis reliqui omnes cœci sunt, indignum tamen esse ut ipsi in communii ordine censeantur. Vitium iis qui supra alios emicent nimis familiare, ut fastu ebruj propemodum se obliuiscantur esse homines. Si cœci essent. Duplex his verbis potest inesse sensus, vel quod ignorantia subleuaret aliqua ex parte eorum culpam, nisi planè convicti cum veritate data opera pugnarent: vel quod medicabilis in ipsis esset ignorantia morbus, si modò eum agnoscerent. Priorem sententiam confirmant Christi verba quæ habebimus capite decimo quinto, Si non venissem, & loquutus fuisset eis, peccatum non haberent, &c. Sed quia hic in contextu sequitur, *Quod se videre dicant;* ut inter se respondent antitheta, videtur hoc melius conguere si exponas cœcum esse qui propriæ cœcitatatis conscius remedium morbo querit. Hoc modo summa erit, Si agnosceretis malum vestrum non esse prorsus incurabile: nunc autem, quia vos putatis sanos, manet desperati. Quin peccatum eos non habere dicit qui cœci sunt, non ita excusat ignorantiam quasi innoxia & extra culpæ reatum esset: tamen significat promptum esse morbo remedium ubi seruitur: quia dum cœcus ad liberationem aspirat, Deus ad ferendam opem paratus est. Insangibilis autem sunt qui in malis suis stupidi gratiam Dei spernunt:

CAPVT X.

I Amen dico vobis, qui non ingreditur per ostium in stabulum ouium, sed ascendit aliuinde, ille fur est & latro.

2 Qui autem ingreditur per ostium, pastor est ouium.

3 Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt: & proprias oues vocat nomine, & educit eas.

4 Et quum proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues eum sequuntur: quia nouerunt vocem eius.

5 Alienum verò non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt alienorum vocem.

6 Hanc similitudinem dixit illis Iesus: illi autem non intellexerunt quanam essent quæ dicebant illis.

C.X.

*1 Amen amen dico vobis.) Quia negotium Christo erat cum Scribis & Sacerdotibus, qui habebantur Ecclesiæ pastores: si veller doctrinam suam recipi, necepsæ erat ippos spoliari huius tituli honore. Poterat etiam multum fidei derogare eius doctrinæ credentium paucitas. Contendit ergo non omnes in pastorum vel ovorum numero habendos qui exterritum in Ecclesia locum usurpat: sed hac demum nota legitimos pastores à reprobis, genuinas oves ab adulterinis discerni: si ipse unus omnium scopus sit, & principium, & finis. Hæc admonitio cùm omnibus seculis utilis fuit, tunc hodie presertim necessaria est. Nulla est nocentior Ecclesiæ pestis quam dum lupi sub pastorum larua grassantur. Scimus etiam quam durum offendiculum si quum spuri vel degeneres Israelite se pro Ecclesiæ filiis venditant, & hoc prætextu insultant fidelibus. Vtique malo per continuos ferè atatum successus obnoxia semper fuit Ecclesia: sed hodie rudes & infirmos nihil magis perturbat quam quam sanctuarium Dei vident à summis Evangelij hostibus occupari. Neque enim facile in annum inducent Christi doctrinam esse cui tam acriter ab Ecclesiæ pastoribus resistitur. Deinde quia maior pars falsis doctrinis circunducitur per varios errores, dum singuli alios respiciunt & expectant, nemo ferè in rectam viam se patitur adduci. Ergo nisi lupi & furibus nos exponere libet, ne in larvatis pastoribus vel ouibus fallamur in primis caudendum est. Magnificum est Ecclesiæ nomen, & meritò: sed quo plus reuerentia meretur, eo magis sollicitè ad notandum vere vel falsa Ecclesiæ discrimen intentos esse nos decet. Aperièt hinc negat Christus pro pastoribus habendos qui tales se factant, vel censendos esse in ouibus quicunque externis insignibus gloriantur. De Iudaica Ecclesia seruonem habet: nostra in hac parte non dissimilis est ratio. Spectandus est etiam consilij eius finis quem dixi, ne scilicet tercantur vel labefactant infinitæ conscientiæ, quoniam Evangelio infestos vel contrarios cernunt qui pastorum loco regnant in Ecclesia: ne à fide propterea resulant quod paucos ex vulgo Christianorum in audienda Christi doctrina discipulos habent. *Qui non ingrediuntur.* Inepit faciunt, meo iudicio, qui subtilius singulas partes huius parabolæ excutint. Nobis ergo sum mani hanc tenere sufficiat, quod quoniam Ecclesiam Christus similem faciat ouili, in quo Deus omnes suos aggregat, se comparat ostio, quia non aliis quam per ipsum in Ecclesiam pateat ingressus. Hinc sequitur, eos denum probos esse pastores qui recte ad Christum ducent: eos in Dei ouile verè colligi, vt censeantur in eius grege, qui se vni Christo addicunt. Ceterum hoc totum ad doctrinam refertur. nam quoniam in Christo abscon-*

Coloss. 2.3.

diti sint omnes sapientia & scientia thesauri, qui inde alio deflectit, neque viam tenet, neque per ostium ingreditur. Nunc quisquis monitorem Christum non apernabitur, facile se ab ea dubitatione expediet (qua tam multis perplexos tenet) quoniam sit Ecclesia, & quoniam sint pastorum loco audiendi. Nam si nos à Christo abducere tentant qui pastores vocantur, fugiendi sunt Christi iussu non fecus ac lupi vel fures: nec cum alio grege ineunda vel colenda societas quam qui in pura Evangelij fide conspirat. Hac ratione horatur Christus suos discipulos ut se ab incredula totius gentis multitudine separent, ne impensis Sacerdotibus regendos se permittant, nec sibi futuri ex vanis & ventosis nominibus fieri sinant.

3 Huic ostiariis aperi.) Sicu Deum intelligere libeat, non repugno. immò videtur hic Christus consultò Dei iudicium falsæ hominum opinioni opponere in approbadis pastoribus. ac si diceret, Aliis quidem plerunque mundus applaudit, eosque libetè honore prosequitur sed Deus, penes quem imperium est, non alios agnoscit ac probat quam qui oves hac via ducunt. *Quod Nomine oves dicit vocari,* ad mutuum fidei consensum refero: quia uno Dei Spiritu inter se coniuncti sunt discipulus & doctoř, ut præat hic, sequatur ille. *Quod quidam priuatam notitiam exprimiti putant, quam de singulis ouibus habere debet pastor, an satis firmum sit necisio.*

4 Quia non erunt vocem esu.) Tametsi hic de ministris loquitur, non tam ipsos tamen, quam Deum per ipsos loquentem vult audiri. Tenenda enim est quam posuit exceptio, *Quod solus fidelis sit Ecclesiæ pastor qui sub Christi ducto & auspicio oves regit.* Notanda autem ratio est cur dicantur *Oves sequi:* quia scilicet pastores à lupis discernerent nouerunt ipsa voce. Hic est Spiritus distinctionis, quo electi, Dei veritatè à falsis hominum figuris diuidantur. Ergo in Christi ouibus præcedit veri notitia: deinde accedit serum subsequendi studium, ut non modò intelligent quid verum sit, sed ex cordis affectu recipiant. Nec tantum in eo commendat obedientiam fidei quod oves ad pastoris vocem placide conueniunt: sed etiam quod extraneis vocibus non auscultant, nec dissipulant quoniam quis eas iniquat.

6 Hanc similitudinem.) En eur sapientia instantia elati, Christi lucem responderent: nam in re non adeò obscura sunt plusquam hebetes. In his verbis, *Non intellexerunt quoniam essent, &c.* varia est apud Græcos lectio. quidam codices habent ad verbum, *Non intellexerunt qua loquebatur.* altera quoniam sequuntur sum, plenior est, tametsi eodem redit sensus. Tertia est quod non agnouerint esse Dei Filium qui de seipso loquebatur: sed hæc minus recepta.

7 Dixit ergo rursum illis Iesus, Amen amen dico vobis quod ego sum ostium omium.

8 Omnes qui ante me venerunt, fures sunt & latrones sed non audierunt eos oves.

9 Ego sum ostium, per me si quis ingredietur, seruabitur: & ingredietur & egredietur, & perculum inueniet.

10 Fur non venit nisi ut furetur, & mactet, & perdat: ega veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.

7 Ego sum ostium.) Nisi addita suisset hæc exppositio, tota oratio allegorica erat. nunc quod

præcipuum erat in similitudine, clarius exponit, quoniam se ostium esse affirmat. Summa autem est (vt dixi-

(vt diximus) totius spiritualis doctrinæ qua animæ pascuntur, caput in ipso contineri. Vnde & 1. Ch. 1.2. Paulus vnuſ Pastorū, Nihil scire operæ pretium duxit nisi Iesum Christum. Perinde autem valet hæc loquitor, ac si vnum esse testatus foret Christus ad quem aggregari nos oportet. Itaq; omnes qui salutem appetunt, initiat & hortatur ut ad se veniant. Quibus verbis significat si ustra circumuire quicunque eo reliquo ad Deum contendunt: quia nonnisi ianua una patet, aliunde vero obstruunt sine omnes accessus.

8 Oimes quis ante me.) Ad verbum est, Omnes quotquot. Qui autem hoc ad iudicium Gallicum & similes restringunt, longè meo iudicio discordant à mente Christi. nam generaliter falsas omnes doctrinas Euangelio, & omnes pseudoprophetas piis doctoribus opponit. Quintam vsque ad Gentes non absurdè extenditur hæc sententia, quod quicunque ab initio mundis se profecti sunt esse doctores, nec studuerunt oues ad Christum colligere, hoc titulo abusi sunt ad perdendas animas. Ceterum hoc ad Molon & Prophetas minimè pertinet, quibus nihil aliud propositum fuit quam ut Christi regnum stabilirent. Notandum enim est, Christi verbis res oppositas inter se conferri. Atqui inter Legem & Euangelij doctrinam adeò nihil dissidit repertetur, vt Lex nihil aliud sit quam ad Euangelium præparatio. In summa testatur Christus doctrinas omnes quibus ab eo mundus abductus fuerat, totidem fuisse mortiferas pestes: quia extra ipsum non nisi extialis & horrenda fit dissipatio. Interea, videmus quanti sit apud Deum & quanti à nobis fieri debeat antiquitas, quoties veluti in certaenam cum Christo committitur. Nequis enim mouetur quod seculis omnibus extiterunt doctores quibus nihil minus cura fuit quam ad Christum, homines dirigere, nominacum Christus ipse exprimit nihil referre quam multi fuerint tales, vel quampridem emergere coeperint: quia hoc considerandum sit, vnicam esse ianuam, qua reliqua, qui parietes fodunt, vel rimas perforant, fures esse. **Non audierunt eos oues.** Clarius nunc confirmat quod obficius iam dixerat sub allegoria figura, non fuisse scilicet ex Ecclesia Dei qui extra viam ab impostoribus abducti sunt. Hoc ideo primùm dicitur, ne quum magna errantium turbam certimmo, eorum exemplo nobis perire libeat: deinde ne titubemus, quum impostoribus ad plurimos fallendos Deus habens laxat. Neque enim hæc levius est consolatio, vel tenuis fiducia materia, quum scimus inter multiplices insultus & infidias luporum & latronum Christum semper sido præsidio tutatum esse suas oues, nequa ab eo descisceret. Sed hic exoritur questione, Quando quis incipiat ex grege Christi esse. Multos enim videmus magna vita parte palantes errare per deserta, qui tandem ad Christi ouile aggregantur. Respondeo, nomēn **Ouium** hic duob. modis sumi, quum posthac dicet Christus se alias adhuc habere oues, omnes Dei electos comprehendit, qui tunc nihil habebant ouium simile: nunc oues intelligit iam pastoris nota signatas. Natura certè nihil minus quam oues lumen, quin potius omnes nascimur vtri & leones, donec Spiritus Christi nos ciceret, & ex seris ac indomitis bestiis mansuetas pecudes formet. **Ita secundum arcanum Dei ele-**

ctionem Ihesus corde iam oues sumus nondum adhuc nati: **uatione** qua nos in ouile suum colligit, oues in nobis esse incipiunt. Iam qui in ordinem fideliū vocati sunt, eos magis tenaciter sibi hærcere alfrinx. Christus quām ut vagi & instabiles circunterantur qualibet noua doctrinæ aura. Si quis excipiat, posse interdum etiam qui se Christo addixerant errare, idque frequenti experientia probari, nec frustra has partes apud Ezechielē bono pastori tribui ut dispersas oues Ex. 24. 34. congreget: fateor equidem non raro hoc accidere ut qui fidei domelici fuerant ad tempus alienentur: sed non pugnat hoc cum Christi sententia, quia quatenus errant, quodammodo oues esse definunt. Hoc simpliciter vult Christus, omnes Dei electos, etiam si innumeris erroribus tentati fuerint, in pura fidei obedientia retentos esse, ne Sarana eiusque ministris in prædam forent expositi. Hoc autem non minus admirabile est opus Dei quam oues paulisper euagatas iterum colligit, quām si in ouili perpetuo clausæ manerent. Istud quidem semper & sine exceptione verum est, non esse nostros qui à nobis excunt: 1. Cor. 2. 19. sed qui ex nobis sunt, manere vsque in fine in nobiscum. Ceterum hic locus summum pudorem meritò incutere nobis debet. Primum quod ad pastoris nostri vocem tam male sumus afflueri, ut vix eam pauci frigidè auscultent: deinde quod ad eum sequendum tam desides ac pigri sumus. De bonis loquor, vel qui saltē sunt tolerabiles: nam magna pars eorum qui se Christi discipulos iactant protervè aduersus eum recalcitrat. Postrem quod simulatq; vox aliqua extranei personuit, hic illuc instabiles rapinunt: hæc inconstans & levitas satis prodit quam male adhuc in fide profecerimus. Quod si minor est credentiu numerus quam optandum sit, deinde si multi ex paucis subinde disfluunt, habent pij doctores consolationem qua se sustineant, quod ab electis Dei audiuntur, qui Christi oues sunt. Nostrum quidem est fedulo dare operam, & modis omnibus fatigare ut in fidei unitatem, si fieri possit, totus mundus coalescat: interim nostro numero contenti simus.

9 Per me figuris ingrediatur.) Eximia piorum consolatio, quod vbi semel Christum amplexi fuerint, extra periculum se esse audient, nam salutem illis & proles eum statum Christus promittit. Deinde partes duas exprimit, quod tuò quoque opus fuerit incident: deinde quod ad satiationem vsque pascentur. Per **Ingressum** & **exitum** Scriptura sepe omnes vita actiones significat, scilicet Gallicè dicimus **Aller** & **venir** pro Versari. Duplex ergo Euangelij utilitas nobis commendatur his verbis, quod in eo pabulum anima nostræ reperient, que aliqui famelicæ languent, nec nisi vento pascuntur, deinde quod nobis fidelis custodia & propugnaculum erit aduersus luporum & latronum incursum.

10 Fur non venit.) Hoc dicto Christus quasi aurem nobis vellicat, ne torpentes & incertos ministri Satanæ nos circumueniant. Facit enim nimia nostra securitas ut vndique nudi falsis doctinis pateamus. Vnde enim tanta credulitas ut qui in Christo fixi quiete rebellant, per multos errores circumvoluerint, nisi quia à tot falsis doctoribus non sati sibi metuant nec cauent? Huc accedit quod inexplibilis nostra curiositas nouis & extraneis hominum signis sic dele-

Cap. X. catur, vt sponte infano cursu ad fures & lupos ruamus. Non abs re itaque Christi: talos doctores, quanlibet blande le infingeret, lethale semper venenum afferre testatur, quo magis ad eos arcendos intenti sumus. **Saulis** est Pauli admonitio ad Colos. cap. 2. b. s. Vide te nequis vos predeetur jer in nomine philosophiae, &c. **Ego vobis.** Altera similitudo: non quoniam hactenus Christus ianuam le vocauerit, veros pastores qui ad hanc ianuam oves congregant: nunc pastoris induit personam: & quidem se vnicum esse pastorem praedicat, vt certe in neminem alium propriis hic honor & titulus competit. Quotquot enim tidi sunt Ecclesie pastores, quia eos ipse excitat, nec clavis donibus instruit, gubernat suo Spiritu, in illis operatur, non faciunt quominus ipse solus Ecclesia sua prælit, & solos pastor eminet. Tantum si

enim eorum vitur ministerio, pastoris tam enimus sua virtute obire & exequi non definita etiam magistri sunt & doctores, vt eius magisterio non derogent. Denique pastoris non enim quoniam ad homines transiit, sub alternum est, vt dicunt. Et Christus ita honorem suum cum minoribus communicat, vt tam ipsorum quam gregis rectius vnicus tam enimus pastor. Nunc quoniam dicit **Seven, scilicet ut etiam habeant oves,** significat eos tantum luporum & furum rapinas esse expositos qui sub eius pedo se non continent. Et, quo plus addat fiducia, quicunque ab eo non deficiunt, in illis vitam assiduo profectu augeri & confirmari prædicat. Et certe prout quisque in fide progrederit, eo propius ad vitam plenitudinem accedit: quia in eo crevit Spiritus qui vita est.

II Ego sum pastor bonus: pastor bonus animam suam ponit pro oibis.

- 12 Mercenarius autem & qui pastor non est, cuius proprietas non sunt oves, videt lupum venientem & relinquit oves, & fugit: & lupus rapit eas, & dissipat oves.**
13 Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non est illi cura de oibis.
14 Ego sum pastor bonus. & cognosco oves meas: & cognosco a meis.
15 Sicut cognosco me Pater, & ego cognosco Patrem, & animam meam ponho pro oibis.

ii Pastor bonus animam suam.) Ex singulari amoris affectu quo oves prolequeitur, quam vere fe illis pastori em exhibeat ostendit: quia de eorum salute usque adeo illi solicitus vt ne proprie quidem virte pareat: unde sequitur plurimum integratos esse, & centies dignos qui pereant, & ad omnino noxae genus sint expositi, qui tan. biigni & amabilis pastoris custodiari respuunt. Porro verissimum est quod Augustinus moneret, proponit quid in Ecclesiæ regime petendum, quid fugiendum, & quid tolerandum sit. Nihil magis optabile quam vita probis & studiosis pastori bus regatur Ecclesia. Se vnum esse bonum pastorem praefiteret Christus, qui per se in primis, & deinde per sua instrumenta Ecclesiam sanam & incolumentem præstat. Quoties ergo res bene sunt composta, & presunt homines idonei, illuc Christus re ipsi pastorem agit. Sed multi sunt lupi & fures qui pastorum larva testi Ecclesiam secleratè dissipant. tales, quoconque nomine gloriorunt, fugiendos esse Christus denuntiat. Mercenarii si purgari posset Ecclesia, melius res haberet: sed quia hoc modo fidelium suorum patientiam Dominus exercet, simul etiam illo singulari beneficio indigne sumus vt Christus in sinceras pastori bus nobis apparente tolerandi sunt, vt conque non probent, ac merito etiam displicant. Mercenarios intellige qui doctrinam puram retinent, & qui per occasionem (vt Paulus loquitur) potius quam recto zelo veritatem annuntiant. Tales eti non Christo fideliter seruant, audiendi sunt. Nam sicut Pharisæos audiri voluit Christus, quia super cathedram Mosis sedebant: ita hoc honoris Euangelio nos habere conuenit, ne eius ministros, licet minus probos, fastidianus. Quoniam autem minima quaque offendicula insipidum nobis Euangelium reddunt, ne tales deliciae nos impediatis, semper nobis in mente veniat quod prius attragi, si non ita potenter in ministris viget Christi Spiritus vt palam in illis pastorem se exhibeat, nos vitorum nostrorum penas dare: & interea obedientiam nostram probari.

*Phil. 1. 15.
Mat. 22. 3.*

12 Mercenarius autem, & qui pastor non est.) Tametsi pastoris non eni Christus vni tibi ve- dicat, tacite tan en innuit organis suis in quibus agit, aliquo nodo commune est. Scimus enim quoniam multi post Christum sanguinem pro salute Ecclesie fundere non dubituerint: nec Prophetæ ante eius aduentu in vita sua pepercérant. Sed in sua persona absolutum exemplar proponit, vt ministris suis regulam præscribat. Quoniam enim fide & pudenda est nostra legnities, si nobis vita nostra pretiosior est Ecclesiæ salute, cui suam Christus poshabuit. Ceterum quod de tradenda pro oibis vita hic dicitur, tanquam certum & præcipuum paterni affectus signum est. Voluit primum Christus testatum relinquere quam singulare amoris erga nos sui specimen, in morte sua ediderit: deinde ad imitationem exempli sui prouocare suos omnes ministros. Differentia tamen inter hos & illum notanda, quod vitam suam impendit in satisfactionis pretium: sanguinem suum effudit ad purgandas animas nostras: corpus suum in victimam expatriatum cebulit, qua Patrem nobis placaret. In Euangelij autem ministris nihil tale esse potest, qui omnes purgatione indigent, & unico illo sacrificio extinxantur, & Deo reconciliantur. Sed hic non disputat Christus de mortis suæ efficacia, aut fructu, vt se aliis cōparet, sed vt probet qualiter erga nos affectus fuerit: deinde vt alios inuitet ad sequendum suum exemplum. In summa, sicut proprium Christi fuit, vita nobis sua morte acquirere, & præstare quicquid Euangelium continet: ita communis pastorum omnium officium est doctrinam quam annuntiant vita sua dispendio tueri, & Euangelij doctrinam sanguine suo cibsignando, testari quam non frustra doceant salutem sibi & aliis à Christo partam esse. Hic tamen moueri potest quæstio, nunquid mercenarius habendus sit qui luporum occursum quilibet ob causam declinat. Hec q̄ efflo olim quasi in re præsenti agitata fuit, quoniam tyranni in Ecclesiam crudeliter sauerint. Tertullianus & similes nimis meo iudicio in hac parte fuerunt austri.

Augustini

Augustini moderatio longe melior, qui ita pastoribus fugere permittit si publica saluti sua fuga magis consulant, quam gregem sibi commissum deferendo prodant. Hoc autem fieri indicat quin Ecclesia non destituitur idoneis ministris, & pastoris vita sic privatim impetrat ab hostibus ut sua absentia eorum rabiem mitiget. Quod si commune periculum est, magisque timendum ne fugere creditur pastor non consulendi voluntate, sed timore moriendi, nullo modo id licere contendit: quia fugae exemplum magis nocebit quam in posterum prodest queat eius vita. Legat qui volet epistolam ad Honoratum Episcopum centelinam octogesimam. Secundum hanc rationem Cypriano fugere licuit, qui mortem adeo non horrebat, ut oblatam vitam perfida negatione redimere fortiter abnuerit. Solum hoc tenendum est, ut gregem suum pastor adeoque singulas oves vita sua praeferat. *Cuius propria non sunt oves.* Videretur hic Christus omnes sine exceptione preter se unum facere mercenarios. Nam quum ipse unus sit pastor, nemini nostrum fas est oves suas pascit suas vocare. Sed meminimus, qui Christi Spiritu aguntur, eos proprium sibi ducere quod capitum est: neque id ut sibi potestatei usurpens, sed ut fideliter seruent quod sibi commissum est. Nam qui vere Christo coniunctus est, nunquam

alienum se ducet: quod illi tam charum fuit. Id est quod postea dicit, *Mercenarium fugere:* quia ouium curam non habet. acsi dicere gregis distinctione non tangit, quia nihil ad se pertinere putat. Nam qui in credem spectat, non gregem, vt tunc in tranquillo Ecclesia statu fallat, tandem ubi continuo certandum fuerit, perfidit sue documentu n edet.

14 *Et cognosco oves meas.*) Priore membro suum erga nos amorem rursus commendat: cognition enim ex amore nascitur, & curam secum trahit: simul tamen significat usque de qua sibi esse oves qui Euangelio non contemperant, quemadmodum secundo membro repetit, & confirmat quod prius dixerat, se vicissim ab omnibus agnoscit.

15 *Sicut cognosco me Pater,* Nil nisi attinet, ac ne expedit quidem in spinosas illas speculationes ingredi, quomodo suam sapientiam Pater cognoscit: quia Christus simpliciter, quatenus vinculum est nostræ cum Deo coniunctionis, se inter illum & nos medium statuit. acsi dicere, Nō magis sicut postea ut nostri obliuiscatur quam ut Pater eum reicias vel negligas. Interea mutuum à nobis officium exigit: quia sicuti ad nos tuendos confert quicquid à Patre accepit facultatis, ita vult nos habere obsequentes & sibi addictos: quemadmodum totus ipse est Patris, & omnia ad ipsum referit.

16 *Et alias oves habeo que non sunt ex hoc onili: illas etiam me oportet adducere, & vocem meam audirent, & fieri unum ostile, unus pastor.*

17 *Proprete a me Pater diligit, quia ego pono animam meam, ut rursus sumam eam.*

18 *Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestum habeo iterum sumendi eam. hoc mandatum accipi à Pare meo.*

16 *Alias oves habeo.*) Quanquam nonnulli ad omnes pronoscunt hoc referunt, tam ex Iudeis quam ex Gentibus, qui nondum erant Christi discipuli: mihi tamen dubium non est quin ad Gentium vocationem respexerit. *Ostile* enim appellat veteris populi collectionem, qua à reliquis mundi populis diremptus, iu Dei peculium & unum corpus coauerat. Sic enim Iudeos sibi cooptauerat Deus, ut iustus & ceremonias velut quædam se pta illis circuideret, ne incredulus permisisti essent, quanquam ostium stabuli gratuitum erat vita æternâ secundus in Christo sanctum. Ideo *Alias oves* vocat quæ non eiusdem erant nota, sed diuersi generis. Summa est, pastorale Christi officium Iudeæ angulis non includi, sed longius patere. Verum quidem est quod hic dicit Augustinus, sicut intra Ecclesiam multi sunt lupi, ita foris multas esse oves: sed praesenti loco non per omnianconyent, vbi de externa Ecclesia facie agitur: propter quod Gentes, quæ ad tempus extraneæ erant, postea in regnum Dei simil cum Iudeis adficiuntur. Quadrage tamen hac in parte fateor quod oves nominat Christus incredulos, qui nihil minus quam oves in se estimari poterant. Nec vero tantum hoc nomine quales futuri sunt docet, quin potius ad arcana Patris electionem hoc refert: quia iam oves sumus Deo antequam ipsum sentiamus nobis esse pastorem: quemadmodum alibi dicimus suis inimici quo tempore nos amabat. Qua ratione etiam Paulus dicit nos prius à Deo suis cognitos quam illum cognosceremus. Galat. 4. b. 9. *Illas etiam operari.* Significat ratam fore electionem Dei, ut nihil

pereat quod salvum esse velit. Nam arcanum Dei consilium quo ordinati sunt ad vitam homines, tandem suo tempore patescit vocatio: & quidem efficax, dum sibi Spiritu in filios regenerat qui prius ex carne & sanguine geniti erant. Quæritur tamen quomodo adducti fuerint Gentiles ut Iudeis aggregarentur. neque enim Iudeos secundus quod cum Patribus Deus pepigerat, abiicere oportuit ut Christo nomen darent: nec rursum Gentes Legis iugum subire oportuit, ut in Christum insiti Iudeis associarentur. Hic tenenda est distinctio inter federis substantiam & externas accessiones. Nam aliter in Christi fidem concedere non poterant Gentes, quam externum illud secundus amplexando, in quo fundata erat mundi salus. Hoc modo impleta fuerunt vaticinia, *Lo- Ies. 19.18.*
quentur alienigenæ lingua Chanaan: Item, Ap- *Zach. 8.23.*
prehendent septem ex Gentibus pallium vnum Iudei, ac dicent, Ambulabimus vobiscum: Item, *Gen. 17.5.*
Venient ex longinquis partibus, & ascendent in montem Sion. Ideo etiam multarum gentium pater Abraham sibi dictus, quia ab Oriente & Occidente venturi erant qui cum eo accumberent in regno Dei. Quantum autem ad ceremonias attineret, ille est inediis paries quem Paulus dirutum fuisse docet. Ita in fidei unitatem Iudeis coniuncti fuimus, quo ad substantiam ceremoniae autem abolita fuerunt, nequid obstat: est quoniam illi, marum nobis porrigentes. Et secundus vnu grex. Horum est, ut in corpus vnum coalescant omnes Dei filii: sicuti vna factemus Catholica Ecclesia, & vnius capitinis vnu esse corpus necesse est. Vnu Deus (inquit Paulus) vna fides, *Ephes. 4.4.*
K. iii

C.X. vnum Baptisma. Itaque nos vnum esse poterit, sicuti in vnam spem vocati sumus. Quanquam autem in diversa stabula videtur hic grecus distinguitur, communibus tamen septem inclusi sunt qui passim per totum orbem sparsum sunt fideles: quia omnibus ideam predicatorum verbum, eadem in visu sunt sacramenta, idem recandi ordo, & quae ad fiduci professionem requiruntur. Obserua modum quo grecus Dei colligitur: nempe quum vnum est omnium pastorum & vox eius auditur. Quae verba significantur vbi subest vni Christo Ecclesia, eius imperio paret, doctrina que auscultat, tunc deinde rite compositum esse eius statum. Si quid tale apud se nobis Papistę ostendat, sicut auctoritatem tantoper superbiunt Ecclesie titulo: si vero illuc filius Christus, pedibus calcatur eius manifestas, librio habentur sacra eius instituta: quid aliud est eorum unitas quam diabolica conspiratio, quae omni dissipazione peior est ac magis execranda? Proinde meminerimus semper a capite sumendum esse exordium. Vnde & Prophetæ quum Ecclesiæ instauracionem describunt, semper Davidem regem adjungunt Deo: acsi dicarent neque Ecclesiam esse vbi non regnat Deus, neque ex parte regnum Dei nisi vbi pastoris honos Christo defertur.

7 Proprieta me Pater diligit.) Est quidem alia superior causa cur Pater Filium diligit, neque enim frustra vox audita fuit e cælo, *Filium esse dilectum in quo Dei beneplacitum refidet.* Sed quia & nostra causa factus est homo, & in hunc finem cum Pater complexus est ut nos sibi reconciliaret: non mitum est quod se video diligere affirmat quia salutem nostram propria vita chariore habet. Mira vero Diuinæ erga nos bonitatis commendatio, & quæ nos merito in admirationem sui totos rapere debeat, quod non modo amorem Unigeniti debitum in nos vsque diffundit, sed ad nos, velut ad similem causam referit. Et certè nihil opus fuit Christum carnem nostram induere in qua diligenter, nisi ut nos redimendo, paternæ

misericordia pignus esset. *Viximus sumam eam.* Quia non paruo incerto auditore Christi mors discipulos afficeret poterat, immo etiam grauiter concuteret eorum fidem, consolatur eos ipse resurrectionis mox futura: acsi diceret non hac lege se moriturum ut aboleretur à morte, sed ut victor mox resurgat. Et nos hodie ita Christi mortem reputare conuenit ut simul in mente veniat resurrectionis gloria. Ita eum vitam fuisse agnoscimus, quia cum morte congressus, magnifice eam deuicit, & nobilem egit triumphum.

18 Nemo tollit eam à me.) Altera consolatio quæ se discipuli in Christi morte sustentent: quod non moritur coactus, sed sponte se pro salute gregis offert. Porro non tantum homines necis protestatem in se habere negat, nisi quatenus permisit: sed à qualibet vi necessitatibus se extinxit. Alia nostri ratio, quibus propter peccata imponi est morienti necisitas. Natus quidem est & Christus ipse mortalis homo: sed hæc voluntaria submissio fuit, non scrutitus aliunde iniuncta. Munire ergo discipulos suos voluit Christus, ne ipsum paulò post ad mortem rapi videntes frangerentur animis, acsi oppressus esset ab hostibus: sed mira Dei prouidentia fieri agnoscerentur mortem pro grege redimendo obiret. Et huic doctrina perpetua inest utilitas, quod ideo mors Christi pacatum est pro peccatis nostris quia voluntarium fuit sacrificium, iuxta illud Pauli, *Obedientia vestris, iusti facti sunt multi.* Hæc verba, *Pono eam à meipso bifariam exponi possunt, vel quod se vita exuat Christus, manens ipse integer, / ac si quis vesteni à corpore suo deponeret, vel quod suo arbitrio moriatur.* *Hoc mandatum.* Revocat nos ad æternum Patris consilium ut sciamus tantam illi fuisse curam salutis nostræ ut Filium suum virginatum, tantus quantus est, nobis dicauerit. Et Christus ipse qui in mundum venit ut Patri se obedientem praberet, confirmat se non alium habere in omnibus scopum quam ut nobis consulat.

Rom. 5.19.

19 Dissidium igitur rursus exitit inter Iudeos propter sermones istos.

20 Dicebant autem multi ex illis, Daemonium habet ac insanit: quid eum audiatis?

21 Alij dicebant, Hæc verba non sunt de monitione: nunquid demonium potest cæcorum oculos aprire?

22 Facta sunt autem Encœnia Hierosolymis, & hyems erat.

23 Et ambulabat Iesus in templo, in portico Solomonis.

24 Circundederunt ergo eum Iudei, ac dixerunt ei, Quoniamque animam nostram suspensam tenes: si tu es Christus, dic nobis liberare.

25 Respondit eis Iesus, Dixi vobis, & non creditis: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testantur de me.

26 Sed vos non creditis, quia non estis ex oviis meis, quemadmodum dicebam vobis.

27 Oues que me sunt, vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me.

28 Et ego vitam eternam do eis: & non peribunt in eternum: nec rapiet eas quisquam è manus mea.

29 Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est: & nemo potest rapere e manu Patris mei.

30 Ego & Pater unum sumus.

19 Dissidium igitur.) Hic fuit fructus concordis Christi, quod aliquot sibi discipulos acqui-
-suerunt: sed quia multis etiam aduersarios eius do-
-ctrina erat, inde exiit dissidium, ut scindantur inter se qui prius erant quasi vnum Ec-
-clesia corpus, nam uno confusa omnes profite-
-bantur te solete Deum Abiathæ, & Mosis legem
-sequi, nunc vbi Christus emergit; dissidere eius

causa incipiunt. Si vera fuisset illa professio, Christus qui summum est vinculum charitatis, & cuius officium est quæ dissipata sunt colligere, consensum eorum minime abrumperet. Sed Euangeliæ sui luce multorum hypocrisia detegit, qui falso tantum prætextu fucati, se populum Dei esse iactabant. Ita etiam nunc facit multorum prauitas ut dissidiis turbetur Ecclesia,
& con-

& contentiones ferueant, interim qui conetur bát pacem, culpam in nos reiciunt, ac schismatis vocant: hoc enim præcipuo criminis gravam à Papistis quod tranquillum Ecclesiaz statum concilicerit nostra doctrina. Atqui si Christo placide se ipsi submitterent, ac manum darent veritati, statim sedati essent omnes motus. sed quum ipsi freuant ac tumultuerent aduersus Christum, nec alia lege quiescere nobis permittant nisi ut extincta iaceat Dei veritas, & Christus à regno suo exulet: iustus nobis obiciunt schismatis crimen quod ipsi imputandum esse nemo non cernit. Doleamus sancte est intestinis discordiæ lacerari Ecclesiam: sed præstat esse aliquos qui se ab impio disiungant, vt Christo capiti suo vniuantur, quam omnes in contemptum Dei esse concordes. Itaque semper in schismatisbus videndum quinam à Deo & pura eius doctrina discessionē faciunt.

20 *Demonium habet.*) Quām possunt odiosissimo probro infamant Christum, vt eum audire omnes horreant. Nam impij, ne cedere Deo cogantur, furiosè & clausis oculis in superbū eius contemptum prorumpunt, & alios incitant ad eandem rabiem, ne qua vox Christi cum silentio audiatur. Atqui ipsa Christi doctrina satis in se defensionis habet aduersus calumnias. Atque hoc suo responsu intelligunt fideles quum *Hæc verba negant esse Demoniaci*, perinde enim est acsi iudicium ex receipta fieri poscent, veritas enim (vt dictum est) ipsam satis asserit. Atq; hoc est vincum fidei nostræ præsidium, quod nunquam eificere poterunt impij quin Dei virtus & sapientia in Euangelio resulgarat.

21 *Falsa sententia.*) Ac si diceses Innuationes: quia templum, quod pollutum fuerat, de integrō consecratum fuit auspiciis Iudei Machabæiæ tunc institutum fuit ut quotannis festus ac celebris esset dedicationis nouæ dies: vt Dei gratiam, quia finem Antiochi tyrannidi impulerat, memoria repeterent. Tunc autem in templo Christus pro more apparuit, vt in frequenti hominum conuentu vberior esset prædicationis sue fructus. *Porticum Solomonis templū vocat Euangelista: non quod Sanctuarium esset, sed templi solum appendix.* Nec porticus veterem intelligit à Solomone olim extructam (qua à Chaldeis prorsus diruta fuerat) sed quam Iudæi forte primū ab exilio Babylonico reuersi, ad exemplar veteri illius conditam, nomine etiam ornauerant, vt plus haberet dignitatis: deinde Herodes noui templi conditor.

24 *Circundederunt ergo eum Indeci.*) Non dubium est quin astute Christum aggressi fuerint: sicutem qui primi erant huius consilij authores, nam vulgus promiscuum potuit sine fraude expetere vt Iesu palam manifestaret se misum esse à Deo liberatorem: sed pauci captiosè & per insidias vocem hanc in turba elicere volebant, vt per tumultum è medio tolleretur, vel Romanii in eum manus iniicerent. Quod se querunt teneri *Suspensos*, eo præ se ferunt se redēptionis promissa tam ardenter esse cupidos vt Christi desiderium absidū eorum animos sollicitet, atque hic verus est pietatis affectus, nusquam alibi inuenire quam in solo Christo quod mentibus nostris satisfaciat, easque vere tranquillet. Quemadmodum & ipse loquitur, Venite ad me omnes qui anxii estis & onerati,

& ego regiam vos, & quietem inuenient anti- *Matt. 11.*
mæ vestre. Ergo qui ad Christum veniunt, sic ²¹ comparatos est decet vt se isti singunt esse. Sed immixtio Christi, accusant, quasi hactenus non stabiliterit ipsorum fidem: nam per constantium steterat quoniam plenam & solidam haberebant eius notitiam. Sed hoc incredulis perpetuum est fluctuari dubios, scilicet quām fundari in certo Dei verbo. Ita hōc plurimos videamus, quum ultro oculos claudat, spargere lue dubitationis nebulas, quibus obscurent claram Euangelij lucem. Multos etiam videmus leues spiritus, qui per suiuolas speculations noctitando, fixam rationem tota vita non repe- riunt. Quum postulant vt Christus palam vel *Liberè*, & cum fiducia se manifestet, sensus eorum est, ne oblique amplius & quasi per ambages se insinuat. Ita obscuritas intimulat eius doctrinam, qua tamen satis aperta & sonora fuerat, nisi in homines surdos incidisset. Admenet autem haec historia non posse nos malotuin insidias & calūnias effugere si ad prædicandum Euangeliū vocati sumus. Quare in excubisflare oportet, nec quasi te noua percilli quid idem nobis quod magistro accidet.

25 *Dixi vobis.*) Non dissimulat Dominus se esse Christum, neque tamen docet eos quasi sint ad discendum idonei: quin potius malitiam in qua obstinati erant, illis exprobrat: quia nihil habentem profecerant, verbo & operibus Dei edocēti. Quod ergo non cognoscitur ab illis, id eorum vitio imputat, acsi diceret, Doctrina mea satis per se ad intelligendum facilis est: culpa autem in vobis heret, quia Deo malignè resistitis. Postea de *Operibus* loquitur, vt duplicitate contumacia ipsos cōuincat, nam prater doctrinam luculentum habebant in miraculis testimonium, nisi Deo fuisserint ingrati. Bis ergo repetit eos *Non credere*, vt coarctat ipsos sponte, surdos esse ad doctrinam, cœcos ad opera, quod signum extremæ ac desperata maliitia. Dicit scilicet *Opera se fesse in nomine Paris*, quia hic erat scopus vi Dei virtutem in illis testamat faceret: unde palam heret ipsum esse à Deo profectum.

26 *Quia non eritis ex oibus.*) Altiorum causam adducit cur neque miraculis neque doctrinæ fidem habeant, nempe quia sint reprobii. Notandum autem est Christi cōsilium, nam quia se Dei Ecclesiam esse iactabant, nequid eorum incredulitas Euangelio deroget, credendi donum speciale esse pronuntiat. Et certè vt Deum cognoscant homines, prius necesse est ab ipso esse cognitos, vt dicit Paulus. Rursum quæsitus *Galat. 4.*
non respicit, semper ab eo manere aversos necesse est. Siquis omnemuret, causam incredulitatis residere in Deo, quia penes eum solum sit oves facere: respondeo ipsum omni culpa liberari, quando homines non nisi voluntaria maliitia gratiam reiiciunt. Conciliat Deus sibi fidem quantum satis ell, sed tunc bestie nunquam mansuetum, donec in oves Spiritu Dei mutata fuerint. Qui tales sunt, frustra tentabunt seritatis sua culpam in Deum reiicare, quia ipsorum naturæ propria est. In summa, significat Christus nihil esse mirum si paucos habeat Euangelio suo obsequentes, quia ferocius sint ac indomiti bestię quicunque Spiritu Dei ad obsequium fidei subiecti non sunt. Quo magis indignum est atque absurdum vt ab hominum fide pen-

C. X. deat Euangelij authoritas: quin potius epurant fideles eo te magis Deo obstricto esse, quod quum alij in cæcitate maneant, spiritus illuminatione ad Christum tracti sunt. Hic etiam habent Euangelij ministri quae consolentur, si non omnibus utilis sit eum labor.

Ouium non men. 27. *Oues mea.*) Prout argumento à contraria ipsos non esse oves, quia non obedient Euangeli. Deus enim quos elegit, efficaciter vocat: ita fide probatur Christi oves. Et certe Ouium nomen idem ad fideles transfertur quia Deo se per misum summi Pastoris regendos tradunt, & deposita priore feritate, dociles se & morigeros presentent. Hec etiam non parva est consolatio piis doctoribus, quod vtcunque maior pars mundi Christum non auscultet, habet tamen ipse suas oves quas cognoscit, & à quib. vicissim cognoscitur. Quantum in se est studeant totum mundum ad Christi ouile aggregare: sed ubi non succedit pro voto, contenti sint hoc vno, quod sua opera colligentur qui oves sunt. Reliqua iam supra exposui.

28. *Et non peribunt in eternum.*) Incomparabilis fructus hic fidei est quod certos ac securos esse nos iubet Christus, quoniam fide in suum ouile sumus aggregati. Sed notandum est simul qua futura nitatur hæc certitudo: nempe quia ipse futurus sit salutis nostra fidelis custos nam in manus suam ipsam esse testatur. Quod si hoc nondum sufficiat, Patris virtute tutò seruatum iri dicit. In signis locus, quo docemur non minus certam esse electorum omnium salutem quam invicta est Dei potentia. Porro non voluit Christus hanc vocem temere in aereum iactare, sed promissionem dare suis quæ penitus infixa eorum animis insidiat. Ergo colligimus eò spectare sententiam Christi ut electis firma constet salutis certitudo. Validis quidem hostibus sumus circundati, &

tanta est nostra imbecillitas ut singulis momentis parum distemus à præfenti morte: sequi ad *Maior* (sive potentior) est omnibus qui depositum nostrum seruat, non est quod trepidemus quasi in periculo sit vita nostra. Hinc etiam colligimus quam insana sit Papistarum fiducia, quia in liberum arbitrium, in virtutem propriam & operum merita recumbit. Longè aliter fuos Christus instituit, vt se in hoc mundo tanquam in media sylua, inter innumeros latrones esse meminerint: ac præterquæ quod sunt inermes prædaque expostiti, materiam mortis in se inclusum esse agnoscat: vt vna Dei custodia freti, securè ambulent. Denique ideo certa nobis salus quia in manu Dei est, quia & fides nostra infirma est, & nos ad vacil lādum nimis proclives. Sed Deus, qui nos in manum suam recepit, satis robustus est ut solo flatu omnes hostium nostrorum machinas discutiat. Huc conuertere oculos operæ pretium est, ne tentationum merus nos exanimet. Nam & Christus modum ostendere voluit quo inter lupos oves quietè versentur. *Et nemo potest rapere e manu Patris.* Copula illativa particula loco hic posita est: nā ex invicta Dei potentia colligit Christus hostium libidini non esse obnoxiam priorum fatuam, quia necesse foret Deum vinci, qui nos sub manus sua tutela habet.

30. *Ego & Pater unus sumus.*) Voluit impiorum saudis occurrere, iactare enim poterant nihil ad ipsum pertinere Dei potentiam, vt discipulis suis promitteret certum eius præsidium. Testatur ergo sibi ita coniunctas esse cum Patre rationes, vt eius auxiliū sibi ac suis ouib. nūquam defuturū sit. Abusi sunt hoc loco veteres, vt probarent Christum esse Patris ipsius. Neque enim Christus de unitate substantiæ disputat, sed consensu quem cum Patre habet: quicquid scilicet geritur à Christo, Patris virtute confirmatum iri.

31. *Sustulerunt ergo iterum lapides Iudei, ut lapidarent eum.*

32. *Respondit eis Iesus, Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo: propter quod eorum operum lapidatis me?*

33. *Responderunt ei Iudei, dicentes, Non boni operis causa lapidamus te, sed blasphemias: & quod tu, quum homo sis, facis teipsum Deum.*

Pſal. 82.6. 34. Respondit eis Iesus, Nonne est scriptum in Lege vestra, Ego dixi, dī estis?

35. *Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solni Scriptura:*

36. *Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis blaspemare quia dixi, Filius Dei sum?*

31. *Sustulerunt ergo iterum lapides.*) Sicut pie tas in asperenda Dei gloria suo zelo ardet, quem Spiritus Dei moderatur: ita infidelitas mater est furoris: & diabolus ita impios exagitat vt nihil quām cedes spirent. Hic exitus demonstrat quo animo Christum interrogauerint: nam aperta confessio, cuius cupidos se fingebant, illos statim in rabiem adgit: & tamen quā ita violenter fermentur ad opprimendum Christum, non dubiu est quin iudicij colorem obtenderint: quasi hoc agerent ex Legis precripto, vbi Deus pseudoprophetas lapidari iubet.

Dent. 13.5. 32. Multa bona opera.) Hic Christus non tantum causam esse negat cur ita fecerint, sed eos ingratitudinis accusat, quod Dei beneficis tam iniquam mercedem repandant. Nec uno vel altero opere se de illis bene meritum esse commemorat, sed plurimis in reb. se fuisse erga eos beneficii: deinde non erga se modo, sed potius in

Deum ingratos esse coarguit, quoniam se dicit Patris ministrum, qui eius virtutē in medium protulerit, vt illis nota testatāque foret. Nam quoniam dicit *Ex parte*, significat Deum fuisse authorem. Summa est, Voluit Deus per me vobis iuncte cere, præclaræ beneficia vobis per manū mē laetus est: excutie me quantum voletis, nihil inter vos gessi nisi laude & gratia dignum. necesse est igitur vt Dei dona in me nunc furiosè perficiat velitis. Interrogatio autem plus habet momenti ad pugendas eorum conscientias quam si simpliciter asserendo loquutus esset.

33. *Nisi boni operis causa.*) Quamlibet aperte bellum cum Deo gerant impij, nunquam tamen sine honesto prætextu peccare volunt. Ergo dum insaniunt aduersus Filium Dei, hac crudelitate nondum contenti ultro eum accusant, sive Dei gloria patronos faciunt ac vindicantes. Quare necesse est vt bona conscientia murus sit nobis ahe neus,

neus, quo probra & calumnias quibus impetratur, torutus est, et illa nus. Quocunque enim colore splendeat eorum malitia, & quicquid ignorante nobis ad tempus inorant, si pro causa Dei pugnassent, ille se minime abnegabat qui veritatem suam afferat. Sed quia nunquam impius defunt prætextus ad granulos Dei seruos & simul accedit ferrea impudentia, ut vici maledicere non detinant: patientia & mansuetudine opus est que nos insinem vilque sustineat. *Blasphemie* nomen, quod a-pud profanos scriptores generale est pro quo quis coniurio, Scriptura ad Deum telet, quum lèditor ei: maiestas & contumeliam afficitur. *Quod in, quum homofis.* Due sunt blasphemie species: vel quum proprio honore spoliatur Deus, vel quum illi quippe alius singitur eius natura indiguum & alienum. Christum ergo blasphemum & facilius erga esse contendunt, quia mortalis homo Diuinum sibi honorem usurpet. Et vera erat haec blasphemie definitio, si nihil aliud quam homo fuisset Christus: tantum in eo peccant quod Diuinatem, que in miraculis conspicua erat, cernere non dignantur.

Dicitur
blasphemie
honestus.

34 *Nōmē est scriptum.*) Obiectum sibi crimen diluit, non negando se Dei Filium, sed tuendo re-ēte hoc dictum esse. Quanquam responsum suum magis apud personis quam reū ipsius penitus explicet, nam eorum malitiam refellere in plenitate fatis habuit. Quo sensu vocauerunt se Filium Dei oblique insinuat magis quam plane exprimat. Argumentum autem quo vitatur, non à paribus sumptum est, sed à minori ad maius. Scriptura deos voce quibus functionem honorificam Deus impo-^{Tf. 8.1.6.}suit: hoc ergo honoris titulo longe dignior est quem Deus segregauit ut supra alios omnes emineat. Vnde sequitur, malignos & sinistros esse interpres qui prius illud admittunt, in secundo autem artipium offensionis causam. Testimo-^{Tf. 8.1.6.}nium quod citat Christus in Psalmo 82. habetur, vbi expostulat Deus cum Regibus & Iudicib. ter-^{re} qui imperio & potentia tyrannice ad suas libi-^{des}, ad opprimendos miserios, & quodvis ini-^{quum} facinus abutuntur. Exprobat autem illis quod parvus memores vnde tantum dignitatis accepimus, nomen Dei profanent. Hoc Christus ad presentem causam accommodat, quod deorum nomine ornentur, quia ad regendum mundum Dei sunt ministri. Eadem ratione & Angelos Scriptura deos appellat, quia per illos Dei gloria mundum

irradiat. Notanda est loquitur. *Ad quos sermo Dei factus est?* intelligit entia Christus certo Dei man-^{dato} esse in actos. Vnde colligitur imperia nō temere: eis, neque in omnium errore esse exorta, sed Dei arbitrio constituta esse: quia politican ordinem vigore iuxta hominem, cuiusque ac legibus nes gu-^{Rom. 1.1.}bernari velit. Qua ratio? se dicit Paulus, Deo i rebiles esse quicunque potest resistere: quia non sit potest nisi Diuinus ordinatur. Si quis obicit, alias quoque vocaciones esse a Deo, & illi probari, neque tamē propterea agricolis aut babuicis aut fatores vocari deos: respondet non esse hoc gene-ralis, ut quicunque à Deo vocati sunt ac certum aliquod vite genus dij vocentur: sed Christum de Regibus loqui quos Deus in altiore gradum extulit, ut premit atque excellant. In summa sciamus magistratus ideo esse deos quia imperium Deus illis mandauit. *Legis nomine* hoc loco Christus totam doctrinam complectitur: qua Deus veterē Ecclesiam gubernauit. Nam quia Propheta Legis duxit atque interpres fuerint, meritò & Psalmū cē-^{Cp. 6.27.}fentur Legis accessio. *Scripturam non posse solus*, perinde valet atque Scripture doctrinam esse inviolabilem.

35 *Quem Pater sanctificauit.*) Quedam est piis o-^{mnibus} communis sanctificatio: sed hic Christus aliiquid longe præstatius sibi vñdicatur: ne quod vnu ab omnibus aliis segregatus fuerit in quo se virtus Spiritus, & Dei maiestas exerceret: quemadmodum suprà se ab eodem Patre signatum esse di-^{cebat}. Propriè autem hoc ad Christi personam re-fertur, quatenus in carne manifestatus est. Itaque hec duo coniuncta sunt, quod sancti faciuntur, & missus in mundum, sed simul tenetum est quorsum & qua lege missus fuerit, ut scilicet salutem ex Deo afferret, atque omni ex parte probaret se ac prestatet Dei Filium. *Vos dicit, s blasphemare.* Tor-queabant hunc locum olim Ariani, ut Christum probarent non natura Deum esse, sed quasi preca-^{riam} habere Diuinitatem. Sed facilis est his uerois refutatio: quia nō disputat hic Christus quis in se sit, sed qualis ex miraculis in carne humana agnoscendi debet. Neque enim vñquā apprehendi à nobis eterna eius Diunitas poterit nisi eū amplexi-^{tu} fuierimus quatenus à Patre exhibitus est Redē-^{tor}. Adhuc memoria tenetum est quod prius at-^{rigi}, Christum hoc loco non palam, neque diserte (ut inter suos discipulos) testari quisnā sit: sed ma-^{gis} insistere in refellenda hostiū suorum calūnia.

37 *Si non facio opera Patris mei, ne mihi creditis.*

38 *Si autem facio, etiam si mihi non creditis, operibus credite: ut cognoscatis & credatis quod in me est Pater, & ego in eo.*

39 *Querebant ergo eum rursus apprehendere: & exiuit ex minu eorum.*

40 *Ei iterum abiit trans Iordanem in locum ubi Iohannes p. imum baptizabat: & mansit illic.*

41 *Et multi venerunt ad eum, ac dicebant, Iohannes quidem signum nullum fecit: quecumque autem dixerat Iohannes de eo, vera erant.*

42 *Et multi illuc cederunt in eum.*

37 *Si non facio opera.*) Ne exciperent Iudei, frustra ab eo iactari sanctificationem & quicquid inde pendebat, iterum inculcat sua miracula, in quibus satis luculentum ediderat specimen sua Diunitatis. Est autem concessionis species: ac si diceret, Nolo alia lege vos ad fidem mihi habendam obstringi quam si res ipsa in medium pro-

deat: impunè vobis liceat me reiicare nisi mihi Deus palam testimonium reddiderit. *Opera Patris* nominat, quae vere Diuina erant, in quibus maior potentia resplendebat quam ut possent homini scripsi.

38 *Si autem facio opera Patris mei.* Ostendit eos impij & sacrilegi contemptus teneri plane con-

Cap. XI. vii^{os}, quia manifestis Dei operibus nisi honoris deferant. Est autem secunda conce^{cio}, quum dicit, Etiam ut de doctrina vobis subitare permettam, saltem negare non licebit, quæ edidi miracula ex Deo esse. Deum itaque, non hominem ex professo relicitis. Ceterum quod fidem postponit scientia, quasi ordine sit inferior, ideo facit quod illi cum incredulis & praeposteris hominibus negotium est, qui nisi experientia vici & coacti nunquam Deo cedunt, nam rebellis prius scire volunt quam credant. Et tamen nobis etiam eousque in iugitate Deus vt opere suorum notitia ad fidem nos præparat. Verum cognitio Dei & arcana eius sapientia fidem ordine sequitur: quia fidei obedientia ianuam regni cælorum nobis referat. *In me est Pater.* Idem repetit quod supra aliis verbis dixerat, Ego & Pater unus sumus. Huc tendunt omnia, quod in sua administratione nihil à Patre diuersum habeat. *Pater (inquit) in me est.* hoc est, diuina virtus se in me profert. *Et ego in Patrem sum.* hoc est, nihil ago nisi auctoritate Dei, ita ut mutua sit inter me & Patrem coniunctio. Neque enim hic de essentia vinitate sermo habetur: sed de manifestatione diuina potentie in Christi persona unde constabat diuinitas missum esse.

39. *Quarebant ergo eum apprehendere.*) Procul-dubio vt eum ex templo extraherent statim lapidandum: neque enim Christi verbis mitigatus erat eorum furor. Quod clapsum dicit *Ex eorum manu*, non aliter quam admirabilis Dei virtute fieri potuit, quo morem, nos malorum libidini maximè esse expositos, quam Deus, quoties ita visum est, freno suo cohiberet.

40. *Abiit trans Iord.*) Transit Christus ultra

Iordanem, ne sibi assiduè non magno cum fructu pugnandum foret. Itaque exemplo suo docuit occasione vtendum esse. De loco secessus vide capitulo d. 28.

41. *Et multi venerunt ad eum.*) Concursum hic ostendit Christum solitudinem minimè quæsuisse vt ab officio desisteret, sed vt sacrariū Dei erigeret in deserto, quoniam eum Hierosolyma (quæ propria erat eius seies) obstinate repulisset. Et sanè hoc horribilis fuit Dei vltio, quod quoniam templū à Deo electum spelunca latronum erit, Ecclesia Dei in loco ignobilis collecta fuit. *Iohannes quidem.* Colliguntur Christum Iohanne prestantiorem esse, quia tot miraculis sit insignis, quoniam Iohannes nullum miraculum edidisset: non quod semper iudicium ex miraculis fieri debeat, sed quod miracula doctrinæ adiuncta non leue pondus habent, sicuti iam aliquoties dictum est. Porro oratio hæc defectiva est: comparant enim Christum cum Iohanne, sed tantum alterum membrum exprimit. Deinde pro confessio sumunt Iohannem summum fuisse Dei Prophetam, & singulari Spiritus gratiā præditum. Scitè ergo ratiocinantur, Christum Iohanni preferendum esse, quia hoc nonnulli certa Dei prouidetia factum fuerit in Iohannes, maximus alioqui Propheta, nullo tamen in miraculo commendatus esset: unde conficitur, rationem Christi in eo fuisse habitan, vt pluris fieret. *Quæcumque autem dixerai.* Nō videtur hoc ab illis dictum, sed ab Evangelista additum esse, vt doceret dupli argumento eos fuisse adductos ut in Christum crederent: quia re ipsa videbant verū esse testimonium quod ei Iohannes reddiderat, & plus illi dignitatis conciliabant miracula.

C A P. X I.

1. **A** Egrotabat autem quidam nomine Lazarus, à Bethania a castello, Maria & Marthæ huīus sororis.

Matt. 11. 5. 7. 2. **M**aria autem erat quæ unxit Dominum vnguento, & abstergit pedes eius capillis suis, *infrā 12. 1.* cuius frater Lazarus egrotabat.

3. Misericorditer ergo sorores ad ipsum dicentes, Domine, ecce, quem amas, egrotat.

4. Iesus autem hoc audito, dixit, Hæc infirmitas non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per ipsam.

5. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius, & Lazarum.

6. Postquam ergo audiuit eum egrotare, tunc mansit in loco ubi erat, duos dies:

7. Deinde post hoc dicit discipulus, Eamus in Iudeam iterum.

8. Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudei lapidare, & rursus vadis illuc.

9. Respondit Iesus, Nonne duodecim sunt hora diei? si quis interdiu ambulet, non offendit: quia lumen mundi huīus videt.

10. Si quis autem ambulet nocte, offendit: quia lumen non est illi.

1. Egrotabat autem quidam,) Transit ad aliam historiam Euangelista, quæ miraculum continet in primis memorabile. Præterquam enim quod Christus in fuscitando Lazaro singulare diuinæ virtutis specimen edidit, simul viuum imaginem ante oculos posuit futura nostræ resurrectionis, & fuit hic quasi postremus actus & clausula: iam enim mortis tempus appropinquabat. Non mirum igitur si præcipue gloriam suam in eo opere illustrauerit, cuius memoriam suorum animis volebat maximè infixam esse, vt quedam effet superiorum omnium obsignatio. Alios Christus mortuus suscitauerat: sed nunc in putrido cadavere poteritiam suam exerit. Verum circumstantia,

quæ ad celebrandam in hoc miraculo Dei gloriam faciunt, suo loco & ordine notabuntur. Quod Lazarum Bethaniensem *Ex castello* *María ac Marthæ* fuisse dicit, probabile est fuisse expressum quia obscurior inter fideles Lazarus fama erat quam sororum. Nam sanctæ istæ mulieres Christum humpliò excipere solebant, quemadmodum ex Luca appetet. Nimis crassa hallucinatio fuit quod Monachi & similes rabulæ sub Papatu *Ex castello* (id est oppidulo vel pago) arcerent fecerunt. Eiusdem etiam inscritio est quod Mariam hanc Lazarus sororem, fingunt infamem illam & probroso vitæ mulierem fuisse, cuius meminit Lucas cap. 7. Errori causam vñctio præbuit: *Luc. 7. 17.* *quali*

quasi verò non satis confitit sepius vñctum suis Christum, & quidem diuersis in locis. Mulier peccatrix de qua narrat Lucas, Hierosolymis, vbi degebat, Christum vñxit: Maria autem Bethaniz idem postea fecit in suo pago. Præteritum verò tempus quo vñs est Euangelista, *Vñxit*, non ad tempus rei gestæ de qua nunc agitur, referti debet, sed ad tempus quo scribebat, ac si diceret, *Hec est Maria quæ postea vnguentum effudit, cuius causa exortu est murmur inter discipulos.*

3 Ecce quem amas, agricola.) Brevis nūtius, sed unde Christus facilè colligere poterat quidnam duæ sorores vellent, nam ubi hac querimonia ve recùde preces suas insinuant, vt opem ferre velit. Non prohibemur quidem à longiore precandi forna: hac tamen summa est, curas nostras, & quicquid nos malorum angit, in Dei sumum concicere, vt remedium afferat. Sic & cum Christo agit illæ mulieres: malum illi suum familiariter exponunt, ac inde leuationem sperant. Notandum quod impetrandi auxiliū fiduciam concipiunt ex Christi amore: atque hæc perpetua est rite orandi regula: vbi enim amor Dei, illic certa est & præsens salus: quia non amat, & deserit.

4 Iesus autem hoc audito.) Voltit hoc responsu curam discipulis eximere, ne ipso malè haberet: quod tam securum in amici periculo cernerent. Ergo ne anxijs sint interea de vita Lazari, morbum negat lethalem esse: quin potius nouam sibi gloriæ materiam fore promittit. Porrò tamet si mortuus est Lazarus, quia tam paulo post vitæ eum restituit Christus, huc exitum respiciens, morbum dicit non esse ad mortem. Alterum membrum *Pro gloria Dei, non ita* opponitur quasi hoc perpetuum sit argumentum. Scimus enim, etiam dum pereunt reprobri, non minus in eoruā interiu conspicuam resurgere Dei gloriam quām in piorum salute. Sed Christus propriè hoc loco Dei gloriam notauit quæ cum officio suo coniuncta erat. Porrò in Christi miraculis non formidolosa Dei potentia, sed beneficia suauissime apparuit. Ergo quum mortis periculum esse negat, vbi suam & Patris gloriam vult manifestare, reputandum est quorū & in quem finem à Patre missus sit: nempe vt seruet, non vt perdat. Magna etiam pôdus habet hæc loquatio, *Pro Dægloria, vi gloriſcetur Filius Dei.*) Inde enim colligimus Deum in Filij sui persona sic velle agnoscere, vt quicquid sibi honoris haberi postulat, Filio tribuatur. Ideo habuimus suprà capite 5.d.23. Qui non honorat Filium, neque Patrem honorat. Quare frustra Turcæ & ludæ, quum sū in Christum contumeliosi, se Deum colere obtendunt: immò Deum à scipio diuellere hoc modo coantur.

5 Diligebat autem Iesus Martham.) Videntur in speciem hæc pugnare, quod biduum maneat Christus trans Iordanem, quasi Lazari vitam negligens: & tamē ipsum ac sorores amare dicatur. Nam quum solicitudinem amor gignat, statim accurrere debuit. Porrò quum Christus vnicum sit. Divina gratia speculum, docemus hac eius mora non existendū esse nobis amorem Dei à presenti rei umbrā statu. Rogatus, sepe auxilium suum differt, vel vt orandi ardorem magis acuat, vel vt patientiam nostram exercet, simulq; affectu faciat ad obsequium. Sic ergo Dei opem fideles implorent ut simul discat vota sua suspende-

resi quam tardius quam videtur necessitas postulare, manu suam ad ipsos iuandos proferat. Nam vt cuncti eset, nunquam tamen dormit, nec suorum obſcit. Interca certo sinus persuasi, ipsum quæcumque diligit, velie saluos esse.

7 Deinde post hoc dicit.) Nunc tandem se curam Lazarī habuisse demoniavit, quin putarent discipuli ipsum esse oblitum, vel fatem Lazarī vitam alii rebus posthabere. Horum ergo eos ut traiecto lordanæ Iudæam petant.

8 Rabbi, nunc quarebant.) Quod eum abstinent discipuli, non tam fortasse eius causa fauunt quam sui respectu, quod sibi quisque timeat: sed tamen commune erat omnibus periculum. Ergo quā crucem subterfugiant, idque fateri pudeat: quod magis est speciolum, se pro magistro f. licitos esse obtundunt. Idem quotidie permultis accidit: nam qui ab officio declinant crucis metu, multiplices hinc inde prætextus sibi accessunt ad obtegendum suam mollitiem, ne videantur absque iusta causa Deum fraudare debito obsequio.

9 Nonne daodecum sunt.) Vartè exppositus fuit hic locus. Quod putarunt nonnulli doceri his verbis mutabiles esse hominum animos, ut singulis interdum horis nouum ac diuersum consilium capiant, nimis remotum est à Christi mente: nec fanè referre dignatus esset nisi quia in vulgare prouerbium cessit. Ergo genuino & simplici sensu contenti sumus. Primum similitudinem mutauit Christus à nocte & die, nam siquis in tenebris iter faciat, non mirum si subinde impingat, vel erret, vel labaturat lux solis interduo viam monstrat, nequid sit periculi. Vocatio autem Dei instar lucis diurnæ est, quæ nos errare vel impingere non patitur. Quisquis ergo Dei verbo obtemperat, nec quicquam aggreditur nisi eius iussu, illum quoque habet è cælo ducem ac directorem, & hac fiducia securè & intrepide viam arripere potest: nam (vt habetur Psalmo 91.) Quisquis in viis suis ambulat, Angelos haber custodes, & eorum ductu tutus est, ne ad lapidem pes eius offendat. Christus ergo hoc præsidio fratres animosè pergit in Iudeam, lapidatione non meruens: quia nullū sit erradi periculum vbi Deus solis officium faciens nobis prælucet, cursuq; nostrum moderatur. His verbis docemur, quoties homo propriis cōsiliis sine Dei vocatione se permittit, totam eius vitam nihil quām vanum & erroneū esse cursum: & qui maximè sibi sapere videntur, ybi os Dei non interrogant, ac Spiritum eius non habent actionū omnium præsidiū, cæcos esse in tenebris palantes: vnam hanc esse rectam viam, si vocationis Diuina probè nobis conciij, præsentem semper habemus Deum. Hanc bene instituenda vitæ regulam sequitur certa fiducia præfieri successus: quia fieri non potest quin feliciter gubernet Deus. Atque hæc cognitio plusquam necessaria nobis est: vix enim pedem ad sequendum eum mouere possint fideles, quin nille statim obstacula ingerat Satan, varia hinc inde discrimina ostentet, modisque omnib; viam obstruere machinetur. Atquib; Dominus tāquam accensa luce sua nos ad pergendū initiat, magno animo pergendū est, etiam si multæ mortes iter obſideant: quia nūquam nos progredi iubet, quin addita simul promissione animet, vt certò statuamus bene & feliciter nobis cœſurū quicquid

ex eius mandato suscipimus. Hic ^{us} est nos-
ter, in quem quisquis se recipiet, studine nū-
quam deficiet: inīd si magis ^{dua} sint obsta-
cula quām ut per ipsa curru v. ^{nam}, his tamen
alis instructi, semper re-remus exituini, do-
nec ad metam perueni. fuerit: non quōd fide-
libus nihil aduersi ac dat, sed qui ares aduersi
illis adiumenta fr̄t in salutem. Summa est,
intentos sempe oculos Dei fore in eorum cu-
stodiam qui eiūs nutum intenti erunt. Hinc

rursum colligimus, quoties homines neglecto &
præterito Dei verbo sibi temerè indulgent, &
quod adlubescit suscipiunt, totum vitæ eorum
cursum maledictum esse à Domino, semp̄que
eorum audacia &cæque libidini paratam esse
vindictam. Diem autem h̄c Christus ex more
antiquo in duodecim horas partitur. Quanvis e-
nim æstate ac hyeme dies varient, semper tamen
diurnas horas duodecimi, & totidem nocturnas
habant.

11 *iac loquitus est, & post hoc dicit illis, Lazarus amicus noster dormit; sed vado ut exper-
gofiam eum.*

12 *Dixerunt ergo discipuli eius, Domine, si dormit, saluus erit.*

13 *Dicebat autem de morte eius illi autem putabant de dormitione somni eum dicere.*

14 *Tunc ergo palam dixit illis Iesus, Lazarus mortuus est:*

15 *Et gaudeo propter vos, quōd non fuerim illuc, ut creditatis. Sed eamus ad eum.*

16 *Tunc Thomas, cognomine Didymus, dixit condiscipulis, Eamus & nos, ut moriamur
cum illo.*

17 *Venit itaque Iesus, & innenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.*

11 *Amicus noster dormit.)* Quia prius nega-
uerat lethalem esse morbum, ne re inopinata
nimis turbentur discipuli, nunc simul mortuum
esse indicat, & spem resurrectionis facit. Mira
autem eorum ruditas, quod dictum Christi de
sonno accipiunt. Etsi enim metaphorica est lo-
quutio, adeo tamen frequens ac trita est in Scrip-
turis, ut Iudeis omnibus familiariter nota esse
debuerit.

12 *Si dormit, saluus est.)* Quum somnum Lazaro
salubre esse excipiunt, ita oblique student
dehortari Christū in illuc se cōferat. Neque tam-
en astutē in suum commodū deflectunt Christi
sermonem, sed quia de sonno loquutum pu-
tabant, libenter haec fugiendi periculi occasio-
nem arripiunt. Augustinus & multi post eum ar-
guere philosphantur in verbo Dorniendi: nem-
pe ideo transferri ad mortem quia Deo tam fa-
cile sit excitare mortuos in vitam, quām facile
solemus nos expergesfacere qui dormiunt. Sed
nihil tale venisse Christo in mente, ex perpe-
tuō Scripturē vñ colligere licet. In eo quin hac
eadem translatio profanis quoque scriptoribus
trita sit, certum est non alia ratione venisse in
sum nisi quia sine sensu iacet exaniime cadaver,
sicut & sōlitū hominis corpus, vnde & somnus
non inēptē vocatur mortis imago, & apud Homerum, *καί γένεται δάναος*. Porro quum hoc nonni-
ne corporum duntaxat notetur dorinītū, nūnis
insulē fanatici quidam ad animas trahunt, ac si
intelligentia priuata, morti subiacerent. Porro
Christus suam potentiam in eo cōmendat quod
se venturum dicit ut Lazarum excite. Etsi enim,
vt dictum est, in verbo Dorniendi non excri-
mitur resurrectionis facilitas, Christus tamen
dominum se mortis ostendit, quum se experge-
faccere dicit quos restituit in vitam.

14 *Tunc ergo dixit palam illis, Insignis Christi
bonitas, quod tantam in discipulis crasitiem
ferre potuit. Et certe ideo distulit ad tempus am-
pliore Spiritus gratia eos donare, vt momento
renouati maius esset miraculum. Quum dicit, Et*

*gaudeo propter vos, significat suam absentiam illis
fuisse vñilem, quod obscurior fuisset eius virtus si
protinus opem Lazaro tulisset, nam quo propius
ad ordinariam naturæ rationem accedunt Dei
opera, eo magis vilescent, ac minus est illustris
corum gloria: idque quotidie experimur. Nam
si statim manum porrigit, opem eius non ap-
prehendimus. Ergo vt Lazarus resurrectionem
verè diuinum esse opus agnoscere discipuli,
eam disseri oportuit, vt longissimè ab humano
remedio abescat. Ceterum memoria repetendū
est quod prius attigi, paternam Dei erga nos in-
dulgentiam hic repræsentari in Christi persona.
Quum ergo nos Deus malis obrutis languore
diu finit, sciamus eum ita saluti nostrâ consule-
re. Nos quidem tunc anxijs tristisq; gemimus, sed
Dominus bono nostro gaudet: ac duplex eius
humanitas resulget in hac parte, quod non tan-
tum vitiis nostris ignoscit, sed latus rationes in-
venit quibus ea corrigit. *Ve credatis.* Non intel-
ligit hoc primum in illis fuisse fidei rudimentū,
sed inchoata iam fidei confirmationem, quum
adhuc per quam exigua esset ac debilis. Interea
subindicat, nisi palam exerta fuisset Dei manus,
ipsos non fuisse credituros.*

16 *Tunc Thomas.)* Haecenus Christum re-
trahere conati sunt discipuli: nunc sequi paratus
est Thomas, sed absque fiducia: saltē promis-
sione Christi se nō inuity, vñ hilaris ac tranquillus
eum sequatur. Hæc enim vox desperationis
est, *Eamus ut moriamur*, quū eos de vita certos
deceret esse. Porro relativum *Ilo* tam de La-
zaro quām de Christo potest exponi: verū si
de Lazarō exponas, ironia erit: ac si dictum esset,
Quid proderit illuc venire? nisi forte non possumus
aliter amicorum officio defungi nisi vt
mortem simul opperamus. Magis tamen alter
sensus mihi probatur, quod Thomas non recu-
set cum Christo mori. Sed hoc, quemadmodum
dixi, ex inconsiderato zelo manat: quia a-
nimum potius ex fide promissionis colligere
debitum.

18 *Erat autem Bethania propinqua Hierosolymæ, stadiis ferè quindecim.*

19 *Et multi ex Iudeis venerant ad Martbam & Mariam, vt eas de fratre suo con-
solarentur.*

- 20 *Martha igitur quum audisset quod Iesus veniret domi se debat.* iam illi venit: Maria autem
 21 *Dixit ergo Martha ad Iesum, Domine si fuisses hic, frater.*
 22 *Sed & nunc scio quod quemque petieris a Deo, dabit tibi Non fuisse mortuus:*
 23 *Dicit ei Iesus, Resurget frater tuus.*
 24 *Dicit ei Martha, Scio quid resurget in resurrectione in nonissimo a.*
 25 *Dixit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiam si moriatur, resurget in vita.*
 26 *Et omnis qui vivit, & credit in me, non morietur vñquam. Credis hoc?*
 27 *Dicit ei, Certe. Domine: ego credo quod tu es Christus Filius Dei, qui in mundo non erat.*

18 *Erat autem in Bethania.) Sedulx persequitur Euangelista quae ad historiam certitudinem faciunt, quām vicina esset Hierosolyma castello Bethaniæ recens, necrum mirum sit multos illinc ex amicis ad consolandas sorores ventisse, quos miraculi testes Deus esse voluit. Nam etiū humanitatis officio adducti fuerant, arcano tamen Dei consilio in alium finem illuc fuerant collecti, ne obscura esset Lazarus resurrectione, vel domesticos tantum habere et ientes. Hic autem maligna gentis ingratitudine coniunctus, quod hoc tam luculentum Diuinam virtutis specimen in loco celebri, in multa hominum frequentia, & prope vribis portas (quasi in theatro) editum, statim ex omnibus oculis euanevit. Imò Iudæi oculos malignè claudendo, data opera non viderunt quod sub oculis erat. Nec vero nouum est vel ratum ut homines qui nimis cupide semper miraculis inhiant, ad eorum considerationem prorsus sint hebetes ac stupidi. Distincta locorum quæ notatur, minor duobus passuum millibus fuit. Stadium enim pedes sexcentos, hoc est centum & viginti quinque passus continet.*

19 *Vt eas de fratre suo consolarentur.) Hoc qui dem spectabant illi: at Deus aliud, quemadmodum dictum est. Porro inde apparet donum Lazarus & sororum plenam fuisse dignitatem, & honorificè cultam. Cateruanus quia naturale est ut luctum & moreorem hominibus mors suorum affectat, non improbandum est hoc officium cuius meminit Evangelista: nisi quod vitiosus excessus, ut in aliis vita partibus, hīc quoque regnans, rem per se non vitiosam corrumpt.*

20 *Martha igitur quū audisset.) Egreditur Martha extra paginam, vt postea videbimus, non tantum fortassis reverentia causa, sed ut ipsum oculatus exciperet: quia recens erat memoria periclitum bene quieuerat hostium rabies, quæ Christi in Galilæam transitu paululum sedata, auditio eius aduentu violentius deintegro erumpere poterat.*

21 *Domine si fuisses hic.) Incipit à querimonia: quanquam hoc modo verecundè significat quid velit. Perinde enim est aī dicere, Poteras tua presentia fratrem meum eripere à morte, imò nunc etiam potes: quia nihil tibi negabit Deus. Si autem loquendo, magis affectui suo indulget quām se contineat sub fidei regula. Haec quidem verba partim ex fide profecta esse fatetur: sed dico, permisisti fuisse incompositos affectus, qui eam ultra metas abriperent. Nam quod il fratrem suum non fuisse moriturum sibi promisisti si adfuisser Christus, vnde illi hæc fiducia? Certè non concepta erat ex aliqua Christi promissione: restat igitur ut temere suis vo-*

tis potius obsequatur quām se Christo subiiciat. Fidei est quod Christo potentiam tribuit, summi amique bonitatem: quod autem sibi plus perfundet quam à Christo auditor, id est à sibi alienum. Tenet enim semper est mutuus inter verbum & fidem confessus, nequid sibi temere præter Dei verbum homo fibricet. Adde quod in praesentia Christi corporali minis herebat Martha. Ergo fides Marthæ immodecatis votis permitta & implicita superflusione etiam non omnino vacua, pleno fulge: re elucere non potuit: ita tantum eius scintillæ in his verbis emicant.

23 *Kesurget frater tuus.) Mica Christi comitas, quod Martha in iis quæ diximus vitiis ignorans, plus illi vltro promittit quām præcisè & aperiæ potere aula fuerat.*

24 *Seo quid resurget.) Iam vero hīc nimis Martha timiditas se prodit, quod Christi dictum extenuat. Diximus nuper, longius quam par erat fuisse progressam, quum sibi ex proprio animi sui sensu spem fingeret: nunc in contrarium vitium labitur, quod Christo manu tendente quasi trrepidans subficit. Quare vtrunque nobis cauendum est, ne Dei verbo desfici, spes euaniadas hinc inde quasi ventum hauriamus: rursum ne Dominus os suum aperiens, corda nostra vel occulsa vel nimis angustiè restricta inueniat. Ceterum hoc responsu amplius aliquid elicere Martha voluit quām sperare audebat ex Christi verbis. acsi dicere, Si de vltima resurrectione intelligis, nihil dubito quām excitandus sit frater meus extremo die, & hac fiducia me consolor: sed nescio an manus aliquid mihi significes.*

25 *Ego sum resurrectio & vita.) Primum affirmat Christus se resurrectionem & vitam esse: deinde vtrunque eius sententia membrum secundum & distinctè exponit. Resurrectionem priori loco se nominat: quia ordine prior est restituto à morte in vitam quām v. t. status. Atqui totum genus humanum in morte demersum est. Nemo itaque vita compes erit nisi qui prius resurrexit à morte. Ita Christus se vitæ initium esse docet: postea autem subiicit vitæ quoque perpetuitatem sive gratię opus esse. Porro de spirituali vita eum loqui clare demonstrat expositiō quę mox sequitur, *Qui credit in me, etiam mortuus fuerit, vñuet.* Quare ergo Christus resurrectio est? Quia filios Ade, qui à Deo alienati erant per peccatum, Spiritu suo regenerat, vt nouam vitam vivere incipiant, qui de re fuisus discrūi suprà, capite 5. l. 21. & 24. & Paulus ad Ephesios optimus est huīs loci interpres. Eant nunc qui nature motu preparari homines gariunt ad recipiendam Dei gratiam. Perinde est aī dicere mortuos ambulare. Nam quād*

C.XI. viuunt homines ac spirant, sensu, intelligentia & voluntate prædicti sunt, id totum ad intentum tendit: quia nulla anima pars est. Et facultas quæ non corrupta sit, & à rectitudine aversa. Ita sit ut mors vbiique regnum occupet. Nam mors animæ, alienatio est a Deo. Ergo qui in Christum credunt, quoniam prius mortis existent, incipiunt vivere: quia fides spiritualis est animæ resurrectio, & animam ipsam quodcummodo animat, ut vivat Deo, scilicet cum dum illuc Mortui audiunt vocem Filii Dei: & qui audierint, vivent. Praeclarum sancte fidei elogium, quod Christi vitam in nos transfundens à morte liberat.

Supr. 5.25.

nihil inde vera ipsorum vita decedit, vt eius progressus adiuuet: quia interior homo renouatur de die in diem. Imo ipsa mors quadam illis à mortis seruitate manumissio est. *Credis hoc?* Videtur ^{2. Cor. 4.} prima specie Christi ideo de spirituali vita differere vt à praefatis desiderio Martha animum abducatur. Optabat Martha restituiri fratri suo vitam: excepit Christus, scilicet vita piastrioris esse authorem: quia scilicet celesti virtute fidelium animas vivificet. Ceterum non dubito quin duplice gratiam complecti voluerit, generaliter ergo spiritualiter vitam commendat, quam suis omnibus confert: sed inde gaudium præbere vult huius virtutis quam mox in suscitando Lazaro ostensurus erat.

26 *Et omnis qui viruit, & credit in me.*) Secundi membra expositio: neque quomodo Christus vita sit: quia vitam, quam semel contulit, nunquam excidere potuit, sed ad finem usque conseruat. Quid enim in tanta carnis fragilitate hominibus fieri, si vitam semel accepta, postea sibi i clinquerent? Ergo continuum vitæ statum in eiusdem Christi virtute fundatum esse oportet, ut quod cœpit perficiat. Fideles autem ideo dicuntur: nunquam mori quia eorum animæ incorruptibili semine remanserat, Spiritum Christi in se manentem habent, quo assidue vegetantur. Nam etsi corpus morti obnoxium est propter peccatum, Spiritus tamen illæ vita est propriae infirmiæ, Rom. 8. b. 10. Quod autem exterior homo quotidie in illis corrumpitur, adeò

28 *Quum hec dixisset, abiit, & vocauit Mariam sororem suam secutæ, dicens, Magister adest, & voca te.*

29 *Illa simul atque audiuit, surgit confessum, & venit ad eum.*

30 *Nondum autem venerat Iesus in castellum: sed erat in loco ubi occurserat ei Martha.*

31 *Iudei ergo qui erant cum ea domi, & consolabantur eam, videntes quod Maria subito surrexisset, & exsistens sequuti sunt eam dicentes, Vnde ad monumentum ut ploret illuc.*

32 *Maria ergo postquam venit ubi erat Iesus, quum vidisset eum, cecidit ad eius pedes dicens ei, Domine, si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meu.*

33 *Iesus ergo vi vidit eam flentem, & Iudeos qui conuenerant cum ea flentes, infremuit spiritu, & turbavit seipsum.*

34 *Ei dixit, Vbi posuisti eum? Dicunt ei, Domine, veni: & vide.*

35 *Lacrimatus est Iesus.*

36 *Dicebant ergo Iudei, Ecce quomodo amabat eum.*

37 *Quidam autem ex illis dixerunt, Non poterat hic qui aperuit oculos eeci, facere ut etiam hic non moreretur?*

38 *Iesus ergo rursus fremens in seipso, venit ad monumentum: erat autem spelunca, & lapis positus super eam.*

28 *Vocauit sororem suam.*) Probabile est Christum Martha rogatu extra pagum substatuisse, ne in tantam hominum frequentiam prodiret. Timebat enim periculum, quod nuper è media morte vix clapsus esset Christus. Ideo, ne longius spargeretur fama de illius aduentu, clam forori sue indicat. *Magister adest.* Nomen Magistri ostendit quo loco inter pias istas matronas habitus fuerit Christus. Quanquam autem nimis adhuc profecerant quām decebat, hoc tamen iam erat magnum quod se illi discipulas prorsus addixerant. Et subitus Marie discipulus ut in eius occursum veniat, non vulgaris reverentie testis est.

31 *Iudei ergo qui erant cum ea.)* Tametsi Christi permisso Martha donum reuersa erat ut subducere ē turba sororem, aliud tamen consilium Christi fuit, ut Iudeos scilicet haberet miraculi

testes. Hoc quidem illi minimè cogitant: sed nouum non fuit homines quasi in tenebris, arcana Dei prouidentia, quo nequaquam tendebant deduci. Mariam ad sepulchrum pergere existimat, ex eorum more qui luctus sui irritamenta querunt. Regnat enim vulgo hic morbus, ut mariti vxoribus vidui, parentes orbi liberis, & vicissim maritis uxores, & liberi parentibus priuati, vel cognatis vel amicis dolorem suum: ambitione quibus possunt modis augeant, & soleme est varia artificia in hunc finem conquiri. Ita scilicet quā ian inordinati sint hominum affectus, nouis stimulis eos excitant, quo vehementius ac maiore imperio contra Deum ferantur. Portò istorum officium erat Mariam retrahere, ne ex sepulchri aspectu luctus materiam colligere: verum tam acre remedium adhibere non audent, sed souent ipsi quoque intemperantiam doloris, comites.

comites se præbendo. Ita sepe accidit ut parum valeant eorum consolationes qui suis amicis nimium blandè indulgent.

32 *Accidit ad pedes eius.*) Quod procidit t ad eius pedes, inde colligimus ultra cōunum hominum modum in illa domo cultum fuisse. Nam etiā coram regibus & principibus viris solebant se in terram prosterneat: quia tamen nihil habebat secundum carnem Christus in se regale aut magnificum, alii in finem procidit Maria ad eius pedes. Nec vero id erat factura nisi perlunga fuisset Dei esse Filium. *Domine si sis fuisse hic.* Quanquam honoritate in speciem videtur de Christo loqui, quid ramen in his verbis vitiolum sit nuper ostendit est. Neque enim Christi virtus, qua cœli & terram replebat, restringi ad corporalem eius præsentiam debuit.

sanco directus, sincerè quam è celo accepit doctrinam hominibus tradit. Venit in eodem nomine Rex, per cuius manum Deus populum suum gubernat. Sed quia super Christum requievit Spiritus Domini, & idem ei caput omnium, & quicunque ad regendant Ecclesiam inquam fueruero ordinati, eius imperio subiecti fuerunt, inò riuli fuerunt ex fonte deduci: propriè dicetur in nomine Dei ventisse. Nec tantum imperii gradu præ aliis excellit: sed quia totum se nobis Dens in illo exhibet. Nam in eo habitat plenitudo deitatis corporaliter, vt Paulus inquit, & co-off. 2.9. via est Dei imago: denique verus est Immamu-nel. Quare singulari quodam ure ventisse in nomine Domini dicitur: quia per eum non ex parte (vt antea per Pro. hec) sed in solidum Deus se patefecit. Ab ipso igitur iumentu est exordium, tanquam à capite, quoniam bene dicere volumus Dei munitis. Iam quia picudo pro-pheta superbe iactant Dei nomem, & taliter in prætextu se venditant (quoniam tamē ciabon am-pulsa ad perdeandam Ecclesiam, erantur) labaudienda est anathesis, vt Dominus eos annet, et ac in nihilum redigat. Ita bene dicere Christo non possumus quin maledicamus Papam, & acri-legg tyramidi quam aduersus Christum erat. Sua quidem anathemata, non secus ac fulmina, magno impetu in nos vibrat: sed quæ securè contempnere velut inanes ampulas licet. Ex adverso autem Spiritus sanctus horribile anathema hic nobis dicit, quo usque ad ultimos inter-ros cum toto suo splendore & pompa mergatur. Nec vero Pontifice aliquo opus est qui maledi-citionem in eum pronuntiet, quando semel Christus pueros hac potestate donavit, ubi ratum ha-buit eorum clamorem, sicuti alij Euangeliste nar-rant.

14. Quum autem inuenisset Iesus affulum. Hanc historiæ partem magis distinctè alij Euangeli-sta narrant: nempe quod duos interit Christus ex suis discipulis qui asinus adducerent, acha-nes, qui ultimus omnium scripsit, sati habuit rerum quæ iam à reliquis tractata erant lumina breuiter notare. hinc fit ut multas circumstan-tias omittat. Species autem repugnantia quæ plerosque turbat, non magno negotio disscutitur. *Quod Matthæus dicit Christum super asinam sedisse, & pullum eius synecdochice accipi debet.* Quidam fingunt interdille primū atque, deinde eius pullos, & ex suo signo allegoriam elicunt, quid primū inficerit Iudaico populo, qui ferendo Legis iugo pridem afflictus erat: potest Gentes, tanquam rudem ac neuitium affulum sibi subiecserit. Sed illud simpliciter verum est, Christum super asinum equitale, qui viri cum matre adductus fuerat: & convenienter Prophetæ verba, apud quem repetitio est Hebreis satis tri-taque idem bis diversis verbis exprimit, *Super asinum inquit, & super filium fabrinalis.* Euange-lista noster, qui breuitati studet, omisso priore membro, posterius tantum adducit. Porro Zah-charie vaticinium, quod tune impletum fuit, Iudei quoque ipsi de Messia exponere coguntur: interea tamen nos subsannant, quid asini umbra delusi, filio Marij tribuanus Messiae horo-rem. Atqui longè alius testimonii initit fides nostra. Nec vero quum dicimus Iesum esse Christum, hinc ordimur, quid asino insidens Hiero-solymam sit ingressus. Conspicua enim in eo fuit

IN EVANGELIUM.

132

Cap. XII. gloria, qualis decebat filium Dei, sicuti habuimus primo capite. Praeque autem Diuinam eius virtus in resurrectione effulgit. Verum hac non spernenda est confirmation, quod Deus mirabiliter sua prouidens in isto ingressu, quasi in aliquo theatro, complectum Zacharie vaticinum proposuit. *Necne.* In hac Propheta sententia, ut eam Evangelista recitat, notandum est primò non alienari tranquillam animis nostris quietem constare, nec aliter nobis metum & trepidationem eximi, quam ubi Christum inter nos regnare scimus. Alia quidem sunt Prophetae verba (nam ad latitiam & jubilum fideles horunt) sed Evangelista noster expressit quomodo animi nostri solidi gaudio exultent: nempe ubi ademptus est metus, quo torqueri omnes necesse est, donec i.e. conciliati Deo pacem illam habebant: qua ex fiducia nascitur. Hoc ergo boni nesci per Christum obtingit, quod liberat à Satana tyrannie, confredo i.ecclesiis iuge, soluto reatu, morte abolita, secundum gloriam, Regis nostri praesidio fructu, sub

Rom. 5.1.

cuius tutela positus nihil periculi timendum est. Non quod vacui timore limus quandiu degimus in mundo: sed quia fiducia qua in Christum recumbit, omni timore superior est. Quum adhuc procul abeget Christus, iubebat tamen Propheta latos esse atque hilares illius seculi pios homines quia venturus esset. Ecce (dicebat) Rex tuus veniet ergo in tuncas, nunc ex quo venit ut fruatur eius praesentia, cō fortius nobis cum timore levandum est, ut ab hostibus nostri securi, placide & alacriter regem nostrum colamus. Allocubatur suo tempore Propheta Sionem: quia illie domicilium ei et ac sedes Ecclesiae: nunc ex toto quidem mundo Deus ibi Ecclesiam collegit: hæc tamen promissio peculiariter ad fideles dirigitur, qui se Christo submittunt ut in ipsis regnet. Quod Christum inducit in auro equitantem, significat regnum eius à mundi pompa, splendori, opibus & potentia alienum fore, id est extera specie monstruosa operuit, ut spirituale esse omnimes palam agnoscerent.

16 *Hec verò non cognoverunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus fuist Iesu, tunc recordati sunt quod haec erant de eo scripta, & hoc fecerant illi.*

17 *Testimonium ergo reddidit turba que cum eo erat quum Lazarum vocasset ex sepulchro, & suscitasse eum ex mortuis.*

18 *Propterea occurrit illi turba, quia ipsum audierat hoc signum fecisse.*

19 *Pharisei porro dicerunt inter se, Videntis quod non proficiunt quicquam: ecce mundus post eum abiit.*

16 *Hec non cognoverunt.)* Quemadmodum non germinat semen simulacrum in terram iactum est, ita nec statim operum Dei fructus emerget. Ministri Dei, sunt ad comprehendam prophetiam Apostoli: sed quid agant non intelligent. Audient turbæ clamorem, nec illum confusum, sed quod distinctè Christus Rex salutabatur: non tamen affluerunt quorunq; hoc tendat, nec quid sibi vellet. Est ergo illis inane spectaculum, donec aperit Dominus oculos. Quidam dicitur, *Recordatos esse tandem quod haec de ipso scripta essent,* causa notatur tam crastine ignorantia quæ scientiam precessit: nempe quia tunc ducem non habebant Scripturam ac magistrum, quæ ipsorum mentes ad rectam puramque considerationem dirigeret, nos enim nisi velbo Dei praevante cœci sumus. Quantum ne hoc quidem fascat, ut nobis verbum Dei loceat, nisi vicecum illuminet oculos nostros Spiritus, qui alioquin ad plenam lucem cœxitur. Hac gratia sacerdos discipulos Christus post suam resurrectionem dignatus est: quia nondum aduenierat iactum tempus quo Spiritus sui diuitias quasi larga manu effundaret, donec receptus esset in gloriam caelestem, ut cap. 7. l. 39. habuimus. Nos verò hoc exemplo edocti, iudicium de omnibus quæ ad Christum pertinent, ex Scriptura, non proprio carnis nostræ sensu facere discamus. Teneamus deinde hanc peculiarem esse Spiritus gra-

tiam, ut temporis successu nos erudit, ne in reputandis Dei operibus stupidi simus. Membrum istud, *Quod haec de eo erant scripta, & hoc fecerant illi,* sic interpretor, quod tunc venit primum in mente discipulis, non tenere hæc facta fusse Christo, neque homines istos inaniter lufiscere, sed totum hoc negotium Dei prouidentia fusse gubernatum: quia impleri necesse erat quacunque scripta fuerant. Prinde ita resolute, Hæc ei fecerunt, sicut de ipsis scripta erant.

17 *Testimonium reddit turba.)* Iterum i.e. eit quod dixerat, multos fama tanti miraculi excitatores venisse Christo obuium. Ideo enim turbam exuent quia passim sparsus fuerat rumor de Lazarо in vitam restituto. Iustam ergo materiam habebant isti cur filio Maria tribuerent Christi honorem, quum tam insignis eius virtus illa nota esset.

19 *Videntis quod non proficiunt quicquam?)* His verbis ad maiorem se rabie in insigant. Est enim quædam ignavia exprobratio, ac si dicarent, *Plebecem* ideo ac Christum deciderat quod nimis tardis essent ac molles. Hic loquendi mos est desperatis hominibus, quum se ad extrema quaque tentanda parant. Quod si tanta est ad malum pertinacia Dei hostibus, longè constantiores in recto proposito nos esse decet.

20 *Eran autem quidam Graeci ex iis qui ascenderant ut adorarent die festo.*

21 *Hic ergo accesserunt ad Philippum, qui erat ex Bethsaide Galilæe, & rogauit eum, dices, Domine, volumus Iesum videre.*

22 *Venit Philippos, & dicit Andreas, rursus Andreas & Pilippus dicunt ipsi Iesu.*

23 *Iesus autem respondit illis, dicens, Venit hora ut glorificetur Filius hominis.*

24 *Amen amen dico vobis, nisi granum tritici, quum cecidit in terram, mortuum fuerit, ipsum consummabit: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.*

25 *Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in mundo hoc, in vitam eternam*

eternam custodiet eam.

26 *Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi ego sum, illic etiam minister meus erit. quod si quis mihi ministraverit, honorem illi habebit Pater.*

20 *Eran autem quidam Graci.) Non existimo Gentiles fuisse, vel incircuncisos: quia paulo post tequuntur, venisse ut adorarent. Atqui seuerè hoc prohibitum erat legibus Romanis, & acriter vindicabant Proconsules aliique magistratus, si quis patro cultu reliquo ad Iudaismum transisse compertus esset. Iudix vero qui per Asiam & Graeciam dispersi erant, licebat mare trahere ut sacrificia offerrent in templo. Deinde nunquam passi fuissent Iudei misericordia sibi in solenni Dei culto Gentiles, quia putabant hoc modo se & templum & sacrificia pollui. Tametsi autem progeniti erat ex Iudeis, quia tamen procul trans mare habitabant, non in iure est si eos Evangelista inducat tanquam hospites, & eorum omnium ignaros quæ nunc Hierosolyma & in vicinis locis fiebant. Jesus ergo est Christum non modo ab incolis Iudea, qui ex pagis & viribus ad diem festum venerant, fuisse pro Rege exceptum: sed ad homines quoque transmarinos, qui ex longinquis terris venerant, famam eius manasse. *Vt adorarent.* Poterant id quoque in patria: sed Iohannes sollemnem cultum designat, qui cum sacrificiis erat coniunctus. Quanvis enim religio & pietas non esset templo affixa, non tamen alibi licebat sacrificia Deo offerre, neque alibi habebant Arcam testimonijs quæ Divina presentia symbolum esset. Spiritualiter quotidie domi sua quisque Deum colebat, tam externa cultus professo sancti: sub Lege præstanta erat qualis præcepta erat à Moysi, ut in templo sisterent coram facie Domini: in quem finem ordinati erant dies festi. Quod si tam longa peregrinatio ab ipsis magno sumptu, maiore molestia, nec sine periculo sulcepita fuit, ne exterram pietatis suæ professionem negligenter: qualis hodie excusatio obtendi potest, nisi domi nostræ verum Deum nos colere testamus? Cessauit quidem Legalis cultus: sed Dominus Baptismum, & sacram Coenam, & publicum orandi rituum Ecclesias suæ reliquit, in quibus se exerceant fideles. Horum ergo neglegetus nimis frigidum pieratis studium in nobis esse prodit.*

21 *Accesserunt ad Philippum.) Hoc reuerentia signum est quod Christum non compellant, sed per Philippum cupiunt patet fieri sibi accessum. Reuerentia enim mōdestiam semper ex legi ginit. Quod autem hinc colligunt Papistæ inuocandois esse mortuos ut nobis apud Christum & Patrem sint Patroni, magis ridiculum est quam ut refutatione indigeat. Loquitur Graci coram cumi Philippo: qui mortuos in clamat, à quibus est separatus, quid obsecro haber simile? Sed hi sunt humanae audaciae fructus, postquam senes extra verbis Dei metas vagari sibi permisit. Sanctorum inuocationem temere coiumenti sunt Papistæ ex suo cerebro: nunc ut sibi fallacem ex verbo Dei pretextum concilient, corrumpunt ac lacerant Scripturam, ac indignis eam ludibriis expondere non dubitant.*

22 *Venit hora.) Multi hoc de morte exponunt, quia per eam illustrata fuit Christi gloria. itaque secundum eos, Christus iam instare mortis suæ tempus pronuntiat. Sed ego potius ad Evangelij publicationem refero: acli dixisset notitiam sui*

mox spargendam fore per omnes mundi plagas. Ita voluit consternationi occurrere, in quam discipulos coniicere mors ipsius poterat. Ostendit enim non esse cur animis concidant, quia Evangelij doctrina nihilominus per totum orbem publicabitur. Porro ne ista gloria cogitatio paulo post evanescat, ubi adiudicatus fuerit morti, suspensus in cruce, ac denum sepultus: naturè anticipat, & mortis suæ ignominiam gloriam nihil obstat admonet. Ad eam rem aptissima similitudine virtut, Nisi, inquit, granum frumenti mortuum fuerit, sic purrefcat, aridum manet ac sterile. Mors autem seminis melius ipsum vivificat, ut inde prodeat fructus. In summa, Christus mortem suam sationi comparat, quæ dum videtur ad interitum tritici tendere, longè vberioris prouentus causa est. Quanquam autem præfatu temporis articulo maximè admonitio hac necessaria erat, per eum tamen vsum habet in Ecclesia: Ac priuus à capite incipere conuenit. Terribilis illa species ignominia & maledictionis, quæ appetat in morte Christi non modo obscurat eius gloriam, sed è conspectu nostro proflus tollit. Non est igitur in morte sola horrendum, sed fructus quem protulit resurreccio, simul reputandus est. Ita nihil impedit quoniam inuidique resulget eius gloria. Hinc deinde ad membra transeundem est, neque enim solum in morte interire nos putamus, sed vita quoque nostra instar est perpetua mortis, Colos.3. a 3. Actum ergo de nobis erit nisi ista consolatio succurrat, qua nos erigit Paulus, Si exterior homo noster corruptitur, interior renouatur de die in diem. *Sed igitur hæc continua priorum meditatio, quinti premuntur variis ærumnis, quum angustiis constricti tenentur, quum fame, aut nuditate, aut morbis laborant, quum iniurias vexantur, quum videntur singulis momentis prope in modum à morte absorben di, hanc esse sationem, quæ suo tempore fructum proferet.*

25 *Qui amat animam suam.) Doctrinæ exhortationem Christus annæxit: nam si mori nos oportet ut fructum feramus, patienter ferendum est ut Deus nos mortificet. Quia autem vita amorem & odium inter se opponit, tenendum est quid sit vitam amare & odire. Qui immodico vita praesentis desiderio implicitus non potest nisi coactus mundum relinquere, vitæ amare dicitur: qui autem per contemptum vitæ huius alto animo ad mortem pergit, dicitur vitam odire: non quod simpliciter vita odio habenda sit (quæ merito censetur inter summa Dei beneficia) sed quia eam libenter abidere debent fideles quum eos à Christi accessu remoratur, quemadmodum si quis onus molestum & incòmodum, quum vult aliò properare, à suis humeris excusat. In summa, vitam hanc amare non per se malum est, inodò in ea tantum peregrinemur, semper ad scopum nostrum intenti. Nam hic legitimus est amanda vitæ modus, si in ea inanenus quandiu Domino visum fuerit, & eisdem arbitrio subinde parati sumus ab ea migrare: vel (ut vno verbo dicā) si eam quasi manus gestantes offerimus Deo in sacrificium. Quisquis ultra addicitus est praesenti vita, vitam suam*

Cap. XIII. perdit, hoc est, coniicit in perpetuum exitium. Perdere enim hic non significat amittere , aut facere rei charæ iacturam, sed exitio tradere. Satis vulgare est, *Anime nomen pro vita accipi.* Quida, n pro fede affectuum hoc loco accipiunt, ac si dixisset Christus, qui carnis sanguinis nimirum indulget, ille animam suam perdit. Sed hoc nimis coactum est: illud alterum simplicius, quod is deum optimam habet vitæ perpetuæ fruenda rationem qui eam negligit. Porro ut clarius sit sensus particula *In mundo*, quæ ferme tantum exprimitur, bis repetenda est: vt sensus sit, pessimè eos vitæ suæ confundere qui eam in mundo amant: rursum eos verè scire quomodo seruanda sit vita, qui eam in mundo contemnunt. Et certè quisquis mundo affixus est, cælesti vita ultra se privat, cuius non aliter futuri funis hatredes, nisi iniquili simus & hostipes in mundo. Ideo bellunus est ille affectus, qui regnat in omnibus incredulis, dum esse appetentes, solum illud esse in mundo includunt. hinc sit vt quo quisque magis sollicitè intentus est in suam salutem, à regno Dei, (hec est à vera vita) se alienet. *Qui, edit animam suam.* In adiutori hoc comparatiæ esse dictum: quia spernenda sit vita quoties nobis impedimento est ne Deo vivamus. Nam si præponderet cælestis vita meditatio in cordibus nostris, nullius momenti erit mundus vt nos retineat. Hinc euia soluitur quæ hic posset obici quæstio. Multi per desperationem, aut aliis de causis (ac vita præser-tim radio) mortem sibi consuecunt: quos tamen non dicemus saluti suæ prospicere. alios ad mortem rapit ambitio, qui simul in æternum se præcipitant. Sed hic Christus disertis verbis odium aut contemptum caducæ vitæ commendat, quem

ex sensu vita melioris concipiunt fideles. Proinde quisquis in calum non respicit, nondum didicit quomodo seruanda sit vita. Porro hoc posterius membrum addidit Christus vt terrorem incuteret terrenæ vite nimirum cupidis: quia si demersi sumus in anorem mundi, vt non facile sit eius obliuisci, fieri non potest vt in calum pergamus. Sed quā tam violenter Christus nos exercefaciat, nimis absurdum est extialem somnum dormire.

26 *Si quis mibi ministraverit.)* Quod mors minus nobis acerba sit ac molesta, Christus ad eam libenter subeundam exemplo suo nos inuitat. Pul-debit certè hoc honoris etucare vt sinus eius discipuli, atqui non alia lege nos in suorum numerum admittit, nisi quam ipse præmonstrat viam sequamur. Est autem nebis dux itineris ad obediendam mortem. Mitescit ergo & quodammodo suavis redditus mortis acerbitas, dum nobis cius subeunda conditio cum Filio Dei communis est. Ergo tantum abeat vt nos propter crucem abhorre à Christo conueniat, vt potius in eius gratiam mors oppetenda sit. Eodem pertinet quod sequitur, *Et i'bi ego sum, illi minister meus erit.* Exigit enim ne recusat sui ministri se morti subictere, ad quam præire ipsum vident. Neque enim æquum est vt quicquam habeat separatum minister à domino suo. Futuru tempus in verbo *Erit* positum est vice *Imperativi*, more Hebraico. Aliis videatur esse consolatio, quasi promitteret Christus confortes sua resurrectio[n]is fore quibus graue non fuerit simul mori: sed illud quod dixi probabilius est. Postea enim additur consolatio, quod Pater mercede non frustrabitur Christi ministros qui indiuidui fuerint illi comites tam in vita quam in morte.

27 *Num anima mea turbata est, & quid dicam? Pater, serua me ex hac hora: sed propter ea veni in horam hanc.*

28 *Pater glorifica nomen tuum. Venit ergo vox è calo, Et glorificau, & iterum glorificabo.*

29 *Turba ergo que stabat, & audierat, dicebat tonitru factum esse: aly dicebant, Angelus ei loquuntur est.*

30 *Respondit Iesus, & dixit, Non propter me hac vox facta est, sed propter vos.*

31 *Nunc in iudicium est mundi huius: nunc princeps mundi huius eycitur foras.*

32 *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnes traham ad me ipsum.*

33 *Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.*

27 *Nunc anima mea.)* Videlur initio sententia hæc multum discrepare à proximo sermonе. Illud plausum heroici pectoris signum erat, hortari suos non modo ad subeundam mortem, sed libenter & cupide oppetendam vbi res ita postulat: nunc mortem refugendo, mollitiem suam fatetur: Nihil tamen hic legimus quod non optimè conueniat, quemadmodum quemque fidelium propria experientia docet. Si rideant nasuti homines, nihil mirum: neque enim potest hoc intelligi nisi praxis accedit. Ceterum salutis nostra vtile fuit, immo necessarium sit, affici Filium Dei. In morte eius præcipue expiatio consideranda est, qua iram & maledictionem Dei placauit. Id porro fieri non poterat quia reatum nostrum in se transferret. Mortem igitur quin subibat, horrois plenam esse oportuit: quia satisfactione pro nobis defungi non poterat quia horribile Dei iudicium sensu suo apprehenderet. Vnde melius cognoscitur peccati atrocitas, cuius

tam diram pœnam ab vnigenito Filio exegit cælestis Pater. Sciamus ergo mortem non fusile delicias aut lusum Christo, sed in extremis usque crucifixum defecutum fusile nostra causa. Nec vero absurdum fuit, Dei Filium sicuturbari: Diuinitas enim occulta neque vim suam exercens, quodammodo quieuit, vt locum expiationi faceret. Ipse autem Christus non modò carnem nostram, sed humanos affectus induerat. Fuerunt quidem voluntarij isti in eo affectus: (quia non coactus timuit, sed quia timori sponte se subiccerat) Statuerendum est tamen, verè non fiet è timuisse. Quāquam in hoc reliquis hominibus fuit dissimilis, quod affectus suos habuit temperatos in obedientiam iustitiae Dei: sicuti alibi dictum est. Altera etiam utilitas hinc ad nos redit. Si nulla in Christo fuisset turatio ex mortis timore, quis nostrum putaret ad spectare eius exemplum? Neque enim mortem sine doloris sensu oppete-re nobis datum est: sed quum audimus non fuisse

in eo ferreum robur, colligimus animos ad eum sequendum, neque obstat nobis carnis infirmitas, quæ mortem expauecit, quin duci nostro comites nos addamus ad lucrandum. *Et quid dicam?* Hic tanquam sub oculis cerimus quanti constiterit salus nostra Dei Filio, dum in ultimas angustias redactus, neque verba inuenit quibus exprimat doloris vehementiam, nec consilium secundum hominem. Quod autem unum restat, confugit ad preces, & se liberari à morte postulat. Rursus quia simul videt se aeterno Dei consilio, destinatum esse victimam pro peccatis, votum illud quod ingens inconstitia exprefserat, mox corrigit, & quasi iniecta manu scipsum retrahit, ut totus aquiescat Patris arbitrio. Notandi sunt hoc loco quinque gradus, nam primum locum tener queremonia, quæ erumpit ex immenso dolore: secundo sentit se opus habere remedio, & ne metu obruator, secum querit quidnam sit agendum: tertio, ad Patrem se recipit, cùmque liberatore implorat: quartio votum quod agnoscit vocationis sua aduersum, retractat, & quendam pati praesoptat quā ut non impleat quod sibi à Patri iunctum est: postremò una Dei gloria contentus, reliqua omnia obliuiscitur, ac pro nihil ducit. Sed videtur hoc parum decere Filium Dei, quod votum illi inconsiderate effluit cui statim renuntiadum est ut Patri obediat. Fateor certè hanc esse crucis stultitiam, quæ scandalum est super his hominibus. Sed quod se magis exinanuit gloria Dominus, eò luctulentius habemus immensius eius amoris erga nos specimen. Ceterum memoria tenendum est quod prius ad nonius, humanos affectus, à quibus Christus immunis non fuit, paros in eo fuisset, & à peccato immunes, ratio est, quia composti erant, & temperati ad Dei obsequium. Neque enim obstat quin mortem naturaliter horreat Christus, & tamen cupiat parere Deo: nempe secundum diuersos respectus. Ibi ecce illa correccio, quum dicit, *Properea venimus in hanc horam.*) Vt cunque enim mortem per se timere licet, quia tamen reputat quorsum miseris sit, & quid exigat Redemptoris officium, conceputum ex naturæ sensu horrorem Patri domandum offert: vel potius eo domito, liber & solutus ad exsequendum Dei imperium se accingit. Quod si Christi affectus omni virtu puros ita subigit oportuit ut Patri obsequens esset, quanto studio in hoc incumbere nos oportet, quod totidem Dei sunt inimici in nobis quot ex carne nostra affectus scarurant? Sit hæc igitur piorum meditatio, vim sibi facere donec scipios abnegaverint. Simul notandum est non tantum affectus eos esse frenando qui ex diametro pugnant cum Dei voluntate, sed qui vocationis nostra cursum impediunt, etiam si alias praui non sint nec vitiosi. Hoc ut clarius patet, in primo gradu locanda est Dei voluntas: secundo voluntas hominis sincera & integra, qualem Deus Adæ indiderat, & qualis in Christo fuit in postremo nostra, quæ peccati contagione infecta est. Voluntas Dei regula est cui subiecti oportet quicquid est inferius. Tam pura naturæ voluntas Deo per se rebellis non erit: homini tamen, etiam si totus ad rectitudinem formatus sit, multa impedimenta occurrit, nisi suos affectus Deo subigit. Christo igitur unum & simplex certamen fuit, ut quod naturaliter timebat, timere desineret, quum agnoscit aliter Deo pla-

cere. Nobis autem duplex est, quia cum carnis nostræ contumacia lucrandum est. Hinc sit ut fortissimi quique athletæ non quam tamen absque vulnere superent, *Pater serua me.* Hic ordo nobis feruandus est quoties vel metu angimur, vel viri pur dolore, ut statim corda nostra se ad Deum efferrant. Nihil enim deteriorius est vel magis noxiun quā intus alere quod nos cruciat, sicut videmus bonam mundi partem esse arrodere cæcis tormentis: atque in omnibus qui ad Deum non afflulgunt, hæc iusta est societate poena, ne quicquam leuitationis sentiant.

28 *Pater glorifica nomen.*) His verbis, Patris gloriam se aliis omnibus praefere testatur, etiam posthbita & neglecta vita ratione. Atque haec vera deum est votorum omnium moderatio, si Dei gloriam ita expemimus ut reliqua omnia locum ei cedant. Hæc enim compenatio abunde nobis sufficere debet, ut quæcumque grauia & molestia sunt, a quo animo feramus. *Ego glorificavi,* Tantum valer aci dixister, Pericliani quod creps neque enim Deus opus suum suarū in utilium deferit, ut habetur Psal. 1. 8. 8. Ceterum quia Dei consilium fuit crucis scandalō occurtere, non modis promittit gloriosam fore Christi mortem, sed simul ut decora commendat, quibus eam iam prius ornauerat.

29 *Tonitru factum esse.*) Hoc certè prodigio simile, quod ad tam apertum miraculum stupida fuerit turba quæ adstabat. Quidam surdis auribus quasi confusum sonum accipiunt quod distinctè protulerat Deus: Alij minus hebetes, multum tamen diminuunt ex maiestate Diuina vocis, quum Angelorum fingunt authorem. Sed idem hodie quoque vnu venit, nam lati articulatè loquitur Deus in Evangelio, & illic vis & energia Spiritus se profert, quæ calum & terram concutere debet: sed tam frigida est apud multos doctrina, quasi tantum ab homine mortali prodiret: alii vero balbus est Dei sermo ac barbarus, non secus ac tonitru. Queritur tamen an frustra & sine ullo profecta vox illa de cælo insonuerit? Respondeo, quod hæc turba Eangelista tribuit, non nisi in partem competere. Fuerunt enim præter Apostolos etiam aliqui minus sinistri interpres: sed Euangelista breviter notare voluit quid promisœ in mundo fieri soleat: nempe quod maior pars Dei audiens clare & sonore loquentes, non audit.

30 *Non propter me.*) Aut non confirmatione opus habuit Christus, vel minorem eius curam quam nostri habuit Pater? Sed tenendum est illud principium, sicuti Christus nostra causa carnem induit, ita quicquid bonorum accepit à Patre, nostra causa fuisse illi collatum. Deinde hoc quoque verum est, voce in cælo fuisse editam populi respectu. neque enim externo miraculo opus ipse habebat. Porro hic tacita est exprobatio quod Iudei quasi lapidum instar, surdi sint ad Dei vocem: nam quum eorum causa loquatur Deus, nihil excusationis haberet eorum ingratitudo, dum aures non accommodant.

31 *Nunc iudicium est mundi.*) Iam Dominus, quasi certamine defunctus, & iam non timoris solum, sed mortis quoque victor exultat. Magnificè enim fructus mortis suæ predicit, quæ discipulis consternationis poterat causa esse. *Judicij nomen* aliis reformationem, aliis damnationem significat. ego prioribus magis assentior, qui ita

I N E V A N G E L I V M

136

Cap.
XII.

exp̄nunt, quod mundus in legitimū ordinem restituendū sit. nam vox Hebraica *Mis̄phat*, quæ per *Iudicium* redditur, rectam constitutionem significat. Scimus autem extra Christum nihil in mundo nisi confusum esse. Et si autem iam regnū Dei erigere cooperat Christus, mors tamen eius verum dēmum status rite compositi exordium, & plena mundi instauratio fuit. Notandum tamen simili quod hæc in mundo restitudo constitui nequeat quia regnum Satanæ prius aboleatur, quia redigatur in nihilum caro, & quicquid Dei iustitiae aduersum est. Denique necessarium est ut mundi nouitatem mortificatio præcedat. Quare pronuntiat Christus efficientem esse mundi principem: quia hinc dissipatio & deformitas, quod dum tyrannide usurpat Satan, grassatur iniquitas. Eiētō itaque Satana, mundus à defectione reuocatur sub Dei imperio. Si quis roget quomodo deiecit̄ Christus in morte Christi fuerit Satan, qui aspidè belare non desinit, respondeo electionem hanc non restringi ad exiguum aliquod tempus, sed describi insignem illum mortis Christi effectum qui quotidie appetet.

32 *Quum exaltatus fuero.*) Sequitur modus statuendi iudicij, quod scilicet Christus in crucem sublatus omnes ad se colligeret, ut è terra in cælum ipsos attollat. Dicit Euangelista Christum specimen mortis suæ indicasse. Non dubium ergo est quin sensus sit, crucem instar vehiculi fore, quo secum ad Patrem omnes attollat: Videri tunc poterat euctus è terra, nequid amplius illi cum hominibus commune foret: sed longe aliter cessurū pronuntiat: ut scilicet trahat sursum ad se qui in terra defixi erant. Quanquam autem alludit ad formam mortis, generaliter tamen intelligit, mortem suam non fore dissidium quo separatur ab hominibus, sed nouam terræ in cælum attrahendē rationem. Quod *Omnis* dicit, referendum est ad Dei filios, qui ex grege sunt. Afflentior tamē Chrysostomo, qui particula vniuersali vñsum esse Christum tradit, quia ex Gentibus pariter & Iudeis colligenda esset Ecclesia, secundum illud, Erit pastor vñus & vñnum ouile. Verus interpretatio ^{suprà 10.} Latina habet, Omnia traham ad me: & Augustinus ita legendū contendit: sed consensus Græcorum omniū codicū pluris apud nos valeat.

34 *Reffondit ei turba, Nos audiuimus ex Lege quod Christus in eternum manet: & quomodo in dū dicū, Oportet exaltari Filium homini? Quis est iste Filius homini?*

35 *Dixit ergo illis Iesu, Adhuc ad breue tempus lumen vobiscum est: ambulate donec lumen habetis, ne tenebre vos comprehendant: & qui ambulat in tenebris, non nouit quo vadat.*

36 *Donec lumen habetis, credite in lumen, ut filii luminis sitis. Hac loquutus est Iesus, & abiēs absconditus est ab illis.*

34 *Nos audiuimus ex Lege.*) Non dubium est quin maligne verba Christi cauillari propositum illi: si fuerit: ideo eos malitia excusat, ut in clara luce nihil cernant. Negant Iesum sibi habendum pro Christo, qui se moriturum dixerit, quum Lex Mælia perpetuitatem tribuit. Quasi verò non habentur utrumque disertè in Lege expressum, quod vbi mortuus fuerit Christus, flœbit eius regnū usque in fine mundi. Iti verò ex secundo membro calumniæ ansam artipiunt. Principium autem erroris fuit quod ex sensu carnis splendorē regni Mælia extimabant. Hinc fit ut Christum respondant, quia non responderet eorum figura. Sub *Legis* nomine Prophetas etiam comprehendunt: & tempus præsens in verbo *Manendi* pro futuro ponitur, secundum phrasin Hebraicam. Interrogatio ista, *Quis est iste Filius homini?* ludibriū in se continet, ac si Christus breui illa refutatione vietus iaceret. Vnde appetit quām arrogans sit inficiat: perinde enim est acī dixissent, I nunc ac te Christum esse iacta, quia tu ipsius confessio te nihil affine habere coartauit.

35 *Adhuc ad breue tempus.*) Tametsi hoc responsu Dominus benignè eos admonet, simul tamen acriter eos pungit: obiurgat enim eos quod in luce cæxiant, & simul denuntiat breui lucem ablatum iri. Quum dicit *Exiguum adhuc tempus* restare lucis, considerat quod iam dixerat de morte sua. Quanvis enim lucem non corporalis fugientia sed Euangeliū intelligat, tamen ad diffusum suum alludit, ac si diceret, Quum tune abieris, non desinam lux esse: ita nihil mihi per tenebras vestras decederet. Quum dicit *Lumen illis adesse*, obliquè eos perstringit, quod oculis clausis, lumen prætereant: idēque indignos esse signifi-

cat quorum soluatur obiectio, quia sp̄ote sibi errandi materiam accersant. Quod dicit, *Lumen illius non nisi ad breue tempus fulgere*, incredulis omnibus commune est: nam Dei filius Scriptura Solem iustitiae promittit oriturum, qui nunquam occidat, Iesaiæ 60.19. Non fulgebis vobis posthac sol interdiu, neque luna per noctem: sed Dominus erit vobis in lucem æternam. Omnibus tamen sollicitè ambulandum est: quia lucis contemptum tenebræ sequuntur. Quia & causa est cur tam densa nox & caliginosa antehac pluribus leculis mīndo incutuerit, quod pauci dignati sunt ad cælestis sapientia fulgorem incedere. Nobis enim illuc Christus per Euangeliū, ut quam monstrat satlitis viam sequamur. Ergo qui Dei gratia non vuntur, oblatum lumen quantum in se est extinguunt. Et (quo plus terroris incutiat) admonet quām misera sit corum conditio qui luce destituti toto vita cursu errant. Nam pedem mouere nequeunt sine lapsu vel etiam ruina periculo. Jam verò in tenebris nos esse pronuntiat Christus, nisi ipse nobis præluceat. Hinc collige quid valeat humanæ mentis perspicacia vbi ipsa sibi est dux & magistra extra Christum.

36 *Credete in lumen.*) Hortatur ut fide possifionem lucis retineant. *Filios enim Lucis* appellat, qui tāquam veri hæredes, ea in fine usque huius. *Hac loquutus est Iesus.* Miruin videri posset cur se ab illis subduxerit qui tam cupidè eum exceperunt: sed ex aliis Euangelistis colligere prout est de hostib⁹ haberi hic sermonem, quos pium honorum & simplicium studium peſsum vrebant. Nam aduenia qui obuiā Christo progressi erant, et prosequuntur sunt in templum usque, vbi, in Sribas & vrbanam turbam incidit.

37 *Porrò*

vel, tunc
mutata.
Ies. 53, 4.
Rom. 10.
16.

Ies. 6, 9.
Mat. 13, 14

- 37 Porro quum tanta signa fecerit coram ipsis, non crediderunt in eum:
 38 Ut ideo Iesaias Prophetæ completeretur quem dixit, Domine, quis credidit audiui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est?
 39 Propterea non poterant credere, qui a rursum dicit Iesaias:
 40 Excœcauit eorum oculos, & induravit cor eorum, ut non videant oculis, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos.
 41 Hac dixit Iesaias quum vidi gloriam eius, & loquutus est de ipso.

37 Quænta signa.) Nequem impedit vel turbet quod Christus à Iudeis despctus fuerit scandalum hoc Euangelista removet, ostendens præclaris & minime ambiguis testimoniis fuisse instrutum, quæ fidem illi & doctrinæ eius facerent: sed Dei gloriam & virtutem, quæ in miraculis palam tuigebat, non fuisse à cæcis confiteam. Principio itaque tenendum est, per Christum non steriles quia fidem sibi conciliaret apud Iudeos: qui pluribus miraculis abunde testatus est quisna n' est: ideo iniquum est ac rationi minime consentaneum vt corum incredulitas quicquam illi detrahatur. Sed quia ipsum multos tenere anxious & perplexos poterat, vnde tantus Iudeos stupor ut visibilis Dei potentia nihil eos moueret, ultra homines progradientur, fidem scilicet nō ex communii hominum sensu nasci, sed singulare rarumque Dei esse donum: atque hoc de Christo fuit olim prædictum, quod vix pauci Euangeli cœderunt essent.

38 Ut ideo Iesaias.) Non significat Iohannes necessitatem ex vaticinio Iudeis fuisse impositam: neque aliud protulit Iesaias quam quod illi Dominus ex arcans consilii sui thesauris patefecit. Facente ideo Prophetæ id accidere oportuit: sed quia nesciebatur quid futurum est nisi testatum Deus fecisset per os Prophetæ: rem aliqui hominibus obscuram & ferè incredibilem Euangelisti in vaticinio, quasi in speculo, ante oculos ponit. Domine quis credit. Duo sunt huius sententiae membra: in priore Iesaias de Christo verba facere iam exorsus, quum præuideat, quicquid de Christo promulgat ipse, & deinde per Apostolos publicandum erat, passim à Iudeis reiecum iri, qualia ad immane prodigium stupens, exclamat, Domine quis crederet audiui nostro? In secundo autem in membro causam paucitatis agnoscit, quod scilicet homines suo marte hoc minime perueniant: Deus autem non omnes vulgo illuminet, sed paucos Spiritus sui gratia dignetur. Quod si inter Iudeos non debuit obstinata multorum incredulitas obstat fidelibus, quantumvis numero pauci essent: eadem hodie quoque apud nos valeat ratio, ne Euangelij nos pudeat, quanvis paucos habeat discipulos. In primis notanda est ea ratio qua subiicitur, quod scilicet fideles non proprium acumen, sed Dei reuelatio faciat. Brachij nomine potentiam intelligi satis notum est. Dei brachium, quod in Euangelij doctrina inclusum est, Prophetæ latere admonet donec patet: ac simul testatur, non omnes promiscue huius reuelationis esse participes. vnde sequitur, multis cœxitati sua relinqui interioris lucis experientes, qui audiendi noui audiant.

39 Propterea non poterant credere.) Hoc est aliquanto durius quia (vt verba sonant) obstructa Iudeis via, & præcisa credendi facultas fuit eo quod Prophetæ vaticinium cœxitati eos addixerat, priusquam vtrumque ipsi eligerent. Respon-

do, nihil esse absurdum si accidere securus non poterit quā Deus previdet. Sed notandum, simpliciter nudāmque Dei præscientiam, rerum causam non esse. Quanquam hic non tam præscientię Dei quām iudicij & vindicta nobis habēda est ratio. Neque enim Deus quid ē cælo speculatur facturus esse homines, sed quid ipse facturus sit prouuntur: nempe quod stupore & vertigine persecuetur inpios, ut de ipsis malitia vltionem suam. Nam hic notatur causa propinquia: & inferior, cur verbum suum quod natura salutare est, Deus exitiale Iudeis ac mortiferum esse velit: nempe quod sua malitia ita meriti essent. Hanc peccati ipsius impossibile fuit effugere, quoniam semel Deo iudicatum est, ipsos in reprobum tensum coniuncte, & verbi sui lucem illis vertere in tenebras. Num posterius hoc vaticinium in eo distinile est priori, quod illic Prophetæ non alios credere testatur quam quos Deus gratuito suo beneficio illuminat, cuius causa non appareat. Nam quum ex aequo perditi sint omnes, Deus mera sua bonitate quos visum est à reliquis discernit. Hic autem obdurationem commemorat, qua ingrati populi malitiam vltus est Deus. Hos gradus qui non observant, perpetram diuersos Scripturæ locos confundunt.

40 Excœcauit cor.) Locus est ex sexto capite Iesaiæ sumptus, vbi Dominus naturè Prophetam admonet, non alium operæ eius quam docendo infusum profectum fore, nisi vt deterior reddatur populus. Primum ergo dicit, Vade, & dic populo huic, Audiendo audite & ne audiatis. Ac si diceret, Mitto te ut verba facias apud surdos. Postea subiicit, Excœca cor populi, &c. quibus verbis significat, verbum suum reprobis in peccati se delinquare, vt inde crassior reddatur eorum cœcitas, atque in altiores tenebras mergatur. Formidabiliter sanè Dei iudicium, quum humanas mentes doctrinæ luce ita obruit ut omni intelligentia priuenterit: imò quum ex unica eorum luce caliginem illis obducit. Porro notandum est id accidentale esse verbo Dei quod homines excœcat, nihil enim minus consentaneum quam ut nihil à mendacio differat veritas, panis vita mortiferum fiat venenum, & medicina augeatur morbus. Verum id hominū malitia imputandum est, quæ vitam convertit in mortem. Notandum præterea est, Dominum aliquando per seipsum excœcare hominum mentes, quoniam iudicio & sensu eas priuat: aliquando per Satanam & pseudoprophetas, quum eorum fallaciis illas dementiat: aliquando etiam per suos ministros, quum illis noxia ac lethalis est salutis doctrina. Ceterum modò fideliter incumbant Prophetæ in munus docendi, & laboris sui fructū Dominino commendent, etiamsi minus ex voto succedat, eos deficere vel labescere non oportet. sufficiat potius quod labore suum Deo probari norunt, quanvis hominibus sit inutilissimum odorem illius doctrinæ, quem sibi mortiferum reddunt

Cap.

XII.

2.Cor.2.15

imp̄j, bon̄m & suauem esse Deo, quemadmodū testatur Paulus. *Cor aliquando pro fede affectum* ponitur in Scriptura: sed h̄c (vt in pluribus alius locis) pars animæ intellectiua (quam vocant) no[n]tatur hac voce. In eundem modum loquitur Moses, Deut. 29. 4. Non dedit tibi Dominus cor ad intelligendum. *Vt non videant oculis.* Meminerimus sermonem haberi à Propheta de incredulis qui iam ante Dei gratiam respuerant. Certum quidem est tales fore omnes naturam nisi Dominus quos elegit, ad obsequium suum formaret: itaque ab initio par est & indifferens hominum conditio: sed postquam reprobi vltro & propria malitia Deo rebelles fuerunt, huic vindicta locus est, vt in reprobum sensum conieci ruere magis ac magis in suū exitium non desinat. Proinde quōd Dominus eos conuerteret non vult, ex eorum culpa manat, quia ipsi sibi desperationis fuerunt autores. Breuiter etiam his Propheta verbis docenur quale sit nostra ad Deum conuersio[n]is initium: *Nempe ubi corda illuminat, quae ab ipso tandem auersa esse necesse est dū Satanae tenebris occupan-*

tur. Contrā autem, ea est vis Diuina lucis vt nos ad se rapiat, & in imaginē Dei transformet. Fructus cōuersio[n]is additur *Sanatio*, quo nomine intelligit Propheta Dei benedictionem ac prosperum statum, adeoq; liberationem ex omnibus miseriis quā ex ira Dei proueniunt. Iam si hoc reprobis contingit prater verbi naturam, tenenda est antithesis contrarij v̄sus, nempe in eum finem p̄dicari nobis verbum vt nos illuminet in veram Dei notitiam, vt ad Deum conuerat, nosque illi reconciliet, quo beati ac sc̄lēs simus.

41 *Hec dixit Iesas.*) Ne putarent lectors in tempestiuē citari hoc vaticinii, diserte admetet Iohannes, Prophetam non yni seculo doctorem fuisse missum, quin potius ostēsam illi fuisse Christi gloriam, vt eorum quā sub regno eius futura erant, testis esset. Quorsum enim tendebant prophētiae revelationes, nisi vt quod acceperant illi à Deo, reliquis quasi per manus traderent? Ceterum pro confessio sumit Euangelista quōd viderit Iessias gloriā Christi. vnde colligit, doctrinā suā ad futurum regni illius statum accommodasse.

42 *Veruntamen etiam ex Principib⁹ multi crediderunt in eum: sed propter Pharis̄eos non confitebantur, ne ej̄cerentur extra synagogam.*

43 *Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei.*

44 *Iesus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.*

45 *Et qui videt me, videt enim qui misit me.*

46 *Ego lux in mundum veni, ut quicunque credit in me, in tenebris non maneat.*

42 *Veruntamen etiam.)* Quum Iudai confuso strepitu & ferociā Christum tam protervè reiicerent, videri poterant ad vnum omnes conspirasse. dicit tamen Euangelista in illa communī infania genit⁹ multos san⁹ mentis fuisse. Memorabile sane exemplum gratiæ Dei: nam impetas vbi semel prævaluit, quedā est vniuersalis lues, qua sua contagione singulas corporis partes inficit. Singulare ergo Dci donum est quoniam in populo ita corrupti sinceri aliqui manent. Quanquam eadem Dei gratia hodie quoque perspicitur in mundo: nam quantumvis passim graſsetur impieras & Dei contemptus, ac furiose conuentur innumerū exterminare prorsus Euangelij doctrinam, subinde tamen aliquos inueniunt recessus: ita fit ut suas quasdam stationes habeat fides, ne prorsus exulet à mundo. Particula Etiam est emphatica: nā in ordine Principum tam infestum & capitale Euangelij odium erat, vt incredibile esset vnum aliquem illic posse fidem inueniri. eo magis admiranda Spiritus Dei virtus fuit, quæ eo penetravit quō nullus accessus patebat. Quanquam non fuit illud vnius aetatis vitium, quod præfacti & immorigeri Christo fuerint Principes: honor enim & opes & dignitas comitera serē habent superbiam. Quare difficile est spontanea humilitate domari qui arrogantis inflati vī se homines esse agnoscunt. Quisquis ergo in mundo excellit, suam magnitudinem, si sapient, habebit suspectam, ne illi sit obstaculo. Quod *Multos* fuisse dicit, non ita accipias quasi aut maior aut dimidia pars fuerit: nam aliis comparati, quorum ingens erat turba, pauci erāt: sed idem erant multi, li in se reputarentur. *Propter Pharis̄eos.* Impropriū loquī videtur, dum fidē à confessione separat. Corde enim creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem: nec fieri po-

test quin fides in corde accensa flammam suā proferat. Respondeo, hic notari quanta fuerit in illis fidei imbecillitas, qui adeo tepebant, vel potius frigebant. In summa, significat Iohannes Christi doctrinam amplexos esse quia à Deo profectam cognoverent, sed non fuisse viuam in illis fidem, nec qua decet virtute prædictam: quia non dat suis Christus Spiritum timoris, sed constantiæ, vt liberè & intrepide confiteri audeant quod ab ipso didicerunt. Etsi non arbitror istos prorsus obmutuisse, sed quia non satis ingenua erat eorum confessio, Euangelista meo iudicio, simpliciter negat suam fidem professos esse. Ista enim legitima erat professio vt palam Christo nomen darent. Quare nemo sibi blanditus qui vlla in parte tegit ac dissimulat fidem suam, ne incuriat in hominum odiā. Nam quantumvis odiosum sit Christi nomen, non est excusabilis timiditas quā ab eius confessione vel minimum deflectere nos cogit. Observas etiam minus esse in principib⁹ fortitudinis & constantiæ: quia ferē in illis regnat ambitio, qua nihil magis seruire est. Atque (vt vno verbo dicam) terreni honores quasi aureis compedibus hominem ligant, ne liberè officia suum faciat. Quo aequius obscuris & tenuibus fors sua ferenda est: quia multis (saltē pessimi⁹) laqueis soluti sunt. Magnos interea & nobiles cum sua luctari fortuna decet, ne ipsos impedit quoniam se Christo submittant. Pharis̄eos terro rui fuisse commemorat Iohannes: non quōd per alios Scribas & Sacerdotes cuiquam impune licet Christi se vocare discipulū: sed quia sub zeli specie impotenter in istis seruebat sc̄uūtia. Eximia quidem virtus est tuendæ religionis zelus: sed vbi subest hypocrisia, nulla potest singi p̄fici noscentior. Quo magis rogandus est Dominus vt nos mo-

*nos moderetur certa Spiritus sui regula. Ne ceteri
renunt ex vasa synagogam.)* En quid illis oblitae sunt,
nempe infamia metus: quia cieci fuisse est Sy-
nagoga. Porro hinc appetat quanta sit hominum
prauras, quæ optima quæque Dei instituta non
modo corrupti & adulterata, sed in extialem
tyrannidem veritatem. Excommunicationis erroris esse
debuerat sanctæ disciplinae, ut pena esset in
promptiusquis Ecclesiæ cœtemneret, atqui eō
traducta fuerat, ut quisquis lateretur se esse Chri-
sti, à locis etiam fidelium exularet, quemadmodū
hodie Papa ad eandem tyrannidem exercendam
ius excommunicationis falsò præxit: caca rabie
non modò fulminat contra omnes pios, sed
Christum et caelesti solio deiicere conatur. Et tam
enim titulum sacra iurisdictionis, qua Ecclesiæ
fam ornauit Christus, impudenter obtendere
non dubitat.

43 *Dilexerunt enim gloriam.)* Quod nulla ista
infecta fuerit superstitione, sed solum apud homi-
nes probrum fugitarint, diserte exprimit Euangelista. Nā si plus apud eos valuit ambitio quam
timor Dei, sequitur inani conscientia metu tui-
se liberatos. Iam obseruent lectores quæte i-
gnominie damnetur apud Deum eorum timidi-
tas qui fidem suam apud homines inuidia metu
dissimulant. Quod magis præposteriorum, inquit quid
magis belluini est, quam Dei iudicio frivo-
los hominum applausus præferre? Atqui tali in-
famia occupari omnes pronuntiat qui hominum
inuidiam declinat vbi confitenda est pura fides,
& meritò niam Apostolus quum inuictum Motis
constantiam laudat, illum obduruisse dicit, ac si
inuisibilem vidisset. Quibus verbis significat, vbi
quis oculos in Deum delixit, infraucti & plusquam
adamatini fore eius pectus. Hinc ergo mollities
quæ nos ad perfida simulationem diffluere facit,
quod in mundi aspectu sensus omnes nostri he-
betiunt, nam syncerus Dei aspectus statim om-
nes opum & honorum fumos discuteret. Eant
nunc quib. leue aliquod & quasi veniale delictum
videtur esse obliqua Christi abnegatio, quum ex
aduerso pronuntiet Spiritus, fœdus hoc porten-
tum esse quam si cælum terræ misceatur. *Gloriam
homum amare* hoc loco significat velle apud
homines in pretio haberi. Ergo intelligit Eu-
angelista, ita mundo addicto fuisse illos ut homi-
nes quam Deo placere malent. Adde quod dū
Christi abnegantes hoc criminis accusati, simul
ostendit vanam & nihil excommunicationem
fuisse quia Pontifices præter ius & fas abuteban-
tur. Quare inane esse terriculamentum sciamus
quicquid hodie anathematum crepat Papa, vbi
nobis certò conseci sumus nihil eum aliud mor-
liri quam vt nos à Christo abducatur.

44 *Iesus autem clamavit.)* Huc spectat sen-
tentia vt fuos animet Christus ad iustitiam & infle-
xibilem fidei constantiam: subest tamen increpa-
tio, quæ corrigeret voluit peruersum illum me-
cum. Clamor ad vehementiam facit, quia non
simplex est doctrina, sed exhortatio ad ipsos a-
crius stimulando. Sūma est, quod fides in Chri-
stionon in hominem quæpiam mortale non, sed

in Deum recumbit: quia nihil in CHRISTO
nisi Diuinum inueniunt, in quo in eius facte Deum
intuetur: Inde absurdum esse colligit & indi-
gnum, cum quasi dubiani natura. Major enim re-
tri Deo iniuria non potest quam si nobis eius
veritas non sufficiat. Is ergo deum in Euange-
lio rite profecit qui fiducia hac subinxus, non iē
hominibus sed Deo credere, contra omnes satanæ
machinas firmus ac quietus perficit. Ergo ut
Deo tribuamus suum honorem, nō solum tun-
do vacillante, sed Satana etiam turbante & labefac-
tante quicquid sub calo est, standum in fine
esse discamus. Dicuntur fideles in Christum nō
credere quando in humano ei. as affectu nō sub-
sistunt. Nam hic cuim Patre se comparans, Uei vir-
tute respicere nos iubet, quia carnis infirmitas
nihili per se firmatus habet. Potlea quoniam disci-
pulos hortabitur vt in se credant, alius erit sensus.
neque nullus opponitur Deus homini, sed
Christus in mediam cum suis omnibus donis sta-
tuitur que ad retinendam fidem nostram satis
valere debent.

45 *Et qui videt me.)* Videre istud pro cogni-
tione acciperemus vt conscientias, quæ variis sub
inde agitationib. alioqui forent obnoxiae, bene
ac penitus tranquillet, ad Patrem nos reuocat.
Ideo enim certa est firmaque fidei fortitudo quia
mundo est superior. Vbi autem verè Christus co-
gnoscitur, in eo refugiet Dei gloria, vi certò scia-
mus nō pendere ab homine quam in ipsum ha-
bemus fidem, sed in Deo æternæ fundatam esse:
quia à Christi carne ad Divinitatem asurgit.
Quod si ita est, nō tantum perpetuo in corde fixa
esse debet, sed etiam intrepide se in lingua, v-
bi opus est, proferre.

46 *Ego lux veni.)* Quo discipulos suos for-
tiores & magis strenuos reddat, pergit adhuc in
prædicanda fidei certitudine. Ac primò se in mū-
dum venisse testatur vt lux esset, quæ eruant ho-
mines à tenebris & erroribus: & simul potiundanti
tanti boni modum adscribit, dicens, *Vt quicunque
credat in me, &c.* Porro ingratitudinis eos omnes
insinuat qui suo Euangelio edocet, se ab incre-
dulis non separant. Nam quo præstantius est hoc
bona, à tenebris vocari in lucem, eo nimis ex-
cusationis habent qui lucem in se accusant, igna-
tia sua vel neglectu suffocant. Multum ponderis
inest his verbis, *Vt lux in mundum.* Nā etsi ab
initio lux fuit Christus, non tamen frustra hoc se
titulo insinuat, quod venerit ad præstandam
lucis munus. Atque (vt habeamus gratias distin-
ctos) aliis se lucem esse magis doceat q. à n. t. b.: de-
inde non tantum Angelis, sed etiam hominibus:
tertio se exhibitum in carne vt plenū fulgorem
emitteret. Vniuersaliter particula cor solido addita
esse videtur, partim vt cunctis fidelibus sine ex-
ceptione bonū hoc commune faceret, partim vt
incredulos ostenderet, ideo penitentem in tenebris
quia sponte lucem fugiunt. Iam si in unum co-
ceretur tota mundi sapientia, ne scintilla quidem
veræ lucis in illa cōgerie reperietur, sed potius
erit informe chaos: quando unius Christi pro-
prium est nos à tenebris liberare.

47 *Et si quis audierit verba mea, neque crediderit, ego non iudico eum: non enim veni vt
iudicem mundum, sed vt seruum mundum.*

48 *Qui reçit me, & non accipit verba mea, habet qui ipsum iudicet: sermo quem loquutus
sum, ille indicabit eum in nonissimo die.*

XII. 49 *Quia ego à meis̄o non loquutus sum: sed qui me misit Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar.*
50 *Et noni quòd mandatum eius vita eterna sit. Quia itaque ego loquor, sicuti mihi dixit Pater, ita loquar.*

47 *Si quis andierit verba mea,*) Postquam de gratia sua differuit, suoque hortatus est ad fidei constantiam, nunc pungere incipit rebellis. Quāquam hic quoque feueritatem mitigat, quā digna est eorum impietas qui veluti ex animi proposito Deum reiciunt. Iudicium n. de his ferre supersedet quia potius venerit in omniū salutē. Primo loco tenendum est, hic nō de quibuslibet incredulis loqui, sed qui scientes & volentes doctrinam Euangelij sibi monstratā reiciunt. Cur ergo damnare eos Christus non vult? neque hic deposita ad tempus iudicis persona, quo plus anni omnes habeant ad resipiscientiam, salutē promiscue omnibus offert, & brachia sua ad omnes amplexandos extendit. Quanquam interea crīmē non leui circūstantia am. lificat, si tam benignā & suauem inquitationem repudient, perinde. n. est acsi d. xij*let.* Ecce ego adito ad omnes vocandos, & oblitus personæ iudicis, hoc unum habeo propositum ut allicia omnes: & qui iam bis perdit iidentur, ab interitu eripiā. Nemo igitur ob Euangelij contemptum dā natura, nisi qui amabile salutis nuntium aspernatus, ultro sibi exitium accersere voluit. *Iudicandi verbū,* vt patet ex antithēto *Seruare*) pro dānare hic accipitur. Hoc autem ad propriū & genuinum Christi munus referri debet. Nāq Euangelij causa gravius damnantur increduli, accidentale est, non ex eius natura: vt aliquoties diximus.

48 *Quare reges me.*) Ne sibi indulgeant impij,
quasi impunē aduersus Christum lasciviant, hic
horrendam denuntiationem addit, quod etiam si
quietat ipse, sola tamen doctrina sufficiat ad eos
damnandos, quemadmodū alibi alio edidit epus
Suprà, 5. fore neg. et quām Mose in quo gloriabantur. Sē-
fus est igitur. Ego quidem, ingenti salutis vestræ
desiderio flagrans, iure meo abstineo in vobis
damnandis, & totus ad seruandum incubō quod
peritis; sed non propterea putatis vos ē manu Dei
elappos. Nam, vt maximè tacēas, solus sermo qui à
vobis contemptus fuerit, idoneus est iudex. *Ee-*
non accipit verba. Posterioris membrum exegesis
est prioris; quia enī ingenita est hominib. hy-
pocrisis, nihil illis facilius est quām verbo tenus
iactare se paratos esse ad recipiendum Christum.
Et videmus quām vulgaris sit etiam inter pessi-
mos quosque hæc iactantia. Quare tenenda est i-
sta definitio, Christū reici vbi nō amplectimur
purā Evangelij doctrinā. Papiste pleno quidē ore

Christi nomen personant: simulatque profertur
syncera eius veritas, nihil illis odiosius. tales non
fecerunt Iudas Christum oculantur. Ideo discar-
imus eum in verbo suo includere, & illi præstare
quem vniuersitate exigit obedientiam cultum. *Sermo*
quem loquor. Non potuit magis splendido elogio
extolliri Euangelij authoritas, quam dum illi iudi-
cij potestas defertur. Nam secundum haec verba,
nihil aliud erit extremum iudicium, quam Eu-
angelica doctrinæ approbatio. Confundet qui-
dem ipse Christus tribunal, sed sententiam ex
verbo quod nunc predicatur Iurum se asserit.
Haec denuntatio extrellum impis terrorum in-
cutere debet, quando eius doctrinæ iudicium ef-
fugere non poterunt cui nunc tam superbè in-
sultat: Significat tamen Christus nunc eos sensu
carere, quando extremi iudicij mentionem fa-
cit. Tunc enim p. lare forte admonet quæ nunc
illis ludibriis est poena. Rursum in estimabilis ad
pios consolatio hinc reddit, quod vñque nunc
à iudeo damnatur, se tamen in ea abscluse s-
erit non dubitant, quia vñque sedem habet
Euangelij fiducia, erecta est Dei tribunal ad ser-
uandum. Hoc iure freti non est quod Papistas n.o-
rentrur cum preposterioris eorum iudicis squa fides
nostra etiam supra Angelos emanet.

49 *Quia à me psona non loquor.)* Nequid extera-
na hominis species de maiestate Dei detrahatur,
subinde nos reuocat Christus ad Patrem. hac de-
causa toties Patris meminit. Et certe quum nefas
sit alio tráferre villā diuinā glorię mīcā, necesse
est profectū à Deo esse sermonē cui iudiciū de-
fertur. Hic autem se à Patre Christus díscernit, nō
secundum diuinani personā simpliciter, sed potiū
secundum carnem: ne scilicet doctrina, humanitas
et estimata, minus haberet pōderis. Ceterū si
hominū legib. ac doctrina subfelsen cōscientiā,
non congrueret hæc Christi ratio, *Sermo* (inquit) *Iac.* 4:11.
meus iudicabit, quia non prodiit ab homine; iuxta
illud, *Vnus est legislator, &c.* Quintam hinc
colligere licet quam immane si facrilegiū quod
animas ausus est Papa suis cōmentis obstringe-
replus n. sibi hoc modo arrogat quam*Dei Fili,*
qui se loqui negat nisi ex Patris sui præscripto.

50 *Mandatum eius vita eterna est.*) Iterum doctrinæ sue fructum commendat, quo libentius se omnes illi submittant. Iam vero æquum est ut Dei ultionem sentiant impij, quem vita authorem habent nunc recusant.

CAP. XIII.

- A**nte diem festum Pasche, sciens Iesum venisse horam suam ut transiret ex hoc mun-
do ad Patrem, quem dilexisset suos qui in mundo erant, in finem dilexit eos.
Et cana facta, quoniam diabolus iam immisisset in cor Iudei Simonis Iscariota ut eum tradaret:
Sciens Iesum quod omnia dedisset illi Pater in manus, & quod a Deo exiisset, & ad Deum iret,
Surgit a cana, & ponit vestes: & accepto linteo precingit seipsum.
Deinde iacit aquam in peluam, & coepit lauare pedes discipulorum, & abstergere linteo quo
praeincinctus erat.
Venit ergo ad Simonem Petrum: qui dicit ei, Domine, tu mihi lauas pedes?
Respondit Iesus & dixit ei, Quia ego facio, tu nunc non cognoscis, scies autem postea.

1 Ante diem festum.) Multa consultò præterit Iohannes quæ à Matthæo & reliquis sciebat narrata esse: ipse verò tractādum fuit quod ab illis fuerat omīssum: quo in numero est histōria de pedum lotione. Tametsi verò postea clarius exponet quæpi in fine pedes lauerit Christus discipulis suis, vno tamen verbo hūc prefatur, testū cūlīmōdi symbolo fuisse constātē ac perpetuū amorē quo feniū illos complexus erat, ut eius conspectū priuati, certò tamē statuerent ne morte quidē fuisse extīctū. quæ persuasio etiam in cordibus nostris harere nunc debet. Verba sunt, *Christum usque in finem amasse suos qui in mundo erant.* Cur hac peripherasi Apóstolos designat, nisi vt sciamus illos eo majori curā fuisse Christo quia in periculosa & difficultili militia, vt nos, laborabant? Quare etsi proucul videatur à Christo abesse, sciendum tamen est nos ab eo respici, quia suos diligit qui in mundo versantur. Neque enim dubium est quin eundem nunc quoque affectum gerat quem in ipso mortis articulo retinuit. *Vt transires ex hoc mundo ad Parem.* Loquutio notatu digna: refertur enim ad Christi: notirū, quod mortem suam noverit transitū: eis ad celestei Dei regnū. Quod si illuc properans solito amore non destitit suos prosequi, non est cum nunc putemus mutatum esse eius affectum. Iam quū primogenitus sit ex mortuis, pertinet ista mortis definitio ad torum Ecclesias corpus: quod sit ad Deum transitus, à quo nunc peregrinantur fideles.

2 Cœna facta.) Totum Christi consilium in lauandis suorum pedibus, & fructum huius historie fūsus mox tractabimus suo loco: nunc sequamur verborum contextum. Dicit hoc fuisse factum quum iam in animo haberet Iudas Christum prodere: non tantum vt ostenderet miram Christi patientiam, qui tam scelerato & perfido defectori pedes lauare sustinuit: sed etiam tempus illud data opera sumplisse, quo velut extremum vitæ sua actum morti vicinus perageret. Quod diaboli impulsu conceptum à Iuda proditoris consilium fuisse dicit, hoc ad exprimendam sceleris atrocitatē valet. Fuit enim horribile istud & plusquam tragicum facinus, in quo se protulit Satana efficacia. Verum quidem est, nihil ab hominibus mali perpetrari quod non eos incitet Satan: fed ut quodque magis tetur & excrandum est scelus, ita in eo magis considerandus est diaboli furor, qui homines à Deo relictos sursum ac deorsum rapit. Cæterū etsi

hominis concupiscentia Satana flabello accedit, ipsa tamē in fornax esse non definit, ipsa ignem intus conceptum habet, ipsa flabellū agitacionē cupidē recipit, vt in piis tubulata sit omnīs excusatio.

3 Sciens Iesus quid omnia dedisset.) Hoc ideo additū fuisse interpretor, vt sciamus unde Christo tam composita animi quies: nempe quid iam mortis vīctor, anūmū ad triumphū, qui mox sequiturū erat, extulit. Solent hec in eis perculsi multa agitare. nullum talem in Christo fuisse motum Euangelista significat: quia tametsi à Iuda mox tradendus esset, omnia tamen sciebat à Patre sibi esse tradita. Si quis roget quomodo igitur postea eosque mortoris redactus fuerit vt sanguinem sudaret: respondeo: virtusque fuisse necessarium, vt mortem horreret, ac nihil minus intrepide perageret omnes Mediatoris partes.

4 Posuit vestes.) Superiorem tantum vestem ab eo depositam fuisse intellige, non tunicam, scimus enim Orientales oblongis vestibus fuisse vsos. Quæ paulo post sequuntur verba, *Capit lauare pedes, &c. consilium portius Christi quam externum actum exprimit, nam subiecti Euangelista eum à Petro exorsum esse.*

5 Domine, ubi lauabis pedes?) Oratio est a-bominantis rem absurdam & indignam: in interrogando quidnam faciat Christus, quasi invā illi inicit. Laudabilis quidē modestia, nisi quovis cultu atque honore potior obedientia esset apud Deum: immo nisi hęc vera & vrica humilitatis regula esset, subiicere nos in obsequiū Dei, & sensus omnibus nostris habere eius arbitrio devinčiō: vt quicquid sibi placere pronuntias, nobis quoque absque vila controversia probetur. In primis ergo lex ista rite colendi Dei tenenda est, vt parati simus absque mora subscribere simulaque aliquid mandat.

6 Quod ego facio.) His verbis docemur simpliciter obsequendum esse Christo, etiam si non appareat ratio eur hoc vel illud fieri velit. In domo bene morata consilium est penes unum patrem familiās: illi seruos decet manus ac pedes impendere. Nimiris ergo fastidius est qui Dei imperium detrectat, cuius ratio ei nota nō fuerit. Quietiam latius patet ista admonitio: ne scilicet nescire nobis molestum sit quæ Deus vult nobis esse ad tempus abscondita. Nam quavis scientia doctior est hæc ignorante species, quū Domino concedimus vt supra nos sapiat.

8 Dicit ei Petrus, Non lauabis pedes meos in eternum. Respondit ei Iesus, Si non lauero te, non habebis partem mecum.

9 Dicit ei Simon Petrus, Domine, non pedes meos solum, sed manus & caput.

10 Dicit ei Iesus, Qui lotus est, non opus habet lauri nisi pedes, sed mundus est totus: & vos mundi estis, sed non omnes.

11 Noverat enim proditorem suum, propterea dixit, Non omnes mundi estis.

8 Non lauabis.) Hac tenus excusabilis fuit Petri modestia, quanquam ne illa quidem vitio carerat: nunc tamen grauius peccat, quod corrēptus nondum cedit. Atque hoc commune viuum est vt ad errorem pertinacia accedat. Speciosus quidem color, quod ex reuerentia oritur detrectatio, sed quia dicto simpliciter obsequens non est, ipsum quoque afferendi Christo sui honoris studium gratiam perdit. Hęc igitur vera est

fidei sapientia, quicquid à Domino proficiatur, tanquam rite & ordine factum probare & reuerenter amplecti. Nec certè alter nominē eius sanctificari à nobis poterit, quia nisi statuanus, optimā ratione fieri quicquid facit, subinde obstrepet caro nostra, vt proterve est, nec suum illi honorē nisi coacta ceder. In summa, donec se in Dei operib, iudicandi licētia homo abdicauerit, etiāsi Deū ipsum honore prosequi studeat, si b

Cap.

XIII.

specie humilitatis séper latebit superbia. *Si nō lauero te.* Hæc Christi responsio nondum exprimit quo consilio lauare in instituerit discipulis pedes: tatum similitudine ab anima ad corpus deducta admonet nihil se nouum facere, aut à persona sua alienū, discipulis lauando pedes. Interim ostendit quām itulē sapiat Petrus. Idem & nobis accidet simulacrum nobiscum litigare cœperit Dominus, quandiu tacet, non temere ab eo se dissentire putat homines: verū nihil illi facilius quām uno verbo refutare quicquid colorum obtinunt. Quia Dominus ac Magister est Christus, absurdum videtur Petro pedes ab eo suos lauari: atque tale officium repellens, quod præcipuum est in salute sua repudiat. Continet etiam hæc sententia generalis doctrinam, nos omnes fœtidos esse & inquinatos coram Deo, donec fœtides nostras Christus abstergat. Iam quum ipse sibi vni vendicet ablucendi munus, suam quicunque immundiciem illi purgandam offerat, vt locū obtineat inter Dei filios. Sed antequam ultra progressi-
nem, tenendum est quid hic significet *Lauandi* verbū. Sunt qui ad gratuitam peccatorum veniam, sunt etiam alij qui ad vite nouitatem referant: tertij ad utrumque extendunt, quod postremum ego libenter admitto. Lauat enim nos Christus quum peccata nostra sacrificij sui expiatione delet, ne in Dei iudicium veniant: lauat rursum quā pravae & vitiosas carnis cupiditates Spiritu suo abolet. Sed quia paulo pōst in cōtextu patet de regenerationis gratia cum loqui, in illa sententia præcisè non insisto, quod hic ablutionem venia complexus sit.

9 Domine non tantum pedes.) Qum audiret Petrus se eise perditum nisi purgationem Christo oblatam admiraret, hæc necessitas ad eum domandū apta demū magistra fuit. Ergo deposita contentionē cedit, sed vult lauari totus: & vere quidem agnoscat se totum, quantum quantus est natura fœtibus refertum esse: ideoque nihil agi si vna tanum in parte ablatur. Sed hic quoque per incogitantiam errat, quod acceptum iam beneficium pro pīlo dicit. perinde enim loquitur acsi nulla adhuc peccatorum remissione, nulla Spiritus sanctificatione donatus esset. Itaque meritò hic quoque à Christo reprehenditur. Quid enim illi antea contulerit, in memoriam

reuocat: quanquam simul omnes suos admonet sub vnius hominis persona, vt accepta gratię me mores, quid adhuc sibi in posterū opus sit repente. Primò dicit fideles totos esse mundos, non quod omni ex parte puri sint, vt nulla in illis mala amplius hæreat: sed quoniam præcipua sui parte mundati sunt, dum scilicet ablatum est regnum peccato, vt iustitia Dei superior sit: quemadmodū si quis totum corpus sanum dicat quod nullo vniuersali morbo infectum est. Ergo vita nouitate nos Christi discipulos testemur oportet, quād se puritatis authorem in suis omnibus esse prædicat. Cæterum hæc etiā altera similitudo ad rem præsentem adducta est, ne lotio pedū quasi absurdū reiceretur à Petro. Quemadmodū enim Christus à capite usque ad pedes abluit quos tibi discipulos initiat, ita in iis quos purgavit, inferior pars quotidie purganda restat. Neque enim primo statim die totū regenerantur filii Dei, vt nihil quām cælestem vitam spirent: quin potius manent in illis carnis reliquiae, quibuscum tota via certamē habent. Ergo *Pedes* metaphorice vocantur omnes affectus & curæ quibus mundum contingimus. nam si omnes nostri partes occuparet Spiritus, nihil cum mundi fœtibus nobis amplius esset: numc vero qua parte sumus carnales, huius leptando, vel saltē pedes in lumen figendo, tantūdem immundi sumus. Ita semper inuenit Christus quod in nobis purget. Porro hic de remissione peccatorū non agitur, sed de renouatione, qua paulatim & per continuos successus Christus suos proflös à carnis cupiditatibus eximit.

10 Et vos mundi esū.) Hæc propositio est quasi minor in syllogismo, vnde sequitur pedū lotionē p̄priè eos decere. Exceptio tamen additur, vt se quisque excutiat, si forte tangatur Iudas resipescēti: quanquam in tempore voluit reliquos discipulos munire, ne sceleris quod mox patet faciendum erat atrocitas eos turbaret, acsi in corde cælesti gratia imbuto conceptum esset. cōsultò tamen nomine abstinet, ne illi resipescētia ianuam precludat. Verū quoni ille deploratus esset, nōnī ad augēdām eius culpam valuit admonitor: discipulus autem valde profuit, quod inde melius illis innotuit Christi Diuinitas: deinde senserūt puritatē nō esse vulgare Spiritus donū.

12 Postquam ergo pedes eorum lauit, & recepit vestimenta sua, discumbens rursum, dicit illis, Scitis quid fecerim vobis?

13 Vos me vocatis, Magister & Domine. & bene dicitis: sum etenim.

14 Proinde si ego, qui Dominus sum & Magister, laui pedes vestros: vos etiam debetis alij aliorum lauare pedes.

15 Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita faciatis & vos.

16 Amen amen dico vobis, non est seruus maior dominus suo, neque Apostolus maior eo qui ipsum mittit.

17 Si haec non eritis, beati estis, si feceritis ea.

12 Postquam ergo, &c.) Nunc tandem quo cōsilio lauerit Christus discipulis pedes exponit. Nam quod inferuit de spirituali lotione, quasi digressio fuit à proposito, nīl mora à Petro iniecta esset, Christus de illa re verbiū facturus non erat. Nunc ergo facti sui rationem aperit: nempe se, qui magister est omnium & dominus, exemplum tradidisse quod sequantur pīj omnes: ne quis ad officium quantumvis abieciū & vi-
le, stratrib. suis & aequalibus prestandum descen-

dere grauetur. Nam hinc charitatis neglectus, quod se quisque pluris faciens, quām par sit, reliquos ferē omnes despicit. Nec simpliciter modellat docere volunt, sed simul præscribere hīc charitatis regulam, vt alij vicissim aliis seruant. Nulla enim est charitas ubi non est voluntaria in iuvando proximo seruitus. *Scitis quid fecerim.* Videmus Christum sic ad exigū tempus celassō discipulos, vt probata eorū obediētia, tempestivē illis patefecerit quod prius oportuerat ipsos nescire.

Matt. 10.

14.

Luc. 6.40.

15.

16.

nescire. Nec verò iam expectat dum interrogetur, sed vltro praeuenit. Idem & nobis vsu veniet, si modò pauci fuerimus etiam per ignotas vias nos ipsius manu regi.

14. *Si ego quis Dominus sum.*) Argumentum à maiori ad minus. Impedit superbia ne ea quæ inter nos vigere debebat colatur equalitas: Christus verò, qui longè super omnes eminet, se demittit, vt pudorem superbis incutiat, qui ordinis sui & gradus oblitus, à fraterna communicatione secesserunt. Quem enim se putat mortalis homo, si fratum onera ferre, si se accommodare a liorum moribus, si denique sūcipere officia recusat, quibus continentur Ecclesiæ unitas? Summa est, nūm sibi hominem arrogare, qui non cogitat ea lege se inter infirmos fratres versari, vt officiis etiam in speciem sordidis benignè & comiter se subiccat. Non indū est etiam quod Christus se exemplum delliſe admonet, neque enim omnia eius facta promiscè ad imitationem trahi conuenit. Papilla se Christi exemplo quadragesimale ieiunium seruare iactant, atqui videndum in primis erat, an exemplum prodere voluerit, ad cuius normam se discipuli formarent. Nihil verò legitur tale: quare non minus peruerfa est amulatio quām sūn celum volare tentarent. Adde quod vbi Christum sequi decebat, simili fuerunt magis quām imitatores. Quotannis thea-

tricam pedum lotionem inflati sunt: ita inani nudique ceremonia se pulchre defunctos esse putant: defuncti, sibi permittunt fratres contemnere, neque id modò: sed postquam duodecim hominibus lauerunt pedes, omnia Christi membra crudeliter lacerant, adeoque in faciem Christi iplus conspuunt. Quare nihil quām fœdū Christi ludibrii est comicā illa pompa. Nec certè Christus hīc anniversarium titum commendat: sed nostra vita paratos esse iubet ad lauandos fratribus pedes.

16. *Amen amen dico vobis.* Sunt quidem prouerbiales sententie quarū vñus longius patet: que tamē ad præsenz circumstantiā aptandas sunt. Quare falluntur, meo iudicio, qui generaliter eas accipiunt, quasi hīc discipulos Christi hortetur ad crucis toleratiā. Verius enim est illis pro suo instituto vñus esse. Postea subicit, *Beatos esse si hac cognoscant & faciant.* neque enim vera cognitio dicunt meretur nisi que fideli es eoughis adducit ut se capiti suo conformit. Vana potius imaginatio est, dum Christum & quæ Christi sunt, extra nos conspicimus. Hinc collige, dñe nec se quis fratribus suis subictere didicerit, cum nescire sitne Christus magister. Quoniam quicquid nemo te omnime ex parte fratribus impendat, nulli etiam lente & frigidè se in charitatis officiis exercet, hinc apparet quantū à plena fidei luce adhuc distemus.

Psalm. 41. II. 18. *Non de omnibus vobis loquor: ego scio quos elegerim: sed ut impleatur Scriptura, Qui edu: panem mecum, sustulit contra me calcaneum suum.*

19. *Iam nunc dico vobis, priusquam fiat, ut quam factum fuerit, credatis quod ego s.m.*

Matthew. 20. 20. *Amen amen dico vobis, qui recipit sicutem misericordiā, ne recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui misit me.*

18. *Non de omnibus vobis loquor.*) Iterum significat esse aliquem inter discipulos qui nihil minus sit re ipsa quām discipulus, idque facit partim cœsula Iudea, quo magis eum inexcusabile reddit: partim reliqui cœtus, nequem labefactet Iudea ruina. Neque tārum eos animat, vt cadente Iuda ipsi nihilominus in sua vocacione perfenter: sed quia non omnium communis sit felicitas cuius meminit, eo maiore studio expetendam esse docet, & constantius in ea manendum. Iam hoc ipsum quod perstabant, electioni sue tribuit. Nam vt caduca est hominum virtus, ad quamlibet aurum nutaret, leuiſimōque impulsu rueret, nisi sustineret eam Dominus manu sua: sed quia gubernat quos elegit, quascunque machinas adinoueat Satan, nihil proficeret quin firma constanter ad finem vsque perseverueret. Nec tantum perseveruerat hic electioni accepta fertur, sed etiam pietatis initium. Vnde fit vt vñus magis quām alter se Dei verbo addicat? neimpe quia electus est. Vnde fit rufum vt perget idem in recto pīz vita cursu, nisi quia propositum Dei stabile est, vt inchoatum manu sua opus absoluat? Denique hic fons est differentiis inter filios Dei & incredulos, quod priores adoptionis Spiritu trahuntur ad salutem, alios caro sua nullo frēgo cohibita in exitium rapit. Poterat alioqui dicere Christus, Scio qualis vñusquisq; vestrum futurus sit: sed nequid sibi arrogant, quin potius sola gratia non propria virtute Iuda se differte agnoscant, electionem illis gratuitam statuit, in qua sint fundati. Quare discamus inde pendere omnes salutis nostræ partes. Quod autem alibi

Iudam inter electos numerat, diuersus est loquendi modus, non contrarius: nam illic notatur temporalis electio, qua Deus ad certum aliquod opus nos destinat: sicuti Saul, qui in Regem electus erat, reprobus tamen fuit. nunc autem de æterna electione disserit Christus, qua efficiuntur filii Dei, & qua Deus ante mundum constitutus nos praedestinavit ad vitam. Et reprobos quidem interdum ornat Deus Spiritus donis, ad exequendum quod illis iniungit munus. Sic regia in Saule virtutes ad tempus resurgent: sic & Iudas egregiis dotibus pollebat, quales Apostolum Christi decebant. Sed alia longè est Spiritus sanctificatio, qua Dominus nonnulli filios suos dignatur: nam eos mente & corde renovat, vt in eius conspectu sancti sint & irreprochabiles. Deinde vivam in illis radicem habet, quæ euelli nunquam potest: quia penitentia caret Dei adoptio. Hoc interea fixum manet, diuinæ esse electionis munus quod Christi doctrinam fide implexi, vita etiam sequimur. atque hanc viciniam esse beatitudinis nostræ causam qua discernimur à reprobis, quod illi destituti gratia Spiritus male perirent: nos Christum habemus custodem, qui manu sua nos regit, virtutēque sua tunc. Hic præterea clarum diuinitatis sui testimoniū Christus reddit: primum quum se prouinquit non indicare humano more: deinde quum se electionis facit autorem. Nam istud sciens, de quo loquitur, proprium est Dei: sed alterum hoc efficacius, quoniam à se testatur fuisse electos qui ante mundi creationē electi sunt. Nam hoc tam insigne diuinæ eius potentiae specimen

Cap.

XIII.

magis afficere nos debet quām si centies ipsum Scriptura vocaret Deum. *Vt i m p l e a t u r S c r i p t u r a.* Videri absurdum poterat, qui ad ordinem tam honorificum electus fuerat, non simul vera pietate fuisse imbutum: prompta enim erat exceptio, cur non elegisset Christus quem inter Apostolos alescere volebat: imd cur Apostolum creasset quem non erat adeo scelestum fore. Sic ergo fieri oportuisse admonet, quia prædictum fuerat: vel saltem nihil nouum accidere, qui idem expertus fuerit David. Quidam enim variacione citari existimat, quod propriè in Christum competit. Aliis videatur esse simplex comparatio, quod sicuti David ab hoste domestico indignè proditus fuit, ita similes Dei filios inaneat conditio. Secundum hos sensus esset, Quod unus ex meis discipulis nefarius est proditor magistri, non incipit nunc primū hæc perfidia gloriariri in mundo: quin potius hodie vñl venit quod Scriptura testatur fuisse iam olim factum. Sed quoniam in Davide adumbratum fuerit quod plenius in Christo postea spectandum erat, prioribus libenter attentior, qui i m p l e a t u r propriè fuisse exponunt quod Spiritu prophetico predixerat David. Videretur præterea nonnullis abrupta esse oratio, in qua subaudiendum sit principale verbum. *Vc: unu s vno contextu legas, Vt i m p l e a t u r S c r i p t u r a, Qui mecum edit pane in, eleuat contra me calcaneum nihil deficerit.* Porro *Tollere calcaneum* metaphorice significat prætextu amicitia aliquem per insidias adoriri, vt opprimirat incautus. Iam quod paclus est Christus, qui caput nostrum est & exemplar, patienter quoque nobis ferendus est, qui sumus eius membra. Et certe ordinarium hoc feculsi ferè omnibus in Ecclesia fuit, vt nullus haberet hostes magis infenos quām domesticos. Quare ne fideles perturbet talis indiguitas, mature se ad tolerandos proditores affuefaciant.

Iam nunc dico vobis.) Hac sententia suos admonet adeo causam non esse cur labescant, quoniam ex eorum cœtu prodierit unus reprobus, vt eorum fidem inclusi confirmari deceat. Nisi enim oculis cerneremus in Ecclesia quod de eius ærumnis & certaminibus prædictum est, meritò subiret animos nostros dubitatio vbinam varcinia: quoniam autem Scripturæ veritas cum experientia nostra congruit, tunc melius lentinus nos curè esse Deo, cuiusque prouidentia gubernari. Cæterù n hac loquitione, *Credatis quod ego sum,* significat se Messiam illum esse qui promis-

sus fuerat, non quod Iude proditio ad fidem adducere coepit discipulos: sed quia maiores progressus fides ipsorum fecit, quoniam ad earum rerū experientiam descendenter quas audierant prius ex ore Christi. Iam verò duplex potest esse sensus: vt post rei eventum credituros dicat, quia cū nihil latuerit, vel nihil eorum defuerit illi que de Christo testatur Scriptura. Quoniam autem vterque non male quadrat, liberum sit per me lectoribus hunc vel illum eligere.

20 Amen amen dico vobis.) Vel nouus hinc sermio describitur, & quidem abruptus ac mutillus, vel scandalo Christus occurrit quod exoriturum erat ex Iude scelere. Nam Euangelista non semper contexunt perpetuas conciones Christi, sed interdum diuersas sententias truncatim congerunt, quoniam magis probabile est, voluisse Christum offendiculo mederi. Plus satis appetet quām teneri simus ad recipienda ex malis exemplis vulnera: ita fit vt vnius hominis defactio ducentis aliis lethale infligit vulnus ad extinguidam eorum fidem: decem aut viginti piorum hominum constantia vix vnum adficet. Ergo quoniam tale monstrum poneret Christus ante oculos, simul necesse fuit discipulis manum portigere, ne percussi nouitate retrocederent. Nec illorum modò habuit rationem, sed posteris etiā consuluit, nam aliás posset hodie quoque Iude memoria nobis grauita nocere. Quoniam enim diabolus non potest nos à Christo ipsius doctrina odio alienare, vel tredium vel contemptum ex ministeriis ipsius ingerit. Hæc autem Christi admonitio ostendit iniustum esse vt quicquam ex dignitate Apostolica minuat quorundam impietas qui in officio perperam & scelerate verfantur. Ratio est, quia considerandus sit Deus ministerij author: in quo certè nihil reperiemus contemptu dignum: deinde etiam Christus ipse, qui constitutus à Patre unicus doctor per Apostolos suos loquitur. Ergo quisquis Euagelijs ministerios recipere non dignatur, Christum in illis, & Deum in Christo reiicit. Inepti autem & absurdii sunt Papistæ, dum ad stabiliendam suam tyrannidem hoc ad se encomium trahunt. Nam primum se alienis & emendatis plumbis ornant, quoniam nihil habeant Christi Apostolis affirmante, vt Apostolos esse demus, nihil minus voluit Christus hoc loco quām ius suum ad homines transferre. Quid enim aliud est recipere quos mittit Christus, nisi locum illis dare vt iniunctum sibi munus implant.

21 Hac quoniam dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & testificatus est, ac dixit, Amen amen dico vobis quod unus ex vobis me tradet.

22 Aspiciebat itaque se munus discipuli, dubitantes de quo diceret.

23 Porro unus ex discipulis Iesu, quem Iesus diligebat, discubebat in eius sinu.

24 Annuit ergo illi Simon Petrus ut interrogaret quisnam esset de quo diceret.

25 Quum ergo discubuisset ille super pectus Iesu, dicit illi, Domine, quis est?

26 Respondet Iesus, Ille est cui ego intinctam buccellam dero. Et quoniam buccellam intinxisset, dat Iude, Simonis filio Iscariotæ.

27 Et post buccellam intravit in eum Satanus. Dicit ergo ei Iesus, Quod facis, fac citius.

28 Hoc autem quorsum dixisset illi, nemo discubentium scivit.

29 Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod diceret illi Iesus, Emo quibus opus habemus ad diem festum: vel ut pauperibus aliquid daret.

30 Hac quoniam dixisset Iesus.) Quo sanctius est munus Apostolicum, maiorque eius excel-

lentia, eo feedior magisque detestanda fuit Iude proditio. Tale igitur tamque immane portentum Chri-

tum Christo ipsi horrorem inculcit, dum viderit credibili vniuersitatem hominis sceleris fecundum sacram illam ordinem in quo Dei maiestas relucere debuerat. Eodem pertinet quod subiicit Euangeliista, eum *teflificatum esse*, ne empequia res magis prodigiosa erat quam ut simpliciter dicta statim credi posset. *Turbatum spiritum Christum dicit*, ut sciamus non vultu modo & verbis speciem turbati hominis dedisse, sed penitus ita fuisse in animo suo affectum. & *Spiritus* pro mente capitur vel anima. Neque enim quorundam opinioni subscribo, qui Christum exponunt quasi violento Spiritus motu fuisse impulsum ut in hac verba prouumperet. Fatoeque quidem Spiritum omnes Christi affectus fuisse moderatum: sed alia est mens Evangelista, quod interior nec simulata fuerit hac Christi passio. Idque nostra scire magni interest quia ipius zelus nobis ad imitationem proponitur, ut serio exhortemus monstra ista quae sacram Dei & Ecclesiae ordinem euentur.

22. *Afficiabant itaque se mutab.*) Qui sibi non male consciunt, anxijs redduntur Christi dicto: vnuis Iudas sic obstupuit in sua malitia ut non tangatur. Tanti apud discipulos erat Christi autoritas, ut certo persuasi essent nihil temere ab ipso dici. Satan vero ex corde Iudei omnem reverentiam excusferat, ut ad repellendas omnes admonitiones faxea rupe esset durior. Tametsi autem parum humaniter videtur facere Christus, qui innoxios ad tempus torquet: quia tamen illis profuit eiusmodi anxietas, nihil illis iniuria fecit Christus. Expedit enim ut auditio impiorum iudicio filij Dei tot queantur etiam ipsi, quo seipso executant, canentque hypocritam: inde enim illis durus occasio le & suam vitam examinandi. Dicit autem hic locus, sic interdum taxandos esse impios vt non statim ostendantur digito, donec eos manu sua Deus traxerit in lucem. Occulti enim sepe sunt in Ecclesia morbi, quos dissimilare non licet: interim nondum ita motura est hominum ipsorum nequitas ut detegi possit: tunc igitur haec tenenda est media ratio.

23. *Quem Iesu diligebat.*) Peculiaris amor quo Christus Iohannem complexus est, clare testatur non pugnare semper cum charitate siquos alii magis amant: sed totum in eo positum est ut amor noster Deum respiciat, & quo quisque Dei donis magis excellit, in eum feratur. Ab eo scopo nunquam vel minimum Christus deflexit. Nos vero longe aliter: nam (qua est ingenij nostri vanitas) pauci sunt qui homines amando, proprius ad Deum accedant. Atqui nunquam recte composita erit hominum inter se dilectio, nisi qua ad Deum referatur. Quod narrat Iohannes *se distribuisse in finem Christi*, posset hodie id videri parum decorum: sed talis erat tunc discernibendi ratio, neque enim sedebant, ut nos, ad mensam: sed calceis exuti, & pulvinis innixi, in lectulis semisupini iacebant.

26. *Cui ego intinxeram buccellam.*) Si quis querat quoscum attinuerit porrecta offula notari proditorem, quem posset Christus palam eum nomine designare, si notum esse vellet: respondeo tale fuisse hoc indicium quo vni tantum innotesceret Iudas, neque statim produceretur in omnium conspectum. Ceterum vtile fuit Iohannem huius rei testem esse, qui aliis postea suo tempore patefeceret. Consulto autem Christus manifestationem

Iudei disfudit, quo æquius feramus latere hypocritas donec trahantur in lucem. Videamus Iudam inter alios sedentem, iudicis tamen ore damnatum. Nihilo melior est eorum conditio qui inter Dei filios locum occupant.

27. *Intrauit in eum Satanus.*) Quin certum sit nonnulli Satanæ instinctu tantum à Iuda conceputum fuisse nefas, cur non primùm dicitur in eum ingressus Satan, qui regnum in eius corde iam occupauerat? Verum ut sape credere dicuntur qui in fide quam pridem habebant, magis confirmantur, atque ita fidei accessio vocatur fides: ita nunc quum Iudas prorsus Satanæ addicitur, ut furiosus impetu rapiat ad extrema quæque, dicitur in eum ingressus Satan. Nam ut gradatim proficiunt sancti, & quatenus nouis subinde donis augentur, Spiritu sancto dicuntur impleri: ita quatenus sua ingratit dñe iram Dei in se impj prouocant, Dominus Spiritu suo omni rationis luce, adeoque humano sensu nudatos, Satanæ mancipat. Hæc horribilis est Dei vindicta, dum homines in sensum reprobum traduntur, ut nihil ferè à pecudibus differant: immo in flagitia ruant à quibus abhorrent ipse pecudes. Ergo in timore Domini sollicitè ambulandum est, ne, si eius bonitatem malitia nostra vicernimus, tandem nos tradat Satanæ libidini. Ceterum portecta à Christo offula Satanæ locum minimè dedit: sed potius Iudas accepta offula se totum Satanæ tradidit: Fui haec quidem occasio, sed non causa. Debebat etiam plausum ferreum pectus tanta Christi indulgentia molliti: nunc desperata & insanabilis eius obstinatio hoc meretur ut suo iusto iudicio Deus cor illius per Satanam magis induret. Sic dum benefaciendo hostibus carbones ignis congerimus in eorum capita, si prorsus sunt insanabiles, magis vruntur in suum exitium, neque tamen haec beneficentia nostra culpa est, quia ipsorum corda ad nos amando inflammari decuerat. Falsò putauit Augustinus offulans hanc symbolum esse corporis Christi: quandoquidem extra Cœnæ actionem porrecta fuit. Nimiris vero insulse delirant qui diabolus fingunt essentialiter (vt loquuntur) Indam intrasse, nam Euangeliista nonnulli de vi & efficacia loquitur. Monemur autem hoc exemplo quām formidabilis pœna eos omnes maneat qui Domini beneficia abuso suo profanant. *Quod fuisse facit.* Non ita Iudam hortatur Christus ut censeri possit impulsor: potius vox est derestantis. Haetenus illum variis modis reuocare studuerat, sed nullo prosector. nunc ut hominem deploratum alloquitur, Pareas, quando tibi decretum est perire. Atque in ea re iudicis officio fungitur, qui morti adiudicat non quos sponte perditos cupit, sed qui iam sua culpa seipso perdiderunt. In summa, non imponit Iudei Christus pereundi necessitatem, sed talem esse pronuntiat qualis iam prius erat.

28. *Nemo disumbentium.*) Vel nondum alii locis retulerat Iohannes quid à Christo audisset, vel ita perculsi fuerint ut non essent præsenti sensu: in Iohannem ipsum verisimile est fuisse quæsi extra se raptum. Ceterum quod tunc accidit discipulis, sepe in Ecclesia fieri cernimus, ut pauci fidelium discernant hypocritas, quos Dominus clara voce dannat.

29. *Vt pauperibus aliquid daret.*) Satis no-

Cap. **XIII.** tum est ex aliis locis quanta fuerit Christi tenuitas: tamen aliquid ex tantillo quod habebat pauperibus erogavit, ut nobis regulam praescriberet.

Non enim diuinassent Apostoli de pauperibus loquutum esse nisi *ex more ordinario iuuandi pauperes.*

30. *Quum ergo bucellam sum p̄ficeret ille, continuò exiuit, erat autem nox.*

31. *Quando ergo exiuit, dicit Iesus, Nunc glorificatus est Filius hominis, & Deus glorificatus est in eo.*

32. *Si Deus glorificatus est in eo, etiam Deus glorificabit eum in seipso, & continuò glorificabit eum.*

33. *Filioli adhuc ad exiguum tempus vobiscum sum: queretis me, & quemadmodum dixi Iudeus, quod quod vado ego, vos non potestis venire: etiam nunc dico vobis.*

34. *Infrā 15. 34. Praeceptum nouum de vobis, ut diligatis inuisum, quemadmodum dilexi vos, ut etiam vos diligatis inuiuēt.*

35. *In hoc cognoscēt omnes quod discipuli mei sitis, si dilectionem habueritis inter vos mutuam.*

31. *Nunc glorificatus est.)* Instabat ultima hora: sciebat Christus quām debiles essent suorum animi: quibus ergo fieri potuit modis eos voluit fulcere, ne conciderent. Nos hodie sola crucis Christi memoria ad trepidationem impellit, nisi mox occurrat consolatio, ipsū Satanā, peccati & mortis viōtorem in cruce triumphasse. Quid ergo discipulis accidere potuit, quum mox Dominum viūfū essent omni probrorum genere oneratum ad crucem rapīānō adē triste & deformē spe. Et cūlum centos eos obruere potuit? Quare huic periculo medetur Christus, & eos ab extero mortis aspectu ad spiritualem fructum reuocat. Ergo vt cunq̄ue in cruce appareat ignominia, quae per se confundere fideles posset, restatur tamen Christus eandem crucem sibi esse gloriōsan. Mēbrum quod proximē sequitur, *Et Deus glorificatus est in eo,* confirmatione vice additum est. Erat enim illud paradoxon, quod gloria Filij hominis ex morte apud homines probrofū, & coram Deo etiam maledicta, emergeret. Ostendit igitur quomodo sibi gloria paritus sit ex tali morte: quia scilicet Deum Patrem glorificet, nam in Christi cruce, quasi in splendidissimo theatro, incomparabilis Dei bonitas toti mundo spectata fuit. Sursum quidem & deorsum in omnibus creaturis reluet Dei gloria: sed nunquam illustrior alibi sit quām in cruce, in qua admirabilis facta est rerum conversio, ostensa omnium hominum damnatio fuit, abolitum peccatum, redita hominibus salus: toro lenique mundo reparato omnia in ordinem restituta. Quanquam autem particula *In sepe accipitur pro Hebraico Beth,* ac tunc idem valet atque *Per:* malui tamen simpliciter vertere Deum in Filio hominis glorificatum, quia loquutio videbatur magis emphatica. Quum dicit, *Et glorificatus est Deus, copula Et in causalem particularis, meo iudicio, relolui debet.*

32. *Si Deus glorificatus est.)* Colligit Christus, se gloriosum triumphum relaturum esse ex morte, in qua hoc unum propositum habet, ut glorificet Patrem suum. Neque enim Pater gloriam suam ita quæsivit ex morte Filii, quin ipsum faceret eiusdem gloria participem. Mox igitur fore promittit ut deleta ignominia, quam ad breue momentum subiit, erat, magnificum eniteat in morte sua decus, quod etiam impletum est. Adeo enim non obscurat Christi dignitatem mors crucis quam perpessus est, ut illi maximē resul-

geat: quatenus scilicet illic incredibilis eius amor erga humanum genus, immensa eius iustitia in expiando peccato & ira Dei placanda, mirifica eius virtus in vincenda morte, Satana subigendo, calis denique aperiendis plenum fulgorem emisit. Nam ad nos etiam onines extenditur hæc doctrina: quia etiū totus mundus in nostram infamiam conspiret, si tamen sincerè & ex animo seruire Dei gloria studierimus, dubitandum non est quin ipse vicissim nos glorificet. Consolacionem auget Christus à temporis breuitate, quum hoc continuò fore promittit. Porro tametsi gloria hæc à die resurrectionis cœpit, hīc tamen maxime notatur quæ continuo post sequuta est eius propagatio, quum mortuos suscitans Euangelij & Spiritus sui virtute, nouum sibi populum creauit. Proprium enim mortis Christi decus est fructus qui inde manauit in salutem hominum.

33. *Filioli, adhuc paululum.)* Quia fieri non poterat quin grauissimo incertore discipulos afficeret magistri discipulis, ideo matrē præmonit se non futurum cum illis diutius, simulque hortatur ad patientiam: postremō, ut tollat intempestivum desiderij ardorem, eos negat statim posse sequi. *Filio* us vocando, blanda ista appellatione non ideo se ab illis migrare docet, quia minus curerit eorum salutem, quum tenerine ipsos amet. Induit quidem carnem nostram in hunc similem ut frater noster sit: sed in illo altero nomine maior amoris & clementia exprimitur. *Quod se apud eos* repeteret dicit quod antē Iudeis dixerat, est quidē id verum quoad vei ba, sed in sensu discrimen est. Negat enim eos sequi posse ut temporalem sui abuentiam a quo animo ferant: & quasi frānum illis iniicit, ut se contineant in statione sua donec militiam suam in terra compleuerint. Non igitur eos in perpetuum arceret à regno Dei, ut Iudeos: sed tantum iubet ut placide expectent dum eos secum in regnum cælestē colligant.

34. *Praeceptum nouum de vobis.)* Consolacioni addit exhortationem, ut se mutuo diligent, aesi dicaret. Interea dum corpore à vobis absunt, mutua charitate testamini non frustra vos suisſe à me edocito: sit hoc continuum vestrum studium: sit præcipua meditatio. Cur *Praeceptum nouum* appelleat non conuenit inter omnes, quibusdam videtur esse hæc ratio, quod quum literale & externum esset quicquid de charitate olim in Legē præscriptum erat, Christus Spiritu suo

suo cordibus fidelium, inscriperit. Ita lex secundum eos, sicut est, quam nova modo prouulgata ut habeat plenam vigorem. Sed illud, in eo iudicio, nimis coactum est, atque alienum à Christi mente. Alij nouum ideo praeceptum dici exponunt quod tanet lex ad dilectionem nos reuocet, Quia tamen multe ceremonias & appendicibus est implicata, illuc doctrina charitatis non tam clare eminet; contra autem, in Evangelio sine vallis umbras statuat in charitate perfectio. Ego ut hanc interpretationem non prius repudio, ita Christum simplicius loquuntur esse arbitror. Scimus enim leges initio diligentius seruari, sensim vero labi ex hominum memoria, donec tandem obsolescant. Ergo Christus quo melius infigit suorum animis charitatis doctrinam, à nouitate eam commendat, quasi diceret, Volo huius mandati vos perpetuo esse memores acsi lex esset recentata. Videntur in summa, consilium Christi suisse hoc loco ad chaitatem suos hortari, ne vnguia ab eius studio se abduci, aut eius doctrinam sibi estuere sinerent. Porro quoniam necessaria fuerit haec admonitio quotidianis experimentis discimus. Quia enim difficile est retinere charitatem, homines ex posthabita nouos sibi colendi Dei modos fingunt, & Satan multa suggerit in quibus se occupent. Ita accedit ut frustra fatigendo, illudere Deo concutatur, se autem decipient. Ergo elo- gium hoc nouitatis subinde nos ad colendam charitatem excitet. Interea sciamus vocari nouum, non quod cœperit nunc primùm placere Deo, quando alibi vocatur legis complementum. *Diligatis vos mutuo.* Extenditur quidem etiam ad extraneos usque charitas: quia sumus omnes ex eadem carne, omnésque ad imaginem Dei creati.

sed quia in regeneratis clarus erit Dei imago, vinculum amoris inter Christi discipulos multo arcuus esse par est. Charicas in Deo cauam quærit, inde habet suam radicem, & illuc referuntur. ita ut quenque vel è agnolo, et le Dei Filium, nam s studiosè & ardenter complectetur. Deinde non potest mutuus esse amoris affectus nisi in iis qui eodem reguntur Spiritu. Primum ergo charitatis gradum hic nota Christus: sed rursum tenendum est, sicuti Dei bonitas se ad totum mundum extensis & diffusis, tanta nobis omnes esse amandos, etiam qui nos odio habent. Seum enim pluri proponit, non quia aequaliter ipsum possumus, qui immenso spatio nos præcedit: sed ut ad eundem saltem terdamus sequimus.

35. *In hoc cognoscet omnes.*) Confitat iterum Christus quod prius dixerat, non frustra fuisse in schola sua institutos qui mutuo inter se diligenter, quasi diceret, Non ipsi tantum scieris vos esse meos discipulos, sed professio vestra apud alios quoque vera probabitur. Quoniam autem haec nota discerneret suos Christus ab alienis, frustra se fatigant qui relata charitate nouos & conarentios cultus suscipiunt: qualis hodie vanitas in Papatu regnat. Nec verò superuacuum est quod in hanc partem Christus tantopere insistit. Nihil melius inter amorem nostri & proximi conuenit quām inter ignem & aquam. Atqui amor nostri sic omnes sensus nostros deuinctos tenet ut charitas profusa exulet. Putamus nos interea rite defungi: quia Satan multas illecebras habet, quibus fucum nobis faciat. Quisquis ergo vere Christi esse, & à Deo agnos i cupit, totam vitam componat & dirigat ad amandos fratres, & huc se aliudque sollicitet.

36. *Dicit illi Simon Petrus, Domine quo vadis? Respondit illi Iesus, Quo vado non potes nunc me sequi: postea autem me sequeris.*

37. *Dicit illi Petrus, Domine, quare non possum te sequi nunc? animam meam pro te po-* Matt. 26.
nam.

38. *Respondit illi Iesus, Animam tuam pro me pones? amen amen dico tibi, non canet gallus donec me ter negueris.*

36. *Domine, quo vadis?*) Hæc interrogatio pen- det ex dicto illo Christi, *Sicut dixit Iudeus, &c.* Hinc autem appetet quanta fuerit Petri ruditas, qui tories admonitus de Christi discipulo, perinde turbatur acsi nouum aliquid audiret. Quarquam in eo nos illi nimium similes sumus, quotidie enim audimus ex ore Christi quæcumque ad usum vita apta & cognitu necessaria sunt: vbi ad rein venitur, non fecus percellimus ac nouitum quibus nihil vaquam dictum fuit. Ostendit deinde Petrus se inmodico carnis Christi præsentis desiderio teneri. Nam pro absurdio hoc ducit, se inanente Christum alio migrare: *Quo ego vado.* Coeret his verbis Christus importunum Petri desiderium. Præcisè autem loquitur, ut magistrum decet: mox tamen dicti sui acerbitatem temperat. Docet non fore hoc nisi ad tempus, quo disensus erit à suis. Ceterum doceuntur hoc loco subiicere Deo vota nostra, ne fines suos transiliant: si quando lasciviant, patiamur saltem hoc frango retrahi. Ceterum, ne animis strangamur, succurrat quæ mox addita est consolatio, dum fore promittit Christus ut aliquando ad ipsum colligamur. Significat enim Petrum

nondum cruci ferenda maturum esse, sed velut segetem adhuc in herba: formandum tamen & firmandum temporis successum, ut sequatur. Quare ro-gandus Deus ut quod inchoauit in nobis, in melius augeat, reprendum interea est donec celerius currere datum fuerit. Iam ut nos tolerat Christus dum adhuc molles sumus & teneri, ita discamus non abiicere infirmos fratres, qui longè adhuc absunt à meta. Optandum quidem est ut currant omnes summo ardore, addenda est etiam omnibus alacritas: sed siquicunq; tardius incedunt, modò viam teneant, bene sperandum est.

37. *Quare non possum te sequi nunc?*) Declarat Petrus his verbis se ægrè inliße Christi respondens. Intelligit se propriæ infirmitatis commone-factum esse, unde colligit, suum vitium sibi obstat, et quoniam statim Christum sequatur: sed hoc illi minimè persuasum est. Natura enim inflatum est humanum genus propriæ virtutis fiducia. Ergo vox ista Petri, qualis nobiscum opinio nascatur, demonstrat: nempe quod plus satis viribus nostris tribuimus. Hinc sit ut quidvis aggredi audient, non invocato Dei auxilio, qui tamen nihil possunt.

Cap. effluant, nihil tamen habent nisi euanidum, & peruersis etiam erroribus implicitum.

XIII. 7 *Si cognouissem me.*) Confirmat quod iam diximus, stuitam & noxiā esse curiositatem, quoniam homines eo non contenti, obliqui semper ad Deum aspirant. Fatentur nihil esse Dei notitia melius: quoniam vero propè illis adeſt, & se familiariter intinuat, vagantur per suas speculations, & supra nubes querunt quem præsentem intueri non dignantur. Reprehendit ergo discipulos Christus quod plenitudinem Deitatis non agnoscant sibi fuisse in ipso exhibitam. Video, inquit, non

rite nec legitimè hactenus fuisse me à vobis cognitum: quia viuam Patris effigiem, quæ in me expressa est, nondum cognoscitur. *Ex hoc tempore.* Hoc addit non solùm vt acerbitatem reprehensionis mitiget, sed etiam vt eos accuset ingratitudinis ac socordia, nisi reputent & expendant quid sibi datum sit. Nam hoc in sua potius doctrinæ commendationem dixit quām vt fidem eorum extolleret. Sensus ergo est, Deum illis iam nunc conspicuum patēre, si modò aperiant oculos. In verbo *Videndi* exprimitur fidei certitudo.

8 *Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.*

9 *Dicit ei Iesus, Tanto tempore vobis sum, & non cognovisti me? Philippe, qui vidit me, vidit Patrem: & quomodo tu dicis, Ostende nobis Patrem?*

10 *Non credis quod ego in Patre, & Pater in me est: verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor: Pater autem qui in me manet, ipse facit opera.*

11 *Credite mihi quod ego in Patre, & Pater in me, si minus, propter opera ipsa credite mihi.*

12 *Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, etiam ipse faciet, & maiora his faciet: quia ego ad Patrem meum vado.*

13 *Et quod petieritis in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio.*

14 *Siquid petieritis in nomine meo, ego faciam.*

8 *Ostende mihi Patrem.*) Videtur esse valde absurdum quod Domino ita subinde obſtrepunt Apostoli, quorū enim loquutus erat, nisi vt hoc ipsum doceret de quo interrogat Philippus? Nihil tamen vitiorum in illis hic describitur quod nobis non sit cum illis commune. Testamur cupide nos Deum querere: dum se oculis nostris ingerit, excutimus.

9 *Tanto tempore vobis sum.*) Iure Philip-pum obiurgat Christus quod puros fidei oculos non habuerit. Deum habebat præsentem in Christo: eum tamen non intuebatur. Quid illi obſtitit nisi sua ingratitudine? Ita & hodie male in Evangelio proficiunt quí non contenti folo Christo, in erraticas speculations feruntur vt Deum querant. Stulta hæc cupiditas ex contemptu humilitatis Christi nascitur. quod est valde indignum, quoniam hac in parte immenſam Patris bonitatem repræsentet.

10 *Quid ego in Patre.*) Hæc verba non ad Divinam Christi essentiam refero, sed ad modum reuelationis. Christus enim, quo ad arcanam suam deitatem, nihilo nobis notior est quām Pater: verum dicitur esse expressa Dei imago, quia se totum in illo patefecit Deus, quatenus illuc immensa eius bonitas, sapientia & virtus in solidum apparet. Neque tamen perperam veteres, qui hinc testimonium sumunt pro aſterenda Christi diuinitate. Sed quia non simpliciter disputat Christus quis sit in se, sed qualis debeat agnoscari nobis: virtutis potius quām essentia elogium est. Pater ergo in Christo est dicitur, quia in eo habitat plena Diuinitas, & virtutem suam exercit: Christus vivissim dicitur esse in Parce, quia Diuina virtute se vnum cum illo esse ostendit. *Verba quæ ego loquor.* Probat ab effectu non alibi quām in se quærendum esse Deum: doctrinam enim suam, quoniam celestis sit ac vere Diuina, testi: non enim esse contendit ac illustre ſpeculum præſentia Dei. Si quis contraria obiicit, Prophetas omnes pro Dei filiis habendos esse, quia Diuinitus loquiſtiſt ex Spiritu afflatus, Deumque habuerint doctrinæ ſuę auctorem: ſolutio in promptu eſt, videndum sci-

licet esse quid contineat doctrina. Prophetæ enim alio discipulos suos ablegant: Christus autem in ſe retinet. Tenendum eft etiam quod tradit Apostolus primo ad Hebreos capite, loqui nunc ē cęlo Deū per os Filii ſui, qui velut ex terra per Moſen loquutus eft. *Non loquor;* inquit, à meipſo, hoc eft, vt homo duntaxat, vel humanitas: quia Pater vim Spiritus ſui in doctrina proferens, ſuum in co-numen vult agnosciri. Quoniam dicit *Patrem facere opera,* non debet hoc ad miracula restringi: potius enim priorem ſententiam continuat, quod Dei maiestas conspicuam ſe in doctrina præbeat. aſci diceret hoc eſte verè Dei opus, vnde ſtatui certò poſſit Deum in ipſo manere. Ergo per opera Diuina potentia ſpecimen intelligo.

11 *Credite mihi quod ego.*) Primum à discipulis poſtulat vt fidem habeant ſuo testimonio, dum ſe aſſerit Dei eſte Filium. Quia autem hactenus nimis tardi fuerant, obliquè eorum ignauiam perstringit. Si mea (inquit) affirmatio nō facit fidem, & tam parui aſtimor à vobis vt non putetis verbi meis credendum, faltem perſpicite iſtan virtutem, qua Dei præſentia viſibilis eft imago. Eſt quidem illud valde absurdum, non pendere prorū ex ore Christi, quoniam amplecti ſine villa hæfitatione oporteat quicquid vel vno verbo indicavit. Sed hic Christus discipulos obiurgat quod toties aedem de re admoniti tam parvum proficerint. Non docet quenam sit fidei natura, ſed ſe habere teſtatur quod etiam ad coarguendos incredulos ſufficiat. Quid iterum inculcat, *Ego in Patre, & Pater in me,* non eſt ſuperuacuum. nam plus ſatis experimur vt nos ad vanam curiositatem natura noſtra ſolicitet. Nam extra Christum egressi, tantum idola a nobis conficta habebimus: in Christo autem nihil eſt nisi Diuīnum & quod nos in Deo retinet.

12 *Amen amen dico vobis.*) Quicquid hactenus de ſe prædicauit discipulis, quo ad ipsorum aspectum, erat temporale: ergo niſi addito hoc membro, conſolatio plena non fuſiſet, præſertim quoniam in reputandis Dei beneficis tam euaniā ſit noſtra memoria. *Quia in re non opus eſt alienis exemplis*

nisi exemplis. nam ubi nos Deus omni bonorum genere cumulauerit, si quiescat dimidium mensem, putabimus non amplius eum vivere. Hac ratione Christus non praesentem modo virtutem suam, quam tunc oculis cernebant Apostoli, commemorat, sed perpetuum eius sensu in futurum tempus promittit. Et certe non solum quandiu in terris versatus est, testata fuit eius diuinitas, sed postquam ad Patrem discelsit, luculentia eius documenta experti sunt fideles. Sed nos vel stupor noster impedit, vel malignitas quod neque Deum in suis operibus consideramus, neque Christum in operibus Dei. Multos tamen conturbat quod Apostolos dicit, *Maiores quam ipse fecerit, opera facturos.* Responses alias quae hoc afferri solent omitto, hac vna contentus: Principio tenendum est quid velit Christus: adeo scilicet non alligata esse corporis sui praesentia virtute illam, qua se Filium Dei esse probat, ut pluribus se absente ac maioriibus experimentis illustranda sit. Atqui ascensum Christi paulo post sequuta est admirabilis mundi conuersio, in qua potentius se exeruit Christi diuinitas quam quoniam inter homines ageret. Ita videmus non nullis in Christi persona in Iustam diuinitatem eius approbationem, sed diffusam per totum Ecclesiæ corpus. Ceterum hoc *Facere de quo loquitur*, neque solis Apostolis proprium est, neque singulis piis commune, sed ad totum Ecclesiæ corpus spectat. *Quia vado ad Patrem.* Ratio cur facturi sint discipuli maiora quam Christus ipse, quoniam adira regni sui possessione suam potentiam plenius è celo demonstratus sit. Vnde appetat nihil de eius gloria minus quod post eius discessum excellentius operari sint Apostoli, qui tantum fuerunt eius organa. Imò hoc modo apparuit ipsum ad dextram Patris sedere, ut omne genus corā ipso fleatur. Et ipse paulo post clare affimat, se omnium que

per manus Apostolorum edenit fore antorem.

Et quod petieritis.) Sed queritur anno Mediator iani tunc erat, cuius nomine rogandus eset Pater. Respondeo, Mediatoris officio clarius defunctum esse ex qua cælesti Sanctuarium ingressus est, ut rursus suo loco dicendum erit. *Vt glorificetur.* Congruit hic locus cum Pauli dicto, *Philip. 2. 11.* Vt omnis lingua confiteatur quod Iesus Christus est in gloriam Dei Patris. Fons omnium est nominis Dei sanctificatio: sed legitimus sanctificandi eius modus hic exprimitur, nempe in Filiō, & per Filiū. Nam quum nobis per se abscondita sit Dei maiestas, in Christo resulget: quā occulta sit eius manus, eam habemus in Christo visibilem. Ergo in beneficiis quæ nobis largitur Pater, Filiū ab eo separare fas nō est, iuxta illud, *Qui non honorat Filiū, neque Patrem honorat.*

Signid petieritis, &c.) Non est inanis repetitio, vident omnes ac sentiunt se indignos esse qui ad Deum accedant: prouincit tamen maior pars, quasi lymphatica, & Deum tenerè superbè compellat. Postea quum subit in mente illa quam dixi indignitas, varia sibi quicunque media fabricat. Deus autem nos ad se invitans, Mediatorum vnum, per quem ex rabilis fit ac propitius, nobis proponit. Sed hie rursus exultat humani ingenij prauitas: quia maior pars non desinit, relictā via, per flexuosas ambages circumire. Hoc ideo fit quia non nisi tenuiter & maligne apprehendit in Christo Dei potentia & bonitas. Accedit & secundus error, quod nō reputamus à Dei accessu nos omnes meritò acceri, donec ab eo vocemur: vocari autem non nisi per Filiū. Quod si vnum testimonium non satis apud nos habet ponderis, sciamus tamen, quum Christus secundò iterat rogandum in suo nomine esse Patrem, quasi manum nobis iniiceret, ne frustra querendis aliis patronis operam perdamus.

15 *Si diligitis me, præcepta mea seruare.*

16 *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletū dabit vobis, ut apud vos maneat in eternum.*

17 *Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere: quia non videt eum, neque cognoscit eum. Vos autem cognoscitis eum: quia apud vos manet, ac in vobis erit.*

18 *Non reliquam vos orphanos: venio ad vos.*

15 *Si diligitis me.*) Erat verus amor & syncerus quo discipuli profequebantur Christum, qui tamen aliquid habebat superstitionis admistum, ut sèpe nobis quoque accidit. Præposterus enim erat quod eum optabant in mundo retinere. Hoc vitium ut corrigit, amorem ipsos iubet alio intendere, nempe ut seruandis quæ dederat præcepis studium impendant. Vt ille certe doctrina: quia ex iis qui sibi Christum amare videntur, paucissimi sunt qui ritè eum colant: quin potius friolis nugis defuncti, securè sibi indulget. Hic autem contrarius Christi amor ad obseruantiam doctrinæ eius, quasi ad vincā regulā, exigitur. Ceterum etiam monemus, quam vitiosi sint alii nostri affectus, quā ne amor quidem noster in Christum vitio careat, nisi ad puram obedientiam sit compositus.

16 *Ego rogabo Patrem.*) Hoc quidem sedando quem ex Christi absentia concipere poterant dolori datum fuit remedium: simul tamē promittit Christus se præceptis seruandis vires daturum. nam alioqui patrum efficax fuisset ex-

hortatio. Ergo in tempore occurrit, docetque vtrum absit ab illis corpore, nō tamen se passurum *Infra, 16.* vt auxilio destituti faceant: quia per Spiritū suū *7.* illis aderit. Spiritum hīc vocat donum Patris, sed quod ipse precibus suis impletabit: Alibi à seipso dari promittet. Vtrunque verè & aptè dicitur: nam quatenus mediator & patronus noster est Christus, à Patre impletat Spiritus gratiam: quatenus Deus est, eam à seipso largitur. Sensus huius loci est, Ego vobis à Patre paracletus datus sum, sed ad tempus: nunc defunctus cursu meo, alium petam vobis dari, qui temporalis non sit, sed perpetuo apud vos maneat. *Paracletus* nomen tam Christo quam Spiritui hic tribuitur, & iure: utique enim commune manus est nos consolari & exhortari, & nos tueri suo patrocinio. Fuit suorum patronus Christus quandiu in mundo vixit: deinde Spiritus tutelæ & præsidio eos commisit. Si querat quispiam annos sub Christi clientela etiam hodie sumus, responsio facilis est, Christum esse perpetuum patronum sed non visibili modo. *Quandiu versatus est*

IN E V A N G E L I V M

152

Cap. XIII. in mundo, palam se illis patronum exhibuit: nūc verò per Spiritum suum nos tutatur. *Alium à se* captor propter bonorum quæ ab utroque percipimus discrimen. Christi proprium fuit, expandendo peccata mundi iram Dei placare, redimere à morte homines, iustitiam ac vitam acquirere: Spiritus proprium est, nos tam ipsius Christi quām omnium eius bonorum facere participes. Quanquam non malè hinc personarum distinctione colligitur, proprietate enim differre Spiritū à Filio necesse est, ut alius sit.

17 Spiritum veritatis.) Ornat Spiritum Christus altero titulo, quod sit magister veritatis. Unde sequitur, donec ab eo intus sinus edocēti, vanitate & mendacio captas esse nostras omnium mentes. *Quem mundus non potest accipere.* Antithesis ista gratia excellentiam amplificat, qua Deus nominis electos suos dignatur. Significat enim non vulgare esse donum quo priuatur mundus. Quo sensu etiam Iesaias. *Ecce tenebra operient terram, & caligo populos: super te auerteretur Dominus.* Eo enim plus mereatur laudis Dei misericordia erga Ecclesiam, dum singulari priuilegio eam supra totum mundum extollit. Similiter tamen discipulos hortatur Christus ne sensu carnis inflati, vt solet mundus, Spiritus gratiam à se repellant. Somnium est terrenis hominibus quicquid de Spiritu sancto pre-

17, 18, 50, 2.

dicat Scriptura, quia ratione sua freti, celestem illuminationem despiciunt. Tametsi passim gravatur haec superbia, quæ Spiritus sancti lucē, quantum in se est, extinguuit: nos tamen propriæ inopiae consciū, sciamus non ex alto fonte manare quicquid sane intelligentia est. Interea ostendunt Christi verba nihil humano sensu posse de Spiritu sancto percipi, sed eū cognoscī sola fidei experientia. *Mundus, inquit, capax non est Spiritus, quia eum non cognoscit: vos autem cognoscitis eum, quia apud vos manet.* Solus ergo Spiritus est qui in nobis habitando, cognoscendum se præbet, aliis ignotus & incomprehensibilis.

18 Non reliquam vos orphanos.) Docet hic locus quid sint & valeant homines Spiritus præsidio nudati: pupilli nempe sunt, exposti quibuslibet fraudibus & iniuriis, impares ad se regendos: denique ad nullam rem agendam per se idonei. Unicum tanti defectus remedium est, si nos per Spiritum suum Christus regat, quod se facturum promittit. Primum ergo sua inbecillitas monerunt discipuli, ut libi diffisi ab uno Christi præsidio pendeat, deinde promissio remedio eos in bonā spē erigit, quia se illis non defuturū affirmat. Quu dicit, *Venient ad vos, ostendit quomodo in suis habent, atq; impletat on mā: nē* Spiritus sui virtute. Vnde etiā cōstat Spiritus gratiā insigne esse Diuinitatis eius testimonium.

19 Adhuc paululum, & mundus me non amplius videbit: vos autem videtis me, quia ego viuo, & vos vivetis.

20 In illa die cognoscetis quod ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.

19 Adhuc paululum.) Prosequitur commendationē peculiaris gratiæ quæ discipulis ad leuandum, iēdo tollendū incertorem sufficere debet. Quum subdūctus (inquit) ero à mundi cōspectu, vobis nihilominus adero. Ceterū vt hoc arcano Christi intuitu fruanur, non astimanda est carnis sensu præsencia eius vel absentia, sed fidei oculis ad perspicienda eius virtutem intētos esse nos decet. Ita fit vt Christum spiritu presentem semper habēt & aspiciant fideles, quātūvis corpore ab eo distent. *Quia ego viuo.* potest esse duplex sensus vel vt hec lētentia proxini mēbri cōfirmatio sit, vel vt seorsum legatur, ideo viēturos fideles quia viuit Christus. Priorē sēsum liberet amplector, ex quo tamē elicitur hec altera doctrina, vitā Christi nostra causam esse. initio causam discriminis notat, cur viētendum sit à suis, non à mundo: quia videri nequeat Christus nisi secundum vitam spiritualem, quia mūdus orbatus est. Non videt Christum mūdus, nihil mirum: nūrū enī exācitatis causa est, verū simulacrum spiritu viuere quis cōcepit, oculis etiam ad Christum viētendum prædictus est. Hoc autem ideo fit quia cum Christi vita etiam nostra coniuncta est: atque ex ea non secus ac ex fonte suo manat. Mortui enim sumus in nobis, & vita qua nobis blandimur, mors pessima est. Ergo quū de adipiscenda vita agitur, vertendi sunt in Christum oculi, & vita eius fide ad nos transferenda, vt certò statu-

ante conscientiæ nostræ quandiu viuit Christus nos à periculo interitus esse tutos. Stat. n. istud fixum, nullam fore eius vitam membris mortuus.

20 In illa die.) Multi ad diem Pentecostes referuntur: sed potius notatur continuus tanquam vnius diei tenor, ex quo virtutem Spiritus sui exeruit Christus usque ad resurrectionem ultimam. Iam tunc cognoscere cooperant, sed erat tenuē quoddam rudimentum: quia nondum tam efficacia cōtē operatus in illis fuerat Spiritus. Nam huc verba tēdunt, non posse otiosa speculatione cognosci qualis sit sacra & mystica inter nos & ipsū viō, qualis rursus inter ipsū & Patrem: sed hunc unum cuius nōscendē modū esse, quā vitam suā arcana Spiritus efficacia in nos diffundit, atque illud est fidei experimentum cuius paulo antē memini. Quod autem olim abusi sunt hoc testimoniū Ariani, vt Christum probaret participationē tātū & gratia Deum esse, facile diluvit eorum caūlum. Neque enim Christus de externa sua essentia simpliciter disserit: sed Diuinam illam virtutem quæ in eo fuit patēfacta commendat. Quemadmodū enim Pater omnē bonorum plenitudinem in Filio depositū, ita vicissim se totū in nos effudit filius. Dicimur in ipso esse, quia in cius corpus insiti, iustitia bonorumque eius omnium sumus cōsortes: ipse in nobis esse dicitur, quia Spiritus sui efficacia clarē demonstrat se nobis esse vitæ authorem & causam.

21 Qui habet precepta mea, & seruat ea, is est qui diligit me: & qui diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum & manifestabo me ipsum ei.

22 Dicit illi Iudas, non ille Iscariotes, Domine, quid factum est quod te nobis manifestatus sis & non in mundo?

23 *Respondit Iesus, & dixit illi, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*

24 *Qui non diligit me, sermones meos non seruat: & sermo quem audistis non est meus, sed eius qui misit me, Patris.*

21 *Qui habet precepta mea.) Iterum repetit superiorē sententiam, quod certa amoris erga ipsum nostrī approbatō in eo sita sit, si praecepta eius seruēmus. Cuius rei toties admonet discipulos, ne à scopo aberrerit: quia nihil proclūsus est nobis quād ad carnalē affectū delabi, ita ut sub Christi nomine aliud quād Christum amemus. Quod si etat etiam illud Pauli, Etiam si neuerimus secundum carnem Christum, non tamē amplius sic eum cognoscimus. Simus igitur noua creatura. Habere praecepta significat in illis esse rectē institutum: Seruare autem se & vitam formare ad eorum regulā. Qui diligit me. Perinde loquitur Christus ac si Deum suo amore praeuenientē honines, quod absurdum est: nam quo tempore inimici eramus, reconciliavit nos sibi, Ioh. 4. 10. Rorū 5.b. 10. Et nota sunt Iohannis verba, Non quod priores dilexerimus eū, sed ipse nos prior dilexit. Verū hīc non est disputatio de causa vel effectu. Ideo perperam colligitur, amorem quo Christum complectimur, Dei erga nos amore esse ordine priorem. Tantum enim hoc voluit Christus, beatus fore omnes qui ipsum diligenter: quia vicissim ab ipso & Patre diligētū non quid tunc incipiat Deus ipsos diligere, sed quia ipsi insculptū in cordibus habent paterni eius amoris testimonium. Eodem spectat quod proximē sequitur membrum, Manifestabo me illi. Cognitio certè amorem precedit: sed hīc voluit Christus se puris doctrinæ sua cultoribus daturum ut in dies in fide proficiant: hoc est. Faciam ut proprius & familiarius ad me accedant. Hinc collige, fructum pietatis esse progressum in Christi notitia. Nam is qui se habent daturū promisit, reiectis hypocritis proficere facit omnes in fide, qui Euangelij doctrinam ex animo a nō lexī, se totos in eius obsequium formant. Atq; hinc fitv multis retro abeuntibus, vix decimū quenque videamus in recto cursu progressi: quia maior pars indigna est cui se manifestet Christus. Nētūdum autem est, quod hīc amplior Christi cognitio tanquam singulare nostri in Christum amoris præmium proponitur: vnde se quitar incomparabilem esse thesaurum.*

22 *Dicit illi Iudas.) Non abs te interrogat cur inter paucos lucem suam contineat Christus, qui Sol est iustitia, à quo totum mundum illuminari dēbet, itaque minus consentaneum esse videtur ut pauci irradier, ac non vbiique diffundat absque discrimine suum fulgorem. Responsio Christi non explicat totam quæstionem: quia nulla illic sit mentio primæ causæ, cur se pauci manifestans Christus, maiorem hominum numerum celat. nam certè omnes initio parres inuenit, hoc est à se prorsus alienos, quare neminem eligere potest qui ipsum amerit: sed ex hostibus suis eligit quorum flectat corda in amorem sui. Verū discriben illud quod à proposito remotum erat, in præsentia attingere noluit. consilium eius erat, discipulos ad seruum pietatis studium horrari, vi maiores in fide facerent progressus. Ergo contentus fuit hac nota discernere eos à mundo, quod Euangelij doctrinam seruent. Hac autem nota posterior est fidei*

principio, quia vocationis est effectus. Alibi discipulos admonuerat Christus gratuitæ sua vocationis, atque idem in memoriam illis postea reducit: nunc tantum iubet in doctrinæ sc̄a obseruantia & pietatem incumbere. Ostendit porrò Christus his verbis quonodo rite obediatur Euangelio: necne quum officia nostra & externe actiones ex illius amore nascuntur. Frustra enim laborant brachia & pedes totūque corpus, nisi in corde regnet amor Dei, qui gubernet externa membra. Iam quum certum sit nos seruare Christi præcepta quatenus ipsum amamus, sequitur nullibi posse reperi in mundo perfectum eius amorem: quia necno est qui perfectè seruet eius mandata. Cratum tandem Deo est eorum obsequium qui ad hunc scopum vero conatu aspirant.

23 *Pater meus diligit eum.) Iam prius exposui: us non statu in secundo ordine Dei amorem, quasi pietatem nostram tequatur ut amoris causam: sed vt certò persuasi hīt fideles, obedientiam quam Euangelio praestant, Deo gratiam esse: & nos subinde donorum incrementa ab eo exspectent. Venemus ad eum qui nō diligit: hoc est, sc̄nctet in se residere Dei gratiam, & magis magisque in dies Dei donis augebitur. Ergo dilectionem nominat, non illam aeternam qua nondum natos etiam ante creatum mundum complexus est: sed ex quo eam cordibus nostris obsignat, quum nos facit adoptionis sua participes. Ac ne primam quidem illuminacionem intelligit: sed eos fidei gradus per quos assidue fideles pergeret oportet, iuxta illud, Hibeni Mat. 13. dabatur. Perperam ergo ex hoc loco eliciuntur. Papista duplē amorem quo Deum profiquimur: Fingūt Deum naturaliter à nobis diligiri priusquam nos Spiritu suo regeneret: & hac etiam præparatione nos merei regenerationis gratiam. Quasi verò non passim doceat Scriptura: & ipsa etiam experientia clamet, nos prorsus à Deo aueros esse, eiūque odio infectos & refertos, donec corda nostra inueni. Terendum est ergo illud Christi consilium, quod hīc venturi sint ipse & Pater, ut fideles in perpetua gratia fiducia confirment.*

24 *Qui non diligit me.) Quia incredulis permisisti sunt fideles in mundo, & eos tanquam in mari turbulentis variis procellis agitari necesse est: haec rufsum admonitione confirmat eos Christus, ne abstrahantur malis exemplis, acsi dicere, Ne relipcite in mundum ut ab eo pendeatis: quia semper erunt qui me & meam doctrinam contemnāt: vos autem gratiam, quam semel amplexi estis, constanter ad finem retinet. Inter ea significat mundum istas sua ingratitudinis prenas dare quum in sua cæcitate perit, quando veræ iustitia contemptu impium aduersus Christum odium prodit. Et sermo quem audistis. Ne propter mundi peruvicaciam labefact aut vacillent discipuli, authoritatem rufus doctrinæ sua conciliat, quum testatur ipsam à Deo esse, non humanitas in terra confitam. Atque in hoc fidei nostre consilii firmitas, si Deum nobis ducem esse scimus, nec alibi quād in æter-*

IN EVANGELIVM

154

Cap.
XIII.

na eius veritate esse fundatos. Quantunus ergo cum sua proterua insanias mundus, sequatur Christi doctrinam, quæ supra cælum & terram longe eminet. Quia sermonem negat esse suum, accommodat se discipulis: acsi diceret, Non

humanum esse, quia fideliter tradat quod illi à Patre inunctum est. Interea scimus, quatenus æterna est Dei sapientia, ipsius esse unicum omnibus doctrina fontem, & eius Spiritu loquutus esse qui cùque ab initio fuerunt Prophetas.

25 *Hec loquutus sum vobis apud vos manens.*

26 *Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & fugeret vobis omnia que vobis dixi.*

27 *Pacem reliquo vobis, pacem meam do vobis: non quemadmodum mundus dat, ego do vobis, ne turbetur cor vestrum, neque formidet.*

28 *Audistis quod dixerim vobis, Vado, & venio ad vos, si diligeretis me, gauderetis utique quod dixerim, Vado ad Patrem, quia Pater maior me est.*

25 Hec loquutus sum.) Hoc ideo addit ne desponeant animum eti minus profecerint quam par erat. Spargebat enim tunc doctrinæ semen quod aliquandiu suffocatum latuit in discipulis. Ergo eos ad bene sperandumhortatur, donec fructum proferat doctrina qua nunc videri posset inutilis. In summa, testatur illis, in doctrina quam audierant suppetere vberem consolacionis materiam, nec alibi querendam esse. Quod si non illis statim appareat, iubet esse bono animo, donec spiritus interior magister, idem in ipsis cordibus loquatur. Valde utilis omnibus admonitus, nisi statim consequimur, quicquid docet Christus, obrepit fastidium, & irritum in rebus obscuris laborem insunere nos piget. At qui afferenda est prompta docilitas, præbenda aures, & retinendi attentio, si ritè in Dei schola proficeret cupimus: præsertim vero tollentia opus est, donec patefaciat Spiritus quod frustra visi sumus sepius legisse vel audisse. Quare, ne languescat in nobis discendi studium, vel in desperationem labitur ubi non statim assequitur loquentis Christi mentem, sciamus hoc nobis omnibus dici, *Spiritus tandem fugeret quæ locutus sum.* Hanc quidem penam denuntiat incredulus Iesaias vt sermo Dei sit illis tanquam liber clausus: sed Dominus hoc etiam modo pleburisque suos humiliat. Ideo patienter ac placide expectandum reuelationis tempus, nec verbum properterea respire decet. Ceterum quoniam testatur Christus proprium esse Spiritus sancti munus docere Apostolos quod iam ex ipsis ore dicierant, sequitur irritam & nihil fore externam prædicationem nisi accedat Spiritus magisterium. Duplicem ergo habet Deus docendi modum, nam & hominum ore infonat nostris auribus, & intus Spiritu suo nos compellat: id que facit nunc eodem momento, nunc diuersis temporibus, prout illi visum est. Observa autem quænam sit illa omnia quorū doctorē fore Spiritum promittit: Suggesteret, inquit, vel reducet in memoriam quæcumque dixi. Vnde sequitur non fore nouarum reuelationum architectum. Hoc uno verbo refutare licet quæcumque sub prætextu Spiritus in Ecclesiam figura ab initio hucusque Satan inuexit. Mahometes & Papa communione habeant religionis principium, Non contineari in Scriptura perfectionem doctrinæ, sed quiddam altius reuelatum esse à Spiritu. Ex eadem lacuna nostro tempore Anabaptistæ & Liberto[n]i sua deliria hauserunt. Atqui impostor est spiritus, non Christi, qui extraneum aliquod ab Euangeliō commentum ingerit. Spiritum enim Christus promittit qui Euangelijs doctrinā quasi

subscriber confirmet: *Quid sit mitti Spiritum à Patre in Christi nomine, suprà exposui.*

27 Pacem reliquo vobis.) Pacis nomine intelligit prosperum successum, quem sibi mutuo precari solent homines dum simul conueniunt, vel alius ab alio digreditur. Hoc enim valer pacis nomen in lingua Hebraica. Alludit ergo ad vulgatum sua gentis nomen: acsi diceret, Relinquo vobis meum valete. Sed mox subiicit, longè pluris esse hanc pacem quam soleat esse inter homines, qui plerunque frigide tantum ceremoniæ causa pacem in ore habent: vel si pacem alicui serio precantur, non tamen eam re ipsa dare possunt. Christus autem pacem suam non in nudo & inani voto sitam esse admonet, sed cum effectu coniunctam. Suma est, discedere quidē ipsū corpore, sed pacē eius manere penes discipulos. hoc est, fore eius benedictione semper felices. *Ne turbetur cor vestrum.* Iterum trepidationem corrigit quam ex suo dilectissu conceperant discipuli. Causam trepidandi esse negat: quia corporali tantum eius aspectu careant, vera autem eius praesentia fruantur per Spiritum. Hoc praesentia genere nos quoque contenti esse discimus: nec carni indulgeamus quæ Deum semper externis suis figuramentis alligatum.

28 Si diligereis me.) Amabant haud dubie Christum discipuli, sed aliter quam debeat. fuit enim aliquid carnale admistum, vt ab eo diuelli non sustinerent. Quod si spiritualiter eum amassent, nihil magis illis suis let cordi quam eius ad Patrem reditus. *Quia Pater maior me est.* Variè detortus fuit hic locus. Ariani, vt Christum probaret quendam secundarium esse Deum, obiciebant minorem esse Patre. Patres orthodoxyi, vt tali calunnia ansam præciderent, dicebant hoc debere ad naturam humanam referri. Atqui vt impie hoc testimonio abusi sunt Ariani, itanec recta nec consentanea fuit Patrum solutione. hic enim neque de humana Christi natura, neque de æterna eius diuinitate sermo habetur, sed pro infirmatis nostris capti se medium inter nos & Deum constituit. Et certè quia ad Dei altitudinem pertingere nobis datum non est, descendit ad nos Christus, vt nos eousque attolleret. Gaudendum, inquit, erat, quod redeam ad patrem: quia hæc ultima est meta ad quā tendere vos oportet. Non ostendit his verbis quid à Patre in se differat: sed quorsum ad nos descendenter, nempe vt Deo nos vniaret. donec eò peruenientem fuerit, stamus velut in medio stadio. Nos quoque Christum nonnisi dimidium & lacerum imaginamur, nisi ad Deum nos perducat. Similis est locus Pauli, *i. Corinthior. 15. vbi dicit Chri-*

15.29.11.

Christum traditum esse regnum Deo & Patri, vt sit Deus omnia in omnibus. Regnat certe Christus non in humana tantum natura, sed quatenus Deus est manifestatus in carne. Quomodo igitur regnum exuet? Neinque quia Diuinitas, quæ nunc in sola Christi facie cernitur, tunc palam in se conspicua erit. Hoc solùm dissimile est, quod Paulus illic perfectionem ultimam describit Diuinum fulgoris, cuius radix fulgere ceterum ex quo ascendit Christus in celum. Ut res clarius pateat cr. filius adhuc loquendum est.

Non confert hic Christus Patris Diuinitatem cum sua, nec humanam suam natum Diuinam Patris essentiam comparat: sed potius statum presentem cælesti glorie ad quam mox recipiendus erat, ac si diceret, Cupitis ne retinere in mundo: arqui præstas in celum ascendere. Sic ergo discimus Christum aspicere in carne exinanitum, vt nos ad beatam immortalitatis fontem ducat. Neque enim dux nobis constitutus est vt tantum in sphaera lunæ vel solis nos euehat, sed vt nos unum efficiat cum Deo Patre.

29 Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt quum factum fuerit, credatis.

30 Non amplius multa loquar vobiscum: venit enim mundi huius princeps, & in me non habet quicquam.

31 Sed ut cognoscat mundus quod diligo Patrem, & quemadmodum mibi præcepit Pater, sic facio: surgite, eamus hinc.

29 Et nunc dixi vobis.) Oportuit hac de re scipios moneri discipulos: quia arcana erat omni humano captu longèaltus. Se autem prædicere testatur quod futurum est, vt post eventum credant. Fuit enim hæc utilis fidei ipsorum confirmationis, quæ memoria repereret vaticinia Christi, & oculis complectum cernerent quod ex ore illius ante audierant. Videtur tamen species esse concessionis: ac si diceret Christus, quia non dum tam reconditi mysterij capax est modus vellet, ego vobis ignosco vsque ad rei eventum qui vobis interpretis vice erit ad hanc doctrinam explicandam. Ergo tanetsi ad tempus visus sit furdus canere, postea apparuit non frustra quasi in aeterni sparsa suis verba, sed iactum suis in terram semen. Quemadmodum autem hic de sermone suo & rerum eventu loquitur Christus, ita mors eius & resurrectio & in celum ascensus in unum cum doctrina coalescent, vt fidem in nobis generent.

30 Non amplius multa loquar vobiscum.) Hoc verbo attentes sibi discipulos reddere voluit, & eorum animis suam doctrinam altius insigere. Satietas enim fastidium vt plurimum: fuit: ardenti autem expetitur quod non habetur ad munum, & excipitur maioriter studio quod statim è medio tollendum est. Denuntiat ergo se breuiabiturum, quo magis cupidi sint audiendi doctrinæ. Quanquam autem tota vita cursu docere nos non cessat Christus, potest tamen etiam ad vsum nostrum aptari hæc sententia: quia quoniam breue sit vita nostra curriculum, occasione vtendum est. Venit enim mundi huius Princeps, & in me. Poterat supplexiter dicere breui se moriturum, ac iam instare horam mortis: sed circumloquitur, vt preannuntiat eorum animos ne tam deformi & abominando mortis genere territi deficiant. Nam credere in ipsum crucifixum, nihil aliud est quam vitam querere apud inferos. Primum dicit hanc Satana potestatem datum iri: deinde addit, se ideo cesserum, non quod necessitate cogatur, sed vt Patri obediat. Vocatur diabolus, mundi princeps, non quod separatum aliquod regnum à Deo habeat, quemadmodum finixerunt Manichæi: sed quia Dei permisso suam in mundo tyrannidem exercet. Quoties itaque hoc diabolus epitheton tribui audiunus, pudeat nos miseræ nostræ foris. Quantum enim superbiant homines, diaboli man-

cipia sunt, donec regeniti sunt Christi Spiritu. Nam Mundus nomine hic comprehenditur totum humanum genus, Vnus est enim liberator qui nos ab hac horrenda servitute eripit ac vindicat. Cæterum quum hæc priuati hominis peccato inflicta fuerit pena, sicuti quotidie in deterrioris ob noua peccata augescit, discimus & nos & peccata nostra oditie. Sic autem captiuus tenemur sub Satanæ imperio vt tamen non excusat nos à culpa hæc servitus quæ voluntaria est. Notandum est præterea tribui hic diabolo: quod ab impiis hominibus gestum est. Nam quum ferantur Satanæ impulsu, merito opus eius censetur quicquid agunt. In me non habet quicquam. Quia factum est Ad peccato vt mortis imperium habeat Satan, Christum, qui ab omni noxa immunitus est, attingere non poterat, nisi se vltro subiecerit. Quanquam hæc verba, latius patere arbitror quam exponi soleant. sic eniū loquuntur interpres. Nihil in Christo reperit Satan, quia nulla in eo mortis materia est, quum purus sit ab omni peccati labe. Atqui, in eo iudicio, non suam tantum munditatem hic prædicat Christus, sed Diuinam quoque potestatem, quæ morti non erit obnoxia. Testatum enim ille discipulis oportuit, non infirmitate ipsum succumbere: ne minus honorificè de virtute eius sentirent. Verum in hac generali sententia etiam illa prior includitur, quod Satanæ in subiecta morte cibistrictus non sit. Vnde colligitur, vicem nostram, quum se morti submittere, cibis.

31 Ut cognoscat mundus.) Aliqui videntur legunt, Ut cognoscat, &c. surgite, eamus hinc: vt plena sit oratio, alii feosum legunt verba illa, & hic defectum esse putant. Quia non magni inter est quo ad sensum virtutum eligas, in medio relinquo. Hoc præcipue notandum est, hic Dei decre tum statui sámio loco, ne Christū putemus Saranā violentia rapitu ita fuisse ad mortē vt quicquam illi prater Dei consilium acciderit. Deus enim est qui Filium suum ordinavit propitiato rem, & qui eius morte expiri mudi peccata voluit. Hoc vt fieret, Satanæ ad breue tempus permisit quasi vietorem illi insultare. Satanæ ergo non resistit Christus, vt Patri decreto obtemparet, atq; ita suā obedientiam in pretium iustitiae nostræ offerat. Surgite, eamus hinc. Nonnulli existimant Christū his dictis locum mutasse, & quæ sequuntur, inter ambulandum fuisse ab eo dicta: sed quum po-

Cap. stea subiiciat Iohannes egressum fuisse Christum, magis consentaneum videtur quod discipulos hortari Christus voluerit ad idem obse-

quām Deo præstandum cuius tam præclarum specimen in ipso cernebant: non autem quod eodem momento ipsos eduxerit.

C A P. X V.

1 *Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est.*
2 *Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollit: & quicunque fructum affert, purgabit eum, ut abundantiore fructum afferat.*

3 *Iam vos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis.*

4 *Manete in me, & ego in vobis. quemadmodum palmes non potest ferre fructum à seipso, nisi manserit in vite: sic neque vos, nisi in me manseritis.*

5 *Ego sum vitis, vos palmites. qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me non potestis quicquam facere.*

6 *Si quis non manserit in me, ubi electus fuerit foras tanquam palmes, & exaruerit, colligent ipsum, & in ignem coniungent, & ardebit.*

1 *Ego sum vitis.*) Summa huius similitudinis est, nos steriles esse atque aridos natura, nisi quatenus Christo insiti, nouam vim & aduentitiam ab eo haurimus. *alios sequuntur vitem transtulit:* *alios palmites.* Est autem vitis propriæ planta ipsa, non ager vitibus confitit, quem vinean appellant. Quanquam interdum pro vinea capitur: sicutum quum Cicero pauperum agelllos & viticulos coniungit. Palmites autem brachia sunt quae vitis supra terram emitunt. Quum autem *alios* Gracis vitem quoque significet, & *alios* vineam, magis in eam sententiam inclinatio, quod se Christus terra vitibus confite, & nos plantis ipsis comparet. Quanquam ea de re cum nemine rixabor. tantum monitos volui lectores vt lequantur quod magis probabile ex contextu visum fuerit. Initio hic succurrat quæ in omnibus parabolis tenenda est regula, non excutendas esse singulas proprietates vitis: sed tantum summatum spectandum esse quem in fine Christus simile istud accommodet. Tres autem praecipues sunt partes: quod nulla nobis bene agendi facultas nisi ab ipso suppetat: quod nos in ipso radicem habentes Pater purgando excolit: quod in fructuosis palmites tollit, vt in ignem proiecti ardeant. Omnes ferè pudet negare, quicquid habent boni, sibi esse à Deo: sed postea gratiam viuusalem sibi datam esse fingunt, qualiter naturaliter ingenita esset. Christus verò præcipue in hoc insitit, vitalem succun à se uno manare: unde sequitur, in fructuosa esse omnisque boni vacuan hominum naturam: quia vitis naturam nemo sapit donec in eum fuerit insitus. Atqui hoc speciali gratia datur solis electis. Primus ergo bonorum omnium autor Pater, qui nos manu sua plantat: vita autem principium est in Christo, ex quo radicem in eo agere incipimus. Quæ se veram vitem appellat, perinde est acsi dixisset, Ego vere sum vitis, itaque frusta se homines in qua rendo alibi vigore fatigant: quia non aliunde proueniet vitius fructus quam à palmitibus ex me progenitus.

2 *Omnem palmitem.*) Quia Dei gratiam aliqui corrumputunt, alii maligne supprimunt, alii ignorantia suffocant, sollicitudinem his verbis incutit, quum ex vite tollendos pronuntiant quicunque erunt in fructuosi palmites. Sed queritur an fructu posset carere qui insitus est in Christo. Respondeo, multos in vite censeri opinione hominum, qui recipi radicem in vite non habent. Ita Dominus vineam suam nominat apud Prophe-

tas populum Israel, qui externa professione non men Ecclesiæ habebat. Et quicunque fructum effert. Docet his verbis, fideles, ne degenerent, opus habere assida cultura, nec boni quicquam proferre nisi Deus manum subinde admoueat. Neque enim sufficit nos semel factos fuisse adoptionis participes, nisi Deus gratia sue cursum in nobis prosequatur. Purificationis meminit: quia superfluis & noxiis vitiis abundat caro nostra, eorumque nimis fecunda est quæ sine hac ex crescunt & pullulant, nisi Dei manu purgeniur. Quam dicit putari vites ut fructum uberiorum afferant, docet quales debeant esse piorum in pietatis cursu progressus.

3 *Iam vos mundi estis.*) Admonet iam in se ipsis expertos esse quod dixerat, quia scilicet in ipso plantati, simul etiam purgati fuerint. Modum purgationis ostendit, nempe doctrinam. Nec dubium est de externa prædicatione eum loqui, quum disertè exprimit sermonem quem ex ore eius audierant. Non quod in se tantum efficacie habeat vox hominis ore prolatæ, sed quatenus in corde operatur Christus per Spiritum: vox ipsa purgationis organum est. Interea non intelligit Christus omni virio puros esse Apostolos: sed experimentum illis proponit, unde dicant quæ necessaria sit gratia continuatio. Præterea Euagelij doctrinam illis à fructu commendat, quo magis accutur ad continuam eius meditationem, quam sit tanquam vinitoris cultellus ad sordes purgandas.

4 *Manete in me.*) Iterum ad studium & curam retinendæ gratia qua prædicti sunt, ipsos hortatur: nunquam enim satis expergesci potest carnis securitas. Nec certè alio spectat Christus nisi vt nos, quasi gallina pullos suos, sub aliis contingat: ne levitate nostra abrepti, inde aulementis in nostrum exitum. Ergo vt prober se non ceperis salutis nostræ opus vt abruptat in medio cursu, Spiritum suum promittit semper fore in nobis esfaciem, si modò per nos non steterit. *Manete in me;* inquit, quia in vobis manere paratus sum. Item. Qui in me manet, hic fert fructum multum. Quibus verbis declarat eos omnes qui viuam in se radicem habent, fructiferos esse palmites.

5 *Sine me nihil potestis,*) Clausula est atque applicatio totius parabolæ, quandiu extra ipsum sumus, nihil boni fructus & Deo gratia proferre: quia ad bene agendum minimè sumus idonei. Hanc sententiam Papista non extenuant modò, sed

S E C V N D V M I O H A N N E M.

sed eneruantur in prorsus cludunt. Et si enim verbo tenuis fatentur nos sine Christo nihil posse, aliquid tamen facultatis suppetere nobis somniant, quod per se quidem non sufficiat, Dei tamen gratia adiutum cooperetur. Neque enim hominem ita exinaniri sustinent, quin aliquid ex se conferat. Verum tam clara Christi verba eludente non ita promptum est. Tale est Papistarum commentum, Nos sine Christo nihil posse, ab eo tamen adiutor, habere aliquid ex nobis propter eius gratiam. Christus vero contra pronuntiat, nos nihil posse ex nobis. Palms, inquit, frumentum non fert a se ipso. Ergo non tantum cooperatis sive grata auxilium hic commendat, sed nos penitus priuat omni virtute, nisi quam suppeditat ipse nobis. Ergo haec particula *Sine me sic resoluti debet, Non nisi ex me.* Sequitur aliud cauillum: palmitem enim obtendunt aliquid habere a natura; quia si alius surculus non frugifer in

vincam inferatur, nihil producet. Verum hoc facile dicitur: quia non differit Christus quid genuinum habeat palmes antequam viti adharet: sed intelligit potius, tunc nos denun incipere palmites fieri dum nos in ipsum coaliimus. Et certe Scriptura alibi ostendit, nos, antequam in ipso sumus, inutile & aridum esse lignum.

6. *Signis in me non manserit.*) Iterum proposta ingratitudinis poena, eos ad perseverantiam acut & solicitat. Est quidem hoc Dei donum, sed non est superflua ad timorem exhortatione, caro nostra exultans nos eradicet. *Arefere dicuntur* instar emortui fari enti qui a Christo refereti sunt, quia sicut initium vigoris ab ipso est, ita & continuus tenor. Non quod ex electis aliquem contingat inquam exsecari, sed quia multi hypocrita in speciem ad tempus florent & vident, qui postea in reddendo fructu spem Domini frustrantur.

7. *Si manseritis in me, & ve. bamea in vobis manserint, quod volueritis petetis, & fieri vobis.*
8. *In hic glorificatus est Pater meus, ut fructum meum ferat, & suis mei discipuli.*
9. *Quemadmodum dilexit me Pater, ego etiam dilexi vos: manete in dilectione mea.*
10. *Si precepta mea servaueritis: manebitis in dilectione mea: sicut & ego precepta Patris mei seruavi, & maneo in eius dilectione.*

11. *Hac loquutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis maneat, & gaudium vestrum complectetur.*

7. *Si manseritis in me.*) Quia sepe sentiunt fidelles se famelicos esse, & procul absesse ab illa opima pinguedine qua ad uberem fructum redditum sufficiat, ideo nominatum hoc additum est, quibuscumque rebus indigent qui in Christo sunt, paratum esse eorum inopie subsidium simulataque a Deo perierint. Valde utilis admonitio, nam vt nos in studio precandi exerceat Dominus, sepe esurire patitur: verum si ad eum confugimus, nunquam votis nostris deerit quin suppeditet ex sua inexhausta copia quicquid fuerit nobis opus. Quoniam dicit, *Si verba mea in vobis manserint,* significat nos fide in ipso radicem agere. Nam simulac discordum est ab Evangelij doctrina, Christus extra se queritur. Dum nobis concessum iri promittit siquid voluerimus, quid quis optandi licentia minime indulget, male enim consuleret Deus saluti nostrae, si ita facilem se nobis adeoque morigerum praaberet. Satis enim scitur quoniam propteroris votis vt plurimum lasciviant homines. Sed hic vota suorum restraining ad legem iurite precandi, que Dei acbitrio subiecti nostros omnium affectus: idque circumstantia loci confirmat. *Velle enim suos intelligit non diuitias, vel honores, vel aliquid simile, quod stulte expectare: sed vitalem Spiritus sancti succum quo fructificent.*

8. *In hoc glorificatus est.*) Confirmatio proximae sententiae. Nam minimè dubitandum esse ostendit quin exaudiat Deus suorum preces, dum se fructuosos reddi cupient: quia hoc maximè facit ad eius gloriam. Simil tamen ab hoc fine vel effectu bene agendi studium in illis accedit, quia nihil pluris nobis esse debet quoniam vt per nos illustretur Dei nomen. Eodem etiam pertinet posterius membrum, *Et suis mei discipuli:* quia prouunt neminem se habere in grege suo nisi qui in Dei gloriam fructificant.

9. *Quemadmodum dilexit me Pater.*) Longè aliquid maius voluit exprimere quoniam vulgo putent, nam qui cum hinc de arcano Dei Patris amo-

re, quo semper affectus fuit erga Filium, loqui putant, extra rem philosophantur: quum potius Christi consilium fuerit quasi in sinum nostrum deporre certum diuinum amoris erga nos pignus. Illa igitur argutia nihil ad praesente locum, Quomodo se Pater in Filio semper amauerit: sed amor cuius hinc fit mentio, ad nos referendus est: quia se diligi a Patre testatur Christus quatenus est Ecclesia caput, sicuti plusquam necesse nobis est, nam qui sine Mediatore querit quoniam a Deo auetur, labyrintho se implicat, in quo neque via neque exitum inueniet. Ergo in Christum coniiciendi sunt oculi, in quo reperietur expositum diuinum amoris pignus. Nam in illum prorsus effusus fuit Dei amor, vt ab ipso in membra deflueret. Hoc titulo insignitus fuit quod eset Filius dilectus in quo acquiescat Patris voluntas. Sed finis notandum est: vt Deus in ipso nos gratios habeat. Itaque paternum erga nos omnes Dei amorem in ipso, non secus ac in speculo, contemplari licet: quia non seorsum nec sua priuatione causa diligitur, sed vt nos secum Patri coniungat. *Manete in dilectione mea.*) Quidam ita exponunt quod Christus mutuum a discipulis amorem exigat. Melius alii, qui actiuē accipiunt dilectionem Christi. Nam amore quo nos semel complexus est vult nos perpetuo frui: ac propterea caendum esse admonet ne eo nos priuemus. Multi enim oblatam sibi gratiam repudiant: multi abiiciunt quod in manibus habebant. Ex quo itaque semel recepti sumus in Christi gratiam, videlicet est ne inde culpa nostra excidamus. Quod ex his verbis quidam inferunt, nihil efficacie esse in gratia Dei, nisi adiuvetur nostra constantia, fruolum est, neque enim concedo, Spiritum a nobis tantum exigere quae facultatis nostrae sunt, sed ostendere quid fieri oporteat: vt si nobis defunt vires aliunde petamus. Sicuti quoniam ad perseverantiam nos horatur Christus, minimè nostrō martyre & industria nitendum est: sed rogādus ipse qui præcipit, vt nos in sua dilectione confirmemus;

I N E V A N G E L I V M

158

Cap

XV.

Rom. 8.1.

10 *Si præcepta mea.)* Modum persecutantæ ostendit; si sequitur quò ipse vocat, nam, ut dicit Paulus, Qui in Christo sunt, non ambulant secundum carnem, sed secundum Spiritum. Hæc enim inter se perpetuò sunt coniunctæ, fides, que apprehendit gratuum Christi amorem, & bona conscientia vitaque nouitas. Et certè non reconciliat Christus Patri fideles ut impunè latcuiant, sed ut Spiritu ipsos suo gubernans, sub Patris manu & imperio continet, unde sequitur, obiicere Christi autem nisi qui vera obedientia probant se eis esse discipulos. Siquis obiciat, pendere igitur à nobis salutis nostræ firmitatem: respondeo perperam trahi in illam partem Christi verba: quia obedientia quam illi præstant fideles, non tam causa est cur sum erga eos amorem continet quam amoris effectus. Vnde enim fit ut vocationi sue respondeant nisi quia Spiritu gratuita adoptionis aguntur? sed videtur nimis ardua conditio nobis imponi, ut Christi præcepta seruimus, quibus continetur exacta iustitia perfectio, quæ modum nostrum longè superat. nam inde conficitur, irritum fore amorem Christi nisi angelica puritate prædicti simus. Solutio facilis est, nam quum de studio regiè sancteque viuendi agit Christus, quod in sua doctrina præcipuum est caput minime excludit, nempe de gratuita iustitia imputatione, qua fit ut per indulgentiam venire Deo placeant nostra officia, que nūtilia per se & impura reiici merebantur. Consentur itaque fideles seruare Christi præcepta quum hue suum studium applicant, etiam si longe à meta distent: quia soluti sunt ab illo rigore Legis, Maledictus omnis qui non impluerit omnia, &c. *Sicut & ego præcepia.* Sicut in Christo electi sumus, ita in eo nobis ad vitum expressa est vocationis nostra effigies. Itaque meritò se hic exemplar proponit, ad cuius imitationem se p̄ij omnes conformant. In me, inquit, reluet eorum similitudo quæ à vobis postulao. videlicet enim ut verè Patri meo addicctus sim in obsequium, atque in hoc cursu pergam.

Domi. 27.
26.

Ipse vicissim non me ad momentum aut breve tempus dilexit, sed perpetuus est eius amoris erga me tenor. Hæc conformitas capit's & membrorum semper ante oculos habenda est, non tantum ut se ad Christi exemplum formare fludente fideles: sed ut confidant Spiritu eius se quotidie in melius reformatumiri, ut ad finem usque ambulet in nouitate virtutis.

11 *Hæc loquutus sum vobis.)* Subiicit, amore suum minime ignorum esse piis, sed fidei sensu percipi, ut beata pace fruantur conscientiae. Nam gaudium cuius meminit, ex pace illa nascitur quæ habent cum Deo quicunq. gratis iustificati sunt. Quoties ergo paternus erga nos prædicatur Dei amor, sciamus veri gaudij matrem nobis eri, ut tranquillis conscientiis de filiis nostra certi simus. Porro *Gaudium* vocatur Christi & nostri, diuerso respectu: Christi est, quia nobis ab eo datur: ipse enim & author est & cuius. Causam esse dico, quia exempli sumus à reatu, dum correclio pacis nostra illi inposita fuit. Authoris simul voco, quia Spiritu suo metuens & alet, ac in cordibus nostris abscondit: unde emergit iherusalem hilaritas. Nostrum alia ratione dicitur, quia ipsi fruimur ex quo nobis datum est. Iam quem pronuntiet Christus se hæc ideo loquutus ut gaudium habeant discipuli, ex his verbis statuimus, quicunque in hac concione ritè profecerint, habere in quo acquiescant. *Manendi* verbo significat non caducum aut temporale esse gaudium de quo loquitur: sed quod nunquam excidat vel effluat. Quare discamus querendam in Christi doctrina salutis fiduciam, quæ tam in vita quam in morte vigeat. *Gaudium vestrum completem sit.* Addit solidum hoc & plenum gaudium fore: non quod omni proflus tristitia vacui sint fideles, sed quod exuperet gaudij materia, ut nullus inquam metus, nulla anxietas, nullus inceror eos absorbeat. Nam quibus in Christo gloriari datum est, illis neque vita, neque mors, neque vilæ miseria obstat, quoniam in tristitia insulfient.

12 *Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuidem sicut dilexi vos.*

13 *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut quis animam suam ponat pro amicis suis.*

14 *Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.*

15 *Posthac non dicam vos seruos, quia seruos nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos, quia quacunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.*

16 *Hoc est præceptum meum.)* Quum vitam nostram dirigere ad Christi præceptum conueniat, teneendum in primis est quid ipse velit ac mandet. Iam itaque repetit quod prius dixerat, sibi ante omnia placere ut fideles charitatem inter se mutuā colant. Præcedit quidem ordine amor ac reuerentia Dei: sed quia legitima eius probatio est charitas erga proximos, huius potissimum sit mentio. Porro sicuti nuper in generali doctrinæ obseruantia, ita nunc in specie exemplar nobis proponit quod sequitur: complexus est enim suos omnes, ut se mutuō foueant. Cur de amandis incredulis nihil hoc loco disertè præcipiat, proximo capite dictum est.

17 *Maiorem hac charitatem.)* Amoris erga nos sui magnitudinem interdum commendat Christus, quo melius salutis nostræ fiduciam stabilitat: nunc vero longius progrederit, ut nos suo exemplo ad fratres amandos inflammet. Vtrunque ta-

men simili coniungit, nam immensam suæ bonitatis dulcedinem vult à nobis fidei percipi, devante hac ratione ad charitatis studium nos allicit. Ita Paulus ad Ephesios 5.2. Au bulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorem suavitatis. *Poterat nos Deus verbo aut nutu redimere, nisi alter nostra causa visum esset, ut proprio & unigenito Filio non parcens, testatum faceret in eius persona quantani habeat salutis nostræ curam.* Iam vero plusquam ferrea aut lapidea corda esse oportet quæ non emolliet tan incomparabilis Divini amoris suavitatis. Quaritur tamen quomodo pro amicis mortuus fuerit Christus, quum hostes effemus antequam nos reconciliaret. Nam expiatis sacrificio mortis suæ peccatis, inimicities quæ inter Deum & nos erant deleuit. Huius quæstio is solutio ex tertio capite petatur, ubi diximus, respetu qui-

Et quidem nostri dissidium esse inter nos & Deum, donec morte Christi abolta sint peccata: ceterum huius gratiae que in Christo exhibita est, causam fuisse perpetuum Dei amorem, quo etiam hostes suos prosequebatur. In hunc quoque modum Christus vitam suam pro alienis exposuit, sed quos iam tunc ipse amat, mortem alias pro ipsis non subiit.

14 *Vos amici mei esatis.*) Non intelligit tantum nos honoris proprio aliquo merito consequi: sed tantum admonet, qua lege nos in gratiam recipiat, & censere inter amicos suos dignetur. quemadmodum nuper dixit, *Si praecepia mea seruaueritis, manecritis in dilectione mea.* Apparuit enim gratia seruatoris Dei, erudiens nos ut abnegata impietate & mundanis desideriis, castè & iustè & pietate in hoc seculo. Profani autem homines, qui impio Euangelij contemptu aduersus Christum lasciviant, eius amicitia renuntiant.

15 *Post hac non dicam vos seruos.*) Altero argumento sumus erga discipulos amorem demonstrikat quod scilicet peccatum le illis patet fecerit, quemadmodum familiaris inter amicos communicatio locuta habet. Ego, inquit, longe plus vobis detuli quam a mortalibus homo seruis suis solcat. Hoc ergo pignus sit ut his, inquit erga vos charitatis, quod comiter & amicè cælestis sapientia arcana, quæ ex Patre audieram vobis exposuit. Praclarum certe Euangelij encomium est, quod illic Christi cor habemus quodammodo apertum, ne dubius sit nobis vel obscurus eius amor. Non est quod su-

pra nubes transcendere, vel abyssos penetrare oportens ad petendam salutis nostræ certitudinem: sufficiat nobis hoc amoris testimonium quod in Euangeliō continetur: quia nunquam fallit. Dicebat Moses veteri populo, *Quæ tam inclita sub Deum gessit quæ Deum habeat appropinquantem sibi,* sicuti tecum hodie communicat Deus? Atqui magis excilit nostra nobilitas, ex quo Deus totum se in Filio effudit. Quo maior est eorum ingratitudo & perueritas, qui admirabilis Euangeli sapientia non contenti, superba libidine ad nouas speculations transviolant. *Quaecunque audiuntur.* Certum est non omnia quæ sciuntur Christus nota fuisse discipulis: nec verò fieri poterat ut ad tantam altitudinem pertingerent: & quoniam sic incomprehensibilis Dei sapientia, vincuque ad certam mensuram partitus est, quantum sat erat scientia. Cor ergo se omnia patescisse dicitur. Respondeo, hoc ad Mediatoris personam & officium restringi. Medium se inter Deum & nos constituit, qui ex arcane Dei sanctuario accepit quæ nobis de manu (quod aint) in manum tradiceret. Nihil ergo eorum quæ in salutem nostram erant, & quæ teire nostra referebat, omisit Christus apud suos discipulos. Ita quatenus ordinatus est Ecclesiæ magister ac docto runcius, nihil audiuit à Patre quod non fideliter suos docuerit. Tantum adhuc humile discendi studium ac docilitus, & sentientes non frustra Euangelium à Paulo vocari sapientiam quæ perfectorum reddat Coloss. 1. 27.

16 *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & constitui vos, ut eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat: ut quod peccaveritis à Patre in nomine meo, det vobis.*

17 *Hac precipio vobis, ut diligatis vos matiu.*

18 *Sicut mundus vos odit, scitis quod me priorem vobis odio habuit.*

19 *Si ex mundo essetis, mundus quod suum esset diligenteret: quia autem ex mundo non esis, sed elegi vos ex mundo, propter id vos odit mundus.*

20 *Mementote sermonis quem ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo: si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt.*

21 *Sed haec omnia facient vobis propter nomen meum, quia non nouerunt eum qui misericordia.*

16 *Non vos me elegistis.*) Clarius adhuc exprimit, non ipsorum merito, sed gratia sua debere ferri acceptum quod in tantum honorem peruerterint. Nam quoniam se electum fuisse ab illis negat, perinde hoc valet acsi dicere, quicquid habent, minime sibi propria arte vel industria comparasse. Vulgo mutuum quendam concursum fingunt Diuina gratia & humana voluntatis: sed ista antithesis, Ego vos elegi, non sum à vobis electus, insolidum vni Christo vindicat quod inter ipsum & hominem partiiri solent, acsi dictum est, non sponte moueri hominem ad querendum Christum, donec quæsusus fuerit. Non agitur hic quidem de communis piorum electione qua in filios Dei adoptantur, sed de particulari qua discipulos suos ad munus prædicandi Euangeli destinauerat. Verum si gratis nullo suo merito electi fuerunt illi ad munus Apostolicum, certum est multo magis gratuitam esse electionem qua ex filiis ira & semine maledicto efficiuntur vita æternæ heredes. Adde quod gratiam suam Christus, qua electi fuerant in Apostolos, sic commendat in hoc loco ut priorem illam, qua insiti fuerant in Ecclesia corporis, simul coniungat, imò generaliter quicquid in ipsis contum-

lcrat dignitatis, his verbis complectitur. Interim fateor de Apostolatu disertè tractari. Consilium enim Christi est incitare discipulos ad munus suum strenuè obeundum. Materia exhortationis sumit ex gratuito favore, quo ipsos dignatus fucrat. Nam quo magis obstricci sumus Domino, ad præstanta quæ requirit officia feruentiores esse decet: alioquin foeda ingratitudinis crimen effugere non licebit. Vnde apparet nihil esse quod nos acrius ad sancte p[ro]lequeviendi studium accendere debeat, quam dum agnoscimus Deo nos omnia debere, nihil nos habere proprium, tam initium salutis nostræ quam omnes quæ inde sequuntur partes fluere ex gratuita eius misericordia. Porro quoniam vera sit haec Christi sententia, inde clarè perspicitur quod eos sibi Christus Apostolos delegit qui omnium ineptissimi videri poterant. Quanquam in eorum persona perpetuum gratia sua monumentum extare voluit. Nam quemadmodum adinonet Paulus quis 1. Cor. 4. 7, hominum reperiens ad obeundam legationem idoneus qua sibi Deus humanum genus reconciliat? Inquit quisnam est mortalis homo, ut sustineat Dei personam? Solus ergo Christus est qui sua electione idoneos efficit. Ideo Paulus ap-

—
XV.

Ap. statum suum ex gratia dedit, Rom. 1.5. item ad Gal. 1.15. se ab vero matris segregatum fuisse commemorat. Inquit quoniam serui simus propterea inutiles, qui omnium praestantissimi videntur, ne minima quidem vocatio pares erunt, donec electi fuerint. Inter ea quo quisque ad altorem honoris gradum electus est, meminerit se magis Domino esse deum. *Confidite vos.* Electio occulta est donec re ipsa patet, quoniam munus homini iniungitur cui destinatus fuit: quemadmodum Paulus, eo quem nuper citato loco, postquam reculit se ab vero matris fuisse segregatum, postea subicit Apostolum se creatum esse quoniam ita visum est Deo. Sic & Dominus testator Ieremiam 15. sibi notum fuisse antequam esset in vetero matris, quem tamen ad munus Propheticum suo demum tempore vocat. Hieri tamen poterit ut quis rite formatus ad docendi munus accedat: immo hoc in Ecclesia ordinarium est ne quis vocetur nisi qui iam comparatus est ac instructus necessariis dotibus. Quod Christus se virtusque facit auctorem, nihil mirum: quandoquidem nonnulli per ipsum agit Pater, & ipse cum Patre agit. Ergo ambobus communis est tam electio quam ordinatio. *Vt eatis.* Nunc ostendit quorsum meminerrit sua gratia, ut eos scilicet alacriores ad opus redderet. Non otiosa erat dignitas Apostolatus, sed cum summis difficultatibus certare ipsos decebat. Stimulum ergo addit Christus, ne labores, molestias & discrimina refugiant. Hoc argumentum à fine sumptum est. Deinde ab effectu ratione natura Christus, quoniam dicit, *Et fructum afferatis.* Vix enim fieri potest ut serio quisquam & gaudenter operi incumbat nisi fructuorum laborem sperret fore. Ideo pronuntiat Christus conatus ipsorum non irritos fore nec inutiles, si modo prompti sint ad obsequendum. Neque enim hic tantum prescribit Apostolis quid ferat ac postulet eorum vocatio: sed ne languidi sint vel frigant, prosperum illis successum promittit. Vix dici potest quantum habeat momenti hæc consolatio aduersus tot tentationes que quotidie occurunt Christi ministris. Ergo quoties nobis videmur operata ludere, in memoriam hoc veniat, facturum tandem esse Christum ne ludicrum sit & inane quod conamur. nam tunc maximè locum habet promissio quoniam nihil fructus appetit. Hodie nascuti homines, & quicunque sapere mundo videntur, conatus nostros tanquam inconsideratos subfannant, quia fructus teneamus calum terræ misere: nam interea fructus votis nostris non responderet. Sed quoniam Christus ex aduerso pollicitus fuerit sequiturum operæ pretium, quod ad tempus latet, sedulò inter mundi ludibria in officio præstante laboremus. Quætitur iam quare fructum hunc perpetuum fore Christus dicat, quoniam dicit, *Et fructus vester maneat.* Quoniam Euangelij doctrina animas Christo acquirit in æternam salutem, multis videtur hac esse fructus perpetuitas: sed ego sententiam longius extendo, nempe quod ad finem vñque mundi statuta sit Ecclesia. Nam labor Apostolorum hodie quoque fructificat, & prædicatio nostra non vnius est seculi, sed Ecclesiam propagabit, ut post mortem nostram nouus prouentus emergat. Quoniam dicit, *Fructus vester,* perinde loquitur achi partus esset eorum industria: quoniam tamen doceat Paulus, eos qui rigant vel plantant nihil esse.

Et certè excellentius Dei est opus Ecclesiæ creationem quoniam vt eius gloria hominibus adscribi debet: sed quia virtutem suam exercit Dominus per manum hominum ne frustra laborent, soleret etiam in ipsis transferre quod sibi proprium est. Meminerimus interea tam benigne eum ornare filios discipulos ut eos amaret, non inflet. *Vt quicquid petieritis.* Hoc membrum non additum fuit ex abrupto, vt multis videri posset. Nam quoniam docendi proutencia longe superet hominum vires, accedunt innumeri Satanae insultus, qui nunquam sustineri possent nisi Dei virtute. Ergo ne deficiant animis Apostoli, Christus cum optimo sublido occurrit. achi diceret, Si vobis plus erit negotiū quoniam ut pares sitis ad excludendum munus vestrum, non debeat vobis Pater meus. Nam hac lege constitui vos Euangelij ministros, ut manum suam ad vos iuandos extentam habeat Pater, quoties in nomine meo petetis ut vobis opem ferar. Et certè quod plerique doctores vel per ignauiam flaccescunt, vel proflui concidunt desperatione, non aliqui contingit nisi quod in officio precandi torpent. Proinde hæc Christi promissio nos ad Deum inuocandum sollicitat. Nam quisquis agnoscet à solo Deo esse successum operis, cum timore & tremore suu ei laborem offeret: contrà verò, si quis industria sua confusus, Dei auxilium negligat, vel bastam & clypeum abiiciet vbi ad rem ventum fuerit, vel multum fatigando, nihil tamen proficiet. Porrè hic duo viae cauenda sunt, arrogantiæ scilicet ac dissidentiæ: quia sicuti Dei auxilium securè prætereunt qui putant se iam rem habere in manu, sic multi difficultatibus succumbunt, quia non reputant se Dei virtute & præsidio pugnare, sub cuius auspiciis militant Ecclesiæ ædificium.

17 *Hac præcipio vobis.*) Hoc quoque tempestivè additum est ut scirent Apostoli in primis requiri inuocari inter ministros dilectionem, quo Ecclesiam Dei concordia studio adficent. Nullum enim maius impedimentum quoniam dum seorsum quisque laborat, nec in communione singuli operas suas conferunt. Nisi ergo fraternali inter se societatem colant ministri, fieri poterit ut aliquas erigant moles, sed disperas: nullum interea erit Ecclesiæ ædificium.

18 *Si mundus vos odit.*) Postquam Apostolos armavit Christus ad pugnam, simul etiam ad patientiam hortatur, neque enim promulgari potest Euangelium quin protinus mundus insaniat, quare nunquam fieri poterit ut mundi odia effugiant pīj doctores. Hoc maturè prædicti Christus, ne illis contingat quod tyronibus solet, qui propter imperitiam hostibus nondum visis audaces, vbi ad pugnam ventum est, expaescunt. Nec tantum ideo præmonet suos Christus, ne quid illis nouum vel inexpectatum accidat, sed eos simul confirmat suo exemplo. Neque enim æquum est, quoniam ipse exodus mundo fuerit, nos qui eius sustinemus personam, mundum (qui semper sui similis est) habere propitium. Verbum *vñrum* in modo indicatiuo vertere malui, quoniam si quis imperatiuum malit, non repugno: quia sensus non mutatur. Plus est difficultatis in voce quæ proximè sequitur, nam quoniam se *Priorem* discipulis vocat, tam ad tempus quoniam ad dignitatē referri hoc potest. Prior expositiō magis recepta est, nempe quod Christus ante Apostolos

odio habitus fuerit à mundo, verum secunda inihi magis probatur, quod quum Christus, qui longe praecepsit, non tamen immunis fuerit ab odiis mundi; eadem conditio à ministris non recusanda sit. Eadem enim loquutio est cum ea quam pri mo capite bis habuimus, Qui post me venit, miseri

Iohann. 27. & 30. prælatus est quia prior me erat.

19 *Six mundi effus. Alia consolatio, quod ideo mundo sunt exosi quia ab eo segregati sunt. Hæc autem vera est coru scelitas & gloria: quia hoc modo ab exitio excepti sunt. Eligere hic segregare significat. Iam si electi fuerint ex mundo, sequitur eos suissimū partem, solaque Dei ministercordia discerni à reliquis qui pereunt. Ceterum Mundus nomine omnes qui spiritu Dei regeniti non sunt hoc loco Christus designat, nam Ecclesiastim mundo opponit, ut plenus videbimus cap. 17. Neque tamen cum hac doctrina pugnat illa Pauli exhortatio, *Pacem habete cum omnibus quantum in vobis est. Nam quæ additur exceptio tantum valet acsi dicere, Videndum esse quid nobis licet & fas sit: ne quis placendi studio mundi corruptilis indulget. Verum potest adhuc alia obici questione, nam sceleratos qui ex mundo sunt, vulgo non odio tantum habent certius, sed exortatione esse, hic certè mundus non diligit quod suum est. Respondeo, terrenis hominibus qui agunt pro sensu carnis sua, nunquam vere odio esse peccatum: sed tantum quatenus propri commodi vel danni cura eos afficit. Quanquam Christi consilium non fuit negare quin mundus inter se discordiis feruerait, & intra se tumultueretur: tantum ostendere voluit, mundum non nisi quod Dei est in fidelibus odio habere. Atque hinc quoque liquet quam stulte diligenter Anabaptista, qui hoc vno argumento colligunt se Dei esse seruos, quia maiori hominum parti displicant. Præputa est enim exceptio, quod multi qui ex mundo sunt, quos scilicet delectat foeda rerum omnium confusio, eorum doctrinæ faueant: multi item ex mundo eam oderint, quia politicum ordinem cu-**

piunt manere saluum.

20 *Memento sermonis. Posset etiam indicatio modo legi, Memores effisi: sed sensu non admodum diceret. Imperatus tamen modus, ne eo iudicio, melius congruit. Est autem confirmatio proxima sententia, vbi dicebat Christus se mundo exosum fuisse, qui tamen discipulis erat præstantior, neque enim aquam est ut potior sit sermni conditio quam domini. Potro vbi de personis loquutus est, mentionem etiam doctrina facit, nihil enim pius magis conturbat quam dum doctrinam quæ Dei est, superbe ab hominibus contemni videntur. It enim portentum horribile, cuius aspectus fortissimum quodque pectus labefactare posset. Sed dum ex alia parte succurrat ipsum Dei Filium non minus contumaciter experunt esse, non est quod niremur doctrinam Dei tam parum habere inter homines reverentia. Quod *Sua & illorum doctrinam* dicit, ad ministerium referuntur. Unicus est Ecclesie magister Christus: sed doctrinam suam, cuius magister pro us fuerat, voluit deinde per Apostolos suos prædicari.*

21 *Sed haec omnia. Quia prodigiosus est mundi furor, dum ita in suis suis doctrinam infatuatur, causam affect Christus quod circa ignorantia scaturit in suam perniciem, nemo enim ex professo contra Deum in bellum insurgeret, exercitus ergo est ac ignoratio Dei quæ mundum rapit ut bellum inferre Christo non dubitet. Semper ergo habenda est causa ratio: nec alibi vera constat latu est quam in testimonio bona conscientia. Hinc etiam gratitudinem erigendi sunt animi: quod dum in excitate sua mundus perit, Deus nos sua luce dignatus est. Interea tenendum est, Christi odium ex stupore mentis provenire, quum Deus non cognoscitur. Nam (ut saepe dico) causa est incredulitas: non quod nihil intelligent vel sentiant impij, sed quia confusus est quicquid habent notitia, & statim euangelit. Qua de realibi copiosius tractauit.*

22 *Si non venissem, & loquutus fuisset ei, peccatum non haberent. nunc autem excusationem non habent de peccato suo.*

23 *Quime odit, Patrem quoque meum odit.*

24 *Si opera non fecissem inter eos quæ nemo alijs fecit, peccatum non haberent: nunc autem Psal. 35. 19 & viderunt, & oderunt tam me quam Patrem meum.*

25 *Sed ut impletatur sermo scriptus in Lege eorum, Quod oderunt me gratis.*

26 *Quum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, ille testificabitur de me.*

Vet. testes effici. 27 Et vos etiam testimonium redditis, quia ab initio estis mecum.

22 *Si non venissem.) Quod Iudeos dixerat odio prosequi Euangeliū, quia Deum non cognoscerent: nequis hoc valere putaret ad leuan dam eorum culpam, subiicit eos malignè cæcūtare: quemadmodum si quis claudat oculos ne lucem aspicere cogatur. Nam aliqui obiecta fuissent Christo, Si Patrem tuum ignorant, quid sit ut eorum errori non succurras? cur non saltē tentasti an proflus essent indociles, nécne? Respondet se boni ac fidi doctoris officio perfunditum esse, sed sine profectione: quia eos malitia ad sanam incitatem redire passa non fuerit. Porro sub illorum persona tetrorem incutere omnibus voluit, qui Dei veritatem vel sibi oblataam refuerint, vel cognitam volentes oppugnant. Etsi autem illos*

tetrabilis manet Dei vindicta, Christus tamen suos discipulos hic magis respicit, ut certa victoria fiducia eos animet, ne quando succumbant impiorum malitia, nam vbi talis auditus fore exitum, iam quasi in media pugna triumphum agere licet. *Peccatum non haberent.* Videatur inuenire Christus his verbis, solam incredulitatem peccatum esse: & sunt quibus ita videtur. Augustinus quidem magis sobrietate, sed tamen ad eum sensum accedit, nā quia fides remittit & delet omnia peccata, dicit unum esse incredulitatis peccatum quod damnet. Verè hoc dicitur: quandoqñdē non modo obstat incredulitas ne eximantur homines à mortis reatu: sed fons & causa est malorum omnium. Ceterum tota illa disputatio nihil ad præsentem

IN E V A N G E L I V M

162.

Cap.
XX.

locum facit. neque enim generaliter accipitur peccati nomen, sed pro circumstantia causa quæ tractatur, acsi diceret Christus nullo modo excusabile esse eorum ignorantiam, eo quod in sua persona malignè Deum respūscent. quemadmodum si in fontem, iustum ac purum vocemus quem non nisi ab uno crimen absoluere volumus, cuius reus erat. Ad unam ergo peccati specimen restringitur ista Christi absolutio: quia in Euangelij contemptu & odio Iudeis ignorantia praetextum rollit. Exoritur tamen adhuc nona questio, Annon ante Christi aduentum satis fuerit incredulitas ad damnandos homines. Et sunt fanatici homines qui ex hoc loco perperam colligunt, quicunque ante Christi aduentum mortui sunt extra fidem, dubio suspensi que in statu fuisse, sedone illis se Christus manifestauit. Quasi verò non extent complures Scripturae loci qui solam conscientiam illis ad reatum fatis fuisse testantur. Mors, inquit Paulus, iisque ad Mosen regnauit in mundo: Et alibi peritores sine Lege tradit qui sine Lege peccauerint. Quid igitur libi vult Christus? Certe concessio est in istis verbis, qua significat nihil amplius restare Iudeis quod obtinat ad levandum culpam, ex quo scientes & volentes oblatim sibi vitam repulerant. Ita excusatio quam concedit illis, non absoluunt penitus, sed tantum sceleris grauitatem extenuat: iuxta il-

Rom. 5.14.
Ibidi. 1.12.

Lue. 12.47 Iud, Scruus sciens voluntatem Domini sui, & spernens, grauius vapulabit. Neque enim Christi consilium fuit, veniam aliis promittere, sed hostes suos, qui consumaciter Dei gratiam reiecerant, tenere coniunctos: quo palam constaret omni veniam & misericordia indignos esse. Notandum autem quod non loquitur de nudo suo aduentu, sed qui cum doctrina coniunctus fuit. Neque enim ob solam corporis præsentiam tanto crimen obstricti fuissent: sed doctrinæ contemptus eos prorsus inexcusabiles reddidit.

23. *Qui me edat.* Insignis locus, quo docemur neminem odio habere Euangelij doctrinam quam suam aduersus Deum impietatem prodat. Aliud quidem in multi ore pra se ferunt: nam quum ab Euangelio abhorreant, volunt tamen videri optimi Dei cultores. sed negantur: intus enim latet Dei contemptus. Ita sit ut doctrinæ sue luce Christus multorum hypocrisia detegat. Quia de re plura cap. 320. diximus, in illum locum, Qui maiè agit, dicit luce. Item cap. 23. Qui non honorat Filium, neque Patrem honorat.

24. *Si operam non fecissi.* Operum nomine complicitur, meo iudicio, quacunque Diuinæ sua glorie specimina edidit. Nam & miraculis, & Spiritus sancti potentia, & alius documentis clare probatur se esse Dei Filium: vt in eo conspicua esset vnigeniti maiestas, sicuti capite primo habuimus. De miraculis obici solet, nec plura nec maiora ab eo facta esse quam à Mose & Prophetis. Nota est solutio, hac ratione excellere Christum in miraculis quia non minister duntaxat, vt reliqui, sed proprio author fuerit, suo enim nomine, suo imperio, sua virtute visus est ad edenda miracula. Ceterum, vt dixi, in genere comprehendit omnia celestis & spiritualis potentias testimonia, quibus illustrata iuri eius Diuinitas. *Viderunt & oderunt.* Concludit non posse tergiuersando effugere hostes suos, quandoquidem virtutem spreverint quam profus Diuinam esse constabat, suu-

enim numen palam Deus protulerat in Filio. quare hultra dicturi erant sibi duntaxat cum homine mortali fuisse negotium. Locus hic admetnet ut ad consideranda Dei opera attenti simus: in quibus dum exerit virtutem suam, debitum sibi honorem haberi vult ac deferri. Vnde sequitur, ingratos aduersus Deum esse & malignos qui cuncte eius dona obscurant, vel contemptum pretereunt.

Scit ut compleatur.) Quod præter naturam est, videtur incredibile, atqui nihil minus rationi consentaneum quam Deum odisse: ideo dicit Christus, tanta malitia infectos esse eorum animos, ut gratis oderint, quo ipsorum scelus amplificat. Citat autem Christus locum ex Psal. 35. 19. quem dicit nunc compleri: non quod iam idem prius Davidi non accidisset: sed ut obstinatam gentis malitiam perstringat, quæ per continuas ætatum series ab atavis ad abnepotes transfinifera, sine fine regnabat, acsi diceret nihil ipsos meliores esse patribus qui Davidi sine causa infesti fuerant. *Legis* nomine Pslalmos designat: quia tota Prophetarū doctrina nihil aliud erat quam Legis appendix. & scimus Mosis ministerium ad tempus usque Christi durasse. Ipsorum porrò Legem vocat, non honoris causa, sed ut acris pungantur familiariter eloget: acsi diceret, Legem habent quasi haec editario iure sibi traditam, in qua mores suos graphicè depictos vident.

26. *Quiam autem.*) Postquam ostendit Christus Apostolis non minoris debere esse Euangelium, quia multis habeat aduersarios etiam in Ecclesia ipsam: impio illorum furori Spiritus testimoniū opponit, quo suffulte eorum conscientiae nunquam labascant. acsi diceret, Sæuerit quidem mundus contra vos, aliis ludibrio erit veltra doctrina, alii eam exercrabuntur: sed nulli erunt tam violenti motus qui fidei vestrae firmitatem labefactent, ybi Spiritus sanctus vobis datus fuerit, qui suo testimonio vos stabiliat. Et certè hoc unum est nostrum præsidium, quum mundus vndique tumultuatur, quod Dei veritas per Spiritum sanctum in cordibus nostris obsignat, quicquid in mundo est, infra se despicit. Nam si ebnoxia est et hominum iudicis, centies quotidie fidem nostram obrui contingeret. Ergo diligenter notandum est ubinam inter tot varias agitationes cōsistere nos oporteat, nempe quia non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritū qui ex Deo est, ut scimus quæ à Deo nobis donata sunt. Vnde ille tellis jötenter discutit, dissipat, euerit quicquid ab hoc mundo in altum attollitur ad obscurandom aut perfundādum Dei veritatē. Quicunque hoc Spiritu prædicti erunt, ad eum periculum non est ut propter mundi odia vel contemptū animum despondeant, vt vnu quilibet eorum futurus sit totius mundi victor. Interea cauendum est ne ab hominū respectu pœdeamus. Quandiu enim ita vagabitur fides, iniō simulac ex Dei sanctuario egressa fuerit, miserè fluctuare necesse est. Ergo ad interitus & arcuum Spiritus testimonium reuocāda est, quod sibi ē caro datum esse norunt fideles. Testiri autem dicitur Spiritus de Christo, quia fidem nostrā in eo solo retinet ac sifist, ne vilam salutis partem alibi queramus. Vocat rursum Paracletum, ut eius patrocinio freti nunquā trepidemus. velut enim Christus hoc elogio fidem nostram munire, ne vallis temptationibus succumbat. Præsenti etiam circun-

circumstantiq aptandu[m] est quod vocat Spiritum veritatis. subjudienda est enim antithesis, quod extra hunc testem variè circunferant homines, nec usquam solidè residant: vbi cunque autem loquitur, omni dubitatione & fallacia metu liberet honinum mentes. Quod dicit Se a Patre missarum, & rursus A Patre procedere, ad augendu[m] autoritatis pondus facit, neque enim contra tam validos insultus, contra tot ac tam impetuofas machinas sufficeret Spiritus testimonium, nisi persuasi essentia à Deo profectum esse. Christus ergo est qui Spiritum mittit, sed ex cœlesti gloria: ut sciamus non humanum esse donum, sed certum diuinę gratię pignus. Vnde appetet quām fruola fuerit Græcorū argutia, quād horū verbōrū pretextu Spiritū à Filio procedere negarūt. Patrem n. suo more Christus hic nominat, ut ad diuinitatem suam intuitum atollat nostros oculos.

27 *Et vos testimoniu[m] redditis.*) Significat Christus nō fore eiusmodi Spiritus testimoniu[m], quod priuatum sibi habent Apostoli, & quo soli fruantur: sed quod latius se per ipsos diffundat: quia futuri erat Spiritus organa, sicut loquutus est ipso-

rum ore. Vidēmus iūc quomodo ex auditu fiducie, & tamen suam certitudinē habeat a filio & artha Spiritus. Quib[us] nō fatis nota est humai[n]itatis caligo, si tñē naturaliter ex soli predicatione concipi existimāt: contrā verò pleris, fanaticis fordet externa predicatione, dum magnifice arcanas reuelationes & ceteras pauci spirant, atqui vidēmus vt duo hęc simul Christus cōiungit. Tamē ethi igitur nulla est fides donec mētes nostris illustret Dei Spiritus, & corda obſiget non tamē ex nobib[us], petendæ sunt visiones vel oracula: sed verib[us] quod prope nos cœlin ore nostro, & corde, len- Deut. 30. fus omnes nostros sibi deuinētos & in le defixos 14. habere debet, sicuti pulchrit̄ lesias, Hoc fecit Is[rahel] 59. 11 meū, inquit Dominus, Spiritus meus quem posui super te, & verba mea quae posui in ore tuo, non deficiēt, &c. Particula ista, Ab initio suscit mecum, ideo addita est ut sciamus plus fidei mereri Apostolos, quia oculati fuerūt eorum testes quę annūtiū: sicuti dicit Iohannes, Q[uod] audiuimus, quod vidimus, quod manus noſtræ palparūt Ita n. modis omnib[us] consolū nobis est. Dominus voluit, neq; ad solidā Euangelij approbationē decesset,

C A P. X VI.

- 1 **H**ec loquutus sum vobis ut ne scandalizemini.
- 2 **A**lienos à synagoga facient vos: sed venit hora ut quisquis vos interficerit, arbitre tur se cultum preflare Deo.
- 3 **E**t haec facient vobis, quia non nouerunt Patrem neque me.
- 4 **S**ed haec loquutus sum vobis, ut quum venerit hora, corum reminiscamini quod dixerim vobis. ^{Suprà, 15.}
- 5 **H**ec autem vobis ab initio non dixi, quia vobis cum eram.
- 6 **E**t nunc vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis?
- 7 **S**ed quis haec loquutus sum vobis, tristitia impletit cor vestrum.
- 7 **S**ed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.

1 *Hoc loquutus sum vobis.*) Rursus commemo rat nihil eorum quę dixit supervacuum esse: nam quum pugna & certamina eos maneāt, legitimis armis ante tempus suisse instruēdos. Interē verò significat, si hanc doctrinam probē meditata habeant, ad resiliendum pares fore. Ceterū quod tune Apostolis dixit, nobis quoque dictū esse meminerimus. Ac prīmō tenendū est, Christum non mittere in arenam suos inermes: id eo quod neminē in hac militia deficere nisi ignauia sua culpa. Nec verò expectandū est dū in rē p̄f sentent ventum fuerit: sed potius danda opera vt assuefacti his Christi sermonibus ac familiariter imbuti, pugnā quū opus erit capessamus. Neque n. dabitandū est quin victoria in manu sit quādiu iste Christi admonitiones penitus animis nostris infixae erunt. Nā quum dicit, *Ne scandalizemini*, significat minime esse periculū nequid nos à recto cursu auerterat. Sed hinc apparet quām pauci ritē hanc doctrinā discant, quod qui sibi vidētur eam extra teli iactū memoriter tenere, vbi conferere manus oportet, tanquā eius profusignari & rudes deficiunt. Sic ergo arma hęc nobis aptemus ne vñquam effluant.

2 *Alienos à Synagoga.*) Erat hoc non leue scandalum turbans eorum animis, quod tanquam scelerati homines ex piorū cœtu profligandi erant, saltem qui se populum Dei esse iactabant, ac gloriabantur Ecclesia titulo. Neq; enim

persequitionib[us] tan tūm, sed probris & ignominia obnoxii sunt fideles, quemadmodū dicit Paus[us]. Iubet tamen Christus etiam contra hunc insoltū firmos stare: quia priuati synagogis, nihilominus in regno Dei maneant. Sūma est, non debet nos frangi peruersis hominū iudicis quin fortiter subeamus crucis Christi et probrium: hoc uno contēti, quod cauſa nostra, quam indigna & perperam damnant homines. Vero probetur. Porro hinc colligimus Euangelij ministris nō tantum à profectis fidei heſib[us], male tractari, sed etiam summa ignominia intercedit ad, ut cipud eos qui doni eccl[esi]i Ecclesiæ videntur, immo etiam columna. Scribæ & Sacerdotes, à quib[us] dominati fuerūt Apostoli, diuinitus se cōstitueros esse Ecclesiæ iudices iactabant. & certè penes ipsos erat ordinariū Ecclesiæ regimen, & functione iudicandi à Deo erat, non ab hominibus: veūm sua tyrannide totū ordinē à Deo institutū corruperant. Ita fiebat vt potestas quę in xđificationem illis cōcessa fuerat, nihil aliud esset quam immunitas seruorum Dei oppresſio: excōmunicatio, quę medicina esse debuerat purgandæ Ecclesiæ, ad pietatē inde exterminandam conuersa foret. Id quum iam suo seculo experti fuerint Apostoli, nō est quod nos hodie magnopere tercent Papæ anathemata, quib[us] in nos propter Euangeliū testimoniu[m] fulminat, neque n. timendū est ne plus nobis noceant quām vetera illa Apostolis. Imo ni-

Cap.

XVI.

hil magis optandum quām vt alieni simus ab eo
cētu à quo Christus exultat. Interea notemus, tā
crasto excommunicationis abusu non fuisse ta-
men factum vt abolita fuerit disciplina quam ab
initio Deus in Ecclesia sua statuerat. Nam quām
in hoc totus sit Satan vt omnia Dei instituta adulteret, minimi illi cedendum est vt propter
corruptelas è medio tollatur quod Deus in per-
petuum fanciuit. Ergo excommunicatione nō ini-
nius quām Baptismus & Cœna Domini, correctis
vitiis in purum ac legítimum vslum reuocanda
est. Sed *veneri hora*. In scandalo illo adhuc inslītū
Christus, quād hoc sibi juris arrogant Evangelij
hostes vt se putent Deo sacras victimas offerre
quām fidèles occidunt. Iam per se durum est in-
noxies crudeliter vexari: fed longè acerbius ac
molestius est, iniurias quibus Dei filios afficiunt
impj, iustas censeri penas & delbras eorum fecer-
leribus: sed tantum nos præsidij in recta consciē-
tia statnere decet vt patienter ita nos ad tempus
opprimi feramus, donec apparet è celo Christus
cause nostræ & suæ vindictæ. Sed mirum est,
hostes veritatis, quām sibi male consej sint, non
modò sicut facere hominibus, sed etiam coram
Deo laudem ex iniusta saevitia sibi vendicare. Re-
spondeo, hypocritas, quantumvis eos coarguat
conscientia, semper tamen blanditias accersere
quib. se fallant. Ambitiosi sunt, crudeles, superbi:
sed prætextu zeli omnia hæc virtus regunt, quād
sibi in pñne indulgent. Accedit etiam furiosa
quædam ebrietas, postquam sanguine martyrum
fuerunt imbuti.

3 *Etsi hæc faciunt.*) Non frustra ad istam con-
siderationem subinde Apostolos reuocat Christus, vnam esse caufam cur ita in eos infiant in-
creduli, quia Deum ignorant. Neque tamen hoc
leuandæ eorum culpæ causa dicitur, sed vt cæcū
eorum furorem altis animis despiciat Apostoli.
Sæpe enim fit vt authoritas qua pollent impj, &
splendor qui in illis refulget, molestias concutiat
ac pias mentes. Contrà verò Christus sancta ma-
gnanimitate insuigere suos iubet, vt aduersarios
contemnant, quos error duntaxat & cæcū im-
pellit. Hic enim murus noster alienus, quā certò
perfusati sumus Deum à parte nostra stare: qui au-
tem nos oppugnant, ratione defirui. Caterim
his verbis monemur quām graue sit malum Dei
ignoratio, quæ facit vt ipsi quoque parcidæ lau-
dem & plusum sceleri suo caprent.

4 *Vt quām veneri hora eorum, remanscamini.*) Repetit quod iam dixerat, non esse hanc umbra-
tilem philosophiam, sed quæ ad praxin & vsum
apendit sitac sc̄e nunc de his rebus concessionari vt
re ipsa ostendat non frustra se fuisse edocētos.
Quā dicit, *Vt recordemini*, primò iubet repotita
elīcī in animis quæ audierunt: deinde quum vslum
postulabit, eorum esse memores, tandem signifi-

cat non parum in eo esse momenti quād vatici-
nia profert de rebus futuris. *Non dixi ab initio.*
Quām teneri adhuc & imbecilles essent Apo-
stoli, quandiu cum illis versatus est Christus in
carne, ipsi optimus & indulgentissimus magi-
ster peperit, neque paulus est ultra vires premi.
Ergo non magnopere tunc confirmatione opus
habebant, quām otium illis & innumeras à per-
sequutionibus deretur: nunc mutandam illis esse
rationem denuntiat, &, quoniam noua eos ma-
net conditio, simul hortatur vt se ad iustitiam
comparant.

5 *Nunc vado ad eum.*) Temperat optima
consolatione quem ex suo discfatu concipere
poterant dolorem: quod valde necessarium erat.
Qui hactenus m̄lliter habiti fuerant, vocaban-
tur in posterum tempus ad graves & arduas pu-
gnas. Quid ergo futurum erat nisi Christum feci-
rent in celo esse salutis suę præsidem? nam *Ad
Patrem ire* nihil aliud est quām recipi in cælestē
gloriā, vt summo imperio potiatur. Hoc igitur
illis tristis solarium ac remedium preponitur.
quād Christus corpore absens, sed cibitatem
ad Patris dexteram, vt sua virtute fideles
tueatur. Exterum duo hic virtus in Apostolos re-
prehendit, quod visibili carnis sua præfentis ni-
mis addicti erant: deinde quād ea sublata, nō cero-
re occupati non attolabant altius oculos. Idem
& nobis contingere solet. Christum enim sensi-
bus nostris semper affigimus, deinde si pro voto
non appetit, singimus nobis desperationis ma-
teriam. Videtur quidem falso Apostolos hoc ob-
iucci, eos *No regare quo abeat magister*, quā prius
ea de re anxie sc̄icitati essent, sed facilis est solu-
tio, sic ipsoz quæsiſſe vt animos ad fiduciam nō
attollerent, quod in primis fieri decebat. Sen-
sus ergo est, Audito meo discfatu expauescitis,
neque enim reputatis quād discedam, vel in quem
finem.

7 *Sed ego veritatem.*) Utilem fore absentiam
suam testatur, vt desinat velle ipsum habere o-
culis præsentem: & speciem inrisuorū adhibet.
Quia enim carnales sumus, nihil difficultis est
quām præficerum: hunc affectum ex animis no-
stris renellere, quo Christum è celo ad nos de-
trahimus. Hanc verò vilitatis speciem exprimit,
quād non aliter Spiritu sancto donandi erant,
nisi ipse mundum relinqueret. Longè autem vti-
lios ac magis experienda Christi præfentia qua
per Spiritus sui gratiam & virtutem se fruendum
nobis præbet, quām si nobis ante oculos adesset.
Neque hic mouenda est quæstio, annō potuerit
Spiritum Christus elicere quām in terris ageret.
nam pro confessio sumit Christus quicquid à Pa-
tre decreatum est. Et certè vbi semel ostendit
Dominus quid fieri velit, stulta est ac nōxia de
possibilitate disputatio.

8 *Et quām venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio:*

9 *De peccato quidem, eo quād non credunt in me:*

10 *De iustitia autem, quia ad Patrem meum vado, & amplius non videbitis me.*

11 *De iudicio autem, quia princeps mundi huius indicatus est.*

12 *Adhuc multa habeo vobis dicenda, sed non potestis nunc portare.*

13 *Quām autem venerit ille, nempe Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem.*

*Neque enim loquetur à seipso, sed quecumque audierit, loquetur: & que euentura sunt, annun-
tiabit vobis.*

14 *Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.*

8 *Quum venerit ille.*) Omissa expositionum varie atque quam nobis peperit loci obscuritas, tamē afferam quod mihi videtur ex genuino esse Christi sensu. Promiserat Spiritū suū discipulis, nunc doni præstantiam ab effectu commendat quia Spiritus hic non eos modo privatim reget, sustinebit, ac tuebitur: sed vim suam & efficaciam latius diffundet. *Arguet mundum*, inquit, hoc est, non manebit inclusus in vobis: sed potentia eius se à vobis proferet in totum mundum. Spiritum ergo illis promittit qui futurus sit iudex mundi, & per quem coram predicatione adeò viua ethicāque futura sit, vt in ordinē cogat qui prius effrenī licentia exultates nullo metu nec reuerētia tenebatur. Notandum autem est, Christum non de arcis revelationib. hic loqui, sed de Spiritus virtute que in externa Euāgelij doctrina & hominū voce apparet. Vnde enim fit vt in animos penetret vox hominis, radicē illuc agat, fructificet denique, ex lapideis cordibus carnea faciens, & innuās ipso homines, nisi quia Spiritus Chri-

2. Cor. 3. &c. si eam vivificat? Alioqui ceteri mortua littera & inanis sonitus: quemadmodum pulchre docet Paulus, 2. Corinth. 3. vbi se ministrum Spiritus esse iactat, quia Deus potenter in eius doctrina operabatur. Sensus ergo est quū Spiritu donati fuerint Apostoli, cœlesti ac diuina virtute instructos fore, qua iurisdictionē in toto mundo exerceant. Ceterum hoc Spiritui potius quam ipsis tribuitur, quia nihil habebunt proprię potestatis, vt pote qui ministri tantū erunt & organa: folus autem Spiritus in illis præsidebit. Sub Mundis nomine tam eos qui verē conuentendi erant ad Christum quā in hypoçritas & reprobus comprehendendi existim. Duobus enim modis homines arguit Spiritus in Euāgelij prædicatione, quidam enim serio tanguntur vt sponte se humiliant, sponte iudicio subscrivant quo damnantur. Alij eti⁹ convicti reatum non posunt effugere, non tamen ex animo cedunt, nec se submitunt in ius ac ditionem Spiritus sancti: quin potius subacti intus fremunt, & confusi non desinunt tamen intus contumaciam alere. Nunc tenemus quomodo Spiritus mundum arguere debuerit per Apostolos: nempe quia iudicium suū Deus in Euāgelio patefecit, quo perculsa conscientię mala sua & Dei ipsius gratiam lentire cœperunt. Nam verbum *λόγος* pro Conuincere hic accipiter. Atque ad huius loci intelligentiam non parum lucis aferat quod habetur. 1.

1. Cor. 14. vbi sic Paulus, Si prophetent omnes ingrediantur autem incredulus vel idiota, arguitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus: & sic occulta cordis eius manifesta fiunt. Proprię illuc Paulus de vna arguendi specie agit, quum scilicet Dominus electos suos ad penitentiam adducit per Euāgelium: sed hinc dilucidē patet quomo do Spiritus Dei in sonitu vocis humanae homines prius iugo non assuētos imperium suum agnoscere & subire cogat. Quæritur nunc in quē finem hoc Christus dixerit. Nonnulli causam odij cuius meminerat notari putant: acsi dicerer, ideo fore infensos mundo quia Spiritus viciissim per illos mundum vrgebit. Sed ego aliis potius subscribo, qui diuersum fuisse Christi consilium tradunt, sicuti iam initio attigi. Magni enim in-

terfuit vt.

ritus donum. Apostoli non vulgare forte Spīgularis ergo ciū. illis promissum fuerat. Sim Deus hoc modo trilemma describitur, quod dum totum orbem. I suum erigat ad iudican-

9 *De peccato quidem.*

stat quid sit *De peccato arguē* videndum reinfidelitatem facere solam peccatū detur Christus varie ab interpretibus torqueatur, usam: idque modum prefatus suū non referam (quemadmodum singuli doccent vel sentiant. Primo notandum ē*iudicium* Spiritus à demonstratione peccati ī*cōdūcere*, hoc enim spiritualis doctrinā exordium ē*i*. Homines in peccato genitos nihil in se habere nisi peccati materiam. Porto infidelitatis memini Christus, vt ostenderet qualis in fessit hominum natura. Nam quia vinculum quo se nobis vnit, est fides, donec in ipsum credamus, extra eum sumus, ab eo diuisi. Tantudem igitur valent haec verba acsi dixisset, Spiritus quām venerit, ostendet ac conuincet, extra me regnare in mundo peccatum. Proinde hic nominatur infidelitas, quia nos separat à Christo, atque ita facit vt nihil praeter peccatum nobis relinquatur. In summa, damnatur his verbis nature humanae corruptio & prauitas, ne puremus vel guttam vnam rectitudinis sine Christo nobis inesse.

10 *De iustitia.*) Genenda est graduum series quam ponit Christus. Mundum nunc dicit argendum de iustitia. neque enim iustitiam esurient ac sient homines: inq. cum fastidio respuent quicquid de ea dicetur, nisi tacti fuerint sensu peccati. Præsternit de fidelibus sic habendum est, non posse eos in Euāgelio proficer, nisi primū humiliati fuerint: quod fieri non potest nisi peccatis agnitis. Proprium quidem est Legi inunus conscientias vocare ad Dei iudicium, & terrore vulnerare: sed rite Euāgelium prædicari nequit quin à peccato in iustitiā, & à morte in vitam deducat. Proinde necesse est vt à Lege mutetur primum istud membrum de quo loquutus est Christus. Ceterum iusticiam hic intellige quā nobis per Christi gratiam comunicatur. Eam Christus statuit in suo ad Patrē ascensu: nec immorit, q̄o em iudicium enim (testē Paulo) esurrit propter iustificationem nostram, ita nunc ad dexteram Patris sedet, vt quicquid illi datum est potestatis exerceat, & sic impletat omnia. Denique è gloria cœlesti, iustitiae sua odore mundum perfundit. Spiritus autem per Euāgelium pronuntiat huc unum esse modum quo iusti cœlestanur. Ideo à conuictione peccati secundus hic gradus est, vt conuincat Spiritus mundum quānam vera sit iustitia: nempe quod Christus suo in cælum ascensu vita regnum constituit, & nūc sedet ad Patris dexteram vt veram iustitiam stabilitat.

11 *De iudicio autem.*) Qui *Iudicij* nomen pro damnatione accipiunt, ratione non parent: quia mox subiicit Christus, *Mundi principem esse iudicatum*. Mihi tamen videtur diuersus sensus magis congruere, nempe quod accensu Euāgelij luce patefaciat Spiritus, Christi victoria, qua Satanā imperium detinet, statum mundi rite & ordine fuisse compotūm. acsi diceret, Veram esse

istam instauracionem qua reformantur omnia, quum ipse Christus subacto & triumphato Sathan, solus regnum obtinet. Iudicium ergo rebus cōfusis & disipatis opponitur, vel (vt breuius dicā) Jamitheton est *m̄at̄ia*, acsi re studinē quis diceret: quo sensu frequenter sumatur in Scriptura. Sensus ergo est, Sathan in, quādū imperio potitur, nūcere omnia & turbare, vt fœda sit ac deiformis operum Dei confusio: sed ubi tyrannide sua exsurgit per Christum, tunc mundo reparato ordinem bene temp̄atum lucere. Ita mundū Spiritus de iudicio conuincit: hoc est, quod Christus deuictō iniuitatis principe, quæ prius collapsa erant & diuulsas, in ordinem restituit.

12. *Aduce multa habeo.* Non potuit tantum apud discipulos valere Christi concio quin sua eos ruditatis adhuc perplexos in multis teneret: immo vix tenui gauſi libabant quæ ipsos penitus reficere debebant nisi obſtitueret carnis imbecillitas. Fieri ergo non poterat quin sua inopie conscientiæ, metu & anxietate laborarent. Christus autem cum consolatione occurrit, quod accepto Spiritu noui & lōgē alij homines futuri sint. Quod igitur pares ferendo esse negat si plura & altioris illis dixerit, huc pertinet, ut spe melioris profectus crebit non desponteant animos. Meliori enim gratiam qua donandi erant, et præsen-
ti sensu non oportuit, quum tam procul à celo abessent. In summa, bono & forti animo esse iubet, quantumvis nunc sint debiles. Ceterum quia nulla preter doctrinam cultura erat in quam recumerent, admonet Christus se illam temperasse pro eorum modulo: sic tamen vt altior & verberior breui speranda sit, acsi diceret. Si nondū ad vos stabiliendos sufficit quod ex me audistis, tolerate paulisper: nam paulò post Spiritus magisterio edocit nihil amplius deerit. absulet ille quod rude adhuc in vobis est. Nunc queruntur quānam ista fuerint quibus discendis nondum idonei erant Apostoli. Papistæ, vt sua figmenta pro Dei oraculis obtrudant, hec loco improbè abutuntur. Christus, inquit, nouas Apostolis revelationes promisit. ergo in Scriptura subſtiteret non conuenit, suprà quām ille suos vocat. Primum, si cum Augustino loqui faciat, solutio ad manum erit, verba eius sunt: Quoniam tacuerit Christus, quis noſtrū dicat ista vel illa esse? aut, si dicere audeat, vnde probabit? quis tam vanus, aut temerarius qui, etiam si vera dicat, sine vlo diuino testimonio affirmet ea esse, quæ dicere tunc Dominus noluit? Verū certior nobis ad eos refellendos ex Christi verbis suppetit ratio. Perfectus veritatis magister dicit Spiritus, quem pollicitus est Apostolis Christus, quorū autem promisus est, nisi vt acceptabat eo sapientiam per manus tradiceret? Datus est illis Spiritus, quo duce & directore inuncto sibi officio defuncti sunt. Eos idem ille Spiritus *in omnem veritatem* perduxerat, quum doctrinæ suæ summam scriptis complexi sunt. Huic doctrina quifquis aliquid addendum putat, acsi inutila esset & semiplena, non modò Apostolos insimulat male fidei, sed in Spiritum blasphemus est. Si doctrina quam literis confignatur, à tyronibus adhuc & nouitiis profecta esset, non superuacua esset accessio: nunc verò quum eorum scripta quasi perpetua sint eius revelationis tabula quæ illis promissa & praestituta fuit, non potest sine atroci Spiritus iniuria quic-

illuceat nobis Deus, qui solus vita est: ubi autem illexit, quia fide eum possidemus, simul ingredimur in vita possessionem. Hinc sit ut eius cognitio vere & merito dicatur esse salutifica. Porro singulis ferè verbis suum inest pondus: neque enim quilibet hic notatur Dei cognitio, sed quæ nos in imaginem Dei transformat ex fide in fidem: immo eadem est cum fide qua insiti in Christi corpus, Diuinae adoptionis consortes & cælorum heredes efficiuntur. Quia autem non nisi in Christi facie cognoscitur Deus, qui viva est atque expressa eius imago, ideo dicitur, *Vt cognoscant te & Christum quem misisti.* Nam quid priore loco statuit Pater, non refertur ad ordinem fidei, quasi mens nostra Deo cognito ad Christum postea descendat: sed sensus est, Deum Mediatore demum interposito cognosci. Adduntur duo epitheta *Veri & Solutus*: quia necesse est primum ut Deum fides ab hominum vanis segmentis discernat, ac finis certitudine eum amplexa, nusquam fleatur aut vacillet: deinde ut statuens nihil esse in Deo multilium nec imperfictum, vno ipso contenta sit. Quod nonnulli ita resoluunt, Cognoscant te, qui solus es Deus, frigidum est, sensus ergo est, Solum te agnoscant pro vero Deo. Sed videtur hoc modo Christus libi abdicare Diuinitatis ius & nomen. Siquis respondeat, Dei nomen Christo similiter ut Patri aptandum esse, eadem de Spiritu sancto quæstio mouebitur. Nam si Pater tantum & I illius unus sunt Deus, ab hoc gradu depellitur Spiritus: quod perquam absurdum est. Solutione facilis est, sicut ad rationem loquendi attendat quam passim in Evangelio Iohannis tenet Christus, de qua iam suprà toties admonui lectores ut assuefcent debuerint. Christus in hominis forma apparens, sub Patri persona Dei potentiam, esplentiam & numen designat. Vnus ergo verus est Deus Christi Pater. hoc est, Deus ille qui pridem mundo Redemptorem promiserat, unus est. Sed in Christo referiatur Deitatis veritas & veritas: quia ideo humiliatus fuit Christus ut nos in alium eueheret. Vbi eo peruentum est, tunc Diuina eius maiestas se proferat: unci ipsé terus in Patre, & totus in eo Pater agnoscitur. In summa, qui Christum à Patre Diuinitate separat, eum nondum agnoscit qui solus est verus Deus: sed potius alienum sibi Deum fabricat. Ideo iubemus Deum cognoscere, & Christum quem misit, per quem velut porrecta manu nos ad se inquit. Quod videatur quibusdam iniustum esse si ob solam Dei ignorantiam percaen homines, inde fit quia non reputant penes solum Deum esse vitæ fontem, & quicunque ab eo alieni sunt vita priuari. Nam si ad Deum non acceditur nisi fide, infidelitas necessariò in morte nos detinet. Siquis obliuiscat, iustis aliqui & innocentibus fieri iniuriam si damnamur: responsio in promptu est, nihil in hominibus esse recti vel sinceri quidam in natura sua ma-

nent. Renouamur autem, teste Paulo, in imaginem Dei, per cognitionem. Nunc tria capita simul colligere operæ pretium est, quod Christi regnum, vitam & salutem afferat. Secundò, quod non omnes inde vitam percipiāt, neque etiam Christi officium sit vita omnibus dare, sed tantum electis quos eius tutelæ commisit Pater. Tertiò, quod hæc vita in fide posita sit, & ea dignetur Christus quos in fidem Euangeliū illuminat. Unde colliginus, non omnium commune esse illuminationis & cælestis sapientie donum, sed peculiare electi. Verum quidem est offerri Euangeliū omnibus, sed hic Christus arcanum & efficacem docendi modum commendat, quo soli filii Dei trahuntur ad fidem.

4. *Ego te glorificau.)* Hoc ideo dicit quia tum in eius doctrina, tum in miraculis innoverat Deus mundo. Hæc autem est Dei gloria, si agnoscimus qualem sit. Quam addit se perfectissime opus quod iniunctum erat, intelligit se defunctum esse toto vocationis sua cursu: illud enim maturum fuit tempus quo ipsum recipi deceret in cælestem gloriam. Nec tantum de munere docendi loquitur, sed alias etiam ministerij sui partes comprehendit. Nam etiā præcipuum caput adhuc restabat, nempe sacrificium mortis, quo expiatet omnium peccata: quia tamen iam aderat hora mortis, perinde loquitur aesi illam quoque subiisset. Hæc igitur summa est, ut à Patre mittatur in possessionem regni: quandoquidem consecro studio nihil amplius illi residuum esset nisi ut Spiritus virtute fructum & effectum omnium proferret quæ ex Patris mandato in terra gesserat, iuxta illum Pauli, *Exinanivit seipsum, forma serui accepit pectora extulit illum Pater, & dedit illi nomen, &c.*

5. *Gloria quam habui apud te.)* Glorificari apud Patrem optat, non ut Pater intus eum glorificet sine teste, sed ut receptus in cælum, magnificè illic amplitudinem suam ac potentiam exerat, ut illi omne genu flectatur, &c. Itaque particula *Apud Paren,* in priore membro, terteflri & caducæ gloriae opponitur: quemadmodum Paulus, quin dicit semel mortuum peccato, nunc Deo viuere, beatam immortalitatem exprimit. Postea declarat se nihil aduentum cupere, sed tantum ut appareat talis in carne qualis fuit ante conditum mundum: vel (si clarius malis) ut Diuina maiestas, quam semper habuerat, nunc resulget in Mediatoris persona & in carne hominis quam induerat. Insignis locus, quo docemur Christum minime esse nouitum vel temporalem Deum. Nam si eterna fuit eius gloria, ipse quoque semper fuit. Adde quod inter eius & Patris personam manifesta hic distinctio statuitur. Unde colliginus non modo æternum esse Deum, sed æternum quoque Dei sermonem, ex Patre ante secula genitum.

6. *Manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi ex mundo. tui erant, & mibi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt.*

7. *Nunc nouerunt quod omnia quæ dedisti mihi abs te, sunt.*

8. *Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi receperunt: & nouerunt verè quod abs te exiui, & crediderunt quod me miseris.*

9. *Ego pro ipsis rogo: non pro mundo rogo, sed pro iis quos dedisti mihi: quia tui sunt:*

10. *Et mea omnia, tua sunt: & tua, mea: & glorificatus sum in ipsis.*

11. *Et non amplius sum in mundo: ipsi autem in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte,*

Cap. serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut ^{ad}.

XVII.

6 *Manifestauit nomen tuum.*) Hic incipit Christus pro discipulis suis Patrem orate : & quo amoris affectu statim mortem pro ipsis obiturus erat : nunc commendat eorum salutem. Prima autem ratio commendandi est quod doctrinam amplexi sunt quae homines efficiunt verè Dei filios. Non desuit quidem Christo fides & diligentia qua omnes ad Deum vocaretur : sed in electis tantum utilis & efficax fuit eius labor. Communis omnibus fuit eius prædictio quae Dei nomen manifestabat : nec destituit etiam apud obstinatos gloriam eius asserere. Cur ergo se paucis tantum manifestasse dicit, nisi quia soli electi Spiritu intentus docente proficiunt? Collige ergo, non omnes quibus proponitur doctrina, vere & efficaciter doceris: sed quorum mentes illuminantur. Causam electionis Dei Christus assignat: quia non aliud discrimen ponit cur alii præteritis manifestauerit quibusdam Patris nomen, nisi quia sibi dati erant. Vnde sequitur fidem ex aeterna Dei prædestinatione manare, & ideo non omnibus promiscue dari: quia non omnes ad Christum pertinent. Quoniam addit, *Tui erant, & eos mihi dedisti*, primum his verbis notatur electionis aeternitas: deinde quomodo à nobis consideranda sit. Declarat Christus Dei semper fuisse electos. Eos ergo Deus à reprobis discernit non fide aut vlo mērito, sed mera gratia: quia dum maximè ab ipsis alieni sunt, pro suis tamen in arcano consilio reputat. Certitudo in eo consistit quod Filio tradit in custodiā quoscunque elegit, ne perirent. Et hoc coniūcere oculos oportet, vt certè teneamus nos esse ex ordine filiorum Dei, nam in se abscondita est Dei prædestination: in solo autem Christo nobis patet. *Sermonem tuum seruauerunt.* Hic tertius est gradus. Primus enim est electio gratuita: secundus autem, donatio illa qua trahimus in Christi tutelam. Recepit à Christo per fidem in ouile aggregantur. Reprobis effluit sermo Dei, sed apud electos radicum agit: vnde seruare eum dicuntur.

7 *Nunc non erit.*) Hic exprimitur quod in fide præcipuum est, dum ita in Christum creditur vt fides non subsistat in carnis aspectu, sed Diuinam eius virtutem concipiatur. Quoniam enim dicit, *Nouerunt abs te esse quecumque mihi dedisti:* in'elligit, fideles quicquid habent sentire cælestē cœleste à Diuino. Et certè nisi Deum apprehendimus in Christo, perpetuò nos vacillare necesse erit.

8 *Et ipsi acceperunt.*) Exprimit modum huius notitiae: quia traditam ab ipso doctrinam receperint. Sed ne quis doctrinam eius putaret humanam esse, vel in terra natam, Deum eius auctorem esse profiteatur, quoniam dicit, *Verba qua dedisti mihi, dedi ei.* Loquitur autem, suo more, in Mediatoris vel ministri persona, quoniam dicit se tantum docuisse quod à Patre accepterant. Nam quia humilis adhuc erat ipsis in carne conditio, & sub forma serui Diuina eius latebat maiestas, Deum potius sub Patris persona designat. Interca tenendum est quod initio testatus est Iohannes, quatenus Christus eternus erat Dei Sermo, vnum fuisse semper cum Patre Deum. Sensus est igitur, Christum fidem fuisse Dei rem apud discipulos, vt eorum fides non nisi in

vna Dei veritate fundata esset, quum Pater ipse in Filio loquutus fuerit. Ceterum inde receptio de quo loquitur, quia efficaciter per Spiritum manifestauit illis Patris nomen. *Et cognoverunt verè.* Idem quod prius attigerat, aliis verbis repetit, nam Christum exiisse à Patre, & suissi missum, tantudem valet atque illud quod præcessit, à Patre esse quæcumque habet. Summa est, fidem rectè debere Christum intueri: sed ita vt nihil terrenum vel contemptibile de ipso sapiat, sed sursum feratur ad Diuinam eius potentiam: vt certò statuat Deum & quicquid Dei est, perfectè in ipso se habere. Notandum etiam quod in priore membro *Cognoscendi* verbo vtitur: deinde *Credendi* verbum vturpat, nam ita admonet, nihil rite de Deo posse cognosci nisi per fidem: sed in ipsa fide tantum subesse certitudinis vt meritò scientia vocetur.

9 *Ego pro ipsis rego.*) Hæc tenus retulit Christus quod gratiam conciliare poterat discipulis apud Patrem: nunc precationem ipsam format, in qua ostendit nihil se petere nisi Patris voluntati consentaneum, quia Patri commendet duntaxat quos ipse ultra amat. Aperte enim se pro mundo orare negat, quia solicitus non sit nisi de proprio grege, quem ex manu Patris accepit. Posset tamen videri hoc absurdum, neque enim melior precadi regula inueniri potest quam si Christum ducem & magistrum sequanur. Atqui iubemur pro omnibus orare: deinde Christus ipse indifferenter postea pro omnibus oravit, Pater ignosce illis, quia neficiunt quid faciunt. Respondeo, preces quas pro omnibus concipiunt, restringi tamen ad Dei electos. Hunc, & illum, & singulos optare debemus salvos esse, atque ira complecti totum humanum genus: quia nondum distinguere licet electos à reprobis: interea tamen aduentum regni Dei optando, simul precamur vt hostes suos perdat. Hoc tantum interest, quod pro omnium salute oramus quos cognoscimus ad imaginem Dei esse creatos, & quibus nobiscum eadem est natura: eorum interitum Dei iudicio permitimus quos ipse reprobos esse nouit. Preceptionis autem quæ hic referuntur, alia fuit quædam specialis ratio, quæ in exemplum trahi non debet. Neque enim ex nudo tantum fidei & charitatis sensu Christus orat: sed a dyta celorum ingressus, ante oculos habet arcana Patris iudicia, quæ nos latè quandu per fidem ambulamus. Porro ex his verbis colligimus, Deum quos visum est sibi ex mundo deligere vita hæredes futuros, ac discriminare hoc non haberit ex hominum merito, sed ex mero illius beneplacito pendere. Nam qui in hominibus statuunt electionis causam, à fide incipient oportet. Difert autem pronuntiat Christus, Patris fuisse qui sibi dantur. Certum autem est ideo dari vt credant, & fidem ex hac donatione fluere. Si fidei origo est donatio ista, & eam ordine ac tempore præcedit electio: quid aliud restat nisi vt fateamur gratis eligi quos Deus è mundo vult scrutatos? Iam quoniam Christus pro solis electis oret, necessaria est nobis electionis fides, si salutem nostram Patrem velimus ab ipso commendari. Grauem ergo fidelibus iniuria faciunt, qui electionis notitiam delere conantur ex eorum animis, quod eos Christi suffragio priuant.

uant. Refellitur præterea his verbis peruersus eorum stupor qui electionis prætextu fæc ignauia dedunt, quum potius acuere in nobis precandi studium debeat, quemadmodum docet Christus suo exemplo.

10. *Es mea omnia tua sunt.*) Huc pertinet prius membrum, quod certò exaudiendus sit à Patre. Non alios, inquit, tibi commando nisi quos protus agnoscis: quia nihil habeo abs te separatum: repulsi igitur non patiar. Secundo membro ostendit iustum sibi esse causam cur electos curè habeat: quia sibi sunt, ex quo sunt Patris. Omnia hæc ad fidem nostram confirmationem dicta sunt. Salus non alibi quām in Christo nobis est querenda. Christo non erimus contenti nisi sciamus nos in illo Deum possidere. Tenenda est igitur unitas ista Patris cum Filio, quæ facit ut nihil inter se diuisum habeant. Secundo membro coheret quod subiicit, *Seglorificatum esse* in discipulis. sequitur enim, *æquum esse* ut vicissim eorum salute in promoueat. atque hoc confirmandæ fideli nostræ optimum est symbolum, quod salutem nostram nunquam negliget Christus si in nobis glorificatus fuerit.

11. *Nunc vero sum in mundo.*) Alteram causam adducit cur tam sedulo pro discipulis oret: quia scilicet mox destituendi sint corporali eius præsentia, sub qua haec tenus queuerant. Quandiu cū ipsis versatus erat, non secus ac gallina souebat eos sub aliis suis: nunc discedens petet à Patre ut

eos præsidio suo tegat: idque facit eorum respectu. Nam eorum trepidationi remedium affert, vt recumbant in Deum ipsum, cui nunc eos quasi de manu in manum tradit. Hinc autem non parua nobis consolatio, quum audimus Filium Dei eo magis de suorum salute sollicitum esse, dū eos relinquit secundū corpus. nam inde colligendum est, nos hodie quoque, dum in mundo laboramus, ab eo respici, vt ex cælesti sua gloria nostris ærumnis succurrat. *Pater sancte.* In eum finem tendit tota precatio ne animis concidunt discipuli, quasi deterior sit sua conditio propter corporalem magistri absentiam. Nam quum illis Christus ad tempus datus esset custos à Patre, nunc quasi prouincia sua defunctus, restituit eos in Patris manum, vt posthac eius auspicias ac virtute seruentur. Summa igitur est, quum discipulis auferunt carnis Christi conspectus, nihil eos iacturæ facere: quia Deus in suam tutelam ipsos recipit, cuius virtus perpetua est. Modum seruandi adscribit, *Vt sint unum.* Nam quos seruare decreuit cælestis Pater, eos in sanctam fidem & Spiritus unitatem colligit. Sed quia satis est si quouis modo inter se homines conspirent, additur particula, *Sicuti & nos.* Tunc igitur demum felix erit nostra unitas si Dei Patris & Christi imaginem referat, quemadmodum cera cui impressus est annulus, & formam ab eo accipit. Ceterum quonodo Pater & Christus unum sint paulo post exponam.

12. *Dum eram cum ipsis in mundo, ego seruavi eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, conforta: & nemo ex illis perire, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleretur.*

13. *Nunc autem ad te venio, & hec loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in seipsis.*

12. *Duni eram in mundo.*) Dicit se Christus seruasse eos Patris nomine, quia se ministrum duxtaxat statuit, qui nihil nisi Dei virtute gesserit atque auspicis. Significat ergo minimè esse consentaneum ut nunc pereant, quasi suo discessu extincta sit Dei virtus, aut eniuita. Sed valde hoc absurdum videtur, quod seruandi partes Christus Deo resignat: acsi confecto vita cursu desineret suorum esse custos. Solutio in promptu est, sermonem hic tantum haberi de visibili custodia quæ in Christi morte finem accepit: nam sane quandiu in terra versatus est, nō aliunde virtutem mutuari necesse habuit qua discipulos seruaret: sed totum hoc ad personam Mediatoris refertur, qui sub forma serui, ad tempus apparuit. Iam vero discipulos iubet, ex quo destitui externo adminiculò cœperint, rectâ in celum sensus suos attollere. Vnde colligimus, Christū hodie non minus fernare fideles quām olim: sed diverso modo: quia Diuina in eo maiestas palam resulget. *Quos dedisti mihi.* Rursum eodem arguento vitur, minimè decere vt Pater inquam abiecat quos Filius eius mandato vñque ad finē ministerij sui seruavit. acsi diceret, Ego quod mihi iniunctum abs te erat, fideleriter executus sum ac præstui, nequid in manu mea periret: nunc quando tuum depositum recipis, tuum est propicere ut saluui maneat. Quod Iudam excipit, non caret ratione. Nam eti non erat ex electis & ex germano Dei grege, officij tamen dignitas illam speciem præbebat, nec sane quisquam alter de eo sensisset quandiu in tam exiguo ordine

stetit. Est igitur quod ad Grammaticam attinet, improppria exceptio: verū si rem expendimus, Christum ex communī hominum sensu ita loqui oportuit. Ceterum nequis putaret labefactatam fuisse in Iudea exitio æternam Dei electionem, sūmul adiecit illum esse *perditionis filium.* Quibus verbis significat ruinam eius (quæ repente corā hominum oculis accidit) fuisse Diuinitus pridē cognitam, nam filium perditionis Hebrei vocant hominem perditū vel exitio deuotum. Ut Scriptura impleretur. Refertur ad proximum mēbrum. Excidit Iudas, vt impleretur Scriptura. Ceterum perperam quispiam inde colligeret, defectionem Iudea Deo potius quām illi esse impunitandam, quia necessitas ei ex vaticinio imposta fuerit. Neque enim rerum euemus ideo vaticiniū adscribi debet quia illuc prædictus fuerit. Nec sane aliud denūtiant Propheta quām quod ipsis quoque tacentibus futurum erat. Non est igitur inde potesta rerū causa. Fateor quidē nihil accidere nisi Diuinitus ordinatum: sed nunc tantum de Scriptura questio est, an eius prædictiones & vaticinii hominib. necessitatem afferrant, quod iam falsum esse monstrauit. Nec verò Christi cōsiliū est causā exitij Iudea in Scripturā trâsferre: sed tātū offendiculi materiā tollere voluit, quod infirmas animas cōcurere poterat. Tolendi autē ratio est, quia iam olim Spiritus Dei sic fore testatus esset, nā ferè ad res nouas & subitas expauescimus. Valde utilis admonitio, & quæ latè patet. Vnde n. fit vt hodie maior pars hominū scādalis succubat, nisi quia Script. testimonia

non occurunt quibus probè Deus suos munivit, dum mature prædictis quicquid malorum ac perturbationum visuri erant?

13 *Hec loquor in mundo.*) Hic ostendit Christus non ideo se tam sedulò Patrem orasse pro discipulis quasi anxius esset de futuro eorum statu, sed potius ut eorum anxiati remedium afferret. Sciimus quoniam propendeat animi nostri ad externa subsidia; siqua se offerunt, mordicus apprehendimus, nec facile patimur ab illis diuelli. Pa-

trē ergo coram discipulis precatur Christus: non quia illis verbis opus sit, sed ut illis dubitationem eximat. *Lognor, inquit, in mundo,* hoc est, ipsi audientibus, ut tranquilla sint eorum corda. Iam n. in tuto erat eorum salus, quā à Christo deposita esset in manum Dei. *Gaudium suū nominat,* quod discipulos oportebat ab ipso cōcipere. aut si breuius inauis, cuius ipse author est, causa & pignus. Nam in nobis nihil nisi te regi & inquietudo: in Christo autem solo pax & hilaritas.

14 *Ego dedi illis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit: quia non sunt ex mundo, sicut ego non sum ex mundo.*

15 *Non rogo ut tollas eos è mundo, sed ut serues eos à malo.*

16 *Ex mundo non sunt, quemadmodum ego non sum ex mundo.*

17 *Sanctifica eos in veritate tua: sermo tuus veritas est.*

18 *Quemadmodum misisti me in mundum, ego etiam misi eos in mundum.*

19 *Ego pro eis sanctifico me ipsum, ut ipsi quoque sint sanctificati in veritate.*

14 *Ego dedi illis sermonem tuum.*) Alio nomine commendat Patri discipulos, quia propter mundi odium opus habeant ipsius auxilio. Similiter causam odii afferat, quod Dei sermonem ampliū sint, quem mundus ferre nequit. acsi diceret, Tuum est eos protegere qui propter sermonem tuum mundo exosi sunt. Iam tenendum est memoria quod nuper audivimus, finem huius precatiōnis esse ut implatur Christi gaudium in nobis. Quoties ergo sic accensus est in nos mudi furor ut videamur patū ab interitu abesse, statim hunc clypeum opponere discamus, quod Deus eos nunquam deferet qui pro Euangelio laborent. Dicit non esse ex mundo discipulos, quia à mundo separantur quoscūque Spiritu suo regenerat. Non sinet ergo Deus oves suas vagari inter lupos, quin se illis pastorem exhibeat.

15 *Non rogo ut tollas eos.*) Docet in quo priorū cōsistat salus: ö ut omni molesta liberati, otium & delicias colant, sed ut inter media pericula salvi tamen mancant Dei auxilio. Neque n. Patrem admonet quidam expedit, sed cōsulit potius in firmatitudine suorū, ut vota sua, que ut plurimū metas transiliunt, hoc quem prescribit modo tēperent. In summa, non promittit discipulis Patris gratia quae eos subducat ab omni cura & labore, sed quae iniunctū robur aduersus hostes suppeditet, ne que obrui sinat ingenti mole certaminum quę sustinenda illis erit. Ergo si cupimus secundūm traditam à Christo regulā seruari, nō optanda est à malis immunitas, nec rogandus Deus ut statim nos in beatam quietem trāferat: sed contenti simus certa victorīc fiducia, & fortiter malis omnibus interū resistamus, à quibus scilicet exitum Christus nobis precatus est à Patre. In summa, non tollit suos Deus è mundo: quia nō vult molles esse & ignavos: liberat tamen à malo, ne obruantur. Vult enim eos certare, sed non patitur lethaliac vulnerari.

16 *De mundo non sunt.*) Iterū ait totum mundū illis infensum esse, quo benignius eos iuuet cælestis Pater: & simul indicat non prouenire odium ex eorum culpa, sed quia Deo & Christo infensus sit mundus.

17 *Sanctifica eos.*) Sanctificatio iusta regnum Dei eiusque iustitiam complectitur, quum scilicet nos Spiritu suo Deus renouat, & renouationis gratiam confirmat in nobis ac prosequitur

vsque ad extreūmum. Rogat ergo primū ut discipulos sanctificet Pater, hoc est totos sibi addicat & vēdicit tāquam sacrum peculium. Deinde modum sanctificationis designat: neque id sine causa, phrenetici. n homines multa quidem de sanctificatione utiliter gariūt, sed prēterita Dei veritate, per quam ipse nos sibi consecrat. Rursum quia alij non minus deliri nugantur de veritate, & verbum interea negligunt, disertè exprimit Christus non alibi quā in verbo extare veritatem qua filios suos Deus sanctificat. Nam *Sermo pro Euangeliō* doctrina capit, quam ex Magistri ore Apostoli iam audierant, & cuius mox futuri erant apud alios prēcones. In hunc sensum tradit Paulus, Ephes. 5. f.26. mundatam esse Ecclesiam lauacro aquæ in verbo vita. Deus quidem unus est qui sanctificat, sed quia Euangelium est eius potentia in salutē omni credēti, quisquis ab eo incidio recedit, necesse est ut magis ac magis fordecat. *Veritas* hic per excellētiam pro luce cælestis sapientia accipitur, in qua se Deus nobis patescat, ut ad imaginem suam nos conformet. Hoc quidem per se non efficit exterūa verbi prædicatio, quam ipsam reprobū impie profanant: sed meminerimus Christum de cœlestis loqui, quos Spiritus efficaciter per verbum regenerat. Quum autem Apostoli non prorsus expertes essent huius gratia, colligendum est ex Chriſtī verbis non primo statim die perfici in nobis sanctificationem: sed continuo vitæ cursu nos in ea proficere, donec Deus tandem carne exutus iustitia sua impletat.

18 *Quemadmodum tu me misisti.*) Alio argumento precatiōne suam confirmat: quia scilicet communis secundūm & eadem sit Apostolis vocatio. Ego, inquit, nunc personam illis impono quam hac tenui iussu tuo sustinui. Ergo Spiritus tui virtute instrui necesse est, ut tanto oneri ferendo pares sint.

19 *Et pro his sanctifico me ipsum.*) His verbis clariſſis explicat ex quo fonte fluat illa sanctificatio qua per Euangeliō doctrinam in nobis peragitur, nempe quia ipse Patri se consecravit, vt eius sanctitas ad nos perueniret. Sicut enim à primi tis benedictio diffunditur in totum prouenit, ita Spiritus Dei nos Christi sanctitate aspergit, facitque eius particeps, neque id imputatio ne solū (nam hac ratione dicitur factus nobis esse

Cor. i. 3. esse iustitia) sed dicitur etiam factus esse nobis sanctificatio, quia nos in sua persona quodammodo Patri obtulit, ut Spiritu eius renouemur in veram sanctitatem. Porro sanctificatio hec quanuis

ad totā Christi vitā pertineat, in sacrificio tamen mortis eius maximē illustris fuit, quia tunc apparuit verus Sacerdos, qui templum, altare, vala omnia, & populum per Spiritus virtutē cōsecraret.

20 Non pro ipsis autem rogo tantum, sed & pro ijs qui credituri sunt per sermonem eorum in me.

21 Vt omnes unum sint: quemadmodum tu pater in me, & ego in te, ut ipsi quoque in nobis unum sint: ut mundus credat quod tu me miseras.

22 Et ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis: ut unū sint, quemadmodū nos unū sumus.

23 Ego i: ipsis, & tu in me: ut ipsi perfecti sint in unum, & ut cognoscat mundus quod tu me miseras, & dilexeris eos sicut tu me dilexisti.

20 Non pro ipsis autem rogo tantum) Nunc preceptionem qua solos Apostolos hac tenus complexus fuerat, longius extendit, nempe ad omnes Euangelij discipulos qui futuri erant usque ad finem mundi. In lignis certe fiducia materia: nam si per Euangelij doctrinam credimus in Christum, minime ambigendum est quin iam cum Apostolis collecti simus in fidelem custodiam, ne quis nostrum pereat. Hac Christi precatio tranquillus est portus, in quem quicquid se recipit, securus est ab omni naufragij periculo. Perinde enim valet acsi cōceptis solemnis verbis iuraverit Christus cura sibi ac studio esse salutem nostram. Initium autem fecit a suis Apostolis, ut eorum salus, que nobis certa est, nobis certiorem propriæ salutis fidem faceret. Ergo quoties nos aggreditur Satan, opponere illum clypeum discamus, nos Apostolis sacro Filij Dei ore non frustra coniunctos essent omnium salus in eodem quasi fasciculo inclusa esset. Proinde nihil est quod nos acris ad Euangelium amplexandum stimulare debat. Nam ut incomp̄abile bonum est Christi manu nos offerri Deo, ut ab interitu seruenur incolumes: ita meritò eius amorem & curam alij omnibus preferri decet. Hac in parte prodigiosa est mundi vācordia, salutem expetunt omnes: indubium eius obtinendam tradit Christus, à quo si quis deflecat, nihil illi bona spei sit residuum: vix tamen centesimus quique recipere dignatur quod tam benigne oblatum erat. Notanda est autem loquendi forma. Pro omnibus roget Christus qui in ipsum crediuntur sicut quibz verbis admonet quod iam aliquoties diximus, fidem nostram debere in eum aspicere. Quod proximè sequitur membrū, *Per eorum sermonem*, vim ac naturam fidei optimè exprimit: & simul familiariter nos confimat, qui scimus fidem nostram Euangelio per Apostolos tradito fundata esse. Ergo ut nullies à mundo damnamur, sufficiat hoc vnu, quod Christus in suo peculio nos agnoscit, & Patri commendat. Vt autem Papistis, quorum tam longè ab hac regula aberrat fides, vt eos non pudeat execrabilē blasphemiam vomere, nihil nisi ambiguū & flexiloquum haberi in Scriptura, itaque sola Ecclesiæ traditio illis credendi magistra est. Sed nos meminerimus, solam à Filio Dei vnico iudice probari fidem quæ ex Apostolorum doctrina concipiatur. Porro certum eius testimonium non alibi reperiatur quam in ipsorum scriptis. Notanda est etiam loquutio, *Credere per sermonem*, quæ significat fidem ex auditu nasci: quia organū quo nos ad fidem trahit Deus, externa est hominū prædictio. Quare Deus propriè fidei author est: homines autē ipsi, ministri per quos creditur, quem

admodum & Paulus docet, *i. Corinth. 3. a. 5.*

21 Vt omnes unum sint, &c. Iterum felicitatis nostræ scopum in vnitate præfigit, ac meritò. Hic enim humani generis est interitus, quod à Deo alienatum, in se quoque mūlum ac dissipatum est. Contraria ergo est eius inflauratio, si in corpus vnum rite coalescat: sicut in eo Paulus Ecclesia perfectionem statuit, si inter se coharent fideles uno Spiritu: & id eo datos sūfis Apostolos, Propheta, Euangeli, *Ephes. 4. 11. & Pastores dicunt*, ut corpus Christi adū. cando instaurent, donec perficiatur in vnitatem fidei. Ideoque hile es exhorteatur ut cœlante in Christum, qui caput est, ex quo totum corpus comp̄actum & connexum, & om̄ne iuncturam subministratio[n]is, secundum efficaciam, in mensura cuiusque membrī, augmentum sui facit in ædificatione. Proinde quoties de vnitate verba facit Christus, veniat nobis in mente quæ extra ipsum est federa mundi & horribilis dissipatio. Deinde sciamus hoc beatæ vitæ esse initium, si uno Christi Spiritu gubernemur omnes ac viuamus. Ceterum tenendum est, quoties vnum se cum Patre esse in hoc capite pronuntiar Christus, sermonem non haberi simpliciter de Divina eius essentiā, sed vnum vocari in persona Mediatoris, & quatenus caput nostrum est. Sic quidem præcisè multi ex Patribus interpretati sunt, Christum vnum esse cum Patre, quia aeternus sit Deus: sed huc eos abripuit contentio eum: Arianus vt concisas sententias in alienum sensum torquebat. Longè autem aliud Chisi consilium fuit, quam ad nudam arcana suæ Divinitatis speculationem nos eneheret, siquidem à fine ratiocinatur, ideo nos debere vnum esse quia aliqui inani & instructiū esset quam habet cum Patre vnitas. Ergo ut rite comprehendas quod perireat istud, Christū & Patrem, vnu esse, canitne Christum exuas Mediatoris persona: sed eum potius considera ut est Ecclesiæ caput, & membris suis coniunge: ita optimè stabit contextus, ne irrita sit vel inutilis Filij cum Patre vnitas, eius virtute oportere in totum priorum corpus diffundi. Vnde etiam colligimus, nos vnum cum Christo esse: non quia suam in nos substantiam transfundat, sed quia Spiritus sui virtute nobiscum vitam suam & quicquid accipit à Patre bonorum communicet. *Vt credat mundus.*

Quidam Mundum exponunt electos qui tunc adhuc erant dispersi: sed quia toto hoc capite Mundi nomen pro reprobis accipit, magis in diversam sententiam inclinano. Accedit quod continuo post eundem mundum cuius nunc ineminit, ab omnibus suis

IN EVANGELIVM

178

Cap.
XVII

separat. *Credendi* autē verbum impropriè posuit Euangelista, pro agnoscere: dum scilicet, increduli experientia ipsa conuicti, cælestem ac diuinam Christi gloriam percipiunt. ita sit ut credendo non credant, quia hic sensus usque ad interiorem animi affectum non penetrat. Atque hæc iusta Dei vltio est, vt oculos reprobis perfringat, diuina gloria fulgor, quia sincero & liquido eius aspectu digni non sunt. Poitea vtitur *Cognoscendi* verbo in cundem sensum.

22. *Et ego gloriam quam.*) Obserua sic in Christo expressum fuisse perfecta beatitudinis exemplar, vt nihil sibi proprium habuerit, sed potius diues fuerit ad locupletandos suos fidèles. Hac nostra beatitudo est, vt in nobis reparetur ac de integro formetur Dei imago, quæ per peccatum deleta est. Christus non tantum quatenus est æternus Dei sermo, viua est imago ipsius: sed humana quoque naturæ quam nobis, uero habet communem, insculpta fuit paternæ gloriæ effigies, vt membra sua in eam transfiguraret. Idem etiam Paulus docet, 2. Cor. 3. d. 18. Nos retineta facit Dei glorian, intuendo in eandem imaginem transformari, tanquam ex gloria in gloriam. Vnde sequitur, neminem in Christi discipulis habendum nisi quo gloria Dei à Christi effigie, tanquam ab annulo signatorio, impressa conspicitur. Eodem spectant quæ paulo post sc̄quuntur verba.

23. *Ego in ipsis, & tu in me.*) Docere enim vult in se residere omnem bonorum plenitudinem, & quod in Deo occultum erat, nunc in se, palam extare, vt in suos communicatione transfundat: sicuti aqua ex fonte hoc illuc per canales defluens, agros passim irrigat. *Et dilexeris eos.* Significat diuini erga pios amoris istud maximè illustre esse symbolū & optimum pignus, quod mundus quoque, velut nolit, lenire cogitur, dum in illis habitans Spiritus cælestis iustitiae & sanitatis radios emittit. Innumeris quidem aliis modis quotidie testatum nobis facit Deus quā nos paternè diligat: sed iure præ omnibus eminet adoptionis nota. Subiicit preterea, *Et dilexi-*

24. *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, illi quoque mecum sint: ut videant gloriam meam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante creationem mundi.*

25. *Pater iuste, & misericordus te non cognovit: ego vero te cognoui: & hi cognoverunt quod tu me miseris.*

26. *Et manifestavi eis nomen tuum, & manifestabo: ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.*

24. *Volo ut ubi ego sum.*) Velle pro optare possum est, neque enim præcipiens, sed roganter est oratio. Potest tamen duplex esse sensus: vel quod externa sui praesentia discipulos potiri vellet: vel ut in regnum cælestis, quod præcedit ipse, Deus tandem eos adducat. Sic videre gloriam quidam exponunt frui gloria participatione quam habet Christus: alij autem, fidei experimento sentire quid sit Christus, & quanta sit eius maiestas. Ego omnibus probè expensis, de perfecta piorum beatitudine Christum loqui existimo: acsi dicceret, non antè voto suo fore satisfactum quā illi in cælum recepti sint. Eodem gloriarum conspectum refero. Gloriam Christi iam tunc cernebant, vt scilicet per tenues rimas exiguum & obscurum lumen ad hominē in tenebris clausum peruenit: nunc optat Christus ut proficiant,

si eos sicut tu me dil. quibus verbis causam & originem amoris notare voluit. Nam similitudinis particula in causalem resoluti debet, perinde acsi dixisset. Eo quod mihi dilexeris: unus enim Christus est in quem competit elogium dilecti. Dein de cælestis Pater eodem quo Ecclesiæ caput amore complexus est, membris quoque omnia prosequitur, vt neminem diligat nisi in Christo. Qianquam species quædam repugnantib[us] h[ab]ent h[ab]ent ex oritur, nam Christus (vt alibi vñsum est) immensum Dei erga mundum amorem in causa suis prædicat ut Filium suum vñigenitum dederit. Si causam effectu suo priorem esse oportet, colligimus extra Christum homines à Deo Patre suis dilectos, hoc est, antequam ordinatus fuisse redemptor. Respondeo, amorem illuc & in similibus locis vocari misericordiam quia Deus erga indignos, immo hostes quoque suos, affectus fuit, antequam eos sibi reconciliaret. Mirifica certe & humano ingenio incomprehensibilis Dei bonitas, quod in homines, quos non poterat non odisse, benevolus, causam odij susulerit, nequid amori suo obstatet. Et dupliciter quidem docet Paulus nos in Christo suis dilectos: primùm, quia nos in ipso elegit Pater ante mundi creationem: deinde quia in eodem nos sibi reconciliavit, séque propitium exhibuit nobis. En quomo- do & hostes simul simus & amici, donec expiatis peccatis redierimus cum D[omi]no in gratiam: fidei vero iustificati propriè à Deo, tanquam filii à Patri, demum amari incipiimus. Ille vero amor quo factum est ut ordinatus sit Christus, in quo gratis nōdum nati, & iam tamen in Adam perditi eligentur, in Dei pectore absconditus, humanæ mentis captum longè superat. Deum quidem nūquam propitium quicquam sentiunt nisi qui in Christo placata apprehenderit. Ceterum sicuti Christo sublato evanescit omnis diuini amoris gustus, ita statuere tutò licet, ex quo fide infinitus in eius corpus, non esse periculum ne à Dei amore excidamus. Neque enim eueri potest fundamentum hoc, Diligi nos, quia Pater eum dilexit.

etouque dum palam solido fulgore in celo fruatur. Petit in summam ut Pater eos per continuos progressus ad plenum gloria suæ conspectum deducat. *Quia dilexisti me.* Hoc quoque longè melius per sona Mediatoris quam nudæ Christi diuinitati conuenit. Durum est quod Pater sapientiam suam dilexerit: verum, ut illud recipiamus, contextus alio nos ducit. Non dubium est, quum optauit prius Christus ut coniuncti secum essent Apostoli, & gloriam regni sui viserent, quin loquutus sit ut erat caput Ecclesiæ: nunc amorem Patris causam esse dicit. quare sequitur fuisse dilectum quatenus destinatus erat mundo redemptor. Hoc amore complexus est eum Pater ante mundum conditum, ut esset in quo amaret suos electos.

25. *Pater iuste.* Mundo comparat discipulos suos,

sios: ut inde eorum commendationem & gratiam apud Patrem amplificet. Iure enim eximios esse oportet qui soli Deum cognoscunt, quem totus mundus reicit. Iure eos singulare affectu commendat Christus quibus non obstat mundi incredulitas quoniam Deum agnoscerent. Patrem iustum nominans mundo & eius malitia inflatur, ac si diceret, quantumvis superbum mundus contemnat Deum, vel respuit, nihil tam propterea illi decedere: nec posse fieri quin illi integer maneat in iustitia sua honor. Quibus verbis admonet, sic in Deo fundatam esse debere piorum fidem, ut ruente toto mundo nunquam labefiat. Sicut hodie Papatus iniustitia nobis mandamus est, ut suam afferamus laudem Deo. Ceterum non dicit simpliciter Christus cognitionem fuisse Deum à discipulis, sed duos ponit gradus: quod ipse cognoverit Patrem, & discipuli cognoverint quod ipse à Patre missus esset. Sed quia continuo post subiicit se illis manifestasse Patris nomen, commendat eos (sicuti dixi) à Dei notitia, quæ à reliquo mundo eos separat. Inter ea notandus est fidei ordo qualis hic describitur. Filius qui prodiit è simu Patris, solus eum propriè cognoscit. Ergo quicunque accedere ad Deum cupiunt, necesse est ut Christum obuiant, venientem recipiant, scilicet illi addicant. Ille tandem postquam agnitus fuerit, ad Deum Patrem discipulos suos attolleret.

26. *Manifestauit, & manifestabatur.*) Functus est quidem Christus officio doctoris: sed ad Patrem

manifestandum arcana Spiritus revelatione, non autem solo vocis sonitu, vobis est. Intelligit ergo se efficaciter docuisse Apostolos. Ceterum quia debilis adhuc erat eorum fides, maiores progressus in futurum tempus promittit: atque ita eos ad sperandam ampliorem Spiritus gratiam preparat. Quanquam autem de Apostolis loquitur, communis inde exhortatio nobis colligenda est, ut studiemus a fidelitate proficere, nec putemus tam bene nos cucurrit quin multa via adhuc restet quandiu sumus carne circundati. *Vt dilectio tua, &c.*) Hoc est, ut eos in me diligas: vel, amor quo me complexus es, ad eos usque se diffundat. Nam dilectionis qua nos prosequitur Deus, propriè loquendo non alia est quam qua Filium suum ab initio dilexit, vt in eo nos quoque gratos sibi & amabiles redderet. Et certe (ut paulo ante dictum est) quantum ad nos spectat, sumus extra Christum Deo ex omni, tunc autem denuo amare nos incipit dum in corpus Filij dilectionis coalescimus. Inestimabile fidei priuilegium, quod sumus dilectum fuisse Christum à Patre nostra causa, vt eiusdem amoris elemos confortes, ac perpetuo sumus. Sed notanda est patricula, *Ego in ipso, qua doceor, non aliter nos comprehendendi in illo amore cuius meminit, nisi in nobis habitet Christus.* Quemadmodum enim Filium a spicere non potest Pater quin totum eius corpus simul ante oculos habeat: ita si volumus in eo aspici, verè eius membra esse oportet.

C A P. X V I I I.

- 1 *Haec quum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiit ipse & discipuli eius.*
- 2 *Nouerat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia sepe conuenerat illuc Iesus cum discipulis suis.*
- 3 *Iudas ergo quum accepisset cohortem, & à Sacerdotibus & Phariseis ministros, venit illuc cum laternis, & lampadibus, & armis.*
- 4 *Iesus autem quum nouisset quecunque ventura erant super eum, exituit, ac dixit eis, Quem queritis?*
- 5 *Respondenterunt ei, Iesum Nazarenum. Dixit illis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum illis.*
- 6 *Vtergo dixit illis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.*

1 *Haec quum dixisset Iesu,*) In hac historia multa præterit Iohannes que apud alios tres Evangelistas leguntur, idque facili consulto: sicuti multa memorata digna colligere illi propositum fuit de quibus alii tacent. Ergo quæ hic defunt, ab aliis mutuentur lectors. *Trans torrentem Cedron.* Additur Greccæ articulus, ac si Cedris nomen haberet torrentis: probabile tamen est errore obrepississe, nam vallis vel torrentis Kidron septius in Scriptura fit mentio. Ab obscuritate sic vocatus est locus, quod vallis concava, id est que umbra foret. Quanquam de ea ne non contendendo: tantum affero quid sit verisimilius. Cösilium Euangelista præcipuum spectandum est in loci indicatione: nam ostendere voluit Christum spōte ad mortem prodiisse. Venit in locum quem Iudeus familiariter notum sciebat, quorsum id, nisi ut sponte se offerat proditor & hostibus? Nec eum sallibat incogitantia, quum omnium que instabant præficius esset. Postea etiam subiicit Iohannes, eum obuiam progressum esse. Mortem

ergo non coactus sed vltro subiicit, vt voluntarium esset sacrificium, nam sine obedientia nobis expiatio parta non esset. Hortu porto ingreditur, non quærendi latibuli causa, sed vt liberius haberet orandi spatium. Quod vero ter mortem deprecatus est, propenso quod diximus obsequio non repugnat. Iustari enim cum difficultibus eum oportuit, vt tandem vinceret: nunc subacto mortis horrore, liberè & alacriter ad mortem properat.

3 *Iudas ergo, quod militib. & tanto satellitio instructus venit Iudas, male conscientia signum est, quæ semper trepidat nulla de causa. Cohortē à Prefide precario sumptam fuisse certum est, qui etiam tribunū misit ducem mille peditum. Nam & propter subitos motus constitutum erat in urbe praesidium & Praes ipse, quoconque veniret, cohortem duebat prætoriam: reliqui erant Sacerdotū ministri. Sed seorsum Pharisæos nominat Iohannes, quorum in primis feruebat rabies, ac si maiori illis curæ esset religio,*

Cap.
xviii.

4 *Iesu autem quoniam.*) Clarius exprimit Euangelista quā prompto animo Christus ad mortem descendere: simul tamen narrat quantum virtutem effluerit in voce sua: vt sciamus nihil in omnī licuisse impius nisi quantum permisit. Blande respondet se eum esse quem querunt: nec fecis ac violento turbinis imperiū, inīdē iūtū fulminis, eos prosterre in terrā. Non ergo defuit ei potestis ad cohibendas eorū manus, si ita visum esset verū Patri obsequi voluit, cuius decreto se ad mortē vocari nouerat. Ceterū hinc colligere oportet quam horrenda & formidabilis futura sit impīis vox Christi, quā tribunal ad iudicandum orbem conciderit. Strabat tunc agnus paratus ad victimam: exinanita erat, quod externā speciem eius maiestas: uno verbo repente hostes suos armatos & intrepidos deiicit, & quod verbum non dirū aliquod anathema in eos vibrat, sed tūcū responderet, *Fego sum. Quid ergo futurū est quā aduenerit, non iudicandus ab*

homine, sed iudex virorum & mortuorū: non in illo abiecto & cōtemptibili habitu, sed in cælesti gloria cum Angelis suis: Ceterū eius effigie quam illius voci tribuit Iesu, specimen edere *Iesu. ii. 4* tunc voluit. Inter alias Christi virtutes hanc cōmemorat Propheta, capite undecimo, quid terrā percurret virgo oris sui, & spiritu labiorum suorū interficiet impium. Huius quidem propheti cōplementum Paulus in finem usque suspendit, 2. ad Thessalon. 2.b.8. videnus tamē quotidie, ad Christi vocem concidere impios cum suo furore & superbia. Tunc autem quām ceciderunt qui ad Christum ligandū venerant, visibile symbolum eius paucoris exhibuit fuit: quem, velint nolint, iūtū sentiunt omnes impij, Christo per suos ministros loquente. Ceterū quām hoc velet accidentalē fuerit voci Christi, cuius propriū est miseros homines qui in morte iacebant erigere, vim istam procul dubio erga nos proficeret, ut in cælum usque nos attollat.

7 *Rursum ergo eos interrogavit, Quem queritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarenum.*

8 *Respondit Iesus, Dixi vobis quo dico ego sum, si ergo me queritis, sinite hos abire.*

9 *Vt impleretur sermo quem dixerat, Ex his quos dedisti mihi, non perdidis quenquam.*

Suprà. 17.
12.

7 *Rursum ergo eos interrogavit.*) Hinc apparet quid valeat excæatio qua percudit Deus impiorum mentes, & quām horribilis sit eorum stupor, postquam iūstū Dei iudicio fascinati sunt à Satana. Boues & alini si cadant, sensu aliquo tanguntur: iūsi Diuinam Christi potentiam manifestè experti non minus securè pergunt quām si ne hominīs quideam umbra in eo vidissent: inīdē Iudas ipse non mouetur. Discamus igitur metuere Dei iudicium quo reprobri in manū Satanæ permisisti, magis obstupescunt quām brute pecudes. Nec dubium est quin Satan vāsano eos impetu rapuerit ad tam lupinam audaciam, nulla enim phrenes est quæ tam violenter hominem præcipitet vt talis excæatio. Nam perinde aduersus Deum ruunt impij, postquam coniecti sunt in sensu reprobri ac si cum mūscā tantum negotiū esset. Sentient quidem eius potentiam, sed non vt flectantur, centies enim potius frangi contingit quām vt cedant. Denique sua illis malitia velum est ne ad Dei lumen attendant: obstinatio plusquam lapides reddit ne unquam patiantur se domari.

8 *Dixi vobis quod ego sum.*) Hic videmus vt non tantū in sponte mortem subeat Filius Dei, vt sua obedientia transgressiones nostras deleat: sed etiam vt boni pectoris officio ad gregem suum protegendum fungatur. Videt luporum insultum, non expēctat donec perueniant usque ad oves quibus datus est custos: sed maturè se oppo-

nit. Quare non dubitemus, quoties in nos infiliet vel impij homines vel diaboli, quin præsto nobis sic idem auxilium. Inter ea suo exemplo pasto ribus regulam Christus præscripti quam sequatur, si munus suum rite implete volunt.

9 *Non perdidis quenquam.*) Videlur hæc sententia intēstiuē adduci, quæ ad animas pertinet potius quām ad corpora. Neque enim Christus incolumes usque ad extēnum seruauit Apostolos: sed hoc præstuit vt inter assidua pericula, & demum in media morte, tamen in tuto esset aterna eorum salus. Respondeo Euangelistā nō simpliciter de corporali eorum vita loqui: sed hoc potius velle, quod Christus illis ad tempus parcens, aeterna eorū saluti consuluerit. Consideremus quanta adhuc fuerit illorū imbecillitas: quid facturos putamus fuisse si ad viūtū examinati essem? Quum ergo noluit eos Christus supra vires suas dederat ipsiū tētari, ab aeterno exitio eripuit. Atque hinc colligere generalem doctrinā licet: quanvis multis tentationib, fidē nostrā proberet, quanam tamen nos in ultima discrimina venturos, quin robur simūl ad vincendū suppediter. Et sane videmus vt subinde nostra infiltratim in dulgeat, quandō tot satanæ & impiorum conatus occursum suo procul repellit: quia nos impares & nondum matus videt. Denique suos nūquam producit ad certainam nisi bene instructos, vt etiam percundō non pereant: quia lucrum illis paratum est tam in morte quām in vita.

10 *Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, & absclit auriculam eius dextram. Erat autem nomen seruo Malchus.*

11 *Dixit itaque Iesus Petro, Mitte gladium tuum in vaginam: calicem quem dedit mihi Pater non vis ut bibam ipsum?*

12 *Tunc cohors, & tribunus, & ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum, & ligaverunt eum.*

13 *Et abduxerunt eum ad Annam primū. erat enim sacer Caiaphæ qui erat Pontifex anni illius.*

14 *Erat autem Caiaphas qui consilium dederat Iudeis quid expediret unum hominem moripro populo.*

12 Simon

10 *Simon ergo Petrus.*) Nunc stultus Petri zelus desribitur, qui Magistrum alter quām licebat defendere conatus est. Animosè quidem & fortiter magnum discrimen pro Christo subiit: sed quia non recipit quid ferat sua vocatio, & quid Deus permittat, adeo nihil audius meretur eius factum ut graviter à Christo reprehendatur. Ceterū in persona Petri sciamus damnari à Christo quicquid suo arbitrio tentare audient homines. Quia doctrina in primis notatu digna est. nihil enim magis vulgare quām zeli pretextu tueri quicquid facimus. Quasi veò nihil inter sit probetur Deo nēcne quod homines rectum putant, quorum tota prudētia nera est vanitas. In Petri zelo si nihil virtutum cernemus, hoc tamen uno contentos esse deceret q.ōd Christus sibi non placere prouenant. Atqui videmus per eum non steriles quin Christus à morte reuocaretur, & eius nomen perpetua infamie obnoxium foret. Q.ōd enim vim infert tribuno & milibus, in eo latronis more grassatur: quia potestati resistit à Deo ordinata. Qum iam plus sat. exodus esset Christus mundo, potuit unum hoc facinus colorem omnibus calunniis dare quibus enim hostes falsò grauabant. Deinde hoc nimis preposterum est quid fidem suam vult probare gladio, & non potest lingua. Qum vocatur ad confessionem, negat: nunc Magistri iniussu tumultuatur. Quare nos tamen insigni exemplo moniti, zelum nostrum moderari dicamus. Et quoniam ad audiendum plus quam Deus mandat, semper prurit carnis nostra lascivia, sciamus zelum nostrum malecessorum quoties ultra Dei verbum quicquam audemus. Fiet interduum ut nobis arrideant principia: sed tandem dubius temeritatis nostra pœna. Sit igitur fundamentum omnium quæ aggredimur obedientia. Mōnemur etiam, quibus caussam Christi agere propositum est, non semper ita dextrè se gerere quin aliquid vitij obrepat: quo magis soliciè rogandus est nobis Dominus ut nos in singulis actionibus gubernet spiritu prudentia.

11 *Mute gladium tuum.*) Hoc præcepto improbat Christus factum Petri. Notanda autem ratio est: quia priuato homini non licuit contra eos infurgere qui publica autoritate instructi erant. Nam id ex reliquis tribus colligi potest, à quibus refutatur generalis Christi sententia, Qui gladio percusserit, gladio peribit. Cauendum ergo ne vi & armis repellere conemur hostes nostros, etiam qui iniustè nos lacebunt, nisi quantum permittunt leges ac ius publicum. Nam quisquis se ultra vocationis sua metas ingerit, etiamsi plusum reportet à toto mundo, factum suum Deo nunquam probabit. *Calicem quem dedit.* Videatur specialis hæc esse ratio, quid Christum obtusescere oportuit, ut instar agni duceretur ad victimam. Pertinet tamen ad exemplum: quoniam eadem à nobis omnibus tolerantia exigitur. Afflictiones portionibus comparat Scriptura: perinde enim ac paterfamilias cibum & potum filii ac domesticis suis distri-

buit, ita hoc iuris in nos habet Deus, vt singulos tractet prout visum est. Siue autem prosperis rebus nos exhibeat, siue aduersis humiliat, propinare dicitur suauem vel amatum potum. Christo hæc destinata erat potio, ut mortem crucis pro mundi reconciliatione obiret. Dicit ergo bibendum sibi esse calicem quem Pater admensus est ac porrexit, eodem modo & nos ad crucis tolerantiam compositos esse oportet. Neque tamen audiendi sunt sancti i homines, qui morbis & aliis quibuslibet malis querenda esse remedia negant, ne respuamus porrectum à Deo calicem. Quia semel nobis in orientum esse scimus, paratus a morte esse conuenit: quia autem mortis tempus nobis est incognitum, ordinatis à seipso subidiis Dominus vitam nostram tueri nobis permittit, i erendi patienter morbi, quonilibet carni nostræ graves sint: quoniam tamen nondum confitentes esse, quia enda est leuatione tūtū cauendum est nequid tentemus nisi quod per verbum Dei licet. Denique modo semper fixum i studi in cordibus nostris maneat, ut Domini voluntas sit, calicem ab eo datum bibere non desinimus, liberationem à malis quibus vrgemur, querendo.

12 *Tunc cohortes & tribus.*) Posset videri absurdum quid Christus, qui voce sua milites prostravit, nunc capi se patitur. Nam si volebat tandem hostibus se permittere, quorsum opus fuit edere tale miraculum? Verum ostensio Diuina potest duplex profuit. valet enim ad tollendum offendiculum: ne Christum putemus infirmitate victum cessisse. deinde comprobat quām voluntarius ad obeydandum mortem lucrit. Quatenus ergo vitile erat, summa cōtra hostes virtutem afferunt: sed ubi obediendum suit Patri, continuat se ut victimam fieret. Ceterū meminerimus ligatum Filii Dei fusile corpus, ut solueretur aut in anima nostra à peccati & Satana laqueis.

13 *Ei abduxerunt ad Aram.*) Hoc præterea reliqui Evangelista, quia ad summam historiarum non multū faciat. mhi. I enim illuc memoriabile gestum est. Loci forte coniunctas eos induxit ut in ædibus Annæ & Iristum deporcirent, quousque Pontifex Sacerdotum concilium viceret. *Pontifex annæ illius.* Non intelligit annum fusile sumini sacerdotij minus (quod multi falsò putarunt) sed tunc temporis Caiphæ fusile pontificem: quod ex Iosepho aperte constat. Erat perpetuus honor ex prescripto Legis, nec sinebetur nisi morte: sed arbitrio & insling discordi fecerant ut Romani presides, deinceps uno Sacerdote, pro suo arbitrio alio, qui pecunia aut favore pollebat, subrogarent. Ita Vitellius deiecit Caiphæ, cui Ionathas Annæ filius datus est successor.

14 *Qui consilium dederat.*) Repetit Evangelista sententiam Caiphæ quam prius habuimus, *suprà, ii,* quid Deus impuro perfidi & scelerati Pontificis jo. ore vsus esset ad varcium edendū, sicuti lingua Balaam præter animi eius vetum direxit ut populum cogereret benedicere, cui mala imprecari optabat in gratiam regis Balac.

15 *Sequebatur autem Iesum Simon Petrus & alius discipulus.* Erat autem discipulus ille notus Pontifici. Itaque ingressus est cum Iesu in aulam Pontificis.

16 *Petrus autem stabat foris ad ianuam.* Exiit ergo alter discipulus qui notus erat Pontifici, & dicitostaria, & introduxit Petrum.

17 *Dixit ergo ancilla ostiaria Petro, Nū & tu ex discipulis es hominis istius?* Dicit ille, Nō sū.

Cap. 18 Stabant autem serui & ministri qui prunas accenderant, eo quod frigus esset: & calefacie-
xviii. bant se.

Erat autem & Simon Petrus cum illis stans, & calefaciens se.

15 Alius discipulus.) Quodam fefellit leuis
coniectura, vt huic discipulim putarent esse
Iohannem: nempe quia suppresso nomine de
loqui solet. Sed unde cum superbo Pontifice fa-
miliaris notitia Iohanni, qui ignobilis erat pifca-
tor? Et quomodo fieri potuit vt Pontificis do-
num frequentaret, quem esset in Christi contu-
bernio? Magis probabile est hunc non fuisse v-
num ex duodecim: sed vocari discipulum quia do-
cetna Filii Dei amplectus esset. Non est autem
curiosus Iohannes in digerenda historia: quia fa-
tis habet breuem suminam colligere. Nam post-
quam retulit Petrum fenu Christum negasse,
quædam alia permisit, dcinde redit ad alias duas
negationes. Hinc factum est vt minus attenti le-
tores colligerent primam negationem fuisse in
Anna xviibus: sed nihil tale sonant verba, quin po-
tius clarè exprimit fuisse Pontificis ancillam
qua Petrum compulit ad Christum negandum.
Teneendum ergo est, quæ adductus esset Christus
ad Pontificem non fuisse quoslibet admissos, sed
discipulum qui notus erat, sua gratia impetrasset
aditum Petro. Iam minimè dubium est quin v-
terque pio studio Christum sequutus sit: sed quæ
testatus esset voce sua Christus se Petro & aliis
parere, longè utilius fuisset gemere & precari in
obscuro aliquo angulo quæm prodire in oculis
hominum, quin tam mali firmus esset. Nunc officium quod remisit illi Christus, cupi-
de usurpati in fidei autem confessione, in qua ad
mortem usque perstantum erat, deficit. Semper
ergo videndum quid à nobis requirat Domi-
nus: ne se, qui infirmi sunt, ingerant in res non
necessarias.

17 Dicit ergo ancilla.) Introducitur Petrus in
atrium Pontificis: sed nimis iniquo prelio, quod
Christum in ipso ingressu abnegare cogitur. Quæ
in primo lumine adeo turpiter impingat, detegi-

tur iactantia eius vanitas. Gloriatu fuerat se in-
uictum fore athletam, & parem vincendam mor-
tit: nunc vnius ancillæ voce, & ea quidem non ad-
modum minaci, confusus arna proicit. En hu-
mani roboris specimen, fumus certè est quicquid
vitium in hominibus apparet, quod flatu mox
discutitur. Extra prælium fumus plus iusto ani-
mosi: sed experientia ostendit quæm stulte ac de
nihil superbiamus: in quo quæm nullas Satan ma-
chinas adhibet, ipsi nobis singimus vanos terro-
res qui nos ante tempus conturbent. Voce mul-
ierculæ territus fuit Petrus: quid nos? annon sub-
inde trepidamus ad strepitum folij cadentis? Va-
na periculi species enim Petrum perculit: an-
non puerilis ludicris quotidie à Christo ab-
ducimus? Denique ei est nostra fortitudo quæ
sine hoste vltro ipsa concedat: ita scilicet huma-
nam arrogantiæ vñscitur Deus, dum feroces
animos efficiunt. Homo non virtute, sed flatu
tantum referus, sibi scutum contra totum mun-
dum vñctoriam promittit: atqui visa cardui vim-
bra protinus expauecit. Quare discamus non al-
ibi quæm in Domino fortes esse. Non sum. Non
videtur quidè præfisa esse Christi abnegatio: sed
quæ Petrus fateri timet le ex eius discipulis, pe-
rinde est acsi negaret quicquam sibi cum illo esse.
Quod notandum est: ne quis sophisticè agendo, se
elapsum putet vbi obliquè tantum recedit à fidei
confessione.

18 Simon Petrus cum illis stans.) Quod addit
Euangelista Petrum stetisse cum ministris & ser-
uis ad prunas, id facit ad contextum historie, si-
cunt postea videbimus. Ceterū hinc appetat quæ-
tus fuerit Petri stupor, qui securè cum turba im-
piorum hominum se calefecit, quum magistrum
negasset. Quanquam fieri potest vt metu retenus
fuerit, ne egredieñs è domo Pontificis, in alte-
rum simile discrimen veniret.

19 Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis & doctrina ipsius.

20 Respondit illi Iesus, Ego palam loquutus sum mundo. ego semper docui in synagoga & in templo, quo omnes Iudei conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil.

21 Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid loquutus sim illis: ecce, hisciunt que ego dixerim.

**22 Hec quæcum ipse dixisset, unus ex ministris qui adstebat, dedit ei alapam, dicens, Sic re-
spondes Pontifici?**

**23 Respondit ei Iesus, Si male loquutus sum, testificare de malo: si autem bene, quid me ca-
dis?**

24 (Miserat autem eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem.)

19 Interrogauit Iesum) Interrogat Pontifex
Christum perinde ac factiosum aliquem, qui di-
scipulos sibi cogendo Ecclesiam scidisset, inter-
rogat quasi pseudoprophetam qui nouis & per-
uerbis dogmatibus conatus esset fidei puritatem
corrumperre. Christus perfunctus doctoris mu-
nere, nouam defensionem non aggreditur: ne ta-
men veritatis patrocinium deferat, ostendit se
paratum esse ad tuenda omnia quæ docuerat. In-
terea simul coarguit Pontificis impudentiam, qui
dere notissima tanquam dubia inquirat. Non fa-
tis est quod Redemptorem sibi oblatum respu-
erunt vñ cum promissa sibi salute, nisi totam Lc-

gis expositionem simul damnent.

20 Ego palam loquutus sum.) Puerilis est quo-
rundam error, qui hoc Christi responsu damnari
existimant qui clam & in cubiculis tractant
verbum Dei, quum publicè per impiorum tyran-
nidem non licet. Neque enim disputat Christus
quid licet necne: sed illi propositum est refuta-
re Caiphæ impudentem militiam. Videtur ta-
men hic locus pugnare cum altera Christi sen-
tentia, vbi Apostolos iubet publicare super te-
Matt. 10.
ta quæ illis in aurem dixerat. Item, quum pro-
nuntiat non omnibus datum esse vt audiant ar-
Matt. 15.
cana regni Dei: ac ideo se dignari hac gratia fo-
los

los duodecim. Respondeo quia in hoc loco negat se quicquam loquutum esse in occulto, id referri ad ipsam subflatiam, qua semper eadem fuit, quanvis diversa esset docendi forma. Neque enim aliter loquutus est inter discipulos ut aliud tradidit: neque id fecit astutè, quasi data opera clare velet populum que inter parietes paucis dicebat. Quia bona conscientia testari potuit se libere protestum esse, & sincerè publicasse doctrinæ sua summam.

22 *Hoc quum ipse dixisset.)* Hoc ideo additum est, primum ut sciamus quanta fuerit hostiū Christi rabies & quam tyrannicum imperium: deinde qualis inter Sacerdotes illos disciplina. Sed et quasi iudices: interea seiuunt ut truculenta bellus. Coactum est concilium, in quo summa vigore grauitas debebat: minister unus tantum licentia sibi sumit ut in media causæ actione, in conspectu iudicium, reum, qui nulla in re noxious reperitus est, cedat. Quare non mirum si in tali barbaro confessu damnatur Christi doctrina, à quo non modo omnis equitas exultat, sed omnis quoque humanitas & pudor.

23 *Si male loquutus sum.)* Hoc est, si peccavi, accusa: ut causa dicta, pro modo delicti plectar. neque enim hoc est legitima agendi ratio: sed longe alius ordo & alia modestia iudiciis conuenit. Conqueritur ergo Christus gravem sibi factam esse iniuriam, si nihil peccaverit: quod si

peccauerit, legitimè tamen & non violento im-
petu agendum esse. Sed videtur hic Christus mi-
nime feruare quod alibi suis præcipit. Neque eni-
m dextram maxillam ei porrigit a quo in fini-
stra percussus fuerat. Respondeo, non requiri
semper in Christiana patientia, ut qui caſus est,
tacitus deuoret iniuriam: sed primum ut a quo a-
nimò cam perferat: deinde ut de ultiōne non co-
gitans, potius studeat vincere malum bono. Im-
probos iam plus a quo spiritus Satanæ ad nocen-
dum impellit, ut nemo illos irritet. Absurdè igi-
tur exponunt Christi verba, qui trahunt in eam
partem, ac si iubaret nocendi plus satis cupidos
nois stimulis incitati. Neque enim aliud fibi
vult, quam ut ad secundam iniuriam ferendam
quisque nostrum potius paratus sit quam ut pri-
mam reraſit. Quia nihil obstat quin expostulet
homo Christianus indigne laſus, modò animas
ab iracundia vacuas sit, & manus à vindicta pu-
ra.

24 *Miseret autem Annae.)* Sententia hæc per patrem hæsim legenda. Quia enim dixerat Christum deducētum fuisse ad Annæ aedes, & ita narrationem suam prosequutus fuere, qua-
si illuc habitus esset Sacerdotum conuentus: nunc
admonet traducētum fuisse in aedes Pontificis.
Quia autem verbi tempus multos decepit, red-
dere malui in tempore plusquam perfecte, Mis-
erat.

25 *Erat autem Simon Petrus flans & calefaciens, dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex disci-
pulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non sum.*

26 *Dixit unus ex servis Pontificis qui cognatus eius erat cui Petrus abscederat auriculam, Nonne ego te vidi in horto cum illo?*

27 *Rursum ergo negauit Petrus: & confestim gallus cecinit.*

25 *Negauit ille.)* Horrendus Petri stupor, qui magistro negato non modo nulla pœnitentia tangitur, sed ipsa peccandi licentia se induurat. Si singuli ordine eum rogassent, millies negare non dubitassem. En quorūm præcipiter Satan miseros homines postquam eos è gradu deiecit. Notanda etiam est circumstantia quam alij Evangelistæ exprimunt, nempe quid execratione interposita testatus sit Christum sibi esse incognitum. Ita quotidie multis accidit, initio non tam grauis erit lapsus: accedit deinde consuetudo, postquam sopia fuerit conscientia, tandem qui se afflicteret ad Dei contemptum, nihil sibi il-

licitum ducet, sed extrema quoque audebit. Quare nihil melius quam sibi in tempore cauere, ne vel minutum quicquam sibi indolget qui tentatur à Satana, dum adhuc est integer.

27 *Confestim gallus cecinit.)* Galli cantum me-
morat Euāgelistæ, ut sciamus Petrum diluvium in
ipso articulo admonitum fuisse. Ideo alij dicunt tunc recordatum fuisse verborum Domini: Quoniam narrat Lucas non simplici gallicinio cōmo-
tum fuisse Petru, donec cum Christus aperiret. Ita quisquis semel Satane impulsu rueret caput, nulla
voce, nullo signo, nulla admonitione reuecabitur, donec oculos in eum Dominus ipse cōsūciat.

28 *Adducunt ergo Iesum à Caiapha in prætorium. Erat autem mane: & ipse non introierunt i. prætorium, ut ne contaminarentur, sed ut ederent Pascha.*

29 *Exiit ergo Pilatus ad eos, & dixit, Quam accusacionem afferitis contra hominem hunc?*

30 *Respondenterunt & dixerunt ei, Si non esset hic maleficus, non tibi tradidimus eum.*

31 *Dixit ergo illis Pilatus, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Di-
ixerunt ergo ei Iudei, Nobis non licet interficere quemquam.*

32 *Vt sermo Iesu impleretur, quem dixerat significans quam morte esset moriturus.*

28 *Adducunt ergo Iesum.)* Ante diluculum
examen illud, cuius meminit Euāgelistæ habi-
tum fuit, in crea non dubium est quin sua flagel-
la passum habuerint in vrbe, quibus plebem ac-
cenderent. Ita repente exarcti populi furor, quasi
vno omnium consensu depositeretur Christus ad
mortem. Eximen vero habitum fuit à Sacerdotalibus: non quid penes ipsos ferenda sententia
potestas esset: sed ut præiudicio suo oppresum
iudicii tradherent, quasi iam satis de eo cognitum

est. Prætorium vocabant Romani tam domum
præsidis quam tribunal ubi exerceri solebant iu-
dicia. Ut ne contaminarentur. Quod ab omni in-
quinamento abstinent, ut puri secundum Legis
præscriptum, Pascha Domini edant, in eo qui-
dem probanda est religio: sed duplex vitium
est, ac vtrunque nimis crassum: quid non co-
gitant plus se intus pollutionis ferre quam con-
trahere possint ex ingressu quantumvis profani
loci. deinde quid in rebus minutis seduli plus

IN EVANGELIUM

184

Cap. XVIII. Tunc. quān oportet, quod praecipuum est negligunt. Coinquatis & infidelibus, inquit Paulus, nihil mundum: quia polluta sunt eorum mentes. Iste verò hypocrite quin malitia, ambitione, dolis, crudelitate, avaritia scatentes, factore suo celum & terram propè inficerent, sibi tantum ab externis inquinamentis metuant. Ergo ludibrium minimè ferendum est, quòd Deum placare volunt, modò ne ex contactu rei imunda sordes contrahant, verò puritatis oblii. Altero vitio laborat hypocritis, quòd cæremoniae anxie colendo, res maximas securè omittit. Neque enim in alium finem Iudeis mandabat Dominus ritus illos qui habentur in Lege, nisi ut ad verà sanctitatis amorem ac studium afluxerent. Adde quòd nusquam in Lege prohibitum erat domum hominis Gentilis ingredi: sed cautio erat à patribus tradita, ne quis per imprudentiam ex domo immunda aliiquid contigij accerferet. Boni autem isti Legis interpres in colando culice attenti, strenue camelum deuorant. Atque hoc hypocritis ordinarium est, vt maius nefas esse ducant pulicem quām hominem occidere. Cui virtus affine est illud alterum, humanas traditiones sacræ Dei mandatis longè præferre. Ergo vt rite Pascha edant, putos se feruare volunt. caterrum immuniditatem includunt Prætorij parietibus: Matt. 23. 24. interea cælo & terra testibus innoxium ad mortem flagitare non dubitant. Venique Pascha vmbritate fūcta & fallaci reuerentia colunt ipsum autem verum Pascha non modò sacrilegii manibus violant, sed æternō interitu, quantum in se est, obruere conantur.

26 Exiuit ergo Pilatus ad eos.) Profanus homo superstitioni, quān ridet ac contemnit, non ægrè indulget. Ceterum in ipso causa cardine boni iudicis officio fungitur, quum proferre iubet siquid accusationis habeant. At Sacerdotes, quasi fatis autoritatis habcent ad damnandum quem reum faciunt, nihil aliud respondent quān suo præiudicio standum esse. Oblique enim de Pilato queruntur, quia non satis confidat eorum probitati. Cur non (inquiunt) vtrò perlaudem habes morte dignum esse quem nos persequimur? En quomodo impij, quos Deus in sublimem honoris gradum extulit, splendore suo quasi excæti, quidvis sibi permittant. En etiam quām temulenta sit superbia. Christum volunt

cenfieri maleficum, quia eum accusant. Atqui, si ad rem ventum fuerit, quānam eius reperientur maleficia, nisi quòd agros omne genus fanauit, dæmonia fugauit ex hominibus, paralyticos & claudos erexit, cæsis vilum, surdis auditum, mortuis vitam restituit? Kés quidem ita habebat, & ipsi plus satis convicti erant: verū, vt nuper dixi, nihil difficultius est quām expergesci homines superbia ebrios, vt lava & compotita mente iudicent.

31 Secundum legem vestram.) Non dubium est quin Pilatus eorum barbarie & violentia offensus, illis exprobret, illam damnati formam quam vrgebant, à communī gentium omnium ure & humano sensu abhorreter. Interca simul eis perstringit, quòd gloriarentur se Legem habere à Deo traditam. Ironice dicit, Accipite eum vos: neque enim paulus esset iudicium ab illis de capite hominis fieri: sed perinde est ahi dixisset, Si veltra esset potefitas, traheretur subito ad supplicium indicta causa. Hæcne est igitur Legis vestræ æquitas, hominem nullo criminе damnare: ita impij dum falsò nomen Dei obtundunt, sanctam eius doctrinam hostium calumniis subiiciunt: & maledicendi occasio cupidè à mundo arripit. Nobis non licet. Falluntur qui putant Iudeos recusare quod illis delatum erat à Pilato: quin potius quum scirent sibi per ludibrium dictum esse, Accipite eum vos, excipiunt, Tu hoc non permetteres, ergo quum sis iudex, in unus tum exequere.

32 Ut fermo Iesu, &c.) Tandem subiicit Evan- Matt. 20. gelista ita oportuisse fieri, vt impleretur quod p̄a- 19. dicūtum à Christo fuerat. Tradetur Filius hominis in manus Gentium. Et certè hoc præcipuū caput est, si cupimus mortis Christi historiam cū fructu scopus hi- legere, vt æternū Dei consilium spectemus. Sisti storia pas- tur Filius Dei ad tribunal mortalis hominis. Si fons Chri- hoc putemus geri hominum libidine, oculos au- bi. tem non attollamus ad Deum, fidem nostram pu- descere ac confundi necesse erit: verū vbi agno- scimus illo Christi reatu nostrū coram Deo aboli- lumen esse, quia celestī Patri ita placuit reconciliare sibi humanum genus: hac sola cogitatione in sublime elati, intrepidè & sine pudore in ipa Christi ignominia gloriae. Discamus ergo in singulis huius historiæ partibus sensus nostros in Deum redēptionis nostræ authorē convertere.

33 Ingressus est ergo iterum in Prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei, Tu es Rex Iudeorum?

34 Respondet ei Iesus, Ne te ipso hoc dicas, an alij dixerunt tibi de me?

35 Respondit Pilatus, Num ego Iudeus sum? gens tua & Pontifices tradiderunt te mibi: quid fecisti?

36 Respondit Iesus, Regnum meum non est ex hoc mundo: si ex mundo hoc esset regnum meum, ministri mei utique decertarent ne traderer Iudeis. nunc autem regnum meum non est hinc.

37 Ingressus est ergo.) Probabile est multa vltro citroque fuisse dicta, que Evangelista subtricit: quod etiam promptum est ex aliis colligere. Sed hic noster in vno capite maximè insistit, Pilatum sedulò percontatum esse iustēne an iniuste tractus esset Christus in iudicium. Coram populo, vbi sedition feruebat, nihil potuit agi nisi tumultuose: prætorium ergo ingreditur: & quidem consilium cuius est Christum absoluere: Christus autem ipse, vt obediatur Patri, damnatum se offerat.

Atque hec ratio est cur tam parçè respondeat. Quum iudicem haberet propitium, & qui aures libenter accommodasset, non difficile illi erat causam suam agere: sed cogitat ad quid descendenter in mundum, & quorū nunc à Patre vocetur: ideo sponte obmutescit, ne mortem effugiat. **Tu es Rex Iudeorum?** Questio de regno nunquam à Pilato sponte mota esset, nisi hoc crimine grauasset Christum Iudei. Quod autem p̄ aliis omnibus odiosum era, sumit Pilatus,

Pilatus, ut eo transacto absoluat reum. Responsum Christi hue tendit, in ea accusatione nihil esse coloris. Ita obliquam refutationem continet. acsi dicaret, Mihi ridiculè crimen obicitur cuius ne minima quidem suspicio in me cadit. Inique verò tuus ille Pilatus videatur quod querierat Christus cur se haberet sibi ectum: ita per indignationem exprobret, quicquid mali est, esse à propria gente. Ego inquit sedeo iudex: non alieni, sed gentiles tui, te accusant: non est igitur cur me innoluas discordis vestris. Per me & Romanos vobis agere quietis licet: sed ipsi vobis molestiam faciunt, cuius partē subire inuitus cogor.

36 *Regnum meum.* Eatur his verbis se regem esse: sed quantum ad probandam innocentiam fatis erat. cunctū & purgat calumniam. Negat enim quicquam disfidij eis regno suo cum politico ordine. acsi dicaret, Falso accusor ei sententiam aliquid turbare, aut nouare in pullo statu. Concio natus sum de regno Dei: sed illud spirituale est, ideo non est cur me regni affectati suspectum habeas. Ceterum ista Christi defensio fuit apud Pilatum: sed eadem utilis pī omnibus est doctrina vsq[ue] ad finem mundi. Nam si terrenū esset Christi regnum, quia præterit figura huius mundi, infatible & caducum esset: nunc quia cælestis vocatur, hinc simili assertur eius perpetuitas. Ita si totum orbem terræ labefactari contingat, non modo inter motus & concussions, sed etiam inter horribiles ruinas & interitus, stabiles nihilominus manent nostræ conscientiæ, modò ad Christi regnum attendant. Si tyrannice vexamus ab impiis, salus tamen nobis integra constat in Christi regno: quod hominum libidini minimi obnoxium est. Denique quoniam innumeris procellis affluit mundus, separatur inde regnum Christi in quo nobis querenda est tranquillitas. Docemur præterea qualis sit natura huius regni, nam si nos secundum carnem beatos redderet, nobisque fieri ret opes, delicias & quicquid optabile est ad usus præsentis vitæ, saperet terram & mundum: nunc autem, quantumvis inspeciem misera sit nostra conditio, salua tamen

mauet nobis solida felicitas. Hinc quoque discimus quinam pertinent ad hoc regnum, nempe qui Spiritu Dei renouati cælestem vitam in sanctitate & iusticia meditantur. Quāquam simul notandum est non negari quin sit in hoc mundo ad quos Christi regnum. Scimus enim sedem suam in anti-

mis nostris habere: que madmodum alibi etiam dicit Christus, regnum Dei intra vos est. Sed pro

Lue. 17. 21

priè loquendo regnum Dei in nobis habitans, in mundo peregrinatur: quia prorsus diversa est eius conditio. *Misericordia vestra debet ostendere.* Probat se terrenum regnum non affectasse, quia nemo se moueat, nemo arma capiat, nam si priuatus quispiam regnum sibi usurpet, necesse est vt per factiosos homines vires acquirat. In Christo nihil

apparet tale: sequitur ergo non esse terrenum regnum. Sed quaritur hoc loco an regnum Christi non licet armis defendere, nam quoniam iubetur

Principes osculari Dei Filium, non tantum illis *Psalm. 2. 11.* mandator ut se priuatim subiiciant eius imperio, sed etiam vt conferant quicquid habent potestatis ad tuendam Ecclesiam & asservandam pietatem.

Primum respondeo, perperam & inscite facere

qui hanc consequentiam deducunt, non debere

Euangelij doctrinam & purum Dei cultum ar-

matis defendi, quia non est tunc defensus Christus

in sua persona. Tantum enim ex praesenti facto

ratiocinatur Christus quam frivolum sit quod cal-

umniosè deculerant iudei. Deinde etiam Christi

regnum gladio propugnent, p[ro]p[ter] Reges, fieri tamen

hoc alio modo quam defendi soleant regna

mundana. Regnum enim Christi, vt spirituale est,

in doctrina & virtute Spiritus fundari oportet.

Eodem etiam modo perficitur eius ædificatio, ne-

que enim le ges & edicta hominum, neque penæ

ad conscientias vsque perueniunt: hoc tamen non

obstat quoniam per accidens regnum Christi

tucantur Principes partim dum externam disciplinam constituant, partim dum suum patroci-

nium commendant Ecclesiam contra impios. Cate-

rūm facit mundi prauitas vt magis sanguine mar-

tyrum stabilisatur regnum Christi quam armis

rum præsidis.

Natura regni Christi.
37 Dicit ergo ei Pilatus, *Nanquid ergo Rex es tu?* Respondit Iesus, *Tu dicas quod Rex sim ego.* in hoc ego natus sum, & in hoc veni in mundum, ut testimonium reddam veritati. Qui quis est ex veritate, audiit vocem meam.

38 Dicit ei Pilatus, *Quid est veritas?* Et quum hoc dixisset, rursus exiuit ad Iudeos, & dixit illis, *Ego nullum crimen inuenio in eo.*

39 Estantem vobis consuetudo ut unum vobis dimittam in Paschate: vultis ergo vobis dimittam Regem Iudeorum?

40 Claimauerunt ergo rursus omnes, dicentes, *Non hunc, sed Barabbam.* Erat autem Barab-

bas latro.

37 *Tu dicas quod Rex sim ego.*) Tametsi iam ex priore responso intellexerat Pilatus Christum aliquod sibi regnum vindicare, Christus tamen hoc idem nunc certius affirmat: nec eo contentus, alteram sententiam subiicit, quæ sit veluti illius dicti obligatio. Vnde colligimus, doctrinam de regno Christi non vulgarem esse, quum tanta assueratione dignam ipse duxerit. Est quidem generalis sententia. *Ego in hoc natus sum ut testimonium reddam veritatem:* præsertim tamen ad loci huius circumstantiam aptanda est. Ceterum hoc sonant verba, Christo esse naturale ut sit verax: deinde in hoc à Patre esse missum: id est proprium esse eius munus. Quare non

est periculum ne illi credendo fallamur: quandoquidem impossibile est eum aliud quam verum tradere cui munus asserenda veritatis Divinitus attributum est, & studium natura ingenitum.

Quisquis est ex veritate. Hoc addidit Christus non

tamhortandi Pilati causa (quod se nullo profectu

facturum esse sciebat) quam ut suam doctrinam

ab indiguis contumelii, quibus subiecta erat, videret. acsi dixisset, Criminis hoc mihi ducitur

quod me profensus sim esse regem, atqui hac indu-

bia est veritas, quam reverenter & sine controvèr-

sia excipiunt quicunque sunt recto iudicio san-

que intelligentia prædicti. Quanquam ex veritate

eos esse dicit non qui naturaliter verum per-

Cap. spiciunt, sed quatenus Spiritu Dei reguntur.

XVIII 38 *Quid est veritas? Quibusdam videtur Pilatus curiose inquirere, ut solent interdum profani homines cupide appetere ignorantia rei scientiam, interea nescientes cur hoc velint: illis enim tantum propositum est aures suas pacere. Ego vero potius vocem esse fastidientis interpretor: putabat enim sibi non parum iniuria fieri Pilatus quod eum Christus omni veritatis notitia priuaret. Iam in Pilato agnoscimus communem hominum mortuum, quanvis ignorantiae conscientiam simus omnes, pauci tamen sunt qui fateri sustineant, hinc fit ut veram doctrinam maior pars respuat. Postea Dominus, qui doctor est humilium, superbos execrando, quam merentur peccatum ipsiis infigunt. Ex eadem superbia nascitur fastidium illud, quod se ad discendum submittere non dignantur: quia sibi perspicaciam & acumen ingenij omnes arrogant. Res creditu trita esset veritas: Deus autem contra testatur captu humanae mentis longe altior rem. Idem in aliis quoque accidit. Principia theologiae capita sunt, De maledictione generis humani, De corrupta natura, De mortificatione carnis, De renouatione vita, De reconciliatione gratuita per unicum sacrificium, De iusticia imputacione, qua acceptus est Deo peccator, De illuminatione Spiritus. Hæc quia sunt paradoxa, communis hominum sensus contemptim repudiat. Pauci ergo in Dei schola proficiunt, quia vix decimus quique reperitur qui ad prima rudimenta attendat. Cur autem, nisi quia proprio sensu metiuntur arcanam Dei sapientiam? Quod autem irrisorie loquitur sit Pilatus, hinc appareat quod statim egreditur. In summa, Christo succedit, quia veritatem se proferre iactet quæ prius in tenebris latuerit. Hæc tamen eius indignatio demonstrat impios nunquam adeò morosè reiaceat Euangelij doctrinam quin aliqua eius efficacia tangantur.*

Nam etsi non eousque progressus est Pilatus ut docilem se præbeat, cogitur tamen intus punctionem aliquam sentire.

39 *Est autem consuetudo vestris.*) Hoc Pilatus semper in animo voluebat, qualiter eriperet Christum à morte, quem autem tantopere arderet populi furor, medium viam tenebat qua iratos animos placaret, putabat enim hoc satis fore, si Christus pro maleficio dimisissus, perpetua ignominia notatus esset. Ideoque Barabbam præcipue delegit, ut eius comparatione Christi odium mitigetur. Erat enim ob scelerum atrocitatem omnibus maxime infensus. Quid enim detestabilius est latrone? Et Lucas commemorat alii etiam criminibus fusisse reum. Quod autem eum Christo præfererit Iudei, non absque singulari Dei prouidentia accidit. Minime enim decuit tanus indigno pretio à morte liberari Dei Filiū. Inter ea in extremam ignominiam morte deiectus est, ut Barabbas dimisso medius inter duos latrones crucifigeretur: quia omnium scelera in se suscepérat, quorum non aliter peragi poterat expiatio. Et gloria resurrectionis quæ mox sequuta est, effecit ut mors quoque ipsa magnificus esset triumphus. Porro in ista consuetudine turpe & crassum fuit vitium, quod Romanus præses Iudeis vñigi aliquem ex sceleratis in Paschate donabat. Hoc quidem fiebat ad celebrandam diem sanctitatem: sed re ipsa nihil aliud erat quam foeda eius profanatio. Nam scilicet Scriptura, *Prover. 17* abominationis est coram Deo qui nocentem absoluunt. Multum ergo abest quin eum delectet prepostera eiusmodi venia. Hoc ergo ex exemplo discamus nihil magis esse præsterum quam velle Deum nostrum signantis colere. Nam simulacrum proprias imaginationes sequi homines coepérant, nullus est modus, donec in extrema quæque deliria prolapsi, palam Deo illudat. Lex ergo Divini cultus non aliunde quam ex eius præscripto petenda est.

CAPVT XIX.

1 *Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.*

2 *Et milites plectentes coronam ex spinis, imposuerunt capiti eius: & uestem purpuraem circum dederunt ei.*

3 *Ac dicebant, Salve rex Iudeorum. Et dabant ei alas.*

4 *Exiuit ergo iterum foras Pilatus, & dixit eis, Ecce adduco eum vobis foras, ut sciatis quod in eo nullum crimen inuenio.*

5 *Exiuit itaque Iesus foras, portans spineam coronam, & purpuream uestem. Tunc dixit eis, Ecce homo.*

6 *Quum ergo vidissent eum Sacerdotes & ministri, clamarunt, dicentes, Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigit: ego enim non inuenio in eo crimen.*

1 *Apprehendit Pilatus Iesum.*) Perstat in suo consilio Pilatus, priori tamen ignominia secundam addit: quia Iudeos sperat mediocri ista flagitatione contentos fore, vbi casus flagellis fuerit Christus. Quod autem tam solicite laborat, & nihil proficit, in eo cælesti decretum nobis repudandum est, quo destinatus erat Christus ad mortem. Inter ea ciuius innocentia saepius testimonio iudicis asservitur, ut sciamus eum ab omni culpa immunem pro aliis reum substitui, & peccatum alienis peccatis debitam subire. In Pilato vero notabile exemplar trepidæ conscientiæ cernimus. Christum ore suo absoluit, & fatetur nullum in eo esse crimen: peccatum tamen infligit tanquam

noxio. Ita huc illuc transferri, & in contrarias pugnantésque sententias distrahi necesse est, quibus non est tantum animi ut quod rectum est, inflexibili constantia defendant. Damnamus Pilatum omnes: interea dictu pudendum est quam multos similes habeat mundus, qui Christum non modò in eius membris, sed in doctrina etiam flagellant. Multi, ut seruent à morte qui pro Euangelio laborant, eos cogunt ad impianam Christi abnegationem, quid hoc aliud est quam Christum ludibrio exponere, ut infamem vitam degat? Alij dum pauca quedam excerpunt ex Euangelio quæ probent, totum Euangelium lacerant. Praclarum aliiquid effectum putant si pauci crassi abusus

abusus correcti fuerint, atqui præstaret sepultam esse doctrinam ad tēpus quām sic flagellari. Nam diabolo & tyrannis omnib. inuitis renasceretur: nihil autem difficultius quām suæ puritati restitu vbi semel corrupta fuit.

2 *Miles plectentes.*) Hoc proculdubio iussu Pilati factū est, vt notam criminis inureret Filio Dei, quod se regem fecisset: atque id ad explendā Iudæorum rabie, quasi persuasus esset Christū iure ab illis fuisse accusatum. Militum tamen improbitas & lascivia vltra iudicis imperiū exultat: sicuti impij simulacra male agendi oblata est occasio, eam cupidē arripiunt. Mira autē gentis scu-

tia, cuius animos rā triste spectaculum ad misericordiam non flectit. sed Deus hoc totū gubernat, vt mundum sibi reconciliet Filij sui morte.

6 *Accipite eum vos & crucifigite.)* Noluit Christum tradere in eorum manus, neque libidini per nittere: tantū se fore negat eorum carnificem. quod ex ratione mox addita patet, vbi dicit, Se nullum inuenire in eo crimen. ac si diceret, se nūquam adductum iri vi sanguinem innoxium fundat in eorum gratiam. Quod soli Sacerdotes & ministri eum ad crucem depositant, inde apparet non fuisse tantam in populo rabiem, nisi quatenus istis flabellis accensa deinde fuit.

7 *Responderunt ei Iudei, Nos Legem habemus, & secundum Legem nostram debet mori, quia Filium Dei se fecit.*

8 *Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit.*

9 *Eti ingressus est rursus in prætorium, ac dixit Iesu, Vnde es tu? Iesu autem responsum non dicit ei.*

10 *Dixit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? ne scis quod potestatem habeam crucifigendi te, & potestatem habeam dimittiendi te?*

11 *Respondit Iesu, Non haberes potestatem ullam contra me, nisi tibi data esset de super: propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet.*

7 *Nos Legem habemus.*) Significant se iure Christum perfecqui, non libidine aut odio. sentiebant. n. se obliquè perstrictos esse à Pilato. Loquuntur autem vt apud hominem Legis ignarum. ac si dicerent, Nobis permisum est more nostro viuere: religio autem nostra non patitur vt quis se pro Filio Dei vendit. Porrò hac accusatio non protus carebat prætextu, sed in hypothesis grauiter errabant. Generalis quidem doctrina vera erat, fas non esse hominib. quicquam sibi Diuini honoris sumere: ac morte esse dignos quicunque ad se traherent, quod vnius Dei proprium erat: causa autē erroris in Christi persona fuit, quod neque reputarunt quibus elogis Messianū prædicti Scriptura: quia inde colligere proutum erat esse Filium Dei: nec etiam inquirere dignati sunt eksētē Iesu ille Messias olim à Deo promisus. Videamus ergo vt ex vero principio falsam consequentiam deducant, quia male subsumunt. Quo exemplo monemur inter doctrinā generalē & hypotheses sedulū distinguere. Multi enim imperiti & leues homines, si semel decepi fuerint veri prætextu, ipsa quoque Scripturæ principia reliquent, quæ licentia hodie plus iusto in mundo grastatur. Meninerimus ergo sic cœwendū esse à fallaciis, vt principia quæ vera sunt, integra maneant, nec labefactetur Scripturæ fides. Rursus hoc modo facile refutare impios licet, qui Scripturæ testimonium, & quæ inde sumunt principia, malis causis falso & perperam obtendunt. Sicuti quō hodie Papistæ Ecclesiæ autoritatem magnificè extollunt, nihil afferunt in quo non consentiant omnes filii Dei. Ecclesiæ esse fideliū matrem, esse columnam veritatis, esse audiendam, regi à Spiritu sancto contendunt. nihil horū negandum est: sed quoniam trahere ad se volunt quicquid iuris Ecclesiæ debetur, improbè & sacrilega audacia rapiunt quod nihil ad se pertinet. nam hypothesis expendere conuenit, an ipsi Ecclesiæ titulum mereantur. hīc autē protus deficiunt. Similiter quoniam furiose in omnes pios sciuū, hoc se colore excusant quod ordinati sint ad tuendam fidem & pacem Ecclesiæ: sed vbi

propius ad rem ventum est, clarè perspicitur nihil minus eos habere in animo quāverē doctrinę patrocinium, nulla minus quān pacis & concordiæ cura tangi, sed pro sua tyrannide duntaxat pugnare. Qui generalib. principis contenti ad circumstantias non attendunt, nos meruō putant à Papistis oppugnari: sed cause cognitio sumos illos quibus illudunt, facilè discutit.

8 *Magis timuit.*) Duplex potest elicī sensus. prior est, quod veritus fuerit Pilatus ne sustineret aliquam culpam si exortus esset tumultus, quia Christum non damnaſset: alter, quod auditio Filii Dei nomine, mens eius religione tacta fuerit. Hunc secundum sensum confirmat quod sequitur in contextu, nempe quod prætori iterū ingressus Christū interrogat vnde sit. Inde enim apparet perplexū fuisse & anxium: quia sacrilegij pœnam metueret si manum iniiceret in Filium Dei. Notandum autem est, quoniam rogat vnde sit Christus, non sc̄ificari de eius patria: sed hoc perinde valere, ac si dixisset, Esne homo natus in terris, an deus quispiā? Sic ergo hunc locum interpretor, quod metu niminis perculsus Pilatus, inter sacram (vt aiunt) & saxū hastifer. Videbat. n. ab una parte tunultum feruere, ab altera renebat cum constrictum religio, ne vitādi periculi causa in Dei officiam incurreret. Exemplum hoc in primis notatu dignū est: quoniam tam deformis est Christi cōspectus, simul tamen ac Dei nomen audit Pilatus, eum inuadit timor ne diuinū numē in homine plus quam abiecto & cōtempno violet. Si tantum in homine profano valuit Dei reverētia, nonne ter reprobos esse oportet qui hodie de rebus Diuinis per lusum & iocū securè & absq; vlo metu iudicāt? Nam certè documento est Pilatus, religionis sensum hominib. ingenitum esse à natura, qui non patitur eos audacter quoouis ruerēre quoniam de rebus Diuinis agitur. Ideo dixi in sensum reprobum coniectos esse quos in tractāda Scripturæ doctrina non magis afficit Dei maiestas quān si de umbra alini esset disceptatio. Sentient tamen olim in suum exitium quām venerandū sit Dei nomen, cui hodie tam cōtemptim

Cap. XIX. immo contumeliosè illudūt. Dictu horrendum est quām superbè & ferociter à Papisis dāmnetur clara & testata Dei veritas, & innoxius sanguis fundatur. Vnde obsecro tamē ebrīus stupor, nisi quia in mentem illis non venit quiquam sibi negotiū cum Deo esse?

9 Iesu autem responsū non dedūt.) Quid non responderet Christus, videri absurdum non debet, siquidem memoria tenemus quod prius monui, non stetisse eum coram Pilato ad causam suam agendam (vt rei solent qui absoluī ciupunt) sed potius ad subeundū iudicium, nam eū suscep̄ta nostra persona damnari oportuit. Hæc ratio est

I. Tim. 6. cur defensione abstineat. Nec tamē pugnat Christi silentium cum Pauli sententia, vbi dicit, Memento Christum sub Pilato edidisse bonam confessionem. Quantum enim fari erat Euangelij fieri illie afferuit, neque aliud fuit mors eius quām doctrinæ ab ipso traditæ obsignatio. Non defuit ergo legitimæ confessioni Christus, sed tacuit quoad pertendam absolutioñē. Addit quid periculum erat ne Christum absoluaret Pilatus tanquam vnum ex duis fictitiis: quemadmodum voluit eū Tiberius referre inter Romanos deos. Merito itaque Christus stultam hanc superstitionem filendo repudiavit.

10 Ne/ces quid potestatem.) Hinc apparet, terrorem illum quo repente commotus fuit Pilatus, euānidū fuisse, nec habuisse vias radices. Nunc enim timoris oblitus proflit in superbū & immanem Dei contemptum, perinde enim Christo ministr acsi nullus esset in cælo iudex. Sed hoc profanis hominibus semper accidere necesse est, vt excusio Dei metu mox ad ingeniū suū redēat. Vnde etiam colligimus, non abs re vocari cor hominis fraudulentum, nam quām illic insidet aliquis Dei metus, similē ebullit mera impietas. Quisquis ergo non regēnitus est Dei Spīritu, quānus eius nūm ad momentum reverenter ostendat, contraria faciūt mox simulatum fuissi hūc timorem prodet. Iam in Pilato imaginem certimū superbi hominis, quem sua ambītio ad insaniam adigit. Nam dum potētiā suā vult esse, iustitia laude & fama se priuat. Christum fatetur innoxium: parem ergo latroni se facit dum gloriatur se posse illum iugulare. Sic tumultuari impias conscientias neccēstē est in quibus non regnat fides & vera Dei cognitio, & illie varijs carnis affectus inter se conciliat. Et Deus hoc modo præclarē se de hominām superbia vlciscitūr dum finēs suos transfi-

liunt ut sibi immensam potentiam usurpent: iniustitia vtrō se damnant, summo probro & infamia se afficiunt. Quare nulla maior quām superbia exēctas: nec mirum, vt pote quā manū Dei, cōtra quam impingit, sentiat vtricem. Quare meminerimus non esse temere exultandum in futilebus iactantiis ne ridiculi flamus. præseri qui in sublimi gradu locati sunt modestē se continent: nec eos pudeat Deo subiici, & legibus esse obnoxios.

11 Non haberes potestatem.) Aliqui generaliter exponunt quid nihil nisi Dei permissu geratur in mundo, acsi diceret Christus, Pilatum, qui omnia se posse existimat, non plus tamen factūrum quām Deus concedet. Vera quidē est sententia, regi hunc mundum Dei arbitrio: atque ut omnia moliantur impij, non posse tamen vel digitum mouere nisi moderante arcana Dei potentia: sed rectius (meo iudicio) sentiunt qui locum hunc restringunt ad Magistratus officium. Stultam enim Pilati arrogantiam castigat Christus his verbis, quia perinde se extollat tanquam potestas eius non à Deo est, acsi dixisset. Tu omnia perinde tibi sumis acsi non semel Deo redenda esset ratio: atqū non sine eius prouidentia factus es iudex. cogita ergo celeste eius tribunal tuo esse superioris. Nulla aptior admonitio inueniri potest ad reprimendam corum intemperiem qui alii presunt, ne iure suo abutantur. Pater enim sibi licere in filios putat, maritus in uxorem, dominus in seruos, princeps in populo: nisiquum in Deum respiciunt, qui certa lege eos dominari voluit. Properea qui me tradidit. Putat Iudeos maiori culpæ reos fieri quām Pilatum, quia scelerato odio & perfida malitia contra iustum grossentur, & quidem priuati homines, nec legitimū imperio prædicti. Ego vero aliter, hac circumstantia grauius & minus excusabile esse eorum crimen existimo: quia imperium diuinū constitutū sua libidini feruire cogūt. magnū enim sacrilegium est sancta Dei ordinatione ad quodus nefas abuti. Iure detestabilis est latro qui miserū viatore iugulat manu sua: sed qui pretextu iudicii infonsente occidit, magis sceleratus. Ceterū non amplificat illorum crimen, vt Pilatus subleuerit: neque enim hūc cū illis comparat, quin potius eodem reatu simul omnes constringit, quia sancta potestatem pariter contaminant. Hoc tantum est discrimen, quod directè petit Iudeos: Pilatum vero, qui obsequitur eorum libidini, obliquè taxat.

12 Ex eo querebat Pilatus dimittere eum. Iudei autem clamabant, dicentes, Si hunc dimittis, nones amicus Cesaris. quisquis se regem facit, contradicit Cesarī.

13 Pilatus ergo quum audisset hunc sermonem, adduxit foras Iesum, & seddit pro tribunali, in loco qui dicitur Lapidibus stratus, Hebraicè autem Gabbatha.

14 Erat autem parvæne Pascha, hora ferè sexta. Et dicit Iudeis. Ecce Rex vester.

15 Illi autem clamavunt, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Responderunt Sacerdotes, Non habemus regem nisi Cesarē.

16 Tunc ergo tradidit eum illis ut crucifigeretur. Accepérunt autem Iesum, & abduxerunt.

17 Ex eo querebat Pilatus.) Quānus nec cor-datē se gerat Pilatus, & ambitione magis quām iustitiae studio regatur, ideoque miserè vacillet: laudanda tamen eius modestia, quod seuerè à Christo reprehēsus non succenset: inīo ad eum liberandum magis inclinat. Iudex est, & tamen mansuetus animo reuni patitur esse censorem suum.

Vix certè centesimus quisque reperietur qui obiurgationem tam placide ab aliquo æquali suo ferat. Non es amicus Cesaris. Minaciter extorquet à Pilato vt Christum dannet. nihil enim magis odiosum obiūcere poterant, & quod plus terroris posset incutere, quām dū suspeçtū reddūt male in Cesarē fidei. Tu (inquit) ostendis tibi curz

curè non esse Celsaris imperium, si eū absoluīs qui omnia turbare conatus est. Hęc tandem improbitas frēgit animum Pilati, qui ante concuslūs tātūs fuerat violētis clamoribus. Nec vero fructuā istas circūstantias Euangelista tam sedulū p̄fsequit & inculcat: quia nostra magnopere interēt, Christūm scire non prius fuisse damnatum à Pilato: quām ter & quater iam absolutus esset eiūdēm ore: vt inde colligamus non suo ipsum nomine fuisse damnatum, sed pro nostris peccatis. Inde etiam colligere licet quām voluntarius ad subēundam mortem fuerit, qui vē neglexit propensō illo in se iudicis affectu. Et certe hac obedientia effecit vt mors eius boni odoris sacrificium efficeret expiandis omnibus peccatis.

13 *Sed ut pro tribunali.*) Hinc apparet quām variè dilactus fuerit Pilatus, ac his tristis vñs duas agebat personas. Confundit tribunal vi Christūm Iolleni more supplicio addicat: interēt palā declarat se hoc in iūtūnū facere, & repugnante conscientia. Ironice Christūm vocat Regem, significans friuolum esse calumniam qua grauabant illum Iudei: vel certe, vt compescat eorum furorem, & pro brosum hoc toti genti fore admonet, si rumor vulgatus fuisse ex ea damnatum aliquem regni affectati crimine. Quym Euangelista nomen Hebraicum loci *Gabbatha* fuisse refert, linguam Chaldaēm intelligit vel Syriacam, qua tunc in communī vñs erat. *Gabba* enim Hebreis excelsum significat. E sublimi itaque loco damnari Christūm oportuit, vt ipse summus Iudex ē cœlo adueniens nos extremo die absoluat.

14 *Horae sexta.*) Videntur Euangelista in tempore notando varij esse & parum inter se consentientes. Dicunt tres alij tenebras ab hora sexta factas esse, quum iam in cruce penderet Christus. Marcus etiam disertè exprimit horam fuisse tertiam quum de eo lata fuit sententia. Solutio tamen non est difficilis. Satis patet ex aliis locis diem tunc in quatuor partes fuisse diuisum:

17 *Et gestans crucem suam exiuit in locum qui dicitur Crux, Hebraicē Golgotha.*

18 *Vbi eum crucifixerunt, & cum eo duos alios, hinc & inde, medium autem Iesum.*

19 *Scriptis autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum, IESVS NAZARENVS REX IUDÆORVM.*

20 *Hunc ergo titulum multi ex Iudeis legerunt: quia urbi propinquus erat locus ubi Iesus crucifixus fuit. Et scriptum erat Hebraicē, Græcē, & Latinē.*

21 *Dixerunt autem Pilato Sacerdotes Iudeorum, Ne scribas, Rex sumus Iudeorum.*

22 *Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi.*

17 *Exiuit in locum, &c.*) Circūstantia quā hic notantur, non modò ad historiā certitudinem, sed fidei quoque nostræ adificationem plurimum valent. Quārenda nobis iustitia est in

Leui.5.10 expiatione à Christo peracta. Ergo vt se piaculum pro peccatis nostris esse probaret, tum educi extra vrbem, tum suspensi in ligno voluit.

Deute.21.22 Hostia enim quarum sanguis pro peccato fundebatur, solebant extra castra efferrī, ex Legis mandato: & eadem Lex imaledictum pronuntiat quicunque in ligno penderet. Vrtrunque in Christo impletum est, vt certe nobis persuasum sit peccata nostra sacrificio mortis eius expiata esse: ipsū fuisse execrationi subiectum, vt nos à malédictione Legis redimeret, *Galat.3.13*: factū esse peccatum, vt in eo simus iustitia Dei, *2. Corin-*

sicuti nox vicissim quatuor habebat vigiliū. Ille factū est vt singulis diebus quaternas tātū horas interdum alignent Euangeliā, & singulas horas in tres extendant, inter ea spatiū unius horæ quod ad finem inclinat, sequenti annuntiant. Secundū hanc supputationē Iohannes hora sexta damnatum fuisse Christūm narrat: quia tempus diei ad horam sextam vel ad secundam partem vergebatur. Ille colligimus hora sexta vel citer Christūm fuisse crucifixum: locus enim (vt paulo post dicit) erat viri vicinus, inter sexta & nonam cœperunt tenebre, quæ ad nonam vñque durarunt, quia mortuus est Christus.

15 *Non habemus Regem.*) Hęc verò se prodiit horribilis furor, quōd i Sacerdotes, qui exercitati in Lege esse debebant, Messiam reiciunt, in quo tota populi salus inclusa erat, à quo p̄decebant omnes promissiones, in quo fundata erat tota religio. Certè gratia Dei & bonis omnibus se abdicant Christūm repudiando. vidēmus ergo quantā vacuā corda coi reperi lucint. Fingamus Christūm non fuisse Christūm: nulla taliter illis excusatio est quod Regem præter Casiram nullum agnoscent. Primum enim deficiunt a spiritu di regno Dei. Secundū tyrannidem Romani imperij, quam maxime execrabantur, iuste gubernationi praeservant, qualis à Deo promissa erat. Ita impij vt Christūm fugiant, non modò se privat vita eterna, sed omne inferiarum genus sibi accersunt: contrà verō, vñica est piorum felicitas subesse Christi regno, sive iusto & legitimo dominio subiecti sint, quoad carnem, sive à tyrannis premantur.

16 *Tradidit eum illis.*) Coagit quidem Pilatum illorum importunitas vt Christūm tradere: neque tamen id factū est tanquam in tumultu, sed more soleani damnatus fuit: quia & duo latrones causa cognita ad crucem simili dānati sunt. Sed hoc verbo vitur Iohannes quo inclusi confirmat implacabili populi securitate datum fuisse Christūm, qui nullius delicti convictus erat.

5.21. educūtum esse extra urbem, vt fortes nostras, quæ illi impositæ erant, secundū ē medio tolleret, *Heb.13.12*. Eodem pertinet quod postea de latronibus sequitur, quasi enim per se non sufficeret supplicij atrocitas, medijs suspenditur inter duos latrones, quasi non vñs quilibet efficeret ex aliorum numero, sed omnium scleratissimus, & maximè detestabilis. Semper enim memoria repetendum est illud, nihil fecisse impios Christi carnales nisi quod Dei manu & consilio decreatum esset. neque enim Filium suum exposuit Deus illorum libidini: sed ex suo arbitrio & animi sententia sibi tanquam victimam immolari voluit. Quod si optima ratione non carui Dei consilium in omnibus iis quæ pati Filium suum voluit, tum horribilis ira illius gravitas aduersus

peccatum, tum immensa erga nos bonitatis eius magnitudo nobis reputanda est. Non aliter aboleri potuit noster omnium reatus nisi Filius Dei ~~magis~~ pro nobis fieret. Videmus eum quasi omnium scelerum congerie polluum in locum execrabilis cogi, ut illic coram Deo & hominibus nostra leditus appareat. Nam certe stupidi sumus, nisi in hoc speculo clare cernimus quantopere abominetur Deus peccata: plusquam verò saxi, nisi expauescimus ad tale eius iudicium. Dum autem altera ex parte testatur Deus sibi tam charam fuisse nostram salutem ut Filio vniigenito non pepererit, quā effusam bonitatis & gratiae magnitudinem illuc conspicimus? Quisquis ergo mortis Christi causas ritè expendet vñā cum fructu qui ^{1. Cor. 1.23} inde ad nos redit, illi neque stultitia, ut Græcis, neque scandalum, ut Iudeis, erit crucis doctrina, sed potius inastigmabile Diuinę tum virtutis, tum sapientie, tum iustitiae, tum bonitatis specimen ac pignus. Quum dicit Iohannes loco nomen fuisse Golgotha, de lingua vel Chaldaea vel Syriaca accipit. Est autem nomen deductum à Galgal, hoc est a volvendo: quia in cranio est velut pilæ aut globi rotunditas.

¹⁹ *Scriptit autem & titulum.*) Inserit Euangelista memorabile Pilati factum post latam sententiam. Vt datum quidem forte fuit titulos apponere quem plecerentur malefici, ut pœna causa in exemplū omnibus nota esset: atque in Christo hoc extraordinarium est quod sine ignominia titulus apponitur. Pilati enim consilium fuit, quo se obliquè vlcisceretur de Iudeis, qui sua per uicacia iniustum de homine innoxio supplicium extorserant, totam gentem in Christi persona damnare. Ita Christo nullam proprij sceleris notam inuit. Verùm longè altius profexit Dei prouidentia, quæ Pilati stylum gubernauit. Non venit quidem Pilato in mentem celebrare Christum ut salutis authorem, & Dei Nazaræum, & Regem electi populi: Deus tamen hoc Euangelij præconium nescienti quid scriberet dictauit.

²³ *Milites ergo quum crucifixissent Iesum acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, (unicuique militi partem) & tunica inconsutilis, à summo contexta per totum.*

²⁴ *Dixerunt ergo inter se, Ne scindamus eam: sed sortiamur de ea cuius sit. Vt scriptura impletetur, dicens, Partii sunt vestimenta mea sibi, & super vestitu meo miserunt sortem. Et milites quidem hac fecerunt.*

²³ *Milites erg.*) De vestibus Christi inter milites diuisis apud alios quoque Euangelistas fit mentio. Quatuor erant milites qui reliquum vestitum inter se parti sunt, restabat tunica inconsutilis, quæ quum diuidi non posset, super eam fors iacta est. Ut mentes nostras in considerando Dei consilio retineant Euangelistam, in hac etiam parte impletam fuisse Scripturam admonet. Locus tamen quem adducunt ex Psalmo 22, videtur intempestiu ad præsentem causam trahi. Nam quum illic queratur David se hostibus præda fuisse, metaphorice sub nomine vestium sua omnia designat: ac si uno verbo diceret Spoliatum se & nudatum ab improbis fuisse, quam figuram dum negligunt Euangelistæ, à nativo sensu discedunt. Sed tenendum est primo loco, Psalmonum ad Davide in restringi non debere, quemadmodum ex pluribus sententiis patet, præsertim vero ex clausula ubi habetur, *Celebrabo nomen*

tuum in Gentibus. quod de Christo exponere necesse est. Iam verò non mirum si obscuræ in Dauidem adumbratum fuerit quod in Christo expressus cernitur: quanto feliciter veritas suo typō clarior esse debet. Sciamus porrò nudatum fuisse Christum suis vestibus ut nos iustitia sua indueret: nudum eius corpus hominum probitis fuisse expositum, ut nos cum gloria apparcamus ad Dei tribunal. Quod allegorico sensu quidam hunc locum ad Scripturam torquent, quæ laceratur ab hereticis, nimis coactum est. Non displicet quidem comparatio, quod sicuti semel à profaniis milibus diuisi sunt Christi uestes, ita hodie peruersi homines totam Scripturam (qua Christus, ut se nobis conspicuum præbeat, uestitur) alienis commentis discerpunt. Sed minimè ferenda est Papistarum improbitas cum horribili Dei blasphemia coniuncta. Scripturam dicunt ab hereticis lacerari: tunicam verò, hoc est Ecclesiam, integrum manere:

manere: ut reiecta Scripturæ autoritate, fidei vnitatem in solo Ecclesiæ titulo confundere euincent. Quasi verò ipsa Ecclesiæ unitas alibi fundata sit quam in Scripturæ fide. Quum ergo fidem à Scriptura diuellunt, ut vni Ecclesiæ addicta subiecta sit, tali diuertio non iam Christum despoliant,

sed crudeli sacrilegio discepunt eius corpus. Quanquam, ut illi demus Ecclesiæ tunicam, immine obtinebunt quod captant: quia probandum restabit Ienes ipsos esse Ecclesiam, cuius nullum prorsus signum ostendunt.

25 Stabant autem iuxta cruem Iesu mater eius & soror matris eius Maria Cleopæ, & Maria Magdalena.

26 Quum vidisset ergo Iesus matrem ac discipulum afflantem quem diligebat, dixit matri sue, Mulier, ecce filius tuus.

27 Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

25 Stabant autem.) Hic obiter narrat Euangelista, Christum ita paruisse Deo Patri vt non neglexerit officium humanæ erga matrem pietatis. Seipsum quidem oblitus est, ac omnia, quantum necesse fuit ad praestandam Patri obedientiam: sed haec defunctus, officium quod matri debebat, noluit prætermittere. Atque hinc discimus quomodo pietas in Deum & in homines colenda sit. Sape accidit quum nos aliquò vocat Deus, vt in diuersam partem reuocent parentes, vxoris liberis: vt non possimus omnibus pariter satisfacere: si homines æquamus Deo, peruersa ratio est. Praferendum ergo Dei mandatum, praferendum cultus & honor: postea, quoad licebit, ius suum hominibus quoque reddendum. Nec verò unquam inter se configunt prioris & secunda Legis tabula præcepta, vt prima specie apparet: sed incipiendum à Dei cultu, postea hominibus inferior dandus est locus. **Quòd pertinet ista sententia, Qui non oderit patrem & matrem propter me, non est me dignus.** Sic ergo impendere nos hominibus decet, vt à Dei cultu & obedientia non minimè impediatur, vbi Deo erimus obsequuti, tunc rite & ordine de parentibus, vxore & liberis cogitabimus. sicut Christus matris curam habet, sed ex cruce, ad quam vocatus erat Patris decreto. Cæterum si loci & temporis circumstantiam expendimus, admirabilis fuit Christi erga matrem pietas. Omitto extremos cruciatus corporis, omitto probra: sed quum atrocies in Deum blasphemia animum eius incredibili morte conficerent, & sustineret horribile cum morte aeterna & diabolo certamen, nihil horum tantum obstat quominus sit de matre sollicitus. Colligere etiam ex hoc loco licet quismam sit honor ille quem Deus in Lege parentibus deferri iubet. Discipulo vices suas delegans Christus, alendam illi & curandam tradit matrem. Sequitur ergo, honorem qui parentibus debetur, non in cæmonia, sed in omnibus necessariis officiis positum esse. Iam ex altera parte consideranda est nobis mulierum fides. Fuit quidem non vulgaris auctoris affectus quòd Christus ad crucem vsque sequuntur: verùm nisi fide in-

structæ nunquam adesse potuissent tali spectaculo. Quantum ad Iohannem ipsum spectat, colligimus hec sufficiatam fuisse eius fidem ad breue tempus, vt tamen non prorsus fuerit extinta. Nunc pudeat nos si crucis horror nos à sequendo Christo moratur, quum nobis ante oculos etiam versetur resuētōnis gloria: quum prater ignominiam & maledictionem mulieres iñhil cernerent. **Mariam Cleopæ vocat, vel uxorem, vel filiam,** hoc posterius mihi magis placet. Eam dicit fuisse matris Iesu sororem, secundum lingue Hebraicæ phrasim, quæ omnes consanguineos fratrum nomine designat. Mariam Magdalenam videimus non strata liberata fuisse à lepte d'amonitis, quæ tam fidelem se Christo discipulam ad extreum visque præbuit.

26 Mulier, ecce filius tuus.) Quasi diceret, Posthuc non versabor in terris, vt possim tibi filij officia prestare. Hunc igitur in meum locum subcogo, qui partes meas fulcipiat. Idem sibi vult quum Iohannes dicit, *Ecce mater tua.* Mådat enim his verbis vt eam matris loco hibeat, nec secus cureat ac matrem. **Quòd dicit, Mulier, & matris nomine abstinet, quidam ideo factum putant ne grauius doloris vulnus animo eius infligeret, quod ego non reticio.** Verūm altera coniectura non minus probabilis est, quod ostendere voluerit Christus, peracto humanae vitæ studio iam se conditionem illam exire sub qua vixerat, ac cælestis regnum ingredi, vbi Angelis & hominibus imperet. Scimus enim Christum semper fideles à carnis intuitu reuocare solitum, id autem in morte præfertim fieri oportuit.

27 Accepit eam discipulus.) Signum observantia est discipuli erga magistrum, quod Christi mandato parer Iohannes. Hinc etiam patet, Apostolos habuisse suas familias: quia hispicio excipere non poterat Iohannes Christi matrem, ne eam apud se habere, nisi fuisset illi domus & certi viuendi ratio. Quare inepti qui purant Apostolos reliquis facultatibus, nudos & iranés ad Christum venisse. Plulquam verò stulte delirant quibus sita esse videtur in mendicitate perfecatio.

28 Post hoc sciens Iesus quod omnia iam impleta essent, ut impleretur Scriptura, dicit, Sitio.

29 Porro vas possum erat aceto plenum. Illi autem spongeam acetum, hyssopo circumdederunt & obtulerunt ori eius.

30 Quum ergo sumpsisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est. Et inclinato capite tradidit Spiritum.

28 Sciens Iesus.) Multa consultò præterit Iohannes ab aliis tribus narrata: nunc postremum actum, in quo multum inerat ponderis, describit. Quum dicit Iohannes vas illuc fuisse positum, loqui-

tur tanquam de re visitata: ac mihi probatur, genus potionis fuisse conjectum ad mortem accelerandam, quum miseri homines satis diu torti essent. Potum verò non petit Christus donec omnia fue-

**Mat. 10.
Luc. 24.
26.**

**Pf. 69. i
22.**

Cap.
XIX.

riū implēta: quo immēsum erga nos amorem & inextimabile salutis nostra studium testafit. Nullis verbis exprimi satis potest quām acerbos dolores perficeret: non tamen eximere se cupit donec fuerit Dei iudicio satisfactum, suis que omnibus numeris confit expiatio. Sed quōmodo dicit omnia fuisse implēta, quām adhuc præcipuum caput decesset, mors ipsa scilicet? deinde anno resurrectio ad salutis nostræ complementum facit? Respondeo Iohannem complecti quæ mox sequutura erant, nondum mortuus erat Christus: nondum resurrexerat sed videbat nihil amplius obstat quin ad mortem & resurrectionem pergeret. Atque ita suo nos exemplo ad solidam obedientiam influit: ne grave sit nobis suo arbitrio viuere, etiam si inter maximos dolores languendum sit. *Vt impleretur Scriptura.* Ex alis Euangelistis colligere promptum est, notari locum ex Psalmo 69. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potarunt me aceto. Hac quidem loquutio metaphorica est, qua significat David non modo sibi negatam fuisse operem qua egebat, sed mala crudeliter fuisse duplicata, sed nihil absurdum est, si in Christo clarius exhibutum fuerit quod tenuiter adumbratum fuerat in Davide. Nam hinc melius perspicimus quātum differat a figuris veritas, quām pālā & quāsi in solidum apparent in Christo quā tantūm figuratē passus est David. Ergo ut ostenderet Christus se eum esse cuius David sustinuerat personam, voluit aceto potari, idque in fidei nostræ confirmationem. Qui sensum allegoricum fabrificant in verbo *Sūtendi*, argutiae magis quām vera ædificatione student. Et pālā resiliit eos Euangelista, qui petitum à Christo accēnum fuisse dicit, quām ad mortem properaret. Quum dicit *Sponsus Ihesu* fuisse circundatam, intellige in arbuscula baculo fuisse defixam, vt posset ad os Christi admoueri.

30 *Consummatum est.*) Idem verbum repeatit quo nuper vīsus fuerat. Ceterū hæc Christi vox memoratu in primis digna est: quia docet in eius morte totum salutis nostræ complementum & singulas partes contineri. Iam autem monuimus non disiungi à morte resurrectionem: tantūm Christi consilium est fidem nostram retinere in se uno, ne hoc vel illuc deflecat. Sensus ergo est,

31 *Iudei ergo (vt non manerent Sabbatho corpora in cruce, quia Parasceue erat, & erat magnus dies illius Sabbathi) rogarunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.*

32 *Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus erat cum eo:*

33 *Quum autem ad Iesum venissent, postquam viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.*

34 *Sed unus militum lancea eius latus aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua.*

35 *Et qui vidit, testimonium reddidit, & verum est eius testimonium, & ille nouit quod vera dicit, vt vos credatis.*

Exod. 12. 48. Num. 9. 10. Zach. 12. 36 *Hæc autem facta sunt vt Scriptura impleretur, Os non comminuetis eius.*

37 *Et iterum alia Scriptura dicit, Videbunt in quem transfixerunt.*

Quia parasceue erat.) Hæc quoque narratio ad fidem ædificandam valet. Primum quia offendit impletum fuisse in Christi persona quod in Scripturis prædictum erat: deinde quia mystérium continet non vulgaris momenti. Dicit Euangelista Iudeos rogasse vt corpora tollerentur e crucibus. Mandatum id quidem fuerat Lege

quicquid ad salutem hominum facit, in Christo constare, nec alibi querendum: vel (quod id est) salutis perfectionem in eo esse inclusam. Subest autem tacita antithesis: quia mortem suam veteribus sacrificiis & figuris omnibus opponit Christus, acsi dicere, Quicquid sub Legi in vsu fuit, nihil ad expandi peccata, ad iram Dei placandam, ad comparandam iustitiam per se valebat: nunc demum vera mundo ostensa & exhibita est salus. Huic doctrinæ annexa est omnium Legis rituum abrogatio. Vnbras enim iam sectari, ex quo habemus in Christo corpus, præposteriorum est. Quod si in hac Christi voce acquiescimus, vna eius morte ad salutem contentos esse nos deceat, nec vlla aliunde subsidijs accersere fas est. Atqui huc spectat tota Papatus religio, vt homines sibi innumeris quærendæ salutis modis excoegerint, unde colligimus abominandis sacrilegii scatere. Præcipue hac Christi voce damnatur Misericordia abominatio. Cessare omnia Legis sacrificia oportuit, quia unico mortis Christi sacrificio perfecta fuit hominum salus. quo igitur iure vel pretextu sibi licuisse Papistæ dicent sacrificium novum erigere quod Deum hominibus reconciliat. Excipiant non esse novum, sed illud idem quod Christus obulit, atqui facilis est refutatio, quod nullum offerendi mandatum ipsis habeant: deinde quod Christus semel vna oblatione defunctus pronuntiat ex cruce totum esse perfectum. Ergo plusquam falsarij sunt, qui testamentum facio Filij Dei sanguine obsignaverint, perfide corrumpti ac violati. *Emisit Spiritum.* Omnes Euangelistæ diligenter mortem Christi expriment: nec inmerito, nam hinc nobis vita fiducia: hinc etiam secura aduersus mortem gloriam, quod eam vice nostra cedit Dei Filius, & cum ea lucendo superior evasit. Notanda autem est loquutio quam usurpat Iohannes: qua doceatur pios omnes qui cum Christo moriuntur, securè animas suas deponeant in Dei custodiā, qui fidelis est, nec perire sineat quod servandum suscepit. Hoc inter filios Dei & ieprebos discrimen est moriendi, quod hi animas tenere exhalant: illi autem Dei tutelæ committunt quasi pretiosum depositum, cuius fidus erit custos usq; in diē resurrectionis. Nomen *Spiritus* hic pro anima immortali accipitur, quæadmodum satis patet.

Dei: sed Iudei (vt solent hypocrita) rebus minutis tantum intenti, sine villo scrupulo maxima sceleria prætererunt, nam vt Sabbathum sūni religiosè celebrent, de externa pollutione anxijs sunt: interea non reputant quām nefandum fuisse scelus vita priuare hominem innoxium. Sic paulò autem vidimus non ingressos fuisse prætrium

rium ne se polluerent, quum totam regionem pollueret eorum iniectas. Interca per eos exequitur Dominus quod salutis nostra plurimum intererat, ut mirabiliter intactum maneat Christi corpus, & ex eius latere fluant sanguis & aqua. Erat magnus dies illius Sabbathi. Magis recepta lectio est, Erat magnus ille dies: hæc tamen quam posui, in multis vetustis & probatis exemplaribus habetur. eligant lectores utram maluerint. Silegas éxāvū in genitivo, Sabbathum pro ipsa hebdomada sumendum erit, acsi dixisset Euangelista fuisse illius septimanæ diem festum Paschæ respectu, celebertinum. Loquitur autem Euangelista de proximo die, cuius initium erat ab occasu solis: quo maior erat religio cædarea suspensa reliquere. Sin verò magis placeat in nominativo casu legere, Erat ille magnus dies, eodem ferè recidet sensus, quantum ad summam rei: in verbis tantum erit varietas, nempe quod Sabbathum illud sanctius saceret Pascha accessio.

33 *Quum autem ad Iesum venissent.)* Quod fratris duorum latronum cruribus Christum mortuum inueniunt, atque ide non attingunt eius corpus, in eo extraordinarium Diuinæ prouidentie opus appareat. Dicunt quidem profani homines, naturaliter fieri vt aliis alio citius moritur: verum qui totam historiæ seriem expendet, arcano Dei consilio adscribere cogetur quod mors omnium opinione celerior Christum à fracione crurum exemptum.

34 *Sed vnu milium lancea.)* Quod lancea confossum fuit eius latus à milite, factum est ad mortem comprobandum: sed Deus longè altius respexit, vt mox videbimus. Puerile vero Papistarum commentum, qui ex lanceario, Lögnum fecerunt, pro riuiri nomen esse fingentes: ac nequid fabula deesset, cæcum prius fuisse militem nugati sunt, & recepto visu ad fidem conuersum. Itaque ab illis in sanctorum catalogum relatus est. Talibus patronis quum suffulta sint eorum preces quoties Deum invocant, quid obsecro impetrare vnquam poterunt? Sed digni sunt quicunque spredo Christo suffragia mortuorum captant, quos diabolus ad larvas & lemures abripiat. *Exiit sanguis, & aqua.* Hallucinati sunt quidam, miraculum hic fingentes. Naturale enim est dum coagulatur sanguis, anislo rubore fieri aqua similem, notum etiam est in membrana pæcordis vicina aquam contineri. Decepti sunt autem illi, quod tam scđulò Euangelista inculeat aquam fluxisse cum sanguine, acsi aliquid infolium & præter natura ordinem referret. Sed aliud ei fuit consilium, nempe vt narrationem suam aptaret Scriptura testimoniis quæ mox subiicit: præsertim verò vt inde elicenter fideles quod ipse alibi admonet, Christum scilicet venisse cum aqua & sanguine: quibus verbis significat secum attulisse veram expiationem & verum lauacrum. Num peccatorum remissio & iustitia antræque puritas duobus illis symbolis in Lege figurabantur, faciliis & ablutionibus. In sacrificiis sanguis peccata expiat, ac pretium erat ira Dei placanda: lauacra testimonia erant vera puritatis, & remedia ad purgandam iniunctitudinem ac delendas carnis sordes. Ne amplius in illis elementis subsistat fides, Iohannes quinto Epistola sua capite testatur utriusque gratiæ complementum esse in

Christo: hic autem visibile eius rei symbolum profert. Eodem spectant que Christus Ecclesiæ fuit reliquit facrarentia, nam in Baptismo purgatio & animæ puritas, quæ vita nouitate constat, nobis ostenditur: Cœna autem peractæ expiacionis est pignus, sed longe à veteribus Legis figuris differunt: quia Christum ostentunt veluti præsentem, quem a huc procul abesse Legis figuræ indicabant. Quare non displicer quod scribit Augustinus, ex Christi latere fluxisse nostra sacramenta: tunc enim vere denunio a solidibus nostris abluimur, & renouamur in sanctam vitam: tunc redempti à morte, & soluti à reatu, coram Deo viuimus, quam Baptismus & sacra Cœna ad latus Christi nos deducunt, vt inde tanquam ex fonte, quod figurant, sive hauriamus.

36 *Os uen communis.*) Testimonium hoc sumptum est ex duodecimo Exodi, vbi Moses de agno Paschali traçtat. Sunit autem Iohannes pro confessio, agnum illum symbolum veri & vniæ sacrificij esse, quo redimenda erat Ecclesia. Nec obstat quod in memoria redemptionis iam facta immolabatur, sic enim volebat Deus illud beneficium celebrari, vt in futurum tempus spiritualem Ecclesiæ liberationem promitteret. Quare Paulus quoque sine contraria ad Christum aptat quam agni concedendi formam præscribit Moses. Ex hac analogia & similitudine fructum non vulgare: colligit fides: quia fultum in Christo exhibitam, in omnibus Legis ceremoniis intetur. Et hue spectat Iohannis consilium, Christum verum fuisse redempcionis nostre non tanquam pignus, sed etiam pretium: quia in eo impletum cornitur quod olim sub figura Paschæ ostensum fuit veteri populo. Quid etiam monentur Iudei, in Christo querendam esse omnium substantiam quæ Lex figurauit, non re ipsa præstiti.

37 *Videbunt in quem transfixerunt.*) Locum hunc qui secundum literam de Christo expondere conantur, nimis volenter torquent. Nec verò in hunc finem ab Euangelista citatur: sed potius vt ostendat Christum esse Deum illum qui olim conquetus fuit per Zachariam sibi pectus à iudeis transfodi. Illic autem Deus hominum morte loquitur, significans perinde se vulnerari populi sceleribus, ac præsterni obstinato verbi sui contemptu, vt lethale est in homine mortali vulnus cui cor est transfixum. Sic alibi dicit spiritum suum miserere affectum esse. iam quia Christus Deus est in carne manifestatus, dicit Matt. 26. Iohannes in visibili eius carne palam fuisse impletum, quod Diuina eius maiestas, secundum rationem quam pati poterat, passa fuerat à Iudeis. non quod iniurias hominum obnoxius sit Deus, vel ad eum vsque perueniant quæ illi ex terra probra ingeruntur: sed quia hac loquitione exprimere voluit quanti sacrilegij rea sit hominum iniectas, dum se contumaciter in calore attollit. Merito autem Iohannes Iudeis adscribit quod militis Romani manu peractum est: quen admodum alibi dicuntur Filium Dei crucifixile, quâuis digito non atrigerint eius corpus. Nunc queritur prouinciatrice Deus penitentiam Iudeis in salutem, an se venturum vltorem non inctur. Ego dum locum diligenter expoendo, virum que complecti arbitror: quod feliciter reliquias tandem ex perdita & desperata gente in salutem colliget Deus: & contemptoribus horribili sua

C. XIX. vindicta ostendet cum quo negotium habuerint. Scimus enim Prophetis non minus audacter solitos fuisse illudere quām si absque vlo-

Dei mandato fabulati essent. Hoc illis impunē cessurum negat Deus : quia tandem cauam suam afferet.

38. Post hæc autem rogauit Pilatum Joseph Arimatensis (qui discipulus erat Iesu, occultus tamen propter meum Iudeorum) ut tolleret corpus Iesu, & permisit Pilatus. Venit ergo, & sustulit corpus Iesu.

39. Venit autem & Nicodemus (qui venerat ad Iesum nocte primum) ferens misturam myrræ & aloës, circiter libras centum.

40. Sumpserunt ergo corpus Iesu, & ligarunt illud linteis cum aromatibus, ut mos est Iudeis sepelire.

41. Erat autem in loco ubi crucifixus fuit, hortus: & in horto, monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat.

42. Illic ergo propter paracœnū Iudeorum, quia monumentum propè erat, posuerunt Iesum.

38. Rogauit Pilatum Joseph.) Iam recitat Iohannes à quibus, & quo in loco, & quām honorificè sepultus fuerit Christus. Duo nominat Iohannes qui Christum sepulturæ mandarunt, Joseph & Nicodemum: quorum prior à Pilato sibi mortui corpus dati perit, quod alioqui expositum fuisset militum Iibidini. Illum Matthæus dicit uitem fuisse, Lucas vero decurionem, hoc est Senatoris ordinis testator. Nicodemum verò capite tertio viduus dignitate inter suos fuisse prædictus: fuisse verò etiam civitem colligere promptum est ex tanto sumptu quem fecit in afferenda mistura. Ergo illis hactenus obliterant divitiae ne Christo nomen darent, & in posterum non minus obstatre poterant ne professionem fassicerent tantopere odie fam & infamia. Et nominatio Euangelista commemorat Joseph antehac metu fuisse retentum ne auderet se Christi discipulum profiteri, de Nicodemo autem repetit quod ante habuimus, claram & noctu ad Iesum venisse. Vnde igitur repente heroica illis animi fortitudine, ut in extrema desperatione intrepide in lucem prodeant? Omitto manifestum discrimen quod subire necesse fuit. sed hoc magnum est, quod æternum cum gente sua bellum suscipere non dubitabant. Certum ergo est cœlesti impulsu factum esse ut qui viuo debitu honorem propter metu non detulerant, quasi mutati in nouos homines, accurvant ad cadaver mortui. Afferunt ipsi sua aromata ad condiendum Christi corpus: sed hoc nunquam fecerunt nisi odore mortis eius perfusi & imbuti. Vnde appetat quām verè dictum est ab ipso Christo, Nisi grānum frumenti mortuum fuerit, ipsum solum manet: postquam autem mortuum est, abunde fructificat. nam mortem præ vita ipsa fuisse viuiscam illudire hic habemus documentum. Et tantum valuit odoris suavitatis quem spiravit mors Christi in istorum duorum hominum animos, ut omnes carnis affectus facile extinxerit. Quoniam in illis regnaret opum amor & amabilitio, insipida erat Christi gratia: nunc verò totus mundus illis sapere desinit. Ceterum sciamus, eorum exemplo nobis præscribi quidnam Christo debeamus. Illi duo, ut fidei suæ specimen ederent, Christum è cruce sublatum non sine ingenti periculo, constanter tamen in sepulchrum tulerunt. turpis ergo & pudenda ignavia est, si regnante in cœlesti gloria fidei confessione fraudamus. Quo etiam minus excusabilis est eorum improbitas qui quā hodie perfida simulatione Christum

*Nom. ejus nunc
Septendius
Christus
Phil. 1. 9.*

abnegent, Nicodemus tamen exemplum prætextunt. Ac vna quidem in re similes esse fateor, quod Christum quantum in se est sepultum curant: sed nunc non est sepeliendi tempus, ex quo ascendit ad Patris dexteram, ut supra homines & Angelos conspicuus eminet, & omnis lingua sonum eius imperium prædicet. *Occultus propter meum Iudeorum.* Quia metus hic sanctæ constantiæ opponitur quam operatus est Spiritus Dominus in corde Joseph, probabile est non caruisse vitio. Non quod omnis metus, quod sibi fideles à tyrannis, & Euangelij hostibus cauunt, virtuosus sit: sed quia se se prodiit fidei imbecillitas quoties metu supprimitur fidei confessio. Semper videndum quid mandet Dominus, & quoque nos progredi iubeat. Qui cessat in medio cursu, Deo se non fidere ostendit, & nihil excusationis habet qui pluris vitam suam facit quām Dei mandatum. Quod Euangelista titulo & honore discipuli Joseph dignatur quo tempore nimis timidus erat, nec testari audebat fidem suam eoram mundo: hinc agnoscimus quām elementer agat Dominus cum suis, & quām paternè eorum vitia ignorat. Neque tamen est cur sibi blandiantur falsi Nicodemæ, qui non tantum occultam intus fidem retinerint, sed dum cōsensum simulant cum impiis superstitionibus, quantum in se est Christi se negant esse discipulos.

40. *Sicut mos est Iudeis.*) Postquam extrema ignominia defunctus erat Christus in cruce, honorificam eius sepulturam esse Deus voluit, ut esset gloriæ resurrectionis præludium. Sumptum non mediocrem faciunt Nicodemus & Joseph, ut superuacuus videri possit: sed consilium Dei spectandum est, qui etiam Spiritu eos suo impulit ad præstandum hunc Filio suo honorem ut crucis horrorem nobis tolleret sepulchri odore. Ceterum quæ extraordianaria sunt, in exemplum trahi non debent. deinde nominatio exprimit Euangelista sepultum fuisse quemadmodum Iudeis mos erat. quibus verbis significat, hanc fuisse vnam ex Legis cæmoniis. Nam veterem populum, cui non ita clare testata erat resurrectio, & qui specimen eius ac pignus in Christo non habebat, talibus adminiculis fulcri oportuit, ut constanti fide Mediatoris aduentum expectaret. Quare notandum est discrimen inter nos, quibus illuxit Euangelij claritas, & inter Patres, quibus figuræ Christi absentiam supplicant. Hæc ratio est cur tunc fuerit tolerabilis

major

major rituum pompa, que hodie vitio non caret. Nam n̄ qui hodie tam sumptuose mortuos sepelunt, non tam mortuos homines quam Christum ipsum Regem vite è celo detracitum sepulcro quantum in se est recordant: quia eius resurrectio veteres illas cæremoniæ abrogauit. Huius etiam magna inter Gentes sepeliendi cura & res gloriae originem proculdubio à Patribus habuit, scitū sacrificia. Sed quoniam nulla apud eos vigeret spes resurrectiois, non fuerunt Patribus imitatores, sed similes. Promissio enim & verbum Dei tanquam anima est que cæremonia viuificans, ablato verbo, quicquid rituum sursum homines, etiam si ex eterne specie piorum oblationi conuenient, nihil aliud est quam putida vel fatus superstitio. Nobis vero (ut dictum est) hodie colenda est hac in parte sobrietas ac parsimonia: quia immodi ci sumptus odorem resurrectionis Christi extinguunt.

41. *Erat autem in loco.)* Hoc tertium est capitulum obseruandum esse dixi in historia sepulture.

CAPVT XX.

- 1 *Prima autem die Sabbathorum, Maria Magdalena venit manu quum adhuc tenebra effas, id m̄auineatum, & videt lumen plenum e monumento.*
- 2 *Cur uero, & venit ad Simonem Petrum, & ad alterum discipulum quem diligebat Iesus, & dicit ei, Tu eris Dominus in monumento, & nescimus ubi posuerunt eum.*
- 3 *Exiit ergo Petrus & iter discipulus, & venerans ad monumentum.*
- 4 *Curebant autem duo simil, & alter discipulus precoruit celerius Petro, & venit prior ad monumentum.*
- 5 *Et capite inclinato, videt posita linte amina, non tamen ingressus est.*
- 6 *Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & ingressus est in monumentum, & videt posita linte amina.*
- 7 *Et sudarium quod fuerat super caput eius, non solum cum linte atque positum, sed seorsum in nouum in unum locum.*
- 8 *Tunc ergo ingressus est etiam alter discipulus qui venerat prior ad monumentum, & videt & credidit.*
- 9 *Nondum enim nouerant Scripturam, quod oportere illum à mortuis resurgere.*

Prima autem die Sabbathorum.) Quoniam resurrexio Christi præcipuum est fidei nostræ caput, & sine quo spes vite æternæ iacet: ideo in ea probanda magis insistunt Euangelista: quecumadmodum hic nos habet multa testimonia colligit, quibus certi simus Christum ex mortuis resurrexisse. Posset tamen videri absurdum quod non proficeret testes magis classicos, nam à muliere initium facit: sed ita scilicet impletum fuit illud, eligi à Deo quod inservium est in mundo & stultum & contemptibile, ut sapientiam, & virtutem, & gloriam carnis confundat. In discipulis certè nihil plus fuit terrena dignitatis quam in mulieribus quæ Christum sequentes erant: sed quia Christo placuit eos habere primarios resurrectiois sua testes, vno hoc nomine satis sunt authenticæ, omnique exceptione maiores. Sacerdotibus & Scribis totique populo, & Pilato etiam nihil aliud obstat quominus Christum resurrexisse certè scirent, nisi crastis & voluntaria cœcitas. Fuerunt igitur omnes digni qui videndo non viderent, interea pauci gregis Christus patescerit. Ceterum antequam ultra progedimur, operæ præmium est monstrare quomodo inter se Euangeliæ consentiant, in quorum verbis apparet prima species aliquid disidiij. Iohannes

non nisi unam Magdalenan nominat, Matthæus duas, Marcus tres, Lucas certum numerum non definit, sed tantum in nomine norat venisse mulieres quæ Christum à Galilæa sequentes erant. Verum hic nodus facile ita solvit, quod sicuti Mattheus ponit duarum nominis, quæ magis nota erant ac celebres inter discipulos, ita Iohannes contentus est vnius tantum Magdalena nomine: interea tamen in alias non excludit: inquit ex verborum eius contextu colligere promptum est illam non fuisse solam, nam paulo post dicit Maria plurali numero, Nescimus ubi posuerunt eum. Ergo quoniam de comitibus filiis Iohannes, nihil tamen narrat ab aliis diuersum, qui plures fuisse commenmorant. De temporis varietate non difficultis est solutio. Quum dicit Iohannes *venerante lucem,* intellige superantibus adhuc noctis tenebris ingressas fuisse iter: antequam versus ad sepulchrum ventum foret, lux diei exorta fuit. Vespere autem post solis occasum iam finito Sabbatho, emerant aromata. Atque huc referri debet aliorum narratio. Alia videtur esse repugnantia species, quod Iohannes dicit sibi & Petro duntaxat loquitur eis Mariam: Lucas autem narrat ipsam ad undecim Apostolos venisse, & eius sermonem habitui pro delicio. Sed faciliter

Cap.
XX.

discutitur: quia Iohannes collegas suos reliquos consulto prateriit: ipse enim & Petrus soli ad sepulchrum venerunt. Quod Lucas folius Petri invenit, eiusdem est rationis cum eo quod numerus diximus de Maria Magdalena & reliquis mulieribus. Porro credibile est alios novem discipulos metu retentos esse, ne si turmatim prodiissent, pumis suisfent conspicui. Nec obstat quod videtur innuere Lucas, spretum ab aliis suisfent Mariae sermonem: quia continuo post subiicit *Petrum currere*. Quare simpliciter intelligit, primo auditu suisfent quasi attontos: sed tandem collecto animo Petrum illam sequutum esse visendi causa. Quod autem recitat Lucas Christum appatuile Marie antequam discipulis nuntiasset sepulchru esse vacuum, inuersa est narrationis series: quod planum sit ex contextu, subiicit enim quod Iohannes testatur accidisse priusquam illa Iesum videaret. Nec vero quicquam in eo est absurdum, quum Hebreis tritum sit priore loco referre quod ordine temporis est posterius. *Prima Sabbathorum.* Non referunt Eusebii & quanto vel qualiter resurrexit Christus, quia illis suis fuit expondere quando & quibus innotuerit eius resurrectio. Dicit ergo Iohannes *Mariam venisse prima die Sabbathorum.* Ad verbum quidem est *Vna*: sed Hebreis tritum est vnum ponere loco primi: quia in numeris principium incipit ab unitate. Quum autem septimus quisque dies quieti esset dicatus, totam hebdomadam Sabbathum vocarunt: hoc honoris dantes dici sanctitatem ut reliquum tempus denominationem ab eo sumeret. Venerunt ergo mulieres postridie Sabbathi ad sepulchrum, quum eodem die, sed post occasum solis emisissent aromata: deinde clanculum sub noctis tenebris (vt in rebus trepidis fieri solet) virbe egredi essent. Prima autem dies Sabbathum iuit res ipsa proximi Sabbathi: qui initium erat septimane cuius Sabbathum erat clausula.

3 Exiit ergo Simon Petrus. M'rum est, quum tam pusilla ac ferè nulla tam in discipulis quam in mulieribus esset fides, tantum suisfent ardoris. Et certè fieri non potest quin pietas eos impulerit ad querendum Christum. Manebat igitur semini aliquod fidei in eorum cordibus, sed ad tempus suffocatum, vt nescirent se habere quod habebant. Sic Dei Sp'ritus in electis saepe arcano modo operatur. In summa, tenendum est suisfente aliquam occultam radicem ex qua fructum emergere cernimus. Quenam autem fuerit confusus & multa superstitione implicitus hic pie-tatis sensus quem habebant, ego tamen fidei nomen illi in proprio tribuo: quia nonnisi ex Evangelij doctrina conceptus erat, nec alio tendebit quam ad Christum. Ex hoc tandem semine se protulit vera & sincera fides, quae reliquo sepulchro ad caelestem Christi gloriam consenseret. Scriptura quum de fidei rudimentis loquitur, Christum dicit innasciū nobis, & nos viceissim in ipso. Atqui discipuli ferè infra infans-tiam locandi sunt, dum Christi resurrectionem ignoranti: sed Dominus tamen ipsos, quafi factus in vtero clausos, souet. Prius fuerant similes pueris, & aliquousque progressi erant: sed tanta ex Christi morte debilitas superuererat, vt iterum gignendi essent ac formandi, quemadmodū Paulus de Galatis loquitur. Quod Petrus, qui minus festinauerat, prior tamen ingreditur sepulchrum,

hinc discamus multis in recessu plus dari quam in fronte appareat. Et certè multos interdum, qui roti principiò seruebant, deficere videamus ubi ventum est ad confitum: alios autem qui lenti & ignavi putabantur, imminenti periculo nouos animos induere.

5 Videl posita lnteamina.) Erant lnteamina velut exuiae que si em resurrectionis Christi facerent. Neque enim probabile erat nudatum suisfent corpus, vt alio transferretur. hoc neque amicus neque hostis facturus erat. Quod *Sudario* caput obtectum suisfent dicit, inde refelitur Papistarum vanitas, qui singunt totum corpus lnteo uno suisfent insutum, quod adorandum misere plebecula ostentant. Omitto Latinæ linguae inscriptam, qua factum est vt totius corporis tegumento imponerent lntcoli nomen quo sudor è facie abstergitur. Omitto impudentiam quod quinque aut sex in locis dinervis idem se habere sudarium iactant. Sed hoc tam cruxlum mendacium minime tolerabile est, quod Evangelica historia palam repugnat. Huc accedit fabulosum miraculum quod luxerunt de exarata in lntcum corporis Christi effigie. Obscro, si tale miraculum editum suisfent, silentio supprimeret Evangelista, qui tam fedolò commemorat quae minus habebant momenti? Sufficiat ergo nobis illa simplicitas, quod Christus abiecit m'oris insignibus, testari voluit se beatam & immortalem vitam in-duisse.

8 Videl & credidit.) Frigida est illa expositio quam nonnulli asserunt, Iohannem credidisse quod ex Maria audierat, sublatum feliciter suisfent Christi corpus. Nusquam enim Credendi verbum (præsertim ubi simpliciter & sine adiectione possum est) in hoc sensu reperies. Nec obstat quod dominum suspensi adhuc & perplexi redeunt Petrus & Iohannes: nam aliquet supra in locis hac loquutione vsus est Iohannes, quem fidei profectum notare vellit. Iam vero narrat Lucas *Luc. 24.* miratum esse Petrum visa tali sepulchri specie, ^{12.} quo significat venisse illi maius aliquid & altius in mente quam quod iustulit Maria. Sapienter ex ore Christi quod tunc cernebant oculis: sed hoc ex eorum animis effluxerat, nunc vero noua rei conspectu admoniti, diuinitus de Christo semire incipiunt: quanvis adhuc longè absint à pura & liquida fidei notitia. Ergo seipsum accusat Iohannes, dum hoc sibi scitis credendi principium satetur, ubi signa resurrectio-nis Christi confexit. Adhac suum & fratrum vi-tium amplificat: quod non tantum oblii effent verborum Christi, sed Scripturas non tenerent. Fidei enim defectum huic ignorantiae adscribit. Vnde etiam colligi potest utilis admonitio, cordis nostra imputandum esse quum nos latent quae de Christo cognoscenda erant: quia in Scripturis non profecimus quantum decebat, quae Christi virtutem ad liquidum parescunt. Ne longius petanus exemplum, videtur quidem ob-scure & tam sub involucris illic indicati Christi resurrectio: verum attentis lectoribus satis clara extant testimonia. Probat Paulus in *Actis.* ^{Act. 15,34.} Christum debuisse resurgere, quia Deus per Iesaiam prenuntiat, sub eius regno misericordiam Davidis promissam fore stabilem. Putaret imperitus quispiam nihil ad rem facere quod Paulus adducit, verum quicunque tenet fidei principia, & ritè sunt in Scriptura exercitati, faciliè agno-^{Ies. 55,3.} teunt

scunt quām apta sit ratiocinatio. Nam vt Christus gratiam Dei in perpetuam nobis stabilitat, eum Perpetuo viuere necesse est. Plurimi sunt similes loci quos nunc colligere necesse non est. Tribus ergo sumis contenti: Psalmo 16.10. habetur. Non permitte ut sanctus tuus videat corruptionem. Vaticinium hoc Petrus & Paulus de Christo exponunt: & meritò, quando nullus est ex filiis Adā qui non sit per se corruptioni obnoxius. Ergo illic allitterat Christi immortalitas. Minimè etiam cibum est ad Christū spectare sententiam illam,

Dixit Dominus Dominō meo, Sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorū. Mors autem nō destruetur nisi ultimum die. Ergo tribuitur Christo regnum vñque ad finem mundi, quod stare non potest sine eius vita. Omnis verò clarissime loquitur Iesaias, qui post ^{Ps. 103.1} quam morte Christi prædictis, continuo post subiicit, etatem eius fore inenarrabilem. In summa, tenetū est adeò plenam & omni ex parte absolute esse Scripturæ doctrinam, ut eius ignoratio iure censi ser beat quicquid fidei nostræ deest.

10 Abierunt ergo rursus discipuli in sua.

11 Maria autem stabat foris ad monumentum plorans, porrò quām fleret, inclinauit se in monumentum.

12 Et vidit duos Angelos in vestibus albis sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi possum erat corpus Iesu.

13 Et dicunt ei illi, Mulier quid ploras? Dicit illis, Quia tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerint eum.

14 Quum hęc dixisset, conuersa est retrorsum, & videt Iesum stantem, & nesciebat quid esset Iesus.

15 Dicit ei Iesus, Atelier, quid ploras? quem queris? Illa existimans quod hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu sustulisti eum, dic mihi ubi eum posueris, & ego tollam eum.

10 Abierunt ergo.) Dubiis adhuc & suspensis animis dominum reuersos esse credibile est, quāvis enim se Iohannes credidisse dicat, non sunt tamē firma illa fides, sed contusus quidam miraculi sensus, & ecclesi similis, donec melior accederet confirmatio. Et certe ex nudo aspectu solidi fides concipi non potuit. Adde quod illis se vindendum non exhibuit Christus donec meltus à carnali suo stupore exercefacti essent. Laudabile quidem ediderant zeli sui specimen ad sepulchrum properando: Christus tamen absconditus illis fuit: quoniam nimis superstitione illum querabant.

11 Maria autem stabat.) Nunc incipit narrare Evangelista quomodo Christus ad testam̄ suam resurrectionem, tam mulieribus quām discipulis apparuerit. Tamē autem hic non nisi vni Mariæ fit n. entio, nihil tamen probabile videatur alias quoque mulieres simul cum ea fuisse. Nam quod alii putant metu fuisse dilapsas, rationi non est consentaneum. Volunt illi fugere repugnantiam, quæ tamen nulla est, vt prius ostendi. Iam quod discipulis in vibem redeundibus manent ad sepulchrum mulieres, non est quod magnopere præ illis laudentur. consolationem enim & gaudium illi secum referunt: hęc verò in fletu inani & supervacuo se occupant. Denique sola eas superstitione cum affectu carnali ad sepulchrum detinet.

12 Videbat duos Angelos.) Mira Domini indulgentia, qui Mariæ etiisque comitibus tota virtus condonat. neque enim vulgari eas honore dignatur, Angelos suos mitendo, & tandem seipsum manifestando: quod Apostolis negatuim fuerat. Tamen autem eodem morbo laborabant Apostoli & mulieres, illorum tamen stupor minus erat excusabilis, qui tam probè & exactè edocti tam male profecerant. Certè non sine eorum pudore mulieres elegit Christus quibus se primū patefaceret. Porro incertum est Angelosne cognoverit Mariam, an homines esse putauerit. Albas vestes scimus gloria cœlestis fuisse symbolum. Sic albis vestibus induitus fuit Christus quum in monte

tribus Apostolis conspicua fuit eius maiestas. Idē resert Lucas de Angelo qui Cornelio apparuit. ^{Act. 10.30} Nec insicior linea vestes in vsu fuisse Orientalibus, sed Deus in ornato Angelorum singulare aliqui & in solitum ostendit, & quasi notas imprefit quibus discerni possent ab hominibus. Addē quod Mattheus aspectu... Angeli qui loquutus est cum mulieribus, fulguri comparat. Potest tanen fieri vt timorem solum ex admiratione carū mētibus incusserit, nam artonitas stetisse apparet. Ceterum quæcibz visibili hominum specie & velutibus indutus apparuisse Angelos legimus, hoc hominum ruditati datum fuit. Veris etiam corporibus interdum fuisse indutus non cubito, verū an fola fuerit corporū species in duobus istis Angelis, quia supernacuum est inquirere, in medio relinquam. Mihi sufficit datam fuisse illis à Domī no humanam formam, vt conspicie & audiiri possent à mulieribus: ornata autem non vulgari & inusitato fuisse præditos, qui eos ab hominum ordine discernens, Diuinum aliquid & cælestē ostenderet. Unum ad caput, & unum ad pedes. Quod apud Mattheum nonnulli vnius Angelis fit mentio à Iohannis narratione non discerpat, neque enim ambo simul Mariam alloquuti sunt, sed alter eorū, cui commissa erat legatio. Allegoria Augustini non satis firma est, quod ille Angelorum situs indiceret prædicandum Euangelium ab ortu ad occasum vñque solis. Hoc potius notatum dignum est, talibus auspiciis inchoasse Christum regni sui gloriam. Nam quod Angelis sepulchrum eius honorant, eo non tantum aboletur crucis ignominia, sed cælestis Christi maiestas affulget.

13 Mulier, quid ploras?) Plura dixisse Angelum ex aliis Evangelistis colligere promptum est: sed Iohannes summan breuiter delibat, quia hoc fatis erat testanda Christi resurrectioni. Est autem obiurgatione & consolacione misita oratio: obiurgat Angelus importunum Marię fletum, simul tamen lætitiam miscit dum flendi causam esse negat, quia resurrexit Christus.

14 Vidi Iesum stantem.) Quæri potest unde R. iii

Cap.
XX.

LHC.54.16

hallucinatio hæc, quod Iesum Maria non agnoscit, quipusquam familiariter notus illi esse debet. Putant quidam ipsum aliena forma apparuisse. Sed ego in mulierum oculis potius vitium suisse existimo: quemadmodum de duobus discipulis habetur apud Lucam. Non ergo dicemus Christum nouas subinde facies insta Protei cuiusdam inchoate, sed esse in Dei arbitrio, qui oculos dedit hominibus, aciem eorum (quoties ita visum est) habetare, ut videndo non videant. In modo in Maria habemus commune errorum humanae mentis exemplar. Quanvis enim se offerat Christus in conspectum, varia tamen formas illi affi-

gimus, ut quiduis potius concipiatur sensus noster, quam verum Christum. Nam quum per se fallax sit mentis nostra asperetus, fascinatur etiam a mundo & Satana nequid veri discernat.

15 *Domine, si tu suscepisti eum.*) Dominum appellat communis gentis sue vnu, nam agricolæ quoque & alios ignobiles homines Hebrei dominos salvant. Videmus autem Mariam nihil adhuc nisi terrestre sapere. Christi tantum cadaver nancisci cupit, ut sepulchro reconditum teneat: quod verò præcipuum est omittit, ut aspiret ad Diuinam resurrectionis eius virtutem. Quare non mirum est si tā crastus affectus velum opponat eius oculis.

16 *Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur, Magister.*

17 *Dicit ei Iesus, Ne me tangas, nondum enim ascendi ad Patrem meum: sed vade ad fratres meos: & dic eis, Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, & Deum meum, & Deum vestrum.*

18 *Venit Maria Magdalena annuntians discipulis quod vidisset Dominum, & haec dixi- set ei.*

16 *Maria.*) Quod Mariam ad breve tempus errare passus est Christus, vtile nobis fuit ad fiduciæ certitudinem: nunc autem ab errore ipsam verbulovno reuocat. Prius eam alloquitus fuerat: sed ille erat quasi ignoti hominis sermo: nunc recepta magistri persona, compellat nomine discipulam: quenadmodum habuimus decimo capite, quod bonus pastor nominatum ad se vocet singulas gregis sui oves. Vox ergo ista pastoris penetrat in animum Mariæ, oculos illi aperit, sensus omnes excitat & afficit, ut protinus se Christo tradat. Ita in Maria depictam habemus vocatio- nis nostræ imaginem. Nam hic vnu in verâ Chri- sti notitiam ingressus est, si nos ipse prior cognoscat: deinde familiariter ad se inuitat, non illa communis vocis qua promiscue infonat omnium auribus, sed qua peculiariter oves sibi à Patre datas vocat. Ideo Paulus, Postquam (inquit) cognovisisti Deum, in modo cogniti estis ab eo. Porro efficiacia sermonis inde appetit, quod statim Maria debitum Christo honorem tribuit. Nomen enim *Rabboni* non modo honorificum est, sed professionem continet obedientię. Testatur ergo Maria se Christi discipulam, & illi tanquam magistro se adiicit. Hæc inirabilis est atque arcana humanae mentis conuersio, quum Deus suo eam Spiritu il- lustrans, obtusa, vel etiam penitus cæca, subito perspicacem reddit. Præterea exemplum Marie exhortationis vice esse debet, ut quotquot Christus ad se inuitat, vicissim illi sine mora respondeant. Vox ipsa *Rabboni* Chaldaica est: quamquam illi Rabboni pronuntiant. sed vñstum est verba mutari dum in alienam linguam vertuntur. Perinde autem valet ac Dominus meus, siue Magister. Sed inualuerat Christi tempore ratio loquendi, ut Rabbi & Rabboni sumerent pro ma- gistro.

Suprà 10.
9.

Gal.4.9.

ad eximendam dubitationem opus erat, se proculdubio tangi non vetavit: sed quum videret in pedum complexu nimis defixas esse, zelum illum inconsideratum moderatus est ac correxit. Hærebant enim in corporali præsentiâ, nec alium eius fruendi modum tenebant quam sī vñ in terris ageret. Quare statuendum est, non ante prohibitas fuisse à tactu quam vidisset Christus stulto earum: & intemperitu desiderio se in mundo retineri. Notanda est etiam ratio quam subiicit, *Quia non- dum ascendi ad Patrem.* Iubet enim his verbis mulieres affectum suum suspendere, donec in gloriâ celestem ipse esset receptus. Denique finem resurrectionis suæ ostendit, non quam sibi illæ fingebant, ut rediuius in mundo triumpharet: sed potius ut suo in celum ascensu possessionem adiret regni sibi promissi, & è Patris dextera Spiritus sui virtute Ecclesiam regerer. Hic ergo est verborum sensus, statum resurrectionis non fore plenum & numeris omnibus absolutum, donec cælitus ad Patris dexteram federet, perperam ergo facere mulieres, qua dimidia tantum resurrectionis parte contentæ, illum in mundo præsentem habere cuperent. Duplex autem est huius doctrinae veritas: prior est ut sursum mentes attollat quicunque errare nolunt in querendo Christo. Secunda autem, ut terrenis carnis affectibus scilicet expediant quicunque ad eum tendunt, quemadmodum Paulus admonet. *Vade ad fratres meos.* Qui Colo.3.1.8.

Suprà 7.5.

Matt.11.28.
9.

17 *Ne me tangas.*) Videtur hoc cum Matthæi narratione parum esse consentaneum. Nam ille diserte scribit mulieres amplexas esse pedes Christi, iam quum palpari à discipulis voluerit, quid cause fuit cur Mariam à tactu prohiberet? Facilis solutio est, si modo teneamus non ante repulsa fuisse mulieres à tactu Christi quam quin in eo tangendo iam nimis fuissent. Quatenus enim

ad Christum nomen ad Christi cognatos restrinxunt. sed male, meo iudicio: cur enim ad illos potius quam discipulos misserit? Respondent illi, *Quia alibi testatur Iohannes illos fuisse incredulos.* Sed eos quorum illic fit mentio, Christum tanto honore dignatum esse probabile mihi non est. Iam vero concedat oportet Mariam obedienter fecisse quod à Christo iusta erat. Atq[ue] sequitur cotinuo p[ro]p[ter]e, eam ad discipulos venisse. Vade colligimus de illis loquutu fuisse Christu. Adhæc sciebat Christus vno in loco congregatos esse discipulos, quos isti opinione sua separant. Et valde absurdum foret, habita nescio quorū ratione, neglegentes esse discipulos, qui in vnum locum aggregataxi anxiè inter spem & metum astabant. Adde quod loquutionem istam mutuatus esse videntur Chri-

Psal. 22. Christus ex Psalmo 22. Nuntiabo nomen tuum
fratribus meis. Nam eius vaticinij cōplementum
hoc loco referri, extra controversiam est. Statuo
igitur ad discipulos in commune nūssam esse
Mariam: idque factum interpretor exprobrandi
causa quod ad credendum adeo tardi socordē
que fuit. Et certe non mulieribus tantum,
sed bobus quoque & asinis magistris digni e-
rant, apud quos tam sedula docendi opera &
affiditare Filius Dei tam parum aut ferē nihil
proficerat. Est tamen hac mitis & placida casti-
gatio, dum Christus ita discipulos ad mulierum
scholam ablegat, vt per eas ad se reuocet. In-
flamabilitas enim eius bonitas in eo relucet quod
mulieres destinat ac constituit Apostolis testes
resurrectionis sue. Nam que illis mandat leg-
atio, vnicum est salutis nostrae fundamentum, &
principium celestis sapientiae caput continet.
Quanquam simul notandum est, hoc fuisse ex-
traordinarium & quasi accidentale. Iubentur
nuntiare Apostolis, quod illi postea pro iniun-
cto sibi munere toti mundo publicarūt: sed hoc
non faciunt ut Apostola. Quare perperam ex
hoc Christi mandato legem eliciunt qui mulie-
ribus permittunt baptizandi partes. Nobis suf-
ficiat quod in illis Christus immensos gratia-
fus thesauros explicuit, dum illas semel præfe-
cit Apostolis magistras: sic tamen ut nolle in
exemplum trahi, quod singulari priuilegio fa-
ctum est. Praefertim id in Maria Magdalena cer-
nere licet, que septem demonum prius captiu-
fuerat: perinde enim hoc fuit acsi Christus ab ul-
timis inferis eductam supra celos attolleret. Si-
quis obiiciat non fuisse cur Apostolis Christus
mulieres preferret, que non minus carnales e-
rānt ac stupidae: respondeo, discrimen inter has
& illos non in nostro, sed iudicis arbitrio esse
positum. Deinde acris obiurgandos fuisse di-
co qui non modò præ aliis edocti fuerant, sed
ordinati totius orbis doctores, vocati lux ho-
minium & sal terræ, adeo turpiter defecerant.
Interim placuit Domino in istis contemptis in-
firmisque organis virtutis sue specimen exercere.

Matth. 5. Ascendo ad Patrem meum. Ascensus nomine illa-
23. & quam nuper exposui doctrinam confirmat: nepe
ideo se resurrexisse non ut morā traheret in ter-
ra, sed ut cœlestem vitam ingressus, secum eō fide-
lcs traheret. In summa, hoc verbo Apostolos

vetat in simplici & nuda resurrectione subsistere, sed ulterius iubet progredi, vsquedū ad spiri-
tuale regnum, ad cœlestem gloriam, ad Deum ipsum perueniant. Magna igitur emphasis est in
verbo hoc *Ascendo*, quia manum Christus suis
porrigit, ne alibi quam in celo loxicitatem
querant. Nam ubi thesaurus noster, ibi & cor
nostrum esse decet. Christus autem sursum se a-
scendere predicit, ergo ascendere nos oportet,
nisi velinus ab eo separari. Ceterum ubi addit **Matth. 6.**
se ad Deum ascendere, quicquid ex eius defectu in-
tristis & anxietatis concipere poterant Apo-
stoli, facile discutit. significat enim se diuina vir-
ture fore semper suis praesente. Ascensu quidē
notatur locorum distantiā sed quanvis corpore
abst. Christus, quia tamen apud Deum est vir-
tus eius ubique diffusa, spiritualem eius praesentiā
clare demonstrat. Quorsum enim ascendit ad
Deum, nisi vi sedens ad eius dexteram in celo &
terra regnaret? Denique hac loquutione ciuitā
regni sui potentiam commendare voluit, ne carni-
nis absentiam molestè ferrent discipuli. Iam ve-
rò illius fraternæ coniunctionis, cuius nuper fa-
cta est mentio, fructus & effectus exprimitur, dū
Christus Deum & Patrem nobis communem
secum facit. Ego(inquit)ad Patrem ascendo, qui
etiam vester es. Alibi audimus nos omniū Chri-
stii bonorum factos esse confortes: sed hoc fun-
damentum est, quod fontem ipsum bonorum
nobiscum communicat. Hoc certe inastimabile
bonum est, quod statuere tutò & securè possunt
fideles suum esse Deum qui Deus est Christi,
suum esse patrem qui pater est Christi. Nec verò
tinendum est ne temeritatis arguatur hęc fidu-
cia, ubi in Christo fundata est, vel superba sit ia-
ctantia quam Christus ipse nobis ore suo dicta-
uit. Porrò Christus Deum suum appellat quaten-
us sumpta servi figura seipsum exinanivit. Est
igitur hoc humanae eius naturae proprium: sed in
totam personam confertur unitatis respectu: quia
idem est homo & Deus. Quod ad secundū mem-
brum spectat, diversa est etiam inter nos & illum
ratio: ipse enim natura Dei Filius, nos adoptio-
ne duxatus: sed gratia quam per ipsum conse-
quimur ea est stabilitas ut nullis diaboli machi-
nulis concuti queat quin semper vocemus Pa-
trem nostrum qui nos in Filio suo vnigenito ad-
optauit.

19. Quum ergo vesper esset diei illius qui primus erat Sabbathorum, & clausa essent ianuæ
ubi congregati erant discipuli propter metum Iudeorum, venit Iesus, & stetit in medio, & dicit
eis, Pax vobis.

20. Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus suum. Gauis ergo sunt discipuli visto
Domino.

21. Dixit itaque illis Iesus rursum, Pax vobis: quemadmodum misit me Pater, etiam ego
mitto vos.

22. Quum hoc dixisset, insufflavit, & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum.

23. Quorum remiseritis peccata, remissa erunt illis: & quorum retinueritis, retenta erunt.

18. Quum ergo vesper esset.) Iam narrat Eu-
gelista Christi conspectu discipulis probatam
fuisse eius resurrectionem. Non sine Dei prou-
videntia contigū quod in unum locum omnes
conuenerant, ut certior ac luculentior esset rei
fides. Notandum est quā clementer egerit cum
illis Christus, qui nonnisi ad vesperum suspensus
tenuit. Adeo quod eis illuxit, noua vita pi-

gnus afferens quum se mundo tenebre offunde-
rent. Quod simul conuenerant, fidei vel saltē
pij affectus signum fuit: quod se clausi ianuis
tenebant occultos, in eo aliquid infirmitatis ag-
noscimus. Nam eti in fortissimos & invictos
constantia homines interdū cadit aliquis metus, sic
tamen trepidasse tūc Apostolos colligere prom-
ptum est ut fidei defectum proderent. Exemplū
R iiiij

Cap.
XX.

notata dignum,nam etiū minus fortiter se gerunt quām deceat, non tamē infirmitati sua indulgent. Latebras quidē sibi querunt fugiendi periculi causa: colligunt tamen animos ut simul vanēat: alioqui dilapsi essent luc & illuc, nec quicquam ausus fuisset alium aspicere. Hoc modo nobis cum infirmitate carnis nostrę luctandum est, nec frēquum timori laxādum qui nos ad defectionem sollicitat. Et Christus zelum eorum benedit dam ita congregatis appetet: & Thomas meritò priuatū communī fratrum suorum gratia, quod tanquam vagus aut erraticus miles ab vinitatis vexillo discesserat. Discant ergo qui nimū timidi sunt, se acuere &hortari ad corrīgendū carnis sua timoreum. In primis verò cauendū ne metus eos dispersat. *Et clavis effert ianuā.* Circūstantia hēc disserē addita fuit, quia Diuinā in Christo potentia illustre specimen continet. Nā quod pūrā quidam reseratas illi fuisse forēs per aliquem, & humano more ingressum, profus à mente Euangelista discrepat. Sic igitur habendum est, Christum non sine miraculo ingressum esse, vt docimēt ederit sua Diuinitatis, quo suos discipulos magis attentos redderet. interea tamen, verum esse minimē concedo quod aſſerunt Papistæ, Christi corpus penetrale per ianuas clausas. Hoc ideo contendunt vt corpus glorioſum non modō reddant simile spiritui, ſed immensū esse, nullōque loco contineri obtinēant. Verū nihil tale fonant verba: quia nō dicit Euangelista intraſſe per ianuas clausas: ſed repente ſteſſe inter discipulos, quum tamen clauſe effent ianuæ, nec aditus illi effet patefactus manu hominis. Scimus Petrum ē carcere obſerato egreſsum eſſe: an ideo dicendum erit per medium ferrum & aſteres penetraſſe? Faceſtant ergo pueriles illeſ argutias, quā nihil proſrus ha‐bent ſolidi, & ſecum trahunt multa deliria. Nobis ſufficiat quod Christus inſigni miraculo reſurrecționis ſua fidem facire voluit apud discipulos. *Pax vobis.* Vulgaris eſt ſalutandi ferma apud Hebreos, qui pacis nomine fauſta omnia & proſpera, que expeti ſolent ad beatam vitam, deſignant. Tantundem ergo valet loquutio aſci dicas Bene & feliciter fit vobis. Quid ideo moneo quia nonnulli fruſtra de pace & concordia hic philoſophantur: quum iſiſ alius Christo propositum fuerit quām diſcipulis bene precari.

20 *Oſtentit eis manus.*) Hanc confirmationem addi oportet, vt modis omnibus illis compertum effet Christum reſurrexisse. Sicut indigum & alienum eſſe videtur Christi gloria quid vulnera adhuc à reſurrecțione gester, primū cogitet Christum non tam ſibi quām nobis reſurrexisse: dcinde quicquid in falutem noſtranam eſſe illi glorioſum. Nam quod ſeipſum ad tempus exipianuit, in eo nihil decēdit eius maiestati: iam quum vulnera iſa, de quib⁹ nunc agitur, ad illuſtrādām reſurrecționis fidem valeant, minimē derrogant eius gloriæ. Si quis autem hinc colligat Christum adhuc habere conſolium latuſ, & manus perforatas, ridiculus erit: quum certum ſit temporalem fuſſe vulnerum vſum, donec certò persuasi eſſent Apostoli iſum à morte reſurrexisſe. Quum dicit Iohannes gauſos eſſe diſcipulos Domini conſpici, ſignificat, quicquid mortalioris mors Clari-

ſti illi attulerat, noua vita fuſſe diſcusſū. *Dixit ſerum, Pax vobis.* Secunda hēc ſalutatio non aliō mihi videtur ſpectare niſi vt ſibi audientiam faciat Dominus, qualem merebatur rerū de quib⁹ acturus erat magnitudo & grauitas.

21 *Quemadmodum mihi me.*) His verbis ſuos Apoſtolorum quodammodo inaugura Christus in officium cui prius eos destinauerat. Difſiſ qui dem antē fuerant per Iudeam, ſed tantum ut praēcones qui iuberent audiri ſummum doctorem, non autem vt Apoſtoli qui perpetuum obirent docendi munus. nunc autem eos Dominus legatos ſibi ordinat, qui regnum eius in mundo conſtituant. Maneat igitur hoc fixum, Apoſtolorū primū institui ordinarios Euageliū ministros. Perinde autem valent eius verba aſci diceret ſe doctoris officio haec tenus defunctum eſſe: completo igitur cursus ſui ſtadio, ſe nunc eadē illic mandare vices. Nam intelligit haclę ſe creatum fuſſe à Patre Ecclesia doctore ut praeiret reliquis ad tempus, dcinde ſubrogaret in ſuum locum qui ablentis vices ſupplerent. Qua etiam ratione Paulus dicit eum dediſſe alios Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios Paſtores, qui Ecclesiā viſque ad finem mundi gubernent. Primum itaque reſtatur Christus, quanuis ipſe temporale habuerit docendi munus, Euageliū tamen prædicationem non exigui eſſe temporis, ſed aeternā fore. Deinde, ne minor sit doctrina authoritas in ore Apoſtolorum, iubet in eandem quā à Patre accepit functionē ipſos ſuccedere, eandem illis imponit personam, ac idem iuriuſ aſſignat. atque ita fanciri eorum ministerium oportet: erant enim obscuri & gregarij homines. Deinde vt in illis eſſet ſummus plendor ac dignitas, ſciimus tamen, quicquid eſſe hominis, ſide eſſe longe inferius. Quare non abs re Christus cū Apoſtoloris ſuis communicat quām à Patre authoritatē accepit: ut hoc modo declaret, non humanitus, ſed Dei iuſtuſ illi iniungi Euageliū prædicationem. Ceterum non ita ſubstituit in locum ſuum ut ſummo magiſterio cedat, quod penes eum vnuſ residere voluit Pater. Manet igitur ipſe aeternū que manebit vnicus Ecclesia docto: ſed hoc tātum intereft, quod loquitur ore ſuo quandiu in terris verbiſt, nunc per Apoſtolos loquitur. Talis ergo ſuccelſio qua nihil Christo decedat, ſed illi iuſ ſuum ſalvum & intactum maneat, ho-norique integer, eſt enim inviolabile illud decretu quo iuſlēmur iſum audiē, non alios. In ſu-ma, Christus non homines hīc ornare voluit, ſed Euageliū doctrinā. Notandum præterea eſt, hic non traſtarī niſi de Euagelio predicando, negi: enim mittit Christus Apoſtolos ad expiādā mādi peccata, ad iuſtiā comparandam: ſicuti à Patre mislus fuerat. Quicquid ergo peculiare habebar, hoc loco nō attingit: ſed ministros tātūm iſtituit ac paſtores ad regendam Ecclesiam, & ea quidem lege ut ſolus ipſe potestatem in ſolidū retineat: hi verò nihil ſibi vendicent præter mi-niſterium.

22 *Inſufflanit.*) Quia ad tam arduum munus nemo penitus mortalium idoneus eſt, ideo Christus Spiritus ſui gratia inſtruit Apoſtolos. Et ſane res humana facultate lōgē ſuperior eſt, regere Eccleſiam Dei, perferre legationem aeternaſ ſalutis, erigere regnum Dei in terra, & homines ad cælos attollere. Quare nihil mirū eſt idoneum neminem

neminem inueniri nisi Spiritu sancto afflatum. Nemo enim potest de Christo verbum unum facere nisi Spiritus lingua eius gubernet: tantum abest ut sufficiat quisquam ad omnes tam preclaris officiis partes fideliter & ex animo implendas. Ceterum haec vnius Christi gloria est, formare quos Ecclesie sua doctores praticit. Nam ideo in eum etiis est plenitudo Spiritus, ut linguis ad certam mensuram conserat. Deinde quum vincens maneat Ecclesie pastor, necesse est ut in ministeriis quorum opera vivitur, Spiritus, sui virtutem proferat. quod etiam externo simbolo testatus est quum in Apostolos sufflavit. neque enim hoc quadraret, nisi ab eo prodiret Spiritus. Quo magis detectabili est Papistarum factilegium, qui honorem Filii Dei proprium ad se repiunt, nam cornuti eorum episcopi in ceteris sacrificiis Spiritum ructando se efflare iactant. Sed res ipsa claram demonstrat quantum a divino Christi flatu differat putidus eorum angelitus: quia nihil aliud quam ex equis asinus faciunt. Adde quod non modo Spiritum Christus quem accepit, communicat cum suis discipulis, sed tanquam suum largitur, nempe quem habet cum Patre communem. Quare diuinitatis gloriam sibi usurpat quicunque Spiritum se flatu dare proficitur. Jam vero notandum est, quos ad munus pastorale vocat Christus, necessariis etiam donis ornare, ut parés sint execundo muneri, vel saltem non inanes nudique accedant. Quod si verum est, nullo negotio refellitur stulta Papistarum iactantia, qui dum suam hierarchiam magnificis praetoniis extollunt, ne minima quidem scintillam Spiritus sancti possunt in suis episcopis ostendere. Volunt ut legitimatos credamus esse Ecclesie pastores, adeoque Apostolos & vicarios Christi, quos appetat omni Spiritus gratia pro suis esse vacuos. Atqui hic nobis certa regula prescribitur astimandæ eorum vocationis qui Ecclesie Dei p̄ficiunt, si videmus Spiritu sancto donatos. Præcipue tamen voluit Christus ordinis Apostolic dignitatem ostendere. Aequum enim erat ut singularis esset eorum auctoritas qui primi & præcipui ad prædicandum Euangelium electi erant. Verum si tunc flatu Spiritum Christus contulit Apostolis, videtur superacuta fuisse Spiritus sancti missio que postea sequuta est. Relipendo, sic datum fuisse Apostoli Spiritum, hoc loco, ut apertis duntaxat fuerint eius gratia, non autem plena virtute imbuti. Nam quum apparuit in linguis signis Spiritus super eos, proficiunt renouati. Et sane non ita eos nunc constituit Euangelij sui praetones ut statim ad opus emitat: sed potius (ut alibi habetur) quiescere eos iussit. Et, si rite omnia expendimus, non tam in praesenti necessariis eos dotibus instruit quam in futurum tempus Spiritus sui organa definat. Quare hic flatus ad magnificam illam Spiritus missionem, quam toties pollicitius fuerat, magna ex parte referri ac extendi debet. Porro quum arcana inspiratione posset Christus gratiani cōfiteri Apostolis, visibilē flatum addere voluit ad eos melius confirmandos. Symbolum autem hoc sumpsit Christus à vulgari Scripturæ more, cui tritum est Spiritum conferre vento, cuius similitudinis ratio breuiter exposita fuit suprà capite tertio. Sed obseruent lectores externo & visibili simbolo simul verbum coniungi, nam & hinc sacramenta

vim suam mutantur, non quod in voce quæ auribus personat, inclusa sit Spiritus efficacia; sed quia a testimonio Verbi pendet corum omnium effectus quo ex sacramentis percipiunt fideles. Haec Christus in Apostolos non flatum meco, sed Spiritum quoque recipiunt. Cur? nisi quia illis Christus promittit? Similiter in Baptismo Christum induimus, abluiunt eius sanguine, crucifigunt vetus homo noster ut regnet in nobis Dei iustitia. In sacra Cena spiritualiter Christi carne & sanguine partimur. Vide tanta vis, nisi ex Christi promissione, qui Spiritu suo cœtit ac prestat quod verbo testatur? Sciamus ergo quicunque commenti sunt homines sacramenta, nihil aliud quam meta ludibriæ esse, aut fruulos lusus, quia nulla signis potest constare veritas nisi ubi adest verbum Domini. Quoniam autem nunquam ita in sacris luditur sine impia Dei contumelia & animarum interitu, summo studio cauenda sunt tales Satanae præstigia. Si quis cibiciat, non esse culpandum quod faciunt Episcopi Papales, dum, flatu inauguran tuos sacra fices, quia illius verbū Christi annexum est signo: responsio in propria est, Christum non loquuntur esse Apostolis ut perpetuum sacramentum in Ecclesia insisteret: sed semel testari volunt quod nuper diximus, non aliunde quam a se solo prodice Spiritum: deinde se nunquam munus iniungere quin simul virtutem suppeditet ministeriis suis, eoque facilitate instruat. Omittit quod in Papatu in finem longè diversum, vel potius contrarium, sacrifici creatur, nempe ad macrandum quotidie Christum: quum ad homines Euangelij gladio iumolandoz creati fuerint Apostoli. Inter ea tenendum est illud quoque, Christum solum dare quicquid bonorum in signis externis figurat ac promittit: non enim ab externo flatu, sed a seipso Apostolos iubet Spiritum accipere.

23. (Quorum remiseritis peccata.) Non dubium est quin hic breuiter complexus sit Dominus Euangelij summam. Neque enim separanda est haec potest remitti peccata à descendenti officio, cui uno contextu annexa est. Dixerat paulò ante Christus, Sicut misit me viiens Pater, ita & ego mitto vos: nunc quorsum spelet, ac quid sibi velit ista legatio, declarat. tantum interposuit quod necesse erat, se illis Spiritum sanctum dare, nequid ex seipso agerent. Hic ergo præcipius est Euangelij prædicandi finis, ut Deo reconciliatur homines. quod fit gratuita peccatorum venia, quemadmodū & Paulus docet 2. Corint. 5. 18. vi Euangelium haec ratione appellat ministerium reconciliationis. Multa quidem alia continet Euangelium, sed hoc in primis agit illic Deus ut recipiat homines in gratiam, peccata non imputando. Quare si fideles Euangelij ministros præstare volumus, summo studio in hanc partem incumbere decet, nam in hoc maxime distinet a profana philosophia Euangelium, quia hominis salutem in gratuita peccatorum remissione constituit. Nam & hinc fluunt alia Dei beneficia, ut nos illuminet Deus, ac regeneret suo Spiritu, ut reformat ad imaginem suam, ut invicta fortitudine contra mundum & Satanam nos armet. Itaque tota pietatis doctrina & spirituale Ecclesie ædificiū fundamento illo nititur, quod Deus nos à peccatis omnibus absoluens gratis sibi adoptat. Ceterum ita mandauit

Cap.
X X.

Christus iniungit Apostolis remittendi peccata, vt misericordia quod suum est in ipsis transferat. Proprium eius est peccata remittere, hunc honorem, quatenus in ipsum competit, Apostolis non resignari: sed iubet suo nomine remissionem peccatorum testari, ut per eos Deo homines reconciliari. denique solus ipse, propriè loquendo, per Apostolos suos peccata remittit. Potest tamen queri, quum testes solum vel precones huius beneficij, non autores eos contulunt, cur tam magnificè extollat eorum potestatem. Respondeo, hoc stabiliens fidei nostræ fuisse datum. Nihil nostra magis interest quam ut secure statuere nobis licet, ut venire in memoriam peccata nostra cotam Deo. Zacharias

Luc. 1.77. in suo Canticu hanc vocat scientiam salutis. Ad eam probandum quum Deus utatur hominum testimonio, nunquam acquiescent conscientia, nisi in eorum persona Deum ipsum loquentes agnoscant. Ideo dicit Paulus, Hoc namur vos ut reconciliemini Deo: et inquit Christo per nos obsecrante. Videamus nunc cor rā splendido elogio commendet Christus ac ornat ministerium quod Ap. Stolis iniungit, nempe ut tutò sibi pertinuant fideles rauum esse quod audiunt de remissione peccatarum minoris facient reconciliationem quæ voce hominum offertur, quam si Deus ipse manum e celo porrigeret. Ac uberrimum huius doctrinæ fructum quotidie percipit Ecclesia, dum pastores suos intelligit diuinitus ordinatos esse eternæ salutis sponsores: nec peccatorum remissionem, quæ apud illos est deposita, procul esse querendam. Nec verò propterea vilescere nobis debet incomparabilis hic thesaurus quia in valis scilicetibus exponitur: sed est cur agamus gratias Deo, qui tanto honore dignatus est homines ut in tellanda peccatorum remissione sua ac Filii sui personam sustineant. Fanaticos autem homines sciamus, dum hanc legationem spernunt, Christi sanguinem pedibus calcare. Rursum plusquam infelix sunt Papistæ, qui locum hunc ad magicas suas absolutions detorquent. Ni si quis peccata sua confessus sit in auctoritate dotis, nulla secundum eos speranda est remissio.

Christus enim peccata voluit per Apostolos remitti: absoluere autem nequeunt nisi causa cognita, ergo confiteri necesse est. Sed ridicula est eorum hallucinatio, dum summum causæ cardinem prettereunt, nempe hoc iuri concessum esse Apostolos ad assertandam Euangelij autoritatem, cuius illis commissa erat prædicatio. Neque enim confessionarios hic instituit Christus, qui oculis suis suis examen de singulis peccatis habent: sed vocales Euangelij sui precones, qui gratiam expiationis per Christum partæ piorum cordibus obsignent. Quare tenendum est modus remittendi peccata, ut sciamus quænam sit ista quæ Apostolos data est potestas. *Quoniam retinuerunt.* Hoc secundum membrum additum Christus ad terrendos Euangelij sui contemporantes, ut sciunt non impune, cessuram sibi esse hanc superbiam. Ergo sicuti Apostolis iniuncta est salutis vita æternæ legatio, ita rursum armati revertunt vindicta aduersus omnes impios qui oblati sibi salutem respuunt, ut docet Paulus *2. Corinth. 10.6.* Ceterum ordine posterius est: quia priore loco ostendit oportuit verum & genuinum Euangelij prædicandi haec. Quid Deo reconciliamus, hoc Euangelij proprium est: accidentale vero, quid morti æternæ addicuntur increduli. Quæ ratione Paulus, dum illam cuius nuper meminit vindictam denuntiat incredulis, mox subiicit, Postquam impleta fuerit vestra obedientia. Significat enim proprium esse Euangelij ut inducat omnes ad salutem: aduentitium autem est ut interitum quibusdam afferat. Notandum tamen est, quisquis Euangelij vocem audit, nisi peccatorum remissionem illuc sibi promissam amplectitur, etat & eterna damnatione obstrugi. Nam sicut Dei filii odor est vivificus, ita iis qui pereunt odor est mortis in mortem. Non quid necessaria sit damnandis reprobis Euangelij prædicatio, quin natura perditi simus omnes, & præter hereditatiam maledictionem nouas mortis causas sibi quisque accerferat: sed quia multo grauiorem peccata incretur eorum contumacia qui scientes & volentes Filium Dei spernunt.

24 Thomas autem unus ex duodecim, qui vocabatur Didymus, non erat cum illis quando uicit Iesus.

25 Dixerunt ergo ei ali⁹ discipuli, vidi amum Dominum. Ipse autem dixit eis, Nisi video in manus eius vestigium clavorum, & misero digitum meum in vestigium clavorum, manumque meam misero in latus eius, non credam.

26 Post dies autem octo rursus erant intus discipuli eius, & Thomas cum ipsis. Venit ergo Iesus quum ianue essent clausæ, & stet in medio, & dixit, Pax vobis.

27 Deinde dicit Thome, Inser digitum tuum huc, & vide manus meas: & inser manum tuam, & mitte in latus meum: & ne sis infidelis, sed fidelis.

28 Respondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus, & Deus meus.

29 Dicit ei Iesus, Quia vilissime Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt.

24 Thomas autem. Hic Thomas incredulitas refertur, ut inde melius confirmetur piorum fidem. Non modo tardus ille & difficultis ad credendum fuit. Sed etiam cōtumax. Fecit eius durities ut se rursus eadem specie videndum atque etiam palpandum Christus præberet. Hoc modo non illi solum, sed nobis quoque nouum adiumentum accessit testando Christi resurrectionis. Ceterum nobis exemplo est Thome peruvicaciam, prauitatem hanc feci omnibus esse ingenitam,

vñ sponte scipios impediant dum patescunt est ad fidem ingreſſus.

25 Nisi video, &c.) Hic notatur fons virij, quia sapere quisque vult ex proprio sensu, ni mihi que sibi indulget. Hęc verò verba nihil habent affinitatem: sed sensuale est (vita loquar) iudicium. Idem omnibus accedit qui sibi addicti sunt, ut verbo Dei locum non relinquant. Nihil interest locumque clavorum, an figuram aut vestigium legas, fieri enim potest ut librarij nō verte-

vetterint in τόνον vel econuerlo: sensus tamē propterā non variat. Ideō liberum sūt lectorib⁹ v⁹ trum magis placuerit eligere.

26 *Infer dgitum tuum.*) De Christi ingressu & salutandi forma qua vſus est, iam semel diximus. Porro quōd tam facile Christus Iohane concepit quod improbè petierat, adeoque ad manus suas palpandas, & contrectandum vulnus lateris vtrō cum inuitat: hinc colligimus quām sedulō nostrā pariter & illius fidei consuluerit. Nec enim vius Thomae, sed nostrī quoque habita fuit ratio: nequid ad stabilēdām fidem nostrā deſſet. Mirus autem ac prodigiōlus Thomae stupor: simplici Christi aspectu non contentus, manus quoque habere volebas resurrectionis testes, ita non pertinax ſolum ſed ſuperbus etiā, & in Chriftum contumeliosus erat. Nunc ſaltem viſo Chriftio pudore confundi & expaueſcere debuerat, atqui perinde achi nullius culpa eſet ſibi conſcius, audacter & intrepide manum ſuam inigerit. Colligere enim promptum eſt ex verbis Euangeliſta non prius reſipiuſe quām tactu ipſo conuictus eſſet. Ita ſcilicet dum minus honoris quām par fit tribuimus verbo Domini, ſenſim non cogitanti- bus obrepit deterior peruicacia quā illius con- temptum ſecum affert, omnēmque eius reveren- tiani nobis excutit. Quo magis laborandum eſt in cohibenda ingenij noſtri laſciuia, ne ſibi quiſque plusquam ſas eſt in repugnando promittens, quāl extincio pietatis ſenſu, fidei ianuam ſibi pre- cludat.

28 *Dominus meus, & Deus meus.*) Sc̄d tandem expurgiſtur Thomas: & quemadmodum ſolent qui ex alienatione mentis ad ſcipsos redeunt, p̄z admiratione exclamat, Dominus meus, & Deus meus. nam abrupta oratio plus habet vehementie. Nec dobiuum eſt quin pudore compulſus eru- perit in hanc vocem, qua ſuam ſocordiam damna- ret. Adhuc tam ſubita acclamatio fidem non pro- ficiit in eo fuſile extincionā demonstrat, quānius ſuffocata eſſet. Non enim Chrifti Diuinitatem in eius latere vel manib⁹ attrectat: ſed ex signis illis multo plus colligit quām oſtendit. Vnde hoc, niſi quia repente ex obſluſione & verterno ad ſcipsum redit. Ergo verum eſſe apparet quod iam dixi, ſi- dem quā ab oſtia videbatur, latuiffe velut obrum in eius corde. Idem & multis interdum con- tingit, nam ad tempus quām abieco Dei timore, laſciuient, vt nulla iam appareat in illis ſides: ſi- mulac verò aliqua Dei ferula cattigati ſunt, ſuba- cta carnis ferocia redeunt ad ſanam mentem. Cer- tè morbus per ſe ad docendam pietatem non ſuf- ſiceret. vnde colligimus, purgatis impedi- mentis emerget bonum ſemen quod iacebat oppre- ſum. Cuius rei inſigne extitit exemplum in Da- uide, nam libidinis ſuę compoſit videmus quām ſecurè exultet: nemo non putatſet deleat eo tempore fidem ex eius animo fuſſe. Atque bre- ui Prophetæ admonitione tam ſubito in viani re- uocatur, vt colligere promptum ſit igniculum ali- quem, licet demersus eſet, ſterife tamen in eius animo, qui mox in flammam erumperet. Quan- tum ad homines ſpectat, perinde rei ſunt achi & fi- de & omni Spiritus sancti gratia ſe abdicaffen- ſent, ſed fit immensa Dei bonitate noꝝ electi in tantum alienationis præcipitum ruant. quare ſolicite cauendum eſt ne ꝑa fide excidamus. Statuen- dum tamen eſt Deum occulto elec̄tos ſuos

retinere ne exiāliter eadant, & miraculo foue- re ſemper in eorum cordibus qualeſcumque fidē ſcintillis, quas nouo Spiritus ſui afflati ſuo po- ſtea tempore accendat. Cāterū duo ſunt huius cōfessionis membra. Iatetur Thomas Chriftum eſſe Dominum ſuum: deinde altius conſendit ac Deum quoque nominat. Scimus quo ſenſu tri- buat Chriftuſ Scriptura *Domini* nomen: quia ſcili- cet conſtitutus eſt à Patre ſummi moderator qui imperio ſuo ommia conſineat, coram quo fle- cātatur omne geno: qui denique ſit Patis vicarius in mundo gubernando. Ita propriū Domini no- men in eum competit quatenus Mediator eſt in carne maniſtaſus & caput Ecclesia. Sed Tho- mas ex quo Domini agnouit, ſtatiuſ euhebitur ad eius Diuinitatem, & merito: nam ideo dete- dit ad nos Chriftus, & primū quidem exinan- tus eſt, deinde collecatus ad Patis dexteram, cæli terraque dominium obtinuit, vt nos ad Diu- nain ſuam & Patis gloriam attolleret. Quare vt fides noſtra ad aternam Chrifti Diuinitatem per- ueniat, initiuſ fieri oportet ab ea notitia que pro- pior eſt & magis facilis. Ita verē à quibusdam di- cūm eſt, à Chriftio homine nos deduci ad Chri- flum Deum: quia ſic gradatim proficit fides no- ſtra vt Chriftum in terra apprehendens, natum in ſtabulo, ſuſpenſum in cruce, ad gloriam resurre- ctiōis tranſeat: ſe inde tandem ad aternam eius viam & poteniam, in qua refuget Diuina eius maieſtas. Interea ſic habendum eſt: non poſſe Chriſtum rite à nc bis Dominum cognosci quin mox ſuccedat Diuinitatis eius cognitio. Nec ve- rō dubium eſt quin hæc communis piorum omni- um debeat eſſe confeſſio, quam videmus à Chriftio probari. Nunquam certè paſlus fuſſet honorem Patri creptum falſo & temere in ſe transferri, atqui manifeste ratum habet quod di- cūm fuit à Thoma. Quare viuus hic locus ad re- fellendam Arij infamiam abunde ſufficit. Neque enim duos imaginari deos ſas eſt. Adde quòd ſi- mol hīc exprimitur personæ vnitatis in Chriſto quum idem & Deus & Dominus vocatur. Em- phaticè etiam ſuam bis appellat, vt declaret ex viu & ſcrio fidei ſenſu ſe loqui.

29 *Quia vidi te me Thoma.*) Nihil in Thoma reprehendit Chriftus niſi quòd ad eo fuerit tar- dus ad credendum, vt violenter trahi ad fidem neceſſe fuerit ſenſum experimentis, quod pro- plus abhorret à fidē natura. Si quis obiiciat, ni- hil minus congreuere quām vt fides dicatur con- cepta ex tactu & aspectu perſuasio: ſolutio faci- lis eſt ex his quā iam prius dixi. neque enim ſo- lo tactu vel aspectu ſimpliſter adductus eſt Tho- mas vt Chriſtum eſſe Deum ſuum crederet: ſed ex- pergefactus in memoriam revocauit quām prius ferè effluverat doctrinam. Neque enim ex mu- dis rerum experimentis manare fides potheſt: ſed neceſſe eſt vt originem habeat à verbo Dei. Thomas ergo ideo obiurgat Chriftus quòd ver- bo ſuo minus habuerit honoris quām debebat, & fidem, quā nascitur ex auditu, & proſlus in ver- buſ ſuſtenta eſſe debet, ad alios ſenſus allegauerit. *Beati qui non viderunt & crediderunt.* Hic ſi- dem eo nomine commendat Chriftus quòd, in ſimpli verbo acquiescens à ſenſu & ratione carni- ſis minimè pendet. Breui ergo definitione vim & naturam fidei complectitur, nempe quòd nō ſu- ſſit in praſenti aspectu, ſed penetrat vſque ad ea-

IN EVANGELIVM

204

Cap. los, & credat quæ sunt abscondita ab humano sen-
XX. su. Et certè hoc dandum est honoris Deo, vt nobis ^{ad Tertios} sit eius veritas. Habet quidem suum
aspectum fides, sed qui in mundo & terrenis ob-
jectis minimè subsistit, qua ratione dicitur rerum
inuisibilium vel non apparentium demonstratio.

Hebr. i. 1. **2 Cor. 5. 7.** Paulus autem eam aspectui opponens significat
non hærente in considerando presentium rerum
statu, nec circumposcere ad ea quæ in mundo appa-
rent: fed ab ore Dei pendere, & verbo Dei fretam
superare totum mundum, vt suam anchoram in
cælo figat. Summa est, non esse rectam fidem nisi
qua in verbo Dei fundata, ad inuisibilem Dei re-
gnum conseruit, vt superior sit omni humana ap-
prehensione.

Matt. 13. 16. Si quis obiciat hanc Christi senten-
tiam cum altera pugnare, vbi pronuntiat beatos
esse oculos qui ipsum præsentem cœpunt respon-
deo, non de corporali tantum aspectu Christum
illuc loqui, vt hoc loco: sed de revelatione quæ
piis omnibus communis est, ex quo ipse mundo
Redemptor apparuit. Apostolos cum sanctis Re-
gibus & Prophetis comparat, qui sub obscuris Le-
gis Mœsica umbbris detenti fuerant. Nunc potio-
rem fidelium forem est, dicit, quia plenior lux
illis affluit: inquit quia exhibita sit illis figurarum
substantia & veritas. Christum tunc oculis carnis
cernebant multi impii, qui tamè nihil propterea
beatores erant: nos vero qui Christum nunquam

oculis aspeximus, beatitudine ista fruimur quam
Christus commendat. Vnde sequitur, beatos vo-
cari oculos qui spiritualiter quod in eo caeleste est
ac diuinum considerant. Nam hodie non secus
intuemur Christum in Euangelio acili presentem, se
nobis sifueret. Quo sensu dicit Paulus ad Galatas,
^{Galat. 3. 1.} Crucifixum ante oculos nostros. Quare si cupi-
mus in Christo videre quod nos fidelles ac beatos
reddat, discamus credere non videntio. His
Christi verbis responderet quod habetur 1. Pet. 1. 8.
vbi laudatur fideles qui Christum diligunt, quem
non viderunt: & exultant gaudio inenarrabili,
quoniam eum non aspiciant. Quid autem Papistæ
hac verba torquent ad suam transubstantiationem
probandum, plus quam frivolum est: Vt beati
simus, credere nos iubent Christum esse in specie
panis. sed nihil minus suis Christo propositum
scimus quam vt fidem subiiceret hominum com-
mentis: quia si minimum transfilat ultra Verbi me-
tas, definit iam esse fides. Si credere promiscue o-
portet quæ non videntur, quicquid prodigioum
fingere hominibus placuerit, quicquid fabularum
effutire, sedem nostram habebit obstrictam. Ergo
vt locum habeat hæc Christi sententia, in primis
probandum est ex verbo Dei id de quo ambiguitur.
Verbum quidem pro sua transubstantiatione
afferunt, sed quod probè expositum nihil eorum
delirio suffragatur.

30 *Multa quidem etiam alia signa fecit Iesus coram discipulis suis, que non sunt scripta in li-
bro hoc.*

31 *Hæc autem scripta sunt ut credatis quod Iesus est Christus Filius Dei: & ut credentes vitam
habeatis in nomine ipsius.*

30 *Multa quidem*)Nisi addita fuisset ista occu-
patio, putassent lectors nullum ex miraculis quæ
Christus edidit, à Iohanne fuisse omisum, séque
hinc plenam hæc & integrum omnium hillori-
am. Primum ergo testatur Iohannes quedam
tantum ex multis se scriptissime: non quod alia me-
moratu indigna fuerint: sed quia hæc ad fidem ad-
dicandam tatis erant. Neque tamen inde sequi-
tur frustra fuisse edita: quia illi seculo proderant.
Deinde etiam si hodie nobis ignorare sint eorum
species, pro nihilo tamen minimè ducentum est
quod tenemus ingenti miraculorum copia obsi-
gnatum fuisse Euangelium.

31 *Hæc autem scripta sunt.*) His verbis signifi-
cat, scriptis se mandasse quod nobis satisfacie-
debet: quia abundè sufficiat ad fidei nostræ con-
firmationem. Vanæ enim hominum curiositatibus
occurreunt voluit, quæ inexplibilis est, & nimis
licenter sibi indulget. Porro Iohannem non latebat
quid alij etiam Euangelistæ scripsissent,
Quum autem nihil minus illi fuisset propositum
quam abolere eorum scripta, proculdubio co-
rum narrationem à sua non separat. Videtur tamen
absurdum esse fidem in miraculis fundari,
quam Dei præmissionibus & verbo penitus addi-
ctam esse oportet. Respondeo, non alium hic
volum dari miraculis quam vt fidei adiuncticula
sint ac fulturae. Valent enim ad præparandas ho-
minum mentes, quo plus reverentia deferant
verbo Dei. Scimus enim quæ frigida sit & tar-
da nostra attentio, nisi aliunde stimularemur. De-
inde non parum authoritatis accedit receptæ
iam doctrinæ, quum eius fulcienda causa poten-

tem manum suam è cælo exerit: quemadmodum
dicit Marcus docuisse Apostolos, Domino co-
operante, & sermonem confirmante sequentibus
signis. Ergo quanvis propriæ fides in verbum
Dei recumbat, & ad verbum respiciat, tanquam
ad unicum suum scopum: non tamen vana est
accesio ex miraculis, in modo ipsa quoque ad ver-
bum referantur, eoque fidem dirigant. Cur mi-
racula vocentur signa, alibi diximus nempe quod
illis Dominus ad considerandam suam virtutem
excitat, dum aliquid novum & insolitum ostendit.
Quod Iesus est Christus. Christum intelligit
qualis in Lege & Prophetis fuerat promissus,
nempe Mediator Dei & hominum, summus Pa-
tris legatus, unicus mundi instaurator, & author
perfectæ felicitatis. Neque enim nudum & ina-
nem titulum arripuit Iohannes quo Filium Dei
ornaret: sed complexus est sub Christo nomine
quæcumque illi officia Prophetæ assignant. Ideo
considerandus est nobis qualis illuc describitur.
Quo melius pater quod nuper dictum fuit, Fi-
dem in miraculis non hærente, sed rectè deduci
ad Verbum. Perinde est enim ac si dixisset Iohannes,
miraculis comprobatum esse quod olim
Prophetæ verbo docuerant. Et sanè videmus Eu-
angelistas ipso non simpliciter insistere reci-
tandis miraculis, sed magis in doctrina occupari:
quia per se miracula nihil nisi confusam admira-
tionem parerent. Quare sensus verborum est,
scripta hæc esse ut credamus, quatenus signis ad-
iuuari potest fides. Addit, *Filius Dei:* quia ex com-
muni hominum ordine nemo repertus fuisset ad
res tantas peragendas idoneus, nempe ad Patrem
nobis

nobis placandum, ad expianda mundi peccata, ad mortem abolendam, ad diruendum Satana regnum, ad veram iustitiam & salutem nobis afferendam. Ceterum quoniam *Filius* nomen vniuersitate Christum competit, sequitur non adoptione esse Filium, sed natura, quare in hoc nomine continetur aeterna Christi diuinitas. Et certe qui Christum in tam luculentis documentis que in Evangelio extant, Deum non agnoscit, quia exercit in plena luce, ne solis quidem ac terra intuitu dignus est. *Vt credentes vitam habeatis.* Hic quoque fidei effectus additus est ad cohendendam hominum cupiditatem, ne plura scire appetant quam

que sufficiunt ad vitam obtinendam. Quoniam enim illa esset improbitas, non contentum esse aeterna salute, ac velle transilire regni celestis metas? Ceterum hic praeципuum doctrinæ sue caput repetit Iohannes, Fide nos vitam aeternam consequi: quia extra Christum mortui, sola eius gratia in vitam restituimur. Quia de re suis multa diximus supradicto capite tertio & quinto. Quod Christi nomen potius dixit quam *Christum*, huius loquutionis ratio exposta fuit primo capite, b.12. eò se referat lector, si videbitur, ne sapiens eadem iterando molestus sim.

CAPVT XXI.

- 1 Postea manifestauit se iterum Iesus discipulis ad mare Tiberiadis. manifestauit autem sic,
- 2 Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat a Cana Galilie, & filii Zebedei, & alij ex discipulis eius duo.
- 3 Dicit eis Simon Petrus, Vado pescatum. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Exierunt & ascenderunt in nauem statim, & illa nocte nihil coperunt.
- 4 Mane autem iam facta stetit Iesus in litore: non tamen cognoverunt discipuli quod Iesus esset.
- 5 Dicit eis Iesus, Pueri, num quid obsonij habetis? Responderunt ei, Non.
- 6 Ille dicit eis, Mitite in dextram nauigij partem rete, & inuenietis. Misericorditer ergo, & iam non valebant illud trahere per multitudinem pescium.
- 7 Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro, Dominus es! Simon ergo Petrus quum audisset, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.
- 8 Alij autem discipuli nauigiole venerunt (non enim longè aberant a terra, sed circiter cubitis ducentis) trahentes rete pescium.
- 9 Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & pescem superpositum, & pacem.
- 10 Dicit eis Iesus, Afferte de pescibus quos prendidistis nunc.
- 11 Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis pescibus centum quinginta tribus. & quum tot essent, non est scissam rete.
- 12 Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Et nemo discipulorum audebat interrogare eum, Tu quis es quoniam scirent quod Dominus esset.
- 13 Venit itaque Iesus, & accipit panem, & dat eis, & pescem similiter.
- 14 Hac iam tercia vice manifestatus est Iesus discipulis suis, postquam resurrexerat a mortuis.

1 Postea manifestauit.) Incubuit adhuc Euangelista in Christi resurrectionem probandanam, ac narrat septem eum discipulis apparuisse: inter quos Thomam numerat; non tam honoris causa quam quod eiustestimonio citius credendum est, quo magis obstinata fuit eius incredulitas. Est autem satis prolixus Euangelista: quia circumstantias omnes diligenter colligit quæ ad certitudinem historiarum faciunt. Lacum Tiberiadis more Hebraico mare vocari alibi diximus.

3 Vado pescatum.) Quod operam pescationi dabant Petrus, non debet videri alienum eius officio. Flatu ordinatus fuerat Apostolus, ut nuper visum est: sed tantisper cessabat dum indueretur noua virtus. Nondum enim ad exercendum docendi munus prodire iussus fuerat: sed tantum admonitus de futura vocatione, ut ipse & reliqui intelligerent non frustra se ab initio fuissent electos. Interea agunt quod solebant, & quod priuatos homines decebat. Paulus quidem in medio prædicationis cursu viuctum manibus querabat: sed diversa fuit illa ratio. sic enim partiebatur tempus ne labores manuariorum cum à docendo abstraherent:

Petrus autem & eius comites, quia ab omni publica functione otium est, liberè se totos pescationes impendunt. Illa nocte nihil coperunt. Tota nocte passus est Deus frustra eos fatigere, ad illustrandam miraculi fidem. Nam siquid cepissent, non ita clare in continuo successu innovasset Christi virtus: sed dum tota nocte frustrati, subito ingenti captura potiuntur, iusta illis datum occasio agnoscenda Domini gratia. Eodem etiam modo fideles sapient exercet Deus, quo suam illis benedictionem commendet. Si prosperè semper succederet quoties labori manum admouemus, nemo ferè Dei benedictioni acceptum ferre quod haberet opera sua pretium: iactarent omnes suam industriam, & manus suas osculantur: sed vbi interdum nullo proiectu se fatigant ac macerant, si quis postea melior fructus contingit, coguntur aliquid extraordinarium agnoscere. Ita fit ut laudem prosperi successus Dei gratia tribuere incipiant.

6 Mitte in dextram partem.) Non imperat Christus pro iure ac potestate Magistri ac Domini: sed consultit ut unus quispiam è populo.

Cap. XXI. Discipuli autem consilij inopes, homini quāuis ignoto facile obtemperant. si ante primū iactum tale aliquid audissent, non fuissent tam prompti ad parendum. Quod ideo moneo, ne quis miretur ita fuisse mortigeros, quum iam longa & irritata fatigatio essent domiti. Quanquam non vulgare hoc fuit tolerantis documentum, quod laborem, in quo se infelicitate exercuerant tota nocte, post exortam diei lucem continuant. Et certe ut Dei benedictioni locus detur, constanter expectanda est. nihil enim magis præposterrum quām manum statim ab opera retrahere, nisi fructuosa appareat. Serio laborasse discipulos testis Petri nuditas. Atqui non detectant periculum facere noui iactus, nequam occasionem negligant. Quod tamen obsequuntur Christi precepto, fidei adscribi non potest. audiunt enim tanquam ignotum hominem. Nunc si nobis molesta est nostra vocatio, quia videtur esse sterilis labor quem suscipimus: ubi tamen nos Dominus ad pergendi constantiam hortatur, colligere animos dectenon deerit tandem felix euentus, sed opportuno tempore.

7 Dicit ergo discipulu ille. Suo exemplo docet Euangelista, quoties nobis præter spem bene succedit, tollendas esse ad Deum meatus. quia venire pretinus in mentem debet, ex eius fluxisse gratia beneficium hoc, qui bonorum omnium author est. Pia ista Diuina gratia agnitio, qua Iohannis animo insidebat, eum ad Christi quoque notitiam deduxit. neque enim Christum oculis cognoscit: sed quia persuasus est Diuinitus oblatam esse piscium copiam, colligit Christum esse à quo directa fuerant ipsorum manus. Sed quemadmodum in Iohanne prior est fides, ita mox Petrus eam ardore superat, quando posthabita ratione periculi, in lacum se proicit, sequitur alij nauigio. Perueniunt quidem omnes tandem ad Christum: sed Petrum singularis ardor præaliis rapit. Cæterum ambulando an natant-

do traiecerit ad ripam, dubium est. Hoc tenere sufficiat, quod relicto nauigio iter arripuerit, nō fuisse præcipitem temeritatis impetu: sed pro zeli sui mensura ante alios progressum esse. Non volebam illud trahere.) Primum in tam copiosa piscium captura Christus suæ virtutis specimen edidit: alterum vero, dum occulta sua virtute integrum rete seruauit, quod alias scindi ac disrupti necesse erat. Iam accedunt alia circumstantia, q̄ carbones in ripa accensos reperiunt discipuli, q̄ adsumt pisces, quod expositus est illuc etiā panis. Quantū ad piscium numerum, spectat, non est sublimē aliud in eo querendū mysterium. Argutè Augustinus ex repetitis numeris Legem inde & Euangeliū conflat: verū si quis proprius expedit, reperiet puerilem esse lusum.

10 Afferre de piscibus.) Tametsi momento impletum fuerat rete citra magnum eorum laborem, capturam tamen illis Christus abs:gnat. Sic panem vocamus nostrum, quem petentes nobis dari, fatentur ex Dei benedictione prouenire.

12 Nemo discipularum audebat.) Querit potest quid illis obstiterit, pudorū ex reverentia, an aliud quippiam. Atqui si videbat Christus eos ambigere, debuit (vi s̄pē aliis) occurere eorum dubitationi. Respondeo, non aliam fuisse pudoris causam nisi quia satis constabat esse Christū. sc̄ficiari enim solemus de rebus dubiis & obscuris. Significat ergo Euangelista non interrogasse discipulos Christum, quod veriti fuerint illi iniuriam facere: adeò se clare conspicuus signis patefecerat.

14 Hac iam tercīa vice.) Numerus ternarius ad temporis distantiā refertur. Plus septies apparuerat Christus: sed quicquid vno die gestum fuerat, sub manifestatione vna complectitur. Significat ergo per interualla vīsum esse Christum discipulis, vt fidem suæ resurrectionis faceret.

15 Quum ergo prans̄ essent, dicit Simoni Petro Iesu, Simon Iohannis, diligis me plus quam hi? Dicit ei, etiam Domine tu fūs̄ quod amem te. Dicit ei, Pascē agnos meos.

16 Dicit ei r̄ns̄ secundo, Simon Iohannis, diligis me? Sit illi, Etiam Domine tu fūs̄ quod amem te. Dicit ei, Pascē oves meas.

17 Dicit ei tertio, Simon Iohannis, amas me? Indoluit Petrus quod dixisset sibi tertio, Amas me? dixitque ei, Domine, tu omnia nosti: tu scis quod amem te. Dicit ei Iesu, Pascē oves meas.

18 Amen amen dico tibi, quum es̄s̄ junior, cingebas te, & ambulabas quod volebas: quum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod non vis.

19 Hoc autem dixit, significans quā morte gloriſicaturus effet Deum: Et quum hoc dixisset, 2. Pet. 1. dicit ei, Sequere me.

15 Quum ergo prans̄ essent. Iam narrat Euangelista quomodo Petrus in eum honoris gradū unde exciderat, restitutus fuerit. Perfida certe illa Christi abnegatio, de qua audiuius, illum Apolotatu indignum reddiderat. Quomodo enim esset idoneus fidei magister, qui turpiter ab ea defecerat? Creatus fuerat Apostolus, neque cum Iuda. Ex quo autem loci sui desertor fuerat, simul etiam priuatus erat honore Apostolatus. Ergo nunc illi tam libertas docendi quām authoritas restituitur, quarum vitramque amiserat sua culpa. Ac nequid illi obstatet defectionis infamia, cuius memoriam abstergit Christus a deo. Talis in integrum restitutio & Petro & eius

auditoribus necessaria fuit: illi quidem, quo magis strenue munus suum obiret, vocationis irenum sibi iniunctæ certus: his verò, ne macula in homine harrens, occasio esset spernendi Euangeliū. Hodie quoque nostra plurimum interest Petrum ad nos prodire tanquam nouum hominem cuius abolitum sit dedecus quod obstat posset eius dignitati. **Simon Iohannis, amas me?** His verbis significat Christus deminem posse fideliter seruire Ecclesiam, & operam impendere gregi pacēdo, nisi altius respiciat quām ad homines. Principiò munus pacēdi per se laboriosū est ac molestum: quando scilicet nihil difficilius est quām homines continere sub Dei iugo: quorum multi infirmi

infirmi sunt, alij leues & proterui, alij tardi & fernes, alij duri & parum dociles. Iam Satan qualunque potest offensiones ingerit quibus frangat boni pastoris animum vel debilitatem. Huc accedit multorum ingratitudo & alia tedijs causae. Nunquam ergo in hoc officio constanter perget, nisi in cunctis cordis sic regnabit amor Christi, ut sui oblitus, totumque se illi addicens, impedimenta omnia superet. Ita se affectum fusile declarat Paulus quan dicit, Charitas Christi constringit nos, hoc reputates quod si unus mortuus est pro omnibus, omnes simili convenerint esse mortuos. Quanvis enim amore intelligat quo nos complexus est Christus, & cuius morte sua specimen probavit, adiungit tamen mutuum effectum qui ex tanti beneficij sensu nascitur. Rursum verò alibi improbos & falsos doctores qui Ecclesiam turbant, hac nota insignit, quod non diligat Dominum Iesum. Meminerint ergo qui ad regendum Ecclesiam vocantur, si munus suum ritè proboque exequi cupiunt, initium sibi esse faciendum à Christi amore. Interim luculentè testatur Christus quanti facias salutem nostram, dum ita singulariter pastoribus eam commendatis: atque hoc sibi documentum fore asserit, quoniam ab illis ametur, si eam sollicitè curent. Nihil certè efficiens potuit dici ad animandos Evangelij ministros, quād duni audiunt nullum Christo gratius officium esse quād quod pascendo eius gregi impenditur. Pī autem omnibus non vulgaris inde haurientia est consolatio, dum se Filio Dei tam charos esse ac preciosos audiunt ut eos quasi in locum suum subroget. Sed eadem doctrina non parum terroris incurere debet falsis doctoribus qui Ecclesie regimen pervertunt: quia non leues Christo peccas daturi sunt, qui se ab illis violari pronuntiant. *P. sc̄ agn̄s.* Verbum Pascendi Scriptura metaphorice ad quodvis regimen accommodat. hic autem quia de spirituali Ecclesie gubernatione agitur, operare pretium est notare quibus partibus constet officium Pastoris. Neque enim his nobis otiosa aliqua pingitur dignitas: nec Christus homini mortali imperium aliquod deferre quod confusa exerceat pro sua libidine. Vidimus autem suprà capite 10. Christum propriè vnicum esse Ecclesie pastorem, vidimus etiam eum non enim hoc sibi sumnat: nempe quia salutis doctrina regat oves suas, adeoque pascat, quia ille demum verus est anima cibis. Iam verò quia hominum operavittur ad prædicandam doctrinam, nomen quoque suum ad eos transfert, vel saltem cum illis communicat. Legitimi ergo demum pastores coram Deo censentur qui sub Christo capite Ecclesie præsunt per verbū ministerium: unde colligere promptum est quid oneris imponat Christus Petro, & qua lege eum gregi suo præficiat. Qeo facis dilucidè refellitur Romanenfum improbitas, qui locum hunc detorquent ad stabilendam Papatus sui tyrannidem. Petro, inquit, p̄t̄ alij dictum est, *Pasce oves meas.* Cur illi potius dictum sit quād reliquis iam antē exposuimus, nempe ut purus omni similitate nota, liber esset ad prædicandum Evangelium: & ideo ter eum Pastorem constituit Christus, ut tres abnegationes, quibus sibi Petrus aeternum probrum contraxerat, aboliret eius Apostolatum non impedian: quemadmodum prudenter obseruant Chrysostomus, Augustinus & Cyrillus, & plerique alij. Cæterū nihil Petro datum est his

verbis quod non omnibus Evangelij ministris perinde sit commune. Frustra ergo Papista ideo contendunt esse primarium quia specialiter unus vocetur. Atque, ut demus fusile priuatim illi aliud honoris delatum, vnde queso cuincunq; locatum fusile in primatu? Fuerit sanè præcipius inter Apostolos, an inde protinus sequetur fusile vnuer. Item totus orbis Episcopum? Adde quod quicquid accepit Petrus, nihil ad Papam magis pertinet quam ad Mahometum. Quo enim iure pro herede Petri se venditat? Deinde quis illi Janus concedet, hic ius aliquod hereditarium a Christo positum esse? successor tamen vult haberi. vitiam quidem esset. Nemo nostrum illi reputat quin & diligit Christum, & curam fulciet pascendi eius gregis, sed neglecto Christi amore, & reiecto pascendi officio, successionem iactare nimirum absurdum est, nec minus stultum. Quemadmodum autem Christus docendi prouinciam Petro mandans, solum idolo vel animalium carnifici erigere noluit, ex quo Ecclesiā miserè opprimeret ita breuiter admonitus quale probet Ecclesie sui regimen. Sic larua detrahitur cornutis omnibus Episcopis, qui sola theatra pompa & inani titulo contenti, ius Episcopale sibi arrogant.

16. Pasce oves meus.) Non omnes promiscue Christus pascendos tam Petro quād alii committit, sed tantum agnos suos vel oves. Alibi autem definit quosnam i reputet in suo gregi. Oves, inquit, mea vocem meam audiunt, & sequuntur me. vocem alieni non audiunt. Danda quidem est opera probis doctoribus ut omnes colligant ad Christum, &c. quia discernere nequeunt inter oves ac feras bestias, tentandum est modis omnibus an mansuetus possint qui lupis similes sunt magis quād ovis. Sed postquam omnia conati fuerint, nonris electis cuiusbus proderit labor. Inde enim docilitas & fidcs, quod Pater cælestis Filio tradit in obsequium quos ante conditum mundum elegit. Cæterū admonet huc locutus, nullos posse in salutem, Evangelij doctrina pasci, nisi mansuetos ac dociles. neque enim frusta Christus discipulos suos agnis & ovis comparat. Sed simul notandum est, Dei spiritu circari qui natura virsi aut leones erant.

17. Indoluit Petrus.) Proculdubio non sensit Petrus quorū tenderet Christus ideo toties rogando. Putariq; oblique se insinulari, quaf si non responderit ex animo. Sediam ostendimus non fusile superuacuam repetitionem. Deinde nondum suis expertus erat Petrus quād penitus oporteat Christi amorem eorum animis intus esse quibus vincenda sunt innumeræ difficultates, poeta longo vñu didicit non frustale examen esse habitum. Porro in eius persona docentur qui subiuri sunt regenda Ecclesie curam non leviter tantum se excutere, sed attinet examinare quo zelo prædicti sint, ne in mediocritate refluant aut deficiant. Docemur etiam omnes, placidè & equis animis ferendum esse si quando nos Dominus rigidus examinet: quia iustas habet ciuii rei cauillas, que nobis plerunque sunt ignotæ.

18. Amen amen dico tibi.) Postquam hortatus est Christus Petru ad pascendas oves, eundem quo que armat ad obsecundam que instabat militiam. Ita non modò exigit ab eo fidem ac diligentiam, sed iniuctum animum in periculis & constantiam

Cap.
XXI.

in toleranda cruce: deinde ad mortem obeundam, vbi opus fuerit, paratum esse iubet. Etsi au-
tem non æqualis est pastorum omnium conditio,
conuenit tamen admonitio hæc omnibus aliqua
ex parte. Pareit Dominus multis, & ab eorum
sanguine abstinet, hoc vno contentus quod dum
vivunt, bona fide se totos illi consecravit. Sed
quia nouas subinde pugnas & multiplices mouet
Satan, necesse est ad mortem paratos esse quicun-
que pascenti munus suscipiunt: vt certè illis ne-
gotium est non solum cum ouibus, sed etiam
cum lupis. Quod ad Petrum spectat, voluit eum
Christus, de exitu suo præmonitus, vt assidue
mediaretur fanciendam esse demum proprio
sanguine doctrinam cuius erat minister. Quan-
quam videtur Christus in his verbis non eius tan-
tum habuisse respectum, sed martyris elogio ap-
pud alios ornatus, ac si dixisset fore longè alium
athletam, quādū p̄f̄st̄. *Quādū eff̄s u-
mor.* Videtur feneſt̄ quieti & otio eff̄ desti-
nati: quia e vacatio ſenibus dari ſolet ab oneri-
bus publicis, & milites ſiunt emeriti. Poterat
ergo Petrus ſibi in illa grāe promittere tranqui-
lum virg statum: contra pronuntiat Christus in-
uerſum tr̄ naturæ ordinem, vt qui ſuo arbitrio
iouenit vixerat, lenex alieno regatur, & quidem
violentum imperium ferat. Cæterum in Petro
inſigne habemus communis noſtræ fortis ſpecu-
lum. Multis commoda eſt ac iucunda vita ratio
antequam à Christo vocentur: ſimulac nomen illi
dederunt, ac recepti ſunt in discipulos, vel fal-
tem aliquanto pōst tempore, trahuntur ad graues
pugnas, ad tumultuosa m vitam, ad ingentia pericula,
interdum ad ipsam quoque mortem. Hæc
conditio tamen ſi dura eſt, non tamen a grē fer-
enda. Interea ſi temperat Dominus crucem qua
vult feruos ſuos experiri, vt illis tantisper indul-
geat dum maturuerit eorum virtus. neque enim
ignota eſt illi eorum infirmitas ultra cuius mo-
dum eos non vrgit. Sic Petro ignouit quandiu
tenerum adhuc atque imbellere eſt ipſum vi-
debat. Discutamus ergo nos illi ad extreum vſ-
que ſpiritu offerre, modò robur ſuppedite. Qua
in re fœla multorum ingratitudo appetet. Nam
quo mitius nobiscum agit Dominus, eo magis af-
ſueſcimus ad perpetuam mollitatem. Ita vix cente-
ſimus quisque reperitur qui non obſtrepat, ſi
polt longam indulgentiam diuriſ tractetur. At
qui potius reputanda erat Dei humanitas, quod
nobis ad tempus parcit. Ita dicit Christus ſe, quan-
dū in terris verſatus eſt, discipulos ſuos hilariter
habuifſe, ac ſi nuptiis intereffent, quos postea ma-
nebant ieiunia & lachryma. *Alius te cingeret.* Multi
genus mortis notari putant, quod extēlis brachiis
ſuſpenſus fuerit: verū ego ſimpliſter eingendi
verbō comprehendi interpreter externas omnes aſtiones quibus ſe & vitam ſuam homo
componit. *Cingebas te.* hoc eſt, indubitate pro-
libitum erat: poſthac autem tollebat hæc formandi
habitū libertas. Porro quo ſupplicij genere
affectus fuerit Petrus, neſcire p̄f̄ſt̄, quam du-
biis fabulis habere fidem. *Daceſ quādū non zis.* Sen-
ſus eſt, Petrum non ſuo ſato, ſed vi & gladio mo-

riturum. Sed videtur absurdum quod Christus
mortem eius voluntariam fore negat, nam vt nul-
la constantia, ſi nulla martyrij laus vbi quis ad
mortem invitus rapitur. Verum hoc ad diſi diuum
carnis & ſpiritus, quod ſentiant in ſe fideles, re-
ferti debet, nunquam enim tam libero ſolutoque
affectu obsequimur Deo, quin mundus & caro ve-
lū tunīculis quibusdam in contrarium nos re-
trahant. Vnde illa Pauli querimonia, Non quod
volo bonum, hoc facio, &c. Præterea notandum
eſt, naturaliter omnibus inſtituim eſte mortis hor-
torem: quia natura repugnat velle diſſoluī. Ita-
que Christus, eti toto corde compoſitus erat ad
parendum Deo, mortem tamen deprecatur. Ade-
de quod Petro formidabiles erant cruciatus ex
hominum ſæuitia, quare nihil mitum ſi mortem
aliquatenus refugerit. Sed in eo clarū probabit
quādū Deo obedientiam p̄f̄ſt̄, quod mortem,
quam per ſe libenter fugiſſet, ſponde tamen obit:
quia ſcibat ita placere Deo. neque enim villa fuſſet
patientis abique animi paſſione. Atque hæc co-
gnitu valde utilis eſt doctrina, nam & nos ad pre-
ces felicitati: quia nuquam abſque singulari Dei
auxilio vincere possumus mortis timorem: ideo-
que nihil reſtat niſi vt ſupplieſt̄ nos offeramus il-
li regendos. Deinde valet ad ſubleuandas mentes
noſtras, ne proſuſ concidant ſi quando trepidare
in perſequitionibus contigerit. Qui martyres nul-
lo fuſſe tactos metu ſingunt, deſperationis mate-
riam ſumunt ex proprio metu. Atqui non eſt quod
a ſequendo illorum exemplo nos deterreat noſtra
infirmitas, cui ſimilem experii ſunt, vt non poſſent
niſi ſecum pugnando, de hoſtibus veritatis triu-
phum agere.

19. *Significans qua morte.*) Magnum habet pondus hæc periphtasis. Etsi enim ſcopum hunc piis
omnibus propositum eſt decet vt Deum tam
vita quādū morte ſua glorifificant, voluit tamen
Iohannes peculiari elogio ornare eorum mor-
tem qui ſanguine ſuo Euangeliū Christi obſignat
nomēque illuſtrant: ſicut Paulus docet, Philipp.
1. c. 19. Iam verò noſtrum eſt quem moſ Petri fru-
ctum protulit colligere, nam ignavia noſtra culpa
eſt niſi inde conſirmatur fides noſtra, & eodem e-
tiam tendimus, vt per nos illuſtretur Dei gloria.
Hunc finem ciſideraſſent Paſt̄i in morte martyrum,
nunquam illis ſacrilegium illud & detestabile
commentum veniſſet in invenient, valere ad i-
ram Dei placandam, priuiliū que pro peccatis ſel-
uendum.

Et quādū hoc dixiſſet.) Hic exponit Christus
quorū illa violentia mortis p̄diciō ſpecta-
ret, nempe vt ſe Petrus ad tolerantiam compara-
ret. Quādū, inquit, mors tibi ſubeunda eſt
meo exemplo, ſequere duce in tuum. Cæterum
quo libentius Deo ad crucem vocanti Petrus ob-
temperet, ducem ſe Christus proponit. Neque
enim generalis eſt exhortatio qua eum ad ſui ini-
tiationem inuitet, ſed tantum agit de ſpecie mor-
tis. Hoc autem vnum quicquid acerbitas in
morte eſt non parum mitigat, dum ſe ante ocu-
los noſtrios offert Filius Dei cum beata ſua refur-
rectione, que triumphi eſt noſter contra mortē.

20. *Conuersus autem Petrus videt discipulum quem diligebat, i.eſus, ſequentem: qui & recu-
bit in Cæna ſuper peſtus eius, & dixit, Domine quis eſt ille qui tradit te?*

21. *Hunc ergo quādū dixiſſet Petrus, dixit i.eſu, Domine, hic autem quid?*

22. *Dicit ei i.eſu, Si eum volo manere donec veniam, quid ad te tu me ſequere.*

23. *Exiit ergo ſermo inter fratres quod discipulus ille non moreretur: & non dixerat ei i.eſus
quid*

suprad., 13.
23.

quod non rreretur: sed si volo eum manere donec veniam, quid ad te?

24 *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit haec: & scimus quod verum est testimonium eius.*

25 *Sunt autem & alii multa que fecit Iesus, que si scribantur singulatim, ne ipsum quidem mandum capturum arbitror eos qui scriberentur liberos.*

20 *Conversus Petrus.)* Habemus in Petro nostra non modo superuacua, sed etiam noxia curiositas exemplum, quod aliorum intuitu ab officio nostro abstrahimur. Est enim nobis ferè innatum, ut alienæ potius quam vita nostra rationem exigendo, vana inde captemus effugia. Hoc enim excusationis colore vltro nos decipi-mus, quod non sint alij meliores: quasi verò nos eorum ignavia absoluat. Vix autem centelimus quisque reputat quid valeat illud Pauli, *Vnusquisque onus suū portabit.* Quare in viuis hominis persona communis est omnium reprehensio, qui hac & illuc circunspecti qualiter se gerant homines: quid autem sibi à Deo iniunctum sit negligunt. In eo præsertim nimis crassè hallucinantur, dum securè prætereunt quid postulet priuata cuiusque & singularis vocatio. Ex decem viiūm Deus eligit, quem vel grauiissimi ærumnis vel immensis laboribus exerceat: alios nouem quietos sinet, vel saltem leuite tantum exercebit. Deinde non eodem omnes modo trahat, sed de singulis prout viuum est, experimentum capit. Quum ergo varie sint Christianæ militiae species, suum quisque ordinem tenere dicat: nec tanquam otiosi de hoc vel illo queramus, dum singulos nostrū celestis dux compellat: cuius imperio sic intentos nos esse decet vt alia omnia obliuiscamur. *Quem diligebat Iesus.* Ideo inserta hæc periphrasis fuit vt sciamus qua de causa compulus fuit Petrus ad mouendam quæstionem qua hinc refertur, absurdum enim putabat, solum se vocari, omisso Iohanne, quem semper tantopere Christus dilexerat. Itaque prætextu non carerat ista Petri interrogatio, cur nulla fieret Iohannis mentio: acsi mutatus esset erga eum Christi animus. Eius tamen curiositati ansam Christus præcidit, respondens eius non referre quid alij acturi sint, dum obtemperandum est Dei vocationi.

22 *Si cum volo manere.)* Quid vulgo truncata fuit hæc sententia, & prius membrum affirmatiuè legerunt, Sic eum volo manere donec veniam: librariorū inficta factum est, non interpres errore. Neque enim in Greca dictione falli potuit: sed apud Latinos facile potuit obrepere vna litera, quæ totum sensum inuiceret. Tota igitur oratio interrogativa est, ac legi debet vno contextu, voluerint enim Christus manum iniucere discipulo, vt eum intra vocationis suæ metas contineret. Nihil tua refers, inquit, nec te sciscitari decet quid de collega tuo agatur: hoc meo arbitrio permitte: solùm de te cogita, & te ad sequendum accinge quid vocaris. Non quod superuacua sit omnis cura de fratribus: sed modum habere debet, vt cura sit, non curiositas quæ nos impedit. Respiciat igitur quisque ad suos proximos, si quo modo valeat ipsos secum ad Christianum trahere, non autem vt se illorum offendiculis removere.

23 *Exiit sermo.)* Narrat Euangelista, ex Christi verbis perperam acceptis manasse inter discipulos errorē quod nunquam moriturus es-

set Iohannes. Postò eos intelligit qui sermoni interfuerant, hoc est Apostolos: non quod ad eos solos pertineat nomen fratrem, sed quod fuerint quasi sancta unitatis primitiae. Potest etiam fieri vt prater undecim, notentur etiam alij qui tunc cum illis agebant. *Exiit* verbo significat sparsum vltro citroque fuisse hunc errorē: quem tamen probabile est non fuisse diutinum, sed tandem inter e. & c. inuile donec Spiritu illustrati rectius & purius de Chirilli regno, abolitis crassis segmentis, sentirent. Cet rūni quod de Apostolis narrat Iohannes, quotidie accidit: nec mirum, nam si domestici & inter res Christi discipuli ita delusi fuerunt, quanto prodiu ei erit corum lapsus qui non tam familiariter edocē sunt in Christi schola? Sed nō enim simul vnde proueniat hoc vitium. Utile nos accet Christus in aſſectionem, & quide in peregrine: sed nos luci tenebras infernas praes nebris commentis que ex proprio sensu ac erfirmitate. Nulla certi de Iohanne pronunciare v. laetat Christus: sed tantum sibi aſſercere plenam in eum vita & mortis potest item, ita simplex ac vilis per se erat doctrina: sed plus sibi fabricant ac imaginantur discipuli quād dictū fuerat. Quare vt tu si nō ab eodem periculo, sobrie sapere discopus. Sed ex est humani ingenij laſciuia, vt toto impetu in vanitatem ruat. Quo factum est vt hic quoque error, à quo diserte Euangelista cauendum monuerat, nihilominus in mundo grassatus sit. Nam fabulati sunt, quin sibi effodi sepulchrum iuſſisset, atque illuc descendisset, vacuum postridie repertum esse. Quare videlicet nullum fore errandi sine nō simpliciter amplexi quod à Dominō traditum est, aliena omnia commenta re-pudiemus.

24 *Hic est discipulus ille.)* Quia hancenius sui mentionem sub tercia persona fecerat Iohannes, nunc exprimit se illum esse: quo feliciter plus ponderis habeat testis oculatus, & cui peccatis comperta fuerunt omnia de quibus sepius nō facit. At vero, ne quis eius sermonem suspeccat habeat, acsi ad gratiam esset compactus, & propterea quod à Ch. ist. diligebatur, hinc obiectiōnem anticipat, plura à se præterita nō inē dicens quam scripta, nec de quibusvis Christi actionibus loquuntur, sed quae ad publicum eius munus spectabant. Nec videri debet absurda hyperbole, quum ferantur quæ passion in profanis scriptoribus occurront. Non tantum numerus operum Christi considerandus est, sed pondus quoque & magnitudinem expendere conuerit. Diuina illuc Christi maiestas, quæ sua infinitate non modo sensus hominum, sed celum & terram, vt ita loquar, exhaustit, suum illuc folgorem mirabiliter proferbat. In eum si Euangelista oculos coniiciens, attonus exclamat, iustum narrationem ne à toto quidem mundo capi posse, quis miretur? Deinde minime reprehendendus est si tria receptaque figura ad commendandam operum Christi excellentiam vtiuit. Scimus enim vt se ad communem loquendi modum ac-

IN EVANG. SEC. IOHANN.

Cap. XXI. commodet Deus ruditatis nostræ cauſa, inò interdum quodammodo balbutiat. Interca tenendum memoria est quod prius habui nus, quam Euangelistæ summam literis complexi sunt, tum ad instituendam fidem, tum ad salutem conferendam sufficere. Satis ergo supér que sapient quisquis ritè sub iis magistris protece rit. Et certe quum Diuinitus nobis ordinati fuerint testes, sicuti fideliter defuncti sunt suis parti-

bus, ita nostrum est vicissim ab eorum testi monio totos pendere, nec plus appetere quā ab illis proditum est: præfertiu quin eorum calami certa Dei prouidentia gubernati fuerint, ne immoda rerum congerie nos onera rent, & tamen delectu habitu traderent quantum expedire nouerat qui solus sapiens est & fons vnicus sapientiæ Deus: cui laus & gloria in perpetuum. Amen.

FINIS.






IOANNIS
CALVINI
COMMENTARII INTEGRI
In Acta Apostolorum,

Ab ipso authore recogniti, & magna accessione locupletati.


HORVM COMMENTARIORVM UTILITATEM commonstrabunt duo Indices ad calcem operis adieci: Prior rerum & verborum: Posterior locorum vtriusque Testamenti, quos author apposite ad sensum suæ interpretationis accommodat.



Fundatur, & est omni tempore sola salva.

GENEVÆ,
EXCVDEBAT JOANNES VIGNON.
—
M. D C I X.





ILLVSTRISS. PRINCIPI D. NICOLAO

RADZIVVIL, DVCI INOLIK A, PALATINO

Vilensi, Magni Ducatus Lithuaniae supremo Marsalco & Ar-
chicancellario , &c. D. apprimè obseruando,

Ioannes Caluinus.



VOD Regum nomina, quibus hos commen-
tarios dicaueram, induxi : ne in crimen leuitatis
apud quosdam imperitos mutatio incurrat, bre-
uiter reddenda mibi ratio est. Nam quum ē
patris mortui memoria venerationem quam
meretur apud me retineat, & filium qua decet
obseruantiā colam: eorum tamen nomina in hac
secunda editione expungere me coēgit quorundam importunitas, qui
dum vesano in me odio percūti metuunt ne quid meis scriptis gratia con-
ciliēt Regum maiestas, illis vehementer displicuisse iactant, nomen suum
doctrinā de Sacramentis quam improbant fuisse admixtum. Id verum
sit, nec ne, in medio relinquō. neque verò me ainterest: quando neque pri-
uatum lucrum, neque fauorem mihi captaui. Sed quia indecorum ac
turpe mihi esset, scripta quæ satis multos reperiunt voluntarios Lecto-
res, in uitis obtrudere, palam nunc facere opera pretium fuit, nihil un-
quam minus mihi fuisse in animo: sed plus sperasse humanitatis quam
expertus sum. In eo certè nihil esse offensionis potest, si ab eorum, qui
mea officia fastidiunt, contemptu me subducens, suis quas appetunt,
& quibus se oblectant delitiis, frui patior. Te verò I llustriss. Prin-
ceps, non abs re delegi, quem duobus subrogarem: quia & te dignissi-
mum existimo, cuius nomen in spirituali templi Christi adificio appar-
eat: neque metuo quin eadem benevolentia quam erga me huma-
nissimis literis declarare grauatus non es, librum quoque meum pro-
sequarisi. Sed omisso nunc priuata benevolentia respectu, in altero
immorabor. Adde quod sermonem cum altero prius habitum,
iure optimo ad te accommodare licet. Nec verò praelaras vir-
tutes, quibus summa tibi authoritas & singularis gratia apud se-
reniss. Polonia Regem parta est, celebrare hoc loco propositum

* ij

E P I S T O L A.

est. magis inclinat animus ad exhortationem, cuius hoc spectabit summa, ut qua alacritate initio amplexus es puram Euangelij doctrinam, quam strenua animi magnitudine hactenus verum Dei cultum asserere conatus es, eadem ad extremum usque constantia hunc cursum prosequaris. Rare quidem virtutis fuit, quum scires apud multos nihil magis esse exosum ingenua professione, liberoque studio pietatis, simul tamen ac tibi illuxit Euangeli Christi veritas, non men dando non dubitasti illorum in te odio pronocare. Nec parum laudis merentur qua fouendis augendisque Ecclesiae primordiis officia impendere non desisti: licet paucim minimè plausibilis apud non nullos proceres plurimum inuidia tibi hac sedulitas conflaret. Sed quia non minus ardua difficultates tibi restant: animum ad eas superandas, donec extremum actum compleueris, subinde colligere operare precium est. Et eò quidem attentius. quod multi Principes, quum videant fæde corruptum Ecclesiae statum, remediam tamen nullaten-tare audent: quia in malis ex vetusta et tranquilla possessione pellendis, quod metuunt ex nouitate periculum, eos ab officio retardat et impedit. Alii absurdum et stultum esse existimant, morbos insanabiles attingere. alii nescio qua prauitate omnem correctionem refugiunt et exhorrent. Verum de obstaculis qua te circumstant, apud te, cui plus satis cognita sunt, differere superuacaneum foret. Quos cunque tamen insultus tibi ingerat Satan, et quibus cunque te pugnis ac certaminibus exerceat, nefas est in hac sacra militia, quam sub Christi vexillo professuses unquam fatigari. Porro quamlibet sis per te voluntarius: felicem propensi studii cursum subsidio hoc, quod tibi per manum meam Deus offert, iuuari ac prouebi, neque graue ut spero, neque inutile tibi erit. Quoties sursum ac deorsum volui res in mundo videntur, nulla stabiliendis conscientiis aptior aut solidior fultura inueniri potest, quam ubi Christi regnum, quale nunc cernitur, ante oculos nobis ponentes, quanam ab initio ratio eius et natura, qualis status eius et conditio fuerit, reputamus. Quum de Christiregno sermo habetur, duo principiæ spectanda nobis sunt: Euangelij doctrina, qua sibi Christus Ecclesiam colligit, et quia eandem collectam gubernat: deinde ipsa piorum societas, quis sincera Euangelii fide inter se coniuncti, verè Christi populus censemur. Vim utrinque effigiem in Actis Apostolorum quam expressè depingat Lucas, prestat ex lectione, tctius

E P I S T O L A.

terius libri cognoscere, quam credere vel meo vel alterius cuiuspiam elogio. Nam etsi à prima usque mundi origine semper regnauit Dei Filius: ex quo tamen in carne patefactus, Euangelium suum publicauit, tunc illustrius solito erigere caput tribunal, unde nunc quoque maximè conspicuus appetet. Huc si oculi nostri conuertant, non inani pictura (quod de Ænea suo prædicat Virgilius) sed solidi earum rerum, unde vita petenda est, notitia pascentur. Atque ut ad propositum sermonem reuertar: hic optimus est conscientijs receptoris, ubi inter tumultuosas istas quibus mundus concutitur procelas, tranquillæ resideant. Haec denique meditatio sola efficiet, ne unquam nobis accidat quod de moiori hominum parte olim ab Ennio vere esse dictum nimis multa experimenta probant. Pelli è medio sapientiam, quies vires geritur. Nam si in summo & acerrimo præliorum furore tantum apud Lacedæmonios potuit tibiarum concentus, ut ingenitâ bellico populo ferociam leniret, impetuque, qui vel immixtibus alioqui ingenij tunc supra modum exultat, temperaret: quanto id melius & efficacius cælesti Spiritus sancti modulatione præstabit Christi regnum, quod non modo truculentas bestias curat, sed ex lupis, leonibus & ursis agnos facit, quod lanceas infalces conuertit, & gladios invomeres format? Num ergo temperamentigenus tibi offeram, Princeps Illustribz. quale temporum flagitat necessitas, officium hoc Excellentia tua, qua eius est aquitas, non ingratum fore confido, ut certè hoc confirmationis genus in primis utile esse ac idoneum senties, in Ecclesiæ originem, qualis à Luca describitur, oculos conuertere, in qua & admirabilis sub crucis ignorinia Dei virtus, & indefessa sub ingenti molestiarum onere seruorum Dei tolerantiare fulget, & successus ipse mundi iudicio incredibilis uberrimum utriusque fructum profert. Ceterum ut reliqua omittam qua ex Luca ipsius lectione petere satius est, quod propriè terrenis Principibus ac primariis Regnorum ac gentium ducibus conuenit, unum attingam. Nempe cum non reluctantate totius mundi potentia, omnibus qui tunc rerum potiebantur ad opprimendum Euangelium armatis, pauci homines obscuri, inermes & contempti, sola veritatis & Spiritus præsidio freti, in propaganda Christi fidei tam strenue laborauerint, nihil refugerint, laboris vel discriminum, contra omnes pugnas steterint infracti, donec tandem victores emergerent: nihil restare,

E P I S T O L A.

excusationis Christianis Proceribus qui dignitate aliqua excellunt, quando eos Deus ad tuendum Filii sui regnum, gladio instruxit, nisi ad obeundum tam honorificum munus aquè saltem animosi sint ac constantes. Porro quām fidelis ac dexter fuerim interpres, prædicare non est meum. Certe fructuosus in communione, ut spero, erit labor. Tu verò, Illustriſ. Princeps, mibi iterum rogandus es, atque etiam obsecrandus, ut ē priuatum Christi imperio totum te addicas, quemadmodum pridem feliciter cœpisti: ē tot nobilibus viris, quos ē generis splendor, ē virtutum præstantia commendat, in promouendo Christi regno fidelis sis ac indefessus non modo adiutor, sed etiam signifer. Singulari honoris priuilegio Deus regnum Polonia dignatus est, ut nobilitatis melior pars impijs superstitionibus, qua totidem sunt cultus Dei corrupcta ē inquinamenta, valere iussis, legitimam pietatis formam ē ritè compositum Ecclesia ordinem uno consensu appeteret. Atque his non parum fuisse in tua authoritate præsidij, satis notum est. Sed tibi ē illis plus restat certaminum, quām ut otio ē quieti, quasi emeriti milites, indulgeatis. Primum, ut nemo extraneus hostis molestiam vobis exhibeat, satis supērque aduersus mala intestina erit negotij. I am estis experti quām varijs artibus instructus sit Satan ad insidias struendas, quo labefactetur sancta inter fratres concordia, in qua consistit Ecclesia salus. Contingit scilicet apud vos, quod ubique solet, ut rebus incompositis se ē ingeant homines turbulenti: qui dum vident paucos, ē quidem debiles, ab immensa multitudine vexari, ē veritatem, que crassis calumniarum nebulis obruitur, egrè ab ipsis defendi, facilius quasi per cuniculos obrepunt. Hac verò astutia Ecclesia ruinam molitur ille fraudum omnium artifex, non tantum scindendo ē lacerando fidei unitatem, sed nomen Christi falsa inuidia grauando: quia videntur piorum cætus, quibus se improbi isti nebulones permiscent, quedam esse sordium omnium receptacula ac sentina. Sic dum Stancarus homo tumultuosi ingenii, prosua ambitione, qua totus flagrat, deliria sua apud vos spargit, hinc erupit contentio qua dissipacionem aliquam minatur: ē expositi fuisis multorum probris, quia creditum fuit sectam eius latius grassari. Ecce ex altera parte medicus quidam Georgius Brandata, Stan- caro deterior, quō magis detestabili errore imbutus est, ē plus oc- culta

E P I S T O L A.

culta virulentia in animo alit. Quò etiam plus reprobationis meretur eorum facilitas, apud quos Serueta impietas tantum, fruoris subito adeptus est. Quanquam enim persuasus sum a peruersis illis & sacrilegis dogmatibus remotos esse: cautores tamen esse oportuit, ne se in eorum consuetudinem insinuaret hac vulpes. Quia nunquam deerunt huismodi pestes nec unquam desinet Satan hos sibi deuotos atletas ad turbanda Euangeli principia in aciem producere, vobis perseveranter in procinctu standum est: atque ut grauioribus malis obuiam eatur, constituenda vobis est recta probaque gubernationis ratio, qua fidelis est sancta pacis custodia. Nam ut animam Ecclesia constat esse doctrina puritatem, ita disciplinam neruis conferre merito licet: quibus deuinctum & connexum corpus firmitatem suam tueretur. Jam altera ex parte studium vestrum acuere debet aliorum hostium improbitas: Romani Antichristi praecones dico, qui ut fucum rudibus faciant, non men Ecclesia sonora voce assidue ebuccinant. De Ecclesia nihil inter nos est controvressia, quin veneranda omnibus Dei filiis esse, debeat eius authoritas: nisi quod illi sub fallaci honoris praextu, sua libidini vmbra tile, Ecclesia nomen subiciunt: nos ita Ecclesiam ex animo reueremur, ut sacrum eius nomen profanare, summum apud nos sit nefas. Ut alios omittamus, sana, pureq; doctrinae ministros: a me iam antehac compluribus in locis propè ad fastidium agitata fuit hac questio: cum de Ecclesia sermo habetur, cuius caput est Filius Dei: & quam idem, qui fons est vita eterna, Spiritus suo semper vegetat: quamridiculum sit mutilum capite suo corpus, deinde mortuum cadauer proferre. Clamitant mercenarij Papa adulatores, se Ecclesiam habere. Verum sit necne quod iactant, non aliunde melius potest cognosci, quam dum caput inspicitur. Id vero sacrificia eorum violentia abscissum esse constat & truncatum. Quomodo enim capitum locum retinebit Christus, sua omni virtute spoliatus, deiectus imperio, nudatus dignitate? Hac lege caput eum Ecclesia constituit caelstis Pater, ut Euangeli sui doctrina omnes a summo usque ad infimum regat: ut unicus sit Sacerdos, qui Patrem ipsum assidue nobis propitiet, quemadmodum semeliram eius mortis sua sacrificio placauit: ut eiusdem mors perpetua sit pro peccatis expiatio, sanguis unicum lauacrum, obedientia solida satisfactio: ut solus sit intercessor, cuius patrocinio exaudiantur preces nostra: ut fidus sit de-

E P I S T O L A.

fensor ac tutor, qui suo nos præsidio tegat: ut domitis carnis nostra
vitijs, in iustitiam & sanctitatem nos reformat: ut solus beatam in
nobis vitam inchoet ac perficiat. Horum omnium siquid illi residuum
fecerunt Papista, habeant sanè à parte sua Ecclesiam. Quod si
Papa sua & plus quam crudeli tyrannide conscientias opprimens,
Christo imperium abrogavit: si regiminis formam inuexit ab Euangelijs
doctrine prorsus alienam: si nouum & exoticum sacerdotium
commentus est, ut se mortalis homo reconciliatorem inter Deum
& mundum ingerat: si quotidiana sacrificia fabricauit, qua in
mortis Christi vicem subeant: si mille piacula redimendis peccatis
inuenit: si fictitia lauacra ex lacu Auerni eduxit, qua sanguinem
Filij Dei siccarent: si in eius locum innumeros patronos substituit:
si iustitiam, qua in solidum abeo petenda erat, in mille frusta lace-
ravit: si liberum hominis arbitrium Spiritus sancti loco erexit:
non est quod ambigat quispiam verum Christum procul à Papa
tu exulare. Mortuum cadaver pro viuo Christi corpore à Pa-
pistis ostentari ideo dixi, quod extincta Euangelijs doctrine (qua
vera Ecclesia anima est, eamque sola vivificat) umbratilem
tamen nescio quam Ecclesiam magnifice predicant. Quam
corrupta sit apud eos doctrina puritas, imò quam prodigiosis erro-
ribus fœdata, palam facimus. Illi non modo tegendis omnibus cor-
ruptelis Ecclesia umbram obtendunt: sed quiritantur præterea
grauem à nobis & indignam Ecclesie iniuriam fieri, quod eam
dicamus errare. Atqui primò examen doctrina habendum erat,
ut inde Ecclesia agnosceretur. Equi isti probique estimatores, fuco-
sum titulum doctrina obruendo discrimini vim praividicij habere vo-
lunt. Neque vero id fallendi causa. nam quibus prestigiis vellu-
sciosos oculos in tanta luce deludere tentarent? Sed quia hanc
menti endilicentiam in tyrrnidis sue parte deputant, sibi non vi-
dentur pro voto dominari, nisi contumeliosè miseris animas sub-
fannent. Ne longius petatur exemplum, nostra atestate vidimus
nunc Patres Tridentinos, nunc Bononienses, quum hostiliter inter
se digladiarentur, utrinque tamen ventosos suos Canones despue-
mare. Et sanè si acquiescit eorum principiis, utrinque triumphus paratus erit. Sedent illic Episcopi nescio quot, & Abbates centum forsan cornuta bestia. Si flos selectissimus totius gentis illic niteret,

nihil

E P I S T O L A.

nihil tamen esset aliud quām scelerata in Deum conspiratio. Nec vero postquam furfur & qui squilias impuri putidiique sui gregis in unam lacunam congesit Papa, inde subito representativa Ecclesia emerget? Et adhuc nihil eos pudet Sacrum, Generale, & Legitimum Concilium vocitare, quod ne iniis quidem & comica Conciliū larua dici meretur? Nos vero quibus dicta est promissio, Antichristum qui in templo Dei sedet, spirituoris Domini oportere destrui: fādam hanc & mereciam impudentiam, sacrosancto illo verbo, cui tam audacter insultant, refellere non desnamus: ut palam omnibus fiat, quid inter castam Christi sponsam, & factidum Belial scortum: quid inter sanctuarium Dei & Satana lupanar: quid inter spirituale piorum domicilium & porcorum harum: quid denique inter veram Ecclesiam & Romanam curiam intersit. Huius rei nulla certior, vel magis dilucida neque ab Euclide, neque ab Archimedē afferri demonstratio potest, quam si Ecclesia, qualis à Luca describitur, cum synagogi Papalis sit comparatio. Neque vero usque adeò sum rigidus, ut ad normam Apostolorum, qua Angelica est ac cælestis, confusum istud chaos, à quonatur & ordo & humanitatis ratio penitus abhorret, exigere velim. Si modò ostendant quicquam sibi esse affine, per me sane illis triumphare liceat. Sed cum sint omnia contraria, etiam si maior pars hominum sponte cœciat: toto saltem plaudente calo, vecordem eorum superbiam non modò intrepide contemnere, sed liberè etiam traducere nobis licebit. Interea non leuis consolatio, nos sustentat: quod quum Ecclesia titulum nobis superciliosè opponunt Papistæ, nobis tamen non nisi cum professis Christi hostibus bellum esse scimus. Optandum quidem est in primis, ut serenissimus Rex, qui pridem Romane curia fallacias pro sua prudentia cognovit, tandem in anibus bullis, quibus Concilium procul ostentat, evanescere iussis, liberiū ad seriam integrāmque Ecclesia restitutionem animum applicet. nulla tamen cunctatioremoram vobis afferre debet, quominus enitatur quisque vestrum pro sua virili, ad propaganda quātam feliciter surgere cœperunt initia.

Vale Præstantiss. Domine, & Illusterriss. Princeps Dominus te semper Spiritu suo regat, dignitatem tuam modis omnibus amplificet: piōsque tuos conatus benedicat usque in finem. Geneua, Calendis Augusti, M. D. L X.

IN ACTA APOST.

MANDATA PER SPIRITVM.) Admonet his verbis Lucas, non ita recessisse Christum à mundo, vt noſtri curam abiecerit: nam quod perpetuum in Ecclesia regimen conſtituit, hoc documento ostendit, ſe velle ſaluti noſtra confuſum. Imò teſtator eſt, ſe piaſeſſe & ad eſſe huius velle vique in finem: ſicut te vera ad-
Math.23.4-10. eſt per ſuos miniftratos. Significat ergo Lucas, non prius abiuſſe Christum, quām Ecclesia ſua gubernatio-
ni proſpexerit. Vnde ſollicitum eſte de ſalute noſtra colligimus: atque hanc prouidentiam dicerē notauit
Paulus loco nuper citato, quod impleuerit omnia, conſtituens Apoſtolas, Euangelistas, Paſtores, &c.
Ceterū, Mandata hæc, quæ dediſſe Apoſtolis Chriſtum narrat, interprator de piaſicando Euangeliō:
quemadmo dum legati, ne quicquam temere, prater eius à quo mitetur voluntateim, tentent, certis pre-
ceptis iuſtrui ſolent. Atq; hoc totum poſitum eſt in eius doctriñe commendationem, quam Apoſtoli pertul-
runt. Quod ut clarius patet, ſingula ordine obſeruanda ſunt. Primum electos à Chriſto fuſſe dicit, vt
eorum vocatio nobis certa ſit ac comprobata. Neque enim hoc loco meritis hominum, Dei electionem op-
ponit: sed tantum afferit, diuinus ſuſſe excitatoſ, nec temere ad hoc munus irruſiſſe. Verum quidem eſt
illud, gratia eſſe electos: ſed nunc agitur de Luca conſilio, quorū ſpecte. Dico autem non alio ſpectare,
quām ut cepta nobis ſit Apoſtolorum vocatio, vt diſcamus non in homines reſpicere, ſed in filium Dei
authorem: quia ſemper hoc in Ecclesia vigere debet: ne quis ſibi uſurpet honorem. Secundū dicit, Chriſti
preceptis fuſſe edoctos quidnam agere deberent. Ac fi diceret, non protulile ſua conuicta, fed quod
a celeſti Magistro illis erat iniuicium, bona fide tradidiſſe. Et quod plus reverentia habeat, quod illis
precepit Chriſtus, addit, hoc Spiritus directione factum. Non quod aliunde regi opus habuerit Filius
Dei, qui eterna eſt ſapientia: ſed quia homo quoque erat, ne quis putaret humano ingenio tradidiſſe Apoſtoliſ,
quod tradidit, nominatum ad diuinā authoritatem nos reuocat: ſicut toties Dominus ipſe nihil ſe traderet
affirmat niſi quod a Patre accepit: ac proinde negat doctriňam ſuam eſſe ſuam. Significat itaque in Euangeliō pre-
dicatione nihil eſſe humānum: ſed diuinam eſſe Spiritus ordinacionem, cui ſuicī totum mundū oporteat.

3 Quidam & ſeipſum exhibuit viueptem, poſtquam paſſus erat, in multis probationibꝫ, dum per quadraginta dies ab illis conſpicitur, & diſerit de regno Dei.

**4 Et congregans eos precepit ne diſcederent Ieroſolymis: ſed expeſtarent promiſſam Pa-
triſ de quo, inquit, audiſſis ex me:**

**5 Quia Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini Sp̄i; ita ſancto, poſt
dies hos non multos.**

3 Quidam ſeipſum.) Hoc ad faciendam reſurrectionis fidem addidit, vt eſt res in primis cogniti ne-
ceſſaria. & fine qua toto Euangeliū corruit, nec vila reliqua eſt fides. Atque ut reliqua omittam, la-
borent tota Euangeliū maiestas, niſi ſciamus Chriſtum viuentem ē calix loqui: quod maximè Lucas reſpexit.
Ergo ne dubia eſſet huius rei veritas, dicit comprobata ſuſſe multis signis. Qua Erasmus, poſt veterem
interpretēm vocavit Argumenta, ego Probationes tranſtuli. Nam in signis quod eſt ἀρχαγανός, Aristotelei
τεκνῶν dicitur, libro Rhetor. 1. Hor eſt quod dixi, Chriſtum, ne ſua reſurrecțio Apoſtoliſ incerta eſſet,
multus euidentibus signis, & qua vim neceſſaria probationis habent, reſtaſtam eaueſſe. Porro, ſi
ſignilla vel demonſtrationes non enumerat: niſi quod dicit, feret per ſequimur ſuſſe ab illis ſeipſis
viuſum. Vnde forte a pectus ſuſpicioñis aliquid habet: ſed quum toties viuentum ſe obulerit, dubita-
tionis nullum relinquit locum. Hoc etiam modo probrum ruditatis, quam ſuſſe in Apoſtoliſ narravit, de-
let, ne fit ſtem deroger eorum predicationi.

DISSEſſIT DE REGNO DEI. Iterum admonet, probet ab unico Magistro edoc̄tos antē ſuſſe Apoſtoliſ,
quām oībiſ docendi prouinciam ſuſcepterint. Ergo quacunque de regno Dei tam ote quām ſcriptis prodi-
derunt, illi ſunt fermoneſ à Chriſto habitū. Ceterū, hoc nomine breuiter indicat quorū ſunt tendat Euangeliū
doctrina: nempe, vt in nobis regnet Deus. Huius regni initium eſt, regenerationis: finis ac complemen-
tu, beata immortaliſtas: mediū progreſſus ſunt in ampliore regenerationis profectu & augmento. Quo
tamen res clariſſ patet, primi notandum eſt, nos à regno Dei extraneos naſci & viuere, donec in nouam
vitam nos Deus refingat. Ergo proprie mundum, carnem noſtrām, & quicquid eſt in hominis natura, regno
Dei opponere licet: Nam animalis homo ſub mundi huius elementi ſenſus ornaſſe ſuſſe concinet, hic felici-
tas queritur, & vtlimum bonum. Interea exalumus à regno Dei: & Deus quodammodo à nobis exultat:
At Chriſtus, Euangeliū predicatione, nos ad futurę vita meditationem euehit. Quod ut fieri, corrigit ac re-
format in nobis terrenos affectus, adeoque carnis noſtrę viuſis exutos, à mundo nos ſegregat. Sicut autem
mors eterna omnes manet, qui ſecundum carnem viuunt: ita quatenus renouatur interior homo noſter in
spiritualiſta vita profectum, ad perfeſionem regni Dei magis acceditus: quod eſt diuinæ glorie ſocietas. Re-
gnare ergo Deus nunc vult in nobis, vt tandem nos regni ſuam participes faciat. Hinc colligimus, ſummam
Chriſti fermorum ſuſſe, de humani generis corruptione, de tyranneide peccati, cui mancipati ſumus: de ma-
ledictione & eterna mortis reatu, cui ſubiacemus omnes: item de modo recuperande ſuſſis, de peccato-
rum remiſſione, de carnis abnegatione, de ſpiritualiſta, de ſpe vita cœleſti, & ſimilibus. Et nos, ſi velu-
mus in Christianismo rite inſtitui, huc ſtudi noſtra applicare decet.

4 CONGREGAN SE O PRO PRA CEPIT.) Iam prius Apoſtoliſ funclii eſt: ſed non niſi ad exiguum tempus,
deinde etenim vi ſuo preconio expergeſerant Iudeos ad magiſtrum audiendum. Adeoque prius illud
mandatum docendi, quod illis Chriſtus in terris viuens inuiixerat, quām pieſuſum quoddam erat futuri
Apoſtoliſ, cui nondum maturi erant. Non ergo ante Chriſti reſurrecționem ordinarium munus illis
impoſitum fuit: ſed praeconum inſtar, vt dixi, gentem ſuam excitauit, vt Chriſto audiētia fieret. A re-
ſurrecțione demum creati ſunt Apoſtoli, qui commiſſam ſibi doctriṇam per totum mundum publicaverent.
Quod autem creatos, adhuc tamen abſtinere à munere iubet Chriſtus, id non ſi neceſſaria cauſa. Imò
plures cauſe reſcenſeri poſſunt, cui ſic oportuerit fieri. Recens adhuc eraſ ſe diuilla magiſtri deſertio: re-
centes multa incredulitatis note. Quum tam abſolute ſuſſent edoc̄ti, omnium ſubito obliſti, ſpecimen ei-
diderant niſi craſſa ruditatis. Neque ab hiſ viuſis aberat culpa ignavie, quæ non aliter comode purga-
ri poterat, quām promiſſam gratiam diſerendo: vt magis coruim deſiderium acueretur. Sed haec cauſa in
primis notanda eſt, quod Dominus tempus certum mittendo Sp̄iuiti preficit, quod magis conſpicuum no-
biſ eſſet miraculum. Deinde, eos tenuit aliquandiu otiosos, vt melius negotij, quod illis datureſ erat,
magnitude in commendaſ. Atque inde nobis confirmatur Euangeliū veritas, quod ſe ad eius promulgandi
munus acciņgere vetiſ ſunt Apoſtoli, donec temporis ſucessu riſe preparati eſſent. Simil autem manere
iuiſ ſunt: quoniam vno omnes Sp̄itu donati erant. Si ſuſſent diſpergi, vniuersitas minus cognita fuſſet. Poitea,
tametis

C A P V T I.

tametsi in varias partes fuerunt dispersi, quia tamen attulerunt quod hauserant ex eodem fonte, perinde id fuit, ac si unum semper omnibus os fuisset. Preterea Ierosolymis aulpicari eos Evangelij praedicationem oportuit, ut impleretur propheta: E Sion prodibit Lex, & sermo Domini ex Ierusalem. Quanquam partici-^{Esa.1.2.3.}
pium omnia ~~ad~~ ^{ad} variè transferri potest: mihi verso Erasmi placuit, quia Congregandi significatio con-
textu melius quoniam erat.

E X P E C T A T E R E P R O M I S S U M .) Qui Christi iugum paulo p̄dū impositum erant mundo prius ad obedientiam off. sc̄iendi erant. Et hanc exemplo suo nobis monstrarunt, non nisi Domini arbitrio quiescendum vel operandum esse. Nam si tota vita sub eius vexillo & auspicijs militamus, sicut enim non minus inter nos authoritatis habere debet, quā habet quisque dux terrenus in suo exercitu. Ergo, quemadmodum hoc fert disciplina militaris, ne quis imperatori si in iustitia se moueat, ita nos neque egredijantur quicquam tentare fas est quoad signum dederit Dominus: & simul atq; receperit canit, quesecre decet. Monemur etiam, spe fieri nos donorum Dei compotes. Verum sp̄ci natura, qui iter hic describitur, obseruanda est. Neque enim sp̄cs est, quā libi temere quicquid fingit, sed quā in Dei promissione fundata est. Ideo non perniciens Apostolis Christus expectare quod ip̄s liberietur nominatio addit, tatis promissiōnem. *Eius præterea se testem facit: quia nobis constare debet ea certitudine, ut eriamus contraria inurgant omnes inferiorum machinæ, maneat istud in animis nostris fixum, Deo nos credidisse.* Scio, inquit Paulus, cui credidérim. Ceterum, h̄c in memoriam revocat quæ habentur Ioan.14. & 15. & Rogatio Patrem, & alium Paracletum, dabit vobis, qui vobis cum mea Spiritum, inquam, veritatis, &c. Item, Hac locutus sum vobis, dum vobis sum. Spiritus ^{1. cap.11.} Joh.14.b.
tus autem quem in tece Pater nomine meo, docebit vos omnia, &c. Item, Quum veniret Spiritus veritatis, ^{16.14. d. 25.} Joh.15.d.
quem vobis mittam à Patre meo, tēstimonium de me pehibebit. Item, Si abierto, mittā vobis Paracletū, qui ^{26.} Joh.7. f. 38.
mundum arguet. Dixerat etiam multò ante, Qui erit in me flamina de v̄tre eius fluent aqua viue, Ioan.7. Joh.16.b.7.

S Q U A I O A N N E S Q U I D E M .) Hoc Christus ex Ioannis ipsius sermone Apostoli repetit. Nam pars eorum ex ore Ioannis, uidetate quod referunt Evangeliste. Ego quidem baptizo vos aqua: qui autem post me venit, baptizabit Spiritu sancto & igni. Nunc Christus pronuntiat sensuros re ipsa veruna esse quod ille dixit. Porro, hoc non parum ad confirmationem proximæ sententie valuit. Est enim argumentum ab officio Christi. Ioannis missus est, vt baptizaret aqua, in plenitate suas partes, vt decui Dei seruum. Filio mandauit est baptisimus Spiritus: Restat ergo, vt ipse peragat munus suum. Neque enim fieri potest, quin exequatur quod illi Pater inuinxit, & cuius causa descendit in terram. Sed absurdum videtur, restringi ad vimibilem Spiritus missionem, quod gene aliter de gratia regenerationis dictum erat. Respondeo: Christiani non tunc solùm baptizabili Spiritu, quoniam illum misit sub linguis ignis. Jam enim hunc baptismum prīns Apostoli contulerat: & quotidianè electos omnes sic baptizat. Sed quoniam insignis illa Spiritus sancti missio, symbolum fuit occulte granis, quam assidue suis inspirat Dominus, congruerat ad eam accommodat Ioannis testimoniū. Et certè fuit ille quasi totius Ecclesiæ communis baptismus. Præterquam enim quid non libi priuacum, sed in viuū omnium fideliū Spiritum receptorum Apostoli, illuc quasi in speculo ostensa fuit vniuersalis Christi: ea suam Ecclesiæ gratia, dum pleno cornu, vt aiunt, Spiritus sui dona cef-^{tit.3. b. 5.}
fert. Tametsi igitur quotidie electos Patris sui baptizat Christus, non tamen hoc obstat, quo minus rite hoc præ aliis memorabile specimen protulerit: vt scirent Apostoli, tantum se inchoatos fuisse à Ioanne: neque id fructu quām perfec̄tio infaret. Quidam autem ex hoc loco & similibus vulgo colligunt, diuersum fuisse Ioannis B. p̄fūnum à Christi baptismu, sruinum est. Neque enim h̄c de baptismō dilputatur: sed comparatio fit duxat utrūque personā. Qum dicebat Ioannes, se aqua baptizare, non tractabat qualis suus baptis̄mus esset: sed quisnam esset ip̄s: ne quod proprium erat Christi, sibi arrogaret. Quemadmodum hodie ministri non aliter loqui de se fas esset, quām ut Christi laudem omnium concedant quę in baptismō figurantur: sibi nihil reliquias faciant, præter extēnam administrationem. Nam quām baptismō tribuuntur h̄c regia, quid si lauacrum regenerationis, à peccatis ablūcio, societas mortis & sepulture ^{Rom.6.2.4.}
cum Christo, & in eo in eis corpus, iis non prædicatur quid homo externi signi minister efficiat, sed potius quid ip̄s Christus, qui solus dat signis efficaciam. Hæc distinctio semper retinenda est, ne homines nimium ornando, Christum poliemus. Quæritur tamen, cur Joannem potius quām alium quempiam hic nomine. Primā, sc̄is liquet, quid Ioannes se aqua ministrum professus fuerit, Christum v̄d spirituālis baptismi authorem. Nempe quia ipsum minus Christum v̄dō crescere oportebat. Atqui inter Apostolos tanta adhuc v̄gebā reverentia Ioannis, vt posset Christi gloriam nonnulli obscureat. Ergo Christus, vt ^{Ioh.3.3. d. 16.} ad se vnuū reuocet, tantum externo baptismō à Ioanne initiatos fuisse commemorat: simul tamen eos confirmat, ne de promissione dubitent. Multum enim Ioanni deferebant: ideo persuasi erant non inanem esse baptismum, quem receptorum ex eius manu: iam si eius efficacia & veritas à Christi expetanda est, certò debent sperare Apostoli, completum tri quod Ioannes figuravit. Sic nos statuere debemus, non frustra ho-
minis manu non fuisse aqua baptizatos, quia Christus, qui id fieri mandauit, partes suas peraget, vt nos ba-
ptizet Spiritu. Sic fides ab extero signo consequentiam ducit ad interiorē effectum: neque tamen interea vel signo, vel ministerio plu quam par est, tribuit: quia in signo promissionem intuetur quæ Christi est, & eundem lolum aḡt sc̄is gratia authorem. Tale ergo temperamentum seruemus, vt nulla ex parte minua-
tur Christi honor: & tamen suūlū, qui h̄c notatur, speremus ex baptismō nostro. Temporis breuitate eos ad bene sperandum alacriores reddit. Vnde sequitur, non penitendum fuisse mortem, quæ mox tam pre-
tulū suūlū artulit. Ceterum, hoc quoque obseruamus, baptis̄mu nomen imprōpri h̄c vñupatum, vt plena esset antithesis. Eadem ratione Paulus, postquam Legem operum posuit, vt antitheton ex aduerso respondeat, Legem fidei usurpat pro fide. ^{Rom.3. 27.}

6 Illi uero quām essent congregati, interrogarunt eum dicentes, Domine, an in tempore hoc restituā regnum Israeli?

7 Dicit autem illis: Non est vestrum nosse temporis & opportunitates, quas Pater in sua ipsius potestate constituit.

**8 Sed accipietis virtutem, cum superuenerit in vos Spiritus: & eritis mibi testes tam Ie-
rosolymæ, quām in tota Iudea & Samaria, & usque ad extremum terræ.**

**9 Congregatos huius Apostolos refert, cūm morta fuit hac quæstio: vt sciamus non vnius aut alterius stultitia esse motam, sed simus omnium. Mira verò illorum fuit ruditas, quod tam absoluē, tantaque cura per triennium edoceti, non minorē inscitiam produnt, quām si nullum vñquam verbum rūdissent. To-
tūdem in hac interrogatione sunt errores, quorū verba. Quærunt de regno: sed regnum somniant terrestre;**

I N A C T A A P O S T .

quod opulentia, deiciis, externa pace, & similibus bonis constet. Eius restitutioni dum praesens tempus affigunt, triphare cupiunt ante militiam. Priusquam enim operi, cui destinati sunt, manum admoveant, fructu laboris volunt potiri. Falluntur etiam in eo, quod ad carnalem Israelem restringunt Chisti regnum: quod ad ultimos vñq. mudi sines propaganda erat. In toto porro quæsiōne hoc vñq. est, quod sapere appetunt ultra iustum mensuram. Non ignota procul dubio illis erant Prophetarum vaticinia, de instaurando Dauidis regno: Christum sepius hac de re concionantem audierant: res denique vulgo trita erat, vt in miserrima populi seruitute, tamen futuri regni expectatione erecti omnium animi essent. Iam vero instaurationem hanc sperabant aduentu Messiae. Inde factum est ut Apostoli, cum viderent Christum excitatum, prius in illa mente transiulerent. Sed interea ostendunt quā malè profecerint sub optimo magistro. Itaque Christus breui responsu singulos errores scite perflingit: vñ mox dicam. RESTITVÆ, hic, Rursum vel deintegro statuere significat, quod collapsum & multis ruinis deforme erat: Nam ex arido truncu Iisai, nasci surculum oportuit: & tabernaculum Dauidis miserè dissipatum erigi.

1 DVM COMPLETERETVR.) Completi pro Advenire capitul. Nam illorum perseverantie iterum Lucas testimoniū reddit, quum dicit, Stetisse omnes eodem loco, usque ad constitutum illis tempus. Huc pertinet adueniū VNAIMITER. Portò cur Dominus aduentum Spiritus totum lesequimēlem distulerit, suprà attigimus. Cur autem illo potissimum die miserit, queritur. Ego illam Augustini anagogē refutare nolo: quod sicuti quinquagesimo post Pascha die Lex veteri populo data fuit, manu Dei scripta in tabulis lapideis: ita Spiritus, cuius officium est eam cordibus nostris inscribere, totidem diebus post resurrectionem Christi, qui verum est Pascha, impliuit quod in Legis promulgatione figuratum fuerat. Quod tamen hanc argutiam quasi necessariam virg. lib. quæst. in Exod. & Ep̄t, ad Ianuariū, 2. in eo cuperem magis fibrum & modestum esse. Frustratur tamen ipse suo sensu. Ego interea quod magis solidum est amplector: Festo die quo Ierosolymam confluere solebat ingens hominum multitudo, editum fuisse miraculum, ut illustrius reddeatur. Et certè hac occasione in ultimos usque terrae fines parsum fuit: vt mox videbimus. Eodem conflito sepe Christus Ierosolymam ascendit, diebus festis, quod pluribus innotescerent virtutes quas edebat: atque ut in maiore hominum frequentia vberior esset doctrina fructus. Si enim postea referet Lucas, Paulum festinasse, ut ante diem Pentecostes Ierosolymam perueniret, non religione aliqua, sed propter frequentiorem conuentum, quod pluribus prodesset. Ergo in diei electione miraculi uirtus spectata fuit: primum ut Ieroſolyma magis celebraretur: quia tunc ad consideranda Dei opera magis attenti erant Iudei: deinde ut in regiones procul dissitas perueniret eius fama. Diem vero quinquagesimum vocabant, facta à primitiis suppuratione.

2 FACTVS EST REPENTE.) Donum visibile esse oportuit, ut sensus corporalis discipulos magis excitaret. Nam, quæ nostra est signities ad estimanda Dei dona, nisi sensus omnes nostros prius experefaciat, virtus eius et cognita præteribat effluent. Hac igitur præparatio fuit, quod melius agnoscerent iam adesse promissum à Christo Spiritum. Quanquam non tam eorum causa id factum est, quam nostra: sicuti quod dissipata & ignea lingua apparuerunt, in eo nostri potius & vniuersitatem Ecclesiam habita ratio fuit, quam illorum poterat enim Deus instruire eos facultate ad Euangelium publicandum necessaria, etiam nullum lymbum adiungeret. Scilicet ipsi non fortuitè, neque sua industria, se suis tam repente mutatos: verum quæ sic referuntur signa, omnibus sensu præfutura erant: vt prodebet hodie nobis sensimus. Ceterum breuiter obseruanda est signorum analogia. Vehementia flatus, ad terrem incurriendum spectabat. Nunquam enim ad recipiendum Dei gratiam ritus sumus comparati, nisi domita carnis confidencia. Quemadmodum enim si nobis pater ad eum accessus, ita humilitas & timor facit, vt aperta sit illi ad nos ianua. Cum superbia & curiositate, sibi que placentibus nihil illi negotio flatus designari Spiritum, vulgare est. Nam & Christus, quum Apostolis Spiritum datus esset, in eos sufflauit. Et in Ezechielis visione tubo, & ventus. Imò nomen ipsum Spiritus translatum est. Nam quia illa diuinæ essentie hypothesis, que Spiritus vocatur, per se incomprehensibilis est. Scriptura nomen à flatu mutuavit, quia virtus Dei est, quam Deus velutispirando,

3 in omnes creaturas diffundit. LINGUARVM species ad præsentem circumstantiam restringuntur. Nam scutum columba figura, quæ super Christum descendit, significacionem habebar aptam Chilli naturæ & officio, ita nunc Deus signum elegit, quod rei signata congrueret: nempe, ut effectum Spiritus sancti in Apostolis ostenderet, quod postea secutus est. Linguarum diversitas quoddam veluti obstaculum erat, ne Euangelium latius manaret. Ita si vna tantum lingua fusset eius praconibus, omnes Christum putassent in angulo Iudeæ includitum, Deus autem viam inuenit, qua pertrumperet, dum linguis Apostolorum securit, ut per omnes populos dispergerent quod ipsi traditum fuerat. In quo resulget mirabilis Dei bonitas: quia poena humanæ superbie in materiam benedictionis versa est. Vnde enim diversitas linguarum, nisi vt impia & scelerata hominum consilia dissiparentur? Nunc Deus Apostolos instruit linguarum varietatem, ut in beatam unitatem homines huc & illi palantes reuocent. Linguae istæ dissipatae fecerunt,

Gen. ii. b. 7. ut omnes loquantur lingua Chanaan quemadmodum Isaías prædixerat. Nam quounque loquantur idiomate, omnes tamen uno ore & uno Spiritu eundem inuocant Patrem in celis. Nostra id causa factum esse dixi, non tantum quia fructus ad nos peruenit: verum etiam quia agnoscimus non temere voluntas ad nos Euangelium, sed Deo ordinante, qui linguas Apostolis in hunc finem dissipatas contulit, ne qua natione doctrina illis commissæ expers foret. Quo Gentium vocatio comprobatur: deinde fides asseritur eorum doctrina, quæ scimus non humanitas esse fabricatam, quum in eorum linguis Spiritum habitat audiamus. Nunc dicendum restat, quid sibi IGNIS velit. Procul dubio efficacia fuit symbolum, quæ exercenda erat in Apostolorum voce. Alioqui etiam personuissent ad extrelos usque mundi fines, nihil aliud quam aciem

152. 19. c. 19.

20. 6.

cerem sine profectu verberassent. Demonstrat itaque Dominus signeam fore eorum vocem , ut hominum corda accendat: vt exulta conlumpiaque mundi vanitate, purget ac renouet omnia. Alioqui nunquam tam arduum munus aggredi sufficiunt aucti, nisi Dominus de prædicationis virtute certiores illos fecisset. Hinc factum est, vt non responserit tantum in ore Apostolorum doctrina, sed in hominum mentes penetraret, & eas celesti ardore impulerit. Neque hec vis tantum in ore Apostolorum fuit offensa, sed quotidie ostenditur. Atqui eo magis clementer est, ne quoniam ignis ardor, instans ipsius sumus. Postò Spiritum sanctum Dominus semel discipulis suis contulit sub visibili specie, ut certè statuamus, nunquam Ecclesie defuturam inuisibilem & occultam eius gratiam.

S E D I R Q V E .) Quoniam subita est numeri mutatio, dubium est an de igni loquatur. Dixerat linguis tanquam ex igni apparuisse, sequitur mox: Se si que super eos. Ego tamen ad Spiritum refero. Hebreis enim familiare est, substantium verbi, quod priore membro omiserant, in secundo exprimere. Quale hic exemplum est: se dicit super eos & repleti sunt omnes spiritu sancto. Scimus autem Lucam, tametsi Græce scripsit, Hebreisnam tamen abundare. Iam quod Spiritum sanctum Linguis vocat, ex yliu Scriptura est. Nam & columbam Iohannes ex eodem nomine appellat, quia eiusmodi symbolo Spiritus sui presentem testari Dominus solebat. Si inane esset signum absurdum esse appellatio: sed vbi res est annexa, congruenter eius nomen signo tribuitur, quod ipsam sensibus nostris percipiendam offert. Plenitudo Spiritus, qua singulos suisse dominos allicit, non exprimit aequaliter donorum mensuram in unoquoque, sed excellentiam que obeundo muneri par futura esset.

4 C O S P E R V N T E O Q U Y .) Præsentem effectum exitisse admonet, ac simul in quem usum aptandæ fuerint lingue. Ceterum, quia paulò post subiicit Lucas, ad ienies ex diuersis regionibus miratos esse, quod singuli audirent sua lingua Apostolos loquentes probabile nonnullis videbunt, non a loquitos esse variis linguis, sed quod lingua una pio iunctu erat, sic suisse à singulis perceptum, quasi natuam lingnam audirent. Eudem ergo sonitum vocis putant variè suisse distributorum inter auditores. Alteram conjecturam habent quod Petrus unam concionem apud multos ex variis gentibus collectos habuerit: qui eius sermonem intellegere non poterant, nisi alia vox ad eorum aures perueniret, quam ore ipsius prolatâ erat. Verum primo loco notandum est, verè locutus suisse extraneis linguis discipulos: alioqui non in ipsis, sed in auditoribus suscit miraculum. Ita falsa fuisset similitudo, cuius anè meminimus, nec tam ipsis datus esset Spiritus quam aliis. Audimus etiam ut Paulus Deo gratias agat, quod diuersis linguis loquatur. Certè eatum & intelligentiam & usum ibi vendicat. Neque verò hanc causam consequutus fuerat suo studio vel industria, sed habebat ex domo Spiritus. Eodem loco, speciale donum esse affirmat, quo non omnes sint praediti. Ex his planum esse arbitror, varietate intelligentiae linguiatum donatos suisse Apostolos: vt Græcis Græcè, Italì Latinè loquerentur, haberènque veram cum auditoribus communicationem. Ant tamen accesserit secundum miraculum, vr. Egypti & Elamitæ Chaldaicè loquentem Petrum inq'lexerint, ac si diuersas voces ederet, in medio relinquat. Sant enī in coniectura, quæ huc ducunt, & tamē non ita firmæ, quia refelli queant. Fieri enim potest, vt loquiti sine diuersis linguis prout incidebant in hunc vel illum, & se dabant occasio: & quidem aliis alia lingua vobis fuerit. Claram ergo miraculum erat, quam in promptu illis viderent esse diuersa idiomata. Quod ad Petri concionem spectat, potius à maiori parte intelligi, unde cunque nati essent: quia plurimos eorum qui Ierosolymam confluxerant, verisimile est lingue Chaldaicæ suisse peritos. Deinde nihil erit absurdum si dicamus & aliis linguis loquutum esse. Quanquam de hac re multum litigare nolo: modò hoc extra controversiam ponatur, Apostolos verè sermonem mutasse.

5 Erant autem Ierosolymæ commorantes Indi, viri p̄ij ex omni gente earum que sub cœlo sunt.

6 Vulgato hoc rumore, conuenit multitudo & confusa est: quia audiebat quisque sua linguis loquentes.

7 Stupebant autem omnes & mirabantur, dicentes inter se, Nonne, enī, omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt?

8 Et quomodo nos audimus quisque eos suo idiomate loquentes, in quo nati sumus?

9 Parthi & Medi, & Elamite, & incole Mesopotamie, Iudeæ, & Cappadocie, Ponti & Asie,

10 Phrygia & Pamphilie, AEgypti, & partium Lybies versus Cyrenem, & adiacente Romani.

11 Indi & profelyci, Cretes & Arabes, audimus loquentes ipsis nostris linguis magnifica Dei.

12 Stupebant ergo omnes & mirabantur, dicentes alij alii: Quid sibi vult hoc? Alij subannantes dicebant. Mox pleni sunt.

5 ÉRANT AVIEN COMMORANTES.) Quum viros religiosos nominat, innuere videtur eos Ierosolymam cultus Dei cauâ venisse: sicut Deus omnibus post dissipationem seculis quasi erecto vexillo residuum aliquod semen in orbem illam collegit: quia adhuc vigebat templi utilitas, interea tamē obiter admonet a pudicos proficient, & quibus profine miracula, quibus Dominus potentiam suam declarat. Nam impi & profani homines vel rident, vel non curant, quemadmodum statim videbimus. Prætereat, eos voluit citare testes, quibus ob suam religionem habeatur plus fidei. Quum dixit EX OMNI GENTE, intelligit ex diuersis regionibus & longè inter se distis. Nam & postea terras commemorat quæ ingenti spatio distabant, cuiusmodi sunt Lybie & Pontus, Roma & Parthia, atque Arabia & similes. Hoc ad augendam rei magnitudinem valer. Nam Cretenses & Asiatici propter viciniam poterant habere aliquod linguis commercium: at non eadem ratio inter Italos & Cappadocios, inter Arabes & Ponticos. Fuit autem memorabile hoc Dei opus, & summa admiratione dignum, quod in tam vasta & horrenda populi dissipazione, nonnullas tamē reliquias vbiique servauit, imò fecit ut populo tam afflito, & quasi perditio quidam alieni se adiungerent. Tametsi enim huc & illuc in longinquum exilium dispersi, diuersi diuersos quodammodo mundos incolebant, inter se nihilominus tenebant fidem unitatem. Neque enim eos temere pios & Dei timentes nominat.

IN ACTA APOST.

6 VULGATO HOC RUMORE.) Grecè quidem ita Lucas dicit, Facta hac voce: sed intelligit sparsam fuisse famam, quia factum est ut multi simul confluenter. Nam si alius post aliud diuerso loco & tempore loquentes audiret diuersis linguis Apostolos, non ita illusre fuisse miraculum. Conuenient ergo in unum locum omnes, ut linguarum diuersitas ex praesenti comparatione melius apparet. Accedit & altera circumstantia, quod vulgo nota est patria Apostolorum, & vulgo hoc notum est, nunquam fuisse ex patria egeis, ut peregrinas linguas diligere potuerint. Quom ergo indiscriminatum, prout tulit occasio, alius Latine, alius G. eccl., alius Arabice loquitur, & singuli etiam linguas variant, hinc magis conspicuum rediit opus Dei.

7 MAGNIFICA DEI.) Duo notat Lucas, quæ auditoribus admirationem fecerunt: quid Apostoli rudes prius idiotæ nati in contemptu angulo, magnificè tamen de rebus diuinis & caelestis sapientia differenter. Alterum quod nouis linguis subito essent donati. Vtrunque notata dig. iiii, quia tenebre & futiliter verba fundere, non tam valuerit ad permouendos animos: rerum vel maiestatis magis afficeret debuit ad miraculum considerandum. Etsi autem in eis tribuant debitum Deo honorem, ubi actioni hærent: præcipuus tamen exprimitur miraculi fructus, quod inquirunt: arque ita ostendunt, le ad descendendum paratos esse: nam stupor aliqui non multum proficiet. Etsi sanè cum stupore admirari Dei opera conuenit, ut simul accedit consideratio, & intelligentia.

8 ALIAS VSBANNANTES.) Hinc appetat, quā prodigia sit hominum tam sociorum quā improbitas, quum illis Sathan mentem abstulit. Si palam ē cælo descendat Deus, vix clarus confici posset eius maiestas, quām in hoc miraculo. Quisquis guttare integræ sensu habet, eum solo audiū percilli necesse est. Quād igitur beluini illi, qui oculis cernunt, & tamen sublannantur, que facetus Dei potentiam eludere conantur? Verum ita res haberet. Nihil tam admirabile esse potest, quod non in ludibrium vertant: qui nulla Dei cura tanguntur, quoniam data opera callum inscitum in rebus maximè dilucidis sibi obducunt. Et iusta est Dei virtus aduersus tales superbiae: ut Sathan in cœcum furem precipitando tradat. Quare non est quod mireremus, si hodie plerique ad tantam lucem cœcijunt, si sunt sint ad tam apertam doctrinam, imd petulantier resipuant oblatam sibi salutem. Nam si insolita Dei opera, quibus magnificè potest: iam suam illustrat, obnoxia sunt hominum ludibrii, quid de doctrina fieri, quæ nihil apud eos respicit, nisi vulgare? Quāquam Lucas non pessimis fuisse aut penitus deploratos significat, qui riserunt: sed expondere potius voluit, qualiter affectum fuerit hominum vulgus hoc miraculo. Et sanè ita temper tes habuit in mundo, ut pauci vere Dei sensu ratiæ fuerint, quiescescere patet fecerit. Nec mirum: rara enim & paucorum hominum virtus est religio: quæ sanè intelligentiae initium est. Cæterum, ut maior pars ferrea quadam peruvicacia operum Dei considerationem repellat, nunquam tamen fructuarent: Quidammodum videre in hac histrio licet.

14 STANS AUTEM PETRUS CUM Vnde dicim, extuli: vocem suam, & loquutus est illis: Viri Iudei, & omnes qui habitatis Ierosolymæ, notum hoc sit vobis, & a vobis percipite verba mea.

15 Non enim, quemadmodum existimat, isti ebræi sunt: est enim hora diei tertia.

16 Sed hoc est quod dictum est per Prophetam Iocel:

17 Et erit in ultimis diebus, dicit Deus, effundam ex Spiritu meo super omnem carnem & prophetabunt filii vestri, & filiae vestre, & iuvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt:

18 Utique super seruos meos, & super ancillas meas in diebus, illis effundam de Spiritu meo & prophetabunt.

19 Et dabo prodigia in cælo superne, & signa super terram inferne, sanguinem & ignem, & vaporem fumi:

20 Sol vertetur in tenebras, & luna insanguinem, priusquam veniat dies Domini magnus & illustris.

21 Et erit, quisquis inuocaverit nomen Domini, saluus erit.

14 STANS AVTEM PETRVS.) Standi verbo grauem in cœtu concionem fuisse habitam significat. Surgebant enim verba ad populum facturi, quod facilius audiri possent. Summa autem huius concionis est: quod ex dono Spiritus sancti quod cernebant, colligunt exhibitum iam esse CHRISTVM. Peius tamen falsam illam opinionem refellit, quod putarent ebræos esse disipulos. Refutatio autem probabili arguento constat: quia non soleant manè homines inebriari. Nam vt inquit Paulus, Qui ebræi sunt, nocte sunt ebræi. Pudore enim lucem fugiant. Et sanè tanta est huius virtus sededit, ut meritò lucem horreat. Neque tamen hoc argumentum perpetuò valeret. Nam enim luto tempore inuehebatur. Italias in eos, qui ad se cœtanam ebrietatem manè surgebant. Et hodie non pauci sunt, qui porci similes statim à somno ad pocula transiliunt. Sed quoniam hoc abhorret à communī hominum more, verisimile esse Petrus negat. Qui mediocriter antiquitatis sunt periti, diem ciuilium ab ortu solis ad occasum vsque in duodecim horas distributum fuisse sciunt. Ita horæ astante longiores, hyeme breviores erant. Ergo quæ nunc hyeme nona efficit ante meridiem, astante vero octaua, veteribus tertia fuit. Quod autem leuiter tantum opinionem ebrietatis diluit Petrus, ideo fit, quia superuacua fuisse magis anxia excusat. Ergo: vt in re indubia, eos qui ridebant magis compescit quām docere laborat. Ceterum, non tam eos ex temporis circumstantia refellit, quām Iocelis testimonijs. Nam quum dicit, & exhibet quod predicatum fuerat, eorum ingratitudinem perstringit, quod tam in signe beneficium, iam sibi olim promissum, nunc, dum ante oculos est, non agnoscat. Quod autem omnibus exprobaret paucorum viuum, non ideo facit, vt omnes eadem inuoluat culpi: sed quoniam ex illorum sublannatione opportuna occasio se dabat omnes simul docendi, eam non neglit.

17 ERIT IN NOVISSIMIS DIEBUS.) Ab hoc effectu probat exhibitum iam esse Messiam: Iocel quidem novissimos dies non exprimit: sed quum de plena Ecclesiæ restituitione differat, non dubium quin prophetia illa in solam competat ultimam aetatem. Quare nihil à Ioceli mente alienum atulit Petrus: sed tanquam explicant causa hoc verbum addidit, vt scirent Iudei non aliter posse instaurari Ecclesiæ, quæ tunc collapsa erat: quām si Dei Spiritu renouarentur. Porro quia Ecclesiæ reparatio, quasi nouum seculum futura erat, ideo Petrus in dies nouissimos eam consertit. Et sanè hoc tritum ac familiare Iudeis erat, magnificas omnes promissiones

missiones de beato & bene composito Ecclesie statu, non autem completum iri, quoniam dum Christus aduentu suo omnia in integrum restitueret. Prinde extra cautionem inter ipsos erat, pertinere ad ultimum tempus quod adducatur ex Iose. Nam per dies ultimos vel plenitudinem temporis, notatur habilis Ecclesie conditio in Christi manifestacione.

E R E V N D A S D E S P I R I T U M M E O . Vult probare (ut tam dictum est) non aliter reportari possit Ecclesiam, quam dato Spiritu sancto. Quia ergo spem omnes haberent propinquam restorationem, secundum eos inimiculat, quod de illius ratione ac modo non cogitent. Ceterum, quoniam Prophetia dicit, Etsi sunt in mundo dubium est, quoniam latram afflentur hoc verbo notare voluerunt. Et inde se isti acciperent conuenienter. **E R E V N D A D E S P I R I T U M ,** vel ex Spiritu, et sic dictum est simpliciter. Huius enim Spiritum Nam hoc poteris apud Prophetam habetur. Petrus autem Grecos fecerat est, qui voce in Hebreacis est, et veterum Nam in istra ergo quid in subtilibus hic philosophantur; quia utrumque multe verba, retinenda ramen est in ens Prophetice. Iuxtaea quoniam Deus effundere Spiritum dicit, sic accipit deinde factus, quod ex Spiritu suo tanquam ex vestito & maxima parte, et multipliciter donorum varietatem producere in homines faciat. Nam telle Paulus, ducens quatenus sunt dona, sed vobis Spiritus. Hinc vero colligitur utilem doctrinam: Non nobis pro tanto a Deo posse dare, sed quoniam Spiritus in gratiam suam sine hac, nihil relata omnia esse. Nam quoniam in summa Deus pro populo suo vult salutem promittere, Spiritum se datum affirmat. Hinc sequitur, nihil nos bonorum posse adipisci, donec in ritu sancto donemur. Et certe tanquam clavis est, quae ollium nobis referat, ut penetremus in omnes spiritualium bonorum theatro, et que etiam ingrediamur in regnum Dei.

S V P E R O M N E M C A R N E M . Quod hec universitas valeat ex sequentibus patet. Nam primum in genere ponitur. **O M N I S C A R O ,** deinde pars, et adiutor, quae Propheta significat, nullum fore carnis vel sex discernere, quoniam Deus omnes promovet in gradus, et co-annuntio iem admittat. **O M N I S I G I T U R C A R O :** quia adolescentes similes senes, masculi ac feme nra. Quantum potest, cur tanquam nouum & prius inauditus bonum propagaretur Deus populus sui, quod ab initio sculis omnibus prestatre solitus fuerat. Nullum enim seculum quando Spiritus expers fuit, ut usque hanc solutionem in his duabus verbis posita est. Etsi fundi, & Super omnem carnem. Duplex enim hic antithesis ostendatur est inter veteris & novi Testamenti tempus. Etsi enim, ut dixi, ubi exemplum, non que copiam habet: quoniam sub Legi prior fuisse distibutum. Unde etiam Iohannes Spiritum in: Etiam datum fuist negati, donec in celum ascenderet Christus. **O M N I S C A R O** significat immensam multitudinem: quia Dominus ante paucos, tam ampla Spiritus sui participatione dignatus est. Postero, in virtute co-paratione minime negatur, quoniam Patres sub Legi, eisdem gratus nobiscum participes fuerint: sed Dominus nos ipsis superiores est, sicut sumus, ostendit, inquam, & intelligentie & iusticie, & sanctificatio ex Spiritu predicti faciunt p[ro]p[ter] omnes a primo mundi exordio, quoniam nos hodie Dominus illuminat & regenerat in p[ro]p[ter]tunc cognitionis luce donati fuerint, si cum ingenti fideliu[m] multitudine confractantur, quod respondeat Christus aduentu suo collegit. Deinde, obscura & tenuis fuit illorum cognitio, & quasi velo obtefta, si conferatur cum ea quoniam hodie ex Evangelio habemus: ubi Christus, sol iustitia, pleno fulgore, velut in meridie lucet. Nec obstat, quod pauci quidam tanta fide excelluerunt ut neminem forsan hodie patrem habeant. Nam etiam intelligentia nihilominus paedagogiam Legis respiebat. Etenim illud semper verum, pro Reges & Prophetas non vidisse nec auct[or]e que Christus aduentu suo p[ro]fessit. Ergo ut noui Testamentum praetantiam commendet Iose, Matth. 13, 15: vbe, ut in sub ipso tote Spiritus gratiam denuntiat deinde ad plures homines peruenturam.

E T P R O P H E T A B V N T . Prophetia verbo, ratum & singulare intelligentie donum notare voluit. Ac eodem spectat, quae mox sequuntur, partitio: **V V E N E S Y E S T R I V I S I O N E S** videbunt, Et senes somniabunt in unia. Fuisse enim Nam. 12, duas ipsis ordinatas rationes, quibus se Dominus Propheticus manifestare solitus sit, ex daodecimo Numero. 13, rum cap. 10 colliguntur. Nam illic Dominus Moyses exhibens a communis Proprietatuni ordine, dicit: Ego seruis meis per visionem vel per sonium apparetum Mole veri facie ad faciem loquor. Videamus ergo generi subiecti duas species, consilio mutationis vice. Summa ramen haec credit, fore omnes Prophetas simili ac eiusdem est celo Spiritus fuerit. Verum in hic obsecratur, nihil tale existit, etiam in ipsis Apostolis nondum in uniuerso fidelium grege. Respondet, hanc Prophetis visitatum fuisse morem, ut regnum Christi sub tropico seculo suo congruentibus aduertent. Dum loquntur de cultu Dei, nominant altaria, sacrificia, auri, argenti, thuris oblationem. Scimus ramen altaria nunc c[on]flare, abolita esse sacrificia, quorum sub Legi usus fuit: et Dominum altius quidam requirere a nobis, quoniam opes terrenas. Verum id quidem est, sed Prophetae, dum stylum attemperant ad captum sui temporis, signis que tunc familiares populo erant, innoluentea, que nunc altera exhibita videntur, quemadmodum in aliis duxit ex Lutitis se facturum sacerdotes promittit & ex plebe Lutitas, non aliud tendit, nisi in simum quoniamque sub regno Christi honorifico fore in gradu. Ergo si verum & genuinum huius loci sensum habere cupimus, non vergenda sunt verba que ex veteri Legis economia sumpta sunt, sed tanum querenda sine figuris veritas. Et autem est quod Apostoli subito Spiritus affluit, de celestibus mysteriis propheticis, hoc est diuine, & supra vulgarem modum diceret. **P R O P H E T I A E** itaque nomen, nihil aliud designat, quoniam ramen & insigne intelligentie donum: ac si dicere Iose, Sub Christi regno non paucostantum fore Prophetas quibus arcana tua Deus reuelet, sed omnes ad Prophetiam vique excellentiam, spirituali sapientia donandos esse. **Q**uemadmodum apud Ieremias habetur: Non docebit quisque proximum suum amplius, quia omnes me cognoscunt a minimo vique ad maximum. Ceterum, his verbis Petrus Iudeos quos alloquitur, ad eiusdem gratiae communicationem inuitat. Ac si diceres, Spiritum, quem in nos est, adiutor paratus est Dominus longe latetque esfundere. Ergo, nisi per vos sicut etiam ex hac plenitudine nobiscum. Quod autem Iudeis tunc dictum fuit, sciamus & nobis hodie dici. Tamen etiam celerant illi visibilis Spiritus gratiae, non tanum Spiritum suum ab Ecclesia sua Deus subduxit. Quare, hac promissione eum nobis indiscriminat omnibus quoniam le offert. Unde nos non nisi nostra ignavia egeni sumus ac inopes. Et simili clare patet, impios & sacrilegos esse Spiritus hostes, qui plenibus Christianam acent a Dei notitia, quoniam ipse feminas similes viros, iuvenes ac senes, non admittat modis, sed nominatio aduocet.

18 S V P E R S E R V O S M E O S . His verbis restringitur promissio ad Dei cultores. Neque enim Spiritum suum profanat Deus quod fieret si profiteretur incredulis ac contemptoribus. Certum quidem est, nos Spiritu fieri Dei seruos: id est, que non esse, donec eum receperimus: sed primum quos Deus in familiam suam cooptavit, & quos Spiritu suo formauit in suum obsequium, nouis posse donis cumulat. Deinde, non respexit Prophetae ad illum temporis ordinem, sed tantum haec gratiam Ecclesia propriam facere voluit. Quoniam autem Ecclesia, non nisi apud Iudeos est, et honorifico, est appellata Seruos et ancillas Dei. Verum, ex quo Deus, diuina macta, Ecclesiam vnde sibi collegit, quotquot in foederis societatem recepti sunt, eodem nomine consententur. Tantum, meminerimus peculiariter Ecclesie Spiritum destinari.

19 E T D A C O P R O D I G I A . Primo loco videndum est quoniam sit iste dies magnus Domini. Alij de priore

Christi aduentu in carne exponunt: alij verò referunt ad ultimum resurrectionis diem: Neurā mihi opinio probatur. Propheta enim, meo iudicio, totum Christi regnum comprehendit. Atque ita DIEM magnum vocat: ex quo manifestari in carne copit Filius Dei, ut nos ad complementum regni eius ducat. Non ergo certum unum diem præfigit, sed à prima Euangelij promulgatione diem istum inchoat, & vsque ad ultimam reurrectionem extendit. Qui ad actatem Apostolorum restringunt, mouentur hac ratione, quod Propheta hoc membrum cum proximo connectit. Sed in eo nihil absurdum, quod Propheta tempus signat, quo hæc fieri cœpta sunt, vicinque assiduos habeant progressus usque ad finem mundi. Porro, quod dicit SOLEM conuersum iri in tenebras, & LVNAM in sanguinem, metaphorice sunt locutiones, quibus significat, Dominum signa per totam orbis machinam daturum ira lux, quæ homines terrore exanimant, ac si horrenda fieret totius naturæ conuersio. Sicut enim sol & luna paterni erga nos favoris Dei fætes sunt, dum lucem vicibus suis tera ministrant, ita ex aduerso dicit Propheta, irati & offensi Dei fore nuntios. Atque hoc secundum est membrum prophetie. Postquam enim de spiritualis gratia affluerit super omnem carnem: ne quis omnia simul prospera & tranquilla imaginaretur, subiicit turbulentum multoque horro plenum fore statum mundi sub christo. Quemadmodum & christus ipse plenus admonerat Matthei 2:1 & Luca 21. Sed hoc ad gratias commendationem plurimum valet, quod ubi omnia minantur exitium, qui quis tamen nomen Dei inuocat, salutis sue securus est. Per Caliginem solis, per Sanguinolentum lunæ defluxum, per Atrum vaporem fumi, exprimere voluit Propheta, quo cunque homines vertant oculos, ubique sursus & deorum multa apparitura, qua terrore incutiant: quemadmodum iam attigit. Perinde ergo hoc valer, ac si dixisset, nunquam tam miretur habuisse res in mundo, nunquam tot & tam atrocia ira Dei signa exticisse. Hinc colligitur, quæm inestimabilis sit Dei bonitas qui præfens remedium tantis malis offert: & rursus quæm ingratissimæ sunt Deo ac peruersi, qui ad propinquum & obuium salutis asylum non configunt. Neque enim dubium est, quin hæc tam tristæ descriptione, pios omnes excitare Deus velit, vt ardentiore desiderio salutem experiant. Et Petrus in eundem finem citat: vt sciant Iudei se pluquam calamitosos fuæ in nos effundit, & tamen eiudem aduentu iram Dei solito violentius ardere, vt cælum & terram uno quasi incendio corripiat. Sed primò obseruandum est quia nimis pigri sunt homines ad recipiendum Christum, variis afflictionibus quasi flagellis vrgendos esse. Deinde, quum laborantes & malis grauatus ad se Christus vocet, multis prius malis domari nos necesse est, vt humilitatem discamus. Nam ex secundo rerum suarum statu, cornua superbiæ induant homines. Nec fieri alter potest, quin ferociter christum contemnatur, qui sibi felix videtur. Tertiò, quia plus & quo propensi sumus ad quarendam carnis pacem: vnde eriam fit, vt Christi gratiam multi alligent præfenti vita, ad diuersem cogitationem nos affuerint expedit, vt sciamus spirituale esse Christi regnum. Ergo Deus vt caelestia Christi bona esse doceat, multis exultinis secundum carnem nos exercet. Ita fit, vt nostram felicitatem exta mundum queramus. Miserias etiam cumularis hominum ingratisitudo. Seruus enim qui voluntatem domini sui tenet, nec oblequitur, dignus est grauoribus plagiis. Quo familiarius nobiscum Deus in Christo communicat, magis crescit nostra impietas, & in apertam contumaciam erumpit: ita nihil mirum, si Christi manifestato, multa ultionis diuinæ signa ex aduerso appareant, quum homines impio contemptu hinc grauius in se provocent Deum, irâque eius inflammat. Certè quod formidabilis est Christi dies, accidentale est, siue nostram segnitatem corrigeret velit Deus, nos adhuc indociles subigere: siue ingratitudinem punire: per se enim nihil assert nisi iucundum. Sed Deum meritò prouocat gratia sua: contemptus ad horribilem excandescitiam.

*Matt. 11.
d. 24.*

*Iuc. 12.
f. 47.*

*Rom. 10.
d. 20.*

21 Quidquid invocaverit. Insignis locus. Nam sicuti Deus minus a terroribus nos tanquam ignauos asinos ad quarendam salutem instigat: ita postquam cælum & terram tenebris inuoluit, modum tamen ostendit, quo salus ante oculos nostros afflueat: nempe si ipsum inuocabimus. Est enim diligenter notanda hæc circumstantia. Si Deus salutem simpliciter promitteret, hoc iam quidem esset magnum, sed longè maius est, dum inter multiplices mortis abyssos, eam promittit. Dum omnia, inquit, confusa fuerint, & exiti formido omnia occupauerit: tantum inuocate me, & salvi eritis. Ergo, vñque malorum gurgite absorptus sit homo, proponitur illi tamen remedium, quo effugiat. Notanda etiam vñuersalis particula, Quidquid invocaverit. Nam sine exceptione omnes Deus ad se admittit, & hoc modo ad salutem invitat: quemadmodum Paulus colligit decimo ad Roman. capite, & antè à Propheta traditum fuerat: Tu Deus exaudiens precationem, ad te omnis caro veniet. Quando itaque nemo excludetur ab inuocatione Dei, omnibus aperta est salutis janua. Nec aliud est quod nos ab ingressu arceat, quæm propriæ infidelitas. Omnes dico, quibus se per Euangelium Deus patefacit. Verum, sicuti in Dei inuocatione, certa est falsus: ita statuendum est, sine ipsa ter miserios esse nos ac perditos. Cæterum, quum salus nostra locatur in Dei inuocatione, nihil interea admittit fidei, quando hæc inuocatione non nisi in fide fundata est. Est alia quoque circumstantia non minus notatu digna: quod Propheta ultimus diebus propriæ congrue significat, Dei inuocationem. Nam eti omnis seculis inuocari voluit, ex quo tamen in Christo se exhibuit Patrem, faciliter nobis ad eum accessus patet. Quod & maiorem nobis fiduciam addere, & corporem excutere debet. Ut etiam ratiocinatur ipse hoc priuilegio alacritatem ad precandum nobis duplicari: Haec tenus non petitis quidquam in nomine meo: petite & imprebaritis: quasi dicaret, Ante hac quantu nondonum apparuerim mediator in carne & aduocatus, precati tamen estis: nunc ubi patrocinium meum acceder, quanto animosiù id facere conuenierit.

22 Viri Israelite, audite hos sermones: Iesum Nazarenum, virum à Deo ostensum ergavos, virtutibus, & prodigijs, & signis, que fecit per ipsum Deus in medio vestri, quemadmodum & ipsi noſti:

23 Hunc inquam, definito consilio, & præscientia Dei traditum per manus impiorum acceptis, & cruci affixum interemisti.

24 Quem Deus iuicit, solutis doloribus mortis, quandoquidem impossibile erat ipsum teneri ab ea.

¶ 22 IESVM NAZARENVM.) Nunc Petrus ad suum institutum prophetiam Iocelis accommodat: nempe vt inde agnoscant Iudei adesse initaurationis tempus: & ideo Christum sibi esse datum. Neque enim aliter quam ad-
uentu

mentu Mediatoris, complendi erat huc promissio. Atque hic denum rectus est usus danorum omnium qui per Christum percipiuntur, dum nos ad Christum ipsam velut ad fontem deducunt. Veridicula sententia progaeditur. Non que enim statim à principio, telum fuisse Christum affirmat; sed tantum dicit, hominem et tuum dominum in illo idque probare ex miraculis. Postea addit, non re ieiunire existet, quoniam effici occidat. Vnde certius & plenius appetat non fasce vnum aliquem ex Prophetis, sed ipsum Dei filium, qui promissis fuerat omnium reparator. Si ergo hoc primum membum, Iesum Nazarenum hunc in omnem fuisse luculentis testimonios approbatum à Deo, ut spem quasi vulnus aut obleurus non deberet. Et secundum ieiunium, venus interpres non male reddidit. Approbit enim. Ac fallitur Eralmus, qui patet cum Iesus legis. Iple vero Luce mentem minime expresum, quoniam veritatem Exhibuit. Nam quoniam verbum illud Grecis significet Demonstratio, unde & Mathematici, Secundum ergo vocant arguentia, quibus oculis rem perspicere subiectum volunt dicere Lucas, deum non venisse incognitus, ac sicut illo testimonio vel approbatione in hoc viduisse quae Deus per illum edidit miracula, ac illistris & excellens esset. Iles dicit ostensum erga Iudeos: quia Deus inter illos Filium suum insignewit & magnum haberi voluit. Ac si dicere, miracula non aliis gentibus fuisse destinata, sed Iudeis: ut Iesum diuinatus ibi missum agnoscetur.

V R V C I T B S) Miracula tribus istis nominibus designantur. Et sanè quoniam Deus potentiam in illis suam nouo & instituto modo exercit, vel latenter pliis admirationis excitat, merito diuinitutis virtutes. Solemus enim, quoniam aliquid extra ordinarium accidit, quis communeri. Quia ratione etiam dicuntur Prodigia: quoniam obliqueferre non cogunt. Signa autem ideo vocantur, quia Dominus mentes hominum illi fixas habere non vult, sed altius attollit: hic in aliuum finem referuntur. Ties autem voces posunt, ut magis extollerent Christi illi miracula & haec congerie ad eorum considerationem vehementius per pulchrum impellerent. Porro, Christum non facit primarium auctorem, sed ministerium duxit, atque gradatim, ut deum eius procedere insinuat. Queritur tamen posset, an miracula ad nullum in approbatione non sufficiant: quia hoc modo luis apostolus fidem facerent Magi. Perpondeo, nullum ab Dei virtute diserte Sathanam prestat. Denuntiat quidem alibi Christus regnum Antichristi, fore in prodigiis, sed mox ad illi mendacibus. Si quis excipiat, non esse promptum discernere, quia dicit tantum c. 9. coloris habentes, et etiam electos, si fieri posset, in errorem abducere. Et respondeo iterum, hallucinationem non Matth. 14. nisi ex defecto nostro, quia scilicet obtutus sumus ac hebetes prouenient. Deus enim virtutem suam latis clavis b. 24. extendit. Ergo in miraculis quae edit Deus, satis finis est vel do ut scire vel innotescere approbatio, modo ne definet nobis aenam. Quid tamen inuidia est apud impios, quia salvis Sathanam miraculis postulat subinde decipi, hoc eorum cecidit et impunitum est: sed quisquis est mundo corde, pars quoque mentis oculis Deum agnoscat, quotiescum demonstrabit. Nec aliter illudere potest Sathan, nisi vbi cordis nostris iniquitas vitium est iudicium, & quasi tenebris oculis nostris offuscatur, vel regit contrafactualitatem.

23 H V N C I N T E R B M I S T I S .) Mortis Christi haec in nomine de eius meminimus, ut plenior constaret resurrectionis fides. Res nota erat apud Iudeos, Christum fuisse crucis affixum. Ego quid resurrexi, ingenus est, atque admirabile specimen divinitate virutis. Interea, vi pungit eorum conscientias peccati sensu, dicit ab illis fuisse occisum. Non quid suis eum manibus crucifixirint, sed quid vna totius populi voce postulatus fuerit ad necem. Et quamquam multi ex auditoribus quis alloquuntur, non consentierant sceleris & crudelitatis & impie, nullum tamen eam genti imputat: quia silentio vel incuria omnes se polluerant. Nec ignorantia pretextus locum habet, quoniam prius fuisse à Deo ostentus. Hic ergo reatus cui eos subiicit, preparatio est ad poenitentiam.

D E F I N I T O C O N S I L I O .) Occurrit officiculo, quoniam absurdum primas specie videatur, quod is homo quem Deus tantoper ornauerat, postea ad omne ludibrium prostitutus, mortem adeo probrosam subeat. Quoniam ergo crux Christi primo aspectu nos turbare solet, ideo Petrus admicet nihil fortius passum est, vel quid illi ad felibandum facultas defuerit, sed quia sic à Deo constitutum fuerat. Hec enim sola cognitio, quod mox Christus aerno Dei consilio ordinata fuerit, ansam praecidit huius ac prauis cogitationibus, & ostensio nescientia, quae concipi alioqui poterant. Sic enim habendum est, Deum nihil ultra vel temere decernere. Vnde sequitur, iustam causam, cur voluerit Christum pati. Eadem Diuina prouidentia cognoscendos est ad considerandum mortis Christi finem ac suum. Protinus enim in Dei consilio haec nobis occurrit, In illo fuisse morti adductum pro peccatis nostris: atque eius sanguinem fuisse mortis nostra pretium. Hic autem in genere locus de providentia Dei, ut sciamus ab ea gubernari tam vitam nostram, quam mortem. Tractat quidem Lucas de Christo: sed in eius persona speculum habemus, quod nobis vobis Iesum Dei prouidentiam replicent, quae per totum mundum se extendit: specialiter tamen relata nobis, qui sumus Christi membra. Hic duo ponit Lucas, prouidentiam, & Dei decretum. Quanquam autem ordine prior est prouidentia, (quia Deus quid statuere velie ante videt, quoniam re ipsa statuat) consilio tamen vel decreto eam subiicit, ut sciemos Deum nihil voluisse ante statuisse, nisi quod longe tenebrierait in suum regnum. Malta enī sepe temere decernant homines, quia subiicit. Ergo ut Dei consilium ratione non carere docet Petrus, prouidentiam illi sociam adiungit. Nam ita duo nos distinguere oportet, atque èo diligenter, quod multi hanc parte falluntur. Præterito enim consilio Dei, quo moderatur totum orbem, nullam prouidentiam arripunt. Inde vulgaris illa distinctione, quod tametsi prouidet Deus omnia, nullam tamen creaturis necessitatem imponit. Et ceteri verum est Deum hoc vel illud ideo praescire, quia futurum est: sed quemadmodum videmus, non tantum Deo præsumit Petrus docet quia quid Christus accedit, sed ab eo fuisse decretum. Hinc autem colligi debet generalis doctrina: quia Deus non minus in totius mundi gubernatione, quam in ordinanda morte Christi suam prouidentiam ostendit. Dicit ergo est, non futura modo praescire, sed suo arbitrio statuere quid fieri vult. Hoc secundum induxit Petrus, quoniam dixit, Certo autem into Dei consilio fuisse traditum. Quare, aliud est prouidentia, quoniam voluntas Dei qua regit actumperat omnia. Nonnulli qui acutius cernunt, Deum non mox praescire, sed notum eum quæcumque sunt in mundo, moderari fatentur. Interea tamen consilium regnum imaginatur: quia Deus fraxilaret creaturis, ut singula sequantur naturam suam ordinem. Dicunt ideo arbitrio Dei regi, quoniam nobis lucendo officium peragit, quod illi semel à Deo iniunctum est. Hoc modo liberum homini arbitrium relinquunt, putant quoniam ad liberum boni & malorum electionem disposita est eius natura. Sed qui ita sentiunt, Deum singunt sedere in celo otiosum. Longe alter Scriptura, que specialiter Deo regimen in cœbus singulis, & in hominum actionibus vendicat. Nostrum tamen est expendere, in quem finem hoc doceat. Cauende enim sunt delicta speculaciones, quibus multos abripi videmus. Scriptura vult fidem nostram exercere, ut sciamus nos protegi Dei in me, ne simus Sathanam & impiorum inimicis obnoxii. Hoc unum amplecti vult est: neque enim aliud sibi voluit Petrus hoc loco. Inde in Christo liberi sapiendi exemplum nobis proponit. Non enim dubium est, quoniam obnoxia fuerit corruptioni eius caro secundam naturam. Arqui, immunem fecerat

<sup>Ioh. 19. f.
36.</sup> Dei prouidentia. Si quis roget an non fragilia fuerint ossa Christi: non erit negandum, sive quidem naturaliter, sed tamen nullum os poruisse minui, quoniam sic Deus statuerat. Hoc, inquam, exemplo admonemur, sic dandum esse principatum Dei prouidentiae, ut intra limites nostros stemos: neque nos temere ingeramus in Dei arcana, quod minimè penetrat oculi nostri acies.

^{P E R M A N V S I M P I O V M .}) Quia videtur innuere Petrus, impios paruisse Deo, hinc sequitur ex duobus absurdis alterutrum: vel Deum esse malorum authorem: vel homines quodus scelus perpetrando, non peccare. Respondeo de secundo, impios, vicinum que exequuntur quod apud se Deus statuit, nihil tamen minus quam Deo obediunt. Nam obedientia ex voluntate affectu nascitur. scimus autem impios longè aliud esse propostum. Deinde, nemo obedit Deo, nisi cui comperta est eius voluntas. Obedientia igitur ex noctia pender divinitat voluntatis. Porro, Deus in Lege suam nobis voluntatem patescit. Quare, illi demum obedient Deo, qui opera sua exigunt ad Legis regulam: deinde eius imperio se voluntari subiungunt. Nihil talis in omnibus impiis cernimus, quos Deus huc vel illuc nescientes impellit. Nemo igitur excusabiles hoc praetextu esse dicet, quia parente Deo: quum & Dei voluntas in Lege nobis querenda sit: & illi, quantum in se est, repugnare Deo cupiant. Quantum ad alterum pertinet, nego Deum in ali esse authorem: quia in hac voce certa est notatio prauis affectus. Maleficium enim astimatur ex fine, quod quisque tendit. Homines quum vel furtum vel homicidium perpetrant, ideo peccant, quia fures sunt auctori homicidio. In furto autem & homicidio, sceleratum consilium. Deus qui illorum malitia viritur, in superiori gradu locundus est. Longè enim aliud spectat, quia alterum vult castigare, alterius exercere patientiam: atque ita nunquam à sua narura, hoc est à perfecta rectitudine defecit. Ita, quod traditus fuit Christus per manus impiorum, quod crucifixus, factum est Dei nutu & ordinatione. Prodicio autem, qua per se nefaria est, & cædes quæ tantum scelus in se continet, Dei opus non debet censeri.

<sup>1 Cor. 15. g.
56.</sup> 24 Solvitis dolosib[us].) Per mortis dolores, plus quiddam intelligo quād corporeum sensum. Nam qui verē expendunt mortis naturam, quia audiunt esse Dei maledictionem, ipsos Deum iratum in morte conciperent necesse est. Hinc mirus horrorum quo plus mali est quād in morte ipsa. Hac pōrō conditione mortem obiit Christus, ut reatum nostrum subiret. Ille interior conscientia metus, qui illum ad sudorem vīque sanguineum expaescere coegit, quum se sitaret ad Dei tribunal, mulcet plus illi anxietatis, & horroris artuit, quād omnes carnis cruciatus. Ceterū, quod dulcatum cum huiusmodi doloribus Christum fuisse Petrus docet, & victorem simul prædicat: hoc facit, ut nunc mortem horrere non debeant fideles. Neque enim eadem est nunc mortis qualitas, qua fuit in Adam: quoniam per Christi victorianam absorpta est Dei maledictio. Sentimus quidem adhuc dolorum punitiones, sed que nos totaliter non vulnerant, dum fidei clypeus opponitur. Rationem addit, Quia possibile non erat Christum morte opprimi, vt pote qui vita author est.

25 David enim dicit de ipso, Pronidebam Dominum coram me semper: quoniam à dextris est mihi, ne commonear.

26 Propter hoc latatum est cor meum, & exultauit lingua mea: quia & caro mea requiescat in spe.

27 Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec permittes ut Sanctus tuus videat corruptionem.

28 Notas mihi fecisti vias vitae, replebis me letitia cum facie tua.

29 Viri fratres, quando licet mihi cum fiducia dicere apud vos de Patriarcha David, quod & mortuus est, & sepultus, & sepulchrum eius apud nos vīque in hunc diem.

30 Propheta ergo quum esset, & sciret quod iure iurando iurasset sibi Deus, futurum ut de fructu lumbi eius, quo ad carnem, exoriretur Christus, qui federet super thronum eius,

31 Prescius locutus est de resurrectione Christi, quod non derelicta sit in inferno anima eius, nec caro eius viderit corruptionem.

^{30. 16. b. 8} 25 Resurrectio Christi, quæ tum certis clarissime vaticinijs testata erat, tum colligi poterat ex perpetua Prophetaum doctrina, quæ res noua & inaudita Iudeis probanda fuit. Nec mirum, videmus enim, quum sibi etiam discipulis inculcasset Christus, parum tamen profecisse. Et tamen retinebant certa vera doctrina principia, quæ adiutum illis patet facerent ad Christi notitiam: vox videbimus. Quoniam ergo fructus resurrectionis Christi erat donum Spiritus, confirmat Davidis testimonio, christum oportuisse relurgere: ut inde agnoscant Iudei, eum doni authorem. Sumit enim pro confesso, suis exortatus à morte, non vt sibi, sed vt suis vivat. Nunc videntur quod tendar consilium Petri. Non debere videri nouum, quod ita multo ante prædictum fuerat. Iesum quoque esse christum quia eo, tanquam Ecclesiæ capite, vaticinatus fuerit David. Principio videndum est, an otanino de christo intelligi debeat hic locus, quemadmodum Petrus contendit: deinde, si quid erit in verbis notatu dignum, exciriemus suo ordine. Negat Petrus competere in Davidem, quod hic dicitur: non permittes ut Sanctus tuus corruptionem videat quia Davidis cadaver in sepulchro corruptum fuerit. Videtur in speciem leue esse argumentum. Promptum enim esset excipere, Non vngendum esse verbum, quom nihil aliud voluerit David, quād se ab interitu eximere. Ergo vt cuncte eum attigerit corruptio, id tamen non obstat, quo minus tum se ab eius periculo iure prædicet: quia nouerat se à Domino liberandum. Imò videtur repetitio esse proximi membri, ex familiari lingue Hebraica vnu. Quod si ita est, simplex erit sensus. Non passurum esse Deum ut optimatur mortis imperio, vel ut eum mors absumat. Atque haec interpretationem confirmat, quod ubi Infernum legimus, Hebrei habetur, se oī ubi legimus corruptionem, illuc est sancta. Vtique autem vox Sepulchrum significat. Hoc modo bis diceret David, se à morte eruptum iri per Dei gratiam. Denique, idem hic dicit, quod Psal. 49. Redimet Deus animam meam ex manu inferni. Sicut è conuerso, quum de reprobis agit, Descensum in sepulchrum, pro Exitio capere solet. Respondeo breuiter, maius hic quiddam exprimi, quād communem iorum redemtionem. David quidem eternum sibi tam in vita quam in morte Deum liberatorem fore promisit. Neque verē multum profuisset, eruptum semel esse ab uno periculo, nisi consilus eius ei protectione se vīque in finem fore saluum: sed incolumentem designat superiorum communione.

FRANGENTES PANEM PER DOMOS.) Significat Lucas, non tantum in publico ipsos vera pietatis signum dedisse, sed eundem fuisse priuatae vitaे curium ac tenorem. Nam quod hic fractionem panis nonnulli interpretantur sacram Coenam, alienum mihi viderunt a mente Luca. Significat igitur, simul vesci solitos, & quidem frugaliter, nam qui sumptuosa coniuicia agitant, non ita familiariter inter se vescuntur. Deinde addie Lucas, IN SIMPLICITATE cordis: Quod etiam temperante signum est. In summa, dicere vult, rationem vivendi inter eos fraternalm & sobriam fuisse. Quidam exultationem & simplicitatem cordis coniungunt Dei laudi: & probabilis est veterque contextus. Sed quia in laudando Deo non potest esse cordis simplicitas, nisi constet in omnibus vitaे partibus, ideo certum est eius fieri mentionem hoc sensu, quod fideles eam vbiique coluerint. Notanda est autem circumstantia temporis, quod variis periculis circumdati, leti essent ac hilares. Hoc boni nobis afferri diuini erganos amoris agnitos, & tutelę fiducia, ut securis animis laudemus Deum, quicquid mundus minetur. Sicut autem Lucas de publico Ecclesiā statu paulò ante loquitur est: ita nunc qualis fuerit inter fideles vivendi forma, recitat: ut eorum exemplo discamus & nos frugalem in vieti fidelitatem, & in tota vita simplicitatem colere, frui spirituali gaudio, & nos exercere in Dei laudibus. Porro, Simplicitas cordis latet patet: videntur, si hic coniungas cum fractione panis, tantundem valebit ac syncerus amor, vbi alij alii sunt expositi, nec altius quicquid commodum suum capit. Ego tamen anxietati oponere malo, qua se torquent nimium prouidi homines. Nam vbi non reliicimus curas nostras in Deum, hæc iusta impendet merces, ut in quiete trepidemus.

47 HABENTES GRATIAM.) Hic vita innoxia fructus est, gratiam habere, etiam apud extraneos. Nec tamen dubium est, quin ex eo fuerint multis. Sed Lucas quanuis vniuersaliter loquatur de populo, eam solam partem intelligit que integra erat, nec infecta villo odij veneno. Breuiter significat, fideles ita se gessisse, ut propter vitam innocentiam populo grati ac probati essent.

Dominus quotidianus addebat.) Ostendit his verbis eorum sedulitatem profectu non caruisse. Studebant quantum in se erat, vagos & errantes colligere in omne Domini. Non frustra, neque inutiliter eos in hac parte laboraverunt: quia Dominus in dies Ecclesiā augebat. Et certè, quod Ecclesia minuitur potius quam crescat, id nostræ ignauit vel etiam prauitati imputandum est. Ceterum, quanuis strenue omnes incumberent ad augendum Christi regnum, Lucas tamen hunc soli Deo honorem vendicat, quod adduxerit extraneos in

^{1. Cor. 3.} Ecclesiam. Et sanè hoc proprium est eius opus. Plantando enim & rigando nihil proficiunt ministri, nisi Spiritus sui virtute eorum laborem efficiat reddit. Notandum præterea quod dicit, Aggregatos fuisse ad Ecclesiam qui seruandi erant Hunc enim obtinenda salutis modum esse docet, si in Ecclesia cooptamur. Nam sicut extra eam non est remissio peccatorum, ita nec spes vite æternæ. Hæc porro eximia est p[ro]is omnibus consolatio, quod in Ecclesiam recepti sunt, ut felici fierent: sicut Euangelium vocatur Dei potestia in salutem omni credenti. Iam quum partem duntaxat vel certum numerum aggreget Deus, restringitur hæc gratia ad electionem: ut prima sit nostra salutis causa.

CAPUT III.

<sup>Vel. illa
feste tem-
poris.</sup> **I** "IMVL autem Petrus & Ioannes ascendebant in templum circiter horam pre-
cationis nonam.

S Porro, vir quidam, qui claudus erat ab utero matris sue, serebatur: quem pos-
nabant quotidie ad portam templi, que dicitur Speciosa, ut eleemosynam peteret et
ab his qui ingrediebantur in templum.

3. Is quum vidisset Petrum & Ioannem appropinquare templo, petiit eleemosynam.

4. Iacobus autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit, Respic in nos.

5. Ille autem attendit ad eos, futans se ab ipsis aliquid accepturum.

6. Petrus vero dixit: Argentum & aurum non es mihi: sed quod habeo, hoc tibi do: In nomi-
ne Iesu Christi Nazareni, surge & ambula.

7. Et apprehendit manu eius dextera, erexit eum, & continuo stabilitate sunt eius plantæ &
crura:

8. Et exiliens stetit, & ambulauit, & ingressus est cum ipsis in templum, ambulans & saliens,
& laudans Deum.

9. Et vidit omnis populus ambularem, & laudarem Deum.

10. Noverant autem eum, quod is esset qui solitus erat sedere ad eleemosynam in iuxta Speciosam
portam templi. Et impleti sunt admiratione & clapore super eo quod illi acciderat.

II. Porro, quum teneret claudus qui sanatus fuerat, Petrum & Ioannem, cucurrit ad eos totus
populus in porticum que dicitur Solomonis, obshapefactus.

1. Prius vidimus multa signa per manus Apostolorum edita fuisse: nunc suo more, Lucas unum ex multis, e-
xempli causa, recitat: nempe quod claudus, qui ab utero matris caprus pedibus uerat, plenam sanitatem rece-
perit. Sed h[oc] autem circumstantias omnes colligit que ad miraculum illustrandum pertinent. Si fuisse laxa-
tio aliqua crurum, vel moxibus accidentalis, facilius curatio fuisse. Nature autem vitium non ita faciliter corri-
gi poterit. Quum dicit fuisse PORTATVM, ex eo colligimus, non leuem fuisse claudicationem, sed hunc hominem
iacuisse quasi mortuis caribus. Quidam solitus esset quotidie eleemosynam petere, hinc toti populo notior es-
se potuit. Quod hora precationis in templo sanus ambulat, hoc ad vulgandam miraculi famam motu[m] va-
luit. Hoc quoque non patuam addit commendationem, quod subito in pedes erectus, simul exiit, & alacriter
ambulat.

SIMVL ASCENDEBANT.) Quum particula ēm̄ rōv̄n̄, non magis locum quam tempus notet, videtur hic po-
sterior sensus ad Petri contextum melius quadari: quia tamen hoc non multum habet momenti, in medio ie-
linquam. Ceterum, Hora nona precationis vocatur, quum iam vergere inciperet dies ad vesperum. Nam quum
dies ab oitu usque ad occasum solis, horas duodecim haberet, ut alibi diximus, totum illud tempus in qua-
tuor partes diuidebatur. Sic per Horam nonam ultima diei portio intelligitur: sicut hora prima usque
ad tertiam, tercia usque ad sextam, sexta usque ad nonam durabat. Hinc probabilis coniectura potest colligi,
horam illam sacrificio vespertino destinatam fuisse. Porro, si quis roget, An Apostoli in templum ascenderint,
ut secundum legis ritum precarentur: id non tam mihi est verisimile, quād ut n[on] elior daretur occasio propagan-
^{Erod. 29.} di Euangelii. Si quis autem abutit hoc loco velit, quasi supersticiosos cultus suscipere licet, dum inter rudes
^{B. 4.} ac infirmos versatur, friuola erit ratio. Instituerat Dominus, ut sacrificium vesperi & mane ludere offerrent.
^{B. 28.} Hoc exercitio docebantur, ab invocatione & cultu Dei incipere diem & claudere. Petrus itaque & Ioannes lib-
erum fuit venire in templum Deo consecratum: nec verò se polluebat, quum Deum Israel, testanda pietatis
causa, inuocarent. Primum quod statas horas Deus veteri populo esse voluit: inde colligimus, non posse
carere Ecclesiam certa disciplina. Ac hodie, nisi obstatet nimis torpor, vtile esset quotidie habere tales
conuentus. Quod autem Apostoli illa hora ascendunt, hinc colligimus, nullam occasionem promovendi E-
uangelium à nobis negligendam esse.

PETITI ELEMOSYNA.) Videmus qualiter Deus præter spem, huic claudio sanitatem contule-
rit. Quia morbum incurabilem esse putabat, tantum sollicitus erat de v. Eu. Datur illi quod petere nun-
quam auctus fuisse. Eodem modo ipse nos præuenit Deus, neque exspectat dum à nobis procooperetur. Ceterum,
hinc captanda non est desidix occasio, quasi sponte ideo nobis Dominus occurrat, ut oratio & resedes si-
namus ipsum nobis benefacere. Habemus enim precanxi mandatum. Ergo partes nostras non omittamus. Sed
primum sub claudi persona, nobis exemplum proponitur hominis nondum fide illuminari, ut rite precanxi ra-
tionem teneat. Tales vlerò Deus præuenit, ut necesse est. Itaque, quum animas nostras reliquit non modis in
sanitate, sed eriam in vitam, ad hoc ipse sibi causa est. Nam hoc vocationis nostra initium est, ut faciat es-
se quæ non sunt: ut iis se offendat à quibus non queritur. Præterea, vt cunque ad Deum precanxi fide iam e-
docti simus, quia tamen non semper sentimus mala nostra, non venit in mentem remedium petere: itaque Do-
minus gratuitum & minime speratum assert. Denique quantumvis intenti simus ad precanxi, spem tamen &
vota nostra bonitatem sua superat.

RESPICE IN NOS.) Non ita loquitur Petrus, quin de consilio Dei certus sit. Et certè his verbis singulare
aliiquid & insolitus beneficium sperare iubet. Quæri tamen potest, An facultatem habuerint edendi mira-
cula, quoties liberet. Respondeo, sic ministros fuisse diuinæ virtutis, ut nihil suo arbitrio vel proprio moru
tentarint,

tentarint, sed Dominus per ipsos egerit, quoniam ita expedire nouerat. Hinc factum est, ut unum sanarent, non autem promiscue omnes. Ergo quemadmodum in aliis rebus ducent ac directorem habebant Dei spiritum, ita etiam in hac parte. Ideo priuiparum claudum surgere iubeat Petrus, coniecit in eum ac defixit oculos. Taliis in iuris non caruit peculari Spiritus motu. Hinc sit, ut tam secundum de miraculo pronuntiet. Porro, excitate hoc verbo claudum voluic ad recipie i dam Dei gratiam: ille tamen nihil quam elemosynam expectat.

6 ARGENTVM ET AVRVM.) Verè excusat Petrus se eo auxilio destitu quo clausus potebat. Itaque testatura si posset e us in opere succurrere, libenter se facturum: sicuti expendere vnuquisque nostro debet quid sibi à Deo nemo datum sit, ut inde proximos iuuet. Quicquid enim facultatis Deus singulis distribuit, charitatis exercende uite esse organum vel administracionis. Ideo dicit se dare quod habet. Principio quidem erat hoc lusorium, postquam ad raram p' em atraxerat Petrus claudi animum, de inopia sua praefati, quasi velle hiantem coruam deludere: sed mox solacium adiecit, ut crederet ipsa comparatione miraculi pretium. Horrenda est impietas, quod p' ipa dum creator, in comicum vel potius securitatem lutum, hoc loco impudenter abutitur. Due sunt lapides scelle, quarum in altera dura sedet, & à populo elemosynam poticit, his Petri verbis respondens, crucis digitis in aerem spargit. In vicinam sellam traductus, sacculos habet pecunia refertos. Tum illi sui angelii acclamat, Dispergit, dedit pauperibus. Hoc ideo retulit, quid melius omnes perspiciana Sathanam ^{Psal. 118.} illuc plane tegnare, vibram apto ludibrio sacram Dei verbum habetur. Ve autem ad priorem sententiam reuerterat, satis liquet, Petrum certa revelatione instruimus, quoniam se donum sanitatis habere predicit.

In NOMINE IESV.) Praefatus hoc opus id beneficium Christi esse, quod claudio pedum viuum extituit, NOME enim pro Imperio ac virtute accipitur. Neque enim in vocis sonitu somnia dicta est vis magica: quo modo lugere in nomine Iehohah delirant. In summa, testatum voluit Petrus nihil quoniam ministrum se esse, Christum vero miraculi auctor. Hoc enim cura habere debuit, ut Christum mundo innotesceret, & sanctificaretur eius nomen. Cur autem Christo epitheton Nazarei adscribit? Aliis relinquendo suum iudicium: sed ego ita sentio: Quoniam ita per contemptum Christus vocaretur, Petrum data opera voluisse exprimere ut unius illius qui crucifixus fuerat & cuius nomen contemptibile ac inglorium erat Iudeus, plerisque etiam detestabile, esse tamen Messiam a Deo promissum, & illi datum esse omnem a Patre potestatem: quemadmodum dicit Paulus, Christum fe ^{1 Cor. 4:21} praedicare, & hunc crucifixum.

SURGE ET AMBULA.) Videri poterat hoc per quam ridiculum. Claudio enim promptum erat excipere, Cum non mihi prius crara & pedes dedit? Hoc enim illudere est, quoniam hominem pedibus orbum iubes incedere. Sed fidem habuit p' tri. ve. b. 8: qui iniurie sic tardus erat, nunc erectus & a laetis animo, Dei donum amplectitur, unde & verbis efficacia, & fructus fidei appetit. Efficacia autem verbi duplex: & quod claudus sic afficitur, ut protinus sine difficultate obtemperet: & quod vigorem membris emortuis infundit, ac quodammodo hominem renovat. Fidei autem constat sua merces, quod non frust' à surgere iubenti, parat. Videmus ergo, qualiter Deus per verbum operetur: nempe, quoniam eius predicatione dat successum, ut in hominum animos penetret: deinde quoniam manu sua exhibet que illic promittit ad hanc fidem esse irritam non patitur, quoniam verè portatur bonis omnibus quae sibi per verbum oblastra expectat. Tenendum autem memoria quod iam dixi, in hac historia nos habere quasi viuensalem spiritualis nostra testificationis typum: nempe, quod sicuti verbum fide apprehensum, sanitatem clando præstans, ita Dominus per verbum penetravit in animas, ut eas instaret. Ac primum quidem hominum ore loquitur, & nos ad fidem obedientiam exsimulat: deinde intus corda mouet suo Spiritu, ut verbum in obris vias radices agat: denique, manum porrigit, & modis omnibus suum in nobis opus implet. Sic tractanda esse miracula ex Mattheo coligimus.

9 ET VIDIT OMNIS POPULVS.) Iam fructus incepit miracula narrare, quod scilicet claudus gratitudinem suam testatus sit, laudandum Deum: & to: us populus in admirationem raptus fuerit. Hic vero est duplex frumentus. Nam qui sanatus est, Dei beneficium cognoscit & celebrat, populus ex altera parte commouetur, & summa longior sparsa, acciurunt multi ad spectaculum. Ceterum, quod dicit Lucas, stupore repletos suis, preparationem tantum indicat, quoniam plenior tandem sequutus est profectus. Ultro enim progredi oportuit, quia per se non multum valuerat admiratio, que attonitos magis reddebat, quam ad Deum adduceret. Fuit ergo quasi fundamentum futuri ad fidem, quo populus stupore tactus fuit. Nam si contemptum præterimus Dei opera, nihil vaquin poterimus ex illis proficer. Porro, hic locus documentum est, quid per se in hominibus efficiat miracula: nempe quod stuporem confusum dignunt. Tametsi enim Dominus suam illuc potentiam & bonitatem conspicue monstrandu, recte nos ad se vocat, que tamen est ingenii nostri imbecillitas, impingamus vel despicimus in medio cursu, donec accedat subsidium doctrinae. Discamus ergo reuerenter considerare Dei opera, ut eorum admiratio, doctrina adiutu patefaciat. Nam quoniam apud nos friget, ac inutilis est doctrina, Deus in gratiitudinem nostram hoc modo iustè vicitur, quia operum suorum gloriam contemplari. Rursum, quia non tam sumus perspicaces, ut in solis Dei operibus cernamus quantum sat est, si volumus ad scopum peruenire, discamus adiungere doctrinam adiunctum. In summa, alterum ab altero separari non debet. Cuius rei locuples testis est experientia. Hinc enim factum est, ut mundus adeo periperam abusus sit miraculus. Papistæ idem dicunt miracula obisciunt. Fingamus vera esse quæcumque iactant: magnopere tamen errant in eo, quod in alienum finem illi detorquent: nempe, ut obseruent Dei nomen, & puram Euangelij veritatem suis commentis inficiant. Vnde enim tot superstitionis & impiorum sanctorum cultus, nisi ex miraculorum abuso? Nam quoniam miraculum aliquod edidit, commouerit homines necesse est. Quia autem surdi ad verbum, nec attendunt quid sibi Deus velit, astutè Sathan ex stupore nostro superstitionis ansam capitat. Exempli gratia: Agnoscam Dei potentiam in miraculo. Si à Petro editum fuit, exempli suggerebat mihi Sathan: Vide hunc diuinum esse hominem? Diuinum ergo illi cultum debes. Idem contigit et Iudeus, nisi attonitos in viam renocasset Petri concio. In Papatu vero, ubi nullus coarguebat superstitionem, facilè obtinuit prepotesta hominum ad miratio. Quod magis sollicitè à Verbo petenda est medicina, ut miraculus effectus, doctrina in tecum finem dirigat.

10 IN PORTICU.) Verisimile est extrectam eo loco fuisse porticum, ubi aliquando Solomonis porticus fuerat, indeque nomen sumpsisse. Nam vetus templum dirutum fuerat: sed eius formam, quantum in se erat, Zebrubabel & Esdra imitauit. Pelesta Herodes renouauerat, maiore quidem splendore, sed inanis quos fecerat sumptus, Solomonis memoriam non extinxerant in populi cordibus. Nominat autem Lucas tanquam locum maximè celebrem, ad quem concursus populi factus fuit.

11 Vident autem Petrus, respondit ad populum, Viri Israelite, quid miramini super hoc, vel intuemini in nos, quasi propria potentia vel pietate hunc fecerimus ambulare?

- 13 Deus Abraham, Isaac, & Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit Filium suum Iesum, quem vos tradidistis, & quem negastis coram facie Pilati, quem ille indicasset absoluendum.
- 14 Vos autem Sanctum & Iulium negastis, & petistis virum homicidam vobis datur.
- 15 Vita autem principem interemisti: quem Deus suscitauit ex mortuis: cuius nos testes sumus: & in fide nominis eius hunc, quem confixisti & non distis, stabilitur nomen eius.
- 16 Et fides que per ipsum est, dedit illi integrum hanc sanitatem coram omnibus vobis.

VIRI ISRAELITA.) concionem suam à reprehensione populi orditur. Neque tamen simpliciter reprehendit eos quod mirantur: id enim omnino utile erat ac laude dignum: sed quod diuini operis lumen perpetram ad homines transferunt. Ac si dicere, Perpetrat facitis in nobis herentes, quum oculos potius in Deum & Christum coniceret debeat. Ergo hoc est perpetram obstupescere, quum in hominibus mentes nostre subsistunt. Notandum est autem, quod dannet hominum respectum. Quasi nostra inquit, potentia ac virtute. In eo itaque error ac vitium est, si hominem pierat aut virtutem, quod Dei & Christi proprium est tribuum. Ac de virtute quidem concedent omnes non nisi à Deo manare: sed quum hoc uno verbo confessi sunt, non denunt ius suum Deo præparare, vt eius spoliis creaturas ornent. Qualiter videmus Papistas, Dei virtutem locare in sanctis: immo eius numen in lapide vel ligni trunco includere, simul arque statua B. rbara vel Chrysoloma cohererata est. Sed tamen fingamus in illo priore membro non peccare. At stulte se defunctos erga Deum putant, quum illi relinquent potentiam: miracula verò pietati Sanctorum assignant, cur enim ad ipsos consurgunt, dum volant aut pluviam impetrare, aut serenum, aut liberationem à morbo, nisi quod sua pietate id promovet esse imaginantur, vt hoc iuris ac priuilegij Deus illis concederet? Puerile ergo effugium est, quin D. um fatentur authorem esse potentiam: beneficia autem que illis conferit, Sanctorum pietati accepta sunt. Quosconque obvendant prætextus, hoc semper tenendum est, damnavi generaliter à Petro qui in miraculis sic homines intuentur, vt eorum factum causam esse putent. Hæc prima pars concionis, qua superfluit corrigitur. Ac obseruanda est hæc docendi ratio & series. Quia enim nihil proclivius est quam à Deo ad creaturas delabi, opere pretium est maturè hinc viatio occurrere. Quid si in Apostolos respicere, verius fuit populus, multo magis ab invocatione cuiuslibet Sancti nos Spiritus abstrahit.

- 13.14 **D E U S A B R A H A M .**) Nunc remedium subiicit eos ad Christum reuocans. Summa autem est, Deus hoc propositum est: in miraculis quæ per Apostolos edit, vt Christi sui gloriam illustret. Vnde sequitur, peruersus facere omnes qui Petrum vel alium quempiam extollunt, quum omnes minui oporteat, Christum veð solum eminere. Hic iam clarè discrimen inter christum & Apostolos eluet. Primum, ille author, hi duntaxat ministri. Deinde legitimus finis est, vt solus ille gloriari in solidum obtineat: horum verò quantum ad gloriam attinet, nullus respectus. Nam certè qui alios quam Christum in miraculis glorificant, palam repugnat Dei consilio. **D E V M** Abraham, Isaac & Jacob nominat, vt testatum faciat populo, sibi nihil minus in animo esse, quam eos abducere à prisœ veri Dei cultu, qualem à Patribus accepterant. Hunc porro sibi titulum indiderat Deus, vt nota aliqua se discerneret ab idolis. Neque enim Deum in sua essentia, qua inuincibilis & infinita est, comprehendimus. Rationem ergo nobis congruam attemperat, qua nos deducat in sui notitiam. Turba autem Deum se colere iactant creatorē cœli & terræ: sed priusquam accedant ad cœlum, evanescunt. Ergo, vt populū suum arceret Deus à vagis & erroneis commentis, illum in foedore suo continebat. Quare se Deum Abraham vocans, breuiter docebat quod suis Moses exponit: Ne dicas, Quis ascendet in cœlum? quis descendet in abyssum? vel, quis transfrerat mare? Prope est verbum, &c. Porro sicuti apud Iudeos fauorabile erat sanctorum Patrum nomen: ita Petrus tacite admonet, sine vnigenito Dei Filio non esse aliis præstantiores. Hodie autem clariore adhuc nota vult cognosci, quum se Patrem Iesu christi nominat. Nunc redeamus ad Petrum. Negat se religione nouam inducere, vt populum à Lege & Prophetis abstrahat. Nam si quis hoc tentaret, illi Deus verterat audienciam fieri. **D e u t . 1 3 .** Sicut Paulus in spirituali adiutorio retinendum esse unicum fundatum, admonet: quia ubi vel minimum à Christo disceditur, nihil quam ruina sequi potest. Hinc etiam discerne re promptum est, quo sensu vocet Deum Patrem, neque enim hoc pro generali axiomate sumit: qualecumque dei cultum habuerint Patres, in eo mandatum esse qualiter Patris a stola hac iactantia se efficiunt, quod paternos cultus sequantur. Nominatum siquidem Petrus Abraham, Isaac, & Jacob recenset, à quibus profecta erat **E z e c h i l . 1 0 .** vera religio, & diuinitus tradita: quo significat, non quoslibet Patres nobis esse imitandos: ex quibus multi fuerunt à primis degeneres, solis Dei filiis deberi hunc honorem, alios esse repudiandos. Quid Prophete quoque patrum inculcat: **I i u s** Patrum vestrorum ne ambuleris, &c.

- Q Y E M V O S T R A O I D I S T I .**) Doctrina miscet feuerum obiurgationem, vt res postulabat. Neque enim verè adduci poterant Deo, nisi peccatum suum agnoscerent. Nec veð leuiter eos tantum perstringit, sed admissi criminis atrocitatem grauiter demonstrat. Huc pertinet illa comparatio, quod morti tradiderint quem Pilatus volebat absoluere. Item, quod homicida parentes, vt principem interficiunt: quod abicieunt iustum & sanctum. Sic feriendi sunt homines, vt agnito reatu, ad venie remedium serio confugiant. Talem quoque vehementiam Petrus in prima concione adhibuit. Postea dicit, **S E C U R A T U M** à Deo fuisse. Vnde agnoscere debent, Christum interficiendo, se gessisse cum Deo bellum. Quanquam Petrus altius respexit: nempe quod Christi gloria nihil destraxerit eorum crudelitas: quia Deus eum nihilominus in vitam afferuit. Quum se & collegas resurrectionis testes dicit, oculatos significat. Itaque non ad Apostolicum duntaxat munus hoc refertur: sed quia Christum à morte rediuvium oculis suis confixerant. Quanquam & hoc secundum comprehendi assentior, quia probabile est, vt sibi autoritatem conciliet Petrus, in iunctum sibi munus prædicare.

- 15 **E T I N F I D E N O M I N I S E I V S .**) Quum dicit, In fide nominis, & rursum, Fides quæ per eum est: eiusmodi repetitio, ardenter affectus indicium est. Nam quia ad vindicandam christo suam gloriam penitus intentus est, idem sepius inculcat. Videmus etiam Paulum, quoties in prædicanda christi gratia versatur, nunquam sibi satisfacere. Et certè, vt maligna est hominum natura, non potest tam magnifice prædicari Christus, vt fuas illi honor integer maneat. Meminerimus ergo, hac copia Petrum exundasse, vt nos in Christo susteret. Quantum ad locutionem attinet, quum dicit, **N O M E N E I V S , I N F I D E** nominis stabilitur causam, & modum norat. Virtus Christi claudum sanauerat, sed per fidem. Quum dicit **F I D E S** quæ per eum est, hoc verbo significat, fidem nostram non aliter ad Deum assurgere, nisi in Christo fundata sit, adquæ fidem nostram christum respicere, & eo subniti, atque ita subindicat hoc medio præterito nullam esse in Deum rectam fidem. Porro, vt se prius & reliquos Apostolos testes vitæ christi constituit: ita nunc admonet, Iudeis vitam **hac**

hanc signo vel effectu suis: comprobant: quia videant sanatum claudum, in quo illustre habebant diuinę Christi potentię specimen: atque hoc postremo membro, si lem causam sanitatis faciens, oblique eos coagire ingratulans, nisi fidei assignent debitam laudem. Eisi autem fides tam ad hominem sanatum, quam ad Apolo-los referti potest, non est tamen anxie de hac re laborandum, quia per syneodochen Euangelii virtus conuen- datur.

17 Et nunc fratres, scio quod per ignorantiā fecisti: quemadmodum & Principes vestri,

18 Deus aitem que pronuntiauerat per os omnium Prophetarum suorum, Christum passum esse, sic impluit:

19 Premitis ergo agite, & connertimini, ut remittantur peccata vestra:

20 Quoniam venerint tempora refrigerij à conspectu Domini, & miserit eum qui ante "praedica-tus fuit, leonis Christum.

21 Quem oportet calum capere usque ad tempora restitutionis omnium, que loquutus est per os omnium sanctorum Prophetarum à seculo.

"Vel, iste
ocu os pa-
fitus, .c. ce
paixionis
tus."

17 Quoniam periculum erat ne desperatione fructi doctrinam respuererent, eos aliquantulum subleuat. Sic temperande sunt nostra conciones, ut auditoribus proficit. Nisi enim spes venie relinquitur, terror pœnitentiā contumacia obdurat. Verum enim est illud Davidis, timeri à nobis Deum, ubi nobis propicium ac placitum ientitum. Hac ratione peccatum sit gentis propter ignorantiam extenuat Petrus. Neque enim sultinere haec conscientiam poterant, si Filium Dei scientes ac volentes negarent, ac in mortem tradidissent. Blandiri tamen illis non iuval quam ignorantia fecisse commemorat: sed è visu mitigat sermonem, ne desperatione ipsos obruar & abscondeat. Potius non sic debemus verba accipere, quasi populus similiiter ignorantia pecca-uerit: nam tibi hac latebat hypocritis, sed prout malitia vel ignorantia exuperat, ab illo vel illi denominatur aetas. H. ergo intelligit Petrus, errore eos & caco zelo potius fecisset, quam definita malitia. Verum hinc quare potest. Si quis levens ac voleans peccavit, an eum minet desperatione? Respondeo: s. non de quolibet peccato hic fieri mentionem, sed de Christi abnegatione, & extincta, quantum in ipsis erat, Dei gratia. Si cui plura sci-
beat, ex i. capite prioris ad Tim. peters licet.

Sicut et principes. Primum videt ut improbia comparatio. Scribax enim & Sacerdotes mira rabie ferebantur, & pleni erant sclerata peridia: populum vero peruersum Legis studium incitabant. Deinde populus in Christum exsufit, quatenus eum principes incitabant. Respondeo, non omnibus eundem fuisse animum: multi enim procul dubio fuerunt Pauli similes, ad quos vere spectat quod alibi de principibus huius mundi scribit; Si cognouissent Dei sapientiam, Dominum glorie non fuisse crucifixos. Ergo non in valorem de principiis loquitur: sed si qui sunt sanabiles, eos ad resipiscitiam inuitat.

18 DVS AVTEM.) Hinc clariss patet, quorū ignorantia meminerit. Nam quoniam refecti, Deum exequutum esse quæ prædicterat, sic culpam eorum taxat in morte Christi, ut sit tamen ipsis in salutem. Vos, inquit, ignoran-
tia in ictuū coniecit: Deutamen peregit quod statuerat, ut Christus vobis morte sua esset liberator. Est pulcherrima ista consideratio, dum reputamus, admirabilē Dei consilio mala nostra in aliū finem nobis conuerti-
cāterū, hoc nihil ad excusationis colorem. Nam quantum in nobis est, peccando nos perdimus: illa autem conuersione, quam dixi, insigne est diuinā misericordiā opus quod cum humilitate prædicante nos decet. Non stet-
terat per Iudeos quo minus spes vite extinguitur in Christi persona. Interea mors illa tam illis quam toti mundo viva fuit. Memoria etiam repete conuenit quod alibi vistum est: ne obrepert falsa & absurdā opini-
ō, christi in fuisse expostum impiorum libidini, Deum statui summum authorem, cuius arbitrio passus fuerit
vniq̄. Tit. i. 1. 115.

19 POENITENTIAM AGITE.) Notandum est, quod quoniam ad poenitentiam hortatur, simul declarat paratam illis esse coram Deo peccatorum remissionem. Nam, vt nuper attigi, excitari ad poenitentiam nemo potest, nisi salute proposita. Quia autem de venia diffidit, quasi exitio iam deuotus, aduersus deum obstinatè iuere non du-bitat. Hinc sit, vt p̄ p̄tē poenitentie doctrinam tradere nequeant, multum quidem de ea gartijunt: sed quia e-
uertunt gratia fiduciām, sieri non potest, ut resipisciendi studium suis discipulis persuadeant. Aliquid etiam, sa-
teor, balbus int̄ eucatorum remissione: sed quia suspensas & trepidas animas relinquent, præterea variis
comitibus coniuncti in labyrinthum, hac doctrina parte corrupta, alteram partem confundunt.

20 VT QVM VENERINT.) Si Erasmum & vetulum interpretem sequimur, erit ecliptica oratio, que sic ple-
na fiet. Quoniam venerint tempora refrigerij, vos quoque hoc refrigerio suamini: quoniam venient Christus ad
iudicium orbem, ipsum redemptorem, non iudicem sentiatis. Sed quoniam commodè vertit Beza. Postquā
venerit, facius et amplie quod minus coactum est: modò ita refolus, remitti peccata in diem ultimi iudicij;
quia nisi ad solium Dei citemur, non admodum sumus de propitiando Deo solliciti. Primo loco notandum est
illis in medium proponi iudicij diem, quod plus efficaciter habeat superior exhortatio. Nihil enim acris nos pū-
git, quam dum monemur reddendam aliquando effationem. Quandiu enim in hoc mundo detinentur sen-
sus nostri, quodam, vt ita loquaris, veterino obruti sunt. Quare, nūnquam ultimi iudicij quasi tubam inflonate ne-
cessit, quae nos ad tribunalē Dei citet. Tunc enim demum verē expurgasti, cogitate de noua vita incipimus.
Eodem modo Paulus dum Athenis concionatur: Deus, inquit, nūn omnes admonet ut resipiscant quia Diem
constituit, qui iudicaturus est mundum. Summa est, Christum, qui nūc apud nos magister officio fungitur,
quoniam per Euangelium non docet, constitutum est a Patre iudicem, & suo tempore venturum: itaque naturē
parendum est eius doctrinā, vt fidei nostrā tunc fructum colligamus. Atqui obiicit quispiam, Petrum aliter
loqui de die ex remo. Hoc enim ad incutendum timorem non spectat, quoniam dicit, TEMPUS REFRIGERI. Respondeo: duplēcēt esse statūlum quo incitantur fideles, quoniam illis de extremo iudicio fit sermo. Nam in
hoc mundo fidei utilitas non appetit, qui potius bene & prosperè videtur esse Dei contemporibus:
piorum autem vita innumeris miseriis reserta est. Ergo nos subinde animi deficerent, nisi in mentem
veniret, venturum quietis diem, qui omnes molestiarum nullarum illius componat. Itēmque afferat mi-
seriis. Alter stimulus est quem dixi, quoniam formidabile Dei iudicium delicias nobis & somnum excutit.
Ita Petrus hoc loco minus promissionibus miscerit, vt partim alliciat Iudeos ad Christum, partim metu stimulet.
Potius hic familiaris est Scripturā vīsus, prout vel reprobos compellat, vel ad electos sermonem dirigit, nūc
tristem & formidolosum diem Domini, nūc latum & optabilem facere. Ap̄tē eiga Petrus, qui dum in sp̄ m
venire crigit Iudeos, iucundum illis facit Christi diem, vt ad eum aspirent.

ET MISERIT EVM.) Nominatim Christum fore iudicem pronuntiat, vt sciāt non impunitum fore Euangelii contemptum. Quomodo enim non vltor eius Christus fore? Interā hoc exiamis aferre consolationem fidelibus, dum sciunt in eius manu fore salutis arbitrium, qui nunc eam promittit atque offert. Addit præterea, VENTVRVM eum qui nunc illis prædicatur. Quo tollit omnē excusationē ignorātiā. Ac si diceret, Nunc prædicatur vobis Christus, antequam mundi iudex adueniat: vt qui eum amplexi fuerint, fidei suæ fructum tunc colligant; alij verò qui eum relpuerint, luant incredulitatis sue pœnas. Quanquam apud Gr̄cos hic duplex est lectione: quidam enim codices habent, προκεκρυψέντον: id est ante prædicatum: alij verò, πρεχειρεύσαν: id est ostensum, vel ante oculos positum. Sed vtraque in eundem sensum redit: quod scilicet non si uita illis nunc christus offertur per Euangelii doctrinam: quia secundū à Patre iudex mittetur armatus ad vindictam: nisi redemptorem nunc fulciant.

21 Q U E M O P O R T E T C A E L U M C A P E R E .) Quoniam ad crassum terrenūmque Dei & christi aspectum semper propendent hominum sensus, poterat in mentem Iudæis venire, christum quidem predicatori à mortuis excitatum, sed ubinam esset, non ostendi. Prauenit ergo Petrus, quum in celo esse docet. Vnde sequitur, collendas in altum esse mentes, ut Christum fidei oculis requirant, quanvis immensam locorum distantia sit remotus, quanvis in cælesti gloria extra mundum habuerit. Exterum locutio est ambigua: quia tam intelligere possumus christum celo capi vel contineri, quam cælum capere. Ne ergo verbum dubiæ significacionis urgeamus: sed eo contenti simus quod certum est, Christum, interea dum speratur ultima rerum omnium instauratio, non alibi quam in celo querendum esse: quia remotus à nobis erit, donec mentes nostræ mundum transcedant.

V S Q V E A D T E M P O R A R E S T I T U T I O N I S.) Quantum ad vim & cauſam pertinet, Chriſtus iam morte ſua omnia reſtituit: fed eſſetus nondum plenē extat: quoniam reſtituto illa adhuc in curſu eſt, adeo redemptio quando adhuc ſub oncie ſeruitus geminiſ. Sicut enim duntaxat in hoc aum est chriſti regnum, & in diem ultimum diſſertur eius perfectio, ita & que illi annexa ſunt, tantum diſcretiā ex parte nunc apparent. Ergo, ſi multa hodie in mundo conuifa cernimus, erigat nos ac recrēat fiducia iſta, quōd aliquando adueniet chriſtus, vt in integrum omnia reſtituat. Internū ſi videntis haere in nobis peccati reliquias, ſi vndique obfelli ſumus variis miliariis, ſi mundus diſſipatione plenus eſt, deſteamus quidem mala iſta, ſic tamen vt ſpes iuſtauſionis nos ſuſtineat. Atque hæc ratio eſt, cur non statim apparet Chriſtus, quia nondum completa eſt Ecclesiæ militia, cui p̄fixum à Deo tempus anteuertere noſtrum non eſt.

Quae loquuntur est.) Non de temporibus solum interpretor: sed ad totum complexum refero: ut sensus sit, Quicquid de regno Christi prius differuerat, testimonium à Prophetis omnibus habere. Hinc certè non pa-
sum fidei accedit Evangelio, quid ex quo se manifestare cœpit Deus mundo, christum semper proponit: ex
quo coepit Patribus loqui, semper hoc posuit doctrinæ fundamentum. Eodem argumento Paulus tam initio
Epistole ad Romanos, quam in clausula, Evangelium commendat, quid scilicet novum non sit, sed ab ultima
estate promissum. Hæc vera antiquitas est quæ doctrinæ fidem conciliat: ubi Deus ipse author: sancti Prophetæ
sunt testes: & continua temporis series testimonium confirmat. Hæc confirmatio præterim apud Iudeos ne-
cessaria erat, qui in Legi doctrina educationi, nihil nisi illi confessantem admittere debebant. Itaque, recogno-
scere eam, et eam unius Parsim, quæ a Christo testari sunt Prophetae.

22 Moses quidem ad Patres dixit: Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris. Hunc me eum audietis secundum omnia que loquetur vobis.

23 Erit autem ut omnis anima qua non audierit Prophetam illum, deleatur e populo.

23. Et iam omnis anima quae non audierit prophetam hanc, invenient eam populo.
24. Et omnes quidem Prophetae à Samuele, & deinceps quicunque loqueri sunt etiam prænuntiantur dies istos.

22 Hoc argumento probat, se defectionem à Moysi non ingerere, quia pars Legis sit docilem se & morigerum præbere huic summo doctori. Dubitari posset, cur hoc Mosis testimonium præ alias citandum Petrus censuerit, quium multa alia in promptu forent magis illustria: sed hoc ideo fecit, quia hic de autoritate doctrinæ agitur. Hic autem legitimus ordo erat, ut Iudei aduceret christo discipulos. Nam fructu de aliis omnibus concionatus esset, nisi persuasum habuissent, reverenter et excipiendo esse eius doctrinam. Hoc ergo efficeret vult Petrus, ut christum libenter, tanquam ordinatum sibi à Deo magistrium, audiant. Sed altera qualitas hic occurrit multò difficultior: Quid scilicet Petrus ad christi personam accommodat, quod in genere dixerat Moies de Prophetis. Tametsi enim Prophetam nominat singulare numero, contextus tamen claret indicat, non de uno tantum haberi sermonem: sed indefinitè nomen hoc ponit. Postquam enim vertutem Moies ne populus, Gentium superstitionibus se dedat, declinando ad magos & ariolos, simul remedium ostendit quo sibi ab omnivaniate caueat: nempe, si torus pendeat ab unico Dei verbo. Hac ratione promittit Deo cursu furum, ut Prophetas semper habeat, qui ritè eum doceant. Ac si diceret, Deus nunquam vos Prophetis destituit, à quibus discatis quicquid erit vobis vibile cognitum. Et nominat dicit Moies, & F R A T R I B U S tuis: ut sciens Iudei non aliunde petenda esse Dei oracula, quum Deus ex genere Abraham doctores illis destinasset. Addit præterea, si c v t m e: ut sciens non vno duxerat tempore, nec per eos vnius hominis audiendum esse Deum: sed quemadmodum continua exatuum serie per variis ministros Deus nos docere pergit, ita in obedientia Verbi pergendum nobis esse. Iam ad Mosis reverentiam assueti erant Iudei: itaque Prophetis eundem honorem conciliat. Scio quosdam multum laborare, ut ad Christum restringant. Attingunt verbum istud, Quid Mo-

Deut. 18. c. rem conciliat. Scio quoddam multum labore, ut ad Christum referriantur. Arripiunt verbum itud, Q[uod] Mo-
ses Prophetam similem sibi fore testaruntur: quoniam scriptum sit, nullum tamē resurrexisse. Eatoe eandem
15. similitudinis notam vitroque loco ponit, sed diuerso sensu. Nam secundo loco paritas vel equalitas exprimitur,
quemadmodum clarè appetet. Arripiunt etiam aliud, Q[uod] Moses futurus sit excellentior Propheta, cui ille te-
stimoniūm tanquam p[re]aco reddit. Sed hoc nihil magis est validum: quia simpliciter fidem verbo Dei al-
ferente vult Moles, per quolcumque afferatur. Non est ergo cur nos Iudei ridendos propinuenimus, violenter
torquentes Moysi verba, quasi solum christum hic designier. Videndum est tamen, an ap[osto]le adductum sit
Heb. 1. 2. 1. 2 testimoniūm à Petro, cuius authoritas pro solida ratione nobis esse debet. Dico, in Petri sermone nihil es-
Mal. 4. b. 4. se quod non optimè conueniat. Vedit enim quod inter omnes confessum esse decet, sic pertinere hoc elo-
gium ad alios Prophetas, ut tamen præcipue Christum commenderet, non modò quia Prophetarum omnium
est principes, sed quod in ipsum dirigebantur omnes superiores prophetie, & quod tandem Deus per
os eius absoluere loquitus est. Nam Deus multis variis modis loquitus olim Patribus per Pro-
phetas,

phetis, tandem vicitis diebus in Filio unigenito clausulam apposuit. Ideo factum est, ut aliquot ante addendum eius regula, Prophetis carerent: quod per prophetam ex Malachia verbis colligitur: qui postquam iussit populum esse me nomen Legis, statim ad Ioannem Baptizatam & christum transfigit: ac si diceret, finem iam impunitum esse prophetis, donec veniat ultima revelatio: secundum illud, Lex & Prophetæ vulgo ad Ioannem: ex eo euangelizatur regnum Dei Idque adeò tritum erat in populo, ut mulier Samaritana ex fama & opinione communis diceret, Scimus Meilum venturum, qui nos docebit omnia. Itaque, videmus à reditu populi cessasse omnes Prophetas, ut antei, ergo silentio vel recitationum intermissione, ad audiendum christum redderetur. Non ergo locum hunc deorsum Petrus, vel eo per inficiam abusus est, sed receptam apud omnes doctrinam loco principijs sumpsit: quid Deus f. sibi populi suorum doctorem, politicius esset, inquit per Prophetas velut intermedios, sed precipue tandem per christum, à quo plena & solida omnium manifestatio speranda erat. Quod pertinet insigne illud eologum quo Pater cum commendat, dicens, ipsum audire.

23 O V N I S A N M A . Hic grauissima adulterii rebellis poena sanctitur, Prophetarum quidem omnium, sed miximē christi authoritas. Et meritoriam quam deus verbo suo nihil pretiosius habeat, fieri non potest, ut id patiatur impunè contemni. Itaque, si quis Legem Moysis abiiceret, edita era capitalis poena. Atque hoc relisperit Moses, quem dixit, Exterminabitur è populo. Nam sibi deus haec lege adoptauerat Abrahæ genus, ut hoc ad summam felicitatem luficeret, reputari in illo numero: sicut in Psalmio dicitur, Beatus populus cui Iehoua est Deus. Et alibi, Beata gens quam sibi in hereditatem elegit. Quare minime dubium est, quoniam pronuntiet deletum iri ex lieto vite, qui quis christum audire recusaverit. Censeri enim in Ecclesia non meretur, qui eum magistrum repudiat, per quem tolum Deus nos docet, vulnusque à nobis auditum: & le à corpore abscondit, qui subiecti recularat.

24 E T O M N E S Q U I D E M .) Quum dicit, Omnes uno consensu Prophetas suos discipulos ad christum mittete, hinc melius constat quod dixi, contineri sub illo Mosis testimonio Euangelii commendationem, adeoque præcipue notari virtutem Prophetarum clausulam. Deinde, hoc ad Euangelium certitudinem non parum valet, quod Prophetæ omnes loiga temporum successione, uno tamen consensu docendi formam sic temperant, ut similitudine mutuus quidam & perfectius perandum est. Proinde, quisquis Mosi & Prophetis credit, necesse est Ioh. 5. 47. vt Chaldae doctrine se subiciat, sine qua mucilum est quicquid ab illis sicut prodicatum.

25 V O S E S I S F I L I I P r o p h e t a r u m , & t e s t a m e n t i q u o d s t a t u i s D e u s a d P a t r e s n o s t r o s , d i c e n s a d A b r a h æ , E t i n c i n e t u o b e n e d i c e n t u r o m n e s f a m i l i e t e r r e .

26 V o b i s p r i m u m D e u s e x i t a i t F i l i u m s u m J e s u m , a c m i s t e m b e n e d i c e n t e m v o b i s , d u m v a n u m q u e m p e c c a t u r a b i n i q u i t a b i s j u i s .

26 **A D V E R S E R Y D O M I N Y M E T C H R I S T Y M E T Y V S .**) Hoc verbo docet Spiritus, eos omnes qui Christo sub- lici reculant, bellum a Jherusalem Deum suscipere. Hoc quidem ipsi sepe non cogitant: sic tamen res habet, quia Deus non nisi in Filio sua persona regnare vult, eius imperium à nobis excuti, quoties sumus Christo rebelles. Quemadmodum in pronunciari Dominus ipse apud Ioannem Quisquis non honorat Filium, neque Patrem honorat. Quare & milites profiteantur hypocritae libi nihil minus esse in animo, quam Deo belum inferre, sentient Deum sibi professum hostem, nisi Christum cum suo Euangelio amplectantur. Duplex est huius doctrinae virus. Nos enim aduersus omnes carnis terrores munis, quia minime timendum est, ut Deo sint superiores, qui Euangelium oppugnant. Ruisus cauendum est, ne piz doctrinæ contemptu, aduersus Deum effranciatur in nostram perniciem.

27 **C O N V E N E R V N T I N H A C V R B E .**) Hoc vaticinium euentu fuisse comprobatum referunt, quod certius in eius fidem recubant. Sensus enim est, Domine tu dixisti, & nos re ipsa experti sumus verum esse. Recu- uocant autem in memoriā quod quadriennio ante vel circiter, gestum fuerat. Sic rerum, quæ prædictæ sunt, euentus, ad fidei nostre confirmationem applicare conuenit: sed quia tunc longè alter videri poterat res cel- sis, quia Psalmus pronuntiet, quando non frustra tumultuati erant hostes, nec iriti fuerant eorum imperius occiso Christo, & eorum violencia formidabili modo deinde grassata erat: hoc scandalum auertant fideles: ac hostes nihil plus potuisse dicunt, quam Deus statuerat. Ergo vicunque Christum morte exti: cùm putarent impij, ac iam inanes sibi triumphos canerent, fideles tamen agnoscunt fracta tumultuatos esse. Ceterum, queri potest, cui Genites & populus Israel nominet, quam unum esset corpus. Puto hic notari regionum varietatem, ex quibus ad diem sicuti Iudei fluxerant: ac si dictum esset, Iudeos ex diuersis locis oriundos, quasi concusci facti, aggressos esse Christi regnum, effectu tamen caruisse eorum futorem.

S A N C T Y M F I L Y M T V M .) Idem est nomen apud Graecos, quod nuper seruum reddidi, quum siebat Davidis mentio: misle enim illi nunc Seruum appellant, nunc Filium. David autem ideo sic vocatur, quia tam in regendo populo, quam in Prophetæ officio, fuit Dei minister. In Christi autem persona melius quadrat Filii nomen, nisi forte cui magis placeat, Lucam in significante ambigua vocis, voluisse ad similitudinem alludere quam habuit David cum Christo. Nominatim dicitur Deus Filium suum vxoris, ut in ipsum vel è competat quod in Psalmo habetur: vngendo enim eum, consecravit Deus in Regem. Simil tamen norandum est quale fuerit vunctionis genus: scimus enim non visibili oleo, sed Spiritu sancto fuisse vncum.

28 **V T F A C E R E N T .**) Quorsum hoc dicatur, iam exposui: adeò scilicet illa coniuratione non enersum fuisse Christi regnum, ut tunc verè effloruerit. Hic tamen continetur insignis doctrina: Deum arcano suo consilio sic moderari omnia, ut per impios etiam exequatur quod statuit. Non quod sponte illi manus ad tale ini- nisterium prebeat, sed quod eorum consilia & conatus retrosum agit: ut distinetur hinc æquitas & summa re- strictio, inde scelus & iniquitas appearat. Quia de re plenius tractauimus capite secundo. Obiter hic discimus sic considerandam esse nobis Dei prouidentiam, ut sciamus summam & unicam esse moderatricem omnium

guz in mundo aguntur: sc̄no eius Diabolum & omnes impios cohiberi, ne quid nobis noceant: quum maximè insultant, non tamen solitos esse, vt faciant quicquid libue sit, sed aliquatenus modò laxari illis frenum, quod expedit ad nos exercendos. Qui solam Dei præsentiam agnoscunt, non autem fatentur omnia genia eius arbitrio, facilè coaguntur his verbis, Quod Deus præordinaverit fieri quod factum est. Imò Lucas non contentus constat in nomine, MANVM quoque expressi: impropriè id quidem, sed ut clarus ostenderet, non tantum gubernari Dei consilio rerum euentus, sed virtute etiam manuque ipsius temperari.

29 ET NUNC DOMINE.) Reclamè ad se extendunt quod de christo citarunt: quia non vult ab Euangelio separari: modò quidquid molest & infestur suis membris in personam suam transfert. Petunt autem ut Dominus hostium securitatem reprimat: fed non tam id sua causa ut quiete & sine molestia vivant, quam Euangelij propagandi studio. Neque enim optabilis fuit illis vita, quam delecta vocatione in ocio consumerent. Addunt enim, DA SERVITIS tuis Domine, ut confidenter loquantur. ceterum, notanda est hæc locutio, ut Dominus minus relipiat. Nam quum eius proprium sit minus superbis restituere, & eorum deinceps superciliosa: quo insolens uscī iactant, non dubium quin magis prouocent in se iram Dei, & quin Deus ipse tanta indignitate offendit, remedium afferre velit. Sic Ezechias ut opem in rebus extremis impetraret, arrogantiam Sennacherib & atroces minas in medium profert. Quare hostium crudelitas & contumelias, studium precandi in nobis potius excitant, quam debilitate nobis animos, quo minus in officiis nostri cursu pergamus.

30 DA SERVITIS TUIS.) Quum tantopere hostes irritasset miraculum unum, quomodo sancti homines noua quotidie fieri optant: Hinc ergo colligimus quod iam attigi, tanti esse illis Dei gloriam, ut præ hac lūisque déque reliqua omnia habeant. Vnum hoc spectant, illustrati miraculis Dei virtutem, quod p̄s semper est optabile, etiam si rumpantur aduersarii, & toti inferi in tabernaculo ebulliant. Idem & de loquendi fiducia sentendum est. Sciebant nihil minus ferre impios posse, quam liberum Euangelium cursum: sed quia vita doctrinam esse norunt, qui in Deo vult publicari, quicquid accidat: eius predicationem, quia Deo grata est, aliis omnibus indubie preferunt. Ceterum, docemur tunc ritè ut decet à nobis agnosci: Dei beneficia, si hac occasione ad precandum stimulamur, ut confirmet quod ceperit. Specimen heroicæ fortitudinis ediderant Apostoli: nunc tursim forant ut in Eph. 6. d. 19 struant fiducia. Sic Paulus fideles rogat, ut sibi aperiotionem oris à Domino petant, quum tamen vbique vox eius personaret. Proinde, quod magis nos à Domino adjutos esse sentimus, dicamus nouos in posterum progressus petere: prius tamen quum libera Euangelii confessio singulare sit eius donum, assidue rogandus est, ut in ea nos retineat.

31 ET QVAM PRECATIONES SINT.) Iam narrat Lucas non modò exauditanus fuisse hanc prectionem à Deo, sed visibile signum è celo datum esse, quo id testatum fieret. Loci enim concusso per se nihil profusset: verum in alium finem tendit, ut fideles Deum sibi adesse sciant. Denique, nihil quām diuinæ præsentiæ symbolum est. Frustratus autem sequitur, quod omnes Spiritu sancto replete sunt, ac maiore donati fiducia. In hoc secundo membro magis inhibere conuenit. Nam quod tunc concusione loci virtutem suam testatus est Deus, rarus fuit & extraordinarium: quod autem ex effectu apparuit impetrasset discipulos quod petierant, hæc perpetua est orationis vertilitas, quae etiam nobis in exemplum statuitur.

32 Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una: & nemo quicquam eorum que possebat, dicebat esse suum, sed erant illis omnia communia.

33 Et magna virtute reddebat Apostoli testimonium resurrectionis Domini Iesu, magnaque graia erat super omnes ipsos.

34 Nemo enim inter ipsos egens erat. Nam quotquot erant possessores agrorum vel domorum vendentes afferebant eorum que vendita erant, pretia.

35 Et ponebant ad pedes Apostolorum. Distribuebatur autem singulis quantum cuique opus erat.

36 Iosephus autem cognominatus Barnabas ab Apostolis (quod est filius consolationis) Leuita, Cyprus genere.

37 Quum illi esset ager, vendidit pecuniam, posuitque ad pedes Apostolorum.

38 MVLITUDINIS.) Hic tria laudantur: quod animis inter se coniuncti fuerint fidèles: quod mutua fuerit inter eos bonorum communicatio: quod Apostoli in afferenda Christi resurrectione fortes & strenui fuerint. Dicit COR UNUM fuisse in multitudine: quia hoc longè præstantius fuit, quam si pauci homines mutuum consensus haberent. Ante hac autem narravit creuisse Ecclesiam vñque ad quinque millia. Quod ergo non parum est difficile, concordiam in tanto numero regnasse dicere. Et sanè ubi regnum habet fides, animos ita conciliat, ut idem omnes velint & nolint: hinc etenim discordia, quod non regimur eodem Christi Spiritu. CORDIS & ANIMA nominibus, fatis notum est volunt: item indicari. Quia verò lepe improbi in malum conspirant: ideo sancta fuit & laudabilis haec concordia, quia viginti inter credentes.

NEMO QVICQUAM EORVM.) Hoc secundum est membrum: quod charitatem externis officiis coluerint. Quamvis porrò fuerit bonorum communicatio, mox videbimus. Hoc nunc in contextu Lucas notare opera præsumit est, quod præcedit interior animorum unitas, et quam radix, sequitur deinde fructus. Et sanè hic ordo inter nos valere debet, ut sincero cordis affectu nos vicissim amemus, deinde ut caritas nostra in externos effectus se proferat. Nam & externa beneficentia nisi oriatur ex corde, nihil est coram Deo. Et frustra de recto affectu gloriamur, nisi in externis officiis appareat eius testimonium. Subindicat etiam Lucas non fuisse concordes proprie tæ utilitatis respectu, quum duities liberaliter sua erogando, nihil minus quam lucrum caparent.

39 ET MAGNA VIRTUTE.) Hoc tertium membrum ad doctrinam spectat. Significat enim Lucas, adeò non immunitum fuisse tali seruorem in Apostolis, ad prædicandum Euangelium, ut noua potius illis virtus accesserit. Quod solam christi Resurrectionem nominat, est Syncedoche: hæc enim pars pro toto Euangelio ponitur. Sed de sola resurrectione ideo meminit Lucas, quia est veluti Euangelij complementum: deinde quod eius causa nuper sustinuerant graue certamen, & eam ægerimè ferebant Sadducei, qui tunc rerum potiebantur.

MAGNA VTE GRATIA.) Significat non parum hoc valuisse ad doctrinam propagationem, quod benigne pauperes iuuando, apud alienos quoque gratiam acquirerent. Amabiles enim fuisse dicit, et quod benefici essent. Itaque

CAPUT V.

37

que in his verbis, NON ERAT quicquam egens inter eos : est causa redditio. Quanquam dubium non est quia probitas etiam & temperantia & modestia & tolerancia & aliae virtutes, multorum flexerunt animos ad benevolentiam. Postea quilibet heretica bonorum communicatio quam artigerat, facies exponit: quid latenter a grossis suis ac domos vendiderint diuties, ut patrum inopiae succurrerent.

34 Nam QVOTQVOT ERANT.) Quanquam universalis est locutio, non tamen plus valet quam indecisa. Et certè probable est fuisse multis qui possefiones suas non attigerint, idque ex contextu potest colligi. Nam mox quoniam de Iose loquitur, non dubium est quin memorabile p̄x alii exemplum notare voluerit. Ergo omnes faciliter dicunt, quod passim à multis habebant. Neque hoc abhorret à communī Scriptura vnu. Deinde non intelligit fideles vendidisse qui quid habuerint, sed quantum exigebat necessitas. Amplificandi enim causa hoc dictum est, quid diuties non ex anno tantum agrorum prouentu leuiat fratrum inopiam, sed cōtique fuisse liberales, ut ne agris quidem peperceant. Hoc autem fieri potuit, etiam si se non spoliarent in toto, sed aliqua ex parte redditus suis minorarent. Quid rufum ex verbis Iuce colligere licet, nam finem hunc exprimit: ut nemo egeret. Similiter ostendit, adhibitan fuisse prudenter: qui diligebat quoniam cuique opus erat. Non ergo aequalis fuit bonorum partitio, sed moderata dispensatio, ne quis egestate ultra modum premeretur. Atque hoc sordē titulo nominatio laudatur Iose, quid agrum vendens, quem solum habebat, nam ita alios omnes vicit. Hinc apparet quid valeat illud, quid nemo sibi quicquam proprium esse duxerit, sed habuerint omnia communia. Neque enim sibi quicque priuatum suum habebat, ut eo solus feneretur, aliis neglegat: sed prout necesse esset, parati erant in commune conferre. Jam vero plusquam ferrea nobis viscerat esse oportet, quod non alter huius historiae lectio afficiatur. Tunc fideles de suo abunde largebantur: nos hodie non contenti maligne supprimere quod in manu nostra est, aliena crudeliter rapimus. Illi simpliciter & bona fide suam proferebant: nos mille excoigitamus obliquas artes, quibus omnia hinc inde fraudulenter ad nos trahamus. Illi ad pedes Apostolorum offerebant: nos sacrilega audacia, quod Dico oblatum erat, predari non veremur. Vendebant olim suas possefiones: nunc infatibilis regnat emendi cupiditas. Tunc quod proprium erat singulis, commune egens faciebat charitas: nunc tanta est quoniam inhumanitas, ut communem terrae habitationem, cōmūnem aqua, aëris, & celi vsum p̄ imperib⁹ inuidet. Quare, hec in pudorem ac dedecet nostrum scripturam. Quanquam pars huius mali in iphis p̄ imperib⁹ resideret. Nam quoniam talis bonorum communicatio esse nequeat, nisi ubi viget pius consensus, regnat que cor viuum & anima vna: tantum a multis reperitur superbie, vel ingratisudinis, vel ignorantie, vel rapacitatis, vel hypocritie, ut benefaciendi studium non modo extinguitur, quantum in se est: sed facultatem prohibeant. Et tamen memoria tenenda est illi Pauli admonitio, ne beneficiando fatigemur. Ceterum, quid hoc pretextu nostro tempore tumultuati sunt Anabaptistæ & fanatici homines, quasi nulla ciuitatis debeat esse bonorum proprietates inter Christianos, hoc delirium breviter iam refutauit. capite. Nam neque hic viauensis legem praescrigit Lucas, quam necesse habeant sequi, dum recitat quid egerint illi, in quibus singularis quædam Spiritus Dei efficacia se exeruit: nec sine exceptione de omnibus loquitur, ut possit colligi, non fuisse pro Christianis habitos, nisi sua omnia venderent.

CAPUT VI.

1  IR autem quidam, Ananias nomine, cum Sapphira uxore sua, vendidit possessiōnem,

2 Et subduxit de pretio, conscientia etiam uxore sua: & partem offerens, ad pedes Apostolorum posuit.

3 Dixit autem Petrus: Anania, cur impleuit Sathan cor tuum, ut mentireris? Spiritui sancto, ^{vel, spiritu sanctum.} & subduceres ex pretio agri?

4 Annon manens tibi manebat? & venditus, in tua erat potestate? Qui factum est, ut in corde tuo hanc rem posueris? Non mentitus es hominibus, sed Deo.

5 Ananias audiit his sermonibus, cadens expiravit. Et factus est timor magnus super omnes qui hec audierant.

6 Porro iuuenes qui aderant, collegerunt eum, & effentes sepelierunt.

1 Quæ hac tenus retulit Lucas, coetum illum qui sub Christi nomen collectus fuerat, Angelorum magis quād hominum esse ostendebant. Illa quoque incredibilis erat virtus, quid se ultro spoliabant dimittes non pecunia tantum, sed etiam fundis, ut pauperibus succurserent. Nunc vero ostendit, Sathanam fraudem excoigitasse qua penetraret in sanctum illum coetum: idque tam præclaræ virtutis pretextu. Miser enim habet flexus hypocrisis, quibus insinuat. Hac autem adoritus Sathanas Ecclesiæ Dei, vbi aperto macto nihil proficit. Sed consilium Spiritus sancti hic maxime spectandum est. Testatum enim hac historia voluit, primis, quām gratia sit Deo cordis sinceritas, & quām abominationis fucum & prauam simulationem hubeat: deinde quantopere illi probetur sancta putaque Ecclesiæ sue politia. Nam præcipuum caput est poena, quam Deus Ananis uxorię eius inflxit. Eius grauitas ut horrorem tunc omnibus incusit, ita nobis testimonia est, per fidiam hanc non posse ferti à Deo vbi mentiendo faciliat, quæ nulla est, cum eo contemptum ludimas. Nam si post expensas omnes circumstantias, summan quæsumus: non aliud crimen in Anania damnat Lucas, quād quid facta oblatione, Deum & Ecclesiæ fallere voluit. Sed in hac fictione plura mala suberant: contemptus Dei, quem sui prauitatis consciū non revereretur: sacrilega fraudatio, quia partem ex eo subducit quod sacram esse Deo profitebatur: peruersa vanitas & ambitio, quia posthabito Dei iudicio, hominibus se venditat: infidelitas, quia hanc viam illicitam non aggressus esset, nisi Deo diffusus: p̄i sanctique instituti corruptio: ipsa porro hypocrisis magnum per se erat malum. Accedit hoc quoque obstinata mentiendi audacia. Præclarū in speciem & memorabile erat factum Ananis, etiam diuidim tantum partem agri sui dedisset. Neque hec parta est virtus, hominem diuitem ex quo sua cum pauperibus partiri: sed abominabiles sunt Deo impio-^{fatu.} rum victimæ: nec quicquam illi gratum esse potest, vbi absit cordis simplicitas. Hinc sic ut duos asiles à viduā ^{luc.} oblatos pluri exstinet Christus, quām ingentes aliquot summas, qui ex magnis aceruis erogant. Hec, causis ^{ad.} est cur tam seueræ vltionis exemplum Deus in Ananias ediderit. Nunc singula persequamur. pos vir ad pedes A.

postolorum. Vide quid ambitio facit. Pudet Ananiam non haberi vnum ex optimis, quamvis ergo pecunia sit cupidus, ut famam acquirat inter homines, facultatem suarum parte se priuat. Inter ea non cogitat le in Dei conspectu mentiri ad fallere, & Deum hujus mendacij fore violorem. Ita sit, vt pedes Apostolorum magis honores, quam Dei oculos. Quod magis caendum est, ne in recte agendo theatri plausum appetamus: nec verò frustia admonet Christus, vtile esse quum damus eleemosynam, nescire manum sinistram quid faciat dexteram.

5 DIXIT AVTEM PETRVS.) Vnde Petrus comperta erat fraus Ananiz: Procul dubio ex reuelatione Spiritus. Significat ergo Lucas, Apostolos sustinuisse quodammodo Dei personam, cuiusque vice functos esse. Quod si Dei Spiritus per os hominis mortalis ita præcise vrget hypocritam, specioso a iocu virtutum colore fucatum, quomodo vocem ipsius Dei cum tubæ clangore, reprobi sustinebunt, quum ad eius tribunal ventum fuerit? Porro, sua interrogatione Petrus criminis atrociter designat, vbi dicit, c o r Ananiz fuisse impletum à Sathanæ. Nemo enim est cuius cor non pungatur stimulis Sathanæ: obrepunt enim singulis multæ tentationes, & in eorum animos penetrant: sed vbi Sathan, cor occupat, regnum, veluti expulso Deo, obtinet in toro hominem. Hoc reprobi hominis signum, Sathanæ sic adduci, vt Dei Spiritus nihil loci habeat. Quod de mendacio sequitur, duplum habere sensum potest: vel quod falsè pte se tulerit Spiritum, vel quod in Spiritum mentitus sit. Et certe ad verbum est, SPIRITUS VIRG mentiri: sed quoniam Græcum verbum φάσας duplici accusatiuo iungatur, idque contextui melius conueniat, ego quoque huc magis inclino, reprenendi Ananiam, quod d Spiritu sancto perfidè illuserit, quod paulo post confirmat, exprobans quod Decono non hominibus mentitus sit. Quod magis caendum est, ne dominetur in nobis hypocrisis: cuius propria est ista improbitas, velut Deum fallere, & veluti cornicem propteribo dicunt, configere oculos: quod sine indigno ludibrio fieri non potest. Quare, non immerito dicit Petrus, vbi hoc fit, cor à Sathanæ esse possit. Quis enim nisi omnis sanx rationis expers, tam contumeliosus in Deum esse auderet? Ideo Petrus quasi de prodigo interrogat: quoniam horrenda est eiusmodi cecitas.

4 ANNON MANEN.) Culpano exaggerat, èd quod nulli necessitate impulsus peccauerit. Nam quum nec hac quidem satis iusta sit excusatio, aliunde fuisse incitatum, quanto deterrit est sponte ad malum ruerre, & quasi data opera sibi accicerere Dei vindictam? Ceterum, hinc colligimus, nulli fuisse impostam legem sua alienandi. Petrus enim liberam fuisse Ananiz potestatem dicit tam retinendi agri, quam feruandæ pecunia; quia in secundo membro Ager venditus pro ipso pretio capitur. Ergo suum retinendo, fideliis nihilominus habitus fuisse. Vnde patet, omnino freneticos esse qui fidelicibus licete negant quicquam habere proutum.

NON MENTITVS ES HOMINIBVS.) Tametsi diuersa est verborum syntaxis, non tamen dubito quin superiorem sententiam confirmet. Nam hypocrita tot le inuolucris tegunt, vt putent sibi non esse cum Deo negotium. Nominatio vero sic Petrus loquitur, quia fucum Ecclesiæ fecerat Ananiz. Atqui, re-

Mat. 18, 20. putare debuerat, Vbi duo aut tres congregati sunt in Christi nomine, illic cum adesse presidem: nec Iesus in eo coetu se gerere, quam si Deum oculis cerneret. Nam quum in Ecclesia regnare velit Deus, si quid illi reuerentia defetimus, religiose colendum à nobis est imperium illud quod verbo exercet. Homines quidem erant Apostoli, sed non priuati homines: quia Deus illis vices suas mandauerat. Notandum preterea est quod Decono mentiri dicit, qui Spiriuitu sancto mentiatur. Nam hac loquendi forma claram asseritur Spi-

1. Cor. 3, 17. ritus sancti diuinitas. Eodem etiam modo Paulus: Tempa Dei estis, quia Spiritus eius in vobis habitat, 1. Cor.

16 & d. 17. Corinth. tertio capite.

& cap. 6. 5 ANANIAS AVDITIS HIS.) Mors Ananiz verbi efficaciam, quam magnificè extollit Paulus, re

d. 9. 2. Cor. 2, 3. ipsa comprobat: nempe quod sit odor mortis in mortem is qui pereunt: 2. Corin. 2. Loquitur quidem de

26. spirituali animæ morte, sed in corpore Ananiz, eius pœna que oculos hominum fugit, visibile fuit symbolum.

Non gladio, non vi, nec manu occisus fuit, sed solo vocis auditu extinxetus. Hoc quum audimus, terreant nos Euangelij mina, & mature humiliant, ne experiamur ipsi quoque similiem effectum. Nam quod de

Esa. 11, 4. Christo prædictatur: Spiritu ori sui interfecti impium: non modò ad caput impiorum, sed ad singula etiam

membra pertinet. Etenim qui oblatum in verbo eius salutem respulunt, illi mortiferum esse oportet, quod suæ naturæ salutare erat. Si cui autem absurdum videtur, Apostolum corporalem pœnam sumpsisse: pri-

1. Cor. 11. 4. mò respondeo, hoc fuisse extraordinarium: deinde, hoc fuisse vnum ex donis Spiritus: que madmodum ap-

b. 10. parat ex 12. prioris ad. Corinth. cap. Quaratione postea videbimus, ex parte percellum fuisse à Paulo Ely-

A&t. 13, b. 8. mam magum. Nihil ergo à munere suo alienum egit Petrus quoni telum sibi à Spiritu sancto datum, in tem-

pore exeruit. Quod autem nonnulli nimis crudelē fuisse pœnam arbitrantur, hoc sit, quia sua, non Dei tru-

tina ponderantes Ananiz peccatum, pro leui delicto habent grauissimum crimen, quod tot sceleribus scatere ostendimus. Alij hoc fabulosum ducunt, quia quotidie plurimos hypocritas impunè vident euadere, qui

Deum non minoriludibri habent quam Ananiz: inò quia ipsi quum sine crassissim Dei contemptores, lue-

tamen impietatis pœnam non luunt. Sed quemadmodum visibiles inò gratas in Ecclesiam suam Deus effu-

dit, vt certò sciamus illum arcana Spiritus sui virtute nobis ad futurum: inò palam externis signis exhibuit, quod

nos intus fidei experientia sentimus ita visibili duotorum pœna testatus es, quam horribile hypocritas omnes

iudicium maneat, qui derisivi ipsum & Ecclesiam habuerint.

ET FACTVS EST TIMOR. Hoc Domini consilium fuit, vnius pœna metum reliquis incutere, vt religiosos ab omni fictione abstinerent. Et quod refert Lucas, illos timuisse, ad nos quoque pertinet.

Nam commune seculis omnibus documentum tunc edere voluit Deus: vt cum eo sincere agere omnes dis-

cent. Interim pios animare debuit huius scelerari pœna quod liberalius in posterum sua Deo & pauperibus

confereant: quia colligere poterant: quam pretiolæ essent Deo eleemosyna quarum profanatio tam grauitate

castigata fuerat.

7 Præteriit autem circiter trium horarum spatiuum, quum vxore eius nesciens quid factum es-
set, ingressa est.

8 Dixit autem illi Petrus, Dic mihi, tantine agrum vendidisti? Respondit illa, Certe tanti.

9 Petrus autem illi dixit, Quid hoc es? quod inter vos conuenit ad tentandum Spiritum Do-

mini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum ad ianuam, quite efferent.

10 Cecidit autem exemplo ad pedes eius, & expirauit. Porro innenes ingressi inuenerunt

eam mortuam, & elatam sepelierunt iuxta virum suum.

11 Factusque est timor magnus super totam Ecclesiam, & super omnes qui hec audierunt.

7 Poena

7 Poena quam Sapphira irrogauit Deus, nihil nouum continet: nisi quod inde accepit maior confirmatione ad exemplum. Factum autem est certa Dei prouidentia, ut perfidum & obstinatum malitiam scorum Ecclesia perspicceret. Quin in pari esse causa, potuit una simul haberi cognitio: sed hoc ad Ecclesie confirmationem aptius fuit atque utilius, ut propriam impietatem apertius vterque proderet. Neque enim mariti conspectus, ut sepe fieri solet, Sapphira fuit singendi causa, ut pudori adscribi posset delictum sed honestate, nec aliunde iurata, marito nihilo melior appetat: pri quoque menteundi improbitas, quum ex Petri interrogacione fraudem videat deprehensam.

8 D I C M I H . I.) Videmus ut non subiecto impetu a poenam Deus profiliat, sed iustum prius habeat examen: ne vindictam sumat nisi de obstatatis, & qui sibi veniam praecident. Nam quum Sapphira rem iheres esse occultam, hac Petri interrogacione percelli debuit, non lecus ac si ad Dei tribunal citata esset. Tempus illi ad resipiscendum datur: immo, huc quasi placida est ad penitentiam invitatio: Ista autem securè pergendo, se insanabilem ostendit: quia nullo Dei timore afficitur. Atque hinc docemui studiose laborandum esse, ut in viam peccatorum redeant. Hanc enim moderationem tenet Dei Spiritus: sed ubi ad crimen accedit perverbia, & perverbia Dei contemptus, iam matrum est tempus poenae. Nimirum ego arroganter illi, quibus displicet inmodicus Dei rigor. Nostrum est potius meditari, quomodo olim statim lumen ad eius tribunal. Quanquam hoc est sacram eius numen nimum despiciere, si volumus sucum illi impunè fieri. Præterea, tot illæ circumstantiae quas prius collegi, non una morte dignos fuisse Ananiam & Sapphiram latè superque probant. Nam primùm hypocritis per se sumopere abominabilis est Deo: deinde, quod inducent in animum Deo mentiri, hoc nascitur ex maximo contempnu. Quod Christum non reverenter in suorum cœtu præsidentem, impetas est cum impudentia coniuncta: quia modò probram & dedecus effugiant apud homines quibus se verdicare statuerint, fuisse déque illis est manifestum scelus Deo negare. Quod pertinaciter negant suum peccatum, hic est veluti summus cumulus. Quod autem innumeris hypocritæ quotidie Deo & Ecclesiæ non minus illudunt, qui tamen morte non plectuntur, iam dixi cur non debeat videi aburdum. Quum Deus sit vincus mundi index, eius est singulos punire suo arbitratu, quando & quomodo visuri est. Quare, ceut illi pecuniarum modum prescribere fas non est. Sed in corporali duorum poenam, tanquam in speculo, spiritualis iudicij, quod adhuc occultum est, gravitas nobis propria fuit. Nam si reputamus quid sit procul in ignem æreum, non iudicabimus hoc extrellum malorum esse, cadere mortuum coram hominibus. Vide caput decimum prioris ad Corinth.

9 A D T E N T A N D V M S P I R I T U M .) Alia locutione idem quod prius designat: nempe, quod irreli-^{1 Cor. 10:23} giosè & contemptum ludebant cum Deo. Sed eos T E N T A S S E Sp̄ritum dixit, quia fraudem suam securè compulerant, ac si Dei Spiritus non esset cordium cognitor. Nimirum enim concordia fuit, quoniam alter alterum sceleris sui conscientiam faceret, quasi Deo excluso inter se pacifici. Tentari enim Deum Scriptura dicit, ubi vel sua illi potentia eripitur, vel detrahitur rerum omnium cognitio. Porro, S P I R I T U M intelligit, qui Ecclesiast regebat per Apostolos. Nam quum dicit Christus, Spiritus veniens iudicabit mundum, non aliam iudicitionis speciem notat, nisi quam per Ecclesiæ ministerium exercet.

11 F A C T U S Q U E E S T T I M O R .) Iterum repetit, poenam unius fuisse omnibus documento, sed hic nominatio duplicum timorem exprimit. Dicit E C C L E S I A T A timuisse, quia fideles nunquam sic perfectè timent Deum, quin iudicis eius admonitioni, magis adhuc proficiant. Itaque quorquot olim poenas impius fuisse inflatis, & quotidie infligi cernimus, coties nos Deus metu reuocat à peccandi illecebris & licentia. Sic enim subinde cohibenda est caro: quia vix frumentum unum illi sufficeret. Diuersus fuit in extraneis timor, non qui eos perducet ad syncerum usque Dei cultum, sed tamen qui cogeres Deo gloriam date.

12 Per manus autem Apostolorum siebant signa & prodigia multa in populo. Et erant una-
nimiter omnes in portico Solomonis.

13 Aliorum vero nemo audiebat se illis adiungere: sed magnificabat eos populus.

14 Magis autem accrescebat multius credentium Dominino, tam virorum, quam mulierum.

15 Ita ut in plateas exportarent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, ut venientis Petri vel umbra obumbraret aliquem illorum.

16 Conueniebat & multitudo vicinarum ciuitatum Ierosolymam, afferens agros ac vexatos à spiritibus immundis, qui sanabantur omnes.

12 Redit ad miracula diuersi generis quæ Euangelij magis propria sunt: nempe quibus non potentiam modò suam Christus testatur, sed etiam bonitatem: ut gratia sua dulcedine homines ad se alliciat. Venit enim ut seruet mundum, non ut damnet. Quod ergo sanantur infirmi, & liberantur alii à demoniis, hæc beneficia quæ præstantur corporibus, repræsentant sp̄iritualem Christi gratiam: itaque sunt ex genuino ipsius officio, ut ita loquar. Formidabile illud signum quod editum fuit in Anania & Sapphira, quasi accidentale erat. Narrat Lucas miraculus auctam fuisse Ecclesiæ, quia fidei subseruenti, ut diximus, alias preparando, alias confutando. Unde rursus probatur, quod alibi moni, nunquam separanda esse à verbo miracula. Signorum multitudinem hinc demonstrat Lucas, quod agroti passim in publicum afferebantur, ut sanitatem recuperent. Sic enim Euangelium Filii sui Deus illudicare voluit, præfertim inter initia: ut certò testatum esset Iudeis, adesse illam omnium rerum instauracionem, que toties promissa fuerat, & in qua spes omnes suas esse fatas prece tulerant. GRABATOS, fatus notum est, lectulos fuisse in quibus meridiari solebant veteres. Quoniam facilior erat eorum exportatio, illuc agrotos locabant.

E T E R A N T O M N E S V N A N I M E S .) Significat, certis horis conuenire solitos non modò precum & doctrinae causa, sed ut alios lucrificarent Domino, prout se occasio dederat. Domini enim sunt qui que degobat, sed illuc habebant suos conuentus, ut certè nullum Ecclesia corporaliter itare potest. Nam si quisque sibi priuatim docto esse velit, ac seorsum precari: nulli autem sint publici cœtus, quamlibet præclari instituta fuerit Ecclesia, collabi & mox pessum ire necesse erit. Dicit fuisse V N A N I M E S , ut sciatis sponte omnes coluisse eum ordinem, neminem fuisse refractarium, qui publico cœtu neglecto, intra priuatos pacientes se teneret. In quo non modestia tantum specimen exhibebant, sed etiam confitunt. Non enim hoc periculo carebat, quoniam locus esse tam celebris. Quo maiori laude dignus fuit omnium consensus ad discrimen subiungendum.

13 A L I O R U M V E R O N E M O .) Hic secundus fuit miraculorum suetus, quod infideles tam in signi Dei

potentia conuidi, non audient Apostolos contemnere, quin potius Ecclesiam reverenti coguntur. Viderit tam aburdum illud posset, quod miraculis tertii Deum & populum eius fugient. Respondeo, sua culpa suam impeditos, ne accederent. Neque enim dubium est, quin miraculis nos ad se Deus induet. Ego quiunque eo vique non proficiunt, ut Dei gratiam, qua illic relucet, cupide exsuletur, illis obstat mala conscientia. Est tamen hic aliquid fructus, quod Deus aliquem metum illis extorquet: quanquam hoc non tantum in raculis ascribit Lucas, sed potius omnino simul complectitur quae ad Ecclesie dignitatem augendam facere poterant. Sic enim composita erant omnia, ut diuina quædam maiestas illic resulgeret: nam ab aliis non secus differebant, quam Angeli ab hominibus. Est enim in sancta disciplina & in sincero pietatis cultu arcana quædam orationes, quæ malos etiam invitios constituant. Sed qualis ea sit, hodie nefissimus, quin potius profana malè vivendi licentia nos nunc cum Euangelio reddimus contemptibiles. Poena etiam Ananias & vxoris non parum valebat terrendis impiis, ne temere prouumperent in eorum coetum, ubi Deus tam severum vindicem se ostenderat. Notandum tamen est, medios homines hic designari, & qui ex pessimis non erant. Fuerunt enim tunc permulti Ierosolymæ, quos nulla proflus vel signorum, vel angelicae piorum sanctitatis reverentia tangeret. Moderatos ergo homines intelligit Lucas, in quibus subiecti aliquod timoris Dei fenerantur: quales hodie videmus quodammodo, quos mundi quidem vanitas retinet, ne Christi iugum suscipiant: sed quia illis diuinum aliquid suboleat nostra doctrina, religio illis est eam contemnere. Similiter tamen apparet quam existimibus laqueis detineat Sathan omnes Christi spiritu vacuos, ut non solum sibi confundere metuant, sed confunditi fugient oblati in salutem remedia. Vident & probant quæ & sancta & utilia sunt, & tamen vel in deterioria feruntur, vel in cœno suo torquent.

15 *VENIENTIS PETRI UMBRA.*) Hoc prætextu abutuntur Papistæ, non modo ut ficta miracula commendent, quæ ad Martyrum sepulchra fieri dicunt: sed ut reliquias nobis suas vendirent. Cur potius, inquit, fannandi virtutem habuit Petri umbra, quam habebit sepulchrum, aut vestis, vel etiam ossium tactus? Respondeo, non protinus rectum debere censeri, quod à rudibus & puræ fidei ignaris factum esse narrat Lucas. Ceterior tamen in promptu est refutatio. Nam hac virtute ideo prædicti fuerunt Apostoli, quod Euangelij ministri essent. Quatenus ergo ad promouendū Euangelij fidem intererat, hoc dono vñ sunt: in dō Deus vñ suam non minus in illorum umbra, quam ore exeruit. In miraculis de quibus garriunt Papistæ, aedē nihil affine est, ut sint omnia potius contraria. Hic enim finis est, ut mundus à Christo abductus, ad lanctos transfigiat.

17 *Surgens autem summus Pontifex, & omnes qui cum eo erant, hoc est, secta Sadduceorum, repleti sunt zelo.*

18 *Et iniecerunt manus in Apostolos, posuerintque eos in custodiam publicam.*

19 *Angelus autem Domini nocte aperuit ianuam carceris, & reducens eos, dixit:*

20 *Ite, & stantes loquimini in templo populo omnia verba vite huius.*

21 *Hoc audito, sub auroram ingressi sunt in templum, & docebant. Studierens autem summus Pontifex, & qui cum eo erant, conuocarunt concilium, & totum Senatum filiorum Israel, & miserunt in publicum carcerem, ut adducerentur.*

22 *Ministri autem cum venissent, non inuenierunt eos. Itaque reuersi, nunciarunt, dicentes:*

23 *Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ad ianuam, aperto autem carcere, neminem intus inuenimus.*

24 *Vbi audierunt hos sermones, summus Pontifex & prefectus templi, & sacerdotes anxie erant super his, quidnam hoc esset.*

25 *Porrò, quidam aduentus, nuntiavit illis, dicendo: Ecce homines quos posueratis in carcerem, stant in templo docentes populum.*

26 *Tunc abiens prefectus cum ministris, adduxit eos sine vi. timebant enim populum ne lapidarentur.*

17 Hactenus narravit Lucas, auctam fuisse Ecclesiam hominum numero, magnificè ornatam variis dotibus, miraculis excelluisse, floruisse denique illic modis omnibus Christi regnum: nunc incipit narrare, his de causis accensam fuisse impiorum rabiem, ut de integro violentius levirent. Vnde colligimus, quam cæco furore impellat eos Sathan, quando conspicua Dei virtute adē non terrerunt, ut audacius maiorè imperu ruant, ac se proicitur quasi ad cælum ipsum euerterendum. Hæc tanta cæcitas, ut est horribilis Dei vltio, monere omnes debet, ut se matutinè Deo subiciant, ne & ipsi spiritu vertiginis correpti, dum impingunt contra Dei manum, ab ipsis conterantur. Sciamus interea, Deum sic velle Ecclesiam suam bonis spiritualibus augere, ut tamen vexari ab impiis permitat. Ergo nos semper ad certam paratos esse oportet. Neque enim dissimilis est hodie nostra ratio. Præcipue agnitus donorum Dei, quibus se nobis adesse testatur, animosos reddere nos debet, ne trepar nos impiorum furor & audacia. Nam hæc consolatio est non vulgaris, quum scimus Deum nobis adesse.

Q U I C U M B O E R A N T.) Eos intelligit qui summo Pontifici coniunctiores erant, quorum utrī consilio solebat, & quos habebat exto ordine quasi selectos, non iudicio quidem, sed factionis sue amore & studio: ut tunc absque pudore hostiliter inter se certabant. Porrò, Lucas iterum repetit, Sadducos fuisse, penes quos tunc rerum omnium potestas erat: ut sciamus totam Ecclesiam gubernationem horrenda vastitate tunc fuisse confusam: quum talis secta dominari potuerit. Sed in hoc scilicet extremum probrum Deus synagogam demergi passus est, postquam inde Ecclesiam suam segregauerat, quod haberent minus excusationis, qui spacio Euangelio, manerent in tali coniuvie. Interēt quid porcos istos impulit, quos nulla futura vita cura tangebat, nisi mera ambitione & libido retinenda quam occupauerant dominationis?

R E P L E T I S V N T Z E L O.) Verbum Græcum retinere malui (præsertim quum sit alioqui satistritum) quam æmulatione eddere. Generaliter enim de peruerio ac violento impetu loquuntur, quo seruntur & ardent hypocrites ad suas superstitiones afferendas. Vnde appetat quid valeat hominum zelus coram Deo, & quam mereatur laudem, vbi ratione & prudenter non regitur: hoc est, vbi Spiritum Dei non habet ducem. Hodie videamus diabolico furore percitos, qui præ aliis deuotij haberi volunt, grallari immaniter ad fundendum innoxium sanguinem. Interēt tamen notemus non de inconsiderato zelo hic agi, qualem in multis Iudeis Paulus fuisse predicat.

prædicat, sed potius intelligimus feruidum & effrenem impetum. Quamuis enim sibi male concilii sunt reprobri, qui scientes oppugnant pietatem, fallaci tamen zeli specie se decipiunt, quia iustum in rebus non occurrit. Ita hodie ferè in toto Papatu solo zeli nomine se venditant: quum tamen zelorum sine ventus sui. Sed ut demus verum esse quod obtendunt, quid hoc ad excusandum sequitur ardorem quo eos impellit sua exortatio: quasi verò haec summa sit virtus, fræna tracundia sua laxare ad vindicandum quicquid displicet. Atqui, hoc ordine prius erat: habere boni & mali discrimen, ne teneat quicquam improbetur.

19 A N G E L Y S A V T E M D O M I N I .) Eduxit Apostolos Dominus ex carcere, non quid pro suis liberatos velle, ex manu hostium: potest enim et rabi iterum ipsos, virginesque cœdi passus est. Sed hoc miraculo testatum esse volui, in manu tutelæ sua ipsos esse, ad fidem Euangeli suo glorificandam: patim ut noui, inde de confirmatione Ecclesie accederet: partim ut impius tolleretur: omnis excusatio: quare non leperis operandum est, ac ne optandum quidem, ut Deus nos à morte eripiat: sed contentos hoc uno esse decet, vitam nostram eius manu protegi quatenus expedit. Quid Angelus opera ad hoc virtutis, id facit ex ordinario suo more: nam passim in Scriptura testatur, Angelos beneficentia erga nos suos ministros esse. Neque ea est inanis speculatio. Est enim hoc vtile nostre infirmitatis subsidium, quidam Icimus non modò Deum curari habere nostris, sed spiritus etiam caelestes pro salute nostra excubias agere. Deinde non vulnus hoc diuinus erga nos amoris pignus, quod creatura omnium nobilissimæ ad salutem nostram curandam ordinata sunt. Nocte autem Angelus carcere aperit: quia miraculum cotam impiorum oculis edere solebat: quia quam editum vellet ex euentu ipso agnoscit.

20 LO QVININI IN TEMPLO.) Hic est liberationis finis, ut strenue operam suam impendere pergit in Euangeli prædicando, & animos laetassant suos hostes, donec fortiter occumbant. Tandem enim peracto suo cursu, quieteante Dei manu ad mortem trahi sunt. Sed nunc Dominus illis carcere aperit, ut liberi sint ad munus suum excquendum. Id obseruatum dignum est, quia plerisque videamus, si eualeant ex aliqua persecutione, obmutescere in posterum, quasi erga Deum detinuti sint: alij eriam viam sibi faciunt Christi abnegatione. Dominus autem suos liberat, non ut cessent ab incepto curia, sed magis ut in reliquum tempus plus feruoris concipient. Poterat quidem obiecere Apostoli: Satis est silere ad tempus, quando verbum aliisque pericolo non lumen facturi. Nunc capti tenentur ob vnam concionem, quanto magis post hac inflammatibus hostium rabies, si videant nullum nos finem ficeri. Sed quia vivendum Domino & moriendum esse norunt, non derretant mandatum. Ita, quas nobis Deus partes inungat, semper respicie conuenit. Multa sepe occurunt quæ animos nostros debilitent, nisi simplici Dei mandato contenti officio nostro intemus, succellus illi commendantes.

VERBA VITÆ HVIVS.) Insigne Euangeli elogium, quid vivifica sit doctrina, salutem hominibus afferens. Patet enim illic nobis Dei iustitia, & Christus illic se nobis offert cum sacrificio mortis sue, cum spiritu regenerationis, cum diuinæ adoptionis arrha. Atque hoc nominatum Apostolis dicitur, ut animos huius certamina pro Euangeliobus habeant, quando audiunt leæterne salutis ministros esse. Demonstratiuum apponitur, maioris certitudinis causa: ac si vitam digito monstraret Angelus: ut certè non procul querenda est ubi Verbum habemus in ore & in corde: nisi forte per hypallagen quispiam accipere malis, VERBA VITÆ HVIVS, pro hæc verba: quod non rejicio: sed tamen prior ille sensus magis placet. Erat enim noua Christi reuelatio, in quo vitam habebant præsentem.

21 A D V E N T I E S A V T E M S V N M V S P O N T I F E X .) Totum concilium nunc aduocat Pontifex; ne si honorem facta sua deferas, alios prætereat, par non sit oneri sustinendo. Metu igitur ad conuocandam multitudinem impellitur. Sedulùramen & exactè iuris formam retinent. Vocantur SENIORES, penes quos regimen erat, ut nihil nisi de consilio sententia & autoritate agatur. Ex talibus initio quis non speraret moderatum exitum? Et certè quenquam possunt colorem obtendunt, ne vi & tyrranide videantur opprimere veritatem. Sed quum audient, docere in templo Apostolos, vtrunque sciant non fraude humana exiisse; sed miraculo, non desinunt institutum suum persequi. Vnde apparet cum morum impietate & Dei contemptu, horribilis vanitas. Ergo nunquam speciosi, iuris prætextus, sic regunt hypocritas, quin malitiam tandem suam prodant. Ex omnibus circumstantiis certo colligere debent, esse Dei opus quod cancer apertus fuit: pallam tamen aduersus Deum furere non dubitant. Hæc tempori etiam nostro conueniant. Scimus quam superbe suum illud axiōne Papistæ iacent, Legitimis conciliis obediendum esse, quia Ecclesiæ repræsentant. Legitima porro nominant & haberi volunt, in quibus nihil deest ad externam formam. Atqui tale hoc erat; de quo hic refert Lucas: quod tamen coactum fuisse Icimus ad extingendum Christi nomen. Quamvis enim fraude, vel ambitu, vel alii malis artibus tunc Sacerdotes ad honorem obeyerent, vel etiam pretio & multis cadibus pertrumperent, ipsa tamen sacerdotij dignitas adhuc durabat, Christo nondum parefacto. Erat in Seniorum consilio, Ecclesiæ repræsentatio: verum ubi non queritur Dei veritas, tota externa species nihil est quam mera larva. Iufrâ igitur Papistæ sub umbra huius clippi abominationes suas tegere conantur. Quia non sufficiat eos congregari qui Ecclesiæ præsunt, nisi hoc hat in Christi nomine. Alioqui quum vñstatum sitathanæ artificium, se transfigurare in Angelum lucis, dabimus illi quam potest optare apitissimam latebram. ^{i. Cor. 11. d. 4.}

22 D D O X I T E O S S I N E VI .) De præfecto templi aliquid prius dictum est. Neque enim mihi probabile est permisum fuisse Iudeis præficere templo quem vellet, sed constitutum fuisse à Proæside provinciæ, qui templi custodiæ præcesset. Dicit autem adductos fuisse SINE VT, hoc est, non violenter attrahitos, ne sedicio excitaretur. Ita quum Deum non timeant nec reverentur, sibi ab hominibus metuunt. Modellos quoque Apostolorum in eo se ostendit, quod quum septi sint magni hominum numero, patientur tamen à misstris se deduci, ne sine tumultu authores.

23 Adductos autem eos fliterunt coram concilio: & interrogauit eos summus Pontifex.

24 Dicens: Annon præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine hoc? Et ecce, repleuisti Ierusalem doctrinam vestram, vultusque adducere super nos sanguinem hominis huius.

25 Duo crimina summus Pontifex obiicit Apostolis. Nam quia concilij decreto non paruerint, contumacia eos accusat. In secundo membro malam cōscientiam prodit, vel saltē priuatum se magis negotiū, quām causam publicam agere demonstrat. Conqueritur enim quid mortis Christi iniudiā in sacerdotes & Scribas transferre velint Apostoli. En itaque quid eos vrat, quid impie cœdis vñtionem ac pœnam timent. Prætexit quidem

initio doctrinam : sed ex fine colligere licet , de doctrina non esse adeo sollicitum . Interea seditionis accusat Apostolos : nam pro confessu sumit , Christum iure occisum fuisse . Præcipuum tamen accusationis caput est , quod inobedientes fuerint Sacerdotum editio . Summo Pontifici non obtemperare , capitale erat : quanto itaque magis spernere totum ordinem ? Sed non reputat Pontifex quid Deo & Ecclesiæ viciissim præstare debet , quasi potestatem habeat legibus omnibus solutam , ea ad tyrannidem abutitur . Quemadmodum hodie nobiscum magis Papa . nam quum sibi effigie imperium aroget , non dubitat nos pro Ichnismaticis damnare , simul ac sua decreta repudiari à nobis videt . Arripit enim illas sententias : Qui vos spernit , me spernit & inde consequentiam deducit , nos esse Deo rebelles . Atqui , vt audiatur tanquam Christi legatus , ipsum ex Christi ore loqui oportet . Nunc quum palam Sathanæ ministrum agat , ex Christi nomine autoritatem sine pudore & sine colore mutuatur . Ipsa etiam loquendi forma qua vitetur Pontifex argumento est , quād supina sit quiduis audendi licentia in spiritualibus tyrannis , qui dominationem sibi usurpat verbo Dei non subiectā .

LUC 12. 10.
LUC 12. 11.

PRÆCEPTO , inquit , præcepimus . Vnde tam præcitus rigor , nisi quia sine disciplina excipiendum putant quicquid iusserint .

29 Respondens autem Petrus & Apostoli , dixerunt , Obedire oportet magis Deo quam hominibus .

30 Deus patrum nostrorum excitauit Iesum , quem vos suspendentes in ligno , interemistis .

31 Hunc Deus Principem & Seruatorem exaltauit dextera sua , ad dandam paenitentiam Israeli , & remissionem peccatorum .

aut' ebus: 32 Nōsque eius testes sumus de ijs" verbis : insuper & Spiritus sanctus , quem dedit Deus obedientibus ipsi .

33 His auditis dissecabantur , & volebant occidere ipsos .

26 Hec summa est defensionis : Deum hominibus præferre licet , imò necesse est . Deus nos iubet Christo reddere testimonium : ergo frustrè silentium nobis imperatis . Ceterū , quando locum habeat hæc sententia , Deo magis obedientum esse quād hominibus , suprà cap. 3. exposui . Sic Deus nobis homines præficit cum potestate , vt fuum sibi ius integrum retineat . Eatenus ergo nis qui præfunt mos gerendus , vt non violetur Dei imperium . Vbi legitimus est potestatis fuis , intempelta est Dei & hominis comparatio . Si fidelis pastor ex Dei verbo iubeat ac veret , frustra obiicient præfati homines , Deo esse obedientum . Vult enim Deus per hominem audiri . Imò homo nihil aliud est , quād Dei organum . Si magistratus titè officio suo fungatur , præpostorē illum cum Deo quipiam committeret , quām nihil habeat dissentaneum . Quin potius tunc valer diuersa regula : Vt Deo obsequiamur , parentum esse eius ministri eadem in parentibus & dominis ratio . Verū , simil atque à Dei obedientia nos abducunt præfati , quoniam sacrilega audacia cum Deo confligunt , cogendi sunt in suum ordinem , vt Deus cum sua autoritate emineat . Tunc euangelunt omnes honorum fumi . Neque enim honoris titulus dignatur homines Deus , qui suam gloriam obfurent . Ego si pater gradu suo non contentus summum Patris honorem Deo eripere tentat , nihil est quām homo . Si Rex aut Princeps , eò vilque se extollit , vt Dei honorem ac ius minuat , non nisi homo est . Idem & de Pastoribus sentiendum . Qui enim munus suum transfigreditur , quia Deo se opponit , spoliandus est honoris sui titulus , ne sub larva decipiat . Præclarum est Pastoris munus , magna Ecclesiæ dignitas : verū ne quid Dei potestate Christique magisterio derogetur . Vnde colligere promptum est , ridiculam esse Papæ iactantiam , qui dum pedibus calcat totum Christi regnum , & palam aduersus Deum insurgit , vult tamen sub Dei nomine latere .

30 DEVS PATRVM .) Ad hypothesin descendunt , vt se non temerè pro nihilo duxisse ostendant , quod sibi à Sacerdotibus mandarum fuerat . Neque enim , vt iam dixi , locum habet Dei & hominum comparatio , nisi quum aliquid est contrarium . Hinc ergo probant se Dei timore cogi ad repudiandum Sacerdotum mandatum : quia quod ij verant , Deus iubeat . Primo itaque loco dicunt , Christum fuisse à Deo EXCITATVM , vulgari Scriptura more . Passim enim occurrit hæc locutio , Excitatos fuisse à Deo Prophetas , vel iudices , vel alios ministros , quibus ad magnum aliquod opus vii decrevit : quod tantundem vallet atque imbecillam esse quamlibet naturæ præstantiam , nisi peculiari bus donis eos Deus instruit , quibus eximium aliquod vel præclarum munus iniungit . Forte etiam alludent ad celebrem illum Mosis locum , quē in prima sua concione Petrus cirauit . Nominatim D E V M P A T R E M authorem citant , vt testentur se nouam religionis formam minimè inducere , aut nouitium aliquem Deum obrudere populo . Diluenda enim erat calumna qua se grauari sciebant : quasi à Lege ac Prophetis populum abducere tentarent . Non quod cultum quemlibet à Maioribus receperint probent , sicut profani homines hoc solo argumento contenti sunt , Parres ita docuisse , nihil se agere nisi ex more instituóque Maiorum : sed hic Apostoli P A T R E S intelligunt , quibuscum fœdus suum Deus pepigerat , qui rectam priusq[ue] doctrinam fecuti erant , qui salutis promissio nem vera fide ampliè erant , qui denique originem ducebant à caelesti Patre , & qui per Virginitatem erant communes Dei filij vnā cum suis posteris .

32 **EGO SUM DEVS PATRIBVS TVORVM.**) Nunc videmus quoniam oblecta fuerit Mosi visio: nempe, ut sua verbo Dei authoritas constaret. Parum enim nuda visiones prædissent, nisi accederet doctrina. Accedit autem non tanquam pars inferior, sed tanquam visionum omnium causa & finis. Quod autem se deum Abraham Isaac & Iacob nominat, hucus appellationis duplex est ratio. Ut infinita sit Dei maietas, si eam comprehendere volumus, porius sensus nostrus absorbet: si ad eam ascendere conanatur, euangelicus. Se ergo titulus ornatus & vestitus, sub quibus comprehendi à nobis queratur. Sed notandum est, Deum sibi deligere titulos, quibus nos ad Verbum reuocet. Ideo enim Deus Abraham Isaac & Iacob vocatur, quia salutis doctrinam apud eos deposituit, qua mundo innotesceret. Verum Deus propriè ad circumstantiam præsentem respexit, quoniam ita Mosi loquutus est, nam visio hæc, & spes liberandi populi, & mandatum quod Mosi datum erat, a se ducere pendebat, quod pepergerat olim cum Patribus. Ita nouitatis sibi pio collitum, & evigitar animus Mosis ad sperandum redemtionem, quia in veteri Dei promissione fundata est. Perinde ergo valeret elogium hoc, ac si dixisset Deus: Ego qui salutem vestram mihi curè fore Patribus vestris olim promisi, qui genus Abrahæ gratuito fecerit in fidem meam accepit, imo qui præfixi hoc tempus finiente gentis vetere levitutem, nunc ad præstandam dictis meis fidem, tibi apparo. Quemadmodum hodie omnes Dei promissiones, ut nobis stabiles ac firmæ sint, hoc fundamento nisi optinet, quod Deus in Christo nos adoptrauit, sequit Patrem ac Deum nobis fore pollicitus est. Ceterum, ex hoc loco Christus non absque optimæ ratione colligit pios esse post mortem luperitites. Nam si totus homo in morte intereat, inepta esset locutio, Ego sum Deus Abraham. Enganare nullam esse amplius Romanum: annon ridiculus erit, qui se vocabit Romanum Consul. Hoc enim exigit relatio, vt membra inter se respondeant. Alia eriam ratio consideranda est, quod quoniam Deus vitam & mortem in manu habear, procul dubio viuos seruat quibus vult esse in patrem, & quos in filii suis censet. ergo Abraham, Isaac & Iacob, quoniam carne perierint, spiritu tamen apud Deum vivunt.

TREMFACTVS AVTEM MOSES.) Posset hoc videri absurdum, quod vox consolationis plena, Mosem terreat potius quām exhalat: sed vele fuit, Molem sic terriæ Dei præsentia, quod se ad maiorem reverentiam componeret. Nec verē sola vox Dei eius annuum percellit: sed ipsius maietas, cuius signum in tubo ardenti cernebat. Et quid mirum, si homo ad Dei conspectum tremat. Pteret in verē membrinus, hoc modo animos ad timorem & reverentiam parari, quemadmodum Exodi 20. habebit. Videlicet signa, audisti tuba tonum,

C A P V T VII.

nitum, ut discas Deum timere. Sed exciperet alius: Cur nunc Moses tremefactus est qui prius accedere non dubitabat? Respondeo, Quod proprius ad Deum accedimus, prout affulget, ita maiore nos metu iure affici. Ceterum, non alia causa Mosem Deus tremefacit, non audet, Exod. 12. dicitur, tamen emperiorum. arque hic metus propiratio fuit non incommoda ad maiorem fiduciam. Quid gloria dicitur? non quod sequitur, Solue calciamentum, monetur enim hoc symbolo, ut Dei mandata reuerenter verti-debitam illi gloriam modis omnibus preterit.

33 *(Quia locus in quo.)* Hoc loci elegio Mosis animum quasi in celum attulere voluit Deus, ac te renun cogitaret. Quod si tot stimulis pungendus fuit Mose, ut terrena oblitus, Seco se attentum precepit, annos quasi fodendi sumus, quoniam sumus centrum tardiorum? Quaeatur tamen unde hec loco sanctitas? Non quod enim ante diem illum aliis sanctior fuerat. Respondeo, hunc Dei praesentis, non loco habeti honorem, & honorum causi praedicari loci sanctitatem. Nam si terram sanctificare Dei praesentis, quanto maiorem eius vim ab hominibus percipi aquum est? Similiter tamen notandum est, sic locum ad tempus ornatum fuisse, ut Deus suum illuc gloriam minimè aspergeret quemadmodum Iacob altare Deo erexit in Bethel; quoniam praesentis illuc sua Deus signum dedit. Idem, quoniam polleri imitarentur, peruersus cultus fuit. Denique, vnius Mosis causa Gen. 35, b. 7. locus vocatur **S A N C T U S**, ut se ad timorem Dei & obsequiendi studium melius componat. Nunc quoniam Deus ubique se in Christo praesentem nobis exhibeat, idque non obscuris figuris, sed plena luce ac veritate solidam, non tantum pedes calciceis nudare, sed nos totos exire conuenit.

34 *(Videndo videt.)* Nunc Deus se populi fore liberatorem promittit, ut Mosem ministrum rufus de integrum constitutum, quia tam longo temporis spatio superior obiectio fuerat interrupta. Dicitur enim Deus videre mala nostra, quoniam rationem nostram habet, ac curam salutis nostrae suscepit: sicuti tu sum, claudere oculos, & tergum obviceret dicitur dum causam nostram negligere videtur. Eadem est ratio defensus. Minime opus est, ut se Deus loco moueat opis ferenda caula: manus enim eius per celum & terram extenta est: sed hoc ad sensum nostrorum refertur, nam quoniam afflictionem populi non leuat, procul abesse & curare aliud in celo videri poterat. Nunc denuntiat, Israelitas propinquum sibi sensuros. Totum huc spectat, ut Moses de voluntate Dei factus certior, illum sequi decem non dubiter, sequere maiorem fiducia impendat in populi redemptionem, quam Dei opus esse nouit. Notandum etiam est, quod Deus se **G E N I T U M** audiisse commemorat, nam quoniam miseros & iniulce oppresos respiciat, precipue tamen quoniam in eiusnam deponimus gentium nosnos & querelas, ad misericordiam flectitur. Quanquam nomen hoc, ut sepe alibi, pro excus & confusis querimonis accipi potest, que ad Deum non diriguntur.

35 *Hunc Mosem quem neguerant dicentes: Quis te constituit principem ac iudicem? hunc inquam, Deus principem & redemptorem misit in manu Angeli qui visus illi fuerat in rube?*

36 *Hic eduxit eos editiis prodigijs & signis in terra Aegypti, & in mari rubro, & in deserto per annos quadraginta.*

37 *Hic est Mose qui dixit filii Israël: Prophetam vobis susciabit Dominus Deus vester è medio fratrum vestrorum, sicut me: ipsum audite.*

38 Multa omisit Stephanus, quia ad hanc summam properat, ut intelligent Iudei, non ideo redemptos fuisset Patres, quod si sua pietate promeriti essent, sed indigni præstum fuisset hoc beneficium: deinde ex illis primordiis sperandum esse aliquid perfectius. Quoniam Moses ordinatus est Deo vindicorum ac redemptorum, iani foret quodammodo in procinctu, viam illi præcluserant, nunc ergo Deus quasi inuitos redimit. Quod de miraculis & portentis additur, tam ad gratiae Dei commendationem, quam ad illustrandam Mosis vocacionem pertinet. Mirum certè est, quod Deus tam ingratii populi caula, virtutem suam variis portentis exigere dignatur. Sed tatera seruo suo autoritatem conciliat. Ergo quod postea minus illi deferunt Iudei, nunc conuicti eum abigere tentant, nunc fastidiunt, nunc cum eo rixant, nunc illi obstrepunt, nunc tumultuosè in eum insurgunt, in eo & malitiam suam & impium gratia Dei contemptum magis produnt. Ita semper aucta sunt indignitas, ut Deum oportuerit mira patientia certare cum tam peruerso & conuincere populo.

P R I N C I P E M E T R E D E M P T O R E M. Subaudienda sunt antitheses, qua crimen exaggerant. Mosi parvissim, si prefectus fusset à tyrranno iudex, à Deo autem constitutus, & quidem redemptor, superbè contemnit ac respicitur. Ita imperium sprenendo, impij: gratiam reiciendo, ingratii quoque fuerunt. Quod autem adeo honorificum elogium tribuitur Mofi, in eo non ita Deus debituus sibi honorem homini transferit, ut quicquid de iure suo minuat. neque enim alio sensu **R E D E M P T O R** vocatur Moses, nisi quia Dei minister fuit. Atque hoc modo penes vnum Deum totius operis gloria in solidum manet. Discamus ergo quoniam Dei titulis ornantur homines, non spoliari Deum suo honore: sed quod per manum eorum opus exequitur, ita commendari. Huc spectat quod dicit Stephanus, mandatum fuisse Mofi hanc pronunciari in manu Angeli. Nam hoc modo subiicitur Moses Christo, ut sub eius ductu ac auspicio obsequium Deo suum præbeat. **M A N U S** enim hic non pro ministerio, sed principatu capitur. Quare sic vñus est Deus Moses opera, ut Christi virtus super ipsum emineret. Quemadmodum & hodie in peragenda Ecclesia salute suminus est moderator. In modo si homines adhibet ministerium, ut vis & effectus ab eo solo pendeat.

39 *PROPHETAM VOBIS SUSCETABIT.* His verbis non dubium est quin probare velit Stephanus, Christum esse finem Legis: quoniam hoc clare non exprimat. Et sanè (vt iam diximus) non recenset hic ad verbum Lucas quaecunque tunc à Stephano dicta sunt: sed rerum capita norante illi satis est. Porro suprà capite tertio diximus sic ritè hoc testimonium aptari Christo, ut tamen alii quoque Prophetis conueniat. Postquam enim Moses populum veterum luc illuc prauis genitum superstitionibus tactari quidam sequi debeat, ostendit. Non est, inquit, quod magis tibi velarioles appetas: Deus enim nunquam te Propheticis delituet, quite fideliter erudiant. Iam vero certum est temporale fuisse Propheticarum ministerium, sicuti Legis: donec Christus plenam sapientiam perfectionem mundo afferret. Hic itaque spectat Stephani oratio, Mose, dum aliam doctorem proponit ac commendat, populum non tenere sibi via addicsum. Fuerunt quidem Prophete, Legis interpres, & tota eorum doctrina, veluti appendix eorum que per Mose prodita fuerant: sed quoniam simul istud constaret, perfectius quoddam doctrine genus à Christo afferendum esse, ut qui finem imposturum esset prophetis omnibus, sequitur, eum summò loco constitui: & præcipuum, ut ita loquar, magisterium illi afferri, ne ambigua sit Euangelii fides. Tenemus nunc quoslibet Mosis testimonium infernit Stephanus: nempe ut illum ipsum quem plenis buccis iactabant sibi vincum esse Doctorem, ostendat non minus indignè à Iudeis

^{Ioh. 5. g. 46} mortuum contemni, quām olim dum viuebat, impīe ac protervè repudiatus fuerit. Quisquis enim fidem habet Mōsi, Chārlī, cuius ille fuit p̄tēco, esse discipulus non recusabit. Reliqua pete ex capite tertio.

<sup>Vel loque
batur illi
in morte.</sup> 38 Hoc est qui fuit in Ecclesia in deserto cum Angelo qui loquutus illi fuerat in monte Sina, & cum Patribus nostris: qui suscepit viva oracula, v: nobis d: n: et:

39 Cui noluerunt obedire Patries nostri, sed repulerunt, & auctoris sunt cordibus suis in AEGYPTUM,

40 Dicentes Saroni, Fac nobis deos qui nos precedant: nam huic Mōsi qui nos eduxit ex terra AEGYPTI, ne scimus quid acciderit.

41 Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt bestiam idole, & letari sunt super operibus manuum suarum.

38 Pergit Stephanus in narranda populi prauitate, qui tot Dei beneficiis prouocatus, nunquam tamen malignum illum reiūcere desstitit. Si Deo prius immorigerī & parum grati fuerant, tam mirifica saltem liberatio eos ad saniorem mentem reuocare debuerat: atqui eos semper sui fusile similes ostendit. Tot certè miracula non modò hære in eorum animis, sed in oculis etiam versari æquum erat. Illi verè omnium oblixi, ad AEGYPTI superstitiones repente transuolant. Recens erat dura seruitus memoria, quam træcto mari effugerant: led tyrannos, à quibus plusquam inhumaniter afflitti sunt, redemptori suo preferunt. Hic ergo desperatae impie-tatis cumulus fuit, quod Dei beneficii frangì a vincì eorum contumacia non potuit, quin tempore ad ingenium redirent. Multum criminis atrocitatem auget quod dicit Stephanus, Mōsem tunc fusile cum illis in deserto. Praterquam enim quod rara hīc & inestimabilis Dei bonitas in ipsis tolerandis appareat, nihil sibi ad excusationem reliquum faciunt, dum tot vindique angustus oblesisti, tot necessitatibus constructi, Mōsem habentes ducem sui itineris, & fidum vita custodem, per fidem nihilominus à Deo ipso deficiunt. Denique in domitis bestiis similes fusile appareat, quos Deus tot vinculis retinere in obsecratione non potuit. Quid ergo illos Mōses sub ducatu & præsidio Angelij per desertum regere non destitit, ex hac temporis circumstantia colligere pre-imprium est, quām obstinata & insanabilis fuerit eorum prauitas. Sicuti prodigiosa contumacia fuit, non humiliari tot malis & ipso mortis conspectu. Quid Mōsem cum ANGELO & Patribus fusile dicit, longè duera est ratio. Patribus enim adfuit, vt te illis ducem ex Dei mandato præberet: sicut cum Angelo tanquam minister. Vnde sequitur non priuato homini factam fusile iniuriam, sed gubernatione diuinæ: quando non oblitus virtus que reuerentur, quin populus in sceleratam perfidiam se properaret. De Angelo iam prius diximus. Sed pat-
<sup>2. Cor. 3.
b.7.</sup> participium AΛΛΥΓΩΣ, ambiguum sensum habet. nam vel de prima visione potest intelligi, qua vocatus fuit Mōses ad redimendum populum: vel de sermone quem Deus cum Mōse habuit post tria cœta mare rubrum. Quoniam autem utroque modo se redempcionis esse authorem testatus est Christus, non multum referat utrū eligas: imò nihil impedit quoniam us ad utrumque extendas. Nam qui Mōsi loqui ab initio cooperat, vt eum in AEGYPTUM mitteret, continuavit postea sermonis lui tenorem, donec perfecum esset opus.

Qui SVSCEPIT VIVA ORACULA.) Erasmus transtulit Sermonem viuum: sed qui Græci norunt, melius fusile à me redditum quod dicit Stephanus, agnoscunt. Nam in oraculis maior quām in seincione inest maiestas. Tantum de voce loquor: Icio enim oraculam esse qui quid ex ore Dei marat. Porò his verbis authortatem Mōsis doctrinæ conciliat, quia nihil in medium protulerit, nisi à Deo profectum. Vnde sequitur, non tam Mōsi quām Deo in illis persona rebelles fusile ludoxos, quo magis deregutur seirent eorum impiobitas. Est autem hæc generalis ratio sancienda doctrinæ: quum homines nihil traduant nisi dointus sibi mandatum. Quisnam enim hominum Mōsem sibi postponere audebit: cui hoc tantum iure adhibendam fusile fidem pronoun-tiat Spiritus, quia doctrinam à Deo acceptam fideleriter populo expoluerit? Sed quæritur, cur Legem vivum sermonem appeleret. Videtur enim minimè hoc elogium cum Pauli verbis congruere: vbi Legem dicit esse mi-nisterium mortis, & irani operari, & peccati esse virtutem. Si intelligas Vivum sermonem, qui sit efficax, & qui hominum contemptu irritus fieri nequeat, nulla erit repugnancia: sed ego & tu pto Vico possum in-terpreter. nam quum Lex p: lacléque vivendi perfecta sit regula, & infirmam Dei ostendat, merito vita & salutis doctrina censemur. Quid pertinet sollemnis illa Mōsis contestatio, dum cælum & terram adiurat, quod proposituerit viam vita & mortis. Quo sensu etiam Ezech. cap. 20. conqueritur Deus, Legem suam bonam violat, tam esse, præcepta sua bona de quibus dixerat. Qui fecerit hæc, viueri in illis. Lex iugit in se vitam con-tineret. Siquis tamen Viva interpretari malit efficacia & virtutis plena, vehementer non contendam. Quid autem ministerium mortis dicitur, id illi accidentale est properi corruptam hominum naturam. Peccatum enim ipsa non generat, sed inuenit in nobis. Vitam offert: led nos, quia virtuosi sumus, nihil quām mortem referre inde possumus. Itaque, non nisi hominum respectu mortifera est. Quanquam alios respexit hoc loco Stephanus: neque enim de nudis præceptis loquitur, sed totam Mōsis doctrinam comprehendit, in qua inclusæ sunt gratuitæ promissiones, atque adh̄o Christus ipse vna hominum vita & felix, memoria tenendum est quibuscum hominibus negotiatus erat Stephanus. Præpostoli erant Legis zelotæ, qui in mortua tantum & mortifica litera hæreabant: ac interea contra Stephanum insiniebant, quod Christum in Lege quereret, qui verè est illius anima. Obligè ergo perversum eorum omniſtisim perstringens, maius aliiquid & excellentius in Lege reconditum esse significat, quām ipsi haec tenus noverint. Nam, vt carnales erant, externa specie contenti, nihil in ea spirituale querebant, imò nec sibi ostendit partebantur.

VT NOBIS DARET.) Hoc ad diluendam calumniam valet, qua falso grauatus fuerat. Nam quum se Legis in-
go subiicit, sèque vnum ex Mōsis discipulis esse profiteatur, multum obest, quin fidem illi apud alios abioger, quin potius obiectum sibi crimen in calumnia authores retrorquet. Nam istud totius populi commune quo-dammodo probrum erat, quòd Patries Legi parere noluerant. Interea tamen admonet non suo tantum seculo Mōsem darum esse prophetam, sed vt mortui apud posteros vigueret authoritas. Neque enim Dei doctrinam vñā cum Ministris extingui conuenit, aut è medio tolli. Quid enim minus consentaneum, quām ipsam emori, quia nobis confert immortalitas? Sic hodie quoque statuendum est: sicuti sua xatatis hominibus loquenti sunt Prophetæ & Apostoli, ita nobis scripsisse, ac perpetuum esse doctrinæ illorum vigorem, quia authorem Deum potius quām homines Ministros referat. Admonet interea, si qui destinatum sermonem reiciunt, Dei consilium reiūcere.

36 REPULVERUNT ET AVERSI SVNT.) Mōsem à Patribus reiectum fusile dicit, & simul causam notat, quid AEGYPTI superstitionibus se potius addixerint. Fuit autem hic horribilis & plusquam cæsus furor, AEGYPTI mo-
res &

res & instituta appetere , vbi nuper tam graui perpessi fuerant. AVERSOS cordibus in Ägyptum dicit, non quod illuc reuerenti optaret, sed quia animos reflexerint ad eas corruptelas, quarum nulla illis memoria manere debuerat, nisi cum summi execratione & odio. Verum quidem est, semel agitatum inter Iudeos fuisse de reditu: sed historiam illam Stephanus nunc non attingit. Porro contumaciam magis expimit, quam dicit fuisse AVERSOS. Rectam enim viam ducere & rectore Deo ingressi, repente alio se protipinunt: ac si equus refractoris sceleris impatiens protineat retro ageret.

40. F A C N O B I S D E O S.) Q uam varijs modis curium reflexerint Iudei, memorabile præ aliis exemplum sœde ac detestanda eorum perfidia hinc eligit Stephanus: quoniam scilicet vitulum sibi fabricauerunt, quoniam loco Dei colerent. Nihil enim hac ingaribundine turpis fangi potest. Farentur le redemptos esse ex Ägypto: neque hoc Dei gratia & Mosis opera factum esse dissimulatur: interea tanti boni authorem simul cum Ministro fecerunt reiciunt. Et quod piætatu? Neferre le obtendant quid Mosi acciderit. Atqui in monte esse non ignoramus. Illuc euntem profecti sunt oculis suis, donec opposita nube Deus illum ad se reciperet. Sciant præterea salutis sue causas. Moysi abesse, quod si in tempore rediturum promiserat, vt Legem à Deo latam ad ipsos perferret. Iusti tandem paulisper quiescerent. Infans repente intra exiguum tempus tumultus sine causa mouent, sed virtutis coloris luorem suum tegunt vel honestent, deos volunt habentes sibi præsentes, quasi verò nullum illis Deus praefertur: ut signum haec tenus dedisset. Atqui, eius gloria quoniam die in nube & columna ignis conspicua erat. Videmus ergo quām maligno Dei fastidio ad idololatriam properant, vt interea taceant quām tu pīs & scelerata ingratisitudo fuerit, quod illis tam breui spatio miracula exciderant, quorum memoria in finem vñque mundi celebranda erat. Quare ex hac vna defectione abunde patet, quām perniciosa & introductabilis fuerit populus. Adde quōd hanc potius rebellionis historiam, quām alias referri, ad causam Stephanū faceret. Nam populus Dei cultum palam euerit, Legis doctrinam repudiat, peregrinam & profanam religionem inducit. Cæterū insignis est hic locus, quia tantum offendit, ex quo omne genus superstitiones ab initio fluxerunt: presenti vele quā fabriqendis idolis prima origo fuerit: nō mpe, quod homo qui carnalis est, Deum i men pio carnis sue captu habere vult præsentem. Hec causa est, cur seculis omnibus tanta in fingendis idolis, hominum lasciva fuerit. Ac Deus quidem se iudicavit nostris huc vñque accommodat, vt se quodammodo suo figuraferat visibilem. Nam sub Lege plurima erant symbola ad testandam eius præsentiam. Et hodie pri B ptismum & Cœnam, ad oque per extera Verbi prædicationem ad nos descendit. Verum, duplicitate hic peccant homines: primū, ordinariis à Deo mediis non contenti, noui sibi audacter accessunt. Hoc iam non leue est virtus, quod nullum modum tenentes, pruriunt semper ad nova figura, & que ita fines à Deo positos transfigurant dubitare. Atqui nulla esse potest vera Dei imago, nisi quam ipse inserviat. quæcumque ergo prater ipsius verbum figurantur hominum arbitrio, falsi sunt & adulterinae. Sequitur deinde alterum vitium non magis tolerabile, quod mens humana, vt nihil nisi crassum & terrenum de Deo concipit, ita ad eandem crassitudinem transfigerit omnia diuinæ præsentia symbola. Nec modis in idolis à se fabricatis ad eō perperam ludit, sed etiam quicquid à Deo inserviat fuit in contrarium finem detorquens corrumptus ac vitiat. Descendit quidem, vt dixi, ad nos Deus: sed hoc consilio, vt nos in calum attollat. Nos autem, qui terra sumus affixi, illum similiter volumus in terra habere. Hoc modo deformatur cælestis eius gloria, & omnino impletur quod hic dicunt Israélites, F A C N O B I S D E O S. Novum enim sibi numen creat quisquis non spiritualiter Deum colit. & tamen si omnia propius expendas, nolunt Israélites data opera Deum habere à se creatum, quoniam potius sub virili autem effigie, verum & eternum Deum habere se purant. Seriò enim ad conditum sacrificium adsum, & quod Aaron pronuntiat, illos esse deos à quibus educti sunt ex Ägypto, consensu suo approbant. Verum, Dominus fruolas istas imaginations nihil moratur: sed alienos deos in loco suum conqueritor supponi, simul arque à verbo suo vel tantillum homines deselectant.

41. E T V I T V L M F E C R V N T.) Cuicunque magis placuerit effigies, facile ex superioribus verbis colligitur. Quanquam enim immumeris idolis carebat Ägyptus, bonem tamē in p ecipio fuisse honore notum est. Vnde autē idoli cupiditas, nisi quia cordibus in Ägyptum auersi erant, quemadmodum iam dixit Stephanus: Notāda autem est locutio, quoniam dicit, eos HOSTIAM idolo obtulisse. Eliciū Aaron, vt ad colendum Deum populus conueniat: congregat in terris omnes. Testantur ergo sibi nihil minus in animo esse, quām fraudare Deum suo cultu, vt ad vitulum transferant. quoniam potius illis propositum est, Deum in imagine vituli colere. Sed quia idolum fabricando, verum Deum reliquerunt, quicquid postea sequitur, idolo censetur dari: quia Deus prænos omnes cultus ei puerit. Neque enim aquam est, impenitus ei ferri quod non mandauit, & quia nominatim vetuit visibile simulacrum sibi erigi, sacrilegium est, quicquid in eius honorem poslea tentatur.

L E T A I S V N T S V P E R O P E R I B V S.) Loguicio hæc ex Isaiâ sumpta est, in dñ ex Prophetis, qui similiter expobrant Iudeis, oblectatos fuisse suis figuris. Et sicut mira dementia est, domi sibi quidquam in rebus diuinis arrogante homines. Extitimus interpretor, solletere illud tripudium, quod refert Moles Exodi tricesimo secundo cap. Commune tamē vitium Stephanus taxat, quo laborant idololatriæ. Nam quoniam in religione nihil hominibus fas sit suscipere, nisi à Deo p rincipium: temere quidvis excogitant & neglecto Dei verbo, eligunt manum suarum opera. Stephanus autem ostendit, dum ita sibi in hac licentia placent, eō magis ipsos disiplere Deo. Quare, si cultum nostrum probari volunt, ab operibus manuum nostrarum, hoc est, à propriis inuentis ablinendum est. Nihil enim aliud quām sacrilegia profanatio est, quicquid à se ipsiis homines excogitant. Proprie padeum idolum probri causa sic vocatur, quās res nihil, quia nulla ratio patiunt Deum ab homine fabricari.

42. Conseruit autem se Deus, & tradidit eos ad colendum militiam celi: quemadmodum scriptum est in libro Prophetarum, Numquid victimas & hostias obtulisti mihi per annos quadraginta in deferto, dñmus Israël?

43. E t suffulisti tabernaculum Moloch, & astūm dei vestri Rempham, & figuræ quæ se cœlīs ad colendum eas. Ideo transferamus ultra R. b. lonem.

Docebit hic Stephanus, nullum Iudeos fecisse peccandi finem, sed longius subinde in peruerbis suis erroribus euagatos: vt primus ille lapsus illis velut ingens in labyrinthum fuerit. Hoc autem iusta Dei vindictæ assignat, quod ab eo tempore crevit infania, vt sibi pro vno idolo, innumera accesserent. Admonet hoc exemplum, vt sollicitus ad secundum Dei regulam intenti sinus: quia similitudine vel tantillum ab ea defleximus, huc & illuc varijs delitatis raptatis, implicari plurimis superstitionib, & peritus demergi in vastam et-

rotum colluuiem necesse est. Atque hanc Deus pœnam iustè hominibus interrogat, qui eius verbo parere abnue-
runt. Ideo dicit Stephanus C O N V E R S V M fuisse Deum: quæ locutio perinde valeret, ac tergum obuertere.
Oculos enim quodammodo in populum defixos habebat, quum singularem in eo regendo curam ostenderet,
nunc deflectione offensus, faciem suam alio convertit. Hinc simul colligere licet, non aliter posse nos re-ctam
viam perseguiri, nisi quum Dominus nobis regendis inuigilat: aucta autem eius facie nos statim in errores ab-
strahi. Iam tamen quidem à Deo reguli erant Israëlitæ, quum vitulum fabricarunt: verum Stephanus pœna
atrocitatem exprimere voluit, ac si dixisset tunc planè in sensu reprobum fuissent coniectos. quemadmodum
& Paulus eos qui gloriam Deo non dederunt quum se illis maneficerent, in exortationem & stuporem, & in cupi-
ditates probriter tradidit, iusta Dei vindicta docet. Hinc factum est, ex quo virtutis cœpit religio, ut paucis super-
stitionibus innumeræ abominationes, & leibus corruptelis crassa idolatriæ portenta succelerint. Quia
enim in lucem sibi accensam neglexerunt homines, iusto Dei iudicio prorsus obstupefacti fuerunt, ut nihil rectus
quam brute pecudes iudicarent. Est quidem fertilis idolatriæ, ut ex uno deo fictio, centum mox gignantur:
ex superstitione una, mille scaturiant. Sed hinc tanta hominum infanía, quod Deus Sarans illos tradens, se ipsius
vinceretur: quia ex quo nos suscepimus regendos, nulla contingit in parte eius mutatio, sed temeraria nostra leuitate
Amos, g. à nobis d' itabatur.

NUNQUID VICTIMAS ET HOSTIAS.) Locus hic ex quinto capite Prophetæ Amos sumptus est. Locutus qua-
Stephanus vicitur, prophetias omnes in unum corpus fuisse collectas ostendit. Ceterum Amos illic, postquam
in idolatriæ & variis populis sceleris inuestus est, subiicit, non esse nouum hoc malum, ut Deo rebelles sint Iu-
daï: quia iam in ipso deserto illorum patres à vera pietate desciuerant. Porro victimas sibi oblatas fuisse negat,
non quod illic nulla prorsus fuerint sacrificia, sed quia Deus ad eum cultum respuebat: quemadmodum
¶ apud Isaiam expulsa cum populo quod nullus ab eo sacrificiis honoratus fuerit, Tu, inquit, non invocasti
me, Iacob, nec sacrificis tuis me honorasti, neque ego seruire te feci in oblatione vel summis. Non emisti mihi
calamum, neque adipse satiatissimi me. Tu vero onerous mihi fuisi in peccatis tuis, & seruire me fecisti in tua simi-
quitationibus. Ceterè eiusmodi omnia quotidie fiebant à Iudeis: sed nullum ab impiis obsequium recipit Deus, vel
ratum habet, deinde abominatur quicquid aduentitii mixtus fœdum est. In hunc modum citius de Patri-
bus apostolis loquitur Amos. Quod statim subiicitur, vel ad eum, vel ad posterios referri potest:

¶ SVSTVLISTIS tabernaculum Moloch, Copulam, aduersariam particulae loco quidam accipiunt: ac si dice-
ret, Quin potius honorem exhibuistis idolo. Poflet etiam in particulam cauam reloluisti, hoc modo, Non mihi
obtulitis sacrificia, quoniam erectum fuit à vobis tabernaculum Moloch. Ego autem paulò aliter interpretor,
quod felicit maioris vehementia causa Deus initio Patres acuseret: deinde posterios subiiciat in detersis super-
stitionibus auxisse, quoniam noua & variæ idola sibi accuerint: ac si in loquutus esset Prophetæ in persona Dei. Si
ab ultima veritate repeatam qualiter se genus vestrum erga me gescerit, ô dominus Iacob, iam in ipso deserto Pa-
tres vestri mandatum à me cultum corrumpere ac peruertere cœperunt: sed vos illorum impietatem vicitis,
nam innunera deorum turba à vobis inuecta est. Atque hic ordo ad institutum Stephanus melius quadrat. Vult
enim probare (vt iam dictum est) ex quo in alienis ac degeneres ritus prolapsum sunt Israëlitæ, nullum fecisse
peccandi modum: sed exortare à Deo perfusos, non subiunde idolatriis se polluisse, donec ad extremum im-
pietatis ventum est. Ego Stephanus Prophetæ testimonio sententiam hanc appositi confirmit, quod Iudei ex
Patribus suis impiis ac immorigeris progeniti, tamen in peius ruere nunquam cessaverint. Ceterum, quanvis paulò
dixerit sibi Prophetæ verbis sententiam idem est. Probabile est Stephanus, cui sermo erat cum Iudeis, reci-
taisse ad verbum, eorum lingua, quod habetur apud Prophetam: Lucas, qui Græcè scribebat, interpretet G. acū
sequitur est. Prophetæ dicit, Honoratis Succoth Regem vestrum, & Cnum imaginem vestram, sydus deo: num
vel trorum. G. acū interpres ex proprio nomine appellatiuum fecit, proper affinitatem vocis Succoth, que ta-
bernaculum significat. Vnde porro suum illud Rempham sumperit, nescio, nisi quod porci nomen illud ea ex-
te magis esse vlti receperunt.

¶ FIGVRAS QVAS FECISTIS.) Nomen Imaginis quod est apud Prophetam per se nihil virij denotat. No-
men etiam πίτη apud G. eos in bonam partem capit. πίτη enim vocantur omnes ceremonie quas Deus in-
stituit. Damnat tamen nominatum Prophetam πίτη à Iudeis confitetur. Cur istud, nisi quia Deus ubi viubili &
externa forma coli non vult? Si quis excipiat. Mentionem hic fieri de syderibus: verum quidem tibi fateor: sed
in hoc tantum inhisto, Prophetam, quamvis honestum nomen idolis concedat, virtutum ratione cultum acriter
& severè damnare. Quo refutatur inepita & puerilis Papistarum cauillatio. Imagines & statuas quas adorant,
quia negant esse idola, cultum in quo infantian exordiuntur esse dicunt, non autem ei adorantur. Quum sophi-
sticè Deo illudant, nemo communis tantum sensu prædictus, non videt in talibus inceptis plus quam esse ridiculos.
Nam vt de voce item ipsis non moueam, certum est nomen πίτη magis honor fuisse quam eis. At-
quis simpliciter hic dominans πίτη quos sibi homines fabricant, non tantum πίτη rapti, sed acū πίτη ex-
teruantes hoc est, ad quamlibet adorationem. Ergo concedit putida illa distinctione, in qua Papistæ callidum effu-
gium habere se potant.

¶ VLTRA BABYLONEM.) Prophetæ Damascum nominat: nec dissentit G. acū interpretatio. Quare fieri potest ut
hic nomen ΑΒΥΛΩΝIS errore obrepserit, quanquam in summa rei nihil est discrepanzia. Babylone transfe-
rendi erant Israëlitæ: sed quia praesulium sibi certum & inexpugnable in Syria regno statuebant: cuius caput
erat Damascus, ideo Prophetæ decuniat. Damascus non fore obitaculo quin Deus illos longius expellat, ac si
diceret, Quandiu Damascum habetis hostibus vestris oppositum, putatis vos egregie munitos esse: atqui, Deus
ultra vos transferet in Assyriam scilicet atque in Chaldaem.

¶ T A B E R N A C U L U M testimonijs fuit: Patribus nostris in deserto, quemadmodum ordinauerat lo-
queas Mosis, ut faceret illud secundum formam quam videt.

¶ Qnod etiam induxerunt qui successerunt Patres nostri cum Iesu in possessionem gentium,
qui exiupxit Deus a facie Patrium nostrorum usque ad dies Dani.

¶ Qui inuenit gratiam coram Deo: & petet ut inueniret habitaculum Deo Iacob.

¶ Solomon autem edificauit illi domum.

¶ Sed Altissimus non in manu factis templis habitat: quemadmodum Prophetæ dicit,

¶ Celum mihi sedes, terra vero se bellum pedum meorum. Qalem donum edificabitis mihi
dicit Dominus: vel, quis locus requiescit me?

¶ An non manus mea, ut habeat omnia?

44 TABERNACULUM TESTIMONII.) Hic ostendit Stephanus, non posse adscribi culpam Deo, quod Iudei variis superstitionibus se polluerint, quasi eos sine fine & vagari possit fuerit. Denique enim MANDASSE dicitur, qualiter ab ipsis colli vellet. Unde sequitur, non alia causa suisse tot erroribus impetratoris nisi qua prescriptum a Deo formant legi noluerint. Quanquam dupli eos nomine perstringit: Quod via Dei Legma non contenti, temere ipsi alienos cultus sibi suixerint: deinde, quod in templo quoque & iusti utrius à Deo ceremoniis, rectum finem non spectarint. Nam quum spiritu realis cultus ex recta illis deberent est, spacio crass, suo ingenuo nihil nisi terrenum & carnale apprehenderuntur eis, pro corpore ipsis vmbrae. Videtis ergo in Iude 5 primo reprehendi audaciam, quod simpliciter Dei verbo non contenti, postea invenient abiepti sim. Dicende reprehendi prepotenter veri ac sancti cultus, basum quia carium pro Spiritu sequuntur, et TABERNACULUM inquisit, TESTIMONIIS illis sunt. Ego nihil eos impulsus ad peccandum, quam propria locanda & teneendas, nam quum prout edociti essent quoniam esset iusta coelestis Dei ratio, sublatius erat ignoratio praeceps. Quod observatu dignum est, nam quum Deus voluntatem nobis suam prefaciens, frumentum quod cum modo imponatur, post acceptum eius mandatum, hoc vel illuc defleximus, duplex nos reatus maneret, quia letum faciens voluntatem dominum habet & non faciens, gratias vapulabit. Hac prima nota est, quia degeneres ac virtutibus omnes cultus à probo & sincero Spiritu sanctus distinxit. Imò, vi brevius loquaris, recti cultus & idololatrie primum est discimus, quod pijnihil nisi ex Dei verbo suscipiunt: alij autem quicquid libenter, putant esse legitum: atque ita summi arbitrium pro lege habent, quum Deus nihil probet nisi quod ipse praecepit. Hoc etiam pergitur a 25 Iohannem nomine. Vox quidem Hebraica HO ED, id autem locum, & tempus, vel conuentum hominum significat: sed ratio quae exprimitur apud Molon, alijs appellationis causam esse ostendit. Apud quem Iepius repetit Deus, Ego illic conuenientem vobiscum. Ergo secundum ac verbo Domini consecratum erat tabernaculum, & illuc assidue vox eius personabat, ut propheticis omnibus locis disseriret.

SCUVNOVM FORMAM QVAM VIDERAT.) Hoc ad secundam partem quam attigit, resertur. Fie etiā enim potest ut qui tantum praecipit a Deo ceremonias veteris, peruersè tamen Deum colat. Ritus enim extermos Deus non moratur, nisi quatenus celestis veritatis sunt symbola. Ita structuram tabernaculi veteris ad celestem archetypum exigit, voluit, ut scilicet iudei, non esse in extermis figuris herendam. Porro, quid sibi voluerit typus illius, cuius mentis sit apud Mosem, Exod: 25, petri qui volet ex meis in Epistola ad Hebreos commentarius. Hic Exod 25, d. breuiter tantum a moneta Stephanus, spiritualem fuisse cultum quem mandauit Deus Iudeis, sed illos pro car. 49, Heb. 8, b. j. nali suo stupore malos ac peruersos fuisse interpres. Ergo, sicut diximus nullum probauit Dei cultum, nisi qui in eius mandato fundatus est: ita hic docemur a legi rite nullum mandati usum requiri, ut spiritualis adsit veritas, s. quo confessio, si similis erat quam diximus veritatis fuisse in hoc cardine. Cedere debeant nec ne umbra corpori. Quod dicitur Moses, FORMAM vidisse, et significat Dei Spiritus, non licet nobis formas pro arbitrio commissi, sed in forma a Deo ostenta defixos esse oportere omnes nostros sensus, ut ad eam formetur tota religio. Nomen TYPI hoc loco primarium exemplar significat, quod nihil aliud est quam spiritualis veritas.

45 QVOD INDYXERVNT.) Hoc ad augendam gentis peruitaciam facit, quod quum Tabernaculum apud eos manaret, atque illud gestarent quocunque proficerentur, non tamen potuerint in Dei testimonio retinerti, sed perfida levitate in alienos & profanos ritus transierint, nempe testantes in medio sui Deum habitare, à quo tam remoti erant & quem profligabant ex hæreditate sibi ab illo data. Huc accedit quod Deus Tabernaculum suum variis miraculis ornabat: victoriis enim quibus potiti sunt Iudei, sancta fuit illius dignitas, ut patet ex compluribus facta historiis locis. Valde ergo praefactos fuisse necesse est, qui à cultu tot modis approbato subinde resilire non desisterunt.

VSCUE AD DIES DAVIDIS.) Tametsi diu in Silo stationem suam habererit arca Domini, non tamen vñque ad regnum Davidis certa illi fuit sedes. Neque enim hominibus fas fuit locum illi eligere, sed collocanda fuit in eo loco quem Dominus monstrasset, sicuti Moses Iepius meminit. Neque verò David ipse ab hostibus receptam auras est in aream Acrem adducere, donec illi per Angelum ēculo testatus est Dominus illam esse sedē quam elegerat. Non immerit autem hoc in singulo ari Dei beneficio deputat Stephanus quod ostensus fuit locus Davidi, in quo Deum posthac Israhelitæ coletent. Sicut in Psalmo, tanquam alia te non vulgari sibi gratulatur: Lætatus sum in dicentibus mihi, In domum Iehouæ ibimus, stabiles erunt pedes nostri in artus tuis, Ierualem. Coniunctum erat sacerdotium cum regno. Ergo in statione Arce, regni stabilitas Davidi ostenditur. Ideo tam anxiè hoc operasse dicitur, ut solenni voto fe obtringeret, non ē prius habitaturum domi sua, non daturum somnum oculis, nec palpebris suis dormitionem, donec sefer locum Domino, & tabernaculum Deo Iacob. Porro Davidi ostensus fuit locus, Solomonī verò permisum est templum extruere.

47 SOLOMON & DIFICAVIT.) Videtur hic obliquè Stephanus Solomonem perstringere, quasi Dei naturam non respexit in extreundo templo: tamen opus illud non absque Dei iussu aggressus est. Addita fuit etiam promissio, qua testatus est Deus le presentem illi suis adfore. Relipondeo, quim negat Stephanus Deum habitate in templis manufactis, ad Solomonem id minime referri: qui fatis agnouit, quærendum in ēculo Deum esse & illuc attollendus fide est mentes. Quod etiam solenni quam habuit precatione, dicerè præfatus est. Cæli ælorum te non capiunt: & quanto minus domus haec: sed populi stuporem apprehendit, qui templo abusus est: quasi Deum sibi habebet obstricatum. Quod clarius patet ex Eliae testimoniis quod simul atroxvit: Deus, inquit, templum sibi voluit per Solomonem extrui, sed longè errauit qui eum veluti inclusum putauit: eiusmodi structura: quemadmodum per Prophetam suum conqueritur, iniurians sibi à populo fieri, dum loco alligatus fingitur. Cate, ut non ideo solum inuehitur Prophetæ in Iudeos, quod Deum superstitione coleant, putantes templo affixum esse: eius numerus: et quia illius æltinantes ex tuo affectu, postquam sacrificiis & externa pompa defuncti erant, fingebant sibi placatum esse, adeoque obnoxium. Hic ferè communis fuit omnium etatum error, quod homines frigidas ceremonias putarunt abunde ad cultum Dei sufficere. Ratio est, quia quoniam sunt carnales mundisque addicti, Deum imaginantur sibi similem. Ergo Deus, ut hunc illis stuporem excutiat, se omnia predicat implere.

49 Nam quod c. 17 vñ dicit esse sedem suam, & TERRAM assignat sebellum pedibus suis: non ita accipi debet, quasi sit corporeus vel more hominum diuidi possit in partes: sed quia immensus est, negat se ullis locorum spatius contineri. Falluntur itaque qui ex sua natura Deum vel eius cultum estimant. Quia autem Prophete negotiorum est cum hypocritis, non de essentia Dei tancum disputat: sed generaliter docet, hominibus valde esse difficultatem, nec eorum more, vano huius mundi splendore affici. Hic tunc exoritur illa questio, cur Prophetis nullum in mundo quietis locum Deo esse pronuntiant, quam tamen diuersum alibi palam affirmet Spiritus, Psalmo 132. Hæc requies mea in seculum seculi. Quintam Isaías hoc eodem elogio Ecclesiam ornat, quod sit

gloriosa Dei requies ad templum scilicet alludens. Respondeo, quum praesentia sua symbola in templo & sacrificiis olim instituit Deus, non hoc fecisse, ut se illic & suam virtutem affigeret. Peruersus ergo Iraelitæ, qui defixis in symbola mentibus, terretrem sibi fabricatis sunt deum. Peruersus etiam qui hoc praetextu, peccandi licentiam sibi sumplerunt, quasi in nudis ceremoniis promptum ac facilem haberent eius placandi modum. Ita solet mundus cum Deo ludere. Quum externis symbolis Deus se presentem suis fore testatur, ut in medio eorum habitet, sursum eos inuitat, ut spirituali modo ab ipsis queratur. Hypocrita mundo impliciti, Deum potius è celo detrahere volunt: & quoniam nihil habeant præter nudas figuræ, solum confidienti inflati, secutæ sibi in peccatis indulgent. Sic hodie in Papatu Chiristum imaginatione sua includunt in pane & vino. Deinde, iudicio cultu erga suum idolum defuncti, superbe se effundunt, quasi nihil ad angelicam sat, & tacet de cœli. Hec duo virtus sedulo notanda sunt, quod homines superstitione mundanum ac carnalem sibi Deum fabricant, qui ad ipsos ita descendat, ut maneant in terra defixi, neque ad celum aspirent. Deinde, fruolis obsequiis placati Deum somniant: Hinc fit, ut obstupecant in signis visibilibus: deinde ut neglecta pictare, Deum puerili modo, & nihil rebus demeriti farantur. Nunc teneamus quo sensu dicat Propheta, nūquam esse Deo in mundo locum quietis. Tempulum quidem praesentia sua signum ac pigius esse voluerat, sed piis qui corda in celum ascendent, qui pura fide spiritualiter illum colet. Sed apud superstitiones, qui stupidi suis figuris eum mundi elementis aliquant, aut terrenum illi cultum stulte erigunt: apud hypocritas, qui ebria confidientia turgescunt, quasi optimè erga Deum defuncti sint, postquam in suis ineptis luserunt, non habet quietis locum. In summa, promissio fide accepta facit, ut Deus tanquam præfens nos in templo exaudiat, virtutem suam exerat in Sacramentis: sed nisi fide ad ipsum assurgimus, nullam habebimus eius praesentiam. Hinc colligere promptum est, quum in medio suorum habitat, nec terre affixum esse, nec vello loco comprehendendi, quia spiritualiter ipsum in celo queruntur.

50 NONNE MANVS MEA.) His verbis admonet Propheta, neque auro, neque pretioso templi ornatu, neque sacrificiis Deum indigere, unde sequitur, verum eius cultum ceremonias non contineti. Nihil enim eorum quæ illi offerimus sua causa desiderat, sed tantum ut nos exerceat in studio pietatis, quod argumentum fusus tractatur Psalmi 50. Etsi enim pudenda est fatuitas, Deum velle sacrificiis palere: nisi tamen in ea demersi essent hypocritæ, non tanti res ludicras facerent: quia insipidum est coram Deo quicquid à spirituali cultu diserepat. Ideo sciamus nos queri à Deo non nostra, qua precari tantum ab eo obtinemus. Atque hinc simul patet, quām procul à carnalibus hominum figuris distet vera religio.

51 Dureceriis, & incircunciſi corde & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis: sicut Patres vestri, ita & vos.

52 Quem Prophetarum non persequuti sunt patres vestri? & occiderunt eos qui prænuntiarunt de aduentu Iusti, cuius nunc vos proditores & homicide facti estis.

53 Qui accepisti Legem in dispositionibus Angelorum, recfernatis.

51 Quum Stephanus disertè ad capita accusationis non respondeat, libenter illi assentior qui plura dictum fuisse putant, nisi tumultuosè abrupta fuisset eius oratio. Scimus enim qualem confessum iudicium habuerit. Quare non mirum est, si triplex & infans clamoribus illum tacerem coegerint. Et videmus etiam eum data operal longis infinitiobus vīnum esse, vt eos quasi irruentes bellas & ulceret. Sed illorum rabienti tunc fuisse accusam probabile est, quum ostenderet Legem ab ipsis pessime fuisse corruptam, templum eorum superstitionibus pollutum, & apud eos nihil esse sincerum, quia in nudis figuris herent, spiritualiter Deum non colerent: quia ceremonias non referunt ad celestium typum. Ceterum, etsi non rectè statim in causam ingressus est Stephanus, sed paulatim lenire feroces animos tentauit: appositi tamen disseruit ad purgandum quod illi obiectum fuerat crimen. Duo haec, vt dictum est, præcipua erant questionis capita, Quod in Deum ac eius templum contumeliosus fuisse Stephanus, Quod Legem abrogare coatus esset: Stephanus, vt calumnias istas dilueret, à vocacione Abraham exorsus, Iudeos non natura, non iure proprio, non operem meritis Gentibus præceperit ostendit, sed gratuio priuilegio, quod Deus in Abraham persona eos adoptasset. Facit similiter ad causam, quod fœdus similitus cum Abraham percutiun erat, antequam esset templum, ceremonia, adeoque ipsa circuncisio. Quibus rebus ita glorabantur Iudei, vt nullum sine illis Dei cultum, nullumque sancti atem esse dicentes. Narravit postea quām misticæ & quām multiplex fuisse erga genus Abrahæ Dei bonitas, & quam male vicissim ac perterritè populus, quantum in se erat, repulisset Dei gratiam. Vnde constat, non posse eius meritis adscribi, quod censetur Dei populus: sed quia Deus indignum ultra sibi elegit, & ingratu benefacere non deliterit. Hoc modo ad humilitatem subigi ac domari poterant alti & superbi eorum spiritus, vt stulta gloria stulti exinaniti, ad Mediatorem venirent. Tertiò expoluit in ferenda Lege & redimendo populo præsidem fuisse Angelum: & Molem ita ministerio suo functum esse, vt alios in posterum Prophetas fore diceret: quorum tamen iustum esse aliquid principem necesse erat, qui finem prophetis & vaticinis omnibus imponeret, ac solidum asserter complementum. Vnde colligitur, nihil minus quām Mosis esse discipulos, qui promissum in Lege, ac laudatum doctriæ genus vñā cum ipso authore repudiant. Ostendit postea in totum veterem cultum, quia Mose præscriptus erat, per se minimè extimandum, si debere potius in aliun fiuum referri: quia ad celestem archetypum formatus fuerit: Iudeos autem prauos semper fuisse Legi interpres: quia nihil nisi carnale ac terrenum cōcipent. Hinc conficitur nullam templum ac Legi fieri iniuriam, quum Christus tanquam vtriusque finis & veritas, in medium statuitur. Ceterum, quia status causa in hoc præcipue cardine vertebaratur, cultum Dei in sacrificiis & alius rebus propriè non consisteret, & ritus omnes nihil quām adumbrasse Christum, Stephani consiliū erat, infistere potissimum in hac partē, si passi fuisse Iudei: sed quia vbi ad episcopatum ventum est, surore accensi plura audire non sustinuerunt, deest eorū omniū applicatio qua dixerat ad presentem causam. Et pro epilogio acerbam obiurationem subtexere cogit: DVX& inquit, CERVIT. Videmus ut sancto zelo repente in eos excandescat: sed quia videbat absque profectu se verba fundere apud surdos, doctrinæ sua contextum abrupit. Eit autem sumpta ab equis aut bobis metaphora, quam frequenter vñparat Moses, quum dicere vñl populum luum peruvicacē ac immorigerum Deo esse, adeoque indomitus. Exprobatio quæ sequitur, plus habuit apud eos vehementia. Circuncisio enim illis ad via omnia regenda velum erat. Ergo, quum IN CIRCUNCISOS CORDE VOCAT, nō modò significat Deo rebeller esse ac præfractos, sed in eo symbolo quo superberbiant, per his ac fœdissagos inventi, atque ita quodijactabat in suam gloriam, apertissimè retorquet in eorū dedecus: Perinde enim hoc valet, ac si dixisset, scđus Dominus eos adulterasse, vt irrita eoru Circuncisio ac profana esset. Hec autē locutio sumpta est ex Lege & Prophetis, quemadmodū enim Deus symbolum instituit, ita Iudeos seire voluit quorūm circunciderentur;

Evo. 31. b.
9. & 33. 4. 3.
5.

C A P V T V I I .

63

derentur: nempe, ut corda sua & omnes vitiosos affectus Domino circunciderent: sicut legimus. Et nunc circuncidit corda veltra Deo. Quare, litera Circumcisiois, sicuti Paulus nominat, in animis eis nichil fera apud Deum. Ita quoniam hodie Baptismi nulli veritas spirituosa sit ablato, timendum est ne iure a nobis obaci possit, nos minime Baptismi esse participes, quia caruem & animam habeamus sordibus inquinatas.

Vos SEMPER RESTITIS IIS.) Inquit fratrum ac patrum non nomine dignatus fuerat Stephanus, in quos tam aspergit iniquitas. Quandiu ergo spes erat posse eos ad manutencionem illi, eti non amicè modo, cum illas egit, sed honorificè eos alloquitur est: nunc vbi de perata cernit eorum consumaciam, non modo illis deridit, omnè honorem, sed ne quid habet cum illis communem, eos tanquam ex alieno genere oitos compellat. vos inquit, patribus vestris si miles eius qui semper in Dei Spiritu et belles fuerunt. Atque ex illicet ipse quoque patribus omniem ducbat verum vi Christo se adiungat genus suum, quatenus impnum fecerat, obtulerunt. Neque enim omnes eoden, quoniam lauit, faciculo comprehendit, sed turbam ipsam compellat. Ceterum R. SISTERA Spiritu dicuntur, qui cum in Prophetis loquentem contumaciter reculant. Neque enim de arcans reuelationis hic agitur, quas Deus cuicunque intus inspirat, sed ex externo ministerio. Quid diligenter notandum est. Omnia in exercitio vobis colore vult Indxit tollere. Itaque exprobatur quasi data opera & ex propito, non auctem ignorantia sua deo rebellis. Unde appetat, quia Dominus verbum suum faciat, & quam reverenter a nobis lucipi velit. Quare, ne gigantum instar cum Deo bellum geramus, ministris querum ore nos docet, & dicimus placidè audire.

52. Quid PROPHETARVM.) Quoniam patrum crimen sustinere non debeant, videtur iniquus esset Stephanus, qui inter eorum crimina quos alloquitur, hoc referat: verum iustas cautas habui, tamen id faciet. Proinde, quia superbe narrabant se Abraham fratres eius progenies, & opera pietatis fuit illis ostendit, quanta esset ista vanitas, ac si diceret Stephanus, Non esse cur genus suum iactem, quoniam ex impiis Prophetarum occisoribus sunt progenit. Ita oblique perstringit, quod aperte apud Prophetas occurrunt, non Prophetarum esse filii, sed degenerem ac ipsianam obolem, item Chanana, &c. Quid idem hodie in Papistas referre licet, vbi ius patres magnificè effervent. Deinde hoc ad amplificandam onus valer, quod dicit non illis nouuni esse, ut veritati repugnent, sed quasi hereditarium ipsos a patribus haec malitia habere. Porro laicam Ecclesiam hoc modo ipsi detrahi oportuit, quia granabant Stephanum. Erat indignum hoc preindicationem contra Euangelij doctrinam, quod se Dei Ecclesiam esse gloriarabatur, hincque titulum sibi ex longa successione arrogabant. Stephanus ergo contraria occurrit, ac demoni, ita patres eorum non minus quam ipsos impio lande doctrinæ contemptu & odio aduersus Prophetas insinuisse. Postrem, ut per perpetuam Scripturam est, filios a patrum reatum aggregare, cum usdem scriberibus se obstringat, ac respondeat celebris Christi sententia: Implete menturam Patrum, donec veniat languis iustus super vos. ab Abel usque ad Zichariam.

TANTVM BAPTIZATI ERANT.) Non debet inde accipi, tinguam contemptum de Baptismo dictum: sed intelligit Lucas, non nisi communis adoptionis & regenerationis gratia, que prius omnibus in B. p. sm. offertur, tunc donatos fuisse. Hoc vero extraordinarium erat conferre, quibusdam Spiritus dona, quæ regnum Christi & Euangelij gloriam illustrarent: hic enim illorum erat plus, ut quicque pro facultatis sue modo, Ecclesiæ prædesseret. Hoc ideo notandum est, quia Parædam factum suum confirmationem extolleret voluntate, in hac sacrilegum vocem prorumpere non dubitare, Semichristianos esse, quibus manus nondum fuerunt imposita: Hoc iam tolerabile non est, quod quoniam symbolum hoc temporale esset, ipsi perpetuam legem finixerunt in Ecclesia, quasi Spiritus sanctus illis ad manum esset. Scimus, quoniam testimonium ac pignus gratiae Dei fructu & sine re ipsa præponitur, nimis foecundum esse ludibrium: atqui, satéri coguntur ipsi quoque, Ecclesiæ, non nisi ad tempus, donis illis fuisse ornata. Unde sequitur, impositionem manuum qua vi sunt Apostoli, finem habuisse quoniam effectus cessauit. O nitto quod olcum addiderunt manuum impositioni: fed hoc, ut iam dixi, nimis audacie fuit, perpetuam legem Ecclesiæ imponere, ut generale sacramentum esset, cuius peculiarius usus fuerat Apostolis: ut perpetuo duraret signum, postquam ies. ipsa desierat. Verum accessit exercitii blasphemia, quod Baptismo dixerunt tantum peccata remitti: Spiritum regenerationis conferri per putidum illud oleum, quod sine Dei verbo innere ausi sunt. Scriptura nos Christum in Baptismo inuenire testatur, & in eius corpus inferi, ut vetus homo noster crucifigatur, & renouemur in iustitione. Sancti icti prædones detrausta Baptismo spolia ad fallacem sacramenti sui laruum transtulerunt: neque hoc unius hominis commentum fuit, sed concilii vniuersitatis decreatum, quod in suis omnibus scholis quotidie blaterant.

Mact. 6.

b. 13.

Gal. 3. d. 3.

Ro. 6. a. 6. 17. Quoniam imposuerunt manus, ut perpetuo duraret signum, postquam ies. ipsa desierat. Verum accessit exercitii blasphemia, quod Baptismo dixerunt tantum peccata remitti: Spiritum regenerationis conferri per putidum illud oleum, quod sine Dei verbo innere ausi sunt. Scriptura nos Christum in Baptismo invenire testatur, & in eius corpus inferi, ut vetus homo noster crucifigatur, & renouemur in iustitione. Sancti icti prædones detrausta Baptismo spolia ad fallacem sacramenti sui laruum transtulerunt: neque hoc unius hominis commentum fuit, sed concilii vniuersitatis decreatum, quod in suis omnibus scholis quotidie blaterant.

18. QVM IMPOSIVISSE MANVS.) Preces sequitur manuum impositio, quo testantur, minime inclusam esse in externa ceremonia spiritus gratiam quam supplices aliunde postulant. Neque tamen Deum fatendo authorem ceremoniam negligunt, que diuinitus in hunc usum tradita illis erat: & quia non temere usurpat, simul annexus est effectus. Hec signum est utilitas & efficacia, quod in illis Deus operatur, & tamen vnu manet gratia donator, cuiusque dispensande pro iure suo arbitrio: sed meminerimus organum Dei fuisse manu impositionem, quo tempore visibilis Spiritus gratias suis contulit. ex quo verè talibus diuinitus priuata fuit Ecclesia, inane dimitata est spectrum.

19. Dicens: Date & mihi potestatem hanc: ut cui imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum.

20. Petrus autem illi dixit, Pecunia tua tecum sit in exitium: quia donum Dei existimasti pecunias acquireti.

21. Non est tibi pars neque hereditas in ratione hac. Cor enim tuum non rectum est coram Deo.

22. Resipice igitur à malitia hac, & precare Deum, si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui.

23. Nam in felle amaritudinis, & colligatione iniustitiae video te esse.

24. Respondens vero Simon dixit: Precamini vos pro me apud Deum, ne quid eorum quæ dixisti mihi eneniat.

25. Illi ergo testificati, & loquuti sermonem Domini, redierunt Ierusalem, & permulcos pagos Samaritanorum euangelizarunt.

18. INTVITVS AVTEM SIMON.) Iam detegitur Simonis hypocrisia, non quod prius se credere finisset: coniunctus enim serio manus Christo dederat, qualiter multi Euangeli cedunt, ne bellum gerant cum Deo, sed manent interea sui similes: quoniam veram fidem sequi debeat nostri abnegatio. Hoc vero est Christum cù Satana miscere, cum doctrina visque ad reconditos cordis effectus non penetrat, sed interior immundities quasi sepulta illi latet. Nunc ergo sicut illi abstergit Deus in Simone, ne amplius Christi nomen proficeret tam le-

cam se quam alios fallat. Ambitio enim quæ occulta erat, nunc se profert, iam unum vitium est: alterum vero, quod gratiam Dei venalem existimat, se Apostolis sequari cupit. Hoc re. Vnde appetat, profanum esse hominem, qui nondum vera pietatis rudimenta eam ad qualcum prostitutus-Dei studio tangitur: imo, non cogitat quid sit esset Dei ministrum. Quemadmodum gustarit: nullo enim gloria sua magia fecerat: ita, quæstus sum sibi putauit fore, si gratias Spiritus conferret unum qualcum haec tenus ex quin opes & gloriam coram mundo captauerit: simul grauem Deo facit iniuriam, quodque enim dubium est, tem nihil putauit à magis suis incantationibus differre. Nunc brenner teneamus, q[uod] celestem hanc virtutem caverit Simon: In domi Spiritus, non adorat neque agnoscit Christi potentiam: non agit quod modis peccati instrutos Apostolos, ut Christi gloriam suo ministerio illustret: si cum ambitione impellit celesti virtutis posthabito, eminere cupiat, & mundum sibi facere obnoxium: Spiritum sanctum mercari vult, ut Deo quasi pretio subicieat.

20 RESPONDIT PETRVS.) Hic acriter eum repellit Petrus: nec contentus obiurgatione, diram in, nem addit, ut pereat Simon cum sua pecunia. Quanquam non tam illi imprecatur exitium, quam iustificatio dictam Dei, incutienti terroris causa, denuntiat prope impendere. In summa, ostendit quid promeretur, quum foedundinationi subiecit Dei Spiritus: ac si dixisset, Dignus es qui pereas cum tua pecunia, quam tanta contumelia affici Spiritum Dei. Nam quod talum potius Simonem quam perditum cuperet Petrus, ex sequentibus faciliter intelligi poterit, sed quasi iudicis personam sustinens, quam poenam mereatur Simonis impunitas, pronuntiat: ac tanta vehementia reum peragi oportuit, ut sceleris atrocitatem sentiret. Eodem significat quid pecuniam addixit exitio. Significat enim quid ad tam nefarium usum oblata esset, quasi sceleris contagione infectam ac pollutam esse. Et certè, optandum est potius ut pereat totus mundus, quam ut gloriam Dei obsecutus quae pre ipsa nullius sunt pretij. Ceterum, quum ita imprecatur homini sacrilego, non tam personam respicit quam factum, sic enim excandescere aduerteret hominum sceleram debemus, vt prosequamur homines ipsos mite recordia. Tales sunt Dei sententiae, quæ adulteros, fures, & ebriosos, & iniurios exitio deuento: neque enim quarenuos homines sunt, spem illis praedicunt salutis, sed tantum referuntur ad præsentem. 1. Cor. 6. 20 Ep[hesi]s. 5. 11

21 NON EST TIBI PARVS.) Quidam aliter orationem contexunt, Simonem non esse partipem gratiarum, quodam eam pecunia attinet. Sed altera lectio quam sequuti sumus, magis recepta est: nempe, ut ratio illa superiori membro iungatur. Et certè melior est illa conexio, Pecunia tua pereat tecum, quando ea compensari posse existimat inestimabile Spiritus datum. Vbi verus interpres posuerat, In sermone hoc: apudius Erasmus reddidit, in ratione hac. Significat enim Petrus, nihil in tota illa administratione commune esse homini sacrilego qui eam impie profanat. Porro, de Simonia multum & veteres Theologii & Papistæ disputarunt: sed quod Papistæ Simoniam appellant, cum Simonis facto minimè conuenit. voluit Simon Spiritus gratiam pecunia emere: Papistæ etiam Simonia ad otiosos prouentus suos trahunt. Neque tamen hoc dico, ut flagitia extenuem, quæ emendis & vendidis scacerdotis hodie grassantur in Papatu. Tam per se sati fœdum est hoc scelus, quod talen in Ecclesia Dei mercatum exercent. Interea vero tenenda est propria Simonis definitio: nempe quod sit impia donorum Spiritus nundinatio, vel aliud simile, dum illis quispiant ad ambitionem, vel alias corruptelas abutitur. Quanquam Simonis imitatores esse omnes fateor, qui malis artibus ad Ecclesiæ regimè aspirant: quod passim hodi nullo pudore fieri videamus, tanguam lecatur: ac secundum hanc rationem, vix in toto Papatu reperiatur sacerdos, qui non palam sit Simoniacus: quando nullus illuc emergere potest, quin se oblique insinuet. Quanquam fatendum est, quod magno nostro pudore pueri vident, non minore licentia apud quosdam pseudoeangelicos grassari. Nos autem ve à Simonis contagione puri simus, primum Spiritus dona meminerimus non pecunia acquiri: sed conferri mera & gratuita Dei bonitate, idque in Ecclesiæ adificationem, hoc est, ut studeat quisque pro facultatis sua modo fratres suos iuare: ut modeles quisque conferat in commune Ecclesiæ bonum, quod accepit: nec obster cuiusquam hominis excellētia, quin solus Christus supra omnes emineat. Mirum tamen videri posset, quod Simonem excludat Petrus à Spiritus participatione, quod ad dona specialia pertinet: quia cor non habeat effectum coram Deo. neque enim fecit Iudea prauitas, quin Spiritus donis polleret: nec Spiritus dona apud Corinthios sic corrupta fuissent, si cor habuissent coram Deo rectum. Non videtur itaque ratio quam assignat Petrus, sufficiere: quia multi qui impuro sunt corde, Spiritus donis plerunque excellunt. Sed primò, nihil absurdum est, si indignis quoque tales gratias conferat Deus. deinde Petrus non praescribit hic generaliter regulam, sed quia communio donorum Spiritus peculiaris est Ecclesiæ, Simonem, qui alienus est à Christo, indignum esse pronuntiat, qui tanguam vnum ex domesticis Dei easdem cum fidelibus gratias participet. Adde quod directa fuerat contumelia in ea dona quibus abdicatur.

22 RESPICE 1. COR. 14.) Quod illum ad poenitentiam hortatur, & preces, in eo spem venia residuum illi facit. nullo enim inquam relipiscendi affectu quipiam tangetur, nisi qui propitiū sibi fore Deum confidet: contraria, desperatio homines semper rapiet præcipites ad audaciam. Præterea scriptura docet, non inuocari ritus Deum, nisi ex fide. Videmus ergo, ut Petrus Simonem diris verborum fulminibus anè prostratum, nunc rursus in salutis fiduciam erigat: & tamen non leue peccatum erat Simonis. Verum, si fieri possit, ab ipsis inferis extrahendi nobis sunt homines. Proinde, donec se manifestis signis etiam sceleratissimi quique reprobos esse prodant, nemō tam seuerè tractandus est, quin illi simul peccatorum remissio ante oculos ponatur. Imo, quibus ob duritiam & periuiciam acrior obiurgatio vilis est, sic tamen una manu deiicere ipsis decet, ut altera subleuentur, nam anathematice ferire Spiritus Dei non permittit. Sed metum ac dubitationem iniiceret videtur Petrus, quom dicit, SI FORTA. Et Papista hoc loco & similibus probare contendunt suspensis ac dubiis animis precandum esse: quia temerè certum sibi successum homines in suis votis promittant: sed facilis est solutio. Nam dicto ei aperte tantundem valet ac si quis Latinè dicat, Si quā tibi remittat Deus. Eam vero Petrus usurpat, non ut perplexum relinquit animum Simonis, sed ut magis ad vehementiam precandi stimuleret. Nam ipsa difficultas non parum ad nos excitandos valet: quia vbi res videtur sub manu esse, nimium securi & ignavi sumus. Ergo non incutit Petrus Simoni terorem, qui impecandi fiduciam euerat in eius corde, vel perturbet: sed spem illi certam faciens, si supplex perierit ac ex animo tantum excitandi ardoris causa, veniam pro sceleris gravitate difficultem esse commemorat. Necesse enim est, ut fides nobis in adeundo Deo prælueat: imo, ut sit precatiōnis mater.

23 IN FELLE ENIM ANARITYDINTIS.) Iterum Simonem Petrus dure exagitat, & Dei iudicio percellit, nisi enim coactus fuisset in se descendere, nunquam serio ad Deum conuersus esset. Nihil enim stupidis magis existiale est, quād quoniam illis blandimur, vel quād leviter tantum radimus summā cutem, quum potius fodendi sint. Ergo donec ex peccati sui sensu vetram tristitiam & dolorem conceperit peccator, talis adhibenda est severitas,

que eius animum vulneret: alioqui putridum vucus intus souebitur, quod sensim ipsum hominem absumeret. Semper tamen modus ille tenetur, ut hominum saluti, quantum in nobis est, consularum. Porro, in verbis Petri duas sunt elegantes metaphoræ: quarum altera ex Moysi sumpta videatur, vbi veterat, ne sit in nobis radix germinans fel & abyssum, Deut. 29. Hac autem locutione interior cordis malitia notatur: quum impietatis virus ita concepit, ut eo imbutum nihil quam anarititudinem proficeret queat. Eodem spectat colligatio in impietatis: quoniam scilicet totum cor vincit & constrictum a Satana tenetur. Nam saepe accidit ut prius aliqui homines in mala opera erumpant, qui tamen intimum cor veneno corruptum non habeant. Scimus hominum naturam ingentiam esse hypocrisin: led ubi lucet Spiritus Dei, non ita exerimus in nostris vitis, ut tanquam occultum falciculum inuis alamus. Significat ergo Petrus non una tantum in parte Simonem ipsius esse, sed ipsam cordis radicem virtuosam esse & amarum: non modo in una specie peccati incidere in Satana laqueos, sed omnes eius sensus teneri implicitos, ut totus sit adductus Satane, & quasi iniquitatis mancipium. Inter monemur, Ieserum gratauitate non tam à flagito quod appetet, quam ab affectu cordis astimari.

24 RESPONDIT SIMON.) Hinc colligimus, non ita acceptum ab illo fuisse quod iniurias erat Petrus, quin salutem suam queri reputaret. Tamen etiam unus tantum Petrus loquutus erat, sermonem omnibus promiscue tribuit propter consensum. Nunc exoritur quæstio, Quid sit de Simone fortendum? Scriptura non longius quam ad coniecturam nos ducit, Quod obiurgatione cedit, & tunc peccati sui sensu, Dei metu iudicium: deinde ad Dei misericordiam se confert, sive precibus Ecclesie commendat: huc certe non minima sunt penitentia signa: concidere ergo licet ipsum respuisse. Et tamen veteres uno consensu tradidit gravem postea fuisse Petrum aduersarium, & Romæ cum eo per triduum disputasse. Exeat etiam scripta disputatione sub nomine Clementis, sed quia tam pudica de liria continet, ut mirum sit, Chaltilianis auribus posse ferri. Deinde, ostendit Augustinus ad Iannuarium, varios & fabulosos rumores ea de re suo tempore Romæ vagatos fuisse, quare nihil tutius est, quam incertis opinionibus valere iussis, simpliciter amplecti quod Scripturis proditum est. Quod alibi de Simone legimus, meritè piiores o' causas suscepimus esse potest.

25 ILLI AUTEM TESTIFICATI.) His verbis docet Lucas, non ideo tantum venisse Petrum & Ioannem, ut donis Spiritus direxerint Samaritanos, sed ut comprobando Philippi doctrinam, illos in fide iam recepta stirbilerent. Hoc enim valet TESTIFICANDI verbum: ac si dicaret, eorum testimonio factum esse, ut plena & solida verbo Dei autoritas constaret, ac vigeret tanquam probè testata & authentica veritas. Similiter tamen fidos Dei testes fuisse admoneret Lucas, quem addicet protulisse per sermonem. Hec ergo doctrina Apostolice summa fuit, fideliter proferre quo à Domino didicerant: non sua vel cuiusquam hominum commenta. Dicit non in una solum virbe hoc fecisse, sed etiam in vicissim. Videntur ergo sic ad promonendam Christi gloriam fuisse accensos, ut quocunque venirent, illum habentem in ore. Itaque una virbe per totam regionem semen vita spargi coepit.

26 Angelus autem Dominiloquutus est Philippo dicens: Surge, & vade meridiem versus, ad viam que descendit à Ierosalem, Gazam: ipsa est desertus.

27 Et surgens, profectus est. Et ecce vir Æthiops, eunuchus, prefectus Candaces Regine Æthiopum, qui praeerat toti eius gaza, qui venerat Ierosolymam adoratus,

28 Reuertens autem ac sedens in curru suo legebat Prophetam Isaiam.

29 Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, & adiungere ad hunc currum.

30 Accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem Prophetam Isaiam, ac dicit: Intellige quæ legis?

31 Dixi ille, Quomodo possem, nisi quispiam me dirigat? Reganit autem Philippum, ut ascenderet ac sedederet jecum.

26 ANGELVS DOMINI.) Transit Lucas ad nouam historiam, quomodo scilicet Euangelium ad Æthiopes vñque peruenierit. tamen enim unum hominem duntaxat ad Christi fidem conueniunt fuisse referti, quia tamen magna erat in toto regno eius authoritas & potentia, fides eius odorem longè latèque pirate potuit. Scimus enim extenuibus principiis Euangelium creuisse: & in eo clarius refutistis vis Spiritus, quod granum unum seminis brevi tempore spatie amplam regionem implevit. Primo iubetur Philippus ab Angelo ire versus meridiem: quo profectus, vel in quem finem, Angelus illi non exprimit. Atque ita saepe Dominus cum suis agere solet, ad probandam eorum obedientiam, quid facere ipsos velit demonstrat: hoc vel illud præcipit: successum vero penes se absconditum teuerit. Ergo simplici Dei imperio contenti simus, etiam si ratio eius quid iniungit, vel obedientia fructus non statim appareret, nam etiæ diserte hoc non exprimitur, omnia tamen Dei mandata tacitam promissionem continent, quoties illi paremus, non posse, quicquid fuscipimus operis, nisi prosperecedere. Adde, quod sufficere nobis debet, probari Deo nostra studia, quum nihil temere & sine illius iussu fuscipimus. Si quis obiiciat, non descendere quotidie ē cœlo Angelos, qui nobis quid agendum sit patefaciant: in promptu est responsio, Abundè nos doceri verbo Domini quidam agendum sit: nec consilio desitui quicunque os illius interrogant, & Spiritus gubernatione se submitunt. Itaque, quo minus ad sequendum Deum prompti & alacres sumus, nihil nos impedit vel moratur nisi nostra segnities preecandique incuria.

27 VENIA QVÆ DESCENDIT GAZAM.) Inter doctos omnes conuenit, Gazam hic vocari, quæ Hebreis dicitur HAZA. Quare nullus Pomponius Mela, qui nomen virbi à Cambyse Persorum Rege impositum fuisse tradit: quod bellum gerens cum Ægyptis illuc opes suas repotitas haberet. Verum quidem est, Gazam Persis thesaurum vel opulentiam dicit: atque hoc sensu paulò post usurpat Lucas, quum dicit, Eunuchum Candaces gazam fuisse profectum: sed quia ante natum Cambysem, Hebraicum illud nomen in usum erat, non dubito, quoniam postea corruptum fuerit, litera HAZA in G. mutata, quod in aliis fere omnibus fuisse factum videamus. Epitheton DESERTA, ideo additur, quia veterem illam Gazam Alexander Macedo euerit. Qui Constantinum secundæ & non Gazam conditorem faciunt, à Luca refelluntur, qui centum & quinquaginta annis prius exitisse affirmat: sed fieri potest, ut conditam vibem ornauerit & auxerit. Ceterum, hanc nouam maritimam fuisse, & ab antiqua viginti ita diis disticam, omnes consentiunt.

28 ECCE VIR ÆTHIOPUS.) Virum appellat, quem paulò post Eunuchum fuisse dicit: sed quia in Oriente solebant Reges & Reginæ eunuchos praescire summis negotiis factum est, ut Dynastæ promiscue vocarentur eunuchi, quoniam tamen viri essent. Porro nunc demum re ipsa compensis Philippus, non frustra se Deo fuisse morigerum

C A P V T V H I .

morigerum. Ita, quisquis successum Domino committens, petrexit quod feliciter succedere quicquid eius auctoritatis & mandato suscipitur. Nomen eale subet, tandem experietur, ne fuit sed quemadmodum Celsatum nomen commune fuit Romanis Imperatoris, non vnius tantum Regius Reginas vocabant Candacus. Hoc quoque ad rem facit, quod nobile illud *Ethiopes*, teste Plinio, tradidit historici, qui ex eius amplitudine & potentia, quam splendida sacra eunata cum fuisse regnum colligi melius potest. Caput & primaria fides fuit Meteo. Luca testimonio suffragantur *conditio & dignitas, mulieries illic regnare solitas referunt.*

VENERABAT ADORATVRVS.) Hinc colligimus, longè sparsum veri Dei nomen, ut in longis aliquos haberet cultores. Certe hunc viam oportet palam dicere: sum à gente sua cultum propter regionibus potuit fortin venire in Indiam tantus dynastes: nec dubium est, quoniam magnum comitatum vocique enim Nec vero mirum est, fuisse passus in toto Oriente aliquos qui verum Deum coerent: quia ex quatuor partibus, fuit et populus, simul diffusus fuerat alius pure Dei notitiae odor, per gentes exteriores: immo, eximius patrus quadam fuerat pietatis veris propagatio. Quinetiam Romanos videntes, quoniam airocibus edictis Incolae religionem dabant, vix tamen effecisse, quoniam tumultum multi ad eam transiuerint. Haec erant vocatae gentium præludia, donec Christus aduentus sui fulgore. Leges umbras discutient, dilectissim inter Iudeos & Gentes tolleret, dirutaque maceria, vndeque colligeret Dei filios. Quod adorandi causa Ierosolymam venti Eunuchus, superstitio tribuendum non est. Poterat quidem in patria Deum precari: sed que praescripta erat exercita Dei cultoribus, hic plus vir omittere noluit, adeoque hoc habuit propostum, ut non fidem modis piauit et clausum in corde aleret, sed eam apud homines prosterretur. Neque tamen tale cum gente sua duocūtum facere potuit, quoniam multis se odiosum fore sciret: sed externa religionis professio, quam a Domino exigitur, pluris illi fuit quam hominum gratia. Quod si exigua scientia Legis scintilla usque adeo in illo emicuit, quoniam probolus nobis erit, plenam Evangelij lucem perinde silencio suffocare; S quis obicit, iam tunc abrogari fuisse sacrificia, ac iam fuisse tempus quo vellet Dens ubique absque locorum discrimine inuocari: resposto facilis est. Sine superstitione retentos fuisse in Legis umbris, quibus nondum patefacta erat Evangelij veritas. Nam quod Lex dicitur a Christo fuisse abolita quantum ad ceremonias, sic intelligendum est: ubi postea exhibet Christus, euangelizare iustos illos veteres, qui illum absentem figurabant. Quod postea illi Dominus Eunuchum venire Ierosolymam priuipu[m] illi doctorem mitteret: credibile est ideo secundum esse, quia vnde erat, Leges rudimentis adhuc formata, ut postea ad recipiendam Evangelij doctrinam aptior foret ac magis idoneus. Quod autem Ierosolymæ neminem ex Apostolis illi Deus obtulerit, causa in arcane eius consilio latet: nisi forte, ut thesaurum reperire ac præter spem oblatum, plenis faceret: vel quia satius erat, postquam ab externa ceremoniarum pompa temporeque aspectu subductus, salutis viam liberius in otio & quiete quereret, Christum illi proponi.

28 L E G E R A T I S A I A M.) Lectio Prophetæ, ostendit Eunuchum non temere ex capitib[us] sui sensu Deum adorare, quem sibi fixisset, sed quem cognoverat ex Legis doctrina. Atque haec certè legimus eit colendi Dei ratio, non antipætū iudeos & inanes ritus, sed Verbum simile adiungere: aliqui nihil nisi fortuitum erit ac confusum. Nec vero forma adorandina in Legis praescripta, alia in re differt ab hominum commentis, nisi quod illic Deus Verbo suo præluderet. Deum ergo soli eius discipuli sic adorant, hoc est, qui edocti sunt in eius schola. Sed videtur operam ludere, quoniam sine profecto legit. fatetur enim se, nisi adiuvum alterius magistri opera, Prophetæ sensum minimè assequi. Respondeo, Sicut dicerit animo Prophetam legebat, ita fructum aliquem sperasse, & re ipsa etiam lenissime. Cur ergo se intelligere possit negat quem in manibus locū habet? Nempe, inscitiam suam modestè in locis obscurioribus agnoscat. Multa sunt apud Isaiam que longa expositione minime indigent: ut quoniam de bonitate & potentia Dei concionatur, partim ut ad fidem inuitet homines, partim ut ad sanctam vitam horreter & erudit. Nemo itaque tam rufus erit idiota, qui librum illum legendu[m], non aliquantum proficiat. vix tamen forte decimum quemque versum solidè intelliget. Talis fuit Eunuchi lectio, nam quoniam pro captu suo colligeret quod ad edificationem valebant, certa illi utilitas ex studiis suis constabat. Interim si multa eum latebant, ratio non assecurabat ut librum abiiceret. Sic omnino legenda est nobis quoque Scriptura: quæ aperta sunt, & in quibus mentem suam Deus aperit, audie & propter animo luce p[ro]p[ter]e decet: quæ adhuc nobis obscura sunt, præterire conuenit, donec plenior lux affligerat. Quod si legendo non satigabimur, fieri tandem, ut Scriptura assiduo usu familiaris nobis reddatur.

31 QUOD OMODO POSSIM.) Insignis Eunuchi modestia, qui non tantum se a Philippo homine plebio interroga in quo animo patitur, sed vlti & ingenio fatur suam inscitiam. Et certe minimè sperandum est, ut se discilem vnguam præbeat, qui propriogenitam fiduciam inflatus est. Hinc etiam sit, ut hodie tam paucis fructuofasit Scripturæ lectio, quia vix centesimus quisque reperitur, qui se libenter ad discendum subiciebat. nam dū necepsit omnes fele[m] pudet quod nesciunt, ignorantiam suam superbe quique fovere mauult, quam aliorum discipulūs videri. Imm̄, bona pars superciliosè sibi in alios magisterium vlorpat. Meminerimus tamen Eunuchum sic ignorantis lux conscientia fuisse, ut tamen Scripturam legendo, vnuus esset ex Dei discipulis. Hac vera demum est Scripturæ reverentia, quoniam agnoscamus illic reconditam esse sapientiam, que sensus omnes nostros supererat ac fugiunt: nec tamen ideo sumus fastidiosi, sed sedulū legentes pendemus à revelatione Spiritus, & inter pretem nobis dari experimentum.

R O G A V I T P H I L I P P U M V T A S C E N D E R E T.) Alterum modestia specimen, quod interpretarem & magistrum sibi querit. Poterat pro communī diuitium factu Philippum reliquere: erat enim quædam tacitæ ignorantiae exprobatio, quoniam diceret Philippus: INTELLEGIS N E que legis? Diuites autem iniuriaam sibi fieri putant, si quis eos liberius compellat. Itaque statim prouumpant in has voces, Quid ad te, vel, Quid tibi mecum? Eunuchs autem se Philippo docendū submisè tradit. Ita animo compotis sumus oportet, si Deum cupimus habere doctorem, cuius Spiritus super humilem & mansuetum quiete. Quod si quis sibi diffidens, discilem se præbeat, potius è coelo delendent Angelii ad nos docendos, quoniam ut illustra nos Dominus laborare sinat. Quanquam Eunuchi exemplo, admiculicis omnibus vtendum est, que Dominus ad intelligentiam Scripturam nobis proponit. Phreneticici homines *inveniagimus* è celo pertinet, & interea Ministrium Dei contemnunt, cuius manu regi debebant. Alij perspicacia sua freti, neminem audiunt, nullos commentarios legere dignantur. Atqui, Deus subtilia quæ nobis destinat, non vult contemni, & eorum contemptum impunitè cedere non poterit. Atque hic memoria tenendum est, non modo datam nobis esse Scripturam, sed interpres simul & doctores esse additos, qui nos adiuvent. Hac ratione Philippum Dominus Eunicho potius destinauit, quam Angelum, quoniam enim hic circuitus spectabat, quod Angelii voce Philipum Deus accersit, non restat mittit Angelum ipsum, nisi quod ad audiendos ho-

mines assuefacere nos voluit? Hec certè non vulgaris est exterræ prædicationis commendatio, quod Angelis tacentibus, in ore hominum vox Dei in salutem nostram personat. Quæ de te plura in caput nonum & decimum sum dicturus.

32 Porro sententia scripturæ quam legebat, erat h.e.c: Tanquam ouis ad victimam ductus est, & tanquam agnus coram soniente mutus, ita non aperuit os suum.

33 In humilitate et is indicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? quia tollitur è terra vita eius.

34 Respondens autem Eunuchus Philippo, dixit: Rogo te, de quo hoc dicit Propheta? de se ipso, an de alio quopiam?

35 Aperiens autem Philippos os suum, & exorsus à Scriptura habet prædicavit illi Iesum.

32 SENTENTIA S C R I P T U R A.) Propriè, Continens vel complexum. Sciamus, non incidisse calū in hunc locum, sed mira prouidentia Dei id factum esse, vt thesī vel principiū haberet Philippus, unde tota Christianismi summā ap̄t̄ deduci posset. Ergo, p̄iuū occulta Spiritus dictione, plenē institutionis materiū datur illi in manū: deinde, palātū hominis ministeriū forma aptatur. Est autem illustrē hoc, & p̄t̄ alijs memorabile vaticinium de Christo: quia sine inuolucris illic pronuntiat Ias̄as, talem redimendæ Ecclesiæ fore modum, vt Filius Dei morte sua vitam hominibus acquirat: vt se victimam constituant, expiandis hominum peccatis: vt atteratur Dei manu, & vīque ad inferos iplos descendat, quo nos ab interitu emerlos erigat vīque in celum, in summa, perpicuē tractat hic locus quomodo reconciliantur homines Deo, quomodo iustitiam obtineant, quomodo liberati à Satana tyrannide, & peccati iugo soluti, in regnum Dei perueriant: breuiter, vnde petenda sint omnia salutis partes. Ego tamen, que hic citantur à Luca, tantum expōnam: ac duo quidem membra sunt: priore docet, Christum, vt Ecclesiā redimat & restituat in vitam, sic conterendum esse, vt similis appareat perditō & desperato. Deinde, mortem eius pronuntiat fore viuificam, & exsumma desperatione extirrum singularem triumphum. Quod a ḡo o. Christum comparat, qui ad maledictionem duci se patitur: & o v. i., que se tonsionē placide offert, significat voluntarium fore Christi sacrificium. Et certè, & placandi Dei fuit ratio, quod se obediētē p̄būt. Loquutus est quidem coram Pilato: sed non redimendæ vitæ causa, quin potius ut se offerret vītro in victimam, sicuti à Patre destinatus erat, adeoque supplicium quod nos manebat, sibi accereret. Vtrumque ergo docet Propheta, oportuisse Christum mori, vt vitam nobis acquereret: & ponte mortem illi fuisse subeundam, vt hominum contumaciam obsequio suo deleret. Ceterū, hinc colligenda est ad patientiam exhortationē: sicuti facit Petrus, sed ordine p̄cedit illa, quam attigi, fidei doctrina.

33 IN H Y M N I TATE IV D I C I V U M E I V S.) Vell Græcum volumen Eunuchus habuit, vel Lucas suo more lectionem tunc vīstītam retulit. Dicit Propheta, Christum de angustia & iudicio sublatum. quibus verbis admirabilem vīctoriam celebrat, que eius delectiōnē mox sequuta est. nam si morte fuisset oppressus, nihil ab eo sperari poterat. Ergo Propheta, vt nostram in Christo fiduciam stabilit̄, postquam manu Dei percussum, & maledictioni subiectum delcripsit, nunc illi nouam perlōnam induit: quod scilicet vīctor ex mortis abyssō emergat, & ex inferis ipsi prodeat author vitæ æternæ. Scio quidem locum hunc variè exponi: sunt qui intelligant à carcere ad crūcem raptum esse: alius t o l i p̄t̄ in perinde valer, atque In nihilum redigi. Et ambigua est Hebraicō verbi, L A C H A N, non minus quam Graci, ἀφεδ̄, significatio. Verū, qui contextum proprius expendet, mihi in eo quod dixi, assentietur: ab illo tristī & deformi spectaculo quod proposuerat, transītū nūc fieri ad nouū insperatæ gloriæ extortum. Ideo in summa rei non multum differt Ḡeca interpretatio à Propheta verbis: nam in humiliitate vel abiectione sublatum est Christi iudicium: quia quoniam oppresſus videri posset. Pater eius causam asseruit. Hoc modo IUDICIVM, sicuti multis aliis locis, pro Iure suū netur. Sed in Hebraico contextu Damnationem significat. Dicit enim Propheta, Christum, postquam in vītrīas angustias redactus fuerit, & damnato ac perditō similis, Patris manu eructum iri. Ergo sensus est, Oportuisse Christum prius morti addici, quam Pater illum in regnū sui gloriā exolleret. Quæ doctrina ad totum Ecclesiæ corpus transferenda est: quia pios omnes mirabiliter opererūt ergi Dei manu, ne morte absorbeantur. Deus autem, quoniam vindicta suorum apparuit, non modò eos restituit in vitam, sed ex multis mortibus insignis illis triumphos comparat: sicuti Christus præclarum illud trophyū in cruce statuit, de quo meminit Apostolus secundo ad Colosseos, s. capite.

GENERATIONEM E I V S.) Postquam vītrīcem Christi mortem celebravit Propheta, iam subiicit, non exigui temporis fore vīctoriam, sed quæ propaganda sit vītra omnem annorum numerum. Nam Propheta exclamatio perinde valer, ac si perpetuitatem regni Christi negaret hominum lingua exprimi posse. Ceterū, hunc locum miserè torserunt interpretes. Quod æternam Verbi Dei generationem hinc veteres probare conati sunt aduersus Arium, nimis à mente Propheta dissentaneum est, nihil vero Chytofomi expōsitiō, qui ad humanam generationem refert. neque illi Propheta sensum aff. quoniam in illius ætatis homines eum inuehi putant. Melius alij, qui de Ecclesiā accipiunt dictum, nisi quod falluntur ipsi quoque in voce GENERATIONIS, que illis Posteriorum ad Sobolem significat. Atq; nomen D O R quod est apud Prophetam, Hebriæ Seculum aut vīq; humanæ durationem significat. Sensus itaque Propheta procul dubio est, vitam Christi pei petuam fore, quoniam semel Patris gratia liberatus à morte fuerit: quoniam vita hæc qua fine caret, ad totum Ecclesiæ corpus pertinet: quia non ut sibi vivat, sed suis, Christus resurrexit. Fructum ergo & effectum illius quam in capite posuit vītorię, nunc in membris omnibus celebit. Quare ex hoc loco vīta æternæ fiduciam concipere vnuſquisque fidelium potest: deinde, Ecclesiæ potius perpetuitas in persona Christi asseritur.

Quia tollit vīta TERRA.) Valde absurdā in speciem ratio, quod tam magnificè regnet Christus in celo & in terra, Quia excisus fuit. Quis enim interitum, vīta cauſam esse credit? Sed hoc admirabili Dei consilio factum est, ut inferi scilicet essent, quibus in celum Christus condescenderet: ignominia transītū illi esset in vitam: ex cruci horrore & tenebris emerget latuſ fulgor: ex mortis abyſſe beata immortalitas manaret. Quia se ipsum exinanivit, propterea exultit ipsum Pater, vt coram ipso omne genu fleatur, &c. Nunc quæ nobis sit cum Christo societas, cogitandum est, ne cui graue aut moleſtum sit eadem via pergere.

34 Dixit Eunuchus Philippo.) Hic apparet, quanto discendi studio flagraret Eunuchus. Vagatur in multis vītæ vaticiniis quasi per dubias ambages, nec tamen legendo fatigatur. Dum autem nihil sibi arrogat, p̄t̄ sp̄em

C A P V T V H I.

⁷³ Sem repente plus longe confequitur, quā tota vita multā fudando cūculifser. Ita & nobis Dominus, si ruditatis nostrae confici, lubritate nos ac poterat, si acumen suum aegliter parvulus occurret. Et quemadmodum semen sub terra locatum, ad tempulum non grauenur, malo affulgens, efficiet, vt lectio que sterilis & fructu vacua nihil quānū triduum patet, ita Dominus Spiritu lucem habeat. Dominus quidem nunquam ita clausos suorum oculos tenet, quā à spicium intelligentia salutis via in Scriptura pateat: quā legendo subinde proficiant: sed hancē tēpe patitur statim ingressu illis cursum eorum tardati, tum ut fides patientiam in illis probet, tum ut inservit fidei admonitioni obice posito, erudit, tum ut corpore excusso, attentiores reddat, tum ut pre candi ardorem accendat, tād humilitatem derio eos magis stimulet ad veritatis amorem, tum ut cœlestis sue spiciorum excellentiarum, quā ipso defensione non habebut, melius commendet. Verū, vīcunq; non statim ad meā solida notitia aliā in fideles, labore tamen suum semper sentient irritum non esse, modo ne sibi viam iupēbo faliō gaudient. Dum ad ienitā tempus plena reuelationis, sufficiat nobis hic professus, quād quācumuis exiguus noldant. ^{quā}

35 PHILIPPVS aperiens os suum.) Aperite os, in Scripturis, est ordiri longum sermonem de te graui & tanta. Significat ergo Lucas, Cœpsisse Philippum quasi pleno ore disserrere ē Cœlito. Dicit, INT̄ITVM fecisse ab hac propheta, quāna clarius Christum depingit: & tunc in manū omninoē oblata erat. Postquam ergo ostendit Philippus ex Propheta verbis, qualis futurus esset Christi adiutorius, & quid ab eo sperandum, rem ipsam deinde contulit, vt sciret Eunuchus iam exhibuit esse Christum illum qui promissus fuerat: & virtutem eius teneret. Vbi vertimus PRÆDICASSĒ Christum, Lucas habet Euangelizasse. Sensus est, docuisse de Christo quod Euangeliō suo promulgauit ipse & tradi iustit. Vnde colligimus, vbi cognoscitur Christus, Euangeliū suūmam nobis constare.

36 Quām autem pergerent in via, venerunt ad aquam: Et dixi: Eunuchus: Ecce aqua, quid verat quo minus baptizē?

37 Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Respondens ille dixit: Credo Filiū Dei esse Iesum Christum.

38 Tuac tuūstisti currum, & descendērunt ambo in aquam, Philippus scilicet ac Eunuchus: & baptizauit eum.

39 Quām autem ascendissent ex aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & non vidit eum amplius Eunuchus. Perrexit itaque in via sua gaudens.

40 Philippus autem repertus est Azoti: & proficisciens euangelizabat urbibus cunctis, donec veniret Cafaream.

36 QVID VĒTAT?) Sequitur Eunuchi Baptismus, vnde colligimus, quantum exiguo tempore profecit, quando ad dandum Christo nomen vtrū se offert. Iam enim maturam quodammodo fidem in eius confide fuisse oportet, quā ad externam professionem cupidē descendit. Non recipio quod annotat Chylostomus. Modestia retentus esse, ne Baptismum aperit pateret: plus enim vehementia habet interrogatio ista, quām si simpliciter Philippo dixisset, Volo vt me baptizes. Ceterū, videamus ita prædicatum fuisse illi Christum, vt Baptismum sciret nouē in illo vitē esse symbolum, idēque minime negligenter, quā accelerationē erat ad sermonem, & quidem ab ipso inseparabilis. Sicut ergo quod de Christo audiuit, libenter amplexus est, ita nūc pio fero in externā fidei confessionē prorumpit, nec sati illis est intus coram Deo credere, nisi se Christianum apud homines esse testetur. Multa illi venire poterant in mentem, quā Baptismo eum arcerent, ne & Regiae & totius gentis suā odiis ac probris se exponeret, sed horum quicquam sibi obstat, quo minus censeri cupiat inter Christi discipulos. Si paucarum horatū rudimentis, eo usque proœctus est, quām pudenda est eorum segnitias, qui fidem quinque, decen, aut viginti anorum doctrina comprehendunt intus supprimunt?

SICREDITS ex toto corde.) Quod non admittitur Eunuchus ad Baptismum nisi fidem professus, hinc sumendi est vniuersalīs regula, Non antē recipiendos esse in Ecclesiā qui ab ea prius fuerant alieni, quām vbitestari suerint Christo se credere. Est enim Baptismus quāsi fidei appendix: idēque ordine posterior est. Deinde, si datur sine fide, cuius est signum, & impia & nimis crassa est profanatio. Sed in fine ac perperam fanatici homines pedobaptismum hoc prætextu impugnant. Cur fides in Eunicho Baptismum præcedere debuit? Nempe, quām hac nota solos Ecclesiæ domésticos Christus insigniat, inferi in Ecclesiā oportet qui baptizandū sunt. Sicut autem adultos fidei infiri certum est, ita piorū libertos dico Ecclesiæ filios nasci, & ab vetero reputari in Christi membris: quia hāc legē nos Deus adoptat, vt in eum feminis nostri patet. Tamē ergo fides in adultis exiguit perperam transfert hoc ad infantes, quo um longē diuerita est ratio. Ceterū ab aliis sunt testimonio: magis quidam viri, quām probare vellent, fidem nihil haberet confirmationis ex Baptismo: sic enim ratiocinabantur: Labetur Eunuchus afferre peccatum fidem ad Baptismum: ergo nihil accedere potuit. Sed Scriptura Totum cor tēpe accipit pro Syncero & non lucato, cui opponitur Cui duplex. Ita, non est quod perfectè credere imaginem, qui ex toto corde credunt: quando informa & pusilla fides in eo esse poterit, cui tamē integer erit animus & omni fictione purus. Sic accipere conuenit quod David iactat, se diligere Dominum ex toto corde. Philippus certè Samaritanos prius baptizauerat, quāstamen sciebat longē adhuc à meta distare. Fides ergo totius cordis est, quā in corde vias rādices habens, ad quotidianos tamen profectus aspirat:

CREDITO Filium Dei.) Sicut in Christo fundatus est Baptismus, & illuc vis eius ac veritas continetur: ita Eunuchus Christum vnum sibi proponit. Sciebat Eunuchus antea vnum esse Deum, qui fodus cū Abraham pepigerat, qui Legem dederat per manū Mōsis, qui populum vnum segregauerat à reliquis gentibus, qui Christum pollicens fuerat, per quem propius esset mundo: nunc tēsū fateretur esse illum mundi redemptorem & DEI FILIUM: sub quo titulo summariam complectitur quācunque Scriptura Christo tribuit. Hęc perfecta est fides, cuius nuper meminit Philippus, quā Christum recipit, qualis & promissus est oīl, & tandem exhibitus, & quidem serio cordis affectu, sicuti Paulus eam requirit non fictam. Hanc quisquis non habet iam adultus, frustrā infantis suā Baptismo gloriatur: nam in hūc finem infantes sibi Christus

Baptismo initiat, ut quum primi exatis captus tulerit, se illi discipulos addicant, & Spiritu eius baptizati, virtutem eius, quam figurat Baptismus, fidei intelligentia teneant.

³⁸ DESCENDIBVNT in Iuan.) Hic perpicimus, quinam apud veteres baptizandi ritus fuerit: totum enim corpus in aqua misericordia nunc inualuit vius, ut minister corpus vel caput tantum impetraret. Extremum, non tantum illi nos debet tantillum ceremonia discrimen, ut Ecclesiam propterea leviterem, vel iuxta turbemus. Pro ipsa ictem Baptismi ceremonia, quatenus nobis a Christo tradita est, centies potius ad mortem usque digrediendum, quam ut eam nobis eripi finamus: sed quum in aq[ue] symbolo testimonium habemus tam abluimus nos tristis, quam noue vita: quum in aqua, velut in speculo, sanguinem nobis suum Christus reperiret, ut munditatem inde nostram petamus: quum docet nos Spiritu suo resurgi, ut moriori peccato, iustitiae manus: nihil quod ad Baptismi substantiam faciat, decesse nobis certum est. Quare, ab initio liberis si permisit Ecclesia, extra hanc substantiam, ritus habere paululum dissimiles. Nam alij ter, alij autem post tantum mergebant: quare non est quod in rebus non ita necessariis nimium morosi simus: modo ne auerentur pompa simplicem Christi institutionem contaminent.

<sup>1 Cor. 6.
5.9.
10.10.
11.23.</sup> QVM ascendissent.) Nunc vt sermonem de Eunuco c[on]audar Lucas, dicit PHILIPPVM ab eius conspectu raptum esse: idque ad eius confirmationem non patrum valuit quum videret diuinum hominem illum instar Angeli in simili esse, & repente euansus antequam laboris precium offerret: unde colligere promptum erat, non fuisse: questuariam infinitationem: quando ne obolo quidem locupletatus dispergauerat. Quod nichil mercedis ab Eunuco regulit Philippus, hi discant serui Christi gratuitam illi operam impendentes, vel potius ira gratias seruant hominibus, ut mercedem a calo sperent. Permituit quidem Dominus ut mercedem recipient Euangelij ministri ab his quos docent: sed illos simul mercenarios esse verat, qui lucri causa laborent. Nam hoc illis propositorum esse debet, ut homines ipsos Deo lucentur.

^{GADENS.} Et raptum hunc semper ex profecta fides ad Dei notitia. Quae enim gaudijs materia verior fingi potest, quam ubi Dominus non modo misericordia sua thelauros nobis aperit, sed cor suum (ut ita loquar) in nos effundit, & que in Filio suo nobis donat, nequid ad solidam felicitatem nobis desit? Tunc & ceterum serenum, & terra quieta esse incipit: tunc conscientia tristi & horren[t]is Dei sensu liberata, soluta Satanae tyrannide, ex tenebris mortis egredita, vite lucem aspicit. Ideo, Prophetis soleme[n] quorū de Christi regno verba facturi sunt, ad laetitiam, iubilum, exultationem, & triumphales p[ro]anas nos hortari. Sed quia ad hoc spirituale gaudium erigeret se nequeunt, quorum animi occupati sunt vanis mundi gaudiis, mundum enīque illecebras omnes contemnere discimus, ut nos verè Christus exhibaret.

^{40 REPERTVS FVIT AZOTI.)} Azotum unam fuisse ex verbis unde non potuerint expelli Enacim, ex libro Iou[an].notum est, cap. ii. Distat ab Ascalone ducentis fe[du]t stadiis. Hebrei ad o[mn]es vocant. Delatus ergo fuit illuc ^{lof.ii.d.11.} Philippus: inde pedibus iter humano more facere coepit, Euangelij semen quoconque transibat, spargens. Rara sane, & mirabilis strenuitas, quod in itinere spargit nomen pietatis. Quod autem nominatim exprimit Lucas in singulis verbis predicasse donec venisset Cesaream, nec credisse Samarium narrat, ind. probabilis coniectura lumi potest, Cesaream ad tempus substituisse: quod tandem in medio relinquo.

C A P V T I X .

¹ AV LV S autem adhuc spirans minas & cedem contra discipulos Domini, veniens ad summum Sacerdotem,

² Pe[re]t ab eo ep[ist]olas Damascum ad Synagogas, ut si quos inueniret huius secte seu viros seu mulieres, vincitos diceret Ierosolymam.

³ Quum autem esset in itinere, accidit ut appropinquaret Damasco: & repente circunspicuit illum fulmen e celo,

⁴ Et prostratus in terram, audiret vocem dicentem sibi, Saul, Saul, quid me perseguis?

⁵ Dicit autem: Quis es Domine? Dominus autem dixit: Ego sum Iesus quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulos calcitrare.

¹ SAVLV AVTEM.) Hic Lucas nobilem & memoratu in primis dignam historiam de Pauli conuersione refert: nempe, qualiter eum Dominus, quum instar bellum indomitus fureret, non modo eum suo imperio subiecerit, sed alium prorsus & nouum fecerit hominem. Sed quia Lucas, ut in opere Dei memorabili, singula ordine prosequitur: satius erit eius contextum sequi, ut in suum locum veniat quicquid notatu vtile erit. Quum dicis eum ADHVC SPIRASSE minas & cedem, significat, Ex quo semel imbutus fuerat sanguine innoxio, prosequorum fuisse eandem sequitiam, & ab insulto tyrocinio, cuius meminit in morte Stephani, rabidum semper & sanguinarium fuisse Ecclesie hostem. quid magis incredibile erat tam subiecto posse mitigari. Quod autem tam crudelis lupus non modo in ouem conuersus est, sed pastoris ingenium induit: in eo palam se exercuit misericordia Dei manus.

² Simul Lucas describit instructum fuisse armis ac potentia ad nocendum, quum dicit IMPETRASSÆ à summo Pontifice ep[ist]olas, ut vincitos adduceret Ierosolymam, quoconque inueniret Christum p[ro]sidentes. MULIERVM fit mentio, ut melius pateat quantopere sanguinis fundendi cupidus fuerit, qui nullum sexus respectum habuit, cui etiam arnati hostes in medio belli a dolore parcer solebant. Ergo feram & trucidantem belluam nobis proponit: cui non modo ad graecandum laxata erant habentes, sed ad prius homines perdendos & vorandos via addita, ac si dorus esset gladius in manu furiosi. Vbi ego SECTAN traxi, Lucas Vianus habet: qua metaphoræ, Scripturæ satira trita est. Ergo, Pauli consilium erat, p[ro]s omnes crudeliter delendo, Christi nomen extinguere.

³ QVM esset in itinere.) Ep[ist]olas à Sacerdote postulans, sponte ruerbat contra Christum: nunq[ue] inuitus ad oblegium cogitatur. Insignis certè Dei misericordia, quod ad salutem præter animi sui propositorum reuocatur, quem tantus ardor precipitem in exitium cerebat. Quod illum Dominus ep[ist]olas accipere finit, & viri appropinquare: hinc perpicimus, quam probè notos habeat temporum articulos ad quiduis opportunè agendum. Poterat maritum occurtere, si ita visum esset, ut prius metu & anxietate eximeret: sed beneficium suum inde magis illustrat, quod non nisi in ipso ouilis ingressu, hianti lupi fauces constringit. Scimus etiam ipso progressu miru[m] crescere hominum contumaciam: quare, ed difficilior fuit Pauli conuersio, quum furorem suum continuando, iam obstinatior factus esset.

C A P V T I X.

77

C I R C U N F V L G V R A V I T eum.) Quia non facile erat tantam fero-
ces impetus, tam cæcum prævi zeli feruorem sedare, cohibere denique piam domatæ, frangere tam fer-
tuit Christum maiestatis sui signum aliquod dare, vnde sentiret Paulus cum iam effrenam bestiam: oport-
ne mortali, sibi esse negotium, quinquem eins humiliandi habita fuit ratio, quipso, non autem cum homi-
Spiritus sui iugo ad oblegrium statim afflueficeret Christus, ac ex capax erat tanctus dignus erat quem suau-
lenter fracta esset truculentia. Non potest quidem datur nam Christi gloriam, qualis gluetudinis, donec vio-
sus: verum sicut Deus formas sepe induit, quibus se manifestaret, ita nunc Christus rapere hominum sen-
tientiam fecit, ac presentia quidem suæ specimen edit, quod Paulo terrorum incutere. **N**on diuinatem Paulo
spectum trepidant, Paulum tamen longe aliter exaudiere oportuit, quom diuinam Christi p̄ijad Dei con-
aduentam sentiret.

4 Itaque dicit Lucas, c E C D I S S E in terram, quid enim accidere homini aliud potest, quam
& prope in nihil redactus iaceat, quum prelaet gloriae Dei sensu obruitur? Hoc autem in Pauli confusus
tions principium fuit, vt docilis esset ad audiendam Christi vocem, quam falsose equo infidens, ipse amilia-
getra in aere volvaueretur. **H**ec autem vox quam ad fultum illius conterendum taculatus est Christus, **E V L D**,
aperte vocari posset, quod non modo cum perculit ac reddidit attonitum, sed profusus confecit, vt apud se iam
nullus esset, qui sibiantopere prius placebat, & sibi his arrogabat profUNDI Euangelij. Eius nomen He-
breacum ponit Lucas hoc loco, Saul, Saul, quia Christi verba referunt, qui cum procul dubio alloquitus est ex
communi gentis more.

5 Quis es, Domine? Jam Paulum habemus velut cicuratum, sed nondum est Christi discipulus. Corre-
cta est in eo superbia, & subacta ferocitas, nondum est vltque sanitatis profectus, vt christo obediat: tantum
ad iussi capescenda paratus est, qui prius blasphemias crepabat. Itaque, hæc interrogatio, hominis est, atro-
nitus & stupore confusus, cur enim ex tot diuinitatis signis Deum esse non agnoscat, qui loquitur? Suspensi
ergo & hæc sunt animi vox illa fuit. Ergo Christus eum ad interpellationem propius virget. **Q**um subiicit, **S**ed
SU M I E S V S: meminerimus hanc vocem sonuisse è celo, dehinc itaque perfodere animum Pauli, quum
reputaret è haec tenus bellum cum Deo gesuisse: debuit ad vetam submissionem proutus eum flectere, quum
reputaret, non impunè sibi cessurum, si contra eum insurgere pergeret, cuius manuus effugere non poterat:
Ceterum, hic locus doctrinam apprimè vtilem continet ac multiplex quidem est utilitas, nam primum ostendit
Christus, quanti Euangelium suu faciat, dum easam suam esse pronunciavit, à qua nihil habere vult separa-
tum, non ergo eius defensionem magis vnguam abiceret, quām se ipsum abnegare poterit. Eximia deinde
ad pios consolatio reddit, quod dum pro Euangelii testimonio laborant, socium crucis sibi esse audiunt Fi-
lium Dei, qui ad leuiandum oneris partem humeros suos quodammodo supponit, neque enim de nihilo pro-
nuntiat, scilicet in persona nostra pati, sed hoc nobis certò per suum esse vult, eadem ipsum sympathia tangit, ac
si nos Euangelii hostes per eius laus vulnerarent. **Q**uare, Paulus ipse dicit deesse Christi passionibus, quic-
quid pro Euangelio defensione persecutionum hodie luttinent fideles. **H**ec porrò consolatio, non tantum è
spectat, ne nobis graue sit cum capite nostro pati, sed vt vindicem malorum nostrorum fore speremus qui è
celo clamat, commune sibi esse nobiscum quicquid patimur. Postrem, hinc colligimus, quām horribile
iudicium maneat Ecclesiæ persecutores, qui gigantum more, cælum ipsum oppugnant, ac tela vibrant mox
^{2. Reg. 14. rit.} que ad precadum aptior est. Potuit etiam illi constare diuina eius consilij ratio, que nos latet. Idem ab Eliseo factum esse resert sacra Historia: solus enim, ne matre quidem admissa, ter corpori mortuo incubat. Habet enim Spiritus Dei vehementes suos impulsi, quos si quis ad communem & visitatum hominum morem exigere volet, vel ex carnis sensu metiri, peroram & inique faciet. Hoc quidem tenendum est: quum Petrus velut habitas, fasciolum querat, superstitioni occurrere, ne quis eius virtuti diuinum opus cuius tantum minister est, adscribat. Nam qui anxiè remotis arbitris ac testibus ad preces configit, sat is profitetur rem non esse in manu

manu sua. Petrus ergo quid Domino placeat expectans, illum unum ^{veris} authorem confessus est. GEN. 8. xio in precibus, humilitatis symbolum est; cuius duplex est utilitas: ut omnes nostri partes ad Dei cultum applicentur; atque vt mentis imbecillitatem adiuuet externum corporis exercitum. Nobis autem quoties in genua proculsum, videndum est, vt ceremonia, ne fallax sit ac luforia, interior ^{c.} dis submissio respondeat.

C O N V E R S V S A D C O R P V S.) Hoc quoque ratione videtur minus contumacium, quod cadaver sensu vacuum compellat. Verum, ista allocutio ad corpus exanimum, vna fuit pars ^{v.} clementiae, ad quam Petrum impulsus Dei Spiritus. Quod si quis ratione deflyderat, Dei potestiam in suscitandi mortuis clarius exprimit talis loquendi forma, quam si in tercia persona diceretur. Corpus hoc tursus animet & viuat. Itaque, Ezechiel liberationem populi sub resurrectionis typo adumbrans: Offa arida, inquit, suscipe verbum Domini. Et Christus: Veniet tempus, quem mortui audient vocem Filii Dei. Fuit enim ista verè ^{Ezecl. 37.} C. isti vox, ^{v. 4.} qua per Petri emissam, spiritum reddidit corpori Thabitæ. Circumstante ^{c. 18.} sequuntur, ad miraculæ certitudinem Ioh. 5.

41 In fine iterum repetit Lucas, C O R A M fuisse exhibitam discipulis. vnde colligimus, aliquid causa magis fuisse excitatum, quam sua. Fanatici quidam, qui animam hominis nihil quam statum esse loquantur, qui ad diem usque resurrectionis euntes, locum hunc arripiunt probando suo delirio. Quorum, inquit, attinebat, Thabitæ animam, si in beatam quietem recepta erat, in corporis ergastulum reuocari, vbi tot miseris configando ageret laboraret? Quasi vero non licuerit Deo, gloria sua habere respectum, tam in mortuorum in vita, quasi etiam non vera sit haec piorum felicitas, illi vivere & mori: immo quasi Christus non sit nobis lucrum, tam vivendo quam moriendo, quoniam nos illi dicamus. Ergo, nihil absurdum erit, si maiorem gloriam sue rationem habuerit Dominus, quam ipsius Thabitæ. Quanquam, ut semper annexa est fidelium virtutis Dei gloria, cessit hoc illi in maius bonum; quod reuixit, ut illustrius esset diuinæ bonitatis & potentiae organum.

42 E T C R E D I D E R V N T. Nam multiplex appareat miraculi fructus. Pauperes enim Deus solatus est, Ecclesia redditia est pia matrona, in cuius morte multum iactura factum erat, & multi ad fidem vocantur. Nam eti Pe-trus tanta virtus fuerat minister, homines tamen in se non retineret: sed ad Christum potius dirigit.

43 Quum dicit, Petrum HABITASSE apud coriarium, coniici hinc potest, ex quo hominum genere constaret Ioppensis ecclesia, nam si ad Christum conuersi essent urbis primores, excipisset certè eorum quispiam hospitium Petrum, fuisse enim nimis immane, Christi Apostolum sic negligi. Ilic ergo Dominus, ut psalmus, ecclesiam sibi ex gregariis hominibus collegit, ut carnis superbiam prosterret: simul in eo se proficit Petri humanitas, quod eius ordinis hospitem non alpnatur. Quanquam mediocris videtur fuisse mercator, potius quam ex infimo genere opificum, referet enim postea Lucas, fuisse illic qui Petro ministrarent: vnde appetit, commode & honeste fuisse habitum.

C A P V T X.

N 1 IR autem quidam erat Cesareæ nomine Cornelius, centurio ex cohorte qua vocabatur Italica:

2 **P**ius, & timens Deum cum tota domo sua, faciensque elemosynas toti populo; & orans Deum aſidue.

3 **V**idit in visione palam círciter horam nonam diei Angelum Dei ingredientem ad se, & dicentem sibi, Cornelii:

4 Ille vero intuitus & territus, dixit: Quid est Dominus? Tum dixit illi, Precationes tue, & elemosyna tua ascenderunt in memoriam coram Deo.

5 Et nunc mitte Ioppæ homines, & accerse Simonem, qui vocatur Petrus:

6 Hic diuersatur apud Simonem coriarium, cui dominus est ad mare, hic dicit tibi quid te oporteat facere.

1 Transit nunc Lucas ad historiam memorabilem: nempe, quod Deus hominem alienigenam & incircumcisum, præ omnibus Iudeis, singulari honore dignatus sit: quia & Angelum suum illi destinat, & eius causa Petrum Cesaream adducit, à quo institutur in Euangelio. Sed primo loco ostendit Lucas, qualis fuerit h[ic] Cornelius, in cuius gratiam Angelus è celo descendit, & Deus Petro in visione loquutus est. C E N T V R I O erat cohortis Italica. Cohors ex mille peditibus constabat, præter autem Tribunus. Deinde, singula centuria suis habebat duces. Legio cohortes quinque ut plurimum habebat. cohors illa I T A L I C A nomen habuit, quod Romani sepe ex prouinciis & sociis, milites scribabant, sed robur exercituum legebant ex Italia. Ergo Italus natione erat Cornelius. C A S A R B E A autem ad praedium urbis, cum sua centuria degenerat. sic enim solebant Romani stationes distribuere, ut aliquid praesidijs singulae vrbes nobiles haberent ad cohibendos subitos motus. Rarum sane exemplum, quod miles tanta in Deum pietatis, tam integer atque humanus fuerit erga homines. nam tunc Itali, quum militia causa vehebantur in prouincias, tanquam lupi famelici, ad praedandum irruerant: vulgo non maior illis erat, quam bellus religio: innocenter studium, quale latronibus, quod plus laudis merentur cornelij virtutes, quod in vita militari, quæ tunc corruptissima erat, Deum tamen sancte coluit; & inter homines sine maleficis & iniuria versatus est. Nec parua est laudis amplificatio, quod abiecta superstitione in qua natu & educatus fuerat, purum veri Dei cultum esset amplexus. Scimus enim quam fastuosè sibi placuerint Itali, & alios despixerint. Tunc vero sic omnibus contempti & exosi erant Iudei, vt eorum causa, sincera religio infamis, & propemodum execranda haberetur. Quod nihil horum obliterit cornelio, quin relictis suis idolis, legitimum unius Dei cultum suscipere potuit, quo aliceretur ad pietatis studium: quia tunc vix millesimus quique exigua Legis notitia leviter tintulus erat. Nec dubium est, quin singulari priuilegia in probam aliquem Dei cultorem inciderit cornelius, qui ab adulterinis dogmatibus integer Legem fideliter nullo fermento admixto ei exponeret. Verum, quia compluribus eloquiis eum insigni Lucas, notanda sunt singula.

2 PIVM & Dei timentem fuisse dicit: deinde, quod tanquam probus paters familias, curam habuerit instituēde familię: postea cum laudat ab officiis charitatis, quod BENEFICVS fuerit paup' erga populum: postrem, quod

DEVM assiduè precatus sit. Summa autem est, Cornelium excelleuisse virtutibus, quibus constat piorum integritas, vt vita eius ad regulam quam nobis Deus prescribit, omni ex parte composita fuerit. Quia autem Lex dubius tabulis continetur: prius loco Cornelij pietatem commendat Lucas: deinde ad secundam partem descendit, quod charitatis officia exerceretur erga homines. Hoc in primis vnde est obliterauit, quia in eius persona, recte viuentibus nobis ratio describitur. Quare, in vita ritè instituenda, fundamentum sit fides ac religio, quo sublato, nihil aliud quam sumi sunt reliqua omnes virtutes. TIMOREM Dei, & preces recenseret Lucas, tanquam fructus & testimonio pietatis, ac cultus Dei, & meriti. Neque enim à Dei timore & reuerentia, religio aquelli potest: nec pius censeri quicquam potest, nisi qui Deum & patrem & dominum agnoscent, ei se addicte. Sciamus autem hic spontaneum timorem laudari, quum se libenter & ex animo Deo libiciunt, qui verè secum reputant quid illi de beatu. Porro, quia fictiles nugis, Dei cultum boni, pars mundi adulterat & depravat, merito libicit Lucas, Cornelium ASSIDUE peccatum esse: quo significat, non extensis tantum ceremoniis præbase suam pietatem, sed Deum spiritu retulisse, dum se in precibus exercuit. Similiter notandum est precium assiduitas: unde colligimus, non frigido officio precanit ex vulgaritate fusse defunctionis, sed serio intentum fusse ad preces, scitum affidua Dei beneficia illuc nos inuitant & stimulant, & vis fidei illuc se proferre debet. Quare exemplo Cornelij se ad orandi perseverentiam quisque nostrum hortetur.

CVM ROTA DOMO.) Non leuiter præterire hanc laudem decet, quod domesticam habuerit Ecclesiam Cornelius. Et certè, verus Deus cultor non patietur quoad in se erit, eum exulae à domo sua. Quam enim præposterior est, ius suum pertinaciter pueri, ut illi vxori, liberti, serui, & ancille parenti: Dei vero contempnum sùm que déque ferre? Accidet quidem interdum, ut vir pius ne vxorem quidem sibi consentientem habeat. Sed studendum est modis omnibus, vt qui alii praefest, Deo vindicet suum imperium: & nihil aquius est, quam Deo conjectare nostra omnia, vt nos ipsos. Ergo, si vir pius filios sibi dissimiles habeat, vel uxorem male moratur, vel seruos nequam & improbos: ne conniveat, nec sua ignavia patiatur domum suam polui. In Cornelio non tantum in laudat fedulitas, sed Dei benedictio: qua factum est, vt domum haberet in pietate sibi obsequenter. Nec omittenda est circumstantia, quod familiam in Dei timore instituit, contemptio periculi metu, quod inde instabat, valde enim exosa erat ludica religio: nec impunita erat ciui Romano peregrinam, vt vocabant, religioni suscipere. Quare, et si hodie pessimè in mundo audit sincera Evangelij professio, tamen nimis vitio ait timiditas, si quem impedit iniustum istud odium, ne suam familiam Deo audeat in sacrificium sua pia institutione offere.

FACIENS ELEEMOSYNAS.) Est etiam in hoc membro synecdoche. Nam sicuti Dei cultum orationibus probari, super dictum est: ita nunc cum de charitate sit menuio, vnam speciem eligit Lucas: unde ostendit Cornelium, hominem fusse liberalem & beneficium. Sic enim pietas nostra debet ad homines emergere, vt benignitatem & iustitiam colendo, Deum nos timere testemus. ELEEMOSYNA nomen, quoniam proprie misericordia sit interior cordis affectus, ad externa officia quibus iuvamus pauperes, translatum est. nam ex hoc

^{1. Cor. 13.} _{b.7.} fonte nascitur vera & ritè ordinata beneficium, si nos misericordia afficiunt suorum nostrorum ærimum, si unitatem, qua inter nos est, reputantes, non fecus ac carnem nostram eos solemus & curamus, non fecus ac propriis membris illis studemus opitulari. Sunt quidem & hypocrita interdum liberales, vel saltim largi: veium, vt omnia profundant, nullum quod pauperibus subsidium erogabunt, dignum erit eleemosyna titulo. nam tenendum est illud Pauli, Qui charitatem non habet, nihil esse, etiam si totam suam substantiam distribuatur in pauperes. Discimus ergo ex hoc nomine, probati tunc demum nostram beneficiam Deo, si propter sympathian succurrimus pauperum inopia, & quasi apertis visceribus erogamus quod suppeditat Dei liberalitas. Quod dicit Lucas, tori populo fecisse eleemosynas: perinde valet, ac Passim omnibus egenis. Erant enim diuites non pauci, quibus dare absurdum fuit. Ceterum, ludicra tamē liberaliter impendens, taliatum fecit, quem habebat cum illis religionis consensum. qua ratione paulò post dicit Lucas, fusse probatum omnibus Iudei. Quod si tenuibus fidei rudimentis imbutus quum tam multa offendicula occurrerent, tam præclarum probabit & sanctimonie speculum fuit, annon pudere nos debet, qui censeri volumus Christianissimi doctores, & in pietatis exercitis tantopere frigemus; Si modica fidei scintilla tantum in illo potuit, quid in nobis efficiere debet plenus scientie fulgor? sed Christum plenis buccis iactantes, quam longè à sancti viri exemplo absumus plerique, vt vix umbra nescio quae earum virtutum quibus plenus fuit, appareat. Quantus enim in nobis est precantri torpor; ad misericordia officia, quam segnes ac pigri sumus? in modo non tantum multos impediunt fortes & avaritia, ne de suo liberaliter erogent, quantum decebat: sed ita ardente infensa habendi cupidine, tanta crudelitate sunt efferrati, vt pauperum subitaniam rapere, & carnem ipsam vorare non dubient.

S. VIDIT IN VISIONE.) Visionem ponit Lucas, pro diuini oraculi specie, vt sciamus adductum calitus fusse Cornelium ad Christi fidem. Sed quia sepeluntur homines præstigii suspicionis tollenda causa, Lucas tempus designat HORAM NONAM. Tunc verò ad orru solis ad occulum vixit, diem partiri solebant in horas duodecim. Unde sequitur, tunc clarum fusse diem, quum apparuit Angelus, vt conspicua esse posset visio. Quanquam visionibus addira semper fuerunt signa que præfiguram metu eximerent Dei seruos, quia dum per somnia apparuit: note tamen certitudinis fuerunt impresæ, que in animis penitus defixa, nullam dubitationem admitterent.

4. ILLÉ INTIVTUS AC TERRITVS.) Nominarim attentione exprimitur à Luca, vt sciamus non vnam fusse imaginationem que homini somnolento, vel aliud agenti futurum obrepserit. Terror quo coreptus fuit, ex leni dñina misericordia profectus est. similiter enim arque Dei presentiam concipiunt homines, expauescere adeoque metu ipsos confundi necesse est. Quod autem nihil nobis incutit terroris verbum eius, id fœcordia nostre imputandum est, quia non agnoscimus nec sentimus Deum esse qui loquitur. pījantem, quibus se patefacit Deus in verbo suo, ad eius auditum tremunt, sicut dicit Ier. 30. Porro, ipsa terribilis est Dei conspectus, non ut confusus semper iaceant, & absorbeantur à timore, sed tantum vt se ad eius reverentiam humilierent.

^{1. Cor. 66.} _{a.2.5.} Quid est domine?) Ex hoc responso satis pater, tactam religione fusse Cornelij mentem, vt sciret cum Deo sibi esse negotium. vulgaris igitur translatio male habet, q̄ si es Domine ac probabile est suppositum esse quod illuc legitur, quando in sermone Græco nulla est ambiguitas in qua hallucinari potuerit interpres. & exemplaria omnia consentiunt in hac lectione, n̄ b.7. Et certè Cornelius Deum esse sentiens qui loquitur, se ad obediendum submitit: sicut responso nihil aliud est quam imperium.

ORATIONES IVÆ, ET ELEEMOSYNÆ.) Quia Deus, nisi protinus votis nostris respondet, videtur quodammodo surdas habere aures, hinc ducta est loquutio, quod ad eum preces nostræ perueniant, & earu sit memor. Porro, hanc causam Angelus assignat, cur dignetur Cornelium Dominus plena Evangelij sui luce quia preces eius exaudierit

exaudierit, & gratias habuerit eius eleemosynas. Vnde colligimus, virtutes & benefacta non tantum placere Deo, sed ornari etiam splendida hac mercede, quod in eorum gratiam cumulat nos amplioribus donis, & locupletat: iuxta illud, Hibentib[us] dabuntur. Item, Euge serue bone & fidelis: fidelis fuisti in paucis, super multate conditionem. Sic enim continua dono uero suorum serie Dominus noster quis certis gradibus euehit, donec d[icitur] ad summum perducatur. Sed Papist[us] bifariam hoc loco abutuntur. nam quia preces & eleemosynas Cornelij Deus respexit, vt eum Euangelij fidei donaret, id ad preparationes a se confitentes detorguen[ti] qualis sua iudicitia & virtute hono acquirat sicutem, & Dei gratiam operum meritis anteuerit. deinde generaliter colligunt, bona opera sic esse meritoria, vt singulis angeantur Dei gratiae prout meriti sunt. In priore nimis pueris sit falluntur, dum singuli accepta sunt Dei Corneli opera, antequam fides illuminatus esset. Nec vero ad refellendam eorum infirmitatem longe petenda est probatio: nihil enim precibus consequi potuit, quin fides procederet, que sola nobis ad orandum ianuam aperit, atque id prudenter expediat Augustinus, qui Pelagium deridens, quod diceret sidem precibus impetrari, antequam in homine villa esset: Qui medicum queret, inquit, nisi qui tam ex parte sanatus erit? Ipsa autem est fides sanitas, que nos pulsare docet. Præterea, timor Dei, & pietas, clarè de nonstrant, Spiritu fuisse regenitum, nam Ezechiel hanc laudem soli Deo vendicat, Ezecl. 12. & 40. ut formet corda hominum ad sui timorem, & Esafas, Spiritum timoris Domini in Christo dicte requiefcere: vt sciamus nulquam posse inueniri, nisi in eius membris. Plusquam igitur statum est, hic hominem fingere in Cornelij persona, qui natura duece ad vitam eternam aspirat, vel nitatur. Ideo insulsè ratiocinantur, Nos operum meritis posse Dei gratiam praevenire. Quod ad secundum errorem spectat, dum singuli quenque nostrum prout meritus est, augeri maioribus gratiarum, non magno negotio reselli potest. Primum, negamus quicquam bonorum operum nobis suppetere, quod non Deus grantitur in nos contulerit. deinde, relictum donorum Dei vnum ab ipso quoque esse dicimus, atque hanc secundam esse eius gratiam, quod recte virtutem prioribus eius donis. tertio, negamus quicquam nos operibus mereri, qua semper mutila sunt & viciola. Conciliant quidem nobis bona opera gratiae augmentum, sed non suo merito: accepta enim Deo esse nequeunt, nisi cum venia, quam fidei beneficio impetrant. quare, sola est fides que premium illis itatur. Hoc modo precibus suis, & eleemosynis obtinuit Cornelius plenorem Christi notitiam: sed quod Deum eleemosynis suis ac precibus fauente & propitiante habuit, id iam ex fide pendebat. Porro, si fide gloriantur opera, indulgentia est, non meriti, quod Deo probantur, nam quia nihil in nobis dignum inuenit fides. cur Deo placemus, à Christo mutuata quod nobis deest. Est autem hoc plusquam prius, quod quum nomine Meriti subinde in ore habeant Papist[us], & inani fiducia stultos inflare non desinat, nihil tamen afforant, quo incitentur hominum studia ad recte agendum. semper enim in suspense relinquunt conscientias: placeant nécne Deo opera, dabitare iubent. Vbi talis animos trepidatio occupat, annon d[icitur] sides & ignavos flaccide necesse est? Nos vero, et si metitum operibus detrahimus, tamen vbi docemus repositam esse illis mercedem, optimo & acerbito stimulo incitamus ad recte viuendi studium homines. tunc enim demum alacriter ad seruendum Deo nos accingimus, quam perfusi sumus operam nos minime ludere. Quod autem non verberior hodie conspicitur donorum Spiritus affluentia, quin potius major pars arescit, nostra ingratitudini acceptum ferre conuenit. Nam sicuti Cornelij preces, eleemosynas & sanctitatem pretiosa Euangelij sui gemma coronauit Deus: ita, nos quum Euangelij sui thesauro impie ac nequerit abuti videt, iusta causa est, cur adieciūnam inopiam redactos tandem fame cohercias. Potest tamen hic queri, Requirantne fides Christi notitiam, an simplici misericordia Dei persuasione contenta sit: videtur enim Cornelius de Christo nihil proflus tenuisse. Verum solidis probationibus probari potest, fides non posse a Christo separari. nam si apprehenditur nuda Dei maiestas, potius obruimur eius gloria, quam ullum bonitatis gustum sentiamus: Christum ergo intermedium esse oportet, vt Deum propitium concipiatur mens hominis, nec vero fructuaria imago Dei invisibilis vocatur: quia non nisi in eius facie Pater spectandum se exhibet. adhuc, quoniam via sit, veritas & vita, quocunque extra ipsum concedas, vnde errorum & deceptionum tendit cule te inioluent, & ubique mors occurset. De Cornelio facilè nodus expeditur. nihil spiritualium donorum nobis offertur, nisi in Christo. ipsa preligerunt regeneratio unde provenire, nisi quia dum infernus in Christi mortem, crucifixus vetus homo noster: quod si particeps spiritus Christi fuit Cornelius, non est quod pateremus proflus eius fidei fuisset vacuum. Nec vero cultum veri Dei, quem ioh[ann]i Iudei adorabant, sic amplexus erat, quin aliquid simile de Mediatori promitto audisset: obscura licet fuerit & impicitia eius cognitio, aliqua tamen fuit. Quisquis tunc in Iudeam accesserat, de Messia aliquid audire cogebatur, imd[em] per regiones longe distitas sparsa erat nonnulla eius fama. Proinde, in veterum Patrum catalogo qui salutem a Redemptore nondum parfacto sperarunt, ponendus est Cornelius. Et impropter ab Augustino dictum est, Fundam eius fidem à Petro fuisse: quoniam iam prius firmum fundamentum habuerit: quoniam in re ipsa nobiscum Augustinus sentit, qui dicitur affirmat, non potuisse orare Cornelium, nisi fidelis esset: libro de Prædestinatione sanctorum, & aliis locis.

5 NUNC MITTE TOPPEN.) Mira Dei indulgentia, quod Cornelium non iubet proficisci, sed nuntios ad Petrum mittere, vt domi quietius expectet, Petrus autem eius causa suscipiat itineris molestiam. Sed ne inirem tam humaniter cum Cornelio astum esse, quum Dominus quotidie verbi sui ministros ferè in uitris obrimat: ita vltro appetat non querentibus, sicuti per Isaiam commemorat. Sed cur non potius doctoris partes implet Angelus: non videtur patum rationi consentaneum, quod homini mortali munus suum resignat: maior enim miraculo fuisset authoritas, quam quum illi Euangelium hominum ore prædicatur. Nempe, Aet. 9. b. 10. sicuti Christus Paulo se per visionem ostendens, eius tamen docendi partes Ananias reliqui, vt prædicandi Euangelij ministerium, quod Ecclesiæ suę mandauit, tali exemplo sanciret: ita nunc Angelus Petro locum cedit, vt munus sibi à Christo commissum exequatur. Ergo, quivis vult Christi esse discipulus, & illuminari celestis sapientiae luce, ad exterram hominum vocem, qua Christus tanquam organo virit, & cui fidem nostram vult esse annexam, attentum se ac docilem præbere ne graueret. Et videntur quām horrendis modis vult si Dominus fuiosam eorum superbiam, qui contempta prædicatione, reuelationes è celo caprarent, nam quum in hominibus audiri velit, non possunt sine eius contemptu & contumeliam sperni ministri apud quos verbum suum depositum. Interea, probando esse spiritus fateor, ne audiamus absque delectu, quicunque se, I. Cor. 10. Rom. 10. Christi ministros obtundent. sed quia fides ex auditu est, nemo ad eam perueniet, qui Verbum prædicatum ait, respiciat atque aspernabitur.

7 Postquam vero abiit Angelus qui Cornelio loquuntur erat, hic vocans duos ex seruis suis, & militem p[ro]ptem ex his quisibi astabant:

8 Quoniam exposuisset eis omnia, misit ipsos toppen.

¶ Pestis die vero, quum illi iter facerent, & appropinquarent urbi, ascendit Petrus in fastigium domus ad precandum circiter horam sextam:

⁸ **Io** Erat autem ieiunus. Itaque voluit gustare. Interea autem dum parabant, cecidit super eum mentis excessus.

II. Fidet celum apertum, & vas descendens super se in star linte i magni, quatuor initis ligatum, & recumbens in terra,

12 In quo erant omnia quadrupedia terre, & ferae, & reptilia, & volucres cali-

13 · *Ei fuit vox ad eum: Surge Petre, maëta, & comedē*

¹³ Petrus autem dixit, Nequaquam, Domine : quia nunquam comedí quicquam commune
¹⁴ vel immundum.

15 Et vox rursum ad eum secundo: Quae Deus mundauit, tu ne communia facias.

¹⁶ Hoc autem accidit iter, & rursus receptum fuit vas in cælum.

7 POSTquam VERO AERIT ANGELVS.) Hic narrat Lucas quām prompta Cornelij obediētia fuerit: quando ne momento quidem temporis cunctatur, quin sedulū faciat quod iussus est. Ille autem tam facilis promptitudo, quidē fidem propmissionis habuit: sicuti nostra ad sequendum Deum tarditatis causa est incredulitas. Non adiuvare quidem ad nos Angeli ē calo, ut certos nobis homines designent: sed omoiū auribus illa Christi vox infonat, **Querite, & inuenietis: pulsate & aperietur vobis: qui fit, vt vix ex centum venus & alter pedem moueant, vt alij lente reptando, tam parum promoueant, nisi quia promissioni non servio credimus: Dilcamus ergo nouē piochristianum, quin audita Dei voce, strenue quisque properet quā vocatur.**

Duos ex servis suis.) Hoc diligentia sua in familia docenda piumum retulit Cornelius, Quod fidos
habuit famulos & probos, qui libenter suam illi operam impenderent: quibus etiam tutò posset quidus com-
mittere. Contrà, Dominus sepe iuitis poenis vlciscitur dominos, quibus nulla insuetudo familiæ cura fuit.
nam quos ad pietatem & timorem Dei formare neglexerunt, illos vicissim sibi immorigeros & infidos metuēd
sentient, atque etiam metuant ab eorum perfidia.

M I T E M P I V M) Q u m hic Miles plus consuetudinis haberet cum Cornelio, illum etiam Dei timore, vt suos dominicos, imbuierat. Hic memoria repetere conuenit quod prius attigit. Nullum esse vitia gestis quod nos excusat, quia pueri Deum nos colere deceat. Nam vita militaris tunc corruptissima erat, ex prisa enim disciplina in fœlani licentiam deficiabantur, & tamen Spiritus Dei militibus, pietatis testimonium hic reddit. Quia non est ut sibi militiae praetextu vacationem à colendo Deo postulent, qui ab omni restringidine quo-uis modo immunes esse cuperent. Si negant se Deo posse seruire, quia milites sunt: duos istos milites in die ultimo testes & judices idoneos habebunt, à quibus damnantur. Interea damnantur & phrenetici homines, qui nefas Christianis esse clamitant, arma gestare. Pietatem enim colebant illi cum militia: & Christum suscipiendo, priorem viuendi rationem non relinquent, arma non abiiciunt quasi noxia, nec ordinis suo renuntiant.

⁸ Quod multo & famulis Cornelius omnia exponit, huc tendit, ut magis eos animeat ad exhaustiendum mandatum, quod Dei potius quam hominis esse vident, quos autem ingenue prius instituerat, eos non dubitat tandem, ut facere nunc concilios.

io Postridie, quum iter facerent.) Sicut narravit Lucas oraculo admonitus fuisse Cornelium, ut Petrum vocaret: ita nunc oppositam visionem refert, quia iubet Petrus ad eum venire. unde clarius apparet, totam hanc rem admirabilis Dei consilii fuisse gubernatam, qui & Cornelium ad docilitatem comparat, immo ad dilectionis studium & desiderium accedit, & vicissim Petro animum facit, ut voluntarius sit ad oeundum docendi munus. Verum, notanda sunt circumstantiae, quibus historiam illustrat.

ASCENDIT PETRVS SVPER TECTVM, VI PRIVATIM SOLVS ORET.) Magnum enim orationis adiumentum est secessus, quod ne a Christo quidem omissum est, vt mens auocamentis omnibus libera melius in Deum intenta sit. Alia autem Iudeis xđificiorum forma erat, quam̄ que nobis sit in yfu: nam in teclis ambulationes habebant. H R A sextauione erat meridies. Non dubium autem, quin ex more tunc se ad precandum contulerit, nam quia rotum ferè diem distrahitur variis negotiis, nec hinc est tumultuandi, nisi tanquam injecto freno nos retinemus: vrile est certas horas habere precibus dictas, non quid horis si- mus astrixi, sed ne memoria effluat oratio, que omnibus curis debebat prior esse. Denique, idem de tempore sentientium est, quod de loco: esse scilicet remedia que nostris infirmitati subveniunt, que si apia fibi duxerint Apostoli, quanto studiosius à pigris & lentiis coleti daunt?

10 MENTIS EXCESSUS.) Quia mentes habemus quasi in terra depressis, ut capax oraculi esset Petrus, mens eius quasi loco mouetur & sursum rapi oportuet utque hoc modo preparatus esset ad fulcipientium oraculum, dum insolito modo supra mundum eum huius.

ii C. 11 apertio aliud meo iudicio hic significat, quoniam septimo capite. Illic enim aperium Stephanum exultum fuisse dicitur, ut Christi gloriam conspiceret: hic Petrus celum nostrum visibile scandi videtur, ut inde lineum excat.

12. Si quis roget, Qualiter ingentem animalium turbam potuerit simul videre; facile solutus quiescio. Lucas enim dicit omnes genus, quia promissa illuc diuera genera permixta erant. non igitur incipit a primâ specie, ut numerum legatque vilque ad ultimam. Deinde prospicuum hunc humano moe non debenius me-

^b q[uod] exaltis Petro alios oculos dabit. Verum, antequam vlti progediamur, tenendum est, quis fuerit visionis scopus, de eo quidam argutius disputant quoniam locus meo iudicio postuler. Sento itaque, Petro generaliter ostendit discrimen quod Deus olim posuerat, nonne sublatum esse. Sicuti autem inter animalia discrimen est, tunc populo sibi deleto, gentes omnes, ducebatur immundus & profanans nunc sublatum inter animalia discrimen, a consequenti docet, non distide amplius homines ut olim, nec distire ludorum a Greco. Hinc monetur Petrus, ne pothas a Gentibus tanquam immundis, abhorreas. Non dubium est, quoniam Deus a munere sacre Petrum b. 9 voluerit, ut irrepidè ad Cornelium venierit. Atqui, populum tuum sibi a aliis segregauerat, sic dicit Mozes in Cantico, Quoniam distribueret et alissimis gentes, posuit funiculum suum in Iacob, &c. Ideo haereditatem suam

lud erat panem sumere filiorum, & prolixcere canibus, nisi forte afficta circumcisio, in Iudaicum transirent. Tales enim deditios recipere fas erat. Quare Apolito, quum prius ad praedicandum missi essent, venturantur deflectere ad Gentes. Quia durem res laetissima sit, & maximi momenti Euangeli praedicatione non debuit in ea quicquam dubio & vacillante animo aggredi Petrus. Ego ut illi vocationis sue certudo constet, p[ro]m[un]t[er] Deus, quasi in picta a demonstrat, legam mundi & immundi differentiam abolitam esse: unde colligat, parvem qui medius ha[bi]tus fuerat inter Iudeos & Gentes, nunc esse disutum. Paulus autem Eph. 2. 14 mysterium esse dicit a seculis absconditum, quid i[st] Gentes eiusdem cum populo Dei salutis h[ab]ent participes, ac Eph. 3. 9 in v[er]o corp[us] is iustus. Ideo Petrus, nunquam autus sufficeret Gentibus aperire ianum celorum, nisi Deus ipse, sublata materia planum iter & ingressum omnibus patefecisset. Nullum quidem fuisse tempus noper dixi, quo non licet: Gentiles admittente ad cultum Dei, modis circumciduntur: sed quando in proprio manebant, alieni erant a Deo. Nunc autem Deus foedus vita, quod in gente via quasi clauis thelaurum depo-Marc. 16.
c. 15.
Sept. 2. §. 15. suerat, commune fecit toti mundo: unde colligimus, visionem hanc non parum vitem nobis esse. Quando enim docet, temporale duntaxat fuisse dissidium inter Iudeos & Gentes: perinde est ac si pronuntiaret Deus de celo, se omnes mundi populos amplecti in gratiam, vt sit omnium Deus. Denique, clarum habemus e[st] celo praeconium, quod ad spem vite eternae nos invitat. Sed obijicit quispiam, Hac de re prius edictum fuisse Petrum. Non illi & reliquis deum erat mandatum publicandi Euangeli per totum orbem. Ergo ait ipse ignarus vocationis sua fuit, aut superuera erat haec visio. Respondeo, Tantum in ipsa nouitate & intolentia fuisse difficultas ut non statim asselgere potuerit. Tenebant quidem & Proph[et]arum vaticinia, & recens Christi praeceptum de vocandis per Euangeliū Gentibus: sed quoniam ad eum ipsam ventum est, nihilominus re iuventa perculi, hesitabant, quare non mirum est, si Petrum novo signo confimeret Dominus. Quid de proximo capite aliquid adhuc dicendum erit.

13 Vox e[st] cato.) E celo vox descendit sicuti linteum, vt Petrus utrumque a Deo profectum agnoscet. nec verò alter quicquam profulit ap[er]tus, nisi hac voce purificasset Deus que ante fuerant immunda. Quod allegoriam elicunt quidam ex verbo M A C T A N D I, quib[us] significet Deus immolari sibi homines spirituali Euang[elij] gladio, non infector: sed mihi magis placet simplicitas, quod hac voce Legem abroget Deus de animalium delectu, vt simili doceat nullum se populum reilcere. Nam si immolatio notetur priore verbo, R. 9. 1. d. 16.

14 NEQVAQM, DOMINE.) Vox est non tam recusantis quam obiciens Deo suum praeceptum. nam quod ille Leg[is] Dei veatum esse nouit, metu[m] attingere horret. Opponit igitur Deo Legem quam ipse tulit, ne te, ne me in eius officium incurrit. Erat quaedam repugnans species inter visionem & Legem. Non festinat ergo Petrus, sed scrupulus prius sibi eximi petir, quam a Legis obsecratione discedat. Mirum tamen videri possit, quod magis r. fistat Petrus in cibis, quam Abraham in mactando filio: habebat enim plura Abraham que Deo obiceret. Non audeo dicere hic Petro accidisse, quod hominibus nimis commune est, vt rebus externis & minoris magis insistat, quam praecepis Legis capitibus: potius respondeo, quod extra controv[er]siam est, sic perfulam fuisse annuum Abrah[ae], & ea Spiritus virtute statim fuisse instructum, vt quæcumque morari poterant eius cursum, excelsa & heroic[is] fortitudine supererat: in Petro autem lente operatus est Spiritus Dei. Q[uod] monemur, nihil esse tam minutum, quod non anxietatem iniciat, nisi nos Dominus consilio instruat, & constantia ad trepidationem vincendam. Piè tamen & religiosè facit Petrus, quod in ter varias cogitationes alternans, nihil aggredi audet, donec melius liqueat quid sequendum sit. communione hoc loco Profanum significat. Nam quia Deus sibi Iudeos, vt dictum est, elegerat in populum peculiarem, hunc ritum & formam viuendi illis præscriperat, que a profanis Gentibus illos distingueret. Quicquid ergo Gentibus in viu era[vit] præter Legis normam, id vocabat Commune: quia nihil sanctum vel purum, nisi quod Deus in viu populi sui definierauerat.

15 Q[ui]OD DEVS MANDAVIT.) De cibis quidem agitur: sed extendi ad omnes vite partes debet haec sententia. Ad verbum est: Q[uod] D[omi]n[u]s mandauit, tu ne profanaueris: sensus autem est, Non esse nostrum probare vel damare quicquam: sed sicuti viuis Dei iudicio stamus & cadimus, ita ipsu[m] esse rerum omnium iudicem. Quantum ad cibos spectat, post Legis abrogationem, Deus omnes prius esse & mundos pronuntiat. Si contumis insurgere mortal[is] homo, qui nouum discriminem statuat a quibusdam interdicens, ius & imperium Dei sacrilega audacia sibi arrogat & rapit. Tales fuerunt veteres heretici, Montanus, Priscillianus, Donatista, Tertiani, & omnes Errantia. Postea Papa, vt omnes istas impias sectas in fasciculuni colligeret, legem de cibis tulit: nec est quod garriani huius impioratis patroni, nullam se immunditi cibis affingere, sed tantum macerande carnis causa certis diebus prohibeti ab eis carnium homines. nam quoniam laetissimis cibis & ad delicias & luxuriam maxime appositis, vescuntur: cur à taetū laridi, tanquam à summo piaculo abhorrente, nisi quia quod Idoli sui lege verum est, immundum esse singane ac pollutum: Eadem superbia in omnibus vita partibus gravat Papam tyrannum: nihil enim est, vbi non miseris conscientis laqueos iniciat. nos verò cœlesti oraculo feti, secundū omni eius interdicta spernamus. Semper os Domini interrogandum est, vt inde latuamus, quid nobis licet ac liberum sit: quando ne Petro quidem licuit profanum facere, quod ex Dei verbo licitum erat. Valer[est] præterea hic locus ad coercendam hominum proterviam, qua in peruersis iudicis exultant. Nemo ferè est, qui non sibi permittat de aliorum factis iudicium ferre. iam et morosi sumus & maligni, magis pendemus in sinistram partem: ita, Deo quod sum est, eripimus. Ad corrigendam huiusmodi audaciei sufficiebit debet haec sola vox, Nobis fas non esse, hoc vel illud facere immundum: sed hanc viuis Dei esse potest. Ceterum, his verbis etiam innuitur, Iudeos non ideo sanctum fuisse Dei populum, quod propria dignitate præstarent, sed foli diuinæ adoptionis gratia. nunc postquam Gentes in federis societatem Dei alcūt, æquale est ius omnium.

16 HOC ACCIDIT TER.) Repetitio visionis ad confirmationem valuit, ne qua dubitatio, vel anxietas, vel scrupulus in Petri animo hereret. unde colligimus, quam altas illuc radices egisset Legis obsecratio. Cur autem perplexus Deus reliquerit, donec ex consequenti eventu visionis causam disceret, non alia mihi ratio occurrit, nisi quod atomus non petierit sibi manifestari quid hoc vellat. Quanquam satis tempestivum fuit, nuntios Cornelij paulo post venire interpretes. Tandem vero in celum receptum fuit, quod certior fieret Pe-
trus, a Deo prodire hunc nuntium.

17 Quoniam autem in se ipso anxi dubitaret Petrus, quenam esset visio quam viderat; ecce, duo viri misi à Cornelio, scisitati de domo Simonis, steterunt ad ianuam.

18 Et quoniam inclinassent, interrogarunt an Simon, qui cognominabatur Petrus, illuc hospitiū haberet.

- 19 *Petro autem cogitante supervisione, dixit illi Spiritus, Ecce, viri tresti querunt.*
 20 *Surge, descende, & proficisci cum eis nihil habitas, quia ego misi eos.*
 21 *Quum autem descendisset Petrus ad viros qui misi erant a Cornelio ad ipsum, dixit. Ecce, ego sum quem queritis. Qua causa est cur adstitis?*
 22 *Dixerunt illi. Cornelius centurio, vir iustus & timens Deum, testimonium habens a togente Iudaorum, oraculo admonitus est ab Angelis sancto, ut te vocaret in domum suam, & audi et abs te verba.*
 23 *Porro, intrò vocatos accepit hospitio.*

17 Non visione tantum, sed Dei verbo edoctus fuerat Petrus: & tamen videndo non vider, donec spiritus illi sit interpres: illustre scilicet tarditatis nostra speculum. Quanquam nos Petri longè adhuc somni dispersi: nam adeò non statim assequimur quidnam velit Deus, aut quoscum loquatur nobis, ut vix tandem multiplex interpretationis nobis sufficiat. Verum simul notandum est quod addie Lucas, PETRVM INTENIO ANIMO SUPER VISIONE MEDITATUM EST: nempe postquam animum ex stupore collegit: fuit enim hoc p̄ reuerentia signum, quod visionem sibi elabi vel disfluere neglectum passus non est. Itaque, pullanti Deus appetit. Nos vero iustas ignauit nostrae poenae damus, quod non melius proficimus in verbo Domini, quando tam frigidi sumus ad inquietendū studium.

Mat.7 b.7. 20 PROFICISCERE, NIHIL HESITANS.) Hoc verbo sepe vtitur Scriptura, dum exprime re vult, qualis fidei obediēt esse debeat. Sic Paulus 4. ad Romanos capite, dum Abraham fidem commen dat, dicit, Non hesitas, quum Deus illi iam efficeret & caduco semen promitteret. Et capite 14. vbi differit ib. 14 d.33 de cibis, damnat conscientias habitanter. Est autem propriè disceptare in vitramque partem, vt loquuntur: quum scilicet opositas rationes colligendo, hoc & illuc alternis vicibus impellimur. Arqui, non dubio nec fluctuante animo, sed composto & constante nos sequi oportet. In summa, tantum sibi Dominus à nobis defiri vult, vt eo auditio, non amplius disputemus quid factu opus sit: sed absque controvēsia statuamus, id agendum esse quod mandat. Et certè, digna est eius voluntas, quæ discussis omnibus nebulis, præluecat nobis ad viam monitrandam, & abrupta omni altercatione, sensus omnes nostros sibi in propium obsequium subiugat: quod etiam ex proximo contextu melius colligitur. Ratio enim additur, cum Petro fas non sit in re incerta suspendere iudicium: quia Deus author sit negotij, quia perinde est, ac si diceretur. Solo Dei nunc contentos nos esse debere, vt imperio pareamus. Ceterum, hinc etiam vicissim monemur, non aliter tranquillas fore conscientias, vt tuorū agant homines quod agunt, quam vbi verbo Dei edocet, nihil se, nisi eius auspiciis ac iussu aggredi statuunt.

21 ECCLES, EGO SVM QVEM QUARITIS.) Iam resert Lucas, quam promptius ad obsequendum fuerit Petrus, deinde, ex iunctis demum intellectis, quorū visio oblata esset. Audit enim le à Cornelio vocari, Gentili homine, quem profanum duxisset ac familiari congredi indignum, nisi correcrum fuisse eius iudicium hac voce, Quod Deus purum vocat, tu ne communie censueris. Hoc est verè sapere, dum exinanita omni conscientia, & correcta pertinacia, nos Dei autoritas ad se rapit, meritisque nostras sic occupat, vt nobis nihil restum sit, nisi quod illa prescribit.

22 CORNELIUS VIVITVS ET VS.) Non ambitione neque adulandi causa ministri Cornelium laudant: sed ab Petro ab eius congressu minus abhorreat. Atque ideo PROBATA VTM esse Iudeis dicunt, vt sciat Petrus, non esse à vera & lycera pietate alienum, nam & superstitioni, quoniam idolis seruient, iactabant se Dei cultores. Sed Cornelius Iudeos, qui Dei unius cultum retinebant, sive pietatis habere non potuit testes, nisi professus fuisse se cum illis Deum Abraham colere. Hoc Porro, sicuti rurum exemplum erat, sic non parum mouere Petrum debuit. Quanquam hoc maximè argumento nituntur vt illi persuadeant quod volunt, totum hoc Dei iussu gubernati: ac si dicerent, Non tam ab homine mortali vocari ipsum, quam à Deo qui per Angelum ita præcepit.

23 Et Petrus etiam Dei autoritate viatus, nihil iam deliberat: sed viros recipit hospitio, vt mox cum illis iter arripiat. Ita nos Deo placide cedere conuenit: nec quicquam superest aliud, cognita eius voluntate, nisi vt celeriter curramus quo vocat. Reliqua nihil habent difficultatis.

Postridie Petrus exiuit cum illis, & quidam ex fratribus qui ex Ioppe erant, comitati sunt ipsi.

24 Et postero die ingressi sunt Cesaream. Cornelius autem expectabat eos, accitis cognatis suis & necessariis amicis.

25 Quum autem ingredieretur Petrus Cornelius illi occurrens, procidens illi ad pedes, adorauit.

26 Petrus verò eum sustulit, dicens: Surge. Ego quoque homo sum.

27 Et colloquens cum ipso, ingressus est: & inuenit multis qui conuenerant.

28 Dixitque illis: Vos scitis vt nefas sit homini Iudeo adhucere homini extraneo: vel ad eum ingredi: at mibi Deus ostendit nullum hominem communem vel immundum dicendum esse.

29 Propterea, sine contradictione veni accitus. Rogo igitur, quam ob causam me vocaueritis.

POSTRIDIE EXIXIT.) Appulerat, vt verisimile est, sub vesperum: quia ronduum meridiē vrbe ingressi erant: nec verò unius tantum momenti fuit visio ter repetita. Nocturna igitur quiete resepti ex sua lastudine ad redditum se accingunt. Officium porro humanitatis fuit, quod Petru se comites adiungunt quidam ex fidelibus, quos à tota Ecclesia missos esse credibile est, & deducunt Cesaream vlique. Ac illi quidem benevolentia & honoris causa commune iter cum Petro suscipiunt: sed Dominus eos adducit, vt gratiae sue testes habeat. Ita, amplius sue gratitudinis p̄ficiū referunt, dum in fidei sua confirmationem, Christi regnum ad Gentes propagari vident.

24 CORNELIUS EXPECTABAT EOS.) Pium Cornelij affectum Lucas non tantum hac in parte habet, quod Peri aduentum cupidè expectaverit, sed quòd amicos & cognatos fidei socios habere voluerit. Res certè pericolo non carebat, ceteruan hominum vocare, ut nouam religionem traherent. Nec debeat rationes quarum prætextu sibi blandi posset, neque enim alios in societatem vocare iussus fuerat, quoniam prius illis praeterius, vnuas fuerat delectus, qui tanti boni compos fieret: sed quantum & Dei glorie, & fatum habui debet, apud reputavit: inquit esse, ut erat, & inhumanum agnouisse, quenque sibi priuatum consulere ahorum ratione posthabita: sedq; fecidit esse duxit, defodere sub terram Enan-^{sh} thelum. Ego, praefebit quod Dominus per Iesum & Michælam à suis omniis requirit, ut singuli, & ceteri, quasi apprehensa manu inuitent, atque horcentur ad fidem. Docuit ergo nos Cornelius (exemplo, quam nobis se patet facit Deus, lucem huius notitiae non esse signia in vel metu intus sustocandam: sed potius dandam operari) iste, ut fides nostra aliis ad monstrandam viam præluecat. Neque enim ea est regni cælorum hereditas, unde vel minimus portio nobis de cœstis, si multi ad eam participandam admitti fuerint, quoniam potius gloriam nostram augabit coherendum accessio. Obiectum præteca est: quām probitatem ab omnib; ostentatione. Vocat enim, ut condicipulos habeat, paratus ipse ad discendum. Hoc verum est pietatis studium, ubi vna cum zelo talis appareat simplicitas, ut non pudeat nos ab ore Dei pendere. multos enim impellit ambitione, ut operari suam docendis rudiibus impendant, & virtutem detegit huius loquacitas, dum cupidius verba profundunt, folique audiri appetunt. Atqui, vnum hoc omnibus præpositum esse decebat, se & totum mundum Deo subiaceat, ut hominibus ad veram humilitatem subacti, emineat ipse solus. Qui pollet docendi facultate & gratia, ut recusat fratribus se magistrum praestare, absit modis. Etantia & ventola eminenti cupiditatis: coi datum non est se doctorem profiteri, si in tua modulum suum se contineat, neutri magisterium appetant: sicuti etiam monet Jacobus, verum, sic alij alios mutuè adficiunt, ut neque declos, neque indeclos in ordinem cogi possint. Quæritur tamen, quos in Iudea cognitos habere potuerit, quoniam ales signa, & temporali militie causa, illuc profectus esset? Ego, ut nihil affirmo, ita hoc tanquam maxime probabile, amplector. Quid in Iudea aliquos haberent ex cognatis. Solebant enim propinquū & inter le noti, sub idem vexillum ceire. Nec dubium est, quoniam sub Cornelij vexillo, quoniam Centuriō esset, libentius militauerint cognati. & ex quo vocat Familiares amicos, sicuti apud Latinos Necessarij vocantur, qui a fratre vinculo inter se conniciuntur.

25 PROCEDENS ILLI AD PEDES, ADORAVIT.) Hic est verbum ἀγορεύειν quod aut genuflexione, aut capite submisso, aut alio quouis gestu, honorem cultuunque testari significat. Nunc querimus, An modus iste tantum causa hæc adorationem recusat Petrus, an vero, ut ceteri illicim prorsus improbat? Quidam Petrus disperguit Cornelii factum, apparet exortione modo addita: SVRGEN, nam & ego homo sum. Colligit enim licet ex his verbis, diuinum fusse aliquid in eis cultu, quod debitur vni Deo honore homini mortali transcriberet. Atqui, Petrum loco Dei habitum fusse à Cornelio, minime credibile est, nam si Dei honorem ad hominem transiluit, vbi illa pietas & religio, cuius elogio super ornatus fuit? Ego igitur sic existimo, nihil minus illi in animo fusse, quām spoliare Deum legitimo cultu, ut homini datet: sed quoniam veler Prophetæ, Christi que Apostolo singulari honorem habere, ad immundicam reverentiam signum proplus est, atque ita excessu peccavit. Vix enim satis exprimi verbis potest, quām proculius sit ad superstitionem leplus, vbi deserter honor Christi ministris, qui vel minimam diuinum cultus speciem præferat, nam quod minime putauimus, facile delabimur per imprudentiam. In Rege vel huius mundi primoribus minus est periculi, nam qui regem complex adorat, se intra ciuiles & terreni honoris modum continet: in Christi ministris diversa est ratio, liquide ut spirituale est eorum officium, ita, si quis ad eorum pedes procumbat adorandi causa, hic honor spirituale quiddam habet. Tenenda enim est distinctione inter ciuilem adorationem, qua inter se homines vivunt pro ratione politici ordinis, & eam cui subest religio, vel quæ direxerit honorem Dei respicit, sicuti & inter leges, que vel ad temporale regimen feruntur, vel conscientias obstringunt. Nam enim falluntur incepti quidam homines, qui genuflexionem hic per se & simpliciter damnari potant. Verum omnino illud est quod dixi: Cornelius non Proconsulem hic solum vel Imperatorem politico ritu salutat: sed ad Petri conspectum adiunctorum perculsus tanquam præsenti Deo honorem deferit. Ita, quasi sui oblitus, plus homini tribuit quām fūs. Nihil, ut iam dixi, minus habuit proutum, quām Deo eripere quicquamlibet honoris, ut eius spoliis hominem ornaret: sed vbi hominis adoratio maxima habet & implicitum aliquid cum Dei honore, statim vitium præter spem & opinionem obrepit, ut supra humanum gradum euehatur, qui colitur in Dei honorem. Papistæ illa distinctione omessa, membrum donta ex vnum artiportu, nam sola religio ea adoratio inter eos tractatur: eius pars, ut cum honesto aliquo prætextu deriuente ad creaturas, in latium, duliam, & hyperduliam, se cant. Eccliarium quidem afferunt vni Deo: ac si dicerent adorationem cultus illi soli deberi, adorationem dulie, promiscuum mortuis & eorum offisis, statuis & picturis faciunt. Hyperdulianus, virginis Maria, & crucis in qua pendit Christus, assignant. Ut taceamus puerili infirmitate illos garrare, quotusquisque eorum putidam illam distinctionem tenet: nec de plebeis tantum loqueretur, sed de ipsius primoribus. Omnes ergo eorum cultus præta superstitione infectos & corruptos esse oportet, quoniam creaturas Deo inconsideratè aggregent. Sed his non dicit Lucas, Cornelium latram exhibuisse Petro: generali tantum Adorationis nomine virtutur, & adultus fusse iure reprehensum, quia perpetrat hominem plus iusto efficeret. Certe si locum haberet nouum illud dogma de delica adoratione, monere debuerat Petrus Cornelium, ne ultra duliam procedere. Sed quia nulla adoratio, cui religio annexa est ac diuini honoris respectus, intactum Deo relinquit suum honorem, quoconque tandem nomine regatur: ideo hæc vna ratione contentus est Petrus, quid homo sit. Quinetiam ex Papistis scire peruelim, an Ioannem tam stuprum fusse putent, ut erexit Deo latram Angelo tribueret. Certe, nihil aliud ad Angelum adorationem eum impulit, quām nimis & prepostera reverentia, & quidem in Dei honorem, cuius gloria in Angelo fulgebat, damnatur nihilominus eius factum. Ego, ut Deo quod suum est reddatur, spiritualius adorari cui subest religio, intacta illi maneat.

26 VOS NOSTIS, UT FAS NON SIT.) Videtur parum amica esse prefatio, & quæ illorum animos exasperat magis quām conciliat, dum se tam impuros haberi audiunt, ut confuetudine sua & colloquio sanctos polluant: quod graui in eos contumeliam non caret. Verum, Petrus in hunc modum prefari necesse habuit, ne male conscientia suscepit eum habent, quid contra morem à Patribus traditum, quæ Legis contemptor, venisset. Quoniam autem dominus meum se missum affirmat, sublata est aegurgata eiusmodi suscipio. Addit quidam ostensione in quæ ex veteri inter Gentes & Iudeos diffidio, illorum animis iam insidiebat, optimè mitigat his verbis, ut aptius non potuerit oratione sua aditum facere. Nam qui hæc tenus in mundi habiti fuerant, eos nunc puritate donatos esse pronuntiat, ut iam cum sanctis mutua sit illis communicatio. Porid, quidam Iudeis nefas esse dixit, & D. 47. 25. GENTES ingredi sciendum est, non tam ex Lege hoc fluxisse, quām ex obseruatione Patrum. Veterat quidem Deus, ne se coniugis aut foederibus illigarent, simul vesci, aut communia vita negotia tractare, nulquam pro-

hibebantur. Sed ne frequentior vobis vel necessitudo ad id quod veritus erat ipsos alliceret, traditum à Patribus morem seruabant, ne quid haberent consuetudinis. Hic disputare nihil atinet, an ea traditio conscientias ligaretur; neque enim Petrus ex professio docet quid secundum Deum licet, sed quid vulgo receptum esset.

NVLLVM HOMINEM.) Clarius summam visionis & scopum demonstrat, quod de cibis fuerat dictum, ad homines referens. Ceterum, quod nullum immundum esse dicit, ne intelligas de individualibus, certum enim est, incredulos omnes conscientie immunditie pollutos esse, ut etiam solo attuta, qua aliqui pura sunt, contaminent. Paulus etiam eorum liberos dicit immundos manere, donec fide purgetur. denique, si sola est nubes quae purificat hominum corda, incredulitas ea profanat. Sed Petrus hic tantum Iudeos confert cum Gentibus; & quo niam diruta maceria, & foedus vita & salutis utile nunc pauper communione est, pro alienis habendos esse negat, qui diuina adoptione sunt consortes.

29 Nutandum est etiam quod iubici, sine contradictione se venisse. Nam hoc est sanctum fidei silentium, quoniam Deo non obstreperentes, placide suscipimus quicquid mandat, aduersas rationes, quæcumque se ingenerant, procul abigendo.

30 Tum Cornelius ait, Quarto ab hinc die usque ad hanc horam eram iejunus, & circiter horam nonam precabar domi meae: Ecce, vir sancti cor am me in ueste splendida,

31 Qui dixit: Cornelii, exaudita est tua precatio, & eleemosyna tua venerunt in memoriam eoram Deo.

32 Mute igitur luppen, & accersi Simonem, qui cognominatur Petrus, hic hospitium habet in domo Simonis coriariorum, quoniam affuerit, loquetur tibi.

33 Ex eis igitur hora misericordia te, ac tu recte fecisti quod adiisti. Nunc itaque nos omnes adsumus eoram Deo, ad audienda omnia que tibi a Deo ordinata sunt.

Quia haec Cornelij responso nihil prater nudam historię repetitionem continet, non opus erit longius in ea insistere. Summa est, Quod Dei iussu Petrum vocauerit.

30 **ERAM IEJUNVS.**) Multi Graci codices habent iulus, sed debam. Vetus interpres nomen IEJVNVS omittit: quod ego errore vel incuria factum esse puto, quia in omnibus Gracis codicibus exprimitur. Porro differtē iejuniū sit mentio, partim ut sciamus non frigidē vel defunctionē tunc orasse Cornelium: deinde, ut minus suspicitionis habeat visio, neque enim cerebrum iejuniū hominis ubi moderata est lobrietas, hallucinationes in spiritu facili admittit. Significat ergo Cornelius, Angelum sibi apparuisse, quem ad precanū studium probò intentus esset, ac mente solitum haberet omnibus impedimentis, quae nosphantasmatis ac spectaculi obnoxios reddere solent. Eodem tempore circumstantia pertinet, quod illud accidit clato adhuc die, horis tribus ante Solis occasum.

VIR STETIT IN VESTE SPLENDIDA.) Virum appellat, quem scit Angelum Dei fuisse, sed vestitum est, ad Deum vel Angelos, visibilis forma, sub qua apparent, nomen transferri. Sic promisit Moses nunc homines, nunc Angelos appellant, qui visi sunt Abraham humanis corporibus induiti. VESTIS splendida caelestis gloria in dicunt fuit, & quali insigni duxi maiestatis, que fulgere in Angelo debuit. Talis in Christi ueste splendor rem Euangelistæ fuisse testans, quoniam gloriam suam tribus discipulis in monte patefecerit. Idem & de Angelis narrans, qui ad ceftandam Christi resurrectionem missi sunt, nam sicuti Dominus hucusque insinuati nostre concedit, ut Angelos suos sub carnis nostræ forma descendere iubeat, ita simul quosdam gloriae suæ radios illis alpergit, ut reverentiam mandatis quæ perferenda commisit, ac fidem conciliet. His nascitur quæsto: Verumne fuerit corpus illud & naturale, verane etiam uestis, an talis donataxat species oculis Cornelij fuerit obiecta. Quanquam autem hoc non adeò cognitum nec clarum est, & vir quicquam afferi pro certo potest: mihi tamen, quod ad coniecturam spectat, magis probabile videatur, Deum cuius est omnia creare, dedisse verum Angelo copias, & simul magnifica vestis decus circundesset. Verum, simul ac legatione munere defunctus est Angelus, corpore & uestitu in nihilum relatus, restitutum suæ naturæ esse: neque tamen humani quidquam passu, si quādū in habitu humano conspectus fuit.

33 **NUNC ITAQVE NOS OMNES ADIVMVS.**) Hic quod promptior ac magis voluntarius sit Petrus ad docendum, se & reliquos Cornelius affirmat dociles fore, & ad obsequium Dei paratos: nam hoc ad doctorem incitandum non parum valet, ut operam suam alacritus impendat auditoribus: ubi certum inde fructum sperat. Particula CORAM DEO, duplice sensum habere potest, vel ut quasi ius iurandum, vel ut similes ceteri profiteatur Cornelius, cœterum illum domini suæ congregatum esse, non secus ac sub Dei conspectu, ut vocem hominis perinde excipiatur, ac si ex ipso Dei ore prodiret. Vrnum eligas, idem semper erit finis, nam quod maiorem sinceritatem suæ fidei Cornelius faciat, testatur se Deum habere per oculis, cui per simulationem illudere fas non est. Et certè, quoties nobis proponitur Dei verbum, hic sensus animos nolnos subire, & serio affere debet, non esse nobis cum homine mortali negotium, sed Deum presentem nos vocare, nam ex hoc Dei respectu oritur Verbi maiestas, & eius audiendi religio. Videtur tamen pro aliis temere sponde et in re tam gravi, quis enim aliena fidei iidoneus est fidei iussor? Sed quia pro fe quæque obedientiam pollicitus fuerat, merito sic affectos esse confidit: nec dubium est, quoniam te sibi indicata, iam ante polliciti fuissent se fore dictis obsequentes, ac tum quoque singuli confirmauerint quod ab uno dictum fuerat.

AD AVDIENDA OMNIA.) Haec vera demum est fides, ubi non ex dimidia tantum parte amplectimur Dei verbum, sed illi nos in solidum addicimus & tamen huius plenæ & vniuersalis fidei rara sunt in mundo exempla, maior enim pars tanquam passionem habeat cum Deo, eius doctrinæ se minimè subiecit, nisi quatenus adulberet: si quid displiceret, securè vel negligit vel impiobat. Ceterum, prudenter Cornelius inter Deum & hominem discernit, nam Deum facit doctrinæ authorem: homini vero nihil telinquit præter ministerium & legationem. Attentos, inquit, discipulos & obsequentes habebis in omnibus quæ tibi Deus mandauit: ut solus ille imperium habeat, tu sis duotaxar minister: ipse solus loquatur, sed ex ore tuo. Arque hoc seruis suis omnibus Ezeclij b. 7 in Ezechielis persona Deus praescibit. Sume, inquit, ex ore meo sermonem, & annuncias illis ex me.

34 Petrus autem aperiens os, dixit: In veritate comperio, quod non sit personarum acceptor Deus:

35 Sed in omni gente, qui timet eum, & facit iustitiam, acceptus est ei.

35 De re quam misit Deus Filiis Israe^l, annuntians pacem per Iesum Christum (hic est omnium Dominus.)

37 Ios nostis, quomodo Verbum sparsum fuerit per totam Iudeam, exorsum à Galilæa post Baptizatum quem precepit Ioannes.

38 Quoniam ideo Iesum à Nazareth in veritatem Deus Spiritu sancto & virante, qui transiit benefactionem, & saepe omnes qui detinebantur à Diabolo: quia Deus cum illo erat.

34 APERIENS Q.) Iam antea admonuimus hac locutione vici Scripturam, quia in granem & seriam orationem habram tuus: significat. Michæli quanto dicitur Christus aperiens os suum, quoniam aperte discipulos concionem habere veller, ac d'finitere de rebus maximis: ac si Latine quis dicat, Exodus est loqui: nempe iam probè meditatus quid dicturus foret.

In VERITATE COMPERIO.) *veritatem dico uero*, est Apprehendere, vel colligere ex rationibus, signis & coniecturis. Gentilis erat Cornelius natione: ex auditu tamen Deus eius preces, hinc Euangeliū eum dignatur, Angelum illi peculiariter delliuit: inde agnoscit Petrus absque personarum respectu, Deo placere quicunque pietate & innocentia vivunt, nam antea (hoc praedictio occupatus, solos Iudeos à Deo amant, sicut ex omnibus populis soli electi erant) non putabat Dei gratiam posse ad alios pertinere. Non erat quidem tam crassus, ut putaret nomine Gratilis reiici vel damnari pietatem ac virtutem innocentiam: sed quoniam simpliciter illud attisperet, Extraneos esse à regno Dei & protanos quicunque incircuncisi essent: imprudens se intricabat tam absurdilo etto, quod Deus purum sui cultum, & sanctam vitam sperneret, ubi non adesse. Circuncisio, quia virtutes omnes ludes præputium infidili reddebat. Quo exemplo monemur, quoniam pote cauenda sint piaudia, quae nobis viam ad recte iudicandum præcludit. Porro, notandum est, quid valeat nomen PERSONA: quia in eo multi falluntur, dum generaliter exponunt, neminem alteri praesertim. Sic olim Pelagius alios eligi, alios reprobari à Deo negabat: quia non esset personarum acceptio apud Deum. Atqui, hoc nomine exercitus status vel apparentia, ut vulgo loquuntur, intelligi debet: & quicquid est circa hominem ipsum, quod illi vel fauorem co-ciliat, vel detrahit: d'icitur nobilitas generis, clientele, honores hominem gratiosum reddunt: paupertas, ligibiles, & quidquid tale est, concepibilem. Hac ratione subinde verae Domini personas accipi: quia fieri non potest, ut rectum sit iudicium, quoties externi respectus iudicent à causa abducunt. Hoc loco ad nationes referuntur: ac Iesus est, Non oblitare præputium quoniam Deus iustitiam in homine Gentili gratiam habeat ac prober. Sed videbitur hoc modo ad tempus valere apud Deum personæ reipublicæ: nam quoniam Iudeos, præteritis Gentibus, sibi in populum delegit, anno replexi personas Repondeo, Causam humani discriminis minimè in hominibus querendam esse: sed totam pendere ab arcano Dei consilio, nam quod Abraham sibi adoptauit, apud quem fœdus suum deponeret potius quam apud Ægyptios, minimè hoc, externo aliquo respectu prouocatis, fecit: sed tota causa in admirabilis eius consilio residebat, ergo personis nunquam ilingatus fuit Deus: Nondum tamen soluta est difficultas: quia negatio non potest, q. in placuerit Deo Circuncisio, ut in populo suo conferet, qui symbolum illud sanctificationis gestabat. Sed hic quoque in promptu est responsum, Quod circuncisio posterior fuerit Dei gratia, quoniam eius esset sigillum: unde sequitur, causam non suffit. Interim sic Iudei adoptionis gratuita pignus erat, ut non obstat Deo præputium, quoniam admittetur, si quis vellere ex Gentibus in societatem eiusdem salutis. Sed hoc nouum & speciale habuit Christi adventus, quod diruta inercia, Deus promiscue totum mundum amplexus est: atque hoc Ionani verba in OMNI GENTE. Quandiu enim Abraham semper facia fuit Dei hereditas, videi poterant Gentes prouersus ab eius regno exalatae, sed Christo in lucem genitum exhibito, fœdus vita æternæ, perquæ omnibus commune esse coepit.

35 Qui timet Deum, et citavit iustitiam.) His duobus membris comprehenditur totius vita integritas. TIMOR enim Dei, nihil aliud est, quam pietas & temere: iUSTITIA autem, & equitas est quam inter se homines colunt, cauentes ne cui nocenter studentes autem omnibus professe. Sicuti his duabus partibus lex Dei consistat (que eis bene vivendi regula): ita se nemo Deo probabit, nisi qui actiones suas omnes huic referat ac dirigat, nec quidquam in omnibus officiis erit solidum, nisi in Dei timore fundata sit tota vita. Exterum, videtur hic locus causam salutis operum meritis tribuere. Nam si nobis gratiam apud Deum conciliant opera, vicani simus nobis comparant, que in amore Dei erga nos posita est. Alijetiam nomen iUSTITIA articulat, ut probent non gratuitè per fidem sed operibus nos iustificari. Atqui, hoc posterius nimis est fruendum iam enim ostendimus, non accipi pro tota & integra Legis obseruatione, sed refringi ad secundam Tabulam, & officia charitatis, est ergo, non iustitia uniuersalis, qua iustus censeatur homo coram Deo: sed probitas & innocentia que homines respicunt, dum cuique quod suum est tribuitur. Ergo, residua est altera illa qualitas, An opera, Dei favorem nobis conciliant: ad quam expediendam, principio notandum est, duplum esse respectum Dei in hominibus diligendis. Quoniam enim filii ira nascuntur omnes, ad eum reperi: et Deus in nobis amore suo dignum, ut tota potius natura nostra ad odium nostri eum prouocet, quia ratione, Paulus in micos illi esse pronuntiat omnes, donec reconcilientur per Christum. Prior itaque Dei acceptio, quia nos in gratiam amplectitur, proutis gratuita est: nondum enim villa operum ratio haberi potest, quoniam omnia virtuola sunt & pietas, sicutque originem respicit. Nam, quos sibi Deus filios adoptauit, eos quoque Spiritu suo regenerat, sicutque in illis imaginem reformat: unde exoritur secundus ille respectus. Neque enim nudum hominem tunc Deus iuuenit, & omni gratia vacuum ac destituum: sed suum quoque in ipso opus, immo se ipsum agnoscit, propiore, fideles Deus, quia pietate & iustitate vivunt, acceptos haber. Nec vero negamus, quia Deo esse bona sanctorum opera: sed hic aliud queritur, Praevenienti homo Dei gratiam suis meritis, sicutque in eius atonem inserviant: ac vero, quoniam odior tantum dignus sit, gratis initio, & sine operum respectu ameruntur. Porro, quoniam homo suo ingenio relietus, nihil quam odij materiam adferre possit, gratis enim diligi necesse est: unde sequitur, Deus sibi ipsi causam esse, quod nos diligat: sicutque in infernorum, non meritis nostris, pronocari, deinde notandum est, etiam si cum bonis operibus, & operum respectu placeant Deo fideles post regenerationem, non tamen id fieri overorum merito, nunquam enim cum exacta est operum mundities, ut sine venia Deo placeant: sed, quoniam leniter habeant virtutem quid admixtum, digna sunt quae resonantur. Ergo, precium operis minime fruunt propria eorum dignitas, sed fides, quæ à Christo mutuatur id quod operibus detinetur.

15 De eis.) Quoniam abruptus est Græcus contextus, quidam Accusatum pro Nomini casu positum esse putant: ut sit sensus, Hic sermo est, quem misit Deus filiis Israe^l. Alij referunt ad verbum Nostis, quod postea sequitur: & propter sententia hyperbaton, existimant additum fuisse aliud nomen, nam Lucas priore

loco ponit *zeyv*: deinde, *p̄ma*. Sed quum Græcis tritum sit ac familiare , subaudire prepositiones : hic sensus quem reddidi , mihi aptius congruere vobis est. quanquam si magis dexter mitigari queat sermonis asperitas, libenter assentiar. Hoc igitur membrum vice prefationis accipio, quod ad hoc memorabile Dei opus spectat, quod edidit inter filios Israhel , annuncians pacem per Christum. deinde, subiicitur narratio: tandem in cœnula orationis lux ostendit Petrus , in quem finem exhibitus fuerit Christus mundo. Porro, non temerè ab hac commemoratione orditur, Quod Deus sermonem miserit filii Israhel . Sermo autem pro Re , Hebraica phrasí ponitur. Erat tunc celebris fama xterui foederis quod Deus cum populo illo pepigerat. Inter ludos nihil magis vulgo notum erat, quā Redemptorem iam olim promissum fuisse Patribus qui res collapsas in statum florentem ac beatum restitueret. Hoc idem sciebat quicunque familiariter versati erant cum Iudeis. Petrus ergo , quod sibi plus fidei conciliet, non de re ignota aut noua se verba facturum praefatur: sed de Ecclesiæ restituitione quæ ab æterno Dei foedere pendebat, & quæ nunc præstata non obsecrare fuit: & celebrata felicet omnium sermone.

ANNUNCIAVAT PACEM. Docet hinc Petrus, qualis fuerit rei & sparsi rumoris species: nempe, quæ pacem constitueret. **PACEM** hic pro hominum & Dei reconciliatione accipio, quæ tamen solidam & perfectam Ecclesiæ salutem in se continet. Sic uiri dissidium & alienationem à nobis sequitur hotrenda confusio, & quasi tetricum chaos: ita, simulatque affulget paternus Dei favor, Ecclesiam suam à dissipatione colligit, & re-rasificat vera felicitas. Hoc ergo significat Petrus, quod Deus in Christo se populo suo proprium ostenderit, & rursus Abrahæ filios amplexus fuerit, quos ad tempus abiecisse vobis fuerat, ut prosperum & florentem statum apud eos stabiliret. Sicut autem pacis huius authorem facit Deum, ita Christum in medio statuit, tanquam eius pignus, ut rata sit & sancta. **P A C E** in nominativum prædicationi coniungit, qui haec vna denuntiatio est, quæ reconciliationis à Christo parta fluctus ad nos usque peruenit. Eodem modo Paulus, postquam docuit Christum esse pacem nostram, mox subiicit, *Ipsum venisse*, ut pacem annunciatet iis qui propè erant & qui procul.

Eph.1.12

37 NOSTRIS VERBUM.) Constat haec Petri concio duobus præcipiue membris. nam priore loco historiam recitat: deinde ad historię fructum descendit. Nam quum aduentus Christi in mundum, mox & resurrectio, materia sint salutis nostræ, non aliter proponi in salutem Christus potest, quād si primò teneamus ipsum in diuile carnem nostram, ita verlatum inter homines, ut se Filium Dei certos testimonios esse probaret: tandem cruci affixum, & Dei virtute excitatum à mortuis. Rursum, ne frigida & inutilis sit historia cognitionis, simul tradendus est finis, cur ex gloria cœlesti in mundum descendenter, cur mortem crucis pertulit tam proibitorum apud homines, & Dei ore maledictam. Tradenda est resurrectio causa, unde horum omnium efficiuntur: ut etiūque colligatur: nempe, quod exinanitus fuerit Christus, ut nos, qui perditi eramus, in beatitudinem integrâ restitueret: quod simul cum carne nostra fraternaliter erga nos amorem indueret: quod nostras in se infirmitates suscipientes, earum onere nos levauerit: quod peccata nostra mortis sue sacrificio expiauerit, ut Patrem nobis proprium redderet: quod victor ex morte emergens, vitam eternam nobis acquisierit: quod calum suo ingressu nobis pateretur: quod tota vis Spiritus in eum effusa fuerit, ut nos sua abundantia ditaret. Hunc docendi ordinem seruat Petrus, quom exordium facit ab historia Euangeli: postea vero demonstrat, quid nobis Christi in terram defensus, quid mox & resurrectio attulerit. Principia narrat, **C H R I S T U M** Nazarenum prodidisse post Ioannis baptismum. Nam quia huc destinatus era Joannes, Dei consilio, ut populi animos erigeret ad Christi expectationem, non debuit hæc pars omitti. Eximius Dei Propheta habitus fuerat: ergo ad fidem Christi afferendam, maximè apud rudes & tyrunculos non parum valebat eius autoritas. Notanda est locutio, quod Ioannes Baptismum prædicaverit. Complectitur quidem Lucas sub **BAPTISM** voce totum Ioannis ministerium: sed interea admonet, non suffise mutum signum & doctrina vacuum. Et certè, hoc in Sacramentis omnibus caput est, ut Dei verbum illuc insculptum resurgat, & clara vox perlonet quod magis detestanda est impia profanatio quæ in Papatu cernitur, quod sepulta prædicatione, Sacraenta magico tantum murmurante incantant.

38 IESVM A N A Z A R E T H.) Hic Nazarenum appellat, non quod illuc natus fuerit, sed quia inde prodierit ad munus suum exequendum. deinde quia inualuerat vulgo hoc cognomen. **V N C T V M** dicit spiritu & virtute, per hypallagen, nam potentia qua excelluit Christus, non aliunde quam à Spiritu erat. Ergo Pater cœlestis Filium suum vngendo, Spiritus sui potentia eum instruxit. Subiicit continuo Petrus, **V I R T U E M** hanc appauuisse in miraculis: tametsi speciem vnam disertè exprimit, quod testatus fuerit Christus, Spiritus sancti virtute se præditum, ut benefticis esset mundo, neque enim terrificam Dei virtutem in ipso exeri oportuit: led quæ suauis bonitatis & gratiae gustu mundum alliceret ad eum amandum & exspectandum. **V N C T O N I S** metaphora, quoniam de Spiritus sancti donis agitur, satris trita est: nunc ad Christi personam accommodatur: quia hoc modo consecratus à Patre Rex fuit: & Sacerdos. Scimus autem, oleum solende suffise consecrationis symbolum sub Lege. **T R A N S I T U S** Christi, pro Vocacionis cursu accipitur: quasi dicere, **A** diabolo torqueri, qui febi, aut alio qualibet communī morbi genere laborat: sed mentis alienatio, rabiosus furor, & extera quasi prodigiola mala, apicē & propriè Sarana tribuuntur. Secundum quam rationem, Scriptura Dæmoniacos vocat, arreptitos homines, qui tanta impotentia feruntur, & videantur propè in bello conuersi.

Q Y T A Deus erat cum illo.) Breuiter nota Petrus, quorsum spectarint virtutes per manum Christi edite: nempe, ad conciliandam illi fidem apud homines, qui Deum veluti praefarent, intuebantur, atque hic verus, miraculorum vobis fuit, quemadmodum iam aliquoties dictum est, ac postea suis locis iterum videbimus. Nam in hoc principio acquiescere nos oportet, imminui Dei maiestatem, nisi quos insigni letorum suorum nota, fulpicimus ac reveremur. Proinde quando virtutes palam fecerunt è celo prodidisse Christum, extra sorte in iudicij humani locutus eius dignitas.

39 E T N O S F U M U S T E S T E S O M N I U M quæ fecit in regione Iudeorum, & Ierosolymæ: quem suspen-sun in ligno, occiderunt.

- 40 Hunc Deus suscitauit tertio die, & conspicuum exhibuit.
 41 Non tibi populo, sed testibus ad hoc prius designatis a Deo: nobis scilicet, qui comedimus & bibimus cum eo, postquam resurrexerat a mortuis:
 42 Et mandauit nobis, ut predicaremus populo, ac testificaremur quod ipse definitus sit index viuorum & mortuorum.
 43 Huius omnes Prophetae testimonium reddunt, quod remissione peccatorum accipiat per nomen eius, quisquis in eis credit.

39 Et nos sumus testes.) Ut fidem verbis suis afferat, se & collegas pronuntiat oculatos esse omnium testes, que de Christo tradunt: ita loqui de rebus probè competens. Paulus pedit in sensu duero, nomen testis accipit: quoniam dicit, Ceteros testes a Deo saepe ordinatos, quo significat, publicam Apollonis impositam esse per sonans: atque ad hoc peculiariter electos esse, & quasi diuinus produci, ut suo proxenio ad Christi fidem homines aducerent. Ita Paulus prioris ad Corinthios decimo quinto: Nos, inquit, falsi testes Dei in uite nostrum, nisi Christus a mortuis resurrexisset. Et iam autem audiuius ex ore Christi, Vos eritis omni testes in Iudea, Samaria & Ierosolyma. Nunc verò sanctum historicum testem vocat Petrus, quia rerum gettarum fuit spectator. Ceterum, hic mortem uno verbo attingit, quia passim nota erat: in resurrectione, quæ plus habebat dubitationis, & cuius cognitio multo plus habebat ad fidem innotentem, longius induxit.

41 Si queritur quispiam, Cur non palam Deus Filium suum a resurrectione, omnibus ostenderit: respondeo, E iam nulla ratio constaret, modestis ramen & sobriis debere unum Dei consilium luctare, ut circa controversiam certiori sibi persuadeant optimum esse quod Deus censuit. Neque tamen dubium est, quoniam Deus optimo consilio tale temperamentum adhibuerit, nam resurrectionis certudo fatus mulier ac firmis testimonio probata fuit. hoc autem ad exercendam piorum fidem vtile erat, Evangelio potius quam oculis suis credere. Quantum ad impios pertinet & professos Christi hostes, quoniam toties conuicti, inuicibiliter Deo cesserent, indigni erant, quos ad conspiciendam resurrectionis lux gloriam Christus admitteret. Quia quoniam & ipsi militum relatu, quos ad custodiendam sepulchri conduxerant, fuisse aperte que fuerunt coagi: ut alii rationes omnimat quas patere licet ex Harmonia. Hoc ergo nobis fixum sit, sancte Dei decimo electos saepe Apostolos, quorum testimonio, resurrectionis Christi veritas stare. In hac approbatione quisquis non acquiescerit, cœllus si potest, atque euertert inuolabile illud Dei decreum, quod nobis hinc Petrus commendat. Nos vero, si Deum cupimus habetur certum fidei nostre authorem, testibus contenti esse dicamus, quos à le ante mundum conditum delinatos, suo tempore in medium prodiximus, quas sua manu.

Q VI C O M E D I M V S.) Huc vero apparat, quantam nostram cruditatem curam & rationem habuerit Christus, qui ei usque se demisit nostra causa, ut celesti gloria iam prædictus, ederet tamen ac biberet tanquam homo mortalis. Quare, non est quod queramur obseverum esse aut dubium Christi resurrectionem, nam ideo cardos ac difficiles ad credendum discipuli suos esse patius est, quod melius confirmari, omnem dubitationis scrupulum nobis eximirent, quoniam portius, danda est opera, ne tantum Filii Dei ergo nos indulgentiam nostra malignitas & ingratiudine obclureat. Ceterum, quoniam Scriptura narrat, Christum comedisse, questionem mouent curiosi homines, Quid cibo illo factum fuerit: sed solutio facilis est: Quid sicut ex nihilo creatus fuerat, ita in nihilum facile redactus fuerit diuina Christi virtute. Qui in alimentum corporis sumitur cibus, concogitur, ac postea digeritur: sed hunc cibum alenam nostræ fidei a Christo sumptum esse scimus, atque in hoc vix consumptum. Falluntur autem, qui putant Christum comedendis tantum speciem præbuisse. Quid enim profuisset tale spæctrum? Nec video quorundam attineat eiusmodi subterfugia querere: nam quoniam dicitur, non sua necessitate compulsum fuisse Christum ut ederet, sed voluisse tantum suis consulere, ansa fuiolis hominum commentis praecisa est.

42 Et mandauit nobis,) Hic de regno christi tractare incipit, quoniam dicit, CHRISTVM ideo resurrexisse ut mundum semel iudicet, nam eodem iure, celi terraque imperium, & perpetua Ecclesiæ gubernatio illi asseritur. VIVORVM ET MORTORVM iudicem fore dicit, quia ubi resurrexerint mortui, etiam alii qui tunc erunt superentes, momento immutabutur, quemadmodum docet Paulus prioris ad Corinthios capite quinto decimo, & 1. Thessalonico, capite quarto. In verbo TESTIFICANDI subest pondus: quia ut natura ad incredulitatem propensi sunt homines, minus efficaciter ac vigoriter habent simplex Evangelij prædicatio, nisi cum Dominus validis obtestationibus fanciret. Præterum vero plus fatis quisque nostrum in se sentit, quoniam difficile sit, tunc mentes terrenis laqueis impliæctas ad sperandum christi aduentum, supra celos eligere, tum insidias hæc meditatione tenere dictas, quando non defunctorum sua levitate huc illuc rapturi.

43 Huius omnes Prophetæ. Sunimam concionis, ut dictum est, cursu perlustrat Lucas: ideo tam brevis est in fructu historia notando, vel potius concitus. Sciamus ergo, hinc non recitari, que verba Petrus fecerit: sed tantum quibus de rebus differuerit, indicari. Tria autem hinc consideranda sunt, Quid proprium christi sit manus, absoluere peccatis, reconciliare homines Deo: quod fidei consequatur peccatorum ieiunium: quod hæc doctrina non noua aut nuper fabricata sit, sed iam olim ab ultinis seculis testis habuerint omnes Dei Prophetas. Quid ad primum spectat, si Deus nobis pacatur, peccata non imputando, hinc constat, totum humanum genus exossum illi esse & infensem, donec per gratiam veniam placere incipiat. Iraque peccati damnum omnes, quod non subiicit ira Dei, & mortis extrema restu constringit: & quia iustitia deslitigatur apud nos, configere docemur ad Dei misericordiam, tanquam ad vicum a ylum. Quoniam dicit fideles a cacciperem remissionem peccatorum, subest tacita inter ipsos & Deum arithmetis. Isponte enim a Deo offiri necesse est, ut deinde fideles accipiant. Quoniam dicit, conferti per christi NOMEN, significat unius christi beneficio nos redire cum Deo in gloriam quia scilicet illum semel in nomine sua nobis placuisse: vel quemadmodum vulgo loquuntur, mediante solo christo, ac nullis aliis mediis, nos peccatorum remissionem consequi. Nonquam ex animis hominum delere reatus sui sensum porvus Saran, quoniam de petenda a Deo venia solliciti essent: sed quoniam via efficit obtinendæ venie ratio & via, miseris homines, Satane per illegit delusi, miro libi labylanthros fixerunt, per quorum ambages fructu & se fatigarent. Primus hic error a recta via eos abduxit, quoniam tentarunt promeriti veniam, quæ gratuita offertur, & recipitur sola fide. postea inuenient fuscum innumeræ pectorum species, quibus Deo fatis factum est. Eorum quidem origo ex Dei verbo manavit, sed quoniam Deus sacrificia & oblationum titus Paribus commendans, christum adumbraret, cæci & profani homines, christo poshabito, in anem umbram sectantes, quicquid Dei erat in piaculis, adulterarunt. Quare, quæcumque ab exordio mundi piacula in viu fuerunt Gentibus, & quæ hodie sunt Turcis ac Iudeis, christo opponere licet, tanquam res pe-

nitus contrarias. Nihilo meliores sunt Papistæ, nisi quod suis satisfactionibus Christi sanguinem aspergunt: sed in eo nimis sunt præpotentiæ, quod non contenti uno Christo, mille piaculorum modos libi vindiquè accerunt. Proinde, quisquis remissionis peccatorum compos cupit fieri, ille à Christo ne minimum quidem vnguem deflectat. Quium audimus, CREDENDO accipi remissionem, vis & natura fidei tenenda est, sicuti procul dubio copiosè differtur Petrus, qualiter Christo credendum sit. hoc autem nihil aliud est, quam sincero animi affectu eum amplecti, qualis in Euangeliō proponitur. Ita fides ex promotionibus pendet. videtur ramen perperam facere Petrus, quod quām duo præcipua Christus nobis attulerit, non nisi alterum ex his commemorat. nulla enim hinc penitentia & noua vita sit mentio, qua in Euangeliō summa prætermitti minimè debuerat. Sed responso facilis est, Regenerationem Spiritus sub fide comprehendendi, sicuti eius est effectus. nam ideo credimus in Christum, partim ut gratitiae imputatione, restituas nos in Patris gloriam: partim, ut nos Spiritu suo sanctificet. Ecce scimus, hac lege nos adoptari à Deo in filios, ut Spiritu nos suo gubernet. Satis ergo habuit Petrus ostendere quomodo homines, qui natura à Deo alienati erant, cum ipso redeat in gloriam. Quid ad tertium membrum pertinet, non opus est recensere omnes Propheta locos, ubi Christum Mediatorem proponunt, qui veniam peccatis nostris impetrando, Deum nobis propicit: sed hæc illis perpetua est docendi ratio, & quasi regula, ut pios omnes ad fœdus illud reuocent, quod Deus, Mediatore interposito, cum Abraham pepigerat. Porro, hoc caput cogniti valde necessarium est, Gratiam quæ exhibita deum à Christo fuit, eandem esse, quam Lex & Prophetæ olim Patribus spectandam tradebant, præsertim apud Cornelium & finiles plurimum valebat, qui Legis & Prophetarum reverentia imbuti erant, ut scirent in Christo re ipsa præstatum ac completum esse, quod Prophetatum oracula testatum fuerat. Ergo ut ministri Ecclesiæ contentem habeant docendi formam cum Prophetis, Christum suo præconio ornare student: atque teſtentur ab eo vno petendam esse iustitiam quæ gratuita peccatorum remissione constat. Hæc longè alia est veritas, quam quæ à Papistis ostenditur cum magna iactantia, dum pro sanguinis Christi pretio, putida satisfactionum suarum figura ingerunt.

44 Adhuc loquente Petro verba hec, delapsus est Spiritus sanctus super omnes qui audieban: sermonem:

45 Et obſtupuerunt, qui ex circuncitione erant fideles, quicunque venerant cum Petro, quod etiam super Gentes dona sancti Spiritus effusa essent.

46 Audiebant enim eos loquentes linguis, & glorificantes Deum. Tunc respondit Petrus:

47 Nunquid aquam prohibere quis potest, quo minus baptizentur hi qui Spiritum accepunt, sicut & nos?

48 Inquitque eos baptizari in nomine Domini, Tunc rogarunt ipsum ut maneret dies aliquot.

44 Adhuc loquente Petro.) Iam nouo miraculo confirmat Deus doctrinam Euangeliū sui Gentibus per quem ac Iudeis communem esse. adcōque hoc vocationis Gentium insigne sigillum est: quia nunquam Gentiles Dominus Spiritus sui gratiis dignatus esset, nisi ut testatum fieret ipsas quoque in fœderis societatem cooptatas esse. Differunt quidem à gratia regenerationis hæc dona, quorum meminit Lucas: minimè tamen dubium est, quin Deus hoc modo obſignauerit tum Petri doctrinam, tum eorum qui audierant, fidem ac pietatem. OMNES Spiritu donatos fuisse narrat. sicuti iam ante vidimus, omnes ad discendi & obediendi studium animatos venisse. Hoc autem visible symbolum nobis quasi in tabula repreſentat, quām efficax sit diuinæ potentiaz organum, Euangeliū prædicatio. SPIRITUS enim lumen loquentem Petro effudit, ut ostenderet se non eo nittere Doctores, ut inani vocis sonitu anteberent, sed vt potenter per ipsorum vocem operetur, eāmque Spiritus sui virtute in salutem piorum viuiscet. Secundum hanc rationem Paulus Galatis in memoriam reduct, quod Spiritum sanctum ex auditu fidei accepérint. & alibi, se ministrum Spiritus non literæ esse prædicat. Cessarunt quidem in Ecclesia iampridem donum linguarum & reliqua eius generis, sed viger ac semper vigebit intelligentia & regenerationis Spiritus, quem Dominus cum externa Euangeliū prædicione coniungit, ut nos in verbis sui reverentia contineat, & occurrit exitialibus deliris, quibus se fanatici homines inuolunt, dum relicto Verbo, vagum nefcio quem, & erraticum spiritum comminiscuntur. Ceterum, non semper continget, quicunque honiūis vocem auribus rapiunt, Spiritum simul haurire, & raro etiam in tales auditores incidunt ministri, quales nactus erat Petrus: qui vno consensu voluntarii sine ad sequendum Deum. Facit tamen ut Verbi externi, & arcane Spiritus virtus confusum electi omnes in se sentiant.

45 OBTUVVERVNT fideles.) Fideles vocat, qui tamē prauo errore adhuc detinebantur. Ita Dominus non statim omnibus ignorantia nebulis suos abstergit, qua tamē fidei laudem coram Deo non obſcurant, quia erroribus ignorantes tanquam puram & l̄ quidam fauore suo dignatur. Mirum tamē est, quod quām sciēti Petrum diuinū nullum esse, nunc quasi ad rem nouam attoniti stupefant, quod Spiritus sui gloriam his conferat Deus, quibus christum prædicari jam voluerat: sed hoc facit subita mutatio, quod quām Deus ad illum usque diem Gentes tanquam extraneas ac profanas à populo suo segregasset, nunc eodem fauore complectitur, & in eundem honoris gradum atollit. Quām hoc exemplo simul monentur, quām difficile sit nos à conceptis erroribus extricare, præsertim vbi diuinitatis accessit.

46 AVDIEBANT enim ipſos.) Exprimit quenam Spiritus dona in illo effusa sint, & simul vnum notat: nemp, lingualium varietate donatos esse, ut Deum pluribus linguis celebrent. colligi etiam potest ex hoc loco, non tantum necessitati datas fuisse linguis, vbi Euangeliū exercit & diversi idiomatis hominibus prædicandum erat, sed etiam in ornamento ipsius Euangeliū ac decus. sed hunc secundum vnum postea corrupti ambitione, quum multi ad ostentationem & pompa transferrant, quod illustrandæ celestis sapientiæ dignitati accepérant: sicuti vitium hoc Paulus acriter infectatur in corinthiis. Itaque nihil mirum si Deus paulò post abstulerit quod dederat, nec passus fuerit vitari longiore abusu.

. 47 RESPONDT Petrus.) Ratiocinatur Petrus à re ad signum. nam quām Baptismus spiritualis sit gratia appendix: qui Spiritum accepit, simul ad Baptismum recipiendum est idoneus: atque hic legitimus est ordo, ut quos Deus Spiritus sui testera ac pignore filios suos esse testatus est, minister ad exterorum signum admittat. Ita priores partes tener doctrina & fides. Quod autem indocti homines inde inferunt, arcendos esse à Baptismo infantes, ratione proflus caret. Fateor arcendos esse, qui ab Ecclesia sunt extranei, priusquam illis conferatur

feratur adoptionis symbolum : sed fidelium liberos, qui in Ecclesia nascuntur, dico ab vetero esse domesticos regni Dei. Imò, argumentum quo ipsi proposito nos oppugnant in eo retroquo. nam quum fidelium liberos, antequam nascantur, Deus adoptanter, inde constituo, minime extro signo fraudandos esse, alioquin illis eriperem homines audebunt quod Deus concessit. quoniam ad manifestam Spiritus gratiam spectat, in eo nihil abfundi est, si tempore Baptismum in illis subsequatur. Quemadmodum autem illorum errori minime suffragatur hoc testimonium, ita Papistarum superstitionem validè refellit, qui Spiritus gratiam signis alligant et àne exorcismis non secus elici putant è celo, quān olim Sage Lunani ius carminibus detrahere te putabant. Atqui, quiū narrat Lucas Spiritu sancto iam fuisse donatos, qui nondum Baptismo initiani erant. Spiritum Baptismo minime inclusum esse ostendit. Offerendum est postrem, sola aqua biffe contentos Apostolos ad conferendum Baptismum, atque utriam hæc simplicitas à posteris retenta est, tñ que absconserent hinc inde tot nuga quibus refutari est Baptismus in Papatu. Oleo, sale, spato, cetero, omnia putant Baptismi dignitatem, quiū potius foeda sint inquinamenta, que puram ac genuinam Christi institutionem corrumpunt.

4. I V S S I T Q U E eos baptizari.) Non necessitatis administrari Baptismum Petri manu, quemadmodum & Paulus restituit Corinthis le paucos baptizasse: poterant enim alijs ministri has partes suscipere. Quid dicitur, IN NOMINE DOMINI, ad formam restringi non debet, sicut tertio capite diximus, sed quia proprius Baptismi scopus est Christus, ideo dicimur in eius nomen baptizari. Quoniam postrem dicit Lucas, Petrum à Cornelio eiūque cognatis R O C A T U M E S S E , ut maneret ad dies aliquot, proficiendi votum in illis commendat. erant quidem Spiritu sancto prediti, sed non ita peruerterant ad summum, quin adhuc utilis esset illis confirmatio. Eorum quoque exemplo, quoties nobis profectus occasio se offert, ealculdū vtendum est: neque fastu turgeamus qui ingessum obstruat doctrinæ.

C A P V T X I.

1. V D I E R V N T autem Apostoli & fratres qui in Iudea erant, quod Gentes quoque amplexe eſcent sermonem Dei:

2. Et ubi ascendit Petrus Ierosolymam, discipulabant cum eo qui erant ex Circumcisione,

3. Dicentes: Tu ad viros præputium habentes ingressus es, & comedisti cum illis.

4. Exorsus autem Petrus, exposuit illis ordine, dicens:

5. Ego etiam in vīce loppe, orans, & vidi in raptu mentis visionem: nempe, vas quoddam descendens e celo, quasi linteum magnum, quatuor initis alligatum, quod usque ad me venit:

6. Quod quum intentus considerarem, tunc vidi quadrupedia terre, & feras, & reptilia, & aues cali.

7. Audivit autem vocem dicentem mihi: Surge Petre, macta, & vescere.

8. Tum dixit, Nequaquam Domine: quia nihil unquam commune, vel immundum in os meum ingressum est.

9. Respondit autem mihi vox secundo, è celo: Que Deus mundauit, tu ne profana.

10. Hoc autem factum est tertio. Et rursus omnia in celum recepta sunt.

11. Et ecce, eadem hora tres viri steterunt prope domum in qua sedebam, misit ad me Cæsarea.

12. Infusit autem Spiritus me cum ipsis proficiendi, nihil habitantem. Venerunt autem mecum, & his sex fratres. Et ingressum domum viri,

13. Quidamque nobis quomodo vidisset Angelum domini sue stantem, ac dicentem sibi: Attende populo viros, & accersi Simonem qui cognominatur Petrus,

14. Qui loqueretur tibi verbi, quibus seruaberis tu, & tota domus tua.

15. Porro, quum exorsus essem loqui, delapsus est Spiritus sanctus in eos, sicut & in nos, principio.

16. Recordatus sum autem verbi Domini, quomodo dixisset: Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto.

17. Quum ergo par illis donum contulisset Deus, sicut & nobis, qui credideramus in Dominum Iesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere Deum?

18. Quum hec audirent, quietuerunt, & glorificarunt Deum, dicentes: Ergo, & Gentibus Deus penitentiam dedit in vitam.

1. A V D I E R V N T A V T E M.) Quod samam viam dominus conuersus passim inter fratres suis vulgariter Lucas narrat, id ex admiratione natum est: monstri enim loco habebant Iudei, Gentiles sibi aggregari, non secus ac si ex lapidibus homines formatos audissent. obstat etiam immodicus gentis lux amor, quo minus Dei opus agnoscerent. Videmus enim propter hanc ambitionem & lustum turbaram fuisse Ecclesiam: quia æqualitas quæ dignitatem ipsorum minuebat, non erat tolerabilis. Vnde tam pertinaciter certarunt de Gentibus sub iugum adiungendis. Sed quum tot Prophetarum vaticiniis prædictum foret Ecclesiam ex omnibus populis colligidam esse, post Messias aduentum, & Christus mandatum Apostolis dedisset de Euangeliō per totum orbem prædicando: qui fieri potest, ut paucorum hominum conuersio alios tanquam inauditum quiddam commoueat, alijs verò, tanquam prodigium, sit horror? Respondeo, quicquid de Gentium vocatione prædictum erat, sic fuisse acceptum, quasi Genes in Legem Moysis concessura essent, ut locum haberent in Ecclesia. Modus autem vocacionis cuius tunc cernebant initia, non modò incognitus erat, sed ab omni ratione alienus videbatur. nam abolitis ceremoniis, Gentes cum filiis Abraham misceri in unum corpus non posse

somnabant, quin sancto Dei foederi grauis fieret iniuria. quorundam enim Lex, nisi ut ad notandum diffidium medius esset paries: deinde, quoniam ad diffidium illud tota vita assueri tuerant, adeo eos percelerit in pinata rei nouitas, ut eorum animis excidas, quicquid admirationem sedare debuisset: denique, mysterium non statim capiunt, quod à creato vix mundo Angelis occultum fuisse docet Paulus.

D I S C E P T A R A N T C V M E O .) Errati ut plurimum comes accedit peruv'cacia. Hoc iam nimis crasse ignorantis vitium erat, quod Gentes eodem fidei Spiritu sibi unitas non placide recipiebant in suum gremium. acqui, non resiliunt modò, sed contentiosè cum Petro litigant, atque in crimen vocant eius factum, quod summa laude dignum erat. Gentes audiunt sermonem Dei amplexus, quid obstaculat igitur quo minus eas amplexi, societatem iub Dei viuis imperio colant: quod enim sanctius esse potest coniunctionis vinculum, quoniam dum uno consensu omnes simul Deo adhaerent: & cum non coalescerent in unum corpus, qui Melchizam Dei sibi caput constituerent? Sed quia videbant extremam Legis formam v' olari, purabunt quod modo misericordia eorum terra. Oblieriu autem, quem prius dixerit Lucas Apotholos & fratres famam hanc subdivise, de offensione non fecisse verbum, nunc autem inducere quasi nouam hominum seclam, quae certamen cum Petro suscepit. **A V D I E R U N T**, inquit, fratres, nihil postea addit: sequitur, **Q V M V E N T I S E T** Petrus Ierosolymam, qui ex Circumcisione erant, cum eo litigarent: quos certè à priusibus diversos fuisse oportet, deinde, particula **περὶ γένους** non simpliciter Iudeos notat, sed qui ceremonia Legalibus nimium additi essent. Nulli enim Ierosolymitani tunc erant in Christi grege, nisi circumcis. à quibus igitur illos discernere? Postremo, verisimile non videatur quod Apostoli & qui ex fidelium numero crante moderationes, aggressi fuerint hoc certamen. Eti enim sufficiunt ostendit, potenter tamen priusnam Petrum convenire, & ab eo exigere facti rationem. His rationibus moueri, ut ex Circumcisione dicti existimem, quos tanta circumcisionis religio tenebat, ut nemini locum in regno Deo permetterent, nisi qui Legis professionem fusciperet, atque hoc sacro ritu initiatius in Ecclesiam immunditatem exueret.

A D V I R O S P R A P T V I M H A E N T E S .) Non erat hoc Legi Dei vetitum, sed obseruatio erat à Patribus per manus tradita. Nec tamen excipi Petrus hac in parte nimis precipit secum agi, si humana legi necessitate minime obstringi totam hanc defensionem omittit: sed tantum responderet, ipsos ad se priores venisse, ut sibi quasi Dei manu oblatis. Ceterum, vi lenius hic iuram Petri modellatum, quod quoniam fratres bonitate cause, homines imperitos, qui iniuste molestii erant, spuriare possent: scilicet illis, ut decet inter fratres fieri, comitem exculpat. Fuit quidem haec non levius tentatio, quod indigetur accusatur, propere quod fideliter Deo obligeatus esset: sed quia hanc legem toti Ecclesie impositam esse novebat, ut quinque ad reddendam doctrinæ & vite rationem paratus sit, quoties ita res postulat: & meminerat se vaum esse ex ^{1. Cor. 14. f. 19. & 21.} ge, non modis in ordinem se cogi patitur, sed sponte Ecclesiæ iudicio se suomitterit. Doctrina quidem, si ex Deo sit, supra humani iudicij aleam locata est, sed quia Dominus prophetiam volit indicari, hac conditio minime reculanda est illius seruus, ut si effe probent quales habent volunt. Ceterum, quo viue debet progredi tam doctrinæ quam factorum defensio, mox videbimus. Hoc in presentia tenendum est, Petrum ad causam dicendam libenter descendere, quoniam eius factum improbat. Quod si Petri successor est Romanus Papa, cur non eadem lege tenetur? Ut demus hoc voluntarium suis submissionis genus, cur tamen ostensum sibi tale modestus exemplum non instituit successor? Quanquam non longo circuitu hic opus est, nam si verum est quod in sacrificiis suis Decretis vomunt Pape, perfide sedis sua priuilegia deseruit Petrus: atque ita Romanus sedis proditor fuit, postquam enim Papam totius mundi iudicem fecerunt, qui hominum iudicio non subiaceat: postquam eum exulerunt lupta nubes, ut à reddenda ratione immunis, arbitrium suum ac libidinem pro lege habeat: mox sedis Apostolica patronum constituant, qui eius priuilegia strenue tueatur. Coius ergo ignavia damnandus erit Petrus, si ius sibi à Deo collatum, tam facilè cedendo abiecit: cur non saltum obvinciebat, Se legibus solutum esse, & communī ordine exemplum? Atqui, nihil tare præstat, sed restat ingreditur in caufam. Nos vero meminerimus, nihil obstare quo minus idolum illud feciūt contemneremus, quando sibi tam effrenem tyrannidem v'lupans, se ex Episcoporum numero expunxit.

E X O R S V S autem Petrus.) Quia eadem est narratio quam proximo capite habuimus, & iisdem propè verbis reperitur: si quid interpretatione indiget, inde petant lectores. Consilium vero Petri & tota orationis summa, ex clausula patet. Antequam tamen illuc veniam, breuiter obseruandum est, quod predicationem Euangeli salutis caufam facit. **A V D I E S**, inquit, verba in quibus salutem habeas, non quod in voce hominis, salus inclusa sit: sed quia Deus illic Filius nobis offerens in vita eternam, simul efficit, ut per fidem ipsa fruatur. Mirabilis fuit Dei bonitas, qui homines nihil quam mortis materialis habentes, nec tantum in se morti obnoxios sed alii mortiferos, vita tamen ministros facit. Interim, scda mendi ingratiado hac in parte se prodit, qui veram certamque sibi propositam salutem fusi diensi, & quā ad pedes abiectam relinques, varias & luctuosas salutes sibi imaginatur, quibus querendis famelicus inhauri mault, quām latari obvia & præsente Dei gratia.

A A T . 1 . 3 . 5 . **R E C O R D A T V S** sum verbi Domini.) Iam primo capite satis fusè docuimus, quoniam sententiam illum Christus proficeret, non fecisti comparationem duplicitis Baptismi, sed quid à Ioanne distinet, voluisse teltan. Sicut enim signum à veritate sua distinguiimus, ita ministerium ab auctore discerni opera pietatum est: ne, quod proprium est Dei, mortalis homo ad se trahat. Signum habet homo in manu, sicut est Christus qui abluit & regenerat, multum enim intercessit quos sum dirigantur hominum mentes in querendis Dei gratias, qui extra Christum ne gutta quidem illis stillabit. hoc ergo inter Caftum & omnes Ecclesias ministerios generale est discrimen, quod hi quidem externum aqua signum conferunt: ille autem Spiritus sui virtute, signi effectum implet ac praefat. De hac re rursus monendi hoc loco fuerunt letores: quia Ioannis Baptismum à nostro fusile diversum, perperam hinc multi inferunt: dum Christus Spiritum sibi vindicans, Ioanni præter aquam nihil reliquum facit. Ceterum, si quis etiam hoc testimonio fretus, Baptismum faciat frigidum spectaculum & vacuum omni Spiritus gratia, is etiam longè falletur. Dupliciter enim, ut alibi dictum est, de Sacramentis loqui Scriptura solet: quia enim Christus in suis promissis fallax non est, non patitur inane esse quod instituit, sed quoniam Scriptura Baptismo vim tribuit laundi & regenerandi, adscribit hoc totum Christo, ac tantum docet quid ille Spiritus suo per manum hominis & visibilis symbolum efficiat. Vbi ita coniungitur Christus cum ministro, & Spiritus efficacia cum signo, Sacramentis tribuit quantum opus est. Ceterum, ea coniunctio non sic confusa esse deberet, quin hominum mentes à mortalibus, caducis & sui similibus mundisque elementis abstracte ab uno Christo salutem petere, & in unam Spiritus eius virtutem respicere discant: quia aberrat à fideis scopo quisquis vel minimum à Spiritu ad signa deflectit & sacrilegus est, qui tantum delibat ex Christi laude, ornandi hominis causa. Ceterum, memoria quoque repetendum est, Christum sub nomine Spiritus, non modo linguarum donum & similia designasse, sed totam renouationis nostra gratiam. Verum quoniam dona ista

na ista insignie erant potentiae Christi documentum, illis aperte congruit haec sententia. Dicam clarius: Quum Apopolis visibiles Spiritus gratias Christus conferret, Spiritum in manu sua esse palam fecit. Ita, hoc modo testatus est, se paratus, iustus & totius regenerationis vicuum esse authorem. Petrus autem sic ad suum institutum accommodat, quod quoniam preter Christus, Baptismi vim secum ferens, sequi ipse cum accessione, hoc est externo aq[ue] symbolo, debuerit.

17 Ego quis eram.) Nunc videmus, quorum illam narrationem texuerit Petrus: nempe, ut testatum faceret, Deum non totius rei authorem ac praesidem fuisse. Ego, status questionis in Dei auctoritate vertitur: annon præponderet cibus humanis consilii Nihil à se nisi ritè & ordine factum Petrus concedit, quia paruit Deo: Evangelij doctrinam non male se nec temere locasse demonstrat, ybi Christus Spiritus sui gratias depositus. Ad hanc normam exigenda est oportet tam doctrina quam factorum nostrorum approbatio, quoties à nobis rationem homines postulant. Quisquis enim Dei mandato nititur, ille facit superius defensionis habet: si hominibus non satisfacit, non est quod peruersa eorum iudicia amplius moretur. Atque hinc colligimus, ita posse fideles verbi Dei ministros rationem doctrinæ suæ reddere, ut nihil eius fidei ac certitudini derogent: nempe, si traditam sibi diuinitas ostendat, quod si cum hominibus iniquis negotium erit, quos Dei reverentia ad cedendum non cogat, valere cum sua pertinacia eos finamus provocando ad diem Domini. Similiter notandum est non tantum palam reluctando sed etiam cessando nos Deo resistere, si non exequimur quod vocationis nostra proprium est: hic enim Petrus se Baptismum Gentibus & fraternam societatem non potuisse negare dicit, quin Dei aduersarius esset. Atqui, nihil palam Dei gratiae aduersum conatus esset, verum id quidem: led qui non recipit quos Deus offert, & ianuam à Deo apertam claudit, is, quantum in se est, Dei opus prohibet: quemadmodum hodie bellum cum Deo suiciperem dicimus, qui padobaptistum oppugnunt: quia quos Dei promisso adoptat in Ecclesiæ, ipsi crudeliter abdicant ab Ecclesiæ: & quos Deus filiorum nomine dignatur, priuant externo symbolo. Huic casu est resistendi genus quod multi simulatores, qui dum sunt in magistratu pro officiis suis actione Christi Martyribus adiutores esse debuerant, obtruse nituntur eorum ora & libertatem compescere. Quoniam enim odiosa est veritas suppressam cuperent.

18 HIS AVDITIS QVI EVERVNT.) Exitus demonstrat non fuisse malitia impulsos, qui litem Petro mouerunt. Hoc enim clarum est pietatis signum, quod de voluntate Dei edocet, mox definit contentere. Quo exemplo docemur non esse negligendos, qui zelo inconsiderato offensi perpetram aliquid reprehendunt: led pacandas esse corum conscientias verbo Domini, que ex ore turbantur, & huculque saltem experientia eorum docilitatem. Quantum nam nos spectat hinc similiter dicimus, vnde pendere debeat nostrum iudicium: nempe, ex solo & simplici Dei nutu, nam hoc illi honoris deberet, ut eius voluntas nobis certa sit, & summa iusti verique regula. quoties nostra interest, causam cuiusque rei scire, Dominus eam minimè subiect: verum, ut fidem nostram ad iustum obsequium assuefaciat nobis interdum simpliciter ac præcisè hoc vel illud sibi placere pronuntiar. qui ultra inquirere sibi permittit, sibiique in sua curiositate indulget, nihil aliud quam diabolica audacia se precipitat. Nec verò istos tacuisse modò narrat Lucas, sed etiam dedisse gloriam Deo. Quidam tacere cogit pudor, qui tamen intus sub animis premunt quod non audent proferre, illa est modestia simulacrum potius, quam docilitas. Ipsi autem se Deo ita penitus submittunt, ut non vereantur statim palinodium canere.

ERGO ET GENTIBVS POENITENTIAM.) His verbis breuiter ostendit Lucas, quid contineat Euangelium, & quorum spectet: nempe, ut homines Spiritu suo renouatos, Deus sibi reconciliet. Solum quidem POENITENTIA nomen hic exprimitur: sed quum additur, AD VITAM, fatis apparuit illam à fide non disiungi. Quis Eph. 4.6.22 quis ergo nititur in Evangelio proficeret voleret, is veterem hominem exueni, virginitatem meditetur: deinde, certò teneat fe non fructu ad poenitentiam vocari, sed fatum sibi in Christo patetam esse. Ita fieri, ut faltus fiducia non nisi in gratuitam Dei misericordiam recumbat, nec tamen peccatorum remissio ignava securitatis causa sit. Particula hæc, DARE POENITENTIAM, potest duplci modo exponi: vel quod locum poenitentie Deut. 30. Deus Gentibus dederit, quum illis voluit Euangelium suum publicari: vel quod circunciderit Spiritu suo cor. b. 6. da, sicut dicit Moles: & ex lapideis carnea fecerit, sicuti Ezechiel loquitur. Proprium enim opus Dei est, refigere ac regignere homines, ut nouæ creature esse incipiant: atque hoc secundo melius quadrat, minus coactū est, & Scripturæ phrasim magis consentaneum.

19 Qui ergo dispersi fuerant à tribulatione que contigerat sub Stephano, transferant in Phœniciam usque, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes sermonem, nisi Iudeis tantum:

20 Erant autem ex ipsis quidam homines Cypry & Cyrenai, qui ingressi Antiochiam loquuti sunt cum Græcis, annuntiantes Dominum Iesum.

21 Et manus Domini fuit cum illis: Itaque, multis numerus, quum credidisset, conuersus est ad Dominum.

22 Perniciens autem sermo de ipsis ad aures ecclesiæ que Ierosolymæ erat, & miserunt Barnabam, ut transferat Antiochiam usque.

23 Qui quum venisset, ac vidisset gratiam Dei, gauisus est, & hortatus est omnes ut proposito cordis manerent, adhaerentes Domino.

24 Quia erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto & fidei. Et addita est turbam multa Domino.

19 QUI DISPERSI EVERVNT.) Nunc ad contextum superioris historiæ Lucas redit, prius enim contigerat, post occidum Stephanum, crescente impiorum leuitate plerosque metu perculsius hue illuc fugisse: ita ut soli fecerit Apostoli Ierosolymæ subsisterent. Quum hoc modo laceratum esset Ecclesiæ corpus, & profugis sua timiditas silentium imponeret, vel exterorum contemptus, sequutum fuisse eventum docet, quem minimè quicquam speraret: quemadmodum enim spargitur semen, ut fructum proferat: sic illorum fuga & dissipatio factum esse, ut Euangelium usque ad regiones procul diffusa spargeretur, quod prius vnius urbis in omnibus quasi horreo inclusum erat. Eadem ratione factum est, ut Christi nomen montes & maria traiciæ, usque ad ultimos orbis fines maneret. Atque hoc modo secundum Isaiae vaticinium, consumptis exundauit in iusticia. Si non expulsi fuissent Ierosolyma toti p̄ij, nihil Cyprus, nihil Phœnicia de Christo afferentes, nihil Italia & Hispania, quæ longius erant remote. Dominus autem effecit, ut ex quis-

busdam laceris membris plura corpora nascerentur. Vnde enim & Romæ & Puteolis collecta erant ecclesiæ, nisi quia pauci exiles ac profugi, illuc secum Euangelium attulerant; Quemadmodum autem tunc Dominus Saræ conatus mirabiliter elutus, ita minimè dubrandum est, qui hodie ex cruce & persecutione sibi triumphos sit facturus: ut Ecclesia ex dispersione melius coalecat. Phoenicia Syriæ contigua est, & vicina Galilee. Antiochia urbs est celeberrima Syriæ, qua parte Ciliciam attingit.

Marc. 16. b. 15. **N E M I N I L O Q Y E N T E S .**) Non obstabat fortè solus persecutions metus quin Gentibus quoque auderent loqui, sed stulta quoque illa religio, quod putabat panem filiorum canibus prosciendi, quem tamei promiscue iussisset Christus à resurrectione sua toti mundo Euangelium prædicari.

20. Tandem Lucas quosdam ex ipsis thesaurum hunc vísque ad Gentes prouulisse narrat. Greci autem isti nō ἔλαβον vocantur à Luca, sed ἔλαβονται. Ideo exponunt multi, fuisse illos ex Iudeis quidem oriundos: sed Graecæ incolas, quod nequam recipio, nam Iudeos de quibus paulò ante meminit, quoniam partim Cyprij essent, neccesse esset in illo numero censeri: quia Cyprum in parte Graecia Iudei numerant. Atqui, Lucas ab illis disceperit, quos postea ἔλαβον nominat. Præterea, quoniam dixisset, οὐ οὐνισται Iudeis annuntiatum initio fuisse sermonem, & eos notaret qui patria extorres in Cypro & Phœnicia degebant, quasi exceptionem hanc corrigit dicit G. R. & C. s. ab eorum quibusdam fuisse edoctos. Ita certè anathesis de Gentibus cogit exponere. Significat enim Lucas, paucos liberius Euangelij doctrinam sparsisse, quod illis non ignota esset Gentium vocatio. Ceterum, non parum laudis meretur omnium constantia, quod ex media ferè morte erepti, suum tamen officium Deo piaſtare, vel cum periculo, non dubitant: vnde colligimus, in quem finem, & quatenus Christiani liceat persecutionem fugere: nempe, vt quod reliquum est vita, ad propagandam Dei gloriam strenue impendant. Si quis roget, Vnde tanta fiducia nouis hospitibus, & qui suspecti Iudeis omnibus infensiisque esse poterant, propterea quod Ieroſolyma fugati essent: Respondeo, singulari Dei impulsu hoc esse factum, & eos subito ex occasione sibi oblata consilium coepisse. Neque enim carnis & languinis est haec deliberatio.

21. F V I T N A N V S D O M I N I .) Ex successu probat Lucas, non temere nec inconsideratè Gentibus quoque oblatum fuisse Euangelium à Cypriis & Cyreneis fratribus: quia virilis ac fructuolus fuit eorum labor. Atqui, talis profectus nunquam sequitus est, nisi subente Deo & fauente. sequitur itaque, Deo placuisse vocari Gentes. **M A N V S ,** vt scitis notum est potentiam ac virtutem significat. Hoc ergo vult Lucas, Deum praesenti suo auxilio testatum fecisse, Gentes ductu ad participandam Christi gratiam fuisse vñam cum Iudeis vocatas. nec parum valui hac Dei benedictio ad confirmandos omnium animos. Ceterum, admonet hic locus, quicquid operæ ac studij ministri Dei conferant ad docendum, inane ac irritum fore, nisi è celo, ipsorum conatus Deus benedicat. nostrum enim est plantare ac rigare, vt docet Paulus, sed à solo Deo incrementum prouenit, in cuius manu sunt corda hominum, vt ea pro suo arbitrio fleat & formet. Ergo, quoties de fide agitur, subeat in memoriam haec locutio, Quod Deus per suos ministros operatus sit, ac sua manu, hoc est, arcano affl. tu Spiritus doctrinam reddiderit efficacem. Proinde, nihil ministeri ingenii vel industræ sua fiducia teneat, sed commendet laborem suum Domino, à cuius gratia totus pender successus. Vbi autem efficax fuerit doctrina dicant qui crediderint, fidem suam Deo ferre acceptam. Norandum præterea est quod dicit Lucas. Fide plurimos ad Deum esse conuertos: quia vim naturamque fidei prole exprimit, quod non sit otiosa frigidaque notitia: sed quæ homines prius à Deo avertiscos, sub eius imperium restituant, eiusque iustitie deuiniet.

22. P E R V E N I T A U T E M S E R M O .) Si ante Petri excusationem allatus fuisset hic rumor, reprehensi scriter à multis suis illi boni viri, quorum tamen ministerium Deus Spiritus sui gratia obsignauerat: sed iam absterfa ex animis eorum erat illa supersticio, quoniam Deus evidenter signis monstrasset, nullam gentem profanâ esse habendam, non ergo amplius disceperint, nec temeritatis arguent, quod aliqui Gentibus Christi proponere aut fuerint, sed subsidium mittendo, quod ab illis factum est, sibi probari testantur. Porid, mittendi Barnabæ haec fuit caula, tunc totum regni Christi onus Apostoli sustinebant: ideo eorum partes erant, ecclesiæ vbi que formate: quicquid fidelium pastum erat, retinere in puro ac sancto fidei consensu: vbiunque esset aliquis piorum numerus, ministros & paiores constituere. Notum est Satanæ artificium: simul ac videt patefactam Euangelio ianuam, modis omnibus quod syncerum est adulterare conatur: ita factum est, vt statim cum Christi doctrina variæ heræs ebullierint. Proinde, quod maioribus vnaquaque ecclesia donis excellit, eò magis sollicita esse debet, ne quid inter rudes & parum adhuc in recta fide stabilitos misceat vel turber Satana: quia nihil facilius est quam segetem in prima herba corrumpi. In summa, missus fuit Barnabas, qui fidei rudimenta altius proueheret, qui res componeret in certum ordinem, qui ædificio inchoato formam daret, vt legitimus esset Ecclesiæ status.

23. Q U O M V idisset gratiam Dei.) His verbis primùm docet Lucas, verum fuisse Euangelium quod illi amplexi erant: deinde, nihil aliud fuisse à Barnaba quæstum præter Christi gloriam. nam quum viroisse Dei gratiam narrat, & hortatum fuisse vt pergerent, hinc colligimus, ita fuisse edoctos. **G A U D I V M** vero, ipsius syncera pietatis testimoniis est. Inuidia est ac maligna semper ambitio: ita, videmus plurimos ex aliorum reprehensione laudem capitare, quod fux magis quam Christi gloria sint cupidi. Fideles autem Christi seruos, Barnabæ exemplo gaudium concipere decet ex Euangeli profectu, per quoscunque tandem Dominus nomen suum illustrauerit. Et certè, qui sic operas suas in commune conferunt, vt opus Dei esse agnoscant, quicquid inde emergit effectus, nonquam inuidiebunt alii alii, neque aucupia tendent ad carpendum, sed uno ore & eodem animo celebrabunt Dei virtutem. Iterum, hoc notatu dignum est, quod fidem Antiochenorum & quicquid illic laude dignum erat, Dei gratia Lucas tribuit. Poterat singulas virtutes quæ ad hominum laudem facerent, recentere: sed quicquid prestante in illa Ecclesia fuit, uno GRATIA nomine complectitur. Poltemò, notanda est exhortatio Barnabæ. Iam prius diximus, Barnabam priori doctrina quam illi amplexi erant, subscibere. ceterum ne effluat doctrina, eam assiduis exhortationibus necesse est in animos fidelium penitus defigi, quando enim nobis cum tot ac tam validis hostibus continuum est bellum, mentes autem nostræ adeò lubricæ sunt, nisi se quisque sedulò muniat, statim exceder: idque innumeri quotidie sua defectione nimis verum esse ostendunt. Quod hunc reverandi modum definit, vt cordis proposito maneant: hinc docemur, fidem viuas tunc demum egisse radices, quoniam sedem habet in corde. quare, nihil mirum est, vix decimum quemque ex eorum numero, qui fidem profitentur, ad fidem vñque peccare, quoniam paucissimi nouerint, quid valeat affectus & propositum cordis.

24. E R A T E N I M V R E O N V S .) Laudatur quidem Spiritus sancti eloquio Barnabas sciendum tamen est, non tam eius quæm noſtri habitum esse respectum. Malitia enim & improbitatis damnatur omnes quicunque aliorum laboribus inuidient, & successu vruntur. Notanda etiam in BONI VNI descriptione epitheta, **P I E N V S** **S p i r i t u s**

Spiritu, plenus fide. postquam enim integrum dixit ac probum, huius bonitatis fontem demonstrat, q. d. carnis affectibus valere iussis, duce Spiritu pietatem totu animo coleret. Sed cur fidem à Spiritu separat, cuius est donum? Respondeo, Non sacerdotum nominari quia res effector diversa, sed potius disertè proponi tanquam precipuum speciem, vnde Barnabam constaret plenum esse Spiritu.

A D I E C T A F V T T V R B A .) Quin iam copiosus esset numerus piorum, Lucas Barnabæ aduentu creuisse dicit. Ita, progradientur Ecclesiæ adhuc, quum alii alios mutuo conuenient adiuvant, & quod ab uno coepit est, candide alter probat.

25 Profetas est autem Tarsum Barnabæ ad querendum Saylum;

26 Et inuenit Antiochiam adduxit. Accidit autem ut totum annum egarent in Ecclesiæ, & docerent turbam multam, ut Antiochiae primum Discipuli nominarentur Christiani.

25 Item commendatur nobis Barnabæ simplicitas, quod quum primas tenere posset Antiochiae, in Ciliam tamen profectus sit, vt inde Paulum accerferet, quem sibi nouerat prælatum iri. Videmus ergo, vt si oblitus nihil aliud spexeret, nisi ut eminens unus Christus, vnam Ecclesiæ adificationem habeat præ oculis, propeero Euangelij successu sit contentus. Non ergo metuit Barnabas, ne quid sibi detrahatur Pauli aduentus, modò Christum glorificaret.

26 Subiicit postea, tam piam concordiam cælitus benedictam fuisse, neque enim hic vulgaris fuisse honor, quod sacrum Christianorum nomen illinc toti mundo exortum est. Quum tandem Jerosolymæ docuerint Apostoli, nondum tamen Deus insigni hoc Filii sui uirulo ecclesiæ, quæ illuc erat, fuerat dignatus: sive quod Antiochiae tam ex Iudeis quam ex Gentibus nultus populus in unum corpus coauerat: sive quod rebus tranquillis Ecclesiæ melius constitueret liceret: sive quod ad fidem suam liberè confitendam magis fuerunt animosi. Erant quidem et ipsa prius Christianitatem Jerosolymæ quam Samaria: & scimus Jerosolymam verum fuisse factum ex quo primù fluxit Christianismus. Et quid aliud est, discipulum esse Christi, quam esse Christianum? Sed quum palam ceperunt dici quod erant, multum ad illustrandam Christi gloriam nominis usus valuit, quia hoc modo tota religio ad Christum vnum referebatur. Ergo, egregiis lui viribus Antiochiae decus, quod illic nomen suum inita vexilli Christus protulit, vnde palam fieret toti mundo, populum esse aliqui in qui Christum haberet pro duce, eiusque titulo gloriaretur. Quod si haberet Roma talern superbiendi praetextum, quis infolentes Papæ & suorum iactancias ferre posset? Tunc non sine colore detorarent Romanam esse ecclesiæ omni matrem & caput: sed bene haber, quod quum nihil non sibi arrogent, quam ad rem ventum est, inanes prius deprehenduntur. Ceterum, Antiochia ipsa nimis clatum documentum est, quam non sit perpetua loci vnius conditio. Ut demus Romanis plausibiles istos titulos, sumus altiquando: an tamen diuidium eius, quod in Antiochiam competit, sibi sumere audebunt? An autem ideo nunc maior est Antiochiae dignitas, quia inde Christiani nomen duxerunt? Quin potius horribilis Dei vindictæ illuc speculum est. Nam quum ille pater deformem vestitatem nihil cernatur, hoc scilicet nobis restat, vt nos humiliare dicamus sub potenti Dei manu, ac sciamus non tantum ingratibus hominibus dari licentia, vt impunè Deo fac. ac. c. se, illudant.

27 In illis diebus venerunt ab Jerosolyma Prophetæ Antiochiam.

28 Surgens autem unus ex illis nomine Agabus, significauit per Spiritum famem magnam futuram in toto orbe, quæ accidit sub Claudio Cesare.

29 Ut autem cuique Discipulorum suppetebat facultas, decreuerunt singuli ipsorum, in ministerium mittere fratribus qui in Iudea habitabant.

30 Quod fecerant, misentes ad Presbyteros, per manum Barnabe & Sauli.

27 Fidem Antiochenorum hic Lucas commendat à fructu, quod eius ecclesiæ vnde Euangeliū accep-
rant, inopiam lenare studuerint sua copia: idque fecerint non rogati. Tam sollicita cura pro fratribus, satis ostendit quām serio Christum omnium caput colerent. Celebrem ecclesiæ illius famam fuisse. Lucas significat, quoniam insignes illuc viros dicit JEROSOLYMA venisse. Ceterum, quum Prophetæ nomen variè sumatur in novo Testamento, vt ex priore ad Corinthios epistola discere licet, PROPHETÆ vocantur hoc loco, qui vaticinandi dono predici erant. quemadmodum eodem titulo filii quatuor Philippi postea insignierunt. Quum vero famis predicatio vni Agabo tribuitur, hinc colligere licet, vnicuique ad certam mensuram hoc fuisse datu, vt res futuras cognoscere.

28 S I G N I F I C A V I T P E R S P I R I T U M .) Disertè exprimit Lucas, Spiritum Dei huius vaticinii fuisse authorem, vt sciamus non ex aliis naturalibus causis sumptam fuisse conieeturam: denique, nō humanus philosophatum fuisse Agabus, sed ex arcano Spiritu afflato protulisse quod Deus statuerat. Po-
test quidem ex astrorum positu interdum sterilitas predici, sed in eiusmodi predicationibus nihil certi est, tum propter oppositos concursus, tum præcipue, quia Deus vt à peruerso altissimorum aspectu homines abducatur, suo arbitrio longè aliter res terrenas moderatur, quām ex aliis colligere licet. Ceterum, eis predicationes illæ sumum gradum habebant, Spiritus tamen varicinæ longæ supereminent. Atqui, infelis & parum optabilis de fame prophetia fuisse videtur, quoniam enim attinebat prædictio tristi euentu homines ante tempus reddi miserios. Respondeo, multas esse causas, quum impeditio Dei iudicia & debita peccatis poenæ, cur de illis maturè homines præmoneri expediat. alias omitto, que passim in Prophetis occurrente, quod respicendi spatium datur, vt Dei iudicium præueniant, qui eius iram in se provocarunt: quod in tempore erudiantur fideles, vt se ad toleranciam comparent: quod obstinata impiorum malitia conuincitur: quod discunt boni perinde ac mali non fortuitò contingere ex umbras & clades, sed penas esse quibus mundi peccata Deus vici-
scitur: quod hoc modo à suo corpore expergefiunt qui sibi in virtutis nimium placebant. Præsentis vaticinii viti-
litas perspicue apparer ex contextu: quia Antiocheni flumulus fuit, vt misericordis fratribus opem ferrent.

Q V E A C C I D I T S V B C L A D I O .) Huius famis Suetouius quoque meminit, qui narrat crucis in medio foro impetum fuisse Claudiu caput, cùmque lapidations metu sic fuisse perculsum, vt tota deinde vita singula-
rem annos cura non habuerit. Iosephus autem libro Antiquitatuum decimo quinto, Iudeam gravi inopia affli-
stam fuisse commemorat, propter continuas siccitates.

IN ACTA APOST.

²⁹ Sed hic occurrit quæstio, Quum malum esset omnibus commune, cur vni magis populo succurri oportuerit, quām reliquis? Respondeo, Quum multis bellorum cladiis alisque malis exhausta esset Iudea, Antiochenos, fratum, qui illic erant, miseria non abs re magis fuisse commotus: deinde, quo atrocis illic seuebant hostes, eo durior erat fratum conditio. Denique in Epistola ad Galatas satis clare demonstrat Paulus, speciales fuisse Iudeæ necessitates, quarum non temerè habita fuerit ab omnibus aliis ratio. Fuit autem hac gratitudo, non parua laude digna, quod suo subdicio iuandos Antiocheni duxerunt egenos fratres, à quibus Euangelium acceperant. neque enim quidquam æquius, quām eos qui spiritualia seminarunt, terrena metere. Ut quisque plus fatus ad cauendum sibi intentus est: tunc singulis exciperi promptum erat, Cur non mihi potius cauebo ac propiciam; sed dum succurrat quid fratribus debeant, immoda illa anxietate omissa, ad iplos iuandos se conuertunt. In summa, duplex fuit huius eleemosyna finis: nam & charitatis officio erga egenos fratres defuncti sunt Antiocheni, & testi sunt hoc symbole, quanti Euangelium ficerent, dum homore locum unde fluxerat, prosequi sunt.

^{1. Cor. 8.} ^{a. 6.} ^{2. Cor. 9.} ^{b. 7.} ^V T C V I Q U E suppetebat facultas.) Hic Antiochenos videamus, quem Paulus Corinthiis modum prescribit, tenere: siue hoc sponte fecerunt, siue eius præcepto edocti. nec verò dubium est, quin veroque loco sibi constituerit. Hec igitur sequenda est regula, vt quisque reputans quantum sibi datum sit, tanquam rationē redditurus, benignè cum fratribus communicet: ita fieri, vt quis tenuis est, liberalē habeat animum: & exiguum munus optimi & splendidi sacrificij loco habeatur. D E C E R N E N D I verbo, significat Lucas voluntariam fuisse oblationem. Quod etiam Paulus fieri debere admonet: vt non coacti & quasi ex necessitate, sed alacriter manū egenis portigamus. Quum s I N G L O S nominat, perinde ait ac si diceret, Alios non imposuisse legem alii, nec suo præiudicio grauasse, sed vnumquemque sibi propriæ beneficentia fuisse arbitrum. Notandum est etiam nomen diaconies, quo docemur ea lege maiorem diutibus copiam dari in manū, vt pauperum sint ministri: in dispensatione sibi diuinitus commissa. Postremò, docet Lucas non coti genti misericordiam fuisse beneficitionem, sed tantum fidei domesticis: non quod beneficentia nostra & humanitatis semper expertes esse debeat increduli, quando ad totum genus humanum extendere le debet charitas: sed quia præferendi sunt, quos Deus proprius & sanctiore vinculo nobis coniunxit.

³⁰ M I T T E N T E S ad presbyteros.) Duo hic notanda sunt: quod fidis homines egerint Antiocheni, & cōperta probitatis, qui suam beneficitionem perferrent: deinde, quod misent ad seniores, qui prudenter erogarent, nam si in vulgus proicitur eleemosyna, vel in medio ponitur, quisque mox veluti exposifram predam ad se rapiet. atque ita audacissimus quisque fraudabit egenos, imò sua rapacitate famelicos ingulabit. Offeruimus itaque hos locos, qui docent non tantum sincera fide esse agendum, sed requiretiā certum ordinē & prudentiam tam in habendo delectu, quam tota administratione. S E N T O R E S vocantur penes quos erat Ecclesiæ regimen, in quibus primum gradum tenebant Apostoli: illorum iudicio submittunt Antiocheni sacram pecuniā, quam pauperibus destinarunt. Si quis obiciat, has Diaconis iniunctas fuisse partes, quum negarent Apostoli se mensarum & doctrinæ ministerio simul sufficiere, responsio facilis est, sic mensis præfusse Diaconos, vt Presbyteris tamen subessent, nec quicquam nisi ex eorum autoritate agerent.

C A P V T X I I .

¹ I R C I T E R tempus illud, misit Herodes Rex manus, ut affligeret quosdam ex Ecclesia.

² Interfecit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.

³ Et videns quod hoc placeret Iudeis, perrexit comprehendere & Petrum: Erant autem dies Azymorum.

⁴ Quum & hunc cepisset, posuit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens post Pascha producere ipsum populo.

⁵ Petrus itaque custodiebatur in carcere. Fiebat autem pro ipso assidua precatio ab Ecclesia ad Deum.

¹ Sequitur noua persecutio ab Herode excitata. Videmus Ecclesiæ datas fuisse breues inducias, vt paulisper quasi respirando animum in futurum tempus colligeret, ac tunc deintegri pugnaret. Ira hodie non est cur perpetuum sibi quietem fideles vna vel altera cæde contentus, sibi ab aliis persequendis temperasset, quin potius ingentes cumulasset aceros martyrum, nisi Deus opposita manu gregem suum tutarus esset. Ita quā videmus pietatis hostes rabie plenos, non edere horrendas strages, vt omnia sanguine miscant, sciamus non fieri hoc moderatione ipsorum vel clementia, sed quia Dominus ouibus suis parcens, non patitur eos nocere quantum vellent. Non erat certè ram humanus hic Herodes, vt centum hominum vel plurium supplicio pacem vel popularem gratiam redinere dubitaret. Quare statuendum est, constrictam maiore imperio fuisse eius libidinem, ne Ecclesiæ vehementius premeret. I A C O B U M occidit, quemadmodum vbi sedatio aliqua morsa est, in duces & capita animaduerti solet, vt eorum supplicio promiscuum vulgus terreatur. Interea Dominus eum quem constantia instruxerat, vt fortis & inuictus athleta moriendo vinceret, ad mortem rapi passus est. Ita quicquid tyranni machinentur, Deus tamen victimas sibi grati odoris deligit ad faniendam Euangelij sui fidem. F R A T R E M Ioannis Lucas nominat hunc Iacobum qui occulus est, vt à filio Alphæi distinguat. Nam quod alij certum faciunt Christi cognatum, qui vnu tantum fuerit ex discipulis, mihi non probatur: quia firmis rationibus adducor, ne plures esse credam. Eas qui volet petat ex secundo ad Galatas capitulo. Eun-

O C C I D I T I A C O E V M .) Non dubium est quin arcana Dei virtute, retenta & cohibita fuerit insani hominis crudelitas. neque enim vna atque altera cæde contentus, sibi ab aliis persequendis temperasset, quin potius ingentes cumulasset aceros martyrum, nisi Deus opposita manu gregem suum tutarus esset. Ita quā videmus pietatis hostes rabie plenos, non edere horrendas strages, vt omnia sanguine miscant, sciamus non fieri hoc moderatione ipsorum vel clementia, sed quia Dominus ouibus suis parcens, non patitur eos nocere quantum vellent. Non erat certè ram humanus hic Herodes, vt centum hominum vel plurium supplicio pacem vel popularem gratiam redinere dubitaret. Quare statuendum est, constrictam maiore imperio fuisse eius libidinem, ne Ecclesiæ vehementius premeret. I A C O B U M occidit, quemadmodum vbi sedatio aliqua morsa est, in duces & capita animaduerti solet, vt eorum supplicio promiscuum vulgus terreatur. Interea Dominus eum quem constantia instruxerat, vt fortis & inuictus athleta moriendo vinceret, ad mortem rapi passus est. Ita quicquid tyranni machinentur, Deus tamen victimas sibi grati odoris deligit ad faniendam Euangelij sui fidem. F R A T R E M Ioannis Lucas nominat hunc Iacobum qui occulus est, vt à filio Alphæi distinguat. Nam quod alij certum faciunt Christi cognatum, qui vnu tantum fuerit ex discipulis, mihi non probatur: quia firmis rationibus adducor, ne plures esse credam. Eas qui volet petat ex secundo ad Galatas capitulo. Eun-

te. Eundem igitur & Apóstolum & filium Alphai fuisse existimo, quem è summo templi præcipitem Iudæi detinunt, cuius mors ob singularem sanctitatem laudem tantopere celebrata fuit.

3 VIDE N S quòd placet Iudæi Clatus hinc perspicimus, nec Legis Mosaicæ zelo, nec odio Euangelij impullum tuile Herodem ad Ecclesiam perlequendam, sed ut priuatim rebus suis confuleret: nam ut populi saudorem sibi comparat, pergit in sua seuitia. Scendum est igitur varias esse causas cur hinc inde impetratur Ecclesia. Sæpe quidem peruerlus zelus impios agitat præcipites, ut pro suis superstitionibus depugnant, ac sacrificium idolis suis offerant, innoxium sanguinem fundund: sed maior pars priuatis tantum commodi ducitur. sic olim Nero, quoniam post virbis incendium se infamem & exosum esse populo cognoveret, gratiam hoc artificio venatus est, vel saltē probra & querimonias fedare studuit, aliquot prout millia trucidando. In eundem modum Herodes, ut populum sibi minus benevolum demulceat, Christianos non fecus ac redigende gratia mercede morti addidit: nec alia hodie est nostra conditio. nam quum certatum omnes in Christi membra insistant, paucos superflusio incitat: sed alij se Romane Antichristo tanquam fugi mancipia venditant & alij rabiosis monachorum vel plebis clamoribus indulgent & obsequuntur. nos interim vilia capitula, eorum ludibriis lubiacemus: sed vna est consolatio qua nos præclarè sustentat, quod sanguinem nostrum, quo probrosum mundus abutitur, cionis Deo preciosum esset: quod indignius & magis contumeliosè ab impiis trahatur, & minus nos deterrit Dei bonitas.

4 ADDITIS quatuor quaternionibus.) His circumstantiis ostendit Lucas Petrum quasi sepulchro inclusum fuisse, ut viderit de eo actum posset. nam vi dies & noctes ternis horis in quatuor partes distribuebant: ita Herodes custodias partitus est, ut quaterni milites semper agerent excubias, & alij alii tercia quaque hora succederent. Caulam referunt cur non statim ad carnificinam tractus fuerit, quia scilicet per festos dies Paschatis eum occidere religio erat: non differt ergo Herodes, ac si dubius esset consilij: sed tantum occasionem expectat Iudei tempus eligit, quo munus magis sit plausibile futurum, quod magna vnde frequenter ad diem festum confluunt.

5 PRECES A TEM) Docet hic Lucas non cessasse interea in officio suo fideles. stabat quidem vnu Petrus in primi eccl., sed alij iuniores precibus simul certant, & quo licet subsidio, eum iuvant. Hinc etiam colligimus non fuisse animis factos: precibus enim testantur le pro virili in tuenda causa perire, pro qua vñque ad vita deterret Petrus laborat. Docet primum hic locus qualiter affectos esse nos deceat, quoties fratres nostros videmus pro Euangelij testimoniis ab impiis affligi. nam si temporis, nec anxie afficiunt eorum periculis, non tantu in eos vultu chautatis officio fraudamus, sed perfide etiam deferimus fidei nostræ confessionem. & fidei communis est ea, quod si pro salute nostra configunt, non tam illis desumus, quam nobis & Christo: & præfens necessitatis flagit, ut longè a lumine pre candi ardorem fulcipient, quam vulgo cernere licet quicunque Christiani censer, volunt. Videmus alios ex fratribus nostris ad extremam inopiam redactos exuare, alios vinculis constringi, multos in terra fœtore esse demeritos, multos ad ignem raptari, imò noua tormenta subinde conqueriri, quibus diu excruciat se mori sentiant. Hæc nisi incitamenta nos saltent ad pieciam studiu acuunt, plurimam stupidi sumus. ergo simul exortur aliqua persequitio, ad preces confugere nos oportet. Probabile etiam est Ecclesiam de Petri vita magis fuisse sollicitam, quod maiorem in eius morte iacturam factura erat. nec tautum dicit Lucas, FACTAM esse precatiōnem: sed simul addit, INTENTAM, vel assiduam. Quo significat, non frigidè nec desuntoriè precatos fuisse fideles, sed quandiu in conflictu erat Petrus, ad eum iuvandum, qui poterant modo, sine lascitudine fuisse intentos. NOMEN DEI quod hic exprimitur, semper quoniam orandi fit mentio in Scriptura, subaudiendum est. Est enim hoc vnum ex primis fidei rudimentis, non nisi ad vnum Deum preces esse dirigendas: quemadmodum hunc sibi peculiarem cultum vendicat: Invoca me in die tribulationis, &c. Psalmo quinquagesimo.

Psa. 59. c. 15.

6 Quum autem enim producturus esset Herodes, nocte illa dormiebat Petrus inter duos milites, vincitus duabus catenis. Custodes vero ante ianuam seruabant carcere.

7 Et ecce Dominini Angelus stetit, & lumen refulsi in habitaculo. Percusso autem latere Petri excitauit eum, dicens: Surge confestim: & ceciderunt eius catene ex manibus.

8 Dixique Angelus illi: Præcingere, & subligna soleas tuas. Fecit autem sic. Tunc dicit ei: Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me.

9 Et egreditus sequebatur eum, nec intelligebat verum esse quod siebat per Angelum, sed putabat se visionem videre.

10 Quum autem pertransissent primam custodiā & secundam venerunt ad portam ferream que ducit in urbem, quæ sponte aperta fuit illis. Et egredi processerunt vicum unum, & mox discessū Angelus ab eo.

II Tunc Petrus ad se ipsum reuersus, dixit: Nunc verè noni, quod Dominus Angelum suum misit, & eripuit me ex manu Herodis, & omni expectatione populi Iudeorum.

6 QVM producturus esset.) Viderunt primò in speciem sine profectu ecclesia orare: dies enim mactando Petro iam præfixus est, & tantum nocte vna à morte distat. non tamen à precibus desistunt fideles, quia sciat Dominum, quoniam suis opem serie vult, sæpe suum habere tempus in extremo necessitatis articulo, & varios in manu eius casus liberiter modos. Deinde, non tantum pro vita Petri vota fuisse credibile est, sed vi inuicta fortitudine in Euangelij gloriam Dominus illum muniret: & ne Deus Euangelium Filij sui prostitueret opprobriis impiorum.

Nocte illa dormiebat.) Ita omnes circumstantia mirificam Dei virtutem magis illustrant. quis enim non putat istam absorpsum à morte esse Petrum, nam etiæ adhuc spirat, multis tamé mortibus obfesso nulla ad effugiarum patet. Quod ergo per medias mortes euadit, quod tutò incedit inter carnificum suorum manus, quod liquefunt & solvantur catena, quod ferrea ianua se illi aperit: hinc pater verè diuinum esse liberationis genus. atque his signis probè edoceri Petrum vtile fuit, quod Dei gratiam ita cognitam certius apud homines mox prædicaret, deinde ex tam arcta custodia melius liquet, nihil Herodi fuisse minus in animo, quam viuum Petrum dimittere.

7 Lumen refulsi.) Probabile est lumen hoc à solo Petro fuisse visum: milites autem vel soplitos, vel obstupes-

factus fuisse, ut nihil senserint. Et duplex potuit esse causa, cur lumen Deus resplendere voluerit: vel ut eo uteretur Petrus, nec tenebra ipsum impeditent: vel ut signum illi esset caelestis gloria. Sapientia enim legimus, cum fulgore apparuisse Angelos, etiam quum sol lucebat. Certè Petrus Dei praefatam colligere debuit ex luce insolita: & simul eam in vnum suum accommodare. Quod ANGELVS Petri latus percudit, hinc apparet, quām sollicitus sit de suis Deus, qui pro dormientibus vigilat, & excitat corporates. Et sanè nihil nobis misericordius, si sola precum nostrarum affiduitas Deum in excubis retineret. nam pro infirmitate carnis nostra deficiemus, & maximè opus habemus eius auxilio: quum mentes nostræ alio abstractæ, ipsum non queruntur. Somnus, quādam mortis imago est, qui suffocatos & obrutos tener omnes sensus, quid nobis fieret, si tunc Deus nos respiceret desinere? Ceterum, quia fideles, quum dormitorum concedant, suam Deo salutem commendant, ita sit, vt somnus quoque eorum, Deum inuocet. Quod statim post verba Angeli, sicut vestis fuisse catenas narrat: hinc colligimus satis in solo Dei mandato esse potentia ad tollendum omne obstaculi genus, quum videntur vndeque via omnes obstruere: ita si velit fedare bellorum motus, etiam si locus mundus sit in armis, lancee protinus & gladij è manibus concident: contraria si bello nos velet ac peccata nostra persequi, momento, eorum qui prius quieti dediti erant, feruebunt animi, & manus gladios arripient. Quod sigillatim referit Lucas tam verba Angeli, quām rei gestæ seriem, ad historiæ certitudinen facit: ut omni ex parte testatum sit diuinitus liberatum esse Petrum.

9 NESCIEBAT quod verum esset.) Non putabat quidem inane aut fallax esse spectrum, quemadmodum se homines præstigiis deludit Satan: sed V E R M HIC pro eo capit, quod fit naturaliter & humano more, notanda est enim antithesis inter rem ipsam & visionem. Porro, et si visionem esse purat, promptus tandem est ad parendum: quo eius obedientiam probatur: dum solo Angeli iussu contentus, non inquirit, nec discipitat quid sibi agendum sit, sed exequitur quod sibi mandatum est.

Gen.10.
Exod.10.
b.ii.

10 QVM autem petrassent.) Poterat Deus momento uno Petrum rapere: sed successu varias difficultates supererat, quād maior esset miraculi gloria. Sic mundum lex diebus creauit, non quoddam temporis spatio haberet opus, sed vi nos in operum suorum meditatione melius susteret. nam agendi rationem ad captum nostrum fideique profectum attemperat. Si repente è carcere in domum, ubi fratres erant congregari, Petrus rapratus esset, vna & simplex agnita fuisset liberatio, nunc vero plus decies suisse liberatum quam oculis cernimus.

11 Tunc Petrus ad se ipsum reuersus.) Ad verbum est, Factus in se ipso, quia prius re inopinata & incredibili attonitus, quāsi extra se ipsum erat. nunc denum tanquam post eclatam le à morte ereptum cognoscit. Verba eius quā Lucas referit, continent gratiarum actionem, nam Dei beneficium quod erat expertus, secundum celebrat, & sibi predicit, donec alios reperiat testes. M S S V M à Deo Angelum dicit, ex communione piorum sensu, qui Angelos tenent sibi à Deo destinatos esse ministros, ad agendum salutis suæ curam, nisi enim animo eius iam infixa fuisset talis persuasio, non faceret mentionem Angeli. Et tamen Angelum minime celebrat tanquam gratia auctorioum: sed totam operis laudem vni Deo adscribit. Nec verò Angeli suam opem ideo nobis impendunt, ut vel minimam gloriae Dei partem in se derident. Quum dicit sibi ereptum esse è manu Herodis, ab hostiis sui potentia amplificat Dei beneficium. Eodem pertinet quod addit de Iudeis, nam quād maior erat hostium numerus, ed insignior Dei gratia fuit erga seruum suum: quia magnum est, uno Deo propitio, infesta totius mundi odia irrita concidere.

12 Et considerans venit in domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominabatur Marcus, & liberant muli congregati & precantes.

13 Quum autem pulsasset Petrus ad ianuam atrij, prodixit puella ad auscultandum, nomine Rhoda.

14 Et quum agnouisset vocem Petri, præ gaudio non apernit atrium: intrò vero currens, nuntianit, Petrum flare ante atrium.

15 Illi autem dixerunt ad eam: In sanis. Sed illa fortius afferuerat ita rem habere. Illi autem dicebant: Angelus eius est.

16 Petrus autem persenerabat pulsando. Quum aperuissent, viderunt eum, & obstupuerunt.

17 Ipse autem postquam manu illis signum dedit, ut filerent, narravit quomodo ipsum Dominus eduxerat è carcere. Dixit autem: Nuntiate Iacobō & fratribus h.e.c. Et egreditus inde, in aliū locum profectus est.

18 Postquam dies venit, tumultus fuit non parvus inter milites, quidnam factum esset Petro.

19 Herodes autem quum requisisset eum, nec inuenisset, re cognita iuñit custodes abducit.

20 IN DOMVM MARIÆ.) Apparet rara pietatis suisse matronam, cuius domus quoddam erat Dei templum, vbi solebant fieri fratrum conuentus. Ceterum, dicit Lucas M V L T O S illuc suisse congregatos, quia quum non posset omnes simul abfis timore motus publici, turmatim in diuersa vrbis loca, ut commodum erat, confluebant. Neque enim dubito, quin alibi quoque fuerint collectæ turmæ: quia minimè credibile est multis ex vulgo fidelium precentibus, Apostolos ab eodem officio cessasse, & tanta multitudinis dominus vna capax non fuisset. Semper autem circumstantia temporis tenenda est, quād ardente hostium sauitia, collecti tamen fuerunt pictum cœtus. nam si quando utile est hoc exercitum, tunc pricipue necessarium est, dum initiat acres conflictus.

21 QVNPULSARET ad ianuam.) Quum pueram despire credunt, quā nuntiat Petrum adesse: hinc colligimus Petri liberationem minimè suisse ab illis speratas, neque tamen dicimus precatos sine fide esse: quia alios profectus spectabant, vt Petrus scilicet caelesti virtute armatus, sive per vitam, sive per mortem ad glorificandum Christi nomen paratus esset: ne grex violento luporum incursu territos dissiparetur, ne qui infirmi labescerent, vt Dominus illum perfectionis turbinem discuteret. Acqui Dominus plus illis quām sperauerant, concedens, immensam suam bonitatem superauit eorum vota. Nunc quod factum est, illis videtur incredibile, vt magis ad celebrandam Dei virtutem excitentur.

ANGELVS eius est.) Angelū eius nominant, qui diuinitus illi appositus sit custos & salutis minister. Quo sensu Christus dicit, Angelos patuulorum semper videre faciem Patris, Matthæi decimo octauo. Quod autē vulgo hinc

March.18.
b.10.

hinc eliciunt, singulis hominibus attribui singulos Angelos, qui eorum curam gerant, nimis infirmum est. Nam Scriptura testatur, magno interdum populo unum Angelum dari, & vni tantum homini ingentem exercitum. nam Elisei ministria aperti sunt oculi, vt multos curvus igneos in aere cerneret, qui ad tuendam Prophete salutem ordinati erant. apud Danielem vero, non nisi unus Persarum Angelus, & unus Grecorum nominatur. Nec Scriptura suum cuique certum & peculiarem Angelum promittit, sed potius quod Angelis suis mandauerit Deus, vt singulos fideles custodiatis, Psalmus nonagesimo primo. Item, vt castrametentur in circulo. cuius piorum, Psalmus trigesimo quarto. Ergo, fragmentum quod passim inuiduit, de binis cuiusque genii, profanum est. Nobis sufficit quod pro Ecclesia salute tota cælestis militia excubat: atque ita pro temporis necessitate, nunc unus Angelus, nunc plures suo praesidio nos protegunt. Certe inestimabilis haec est Dei bonitas, quod Angelos qui radii sunt diuinis fulgoris, ministros nostros esse prouunt.

¹⁷ N VNTAT E Iacobō & fratibus.) Per fratres intelligo non quolibet ex Ecclesia, sed Apostolos & seniores, quanquam enim miraculum omnibus innescere oportuit, merito tamen hono: is causa Petrus collegas suos vult de eo fieri certiores. I A C O B V M hunc Ecclesiastici Scriptores post Eusebium uno ferè ore quandam ex discipulis suis tradunt: sed quum Paulus eum in tribus ecclesiæ columnis numeret, probabile mihi non est, discipulum polthabitis Apostoli eum honoris fusile esse eum. Quare potius conicicio fusile Iacobum Alphæi, cuius sanctitas in magnam admirationem traxerat Iudeos. Duplex autem ratio fuit, cur latum hunc nuntium Petrus ad fratres perferri vellet: nempe, vt curam eximeret, quia ipsos angebat: deinde, vt tali gratia Dei exemplo animarentur ad maiorem fiduciam. Quod transiit in alium locum, eo conflio actum esse arbitror, quod quia celebris esset domus, utpote quam multi quotidie fideles frequentabant, minore periculo alibi latere potuerit. Locum ergo quæsivit non ita hostibus suscepit, neque ut sibi modis, sed hospite & aliis parceret.

¹⁸ Q VVM dies venisset.) Redit nunc Lucas ad milites & Herodem: ac dicit illos NON PARVVM tumultuosus fuisse. neque enim suspicari poterant vi sibi ereptum fuisse Petrum, vel fraude aliqua elapsum. Herodes poterat de retinquam iudex cognoscit. sed quum deprehendit extra culpam esse milites, cogitare ipse quoque diuina liberationis esse testis. Q uod iuvabit eos è conspectu suo subducere, vel retrudi in carcerem, inde colligere licet, compertia n fuisse eorum fidem ac diligentiam: nam si qua fuisset negligenter suspicio, paratum erat supplicium: quo minus tamen liberos dimittat, partim obstat impius furius tyrannica saevitia permixtus, partim etiam verecundia. Quanquam ali secus exponunt, iussisse exemplum ad supplicium rapi. Siue autem iratus carnicis eos tradiderit, siue contentus fuerit carceri mancipare: insigne profecto cæcitanis exemplum, quod quum Dei virtutem vel clavis oculis sentire debeat, non flectitur, nec mansuetus, sed obstinata malitia pergit. Deo resisteret: ita felicer Satan impios sensu priuat, vt videtur non videant: & Dominus horribili hoc stupore illos percutiens, iustè se & Ecclesiam vesciscitur.

E: descendens à Iudea Casaram, illuc commoratus est.

²⁰ Erat autem Herodes infensus Tyriis & Sidoniis. Illi autem uno animo venerunt ad eum: & persuaso Blaço, qui præterat cubiculo Regis, petierunt pacem, propterea quod aleretur regio ipsorum à ditione regia.

²¹ Statuto autem die, Herodes induitus ueste regia, & sedens pro tribunali, concionabatur ad eos.

²² Porculus autem acclamauit, Dei vox, & non hominis.

²³ Confestim autem percussit eum Angelus Domini, eò quod non dedisset gloriam Deo: & exesus à vermis, expirauit.

²⁴ Porro, sermo Dei crescebat & multiplicabatur.

²⁵ Barnabas autem & Paulus Ierosolyma reuersi sunt Antiochiam, impleto ministerio, assumpcio etiam secum Ioanne qui cognominabatur Marcus:

²⁶ Memorabilis historia, quæ tanquam in speculo ostendit, non tantum qualis maneat exitus Ecclesiæ hostes, sed quā exosa sit Deo superbia. Scriptura Deum superbis resistere pronuntiat: eius rei in persona Herodis Deus ipse viuum effigiem exprimit. Et lanè plus iusto le esse frater homines nequeunt, quin bellum cum Deo suscipiant: qui, vt solus eminet, iuber silere omnem carnem. Quod si in Rege, quem secunda res inflabunt, tam seuerè Deus superbiam puniuit, quid gregariis hominibus fieri, qui sine occasione ridiculè inflantur? Porro notanda est historiæ series, quod Herod post vexatam crudeliter Ecclesiam, prosperè succedunt omnia, vici-gentes fame domitas ad veniam suppliciter petendam compellit: quasi Deus impii furoris mercedem illi solueret. non levius tentatio fidelibus, quibus obrepere suspicio poterat, Nullam esse Deo sui curam: & meatus incutiebatur ne simul cum potentia Herodis ingraueceret tyrannis & crudelitas. Sed longè aliud fuit Dei consilium, nam Ecclesiæ suæ oppressorem in altum sustulit, vt graviore ruina deiiceret. Itaque, umbratilis illa felicitas, in qua sibi nimium placuit, quadam in diem mactationis illi fuit sagina. Similiter, quoniam hodie videmus sanguinarios Ecclesiæ hostes, expansis fortunæ alis, in calum vehi, non est quod animi nobis concidant, potius occurrit illud Solomonis dictum, Calamitatem prædicta superbia, & ante ruinam cor extollit.

²⁷ HERODES infensus erat.) Lucas vitur composito Participio *quoniam*, quod Simultarem & odium notat. non ergo aperte bellum gerebat Herodes cum istis viribus, sed tale erat diffidens, vt obliquis artibus perinde ac cuniculis agendo paulatim eas subigere tentaret. Rara, vt at Demolhenes, libertis viribus concordia esse potest cum monarchis. adhac, ferox erat Herodis ingenium, multa audacia, inexplebilis cupiditas. nec dubium est, quin Tyrus & Sidon, quædam veluti repugna fuerint ad cohibendam eius intemperiem, vt erant virbes opulentæ, & ferendo iugo non afflatae. Verulæ etiam gloria memoria animos facete poruit. quum vulgare sit, fultum ex diuitiis gigni, non mirum est, si fastuose fuerint duæ istæ virbes: quarum alteram mari reginam facit Iisus, cuius negotiatores dicit fuisse reges: & institoris, satrapas. Sidonis quoque arrogantiæ ex opibus conceptam alibi prædicat, quanvis autem ultimas ferè clades non semel persessa essent: ipsa tamen situs commoditas breui eas in pristinum statum restituit. Hinc factum est, vt Agrippam nuper contempnit hominem, & obscuræ fortunæ, adeoque ex carcere & compedibus ereptum, minus æquo animo ferrent, præsertim quum impotenter dominaretur in suos, & vicinis grauis ac damnosus esset.

QVM ALERE TVR eorum regio.) Quum aperto marte Tyrios & Sidonios aggredi commodum illi non esset annonam illis ex regno suo importari verat. Ita, fine vlla manu & copiis, lenta obsidione ipsos premebat. Angusti enim erant vtriusque vrbis fines, & ager sterilis, quum magnus populus alendus esset. Fame itaque domiti suppliciter pacem petunt, nec iam gratuitam. neque enim dubium, quin leges illis fuerint impositae: & BLASTVM illum, cuius meminit Lucas, non nudis verbis fuisse persuasum, sed munieribus delinquit ut pacis esset interpres, credibile est. Cur Erasmo vsum fuerit, secus hunc locum transferre quam verba sonant, nescio.

21 **STATVTA** autem die.) Pacem Tyriis & Sidonii datam retulit Lucas, quia hæc Regi occasio fuit habenda concionis, procul dubio, vt eos sibi in posterum obnoxios redderet. Exeat eadem historia apud Iosephum libro Antiquitatum decimo nono: nisi quod vbique Agrippam nominat, qui à Luca vocatur Herodes. Verisimile est Agrippa nonen illi fuisse proprium, nec alteri vocatum esse, quandiu priuatus vixit: postquam verò regnum adeptrus est, dignitatem regiam ex aui nomine caprasse. In re quidem ipsa & circumstantiis omnibus, mirus est consensus inter Iosephum & Lucam. Primum, de loco conuenit. Vtrem Iosephus dicit auro fuisse contextam, que soli radiis percussa, suum fulgorem vicissim redderet: arreptam fuisse hanc ansam ab aulicis, vt deum consularentur: subiunct vnlus illi fuisse infictum; quin etiam bubenom fuisse visum, sibi insidentem supra caput, qui futuræ cladi esset prænuntius. Adeò autem non dubitat sacrilegam eius insolentiam hoc poenæ genere fuisse castigatum, vt id palam fuisse ab ipso inter dura tormenta agnatum commemoret: En ego ille vobis prædicatione deus, vitam miserrimo exitu finire cogo. De pace cum Tyriis & Sidoniiis facta, nulla illuc mentio: sed quod ludos in honorem Cæsaris celebraret. Verum pacis ratione potuit institui ludorum celebritas: quod solemne fuisse scimus.

22 **CONFESTIM** percussit eum.) Sic eti pius Angelus gratiæ Dei minister fuit in liberando Petro, ita & nunc eius vindictam exequitur aduersus Herodem. Soleat autem Deus interdum vti Angelorum celestis opera in poenis infligidis: sed aliquando diabolos veluti carnifices statuit, quorum manu iudicia sua exerceat. Atque hoc promiscue facit, tam erga fidèles suos, quam reprobos. Vexatq Saul per Sar. am., sed idem etiam facto

^{1. Sam. 16. Iob contigit. In Psalmo , plaga quibus Deus impios castigat, malis Angelis tribuuntur: sed videmus vt An-}

^{gelus, qui præfes est salutis Ecclesiæ Ægyptios in primogenitus percussit. at. quanquam malignos spiritus Scriptu-}

^{ra vocat Dei Spiritus, quod eius imperio, licet iniuri, pareant. sed vbi epitheton Mali non additur, sicuti hoc}

^{Exod. 12. c. 11. & 1. b. 7. loco, intelligi debet Angelus qui sponte Deo obsequitur: forma tamen buponis, cuius Iosephus meminit, dia-}

^{bolo magis figurando, quam celesti Angelo quadrabat. Porro, qualis fuerit species morbi, non ausim pro-}

^{gerto asserere. nomen, quo vñus est Lucas, significat, à veribus fuisse exefum. Multi conficiunt, moibum}

^{fuisse pedicularem. Hoc quidem certum est, foctore & putredine, quum adhuc spiraret, fuisse corruptum, vt}

^{esset quasi animatum cadaver. Ita, non tantum diuis tormentis crucifixus fuit, sed omnium probris & ludibrii expoitus. Nam poenæ genus eligere Dominus voluit, quo superbi hominis ferociam extrema ignomi-}

^{nia obrueret. Si à magno aliquo & valido exercitu vietus esset, atque ad inopiam redactus, non ita animadversum fuisse Dei iudicium: & fuisse hac liberalis & regia castigatio: sed quoniam illi infesti sunt pediculi &}

^{vermes, & ex eius corpore foecida hæc putredo erumpit, quia ipsius arrolsum conficiat, pro sua dignitate ac}

^{merito tractatur. In hunc modum Pharao, quum aduersus Deum indomito fuit toties insurgeret, non rega-}

^{liter à vicino aliquo Princeps impetus fuit, sed locusta & bruchi fuerunt Dei milites ad gerendum cum eo}

^{bellum. nam quod quisque insolentia se excollit, èd dignior est, quem Deus contumeliosus ad extremos vique}

^{inferos deiciat. Hæc ratio est, cur fictitum hunc deum Herodibus vermbus rodendum expouerit: cuius rei}

^{tandem expressa illi fuit confessio, quum diceret, En ego ille vœtra salutatione deus, miserere ad mortem ra-}

^{pior. Tam conspicuum horribilis vindictæ exemplum in regia persona terrere nos non parum debet, ne plus}

^{sumere nobis quam par sit, audeamus: ac ne etiam fallaci hominum applausu & blanditiis tanquam mortifero}

^{venenam inebriari nos sinamus.}

QVI NON DEDISSET GLORIAM DEO.) Non ideo tantum damnatur sacrilegi, quia se deum vocari passus

est, sed quia sui oblitus, honorem Dei ad se transtulit. Non legimus Babylonio regi datum fuisse similem

^{16. 14. c. 13. 21. plausum: cui tamen Propheta exprobrat, quod se Deo æquare tentauerit. Ergo, hoc omnibus superbis com-}

^{22. mune est sacrilegi crimen, quod sibi arrogando plusquam fas est, Dei gloriam obcurant. atque ita Gigantum more, quantum in se est, Deum è suo solo destrahere conantur. Vtunque Dei titulum non vñspurit,}

^{nec palam ore laetent se esse deos, quia tamen sibi rapiunt quod Dei proprium est, ipso in ordinem coacto,}

^{dii esse & haberi cupiunt. Porro, huius mali originem designat Propheta vno verbo, quum Nabuchadenefer}

^{italoquentem inducit, Alcedam. Quare, vnum est remedium, si quicunque se in gradu, quo locatus est, con-}

^{tineat: qui humiles sunt & abieci, alitudinem non appetant: summi autem Reges, & quicunque supra alios}

^{eminent, se tamen mortales esse meminerint, modello & que suam altitudinem Deo subiiciant. Ceterum, no-}

^{tandum est, non satis esse, si ex dimidia parte tribuant homines honorem Deo, qui sibi in solidum vendicat}

^{quod suum est: si aliqua ex parte fe submittant quos vult penitus humiliari: Iam quum Scriptura omni sapientia,}

^{virtutis & iustitiae laude nos exinaniat, ne minimam quidem glorie particulam sibi arrogare quisquam}

^{nostrum potest, sine sacrilegia Dei spoliacione. Ac mitum est, quia Scriptura pronuntiat quia ex pref. bilo}

^{bellum Deo inferre quoquod se effuderit: fateamur autem omnes, non nisi exitio nostro id posse fieri: passim}

^{tamen maximam hominum partem furiosa audacia in suum exitium ruere. Vix enim centesimus quisque suæ}

^{conditionis memor, suam Deo gloriam intactam relinquit.}

24 **SBRMO AVTEM DET.**) Sublato tyranno, repente Ecclesia quasi ex lupi saucibus erupta fuit. Er-

^{go, quanuis fideles reputent oues mactatione destinatae, Ecclesia tamen hostibus suis semper est superflua:}

^{25. & ferme Dei, quanuis subinde oppresus videri queat impia hominum tyrannide, mox tamen de integro emer-}

^{git. Neque enim consilium Lucas fuit, tantum referre quid acciderit post Herodis mortem, sed eriam hoc}

^{exemplo animos nostros erigere, vt certò statuanus, Deum, quod tunc fecit, omnibus feculsi facturum, vt}

^{Euanđeli cursus per omnia hostium impedimenta tandem pertrumpat, ac quod magis Ecclesia minuitur, cœlesti}

^{benedictione augescat.}

25 **BARNABAS** autem & **Paulus.**) Ministerium, quo Paulum & Barnabam defunctos fuisse scribit Lucas, ad

^{eleemosynam referri debet, cuius suprà facta fuit mentio, quum enim ab Agabo propheta prædicta esset steri-}

^{litas & famæ, Antiochiae collecta fuit pecunia à fratribus, qua Ierosolymitanæ Ecclesie inopiam leuarent.}

^{huius pecunia ferenda prouincia Barnabæ & Paulo mandata fuerat. Nam Lucas ANTIOCHIAM reuersos fuisse}

^{dicit, vt transitum sibi ad nouam historiam faciat. Addit, IOANNEM cognomine Marcum cuius mater hono-}

^{rificè prius laudata fuit, ab illis assumptum fuisse comitem, qui postea grauis & noxii inter eos dissidiū causa}

^{fuit, vt videbimus.}

C A P V T X I I I .

1. R A N T autem quidam in ecclesia, quae Antiochiae erat, Prophetae & doctores, Barnabas & Simeon, qui vocabatur Niger, Lucius Cyrenus & Manaïm, qui cum Herode tetrarcha educatus fuerat, & Saulus.

2. Ministris autem illis Domino & ieiunantibus, dixit Spiritus sanctus: Separate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod vocavi eos.

3. Tunc postquam ieiunaverint, & precati essent, & illis imposuerint manus, eos dimisierunt.

1. Sequitur historia non tantum digna memoratu, sed cognitu etiam apprimè utilis, quomodo Paulus ordinatus fuerit Gentium doctor. nam vocatio eius veluti clavis fuit, qua Deus nobis aperuit regnum celorum. Scimus viræ aeterna fœdus peculiariter fuisse lancitum cum Iudeis, ita nihil ad nos Dei hereditas, quam cœlum extranei: & in acria interposita erat, que domésticos ab alienis discerneret. Eigo, nihil nobis profuerit, Christum salutem mundo attulisse, nisi dissidio sublati, patet. Etus nobis in Ecclesiam ingressus foret. Num quidem mandatum habebant Apostoli de Euangeliō per totum orbem publicando, verum haecen se intra Iudeæ metas continuerant. Qum Petrus ad Cornelium missus fuit, resadé noua erat & insolens, ut prodigijs loco feliciter habita fuerit: deinde, videi poterat illud esse priuilegium paucis hominibus extra ordinem concessum: sed nunc, quum ex professo Paulum & Barnabam Deus Apostolis Gentibus designauit, hoc modo ipsas eque Iudeis: ut Euangeliū promiscue vtricunque communie esse incipiat. Nunc ergo diruitur maceria, ut qui prouici erant, & qui propè, reconcilientur pariter Deo: & collecti sub unum caput, pariter in corpus unum coalefcant. Ergo, Pauli vocatio non minus apud nos ponderis habere debet, quam si palam clamaret ē Marc. 16:4 in celo Deus, Nam etenim Abraham & semini eius promissam, non minus hodie ad nos pertinere, quam si ex Abraham efferemur nati. Ideo tantoperte multis locis laboravt Paulus in afferenda sua vocacione: ut certè statuat Genes, neque fortius, neque humana temeritate ad se perlata fuisset Euangeliū doctrinam, sed admirabilis & 12:8 primum Dei consilio, deinde aperta iuſſione, dum testatum fecit hominibus quod apud se decreuerat.

ERANT IN ECCLESIA.) Quid dicerant, meo saltante iudicio, Doctores à Prophetis, quarto ad Ephesios capite, & prioris ad Corinthios duodecimo exposui. Hoc loco possunt hinc duo esse synonyma, ut significet Lucas, viiis coniunctis in illa ecclesia fuisse singulare spiritus gratia prædictos ad docendum. Certè non video qui conveniat PROPHETAS accipere, qui varietandi dono polletterent: sed potius eximios Scripturae interpres notarii arbitror. Tales autem docend. & exhibrandi munus obibant, quemadmodum testauit Paulus prioris ad Corinthios quarto decimo. Spectandum est Lucas consilium: Paulus & Barnabas Antiochenæ ecclesiæ ministri erant, inde nunc ipso Deus alio euocat. Ne quis putaret ecclesiam illam proibis & idoneis ministris nondam esse, ut cum eius damno Deus alius confuleret: occurrit Lucas, ac docet tales fuisse eius copias, ut aliorum inopie succurrent, nihilominus residuum haberet, quantum in vnum suum esset latit: unde apparet, quoniam liberaliter effusa fuerit Dei gratia in ecclesiam illam, unde riu huc ille deduci possent. Sic etiam nostro tempore quasdam ecclesias Deus praeterea locupletat, vt sint ad propagandam Euangeliū doctrinam seminaria. **M A N A I M**, qui similiter educatus fuerat cum Herode, ex nobili aliqua familia ortum fuisse oportet, qui Herodi fidelis additus fuerit. Hoc autem data opera Lucas commemorat, ut pietatem eius nobis prædicet: quia contempto mundi splendore, ad humilem & contemptum Christi gregem se contulisset. Poterat certè unus eis ex principiis alicuius, si in animo eius regnasset ambitione: atqui, vt Christo se totum addicat, non recusat illos honorum fumos cum prob. & ignominia mutare nam si reputamus qualis tunc fuerit Ecclesie conditio, non potuit Euangeliū nomen dare, quin se vulgariter subficeret. Ergo, eius exemplo eruditre nos Dominus voluit ad mundi contemptum, vt forti alioque animo calcare totum mundum dicant, qui aliter vere non possunt sibi Christiani, quia ea qua carni preciosa sunt, tanquam noxia impedimenta abiciant.

2. **M I N I S T R A N T I E V S** illis Domino.) Verbum quo vtitur Lucas, non modò Sacris operi, sed interdum etiam Publici a mundi obire significat. Carecum, quoniam Gentilium facia ut plurimum hostis & victimis constituant: sene pro S. sacrifici offere accipitur, qui sensus Papistis maximè arsist, ut aliquod fuisse in vnu Apostolis sacrificium probarent. Verum vt illis debet quod postulant: ridicule tamen in sua Missa patrocinium Antiochenos Doctores sacrificiale obtundunt. Primo, quum verbum sit pluralis numeri, sequetur, Missas fuisse singulis celebratas. Sed omnis inepiti, considerandum esse dico, quale sacrificij genus Ecclesie sive Christi commendauerit. Fugunt Papistæ sibi ad immolandum Christum & pacem cum Deo eius mactatione redirentur, inueniunt enim sacerdotii munus. Huius rei adeo in Scriptura, nulla fit mentio, vt potius hunc sibi vnu honorem filiis Dei vendicet. Quare, aliud est Christianæ Ecclesie sacerdotium, vt scilicet quisque se & sua Deo offerat: publici autem ministri spirituali Euangeliū gladio animas sacrificent, quemadmodum Paulus quinto decimo ad Romanos docet. Adhac, preces omnium priorum, spirituales sunt labiorum Rom. 15: vituli, quibus ritè placuerit Deus, quum illi è sacro altari offeruntur: hoc est, Christi nomine, decimo tertio capite ad H̄-breos. Quum ergo nunc Lucas recitat MINISTRASSE Deo Prophetas & Doctores, quoniam loquutus est illis Spiritus: nihil aliud intelligo, quam fuisse tunc in actione publica. Addit ieiunium, vt sciamus eorum in meatus omni impedimentou fuisse solutas, ne quid obstatet, quo minus vaticinio magis attente essent. Ceterum, dubium est, fuerit ne suscepimus ab illis ex professo ieiunium, an solum significet Lucas, vñque ad tempus illud fuisse ieiunos. Hoc quidem extra controversiam est, expressas fuisse illas circumstantias, quod plus fidei apud nos habeat Pauli vocatio.

S E G R E G A T E M I H I.) Inber Deus Ecclesie suffragis emitti Paulum & Barnabam, quod ipsos destinauit. unde colligimus, nullam esse legitimam Pastorum electionem, nisi in qua Deus primasteneret partes. Nam quod iustis ab Ecclesia eligi Doctores & Episcopos, non ideo tantum licentia permisit hominibus, quin ipse tanquam summus moderator præsideat. Differt quidem ab hac Pauli & Barnabæ designatione, ordinaria Pastorum electio, quia futuros Gentium Apostolos ecclesi oraculo oportuit: quod quotidie in ordinandis Pastoribus fieri necesse non est. Hoc tamen commune habent, quod sicuti Paulum & Barnabam testatus est Deus suo decreto iam ad Euangeliū prædicandum destinatos esse: ita non alios ad docendi munus vocari fas est, nisi quos iam Dens sibi quoddammodo delegit. Porro necesse non est, vt nobis Spiritus è celo in clamet, diuinatus vocatum esse cum de quo agitur, quia quos Deus instituit necessariis dotibus, quum eius mazza

Gal. 1.1.a.1. formati sunt & aptati , non secus ac de manu , vt aiunt , in manum ab eo nobis traditos recipimus . Sed quodd hic dicit Lucas , Paulum Ecclesiam suffragiis ordinatum esse : videtur minime Pauli verbis esse consentaneum , vbi se vel ab hominibus , vel per homines vocatum esse negat . Respondeo , mulcet autem creatum fuisse Apostolum , idque nullis hominum suffragiis , quam ad Gentes interteretur : & iam Apostolatu per annos complures functus erat , quam nouo oraculo ad Gentes accitus fuit . quare ut Deum habeat Apostolatus sui authorem , non immerit homines excludit . Nec verò ideo nunc ab Ecclesia ordinari eum p̄cipit , ut ab hominum iudicio eius vocatio pendeat : sed decretum illud suum quod pacis adhuc notum erat , Deus nunc promulgat publico edicto , & solemnē Ecclesia subcriptione obfignari iubet . Senus ergo verborum est , iam adesse tempus , quo Paulus Evangelium spargat inter Gentes , & diruto pariete Ecclesiam colligat ex Gentibus , quæ prius extanca fuerant à regno Dei . nam quanvis haec tenus eius opera Deus Antiochiae & alibi ius est , hoc nunc demum peculiare accedit , quod Gentes voluit in eadem cum Iudeis virtute hereditatem cooptare . Quod si ab initio sic creatus esset Ecclesia doct̄or , ne tum quidem per homines fuisse vocatus . nam quum Dominus se vocatum pronuntias , quid reliquum facit Ecclesia , nisi ut obediens subscriberat ? neque enim hic interponentia hominū iudicium quasi in re ambigua , neque suffragiis est libertas . Sed tenendum est quod dixi , non confitui nunc demum in ordine Doct̄orum Paulū & Barnabam , sed extraordinariū illis munus iniungit , ut vulgo ad Gentes proferre Dei gratiā incipiant . Atque id longa verba quum dicitur , SEGREGATE ad opus . Nonum enim opus procul dubio , & adhuc inutilitatem designat . Sed quodom locutus hic & collega Paulo adiungitur Barnabas , quem nusquam legimus docendi officio functionem esse ? inquit qui loquendi partes semper Paulo , tacitus ipse concessit . Respondeo , satis multas loquendi occasiones illi subinde , absente Paulo , fuisse oblatas , ut facis esset ambobus negotijs . neque enim locis omnibus adesse semper unus poterat . Dubium quidem non est , quas Deus mandauerat partes fideliciter obire , nec fuisse mutum spectatorem . disertè veò conciones ab eo habitas non exprimi à Luca cur miremur , quando ex Paulinis vix millesimani quamque recitat ?

DIXIT SPIRITVS . Quicquid tergiuersandi causa obiciat Macedonius cum sua fœta , diuine tamen Spiritus essentie clarius hic habemus elogium , & solidius quam ut eludi possit . Nihil magis Dei proprium est , quam ut potestate sua & imperio unus Ecclesiam regat . atqui hoc iuris sibi vendicat Spiritus , quem iubet sibi Paulum & Barnabam segregari , & suo nutu vocatos esse testatur . Certe multum & capite truncum Ecclesie corpus fateri necesse est , nisi Deum agnoscimus , qui luo eam arbitrio constituit , qui praeficit illi Doct̄ores , qui progressus eius , & ordinem moderatur . Sic etiam postea cap . 20 . in Pauli concione habebimus , Episcopos omnes à Spiritu sancto positos esse . qui Ecclesiam gubernent . atqui nemo legitimus Ecclesie Pastor centendus , eodem Paulo teste , nisi qui à Deo vocatus est , nec alia nota Deus pseudoprophetas designat , quam quod ipse eos non misericet . Ergo Spiritum sanctum verè Deum esse colligimus , cuius autoritas ad eligendos Pastores sufficit , & cuius summum in illis creandis imperium est . Quid item ex Isaiae verbis confirmatur . Et nunc ecce Iehoua misit me & Spiritus eius . Notandum præterea ex his verbis , quod si persona verè in Deo subsistens . Nam si Sabellij commentum admittimus , quod Spiritus nomen hypostasis non designet , sed nudum sit epitheton , inepta & absurdā erit locutio ; quod Spiritus sanctus dixerit ; inepit etiam Isaia ei adscribet Prophete missionem .

A. 10. 3. Qvñ in ieiunassent et precati essent .) Ut obidian oraculo , Paulum & Barnabam non tantum dimittunt , sed etiam solemni ritu instituant Gentium Doct̄ores . Ieiunium hoc ex professo suscepimus esse non dubium est . Ieiunos prius fuisse dixit Lucas , quam ministerio suo intenti essent : id fieri poterat ex more , nunc diuerſa ratio est . Nam indicito publicè ieiunio , quod in rebus arduis & magna difficultatis fieri solebat , se & alios ad seruum precandi ardorem incitant . Etenim orationi adminiculum hoc sape in Scriptura additur . Atqui (tante molis erat Christi regnum inter Gentes erigere) non immerit Antiocheni Doct̄ores sollicitè Dominum rogant , ut det pares seruis suis humeros . Finis autem orandi non erat , ut spiritu prudentia & discretionis ilorum iudicia regeret Deus ad eligendum : quia de hac re sublata erat disputatio : sed ut Dominus prudentia & fortitudinis spiritu eos instrueret , quos ipse iam sibi delegerat : ut virtute sua contra omnes Satanae mundique iuinctos redderet : ut benediceret eorum labores , ne infructuosi essent , ut ianuam aperiret nouæ Evangelij promulgationi . Impossum manum quam tertio loco recentis Lucas , consecrationis species erat , scutum dictum est capite 6 . nam ceremoniam quæ ex vetusto legis more recepta erat inter Iudeos , retinuerunt Apóstoli : non secus ac genuflexionem & similes ritus ad exercendam pietatem vitiles . In summa non alio spectabat manum impositio super Paulum & Barnabam , quam ut eos Deo offerret ecclesia , & suo consensu palam testatum faceret diuinus illis iniunctum hoc munus esse . Nam vocatio propriū solius Dei fuit : extrema autem ordinatio ecclesiæ , idque ex ecclesiī oraculo .

A. 6.b.6 4. Illi ergo emisi à Spiritu sancto profecti sunt Seleuciam , & inde navi garunt in Cyprum .

5. Et quum essent Salamine , annuntiarunt sermonem Dei in synagogis Iudeorum . Habant autem & Ioannem ministrum .

6. Quum autem pertransiissent in insulam Paphum usque , innenerunt quendam pseudoprophetam Iudeum , cui nomen Bar-iesus .

7. Qui erat cum Sergio Paulo Proconsule viro prudente . Hic accitis Barnaba & Paulo querebat audire sermonem Dei .

8. Resistebat autem his Elymas magus , sic enim exponitur eius nomen , querens auertere Proconsulem à fide .

9. Saulus autem qui idem Paulus , plenus Spiritu sancto , & intentus in eum oculis ,

10. Dixit , O plene omni dolo & malitia , fili diaboli , inimice omnis iustitiae , non cessas subuertere vias Domini rectas !

11. Et nunc ecce manus Domini super te , & eris cacus , non videns solem usque ad tempus : continuo autem cecidit super eum caligo & tenebra , & circumiens querebat qui cum manu ducenter .

* 12. Tunc videns , Proconsul quod acciderat , credidit , admirans super doctrinam Domini .

Emissus à Spiritu sancto .) Nulla hinc electionis ab ecclesia facta mentio , quia vocatio prorsus diuina erat . tantum

tantum manū Dei oblatos amplexa erat ecclesia. Dicit prīmō venisse Seleuciam, quæ erat vīs Syriæ. Fuit quidem eiusdem nominis regio: sed magis probabile est Lucam de vrbe loqui, ex qua breuis in Cypriū trāiectus erat.

5 Salamine primum, quæ est vīs Cypriatis nota & celebris, munus docendi aggressos esse narrat. Videntur tamen per se ipsam auspiciariū quoniam specialiter missi sunt ad Gentes, Iudeis tamen annuntiant Dei seruonem. Respondeo, non ita fuisse Gentibus addictos, vt post habitus Iudeis necesse esset protinus ad Gentes concedere, neque enim Deus quum illos Gentibus attulit Doctores, munere abdicauit quod hactenus exercuerant. Ita nulli ratio prohibuit, quia Iudeis promiscue & Gentibus operam suam conferent, quoniam etiam à Iudeis fieri debuit exordium, vt in fine capituli videbimus. Addit etiam obiter Lucas, adhuc huius à Iohanne, neque enim priuatim, vel ad vīsus corporis ministrum illis fuisse significat: sed potius quod ad prædicandum Evangelium adiutor fuerit, plūm eius studium & iustitiam laudat. Non quod aquilis esset honoris gradus, sed commonis omnia in opera: quod minus excusabilis postea fuit, quoniam sanctam vocacionem defecit.

6 Qz ym transfluit.) Credibile est non carnis prolixi fructu huic trahitum & certè non recusserit Lucas de generali repulsa, sed satis habuit d'cere, non fuī in itinere p' officio docendi servatos, ad litteram memorabilem properans, quam mox barabat. Ceterū, quoniam Salamini in litora orientali sita Syria spectat, Paulum & Barnabam, vt Paphum ventientes, per medianum insulam iacerere oportuit ad latum oppotuum. Nam Paphus vīs maritima era etius meridie. Postdū quoniam tota infelix Venera faceta cīt p' accipia camen idolis fides era Paphus. quòd magis admittenda est Dei bonitas, quòd Evangelij salutem in tam fœdām, ac tētan speluncam penetrare voleret. Qualis enim integritas, & pudicitia, & honestas, & temperanza in ea vrbe vi-guerit, conculere inde licet, quòd religio incolis sumnam ad quā quis probra & flagitia licentiam dabit.

I N V E R S U M p' pseudopiatam quendam.) Quoniam prītorius apud Iudeos corrupta esset religio, non mirum est, si ad multas impias superstitiones delapsi sint. Quoniam autem hactenus profissi essent pecuniam se quendam Deum colere, speciosus hic fuit ad fallendum c. loī, quoniam ignoti Dei nomen licenter præt. xerent: sed hoc mirum est, quoniam grauem & prudentem virum suis præstigiis capere potuerit Elymas. Seimus enim Iudeos tunc fuisse toti mundo exotos: præfertim vīlo apud Romanos, viā cum odio extremus erat eorum contemptus. Iam Lucas non sine causa Sergii prudenciam dierē commendat, ne quis fuititum eius ac leuitatem pateret magi imposturis fuisse obnoxiam. Vouit scilicet in claro speculo ostendere, quām cuanida sit, & nihil carnis prudentia, quæ sibi à tāni crassis Satane fallacis cauere nequit. Ecce tē vībi non lucet Dei veritas, quòd magis horribles lapere videtur cō turpis despiciunt. videmus quām feda superstitionum prodigia in Gentibus maximè acutis, & omnī doctrinā genere excultis grata fuit, ergo nec iudicium, nec prudentia nisi à Dei Spīitu. Atquē hæc iusta Dei vīlo est in omnes idolol. trās, vt in reprobus sensum traditi nihil discernant. Rom. i. ca. Quoniam fieri potest, vt veterum superstitiōnēnum rādio Sergius Paulus ad pūnorem Dei cultum iam tunc alpauerit, quoniam n' eīd' in magnum silūm, quod si recipimus, admirabile fāde Dei iudicium fuit, quòd homīe p'io de' ydeio ast' etūm p'asius sit in ex traies Satane decipulas se proicere. Sed electos suos interdum sic Deus exercet, vt circum- gat per variis errores, antequam in viam dirigantur.

7 Quid autem Sergius Paulus melius aliquid apparet, quām quod à puerita didicerat, infelicitate ad diuerſas superstitiones tractus fuerit, inde conicio, quòd Paulum & Barnabam vīo fibi accessi māgistros, quandam ergo veri Dei l'cer adhuc ignoti reuerentiam conceperat, & quoniam peritus est in vīum cīt Deum, qui in Iudea col'ebatur, cupiebat ex eius verbo puram & certam pietatis regulam cognoscere: gustatis pseudoprophete delirii suspensus haret. Nec dubium est, quoniam scilicet Deus eus animum, ne in vanitate profusus aquiescat, quām si ad tempus homini impio fallendum permetteret.

8 A V E R T E R E proconsulem à fide.) Non mirum est, si lucem repellere conetur impostor, qua videbat tenebras suas discuti. Idem hoc e nobis certamen est cum innumeris rabulis, qui fumos suos vendere solli, quibus possunt artibus & fallacia simplicium oculos claudunt, ne exortum iustitiae solem cernant. Cum talibus impedimentis nobis iustum est, nam vt noui semper & ubique p'asto sint magi qui negotium nobis faciliunt, latissima auocamenta ingerit Satan, quae mentes nostras occupant ad Christum arcendum: quibus excipiendis nimis prompta est caro. Denique & mundi illecebra, & praui carnis nostre affectus totidem sunt incantationes, quibus fidem Satan evantere non desinit.

9 S A V V L S autem, qui & Paulus.) Ostendit nūc Lucas quonodo nodum Deus abiuperit quo Proconū illigatus erat, nam quoniam mago nomis esset deditus, non poterat tanquam solitus & liber veram doctrinam amplecti: in credibili enim modo quas illaqueauit mentes diabolus sibi mancipatas tenet, vt apertissimam veritatem non cernant: illi autem profatio facilis ad Proconsulem Paulo aditus fuit. Obferua autem quod dicit Lucas FIDE M E uerti, quoniam oppugnat Dei verbum, unde colligere licet, fidem in verbo esse ita fundaram, ut absque hac fultura ad quolibet impetus labefact: imdū nihil aliud esse quām spir. tualis verbi Dei adiūcium.

10 P I E N E omni dolo.) Tantus excandescens ardor non temerē obrepigit Paulo, nullum enim profectum sperat, si moderata & placida ratione ageret. Semper quidē exordēdūm à doctrinam cōsideriani horandi & stimulandi sunt, quos nondū penitus obtinuerat esse constat. Nec certè Paulus primo statim ingressum vehementer in magum fulminat: sed vīi eum videt malitios. & ex professo cum pietatis doctrina beūlum gerere: non secus ac Satane mancipium tractat. Sic cum deploratis Evangelij hostibus agendum, in quibus aperta contumacia & impius Dei contemptus se profert: præsternit vīi alii viam obstruunt. Ac ne quis præter modum excludat sīe Paulum existimat, dierē exprimit Lucas, Spiritus in inūlūm illi fuisse ducem. quare non modū reprehensione caret hic zeli feruor, sed horribilem metum incutere debet profanis Dei contemporibus, qui insurgere contra eius verbum non dubitant: quandoquidem in eos omnes non ab homine mortali, sed à spiritu sancto per os Pauli fertur hæc sententia. Quantum ad verba spectat, locus hic resellit eorum errorē, qui Salūm putant nomen sibi ex procontule sumptis, quasi victorie triphæam erigeret. multe quidē sunt in contrariam partem rationes & satis valide: verum locū hīc vīus sufficit, vīi demonstrat Lucas nō dūm adducto ad fidem Proconsule, fuisse binominem. Nec dubium est, quin gentile inter Iudeos nomen retinuerit, scimus autem hoc fuisse vīstatum, vt qui eius erant Romagi, nōmen aliquod Italicum mutuarentur. Versutum Lucas dolo coniungit, quæ syncretizat contraria est: dum seilicet astuti homines versatiles suum ingenium huc illuc transformant, vt nūl habeant vīum vel simplex: quoniam nōmen Græcum, quo vīitur Lucas, promptam ad nocendum audaciam significat: sed prior significatio melius conuenit. Per F I L I V M diaboli intelligitur homo perditus, ac deploratus. Tales sunt omnes, qui malitios., & quasi data opera quod iustum est ac rectum oppugnant: ideo subiicit Paulus magum esse INIMICUM omnis iustitie.

Non desinis euettere.) Vias Domini appellat totam rationem qua nos ad se deducit. hanc testatur Planam esse & rectam : magum autem accusas , quod suis ambagibus & Strophis eam contortam , flexuosa , & perplexam reddit. vnde utilis doctrina collig: potest , diaboli scilicet alii fieri , ne facili cursu ad Dominum perganus. simplicem enim viam & minimè spinolam in verbo suo nobis monstrat. Quare sedulo cauendi sunt impostores , qui suis vel salebris , vel spinis viam impediunt , vel reddunt nobis asperam. Hic verò repetere iterum conuenit quod prius aucti , non semper dandum esse viam Christi seruis , si violento iipetu ferantur contra professos sanæ doctrinæ hostes : nisi forte Spiritum sanctum intemperantia reum agere libeat. Neque tamen ignoramus quām proclius sit haec in parte lapsus: quod magis ad cauendum intentos esse pios doctores necessi est. primū , ne zeli prætexu , carnis affectibus indulgeant : deinde , ne præcipiti & intemperatio furore ebuhant , vbi adhuc moderationi est locus: tertio , ne futuibus ac indecoris coupiis habent laxent: sed tantum ut rei indignatione verborum grauitate exprimant. Talis fuit sancti zeli & spiritus vehementia in Prophetis , quam si turbulentam iudicant molles & delicati homines , non reputant quām chara & preciosa sit Deo lata veritas. Nunc non vnuus Elymas ad subvertendam fidem insurgit , sed innumeri , & quidem longè sceleriores. Videamus enim quām facile audacia omni honore Deum ipsolet , quām fœdissim corruptionis tota religionem profanent , quām crudeliter miseris animas precipitent in eternum exitium , quām indignè Christo illudant , quām fœdi torum Dei cultum deformant , quām atrocibus probis lacient lacram Dei veritatis , quām barbara tyrannide Ecclesiam Dei vastent: vt eos dicas Deum pedibus calcare. Sunt tamen morosi plerique Philosophi , qui furiosos illos gigantes blanditiis mulceri vellent. Atqui quum tales palam sit nunquam gemitus quid libi velit illud , Zelus domus tua comedere me: eorum frigore , aut veterno potius valere iusso , acriter , ut de te , in asserenda Dei gloria vise ad summum feruoram efficerantur.

Eph. 6.9.
b. 10.

11 Ecce manus.) Manus hic ponitur ad plagam infligendum: quo significat Deum huius vindictæ esse auctorem , te verò duntaxat ministrum. Porro , hæc facultas mihi esse videtur , quam Paulus ipse 12. prioris ad Corinth. *Judeuus* appellat. Nam sicuti pollebant virtutis Spiritus ad iuvandos miraculi fideles , sic flagellum in manu habebant , quo rebellis & obstinatus domarent. Talem Petrus in Anania & Sapphira Dei vindictâ exeruit: sed quoniam miracula ut plurimum Christi naturam referre debebant , qui totus humanus est , suavis , beneficus , & misericors: ideo rara diuersæ potentiae exempla per Apostolos edivolut. neque putandum est hac facultate fuisse instructos , quotieslibetum esset quempiam vlcici , sed Spiritus Dei , qui hic eos armabat , idem ad rectum & legitimum vim director fuit. Itaque memoria tenendum est quod prius habuimus , Paulum Spiritus instinctu loquutum esse. Porro , vindictæ genus valde appositum fuit. nam quum solem obcenibra magus tentaret , & aliis præterire lucis beneficium , ipse in horribiles tenebras iure demissus fuit. Sed quum hodie multi ex Paphiis impietate magum istum superent , mirum videri potest , cur illis impunitcedat audacia , in quā tam insolenter le iactant. An manus Dei imbecillior esse coepit: an illum minor tangit gloria sua cura? an vindicandi Euangelij studium remisisti? Respondeo , Visibilis hanc poenam , quæ mago fecit infelix fuit & similes. perpetua ira Dei exempla esse in eos omnes qui puram Euangelij doctrinam vel corupere & adulterare , vel palam suis calumniis oppugnare non verebantur. scimus enim in hunc finem ad tempus edita fuisse miracula , ut perpetuo vigeant , ac ante oculos versentur , nobisque luceant ad spectandum. Dei iudicia , quæ oculis non ita conspicua sunt. Ceterum , Deo hanc vel illam rationem , quæ puniat hostes suos , praescribere nostrum non est. Sergius Paulus , qui ante virilem atatem nullum religionis veræ gustum haberat: qui à pueritia variis superstitionibus imbutus , valde ardua obstacula habebat , quæ ipsum à fide prohiberent: qui postrem magi deliriis fascinatus , vix poterat ad fidem accedere , non leibus administriculis opus habuit: hinc factum est , vt Deus quasi è calo manum aperte porrigeret. quanquam in eius persona , nos omnes adiunxit. Idem enim Euangelium , cuius tunc sancta fuit autoritas , hodie nobis prædicatur. neque tamen ita cessat Deus , qui diversis modis formidabilem suam potentiam contra Euangelij hostes exercitat: nisi ad eius iudicia tāhebet nobis effent oculi.

12 Tunc proconsul videns.) Hoc est quod dixi , abruptos fuisse laqueos , quibus ipsum devinctum Elymas tenebat. miraculo enim ad fidem deductus fuit: quia initium fidei est ac preparatio , doctrinæ reverentia. Quum ergo minimè obscurum diuinæ virtutis specimen oculis cerneret , Paulum agnouit diuinitus missum esse , atque ita eius doctrinam , in cuius fide prius hesitabat , suspicere incepit. Nunc si Dominus Euangelij fidem , quo tot tamquam validis vndique machinis concutitur , mirabiliter in multorum animis firmam sustinet , si incredibili modo facit , vt per mille obstacula eluctetur fidei cursus , hac eius gratia contenti , ne obmurmuremus vel cum eo expostulemus , ac si deterior esset nostri conditio , si miracula quotidie noua pro voto nostro non stant.

13 Quum autem à Papho soluissent Pauli comites , venerunt Perga Pamphylie. Ieannes autem digressus ab ipsis , reuersus est Ierosolymam.

14 Porro illi quum regionem transiissent Perga , venerunt Antiochiam Pisidie , & ingressi in Synagogam die Sabbathorum , sed erunt.

15 Post lectiōnem verò Legis & Prophetarum , miserunt Magistri Synagoge ad eos dicentes: Viri fratres , si est in vobis sermo exhortationis ad populum , dicite.

16 Narratur hic altera Pauli statio. nam Papho digressus , quum venisset Antiochiam Pisidie , illuc memoriabili concessionem habuit , quam vna cum successu referet Lucas. Prius tamen obiter commemorat Ioannis dictum , quia postea tristis dissidij causa fuit. Quum dicit Pauli comites solvi sibi Papho , primo loco intelligit Paulum ipsum , deinde alios excepto uno. Ita notandum eius mollitatem , alias laudat , qui infatigabili constantia Paulum sequuti sunt.

17 INGRESSI die sabbathorum.) Numerum pluralem loco singularis posuit , sicuti alibi saepe in Scriptura occurrit. Solebant enim Sabbathis conuenire , ne ipsorum orium inutile & ignavum foret. Habet quidem Sabbathi institutio & alium finem ut spiritualis quietis esset figura , dum fideles mundo & carni mortui , propria voluntate se abdicant , & cessant à suis operibus. Huius veritas , quia nobis constat in Christo , dum illi confupsi eximus veterem hominem , idem verus figura præteriit. Sed Deus politicum vsum simul spectauit , vt Iudei curis omnibus alii & negotiis soluti , sacros conuentus agerent. ita cessatio ab operibus terrenis , celestibus suis exercitiis locum dabant. Sic & hodie feriis vntendum est. ideo enim alia omnia intermittere conuenit , vt liberius Deo vacare licet.

(P o s t lectionem Legis.) Precum nulla sit mentio, quas tamen certum est minimè omisssas vel neglegit. Etas fuisse, sed quia Lueg propositum erat teferre, quam Paulus illic habuit concionem, non mirum est, si folium commemoret quæ ad docendi ordinem spectabant. Est autem hic insignis locus, ex quo discessimus quæ illi seculo apud Iudeos tractande doctrina fuerit ratio. Legi & Prophetis dabatur primus locus: quod nihil Ecclesiæ proponere fas est, quod non ex illo fonte haustum fuerit. Hinc etiam colligimus, non suppetitam fuisse inter paucos Scripturam, sed omnes ad eius lectionem prouidit fuisse admissi: potea, qui docebat & exhortandi gratia pollebant, secundas habebant partes tanquam interpres Scripturæ que letæ erat. Ostendit tamen postremo Lucas, non omnibus permisum fuisse loqui, ne ex licentia nalcetur confusio: sed exhortandi munus certis hominibus fuisse mandatum, quos Principes Synagoge, aut Magistros nominat. Itaque Paulus, & Barnabas non statim ad loquendum prorumpunt, ne consuetum ordinem nimis festinatione perturbent: sed modestè expectant, dum hunc fuisse copia: quæque eorum permisum penes quos publico consensus authoritas erat. Scimus quām corruptus tunc fuerit illius populi status, & Lucas tandem in fine capituli ostendit. Antiochenos istos in resipue Christi gratia, plurimam luperbos & praefactus fuisse: & tamen hoc boni residuum inter ipsos erat, ut eorum coetus decenter & honestè esset compotiti, quod magis pudenda est tam deformis confusio, qualis hodie inter eos qui Christiani habent voluntate conficiuntur. Scripturam quidem Papilæ in suis templis, alta & sonora voce cantillant, sed lingua incognita, ut nullus ad populum fructus redeat. Ratió quicquam doctrinæ accedit, ac tunc quæ longè prætare ferile impios rabulas, qui pro Dei verbo impura sua commenta ingerunt: & impietatum suatum luctore contaminant quicquid sacrum est.

S i quis in vobis est,) Hæc locutio denotat quicquid est in hominibus gratia ad Ecclesiæ edificationem id esse quasi depositum. Quanquam particula, i n , secundum phrasim Hebraicam, potest superuacua esse. Ideo pescus in ea re non insisto: quia simplex potest esse sensus, si qua vobis exhortatio est quæ apta sit, & utilis populo. Ceterum exhortatio doctrinam non excludit, sed videtur hoc nomen communis vnu scilicet apud eos receperum, quia propriæ Doctoris officium est, non proftere quicquam ex suo sensu nouum: sed Scripturam, quia comprehendit tota piorum sapientia, ad præsentem populi vium aptare. Hoc modo non tam docent, quām doctrinam aliunde sumptam in edificationem Ecclesiæ accommodant. quod ego per verbū

E X H O R T A N D I , notari abitur.

16 Surgens autem Paulus, quum manus signum silentij dedisset, dixit: Viri fratres qui timetis Deum, audite.

17 Deus populi huius elegit patres nostros, & populum extulit, quum iniquilinus esset in terra Egypti: eos eduxit inde brachio excelso.

18 Et circiter quadraginta annos tulit eorum mores in deserto.

19 Et deletis septem gentibus in terra Canaan, terram ipsorum illis hereditariam dedicat.

20 Post ecclannis circiter quadringentis & quinquaginta dedit Indices usque ad Samuelem Prophetam.

21 Inde postularunt Regem, & dedit illis Deus Saul filium Cis, virum ex tribu Benjamin annis quadraginta.

22 Et sublato illo suscitavit illis David in Regem, de quo testimonium reddens dixit: Inueni David filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.

23 Cuius ex semine Deus secundum promissionem suscitavit Israeli saluatorem Iesum.

16 Initio notandus est concionis status, ne putemus verba temerè in ærem fundi. videtur quidem ab ordinis Paulus, sed nihil dicit quod non optimè præsenti instituto conueniat. Consilium eius est, Iudeos ad Christi fidem adducere: quod vt fiat, ostendit illis necesse est, hoc vno ipsis excellere præ alius gentibus quia illis promissus est Saluator: cuius regnum summa & vniuersa eius sit felicitas. Hoc igitur Pauli exordium est. Quid electi sint olim, vt peculiari essent Dei populus: quid tor beneficis, quantumvis indignos se præstarent, continua ætatum serie fuerint affecti, hoc à promissione Messie pendere, & spectare ad eum scopum: vt per manum Messie eos Deus gubernet: ac proinde nihil esse quo glorientur, nisi sub caput suum colligantur, immo nisi oblatum recipiant, irritum fore vitæ fœdus quod Deus cum patribus ipsorum pepigerat, nullamque fore adoptionem. Huc spectat prima pars concionis, præcipuum hoc esse Legis caput, & sceleris diuini fundamentum, vñ Christum habeant ducent ac prædem: qui omnia apud eos intularet: sine eo nec stare religionem posse, & ipsis fore miserrimos. Inde Paulus ad alterum membrum descendit, quid Iesus ille quem prædicat, verè sit Christus, per quem exhibita fit salus populo, modum etiam redemptoris per ipsum partem, explicat. præterea de virtute eius & officio disserit, visciante quid ab ipso bonorum sperandum sit. Extrema clausula obiurgationem continet. horribile enim illi iudicium minatur, si authorem salutis vltro se offerentem respuant, ad quem cupide expetendum Lex & Propheta eos sollicitant. Hæc ferè summa est: nunc singula sui ordine excutiam.

V i r i fratres.) Quia satis tenebat Paulus multos esse degeneres Abraham filios: duplice nomine compellat Iudeos quos alloquitur. Primo, vocat FRATRES, respiciens ad commune genus: simul tamen admonet veros fore Israelites, si Deum timeant. ac tunc quoque demum idoneos fore auditores: quia timor Domini, principium sapientiae. Eudem ratione attentos reddit fideles, & sibi audientiam apud eos conciliat: ac si diceret, Quoniam multi se iacent filios Abraham, qui minimè tanto honore digni sunt, ostendite vos non esse adulterium semen. Hinc diligamus non esse vnius seculi viuum, quod probi & sinceri cultores hypocritis permixti commune inter se habent Ecclesiæ nomen. sed hoc sediū nobis agendum, vt re ipsa simus, quod dictum quod præstat verus Dei timor: non extrema tantum professio.

17 De etsi populi huius.) Hæc prefatio testis erat Paulum minimè nouitatem aliquam moliti, quæ populum à Lege Moysi abducere. Vnus quidem est gemitum omniū Deus: sed de etsi populi illius vocat, cui se deuinixerat;

& qui colebatur inter posterorum Abraham, penes quos solos pura & integra vigebat religio. Eodem pertinet quod mox subiicitur, B E L G I T patres nostros. tellatur enim huius verbis, nihil se nimis cipare, quam ut à Deo vero & viuo deficiant, qui eos à reliquo mundo segregavit. Nec milis sine dubium est, qui clarissimus expresserit, se Deum illis non ignotum, vel nouitium predicere: sed qui pridem eorum patribus immoratus ita breuer complectitur solidam Dei notitiam, quae in Lege fundata erat, ut stabilis maneat eorum fides ex Lege & Propheticis concepta. Inter ea tamen gratiarum Dei amorem eiga populum illum commendat, unde enim factum est, ut soli Abraham filii, Ecclesia Dei essent ac hereditas, nisi quia ipsos à reliquis gentibus discederent Deo placuit? Nulla enim fuit dignitas, quæ ipsos discerneret, sed discrimen cepit ex Dei amore, quo gratis complexus est Abraham. Hic gratutius Dei fautor, sepe à Moysi Iudeis in memoriam reuocatur, ut Deuteronomij 4. 7. 10. 14. 32. & aliis locis: in quo ille iuste admisit his confitit in speculum nobis Deus propositum. Deut. 4. 7. poluit, quod nihil excellenter in Abraham terperiens hominem ignobli ac misero idololatria, eum tamen universo mundo pietulit. Porro hoc electio, sicuti circuncisio, totius populi communis fuit, qui sibi Deus Abraham semem cooptauit, sed fuit a terra quoque electio magis abecondita, quia sibi ex multis Abraham filii paucos Deus secernens, testatum fecit non omnes qui secundum carnem progeniti sunt ex Abraham, in spiritu- li generi censei.

P O P U L U M expulit.) Quicquid postea beneficiorum contulit Deus in Iudeis, ex illo gratuito favore, quo patres eorum complexus fuerat, Paulus manasse docet. Hec enim causa est, cur mirabiliter Dei virtute redempti, & eius manu in possessionem terræ Canaan adducti fuerint, tot gentibus in eorum gratiam propagatis. Neque enim res vulgaris fuit, terram suis indigenis obbari, ut iniquis exciperet. Hoc scaturigo est, & radix bonorum omnium, ad quam nos Paulus vocat, quod Deus patres elegit, hec eadem fuit Deo admirabilis tolerans causa, ne rebellem illum populum abiceret, qui lucis prauritate nullis alioquin le perdiret. Proinde ubi Scriptura veniam illius sceleribus datam fuisse commemorat, dicit Deum foderis sui memorem fuisse. D C R I N A L T Y M euectos fuisse, quum iniquilini essem, ut memoria repeatant, quā magna fuit et & splendida liberatio.

18 M O R A S eorum tulerit.) Græcum maiorem habet emphasis & gratiam verbum compostum, quo Dei indulgentia exprimitur, in sustinendo populo, quem peruvicacem & immortalem esse sciebat. Significat autem iterum Paulus, in causa fuisse Dei electionem, ut eius bonitas cum populi malitia contrastaret. Notandum est tamen, Deum populi electi, dum firmus stolidus in suo proposito, ita misericordus esse, ut rebelles nihilominus & impios fuisse rarus fuerit. Populo quidem pepercit, ne penitus ipsum extingueret, sicuti iure poterat, sed modum simul inuenit, ne inulta manarent sceleris. Atque ita implutum est illud Isaiae, Si fuerit

Hab. 10. e. 21 multudo quasi arena maris, reliqui salvi fient.

20 D E D I T illis iustices.) Hoc nouissima Scriptura profectos & gubernatores intelligit, hic autem aliud imminet erga Iudeos Dei Clementie & testimonium est, quod tam multis eorum defectionibus ignoruit, nam quæ breuer colligit Lucas, probabile est, clarissimus fuisse & verius à Paulo exposita. Scimus autem qualiter toto uno tempore fuit populi status, quum subinde iugum indomita petulantia excuteret. Sepe gravissimis cladibus isti clades fuit, mox tamen, quum humiliatus esset, ex tyranno hostium Deus eum eripuit. Ita per multas inmortes corporis eius incolumente seruauit totus quatuor seculi & dimidio. Atque hinc apparet, quām indignatioe spacio & abiecto Dei fauore seruint, nisi electionis constantia vies sit, quoniam enim nunquam fatigatus est Deus, qui centies foedifragis fidem ipse seruaret, nisi quia oculos in Christum suum conseruens, fundatum in ipso foedus non possit est intercidere?

21 I N D E postulauerunt.) Hoc verò mutatio pertinebat fuit, ac si constitutum ab eo regimen palam cuerte-
1. Sam. 8. rent, quod etiam Deus ipse apud Samuelum queritur. Sed obicitur fixa electionis stabilitas, ne pœnam tanta
2. f. 7. amentia dignam luerentur: modo prava & illicita populi cupiditas, noua & incredibilis Deo occasio fuit ergen-
1. Sam. 15. dredi regni, unde postea Christus prodiret quoniam enim factum est, ut scriptum veniret ad tribum Iuda, nisi
f. 18. quia populum Regis aetandi desiderium cepit. Et populus quidem impiorum, sed Dominus qui misericordia via
Gen. 49. nouit, noxiam illam verit in salutem. Quod Saul regno deiecit est, id ad coarguandam populi culpam specta-
b. 10. bat, sed mox regno in familia Davidis stabilito, fides vaticinio Jacob constituit.

22 I N V E N I David seruum meum.) Elogium hoc non tam in laudem personæ citatum fuit à Paulo, quām
vt Iudeos attentiores ad recte piendum Christum faceret, neque enim Dominus nulla ac leui de cœla animum suum Dau di addictum penitus esse testator, sed aliquid in eo singulare prædicat, ac cum tantopere extollens,
f. 18. vult in eius persona, si libelum mentes ad Christum extolleret. Locus autem ex Psalmio octuagessimo: ono
Psal. 89. sumptus est. Tantum inferuit Paulus quod illic non habeatur, sive DAVIDEM Ioseph filium, quod gratiam Dei
c. 21. amplificat. Nam quām homo pecuniaris esset Ioseph, mirabile fuit dei opus, minimum ex eius fratre, ex cuius
caulis extrahere, quem in regni solio locaret. INVENTIENI VERBO significat Deus hominem in se adeptum esse
vel nactum quālem volebat, non quid se proprio morte & inuidio comparauerit David, ut talis deo occur-
ret, sed locutio ex communione hominum more sumpta est. Sed quānatur, Quum David tam grauite lapsus sit,
quoniam deus continuo obediens testimonium illi reddat. duplex responsum est, nam ad continuum potius tenorem vite, quām ad singula Davidis opera respexit Deus, deinde non tam pro eius merito sic cum ornauit, quām in Christi sui gratiam. Certè vno sceleris gemitum fibi ac suis excidium meritus erat, & quantum in
2. Sam. 11. a. 1. ipso erat, preclusa erat via dei benedictioni, ne ex Bersabe aliud quām viperinū semen tolleret. Atqui tam fœ-
d. 42 & 15. dum eius scelus, in morte Vrzes, mīo dei consilio in contrarium suum cedit, quia ex inaupicato illo & perfidiq
pleno, multus deinceps maculis iniquitato coniugio nascitur Solomon. Quanuis autem gravissime peccaverit
David, tamen toro viri cuius deum sequitur est, sive exceptione laudatur, quod in omnibus obediens
Matth. 22. se præbuerit deo. Quanquam (ut iam dictum est) alii nos deducit Spiritus, immo communis fidelium omnium
c. 22. vocatio in Christo capite hic nobis depingitur.

23 S E C U N D U M promissionem.) Confirmat hæc etiam particula, quod iam aloquories dictum est, in mittendo Christo habitat à domino fuisse solius fidei & bonitatis sue rationem. misit enim, quia promiserat. Quemadmodum autem promissio gratuitam fuisse salutem testis est, ita simul non vulgarem Euangelio fidem conciliat: quia hinc patet, non repente prodiisse Christum, de quo nihil unquam audiret foret. sed qui olim ab initio promissus erat, nunc suo tempore exhibuit. exterum promissiones quas hic obiter artigat Lucas, satis celebres ac nota sunt. Inter Iudeos autem quoridianum sermonem adeo tritæ erant, ut vulgo Christum non aliter vocarent, quām filium Davidis. Ieclam dicit ex CIRCA T Y M fuisse Israeli, quia tametsi totius mundi salus est, in pri-
Ro. 15. b. 3. mis tamen minister fuit circumcisio, ad promissiones, que Patribus date erant, splendidas. Hebraicum no-
men IESV, Græcum τΟΝ ΙΗΣΟΥΣ expressit. Ita bis dixit idem, non est tamen superflua repetitio: quia monere voluit
christum ei ipsa esse, & præstare quod nomen illi diuinitus voce Angeli impositum sonat.

24 Postquam Ioannes predicasset ante faciem ingressus eius, baptisnum p̄enitentie toti populo Israe.

25 Quum autem impleret Ioannes cursum, dixit: Quem me arbitramini esse? Non sum ego. Sed ecce veni post me, cuius non sum dignus subligacula pedem soluere:

26 Viri fratres, filii generis Abrabae, & qui in vestimenta Deum, vobis sermo salutis huius missus est.

24 Scimus quale fuerit Ioannis officium, nempe, viam Domino parare. Ideo testimonium eius adducit Paulus, vt Iudeis prober, non fictum se, sed verum Dei Christi sicut probare, quem celebravimus ille praeco iam ante commendauerit. non quod ad tei tanta probationem sufficiat hominis testimonium: sed Ioannis alia erat ratio, quem fuisse Dei Prophetam passim omnes ferre persuasi erant. Hinc ergo testimonii authoritas, quod praeco est calo missus, non priuatus quipiam de Christo verba facit. Duo autem summatum recitat Paulus de Ioanne, quod Baptismum p̄enitentie docuerit ante Christi adventum: deinde quod utulum & honorem Messiae vitro a se reiciens Christo cesserit.

B A P T I S M U M p̄enitentie.) Baptismus præter Legis ritum & morem inductus magnæ fuit mutationis symbolum. neque enim ante Christi adventum quicquam nouare fas erat. Habebant quidem Iudei in Lege suos baptimos, qui & ipsi p̄enitentiae exercitia erant, sed Ioannes noui & insoliti baptismi author fuit, vel potius minister, qui ipsi instauratio diu sperata & desiderata ficeret. Quum BAPTISMU M p̄enitentie vocat, non excludit peccatorum remissionem, sed loquitur pro circumstantia loci, quod baptismus iste, præparatio fuit ad Christi fidem. Et notanda est locutio, quod P R A D I C A V I T baptismum: qua moneatur, tunc ritè ad ministrari Sacramenta, quam ad visibilem figuram doctrina quoque accedit. neque enim os Baptista mutum esse decet: quia inane est sine doctrina signum.

25 Q u y m implere Ioannes cūsum.) Secundum membrum testimonii, quod Ioannes stadii sui metæ vicinus, discipulos Christi remisit. Pius enim baptisimo rudimento eos formauerat, tunc autem de manu (quod aiunt) in manum Christi eos tradidit. Interrogatio autem hac Q u y m me arbitramini esse? non est dubitanter. Reprehendit enim Ioannes & obiungit Iudeos, quod nullum illi Messia honorem deseruent: quāquam vno contextu legi potest, Non fui quēm esse me puratis: altera tamen lectio receptior, vt etiam plus vehementer habet ad refellendum errorem. Porro longè plus fidei meretur eius testimonium, quod oblatum sibi honorem, quēm non sine plausu accipere poterat, sponte repudiari, & alteri accedit. Non potest certè suspecti his esse ambitio, nec vi capitulo, quā fidem veribus derogat.

E c e b e venit.) Hoc est, venturus est: phrasis Hebraica, satis trita etiam in Nōvo Testamento. Quum se indiguum futurum, qui c o r r i g a s soluat ex calcēs Christi: priuernalis est figura, quā se extenuat quantum potest, ne sua magnitudo Christi gloriam obscureat. quod enim illi mandatum erat, fideliter curare volunt, vt foliis Christi præcellerent. se ergo quantus quantus est, præ illo nihil esse dicit. Quānus enim Dei seruus sua constet dignitas: vbi tamen ad Christi comparationem ventum est, redigi in nihilum eportet omnes, vt ille unus emineat: sicuti euangelice stellas omnes videamus, vt foliū fulgori locum cedant.

26 V I R I F R A T E S .) Iterum Iudeos ad amplexandum Christum Paulus extimulat. hoc enim non parum in eorum animis debebat studii & attentionis excitare, quum audirent de salute sua agi, & salutis nuntium sibi propriè destinatum esse. F I L I O S Abrahæ vocat, non tantum honoris causa, sed vt se vitæ æternæ hæredes agnoscant. ac tam blandè eos compellat, ne durum sit à Sacerdote & Scribis quos venerabantur, discessiōne facere: quod necesse erat, vt Christum admitterent. Porro memoria tenendum est, quod superius docui: quānus Gentibus aperta efficiua regni celorum, nondum tamen è suo gradu deiectos fuisse Iudeos, quin primogeniti censerentur in Dei familia. Ergo S A L V A T E M illis missam esse dicit, quia ordine priores erant. quia tamen carnale genus non multum per se habebat momenti & multorum se prodebat impietas, specialiter compellat Paulus veros Dei cultores, significans frustula verba fieri, nisi in eorum cordibus regnet Dei timor, qui ea excipiat, exceptaque foueat. Notandum hoc elogium Euangelij, quod dicitur S E R M O salutis. quare pluquim ferrea sit eorum durities oportet, quos sua dulcedine non allicit. Ceterum, quānus tale sit natura, reprobis per accidens sit odor mortis in mortem.

27 Nam qui habitabant in Ierusalem, & principes eorum, quum eum ignorarent, & voces Prophetarum, que Sabbathis omnibus leguntur: eo damnato, has impluerunt.

28 Et quum nullam causam mortis inuenissent, Rogarunt Pilatum ut eum tolleret.

29 Et postquam impluerunt omnia qua de ipso scripta erant, sublatum ē ligno posuerunt in monumentum.

30 Deus autem suscitauit eum ex mortuis:

31 Qui viu⁹ fuit per dies complures his qui ascenderant cum eo à Galilæa Ierusalem: qui fuit testes eius ad populum.

27 Prudenter & opportunè scandalum occurrit, quod fidem eorum morari poterat. nam Ierusalem sanctuarium Dei erat, sedes regia, s̄ons veritatis, & lux totius mundi. aqui illi occisus fuerat Christus, nihil porro in specim absurdius videri poterat, quām eum suscipere, qui ē templo Dei electus foret: & aliunde pertere salutis doctrinam, quām vnde prodicaram Deus ipse testatus fuerat. Addes, quod credendo in Christum, discessio fieri videbatur ab Ecclesia. Ac proinde vna haec obiectio ad refutandum Pauli concessionem satis erat valida. Quid nobis sub praetextu diuinī foederis hominem obtrudis, quem principia pars sancti populi damnavit? Hoc scandalum auerit Paulus, ne Euangeli cursum retarderet. neque id modò, sed id retorquet etiam in diuinas partem. Quia enim Ierusalem contempnit & reiecit, fuerat vita author, Antiochenos Paulus hortatur, saltem qui inter ipsos Deum timent, vt eum tantò alacrius suscipiant. nam hoc indicat causalispaticula: ac si dixisset, Quandoquidem Ierusalem bonum suum non agnouit, vos magis expergasceri & accendi conuenit, ne eadem in vobis ingratitudo & prauitas reperiatur. Sed alia ad tollendum scandalum ratione vitur, quod scilicet adeò nihil eorum impietas diuinæ Christi præstantia derogaerit, vt potius ad eam comprobandum & stabiliendam valere debeat. Vnde enim melius perspicitur Christus, quām quod in eo impletū est quicquid in d. 23. 26.

Lege & Propheticis fuerat prædictum? Porro, quid consequuti sunt Christi hostes, nisi quod in eo conspicua refutari Scriptura veritas? Christum reprobari a præcipuis oportuit: sic enim prædictum fuerat, Psal. 118. Lapidem quem reprobabant archiefti, hunc Deus in caput anguli constituit. Christum oportuit damnari inter noxios, vt nos coram Deo absoluferet: illi imponi peccata nostra, vt nos ab illis expiaret: immolari in cruce, Isa. 53. a. 4. vt vmbra tales Legis victimæ cœfarent. Nam & hac continebat Scriptura Isaie 53; Danielis. 9. Ergo populi duces, quod maiore imperio Christum extinguerent conati sunt, re ipsa probarunt ipsum esse Christum, & mirabiliter eos frustari est Dominus, vt obstinata eorum impietas fidem piorum ædificet magis quam diruat. Eiusdem fœtus generis sunt scandala omnia, quæ à Christo infirmas & leues animas abducunt. Nam si proprius expperderent totum operis Dei progressum, confirmationis materia esset, vbi labascunt. Fit ergo vt plurimum nostra fœcordia, vt Icandalis turbemur, quia torus aut luciferos oculis inuentores quæ ad Christum pertinrent, quod album est, nigrum esse imaginamus. Videmus autem vt nihil Paulus dissimulet, sed ingenuè profiteatur quod res est, Christum non tantum hominibus gregariis, sed primoribus etiam inuisum fuisse: nec fuisse à paucis explosum, sed oppræsum impia torus populi conspiratione. Durum & odiosum id primo consti-^{ctu} erat, sed validiore machinam Paulus opponit, quod illis initius Deus tanquam Lydio lapide vius est, ad quem Filium suum probaret. Quam eadem quoque nunc Euangelii sit conditio, nec pudeat nos cum Paulo fateri, in perbos mundi principes, & qui in ecclesia primatum tenent, infellos esse Christi hostes, quando id in Christi gloriam potius quam probrum cedit, sic enim implerit Scriptura.

(Quod vobis eum ignoraret.) Tametsi delibera malitia Principis ad Christum opprimendum impulit, verè tamen Paulus ignorantia imputat, sicut alibi, quum dicit, Absconditam esse mundi principibus Euangelii fa-^{1. Cor. 2. b.} pientiam, quia aliqui Dominum gloriae nunquam crucifixissent, 1. Corinth. 2. Tumultuole enim phrenes consimilis est impiorum malitia, & videndo non vident. Ceteri fana mente & luce Spiritus priuatos fuisse dubium non est, quia bellum cum Deo in suum perniciem susciperere non dubitavunt. Scriptura quoque incertitatem illis exprobriat. Et ne quis exciperet, de re ignota vel obscura eum loqui, simul addit, non alias se prophetias iactare, quam quæ Sabbatis omnibus leguntur. ac si diceret luculenta esse & rudissimis quibusque nota Scriptura oracula, quæ ipsos latuerint. Hoc modo admonet Paulus quam prodigiosa fuerit eorum incredulitas, vt auditoribus detestabilem reddat. Docemur autem tali exemplo, etiam si Dominus nobis per Scripturam illuceat, non omnibus tamen esse oculos. Postea etiam etiam fuit gentis stupidas: quemadmodum alibi Paulus dicit, velam ante oculos positum esse, vt presente Mose non videant. Inter ea notandum est, ad Scripturam nos reuocari, ne magnorum hominum authoritas nos decipiat, nec est quod sibi quisquam ex præcepto aliorum sensu præiudicium faciens, absolu se putet. Horatius enim Antiochenos Paulus, vt contra larvatos Ecclesiæ prefles ex Scriptura iudicent. Ideo enim data est vt legatur: lectio autem non frustra à Domino instituta, sed vt inde p[ro]i omnes proficiant, ac iudicent quid rectum sit.

Hanc impluerunt.) Ita videmus non creaturas modò sensu carentes, sed diabolum quoque & omnes impios subfessus Dei prouidentia: vt quod apud se decreverit, per ipsos exequatur. Idem 3. capite habuimus, & 4. quum maximè ruerent Christi hostes ad eum perendum, minimè tamen quod volebant, adeptos c[on]se: sed potius quod Deus suo consilio statuerat, effectum suis manibus reddidisse. Id verò ad commendationem diuinæ veritatis non parum facit: quod non modò ad præstanta quæ promisit, satis sit ipse potens: sed qui in nihilum redigere conantur eius consilia, his stabiliendis operari suam, licer inuiti, impendant. Quomodo enim nō stare Dei veritas, quam summi hostes implere coguntur? Prudentia tamen hic opus est, ne Saranum cum Deo miliceamus. neque enim idea excusabiles sunt Iudei, quod Scripturam impluerint: quia prava eorum voluntas consideranda, non euentus quem minimè sperarunt: imò qui miraculi insta haberit debet. Si eorum opus per se spectetur, Deo penitus contrarium est, sed quemadmodum Deus in sole & reliquis planetis oppositos motus & inter se confligentes miro artificio temperat: sic peruersos impiorum conatus occulta virtute in diuersum quam putabant ac volebant finem dirigit, ne quicquam faciente nisi quod voluit. Ipsi quidem, quo ad se, contra eius voluntatem faciunt: sed modò quodam incomprehensibili succedit pro Dei voluntate. Quum hic cursus sit præter naturam, non mirum, si carnis prudentia non sit visibilis. Quare cernendus est fidei oculo, vel potius reuerentia adorandus: canes autem qui contra oblatrant cum sua perculantia spernendi.

28 (Quod causam non haberent mortis.) Magni ad rem intererat vt seirent Christum immerito fuisse occisum, neque enim iustitiam nobis peperisset morte sua quam pro suis maleficiis passus foret. Innoxium itaque fuisse oportet, cuius mors expiatio sit pro peccatis mundi. Nec verò dubium est: quin Paulus ad liquidū exposuerit, Pilatum non pro judicis officio Christum damnasse, sed improbus populi flagitationibus victimam annuisse, vt motu traduceret: & simul Iudeos libidine non ratione impulsos ad expetendam Christi mortem. Terrendi enim erant auditores, ne tam nefario sceleri se adiungenter facios. Sed quæ ille cuncta iusta narratione prosequitur est. Lucas nunc suo more paucis verbis perstringit.

29 (Quod vobis perfecissent omnia.) Quæ scilicet Deo per ipsos fieri placuerat. Sic enim Christum tractarunt, vt nihil defuerit Scriptura vaticinum. Hoc modo tollitur offendiculum quod ex crucis ignominia concipi sensus carnis, non fuisse permisum Dei filium vexano furori: fed Patris decreto morem gestisse. Porro ex Scripturis liquet, quænam olim destinata ei fuerit conditio. Quod dicitur Christum ab eisdem s. 2. p. v. 1. t. v. m. qui eum occiderant, viderunt cum Euangelica historia pugnare: fed fieri posset, vt Lucas Sepe- liendi verbum indefinitè accepiterit. Quod si ad eisdem referre velis, erit synecdoche. Pilati enim permisum sepultus est, arbitrio autem Sacerdotum appositi fuerunt sepulchro custodes. Et si ergo Ioseph & Nicodemus sepulture Christum mandarunt: improris Iudeis, neque tamen absurdè id tribuitur: quia h[oc] consilium Pauli non est officium laudare, sed probare Christi resurrectiōē: quia quem sepulchro includum hostes custodiebant, Deus inde abstulit. Significat ergo, non clam nec furim sublatum fuisse Christi corpus, sed in loco celebri & hostibus cognito fuisse positum, adeoque eos custodię præfuisse, neque tamen repertum. Vnde colligimus certa resurrectio.

30 (Deus suscitauit eum.) Mors quidem Christi pitorum fuit salus, sed cum resurrectione coniuncta, ideo in hac secunda parte diutius Paulus insistit. Nunquam enim auditoribus suis persuaserit, petendam à morte salutem esse, nisi in Christo suscitando apparuerit Dei potentia.

31 Postquam Christum sepulchro, quod à conductis hostium ministris obsidebatur, egressum fuisse di-^{t. 5.7.} t. 5.7. xii: nunc subiicit, à multis discipulis fuisse visum, qui audele testimonium populo reddiderunt, t. 5.7. autem vocat, vel officij respectu: quoniam ad hoc electi erant, sicut capite primo dictum est: vel simpliciter indicat, publicè & liberè de Christo professos esse quod sciebat. Vnde sequitur, r[ec] Ierofolymæ probè fuisse testa-^{tum.} Probatio autem ista non levius erat, quod in formidabili hostium potentia, qui ad resistendū prōpt[er] & ardentem nihil

nihil omittabant, tamen extiterant qui palam asserterent Christum resurrexisse, & quidem oculati essent eius testes. nam si qua fuisse ad manum refutatio, eam minime Scribi neglexissent.

32 *Et nos vobis euangelizamus, quod promissionem patribus factam*

33 *Deus impleuerit filii eorum, nempe nobis: excitato Iesu, sicut in Psalmo secundo scriptum est, Filius mens es tu, ego hodie genui te.*

34 *Quod autem excitauerit eum ex mortuis non reuersarum posse hac in corruptionem. sic dixi: Dabo vobis sancta David fidelia.*

35 *Propterea & alibi dicit: Nos permittes sanctum tuum videre corruptionem.*

36 *David quidem quoniam sua etati inservisset, consilio Dei obdormiuit: & appositus est ad patres suos, vidique corruptionem.*

37 *Quem autem Deus excitauit, non vidit corruptionem.*

32 *Vobis euangelizamus.) Iam sibi munus & honorem Apostolicum vendicat, ut tranquam legitimam Dei minister audiat. Legationis vero sibi iniuncta summam esse dicit, exhibitum suo seculo fuisse, quod Deus olim promiserat. Paucis autem veribus multas res & magnas comprehendit. Primo significat nihil se nouum, vel a lege & Prophetis alienum ingerere: sed eius doctrinæ complementum pafacere, quam ipsi divinitus tradidit esse factabantur & perfici erant. unde sequitur, non posse ab illis recipi quod proponit, quin foedus cum patribus à Deo sancitum, quantum in se erit, abrogent. deinde fidem Dei commendat, quia nunc denunz ipso constet, nihil temere vel frustra olim fuisse pollicitum. sed præcipue magnitudinem excolit gratia in Christo demum exhibita. Notanda enim inter ipsos & patres comparatio, quum dicit adeptos esse quod promissum fuerat patribus, nam quod liberalius in ipsis effusa fuit Dei bonitas, eò tredicor ipsorum ingratiudine futura est, si inastimabile bonum aspernari fuerint aut fastidierint. Quid enim hoc aliud esset, quām thesaurum sibi ad manus posse, adeoque in finu depositum, ad pedes abiicare, cuius spem procul ostensam reverenter amplexi sunt patres. & tota vita patienter souerint? Sed queritur de is qui sub Lege viveunt, an non ipsi quoque promissionum fuerint compotes? Respondeo, talem eiudem inter nos gratia societatem esse, qua tamen longe distant, an non impedit. Sed Paulus hoc unum intelligit, suspensum quodammodo fuisse eorum fidem, donec Christus apparuit, in quo omnes Dei promissiones sunt. Etiam & Amen: sicut docet ad Corinthi. Eiudem ergo regni celestis heredes sumus, & confortes spiritus suum bonorum, quibus Deus filios ornat: amoris etiam lui gustum illis Deus in praesenti vita praebuit, sicut eum nunc gustamus. Sed Christus qui vice eterna & bonorum omnium substantia est, illi tantum promissus erat; nobis datus est: & eum tanquam procul ablenitem expetebant, nos praesentem obtinemus.*

33 *F I L I S E O R V M , N E M P E N O B I S .)* Certum est de naturalibus filiis loqui Paulum, qui originem à sanctis patribus ducebant, quod ideo notandum est, quia fanatici quidam omnia ad allegoriam trahentes, nullam hic generis, sed solius fidei rationem habendam ostendunt. Tali autem commentio lacrum Dei secundum exinanunt, ubi dicitur: *Ego Deus tuus & seminus tuus. Sola, inquit, fides est, quæ efficit Abraham filios.* Ego autem contraria excipo, qui Abraham filii nascuntur secundum carnem, spirituales quoque censerit Dei filios, nisi sua infidelitate degenerent. Romi enim natura sancti sunt, quia ex sancta radice progeniti, donec virtus suo profanescant. Et certè consilium Pauli est Iudeus ad Christum alliceret, quod vt fiat, præstigio discerni eos, & eximi ab ordine vulgari eportet, neque inde sequitur quod odiosæ obiectant nebulones illi; carnali semini alligatum esse Dei gratiam, quia etiæ hereditatem huius posteris Abraham vita promissio: multos tamen priuauit sua incredulitas. Facit ergo fides, vt ex magna turba, in filiis pauci censeantur, pei fidem vero Deus suos segregat. Atque illa duplex est electio, cuius ante memini. Alteratorius gentis peræque communis: quia prima Dei adoptio totam Abraham familiam complectitur. Altera que restrainingitur ad arcanum Dei consilium, & fide tandem sancitum, vt penes homines rata sit. Ritè ergo Paulus Iudeus præstitum esse contendit, quod patribus Deus promiserat, nam ipsis quoque promissum fuerat, sicut Zacharias in suo cantico personat, Iustiendum quod iurauit Abraham patri nostro daturum se nobis, &c. Neque tamen obstat gentis illius dignitas, quin simul in totum mundum se diffundat Christi gratia: quia sic primogenitus prius occupat honoris gradum, vt secundum tamen locum relinquit fratribus, nam quid veteri populo abdicato, vacua Ecclesiæ possit sibi extraneis teliæta fuit, noua colligenda ex Gentibus Ecclesiæ coepit esse occasio. quid si ille in fide sterret, in communem honoris societatem adiunctæ fuissent Gentes.

S V S C I T A T O C H R I S T O .) Hic Suscitandi verbum, meo iudicio, latius patet quam ubi post repetitur. Neque enim tantum dictum Christum resurrexisse à mortuis, sed diuinatus ordinatum, & quasi manu Dei proclatum in lucem, vt Messia partes implerer, sicut passim docet Scriptura, excitari à Domino Reges & Propheras, nam verbum aera nostra hoc sensu interdum capitur. Hac autem ratio me mouet, quid Deus filium suum in mundum mittendo, promissionem olim seruus suis datum exhibuit ipso effectu.

S T C V T E T I N P F A L M O S E C V N D O .) Tametsi in numero contentunt Graeci codices, non tamen prætereundum quod Erasmus admonet multos ex verbis Psalmmum primum legisse. Et fieri potest vt Lucas ita scripserit, nam qui hodie secundus Psalmus habetur, non sine ratione primus vocari potuit, quando Psalmum primum probabile est Scribis & Sacerdotibus (quorum opera in vnum corpus collecti sunt Psalmmi) prætemij vice fuisse additum. Neque enim ascribitur nomen authoris: & tantum ad Legem Dei meditandam hortatur. Sed in ea re non multum est momenti. Hoc enim præcipuum est, vt sciamus quam propriæ & quomodo ad præsentem causam Paulus testimonium ex Psalmo supremum accommodet. Non negamus, Danihel illuc quoniam hec vnde peti videbat, & plus esse in hostibus suis potentia & roboris quam vt pat est refertur. Dei præsidium opponere, quem sibi regnandi esse authorem sciebat. Sed quum figura esset veri Messiae, scimus in eius persona nobis adumbrata esse quoniam non nisi in Messiam solidè competent. Et contextus satis evincit non similem nudamque gratiarum actum onem, quæ regno Davidis conuenient, sed altius illuc variuinum contineri. Vix enim centesimam gloriam partem quam illis prædicat, Davidem in sua vita libasse fuisse notum est, quæ de re plura diximus super in caput 4. Nunc proprius intueamur verba. Vocantur quidem Reges in commune filii Dei Psalm. 82. Sed quum Dei consilium sit Davidem Regibus alii præferre, & exire illorum numero, hic honoris titulus εατζχιο illi præ aliis omnibus tribuitur: non quid tantus honor propriæ in persona eius residat, quia hoc modo Angelis quoque præstantior esset, vt habetur ad Heb. capite 1. Itaque Christi respectu, cuius imago erat, tam magnificè ornatur, vt eum Deus non vulgarem nec aliquem

2. Cor. 1. 2.
d. 19. 20.

Gen. 17. 8. 7.
R. o. n. b. 16

ex multis, sed quasi vnguentum Filium agnoscat. Sequitur probatio, Quia Deus ipsum generis, quum regnum stabili et in eius manu, neque enim hominum indultria id factum est, sed Deus iniunctam manus suæ virtutem è celo excusit, unde palam constaret ipsum diuino consilio regnare. Ergo genitura ista cu.us meminit, ad hominum sensum vel notitiam referi debet: nempe quod palam tunc cognitum est, genitum fuisse à Deo, quoniam inabilitas regni iobum prater omnium spem concidens, & ex electis Spiritus viuere innumeratas fregit conspicuit: quia regnare non poterat, nisi gentibus omnibus vicinis sub iugum coactis, quasi subacto quodam mundo. Nunc ad Christum veniamus. Non prodit certè in nundum hinc testimonio, quo se filium Dei probaret, compicua enim fuit eius gloria, qualis decebat virginatum Dei, sicut habetur Ioh. 1. b. 14. & passim iactat se Deum habere testem ac vindicem huius honoris. Genitum ergo Deus Christum, quum ei certas notas insculpsit, unde vera & expressa illius effigies & Filius agnosceretur. Neque tamen hoc obstat, quoniam Christus sapientia sit, ab altero Patre ante tempus genitus; sed illa arcana est generatio, nunc autem predicit David manifestatum fuisse hominibus: ita relatio est, ut diximus, ad homines non ad Deum: quia quod ab conditum in Dei corde erat, hominibus palam innotuit. Et elegans et figura, quod non natus clare testata sanctificata fuit Christi divinitas, quām si ante hominum oculos genus à Deo foret. Scio Angustini arguit plerique magis placere, quod hodie per perpetuum noverit. Aliqui vbi Spiritus ipse Dei interpres suis est, & quod per Davidem dixerat, per os Pauli exponit, nobis fas non est aliud ieiunii commissari. Cē Rom. 1. a. 4. terum, quum eodem Paulo teste, Christus in potentia manifestatus fuerit Filius Dei, quum relin exiret à mortuis, colligimus hoc primarium fuisse celestis excellentiæ specimen, & tunc Pater verè eum in lucem exultit, ut mundus ab ipso genitum esse feret. Quanvis ergo suscitari Christus à Deo cōpēret, quando prodiit in mundum, refutatio tamen quasi iusta, & plena suscitatio fuit: quia quoniam prius exinanitus esset forma seruata accepta, tunc vita mortis, & dominus vita emersit, ut nihil ad maiestatem Dei Filio, & quidem vnguento, dignam illi esset.

34 Non reueretur post hic.) Alterum nunc membrum attexit, Christum semel excitatum à mortuis, ut eternum vivat, quemadmodum Paulus docet Rom. 6. Non amplius moritur, nec amplius mors illi dominabitur: quia vivit Deo. Perquam enim tenuis & frigida esset fiducia ex Christi resurrectione concepta, si adhuc interitus aut illa mutatio eum maneret. Ergo ingressus esse dicitur regnum Dei, ut perpetuo viuens suos quoque eternam felicitate donet. Nam quia nobis resurrexit Christus ponit quodammodo sibi, perpetua eis vita quam illi pater contulit, ad nos omnes extenditur, ac nostra est. Videtur tandem locus illius qui hic adducitur, ad probandum Christi immortalitatem nihil facere, Dabo vobis sanctum. David fideliter. Sed non ita est: nam quod de redemptione Davidi promissi loquatur Isaías, & eam scilicet fidelem ac fixam fore assertat, hinc rite colligimus, immortale Christi regnum in quo fundata est exeritatis salutis. Græcos autem interpres sequuntur est Paulus quoniam sancta pro misericordia posuit etes sed, quod mansuetum, benignum & clementem significat, Graci solent sanctum reddere. Ideo hoc loco "D. u. d.", veleunt sancta Davidis, quoniam petrus intelligat Propheta promissum Davidi gratiam. Sed hoc rudibus & infimis concepit Paulus, qui Gaca lectioni magis affuerant: præsertim quoniam vis testimoniorum alibi sita esset. Hoc enim in lumina vult Paulus, Si eterna est gratia, quoniam Deus in Filio daturum pronuntiat, vitam filii similiter eternam esse, nec mutationis obnoxia. Tenenda est enim regula, quod omnes Dei promises in Christo sunt Etiam & Amenias proinde vigere nequeant, nisi eas viviscerent.

35 Non permittes sanctum tuum.) Hic locus à Petro etiam adductus fuit, in prima concione quam supradicta retulit Lucas capite 2. vbi eum expouit, illuc igitur letores referantur. Tantum hoc breviter attingam, duas voces Hebreas pro sepulchro ponit à Davide, ut triceps apud eum repetitiones, quarum prior deducitur est à concupiscentia, quia sepulchrum tanquam guiges infatibilis omnia deuoret: altera vero à corruptione. secundum hanc etymologiam, fideliter Græce expressus est sensus Davidis. notatur enim sepulchri qualitas, quoniam mortuum cadaver recipit, & quasi absorbet, ut illic putrefaciat, & tandem consumptum pereat. Id in Christum solum competere affirmat Paulus, quod seruitus à corruptione innunis fuerit, nam quod eius corpus in sepulchro fuit conditum, nihil propterea iuris habuit in ipsum corruptionem, quoniam illuc integrum non fecerat in lecto iacuerit usque ad diem resurrectionis.

36 DAVID QVM ETATIS VERA INFERNISSE.) Ne quis obiceret, illuc agi de Davide, matrem occurrerit Paulus, non conuenire hoc omni ex parte Davidi, cuius cadaver putredine in sepulchro consumptum fuit. Restat ergo, quia singulare sit istud Christi priuilegium, de eo vaticinatum in Spiritu fuisse Davidem. Inter ea notanda est inter membra & caput proportio, nam sicut plena & absoluta huius vaticinii veritas in Christo solo tanquam in capite exiret: ita in singulis membris: iuxta cuiuscumque modum & ordinem locum habet. Quoniam autem in hunc finem resurrexit Christus, ut corpus nostrum humile conformeret corpori suo glorioso: haec legem piii in foueam descendunt, ut eorum corpora putredine non abfumant. Ergo secundum spem futuræ liberationis David iure prædicat, se corruptionem non velutum, neque enim corruptione penitus censes debet, cui parata est melior intuitoratio: ideo enim putrescat fidelium corpora, ut beatam incorruptam onus suo tempore induant. Sed hoc non obstat, quoniam longè dispar sit capitum & membrorum conditio, & nos Filium Dei procul & leniter subsequamur. Nunc videmus virtutem esse verum, & congruerent dici, quod David & reliqui fideles quatenus suo capiti conformes futuri sunt, non sint visui corruptionem, & tamen viuis Dei Filius in solidum à corruptione liber & innunis fuerit. Notanda est locutio, quoniam dicit Davidem ETATIS VERA INFERNISSE, vel hominibus sui temporis. secus distinguat vetus interpres, & quedam Græca exemplaria suffragantur, nempe quod David erat sua seruitor Dei voluntati que lectio tametsi probabilis est, non tamen facit ut a diversa auellat. neque vero supereruacum est vel frigidum, obdormisse Dei voluntate vel cōfilio: quia significat, Deum in morte Davidis non fuisse oblitum illius vaticinii: ac si diceres, non sine Dei consilio Davidis corpus in sepulchro iacuisse donec resurgeret, ut suspenitus indueret prophetiaz effectus usque ad Christum. Si non displiceret quod profero, hinc monemur quorums homines viuant in mundo, ut feliciter alij alios mutua communicatione iuuent. Neque enim sibi quisque natus est, sed inter se quasi sacro nexu colligatum est humanum genus. Ergo nisi leges natura euerteat libeat, meminerimus non priuatum nobis viuendum esse, sed proximum nostrum. Sed quegitur, annon curanda sit etiam posteritas? Respondeo, Piorum quidem ministerium poteris etiam utile esse: quemadmodum hodie sanctissimus Davidem mortuum plus nobis prodest, quiam magnam eorum partem qui nobiscum viuunt: velut simpliciter intelligit Paulus, fideles tota vita cursum proximi se & sua officia impendere, mortem vero illis esse, quasi metam, quia tunc perfuncti sunt, quoniam eos Dominus è mundo euocat. Summa est, seculi nostri habendam primò effrationem, ut fratribus nostris seruamus quibuscum vita societas nobis est: secundum autem dandam esse operam ut ministerij nostri fructus

fructus ad posteros quoque redudet. Quum hanc legem seruis suis prescribat Deus, non potest excusari eorum temeritas, qui mortuos fingunt pro nobis orare, & Ecclesie non minus seruit, quam dum viuerent.

C O N S I L I O Dei obdormit.) Poterat simpliciter dicere Paulus, mortuum fuisse Davidem: addit **C O N S I L I O** Dei, ut sciamus in Prophetia persona non fuisse completem, quod in Psalmis legitur. Monemur tamen similiter praefixam diuinitatem nobis esse vitam & mortis metam, Psal. 90. habetur, Eritis homines, & transire factis, postea dicas, Reuertimini filii hominum. Quinecum hoc scire docet Plato, ex qua est: ut non nisi Dei arbitrio migrant homines de terra, cuius manu in ea, tanquam in statione, ad tempus locata sunt. Ideo autem de morte Davidis verba faciens nominatum consilij Dei meminit, ut sciamus non fortunata illi accidisse corruptionem, quasi Deus sui promissi oblitus foret: sed Dei providentia factum, ut vaticinium alio transferendum esse scirent fideles. DORMIRE ET APPONI ad patres, formula sunt loquendi notiores & magis tutas, quam ut explicationem requirant.

38 Notum ergo sit vobis, viri fratres, quod per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur.

39 Et ab omnibus, i quibus non potuisti in Lege Mosis iustificari,

40 In hoc omnis qui credit, iustificatur.

41 Vide et igitur, ne enemis super vos quod dictum est in Prophetis:

42 Vide et contemptores, & admiramini & euangelizate: quia opus ego facio in diebus vestris, opus cui non creditis, si quis enarraret vobis.

38 Notum ergo sit vobis.) Postquam modum exposuit, quo pars est salus per Christum, nunc de eius officio virtutemque differunt. Atque hoc sumnum est caput, quid nobis bonorum attulerit Christi adventus, & quid ab eo sperandum sit, tenere. Quanquam autem uno verbo Lucas attingit, Paulum de Christi beneficiis concionatum esse: non est tamen cur quicquam dubiter, res tantas pro sua dignitate, grauitate & splendide tractatas esse. Hoc verbo NOTUM sit vobis, significat Paulus nihil obstaculo fore praeter discordiam, quominus restam clara & aperta illis innoscatur: ideoque, absurdum esse, ut fideles lateant quae per Christum exhibita fuerint Dei beneficia, missus enim est cum honoris Euangelii preconio, quod exaudire fides nostra debet, ut certum bonorum eius possessionem adest, qualis enim sit, tenendum est, ut eo vere fruamur. Primo loco ponitur remissio peccatorum, qua nos sibi Deus reconciliat, eam quoniam tibi p. puto suo annuntiari velit Deus, omnibus necessariam esse demonstrat. Neque enim unum vel alterum Paulus alloquitur, sed quicunque Antiochii Iudei erant. Primo igitur loco habendum est, nos omnes inimicos esse Deo per peccata. 2. cap. ad Colos. col. b. 3. Vnde lequitur arceri omnes a regno Dei, & morti aeternae addictos, donec in gratiam nos recipiat Deus gratuaria peccatorum remissione. Hoc etiam notandum est, Deum ignorare nobis peccata, & propitium reddi per mediatorem, quia extra eum sicuti nulla est expiatio, ita neque venia aut solucio reatus. Haec fidei nostrae rudimenta sunt, quae in Philosopherum scholis minimè discuntur, Totum genus humanum dampnatum esse, & peccatis obruptum: nullam esse in nobis iustitiam que Deo nos conciliat: unica spem latutis in eius misericordia residuum esse, dum nos gratis absoluimus, manere autem sub reatu, nisi qui ad Christum conseruent, & in eius morte expiationem querunt a peccatis.

Er ab omnibus?) Tacite praeuenit quod videri poterat superiori doctrine aduersum. nam quotquot erant Legis ceremoniae, totidem erant ad conseqvendam peccatorum remissionem exercitia. Iudeis ergo promptum erat expiri. Si solus hic Deus nobis propitiatus aboliris peccatis, quos sum tot ablutiones & piacula, quibus hactenus ex Legis prescripto vbi sumus? Ergo ne Iudeos remoretur Legis ceremonia, Christum Paulus praeferat docet, quod illi non poterant, non quod tam breuiter & concisè loquitus fuerit Paulus (neque enim spes erat, Iudeos subiecti abiecta legalis iustitia fiducia, ad Christum venturos) sed summam eorum quae iusto ordine tunc docuit, Lucas satis habuit perstringere. Sensus autem est, sublatum à mediatore fuisse obstatum illud Iudeis in quo herabant. Lex quidem ceremonialis, pedagogia esse debuerat, quae ad Christum eos manu ducere ritus omnes à Deo praecepit adminicula erant iuvanda & propinquende eorum fidei data, sed ut prepostere sacra Dei instituta corrumpere hominibus mos est, ceremonias viam sibi obstuebant, & ianuam fidei cludebant, ne venirent ad Christum. Iustitiam se in sacrificiis habere putabant, baptismis acquiriri veram munditatem, Deum sibi placatum esse vbi externis pompis defuncti erant: in summa, reliquo corpore inanes umbras apprehendebant. Nihil quidem inutile vel lusorum instituerat Deus in Lege, quare ceremonia fida erat & indubia testimonium remissionis peccatorum. neque enim mentius fuerat Deus his verbis: Sacrificet peccator, & expiabit eis iniurias. Verum ut Christus erat finis Legis, & celeste exemplar tabernaculi, ita ceremoniarum omnium ab eo pendebat vis & effectus. vnde conficitur, euangelia fuisse vni- bras eo remoto. Ver ergo Paulus detrahit Legi, iustitiae causam, ut Christo adscrivat. Nunc Pauli consilia Rom. 10. tenemus, quod scilicet à falsi & perniciosa Legi fiducia abstrahere voluerit Iudeos, ne vento inflati putarent se non indigere Christi auxilio, vel externam duxat felicitatem in eo querentes.

IUSTIFICATIO in Lege.) Locus hic facile demonstrat, quid valeat alibi possim iustificandi verbum: nempe liberari & absoluiri. Mento de peccatorum remissione facta era, eam negavit Paulus alteri obtineri quam Christi gratia, ne quis obsecreret, suppetere in Lege remedia: respondet, illis omnibus nihil efficacia subesse. Sensus ergo clarus est, Non posse iustificari à peccatis in Lege, quia ritus legales non iusta nec legitima precia erant ad solendum reatum, nihil per se ad promerendam iustitiam valebant, nec iusta compensationes erant ad placandum Deum. Negari certe, nisi improbe, non potest, quin iustificatio ista remissione peccatorum annexa, sit tanquam eius obtinendae modus & ratio. Quid enim agit Paulus, nisi vt dictum illud, Christi beneficio peccata nobis remitti, confirmet: contraria obiecta diluens; Probat autem, Quia neque piacula, neque ritus omnes Legis nos à peccatis iustificant. Iustificatur ergo per Christum, quia à reatu & iudicio aeternae mortis, quibus obnoxius erat, gratis soluitur. Hec est fidelis iustitia, dum nos pro iustis habet Deus, peccata non imputando. Sola haec vocis proprietatis refutans Papistarum cauillis sufficit, qui nos non venient, nec gratuita acceptione, sed habitu & iustitia insula contendunt esse iustos. Quare hunc Pauli contextum non patiamur ab illis indigni & scelerate lacrari, quum dixit nos iustificari ab omnibus, ut nobis constet peccatorum remissio. Iam vero sciendum est, Christo opponi Legem Mosis, tanquam principium portiende iustitiae medium, si quod aliud, vel diuersum à Christo fuisse. Paulus quidem de ceremoniis disputat: sed notandum est, nihil in illis fuisse omissione quod ad peccata expienda, ita mque Dei placandam faceret. Ceterum, nulla

^{Col 2. 1. et 4.} ex omnibus ceremoniis Legis fuit, quæ non obstringeret hominem peccati reatu, quasi nouum chitographū: sicut docet Paulus 2.ad Coloff.cap. Quid igitur? certè tertiari voluit Deus, unica Filiū sui morte iustificari homines, quia ipsum qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut in eo nobis esset iustitia.z.Cor.5.
^{2. Cor. 5.} d. 21. Vnde sequitur, quicquid satisfactionum commenti sunt homines, ad spoliandum honore suo Christum tendere. IN LEGE, & IN CHRISTO tantundem valent atque per Legem, & per Christum, secundum phrasin Hebraicam.

As omnibus.) Hac particula refellitur impium Papistarum commentum, quo tradunt non nisi originale peccatum & actualia quæ ante Baptismum commissa sunt, purè & gratuitè per Christum remitti, alia redimi satisfactionibus. Atqui Paulus clarè pronuntiat, toto vitæ progressu nos per Christum iustificari à peccatis. Tenendum enim memoria est, Iudeis mandatos fuisse Legis ritus, ut tam eorum utilitas quam vñus quotidie in Ecclesia vigeret, hoc est, ut si ipa lentirent Iudei non tristitia assidue iterari expiations & lauaca. Eorum omnium si veritas & substantia repetitur in christo, sequitur, non aliud delendis peccatis esse placulum, quam eius mortem. Alioquin inter hanc & veteres figuræ analogia non constatet. Papisti nos ad penitentiam & claves reuocant: quasi verò ceremoniæ legales non fuerint meditanda penitentia exercitia: quasi etiam non illis annexa fuerit clauium potestas. Sed talibus administriculis adiuta fui piorum fides, vt ad unicam Mediatrix gratiam conseruerent. Fixum ergo maneat, iustitiam qua donatur in christo, non vniuersi diei esse vel momenti, sed perpetuum, vt sacrificium mortis eiusvno quotidie reconciliet Deo.

³⁹ OMNIS qui credit.) Declarat Paulus quomodo potiantur homines iustitia Christi: nempe quum fide illum recipiunt, quod autem impetrat fides, nullis operum meritis consequimur. Quare non ambigua est Pauli sententia, Iustificari nos sola fide: quam tamen Papistæ non minus obstinata quam acriter oppugnant. Interea quid valeat credendi verbum, tenere conuenit, quod Papistis reddit insipidum ignoratio. Sunt quidem & alia Christi beneficia, quæ fide percipimus. nam Spiritu suo nos regeneramus, imaginem Dei in nobis inflatur, & veteri homine crucifixo nos resingit in vitæ nouitatem. Sed Lucas factis habuit vñus hoc exprimere, quomodo in gratiam cum Deo redeant homines, à quo alienati sunt per peccatum, quia inde ad aliquam faciliis est transitus.

⁴⁰ VIDETE ne superuenient.) Quia negotium illi erat cum praefactis hominibus, vel saltem multi in turba permixti erant duræ cervicis, quasi malleo velle eorum contumaciam molire, doctrinæ addit obiurgationem, nam si morigeri & ad pacendum faciles fuissent Iudei, suauiter procul dubio conatus fuisset eos ad christum allicere. Sed eum, vel torpor vel peruvicatio illorum coegerit vt vehementius excandesceret. sicuti ad Dei tribunal citadi sunt omnes, quibus gratia Christi contépuit eis, atque horribile mortis æternæ iudicium illis denuntiandum est. Adhuc quidem locum significat esse penitentia, quom ad cauendum horretur: simul tamen admonet, nisi maturè caueant, non procul abesse horribilem Dei vindictam.

^{Abac. 1. b. 5.} Quid dictum est in Prophetis.) Locus qui citatur, ex primo capite Abacuc sumptus est. sed quia prophetia omnes in vñus corpus aut volumen collectæ erant, Paulus dicit in PROPHETIS scriptum esse.

⁴¹ Neque ad verbum recitat verba Abacuc, quæ sic habent, Aspice in Gentibus, & vide, & admiramini, & obstupecite: quia opus fiet in diebus vestiis, quod nemo credit quum narrabitur. Paulus dicit, videtis contemptores: vi sciant Iudei vindictam que semel eorum partibus inficta fuit, contemptoribus Verbi communem esse: ac si dicere, Deus hodie non minoris astutum verbum suum, cuius contemptum semel tam leuerè vltus est. Ergo Propheta denuntiatio ad omnes exates pertinet, ne sperent contemptores se, quam alij experti sunt vindictam, posse nunc effugere. Superbiebant Templo, iactabant se esse Dei populum, impio fasti elati spernabant minas omnes. Ergo Paulus illis in memoriam reducit, quid Deus per Prophetas suos contemptoribus minetur.

OVS in diebus veltris.) Sensus est, Qui Dei verbo fidem habere detrectant, manum eius sensueros, vt tamdem poenis conuicti, serio loquutum esse agnoscant. Vulgari proverbio dicitur, Stultorum experientiam esse magistrum. Sic Dominus te ipsa impios coaguit, vt malis domiti, eius virtutem fateri incipiunt. Quale autem poenæ genus denuntiat? quia verbo (inquit) meo non creditis, exemplum in vos edam, quod sit omnibus incredibile: quibus verbis intelligit, se poenas de illis sumptum, quæ incutiant mundo horrem. Nam vt monstrum est detestabile aduersus Deum rebellio, ita non mirum est, si poenarum monstra ex se gignat. Cauedum ergo, ne si Dei verbo fidem abrogemus, potentiores quam sensus omnes nostri capiunt, sentiamus eius manum, & quidem vltque ad totius mundi stuporem, ac pauroe ipsi quoque attoniti reddamur. Abacuc de clade vaticinatur per Chaldeos inficta: sed poena qua Dominus Euangelij sui contemptum vltus est, longè fuit atrocior, quare ad timendum Deum, & amplexandum reverenter eius verbum affulcamus, ne quid tale nobis eueniat.

⁴² Egressis autem ex Synagoga Iudeis, hortabantur Gentes ut intermedio Sabbatho loqueretur ipsiis verba.

⁴³ Dimissi vero Synagoga sequuti sunt multi ex Iudeis & religiosis Profelytis Paulum & Barnabam, qui colloquentes cum ipsis, suadebant vt manerent in gratia Dei.

⁴⁴ Et quum venisset Sabbathum, propè tota ciuitas congregata fuit ad audiendum sermonem Dei.

⁴⁵ Videntes autem Iudei turbas, replete sunt emulazione, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, contradicentes & blasphemantes.

⁴⁶ EGRESSIS E SYNAGOGA.) Potest etiam legi, è Synagoga Iudeorum, & fortè aptius. Probabile enim est, fuisse egressos priusquam corusc diffueret: idque ex contextu colligitur, quia pauli post subiicit, Lucas soluta Synagoga quosdam ex Iudeis sequentes fuisse Paulum & Barnabam. Sensus ergo est, Iudeis adhuc conuentum suum habentibus, Paulum & Barnabam fuisse egressos, & tunc rogatos à Gentibus, vt interea sibi operam nauarent.

⁴⁷ Postea quosdam ex Iudeis & Profelytis ad Paulum venisse cum studio discendi, tum profita de fidei sua gratia. Vetus interpres & Etalmus quum transtulerunt Sequenti Sabbatho, non assequunt sunt Iucæ nitem, nam quum hic de Gentibus agatur, non est mihi verisimile, Sabbathum eligere quod Paulum & Barnabam audiant. Iudeis enim status erat dies ille, sed Gentibus non minor alius diebus opportunitas. quorsum ergo

ergo votum suum & preces in octauum diem differerent: quin potius audire Paulum cupiunt, dum illi vacat, & ferias habet cum Iudeis. Ita dum adueniat Sabbathum, Dominus otiolos esse non sinit, praesentem in qua le exerceant materiam in Gentibus offerens.

42 Loquentes ruris verba.) Reddi quod est apud Lucam, quanquam articulus non sumi potest pro rata autem ut alii quidam locis. Tunc lenius esset, Rogatos fuisse, ut illa hebdomada: si idem de rebus apud Gentes differerent. Postea dum primam quamque occasionem audiunt occupant. Genes, Iudei saltatio pleni, quod illis propositum est, negligunt: nisi quod ex illis quidam Paulo & Barnabae adiungunt. Nominatio Proselytos exprimit Iudeos: qui quia Legis doctrinam amplexi essent & Deum Israel colerent, non turgebant eos, qui Iudei longinquam stipem iactantibus obstat.

43 Quid colloquentes.) Sensus ambiguus est: potest enim ad Iudeos & Proselytos referri, quod Paulum & Barnabam hortati fuerint, ne deficerent animis, sed cordate peritarent in Dei gratia. Nec vero illis debeat occasio: parata enim illis certamini videbant: id est strenua constantia opus esse ad sustinendos aduersarum factionis impetus. Quia et optimus id congrueret, quod proficieatur studio accentus, Paulum & Barnabam animare ad pergendum inducerint. Si ad Paulum & Barnabam referas, sensus est: non represos ab illis fuisse qui venerant, sed benignè & comiter exceptos, & pia exhortatione confirmatos esse, ut peritarent in dulcedo gratia. Ceterum, nomen GRATIA prima Euangelij fidem, deinde quæ inde nobis prouenient bona, complectitur: vel ut breuius loquar, vocationem in spem aeternam salutis.

44 Et quym venit Sabbathum.) Confluxus populi testimonio est, intermedio illo Sabbatho Paulum & Barnabam non cessasse, nec vanum fuisse in Gentibus eorum labore. sic enim preparata fuerant populi studia, ut caperent omnes rem totam certius cognitam habere: quod fore sperabant, si inter Iudeos diffusa foret. Conicere enim licet, quanvis aliquo suavi gusto perlecti essent, nondum tamen solidè persuasos fuisse, ut Euangelij doctrinam sine controversia reciperent, sed inter spem & desiderium suspensos venisse in Synagogam.

45 REPLETI sunt.) Non nouum est, proprius admota Euangelij luce accendi impiorum rabiem: praesertim ubi progressum saepe doctrinæ vident, maiore impetu furor profiliunt ad resistendum. Dubium autem est, an Zelus domine intelligatur Lucas prava amulatione fuisse perciros, ut se Paulo & Barnabae opponerent: ut ambitione tam inuidiæ quam contentiæ omnium mater est: an vero Zelum accipiat pro indignatione inde concepta, quod dolebant populo Dei equari Gentes. Hoc enim valde indignum ducabant, ut faceret doctrinæ thesaurus, qui propria erat filiorum hereditas, quasi ad pedes omnium iaceret.

CONTRADICENTES & blasphemantes.) Repugnanti ardore proiecti, ad blasphemias tandem profiliunt. Atque hoc amientia impios ferre adgit Satan, ut rationibus visci & fracti magis ac magis obdurecant, & scientes volentesque blasphemias demum euomant in Deum & veritatem: quod magis sollicitè caudendum est, quum nobis simpliciter proponitur Dei veritas, ne si contradicendi libido nos abripiat, in illud præcipitum statim ruamus.

46 Sumpcta autem libertate Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis primum necesse erat anima sermonem Dei. Postquam autem reiicitis eum, & non dignos iudicatis vos vita aeterna: ecce, conuertimur ad Gentes.

47 Sic enim mandauit nobis Dominus: Posui te in lucem Gentium: ut sis in salutem: usque ad extremum terræ.

48 Audientes autem Gentes, gaudie sunt, & glorificabant sermonem Domini: & crediderunt quotquot ordinati erant ad vitam aeternam.

49 Diffusabatur autem verbum Domini per totam regionem.

50 Iudei autem instigauerunt religiosas mulieres & honestas, & primores urbis, & suscitaverunt persequitionem aduersus Paulum & Barnabam, & eicerunt eos e finibus suis,

51 Illi autem excusso puluere pedum in eos, venerunt iconium.

52 Discipuli vero repleti sunt gaudio & spiritu sancto.

46 SVMPTA autem libertate.) Ostendit Lucas ad eum factos non fuisse seruos Christi hostium contumacia, ut liberius propreterea in eos inuehi rursum coepissent. nam etsi eos iam pupugerant acri stimulo, tamen adhuc illis aliquantum parcebant, nunq vero quum obstinate Christum reici ab illis vident, vicissim excommunicant eos, & abdicant in regno Dei. Docemur autem hoc exemplo non esse extrema severitate vitudinem, nisi aduersos deploratos. Ceterum quod audacius ad opprimendam veritatem exultant reprobi, ed plus fiduciae sumere nos decet. Seruos enim Dei iniuncta Spiritus constantia munitos esse oportet, ne vnguam diabolo vel eius ministris cedant: sicuti Deus Ieremiam fronte ferrea iubet cum reprobis configere.

Vobis primum necesse erat.) Ingratitudinis eos accusat, quod quum ex omnibus populis à Deo electi essent, quibus de Christus offerret, tantum beneficium malignè respuant. Prior autem membro commemorat honoris & excellentiæ gradum in quem eos extulerat Deus: postea sequitur exprobratio, quod sponte abiiciunt mentem gratiam, vnde concludit iam tempus esse, ut Euangelium transferatur ad Gentes. Quod dicit PRIMUM illis oportuisse predicari, propriè ad tempus regni Christi spectat, sub Lege enim ante Christum exhibitum Exod 19, Iudei non tantum primi erant, sed soli. Ideo regnum fæderale, & peculium Dei Moses ipsos vocabat. Sed 2. 5. 6. ea lege tunc penes ipsos solos præteritis Gentibus residebat Dei adoptio, ut Christi aduentu præferti adhuc Gentibus oportuerit. Nam etsi mundum Patri reconciliavit Christus, priores tamen ordine fuerunt, qui iā propinquaverant Deo, & ex eius familia. ille ergo legitimus ordo fuit, ut Ecclesiam Apololi colligerent prium ex Iudeis, deinde ex Gentibus, sicuti cap. 1. & alii locis vistum est. Ita Gentium societas ius primogenitura non tollebat Iudeis, quin semper in Ecclesia Dei excellerent. Secundum hanc rationem dicit Paulus, Act 1. b. 2. Dei iustitiam manifestari in Euangelio primum Iudeis, deinde Græcis. Tanta gratia magnitudo, qua dignatus fuerat ipsos Deus, peccati gravitatem exaggerat, dum reliquunt quod tam benignè offertur. Ideo subiecti, ipsos ferre se iudicunt, quod vita eterna indigni sint. nam quū Euangelij reiectione, iustitia Dei abnegatio fit, non opus est alio iudicium qui incredulos damnet.

Postquam autem reiicitis.) Non videtur aperte ratiocinari Paulus, nam primum, ut Gentes admitterentur in

spem salutis, non erat necesse Iudeos inde excludi: deinde hoc potius conguebat, ut Iudei Euangelium ampli-
xi secundum locum Gentibus cederent. Paulus autem peccare loquuntur, & si coacte simul non posset in
vnum corpus nec Euangelium pertinere ad Gentes posset, nisi à Iudeis reiectum. Nam verò antequam expertus
eret talis contumaciam, nonne Gentium ordinatus erat Apolotus? cur ergo nunc demum ad Gentes te con-
vertit, quasi eorum vocatio ex electi populi infidelitate penderet? Respondeo emphaticè in verbo conve-
nienter, significat enim se iam aversum esse à Iudeis, vt Gentibus te totum addicatur. Si in gradu tuo stetissent illi,
non sequuta esset talis conuersio, sed Iudei in gremium recipi continuo serie Gentes simul traxisset, & pa-
riter utique complexus esset. Nunc quum Iudei tergum obuerant, sicut eis iudicabat ab eius ministerio,
non posset vno intuiri eos cum Gentibus respicere. Itaque illis valeat iustus, curam tuam ad Gentes transfer-
re cogitur. Ergo nisi se alienasset Iudei ab Ecclesia, talis fuist Gentium vocatio, quem Propheta delici-
bant: Apprehendenter illa die lepitem alienigenam pallium hominis Iudei, ac dicent, Ambulabimus vobiscum,
quia Deus apud vos est. Nunc autem nouo & accidental modo vocate sunt Gentes: quia Iudei reiecti ingres-
serunt in vacuum possunt. Deberant Iudei aggregari, sed postquam illi ex detinunt arque extirrati sunt, in eorum locum substituta sunt. Ita mox illorum fuit Gentium vita, vt inquit Paulus & apostolis naturali-
bus ramis, oleaster in laetam radicem insitum sunt: donec tandem illos quoque Deus in primitam radicem insi-
batur. 44. tos in vitam restituat, vt vnde collectus Israeli teretur.

47. Sic utrū precepisti? Locus lumperus est ex cap. I^o 49. vbi tamen Deus Filium suum potius alloquitur quam
I^o 49. 4. 6. Apostolos, sed non tam est multa, qua Christo Scriptor trahit, pertinere ad eius ministros: multa dico,
non omnia, sicut enim elegia quedam propria Christi personae, quibus ministros ornare impium esset facile-
gium. Christus iustus in nobis vocatur, quia solus vicinus fuit expiatus, & morte sua placuit nobis Patrem, &
postea resurrexit, ut deuicta morte vitam eternam nobis aequaret. Ergo tota salutis nostra subficiatur in Christi
personae substanciali, sed quatenus agit per suos ministros pactus illius has resignans, sua quoque elegia cum il-
lis communicat. In hoc ordine est Euangelij praedicationis. Sicut quidam à Patre nobis praefectus est docto: sed
ab eo sufficit: sunt Pastores & ministri, qui tanquam ex ore eius loquantur. Ita in solidum maner penes eum
auhoritas, & in suis ministris nihilominus auditur. Scilicet ergo Paulus Ita te testimonium ad se accommodat, vbi
de publicando Euangelium agitur.

P o s v i t e in lucem.) Videtur illicitalis vocatio Gentium praedicari, quæ veteris populi abdicationem mi-
nimè fecum trahit. Potius enim Iudei qui prius donec fierunt, extraneos associarunt Dei. Parum est, inquit,
vt mihi sis minister in Israele docendo, quæate constituir in lucem Gentium. Deus certè initium suæ Ecclesie à
filio Abrahæ facere videtur, & deinde manum porrigit Gentibus, vi eandem Ecclesiam via fidei confirmant
utrique efficiant. Atqui sic variacione adducit Paulus, quæ impleri non poterunt, nisi abiecti sunt Iudei. Gentibus
enim accenlam Christi lucem significari, ex quo illi in tenebris noctis connecti sunt. Respondeo, hoc neccasario
ex contexto non posse euinci, quod affirmat Paulus non ante illuminandas sunt Gentes, quam lumen Iudei
effet extinctum. Poret enim hic esse sensus, Quando vobis priuatis eterna vita, non est quod putetis Dei
gratiam profanari, si vobis posthabitatis suscipimus Gentium curam. neque enim solis vobis datus est Messias,
sed toti mundo destinatus est in salutem, sicuti scriptum est. Posuit te in lucem Gentium, &c. Quanquam si pro-
prios expedit Prophecy locum, illuc inclusum veteris populi abraham reperies. Deus enim se gloriosum &
magnificum in Christi ministerio fore pronuntiat, quoniam Israël non colligatur, postea subiicit, quæ explicatio-
nis loco, Christi virtutem minimè ad vnum populum restitutum in, quia ad extremos usque terræ fines lux
eius, radios emissa sit in salutem. Videtur hæc vocationis Gentium occasio à Paulo notari, quia scilicet quum
apud Iudeos materiali se exercendi non inueniret, suam operam penitus Gentibus addixit. In verbis Prophetæ
hoc obiter notandum est quod salus luci subiicitur, secundum illud Christi dictum, Hæc est vita eterna, nos lie-
te verum Deum, &c. nam si vna Dei cognitio salutifica nobis est, vna similiter ab interitu eternæ mortis re-
surrectio est, nos ab ignorantia & tenebris ereptos illuminari in Christi fidem.

48. AVDIENIES autem Gentes.) Materia gaudij Gentibus fuit, quoniam audirent non repente se vocari ad spem
salutis, quæ non prius fuisse hoc diuinitus decreatum, sed nunc demum impleri, quod multis ante seculis pre-
dictum fuisse, neque enim vulgari erat fidei confirmationis, quod salus illis Christi adventu promissa fuerat, vnde er-
iam f. Etiam est, vt maiore desiderio & reverentia Euangeliū amplectenteruntur. GLORIFICARE sermonem Dei,
bisulcam exponi potest, vel quod agnoverint verum fuisse Ita vaticinium, vel quod propositam sibi doctrinam, si le complexa sunt. Certe notatur plena subscriptio, quia nihil amplius disceptant vel ambigunt conspecta
Pauli victoria. Er certe tunc debito honore prosequimur Dei sermonem, quum i. los illi obediens fidei subiici-
mus: sicuti maiore affectu probro non potest, quærum quum illi abrogatur fides Cœtum, vdemus vt Gentes non
impeditur contumacia quam in Iudeis cernebant, quoniam Christo nomen darent. Eadem animi inagniudi-
ne dum imp̄j sua obstinatione viam nobis obstruere conantur, eorum superbiam spurnere & calcare eporteret.

Et CREDIDERUNT. Expositio est proximi membris, meo saltu iudicio. Qualem enim gloriam verbo Dei
tribuerint, Lucas ostendit. Cœtum, notanda est restrictio, quum referat, credidisse non ad vnum omnes, sed
qui ordinati erant ad vitam. Minime autem dubium est, quin Lucas πετροπόλις vocet, qui gratuita Dei adoptio-
ne electi erant. Ridiculum enim cauillum est, referre hoc ad credentium affectum, quæ Euangelium recepe-
rint, quoniam iste dispositi erant, nam ordinatio ista non nisi de aeterno Dei consilio potest intelligi, nec dicit
Lucas fuisse ad fidem ordinatos, sed ad vitam: quia Deus suos ad vitam eternam hereditatem prædestinat. Do-
cet autem hic locus, fidem ab electione Dei pendere. Et certè quum totum hominum genus cœcum sit &
contumac, haerent in natura nostræ morbi isti donec Spiritus gratia corrigantur. correcio autem non nisi ex
fonte electionis fluit. Nam quod ex duobus qui promiscue eandem doctrinam audiunt, alter docilem se pre-
pabet, alter perflat in sua malitia, non ideo si quod natura differant: sed quia priorem illuminat Deus, alterum
pari gratia non dignatur. Fide quidem efficaciter filii Dei: & fides, quantum ad nos spectat, salutis est rauca &
principium, sed altior est Dei respectus, neque enim eligere nos incipit, ex quo credimus: sed adoptionem
suam, quæ occulta est, fidei dono obsignat in cordibus nostris, vt manifesta & rata sit. Nam si hoc folis
Dei filii peculiare est, eius esse discipulos: sequitur non pertinere ad quoslibet Adæ filios. Nihil mirum i-
gitur, si non omnes promiscue Euangelium recipient: quia tametsi ex persona hominis voce omnes ad fidem
invitat electus Pater, non tamen efficaciter vocat per Spiritum suum, nisi quos leruare decrevit. Nam si fidei
& salutis causa est Dei electio, quæ nos ad vitam ordinat, nihil dignitati vel meritis residuum fit. Tenea-
mus ergo quod dicit Lucas: Prius ordinatos fuisse ad vitam, qui fidei in Christi corpus, arham & pignus
adoptionis sive in Christo recipiunt. Vnde etiam colligimus quid per se valeat Euangeliū prædicatio, neque
enim fidem in hominibus reperi, nisi quia Deus quos elegit, intus vocat, & qui prius sui erant, ad Christum
trahit. Isdem verbis simul docet Lucas, fieri non posse, vt quisquam ex electis pereat. Dicit enim, Credidisse no-
vum

vnum vel paucos ex electis, sed quotquot electi erant. quanvis enim nobis ignota sit Dei ueratio, vñque dum eam fide percipimus: in arcano tamen eius consilio dubia vel suspensa non est: quia omnes quos pro suis habet, Filii lui præsidio tutelæ commendat, qui in finem vñque fidelis manebit custos. Vtrumque membrum cognitu necessarium est: quum electio fide superior statuit, noui est quod sibi quicquam in villa salutis suæ parte homines arrogent. nam si fides in qua consistit salus, quæ nobis gratiaræ Dei adoptionis testis est, quæ nos Christo coniungit, & vitam eius facit nostram, qua Deum cum sua iustitia possidemus, & quæ denique recipimus sanctificationis gratiam, extra nos fundata est, in æterno Dei consilio: quicquid habemus bonorum gratiarum Dei quæ nos vñro præuenit, acceptum ferri necesse est. Rursum, quia multi perplexis ac spinosis imaginationibus se implicant dum salutem suam in abdito Dei consilio scrutantur, discamus ideo fide approbati Dei electionem, ut se mentes nostre ad Chistum conuerrant, tanquam electionis arram, nec aliam certitudinem querant, quæ nobis in Euangelio pacificata est. Sufficiat, inquam, nobis hoc sigillum, quod quisquis ^{deus.} _{dicitur.} credit in Filium Dei uirginem, viam æternam habet.

49 DIVVLGABATVR sermo Domini.) Hic progressum Euangelij refert Lucas. In quo apparet quæ vera sit Christi parabola, quum fermento simile esse dicit. Suprà habuimus magnum fusile populi concursum, vt ^{lucij. c. ii.} per totam vrbem sparsum veræ doctrinæ semen fuerit: nunc dicit Lucas latius diffusum esse, per totam scilicet regionem.

50 Interea commemorat, non sine sudore & molestia id esse factum. Læta igitur & auspicata fuerunt exortus vocationis Gentium, nec potuit Satan cursum gratiarum Dei impeditare, sed interim Paulum & Barnabam quos Deus athletas in arenam produxerat, certare oportuit. Notandum est autem quod dicit Lucas, M V L I E R E & religiosas & honestas cum primoribus vrbis impulsas esse ad perseguendos Christi seruos. Fuit enim hoc non leue scandalum rudibus, & qui vix dum in Christo geniti erant, quum viderent Christo aduersum esse, quicquid virorum & mulierum in precio habebatur, & laude dignum erat secundum homines. Magna populi turba Christum receperat, sed turba, & hominum dunraxas quisquiliæ. Ex opposito stabant primores vrbis, qui splendore suo ignobile & obscurum vulgus facile obruerant. Suspectum quoque, imò odiosam reddere doctrinam poterat, quod p[ro]p[ter]e in speciem & honestate matronæ a lueris eam infestæ erant. Si insurgerent è lustris vel cauponis homines nequam, improbi, & flagitiosi: si scortorum greges è lupanari euumperent, nullum esset Euangelij dedecus: quin potius inde clarior elucesceret eius dignitas, nunc quid potest venire infirmus in mentem, nisi doctrinam que tales habet aduersarios, minime à Deo esse? Necesse ergo fuit non modò fidèles, qui adhuc teneri & nouit[er] erant, à Domino confirmitari, ne fides eorum labiceret, sed etiam manum Pauli & Barnabæ porrigi, ne fracti desiterent. Ceterum, hoc exemplo nos doceri voluit Deus fortiter resistentem esse calibus offendiculis, & caudum ne inane virtutum larvæ oculos nobis praetringant, ne Christi gloriam in Euangelio relucentem cernamus. Quicquid enim virtutum & honestatis in hominibus fingi potest, meram hypocrisim esse certum est, vbi se Christo opponunt. Quanquam fieri potest, vt qui ad tempus inconsideratè aduersus Christum seruntur, postea resipiscant. statuendum tamen est, quacunque sanctitatis species fulgeant, qui resistunt Euangelio, neque solido Dei timore esse præditos, nec aliud quæ fallacem ^{luc. i.} umbram esse, quicquid virtutum ostentant, nec verò frustra Christo tribuitur hoc elogium, quod reuelet ex c. ii.

RELIGIOSAS.) Qualis verò religio esse potuit, vbi nulla verbis Dei reverentia era? Notandum est, quatuor esse hominum genera, sicut numero pauci sunt, qui sincerè & ex animo Deum colant: ita pauci sunt qui apertum crassumque eius contemptum profiteantur. Illi iam duo sunt ordines. Maior autem pars nec profus religione careret, neque aliena est prorsus à communis Dei cultu, sed tamen frigidè & defunctoriè quasi cum Deo ludentes, si ad viuum examinentur, nihilominus profani sunt, qualiter hodie multorum impieas sub ceremoniis & fucata cultus Dei professione vñcunque regitur. Ita fculis omnibus exiterunt histrio[n]ici Dei cultores, quorum tota sanctitas erat in gestulationibus & inanibus pompis. Pauli ^{matth. 10.} estate, non secus atque hodie, in paucis quib[us]dam eminebat peculiares pietatis studia: quorum eti[am] impura erat religio, & fictum cor, fallax & duplex: zeli tamen sui, licet inconsiderati, respectu, vñcunque religiosi censemur. Sed hinc apparet, quid valeat nuda religio, que inconfuso feruere cultores suos ad oppugnandum Dei regnum, opprimendamque eius gloriam precipitat. Porro credibile est matronas istas quanvis non præfus Iudalino dedissent nomen, nec legis doctrina imbuta forent, fusile ramen semi-iudas, atque inde factum esse, vt patrocinium Gentis tam libenter usciperent. Sic enim teste Paulo, circu[m]aguntur capiæ mulieres oneratæ peccatis.

51 Ex c v s s o pedum puluere.) Execrationis symbolum fusile apud Iudeos colligere etiam ex Christi mandato licet, Matth. 10. Luc. 9. & 10. neque enim probabile est, Christum signo incognito voluisse suos vitæ: quum eius consilium esset crassis, & professis doctrinae lutea contemporibus terrorem incurere. Porro hoc modo reformatum fieri volebat tam abominabiles Deo esse impios, vt sollicitè caendum sit nobis, ne quid habeamus cù ipsi commune: ne qua ex eorum immunditie contagio ad nos vñque penetret. Dicuntur quidem scelerati omnes terri, cui imprimum pedum vestigia, polluere: led nusquam præcepit Dominus tanta execratione alios, quæm verbi contemptores reici. Si quis adulter, aut scortator, si quis periuers, si quis ebriosus, si quis homicida excommunicandus erat, non fuisset adhibitum hoc symbolum. Apparet ergo quæm intolerabilis sit Deo, verbis sui contemptus: quia dum puluere è pedibus excuti iubet, pertinde est, ac si pronuntiet, Satana esse mancipia, & homines perditos ac deploratos dignosque qui è terra exterminentur. quare hac tanta severitas nos ad Euangelij reverentiam erudit. Docent etiam Verbi ministri, quanto zeli feruere afferenda illis sit Verbi maiestas, ne frigidè eius contemptum dissimulent.

52 DISCIPULI repleti gaudio.) Bisatiam exponi potest hoc membrum, gaudio & Spiritu repletos esse: per hypallagen h[ab]eo modo, gaudio Spiritus, aut quod idem valeat, gaudio spirituali: quia nulla conscientia serenitas, quies, letitia, nisi ex Spiritu Dei. qua ratione Paulus regnum Dei esse dicit iustitiam, pacem, & gaudium in Spiritu, vel vt nomen Spiritus alias virtutes & dona sub le conteinet. M[od]i tamen magis aridet, gaudio fusile replete: quia Spiritus sancti gratia in illis regnabat, que sola verè & in solidum ita nos exhibeat, vt supra totum mundum alè efferasur. spectandum enim est quid voluerit Lucas, aded scilicet non turbato[s], aut percusso[s] fusile fideles gravibus illis offendiculis, doctorum suorum ignominia, vrbis perturbatione, terroribus ac minis, discriminiu[m] etiam impudentium metu vt forte tam fallax sanctimonias, quæ potentia splendorem altitudine fidei suæ despicerent. Et sanè, si in Deo ritè fundata erit fides nostra, & in eius verbo penitus radices eggerit, Spiritus denique præsidio, vt decet, probè sit munita, etiam toto mundo tumultuante, pacem, & gaudium spirituale in animis nostris soulebit.

^{Rom. 14.}

^{c. 17.}

LIBER POSTERIOR

Commentariorum Ioannis CALVINI IN ACTA Apostolorum.

CAPUT XIX.

1. *ACT V* At est autem Iconij, ut simul intrarent Synagogam Iudeorum: & loquerentur sic, ut crederet magna multitudo tam iudeorum quam Gentium.

2. *Qui vero increduli erant Iudei, suscitarunt & malitia infecerunt animos Gentium contra fratres.*

3. *Multum ergo tempus versati sunt, confidenter se gerentes in Domino, qui testimonium reddebat sermoni gratia sue, dans ut signa & prodiga fierent permanens eorum.*

4. *Densa est autem multitudo ciuitatis: & alij quidem stabant a Iudeis, alij vero ab Apostolis.*

1. Proximo capite exposuit Lucas, quomodo suam apud Gentes legationem Paulus & Barnabas aggressi sunt. Porro infelix & male auspicatum initium videri poterat, quod non modo Antiochia expulsi, sed etiam obstinata quorundam malitia coacti fuerant puluerem è pedibus excutere. verum quanvis duriter vno in loco accepti, non tamen cedunt, quia reputant ea leges se fuisse vocatos a Domino, ut mundo & Satana repugnare, ne manus suam exercant. Videmus ergo non tantum ad docendum paratos venisse, sed etiam ad certandum armatos, ut per medios conflitus animose pergerent in publicando Euangelio. & certè quod semel Ieremie dictum est, *cunctis Dei Prophetis & ministris commune est.* Pugnabant contra te, sed non præualebunt. Num quocunque puli fugiant, eandem secum afflent animi præsentiam: unde apparet non ad unum modum certamen fuisse instictum, sed ad continuam militiam: quod nunc prosequitur Lucas, primò narrat Iconium veniente, & simul addit non quæstus illuc portum aliquem, ubi taciti quiescerent synagogam ingressos esse, ac si nihil incommodi perperci essent. Particulam *κατὰ τὸ ἔτον*, cum Græcis significet Simul, vel eodem tempore, ad Iudeos potius quam ad Paulum & Barnabam refero. Sic igitur interpretor, non quod ambo simul ingressi sint, sed quod turbam secuti sunt solenni & praefixa tempeste conuentus. Vnde colligimus non claram loquitos fuisse cum paucis hominibus, sed in magna populi frequetia: quod suā fiduciā & alacre studium testantur: tantum abest ut inuidiam fugient, aut periculum formident.

VT CREDERET magna multitudo.) Quemadmodum Spiritus virtutem in Paulo & Barnaba prius ostendit Lucas: ita nunc alteram Dei griam in prospero, quem experti sunt, successu, laudat. neque enim fructu carni vna solam ab illis habita concio: sed multes peperit Dei filios, tam ex Iudeis quam ex Gentibus. Si unus & alter vel pauci credidissent, fuisset iam non penitendum operæ pretium. sed Dominus longè melius eos confirmat, dum tam vberem doctrinæ sua fructum temporis momento colligunt. Sciebant enim non tam voce sua, quam Spiritus virtute conuersa fuisse tot hominum corda ad credendum: vnde etiam statuere poterat, se extera dei manu protegi: quod ad sumendum fiduciam non parum valebat.

2. *Qui vero increduli erant.)* En iterum noua illis persecutio oboritur, & quidem à Iudeis, erant enim veluti faces ad inflammados Gentium animos. Nam Gentes credibile est sūque dēque tulisse cū Euangelium prædicare, nisi flabellis illis accense fuissest ad resistendum. *κακαὶ οὐκ interpretor,* maligno affectu inficeret, vel impellere ad nocendum. Fratrum nomine, meo iudicio, comprehendit Lucas pios omnes: nempe vexatos fuisse quicunque Euangelio accesserant, quasi perniciosa aliqua facta se exulisset ad spargenda disfida, ad turbandam vrbis pacem, ad concutiendum statum publicum. Si quis tamen ad Paulum & Barnabam restinguere malit, non admodum repugno.

3. *MULTVM ergo tempus.)* Narrat h̄c Lucas non cessisse vībe Paulum & Barnabam simul ac viderunt aliquos sibi esse aduersos, nam cū dicit audacter ipsos egisse, inuiti oblatam illis fuisse metus cauansi. Vnde colligimus steriles intrepidos, & quidem rata animi magnitudine duxisse pro nihilo discrimina omnia, donec violenter coacti sunt alio migrare. Particula *ἐπὶ ωρὴν*, variè exponi potest: vel quod in causa Domini fortiter se gesserint: vel quod fratres eius gratia, inde sumperirent animum. Sequutus sum quod magis receperunt erit, illos se liberi & fortiter gessisse in Domino: hoc est, non propriis viribus, sed eius gratia adiutos. Continuò post exprimit qualiter animati fuerint in Domino: genpe quia in signis & miraculis doctrinam suam comprobabar. nam cū inde agnoscerent Dominum ubi adesse, & propinquam ad ferendas supperias esse eius manum, merito ad strenue agendum incitabantur. Verum speciem vnam norando, alias non excludit: Dominus enim alii modis eos ad fiduciam erexit & stabiluit in constantia. sed videtur Lucas de miraculis nominatim locutus esse: quia in illis Deus virtutem suam coram toto populo palam exercebat. Ergo non parum fiducia Paulo & Barnabæ accessit, quum Dominus eorum doctrinam à contemptu ita assereret.

Ponit

Porr̄d notanda est locutio , quād Dominus testimoniū reddiderit Euangeliō in miraculis. docet enim quād verus sit miraculorum v̄sus. Hic quidem primus est finis, ut nobis Dei potentiam & gratiam demonstraret. sed quia sūmisti ac peruersi sumis eorum interpres , ne trahantur in abusum & corruptelam , nunquam ferēt Deus à verbo suo parture et disiungi. nam si quando absque eis verbo edita fuerint miracula , primū id rāt̄ accidit: deinde perquād exiguus inde profectus fecitus est. Ut plūtūm v̄di miracula edidit Deus, quibus p̄iūm non sumpliciter , neque in nuda eius maiestate , sed in verbo mundus agnolceat. Ita hoc loco dicit Lucas, miraculis fanticūm fuisse Euangeliū: non tanūm ut confusa aliqua religio occuparet hominū animos , sed ut p̄euenire Pauli doctrina adducerentur ad purum Dei cultum. Vnde colligere piomptum est, quād in fātē faciat Papista , dum nulli miraculis mundum à Dei & Euangeliū reuerentia abducere conantur. Teōndum enim est principium istud , Non alio p̄ēclarē quecumque à Deo viquām profecta sunt miracula , nisi ut Euangeliō confit plena & solidā authoritas. nāre videndum est an Euang. Iūm mortuos invocare beatitudinis fūstūm facere : transferre ad Sanctos fētītios Christi gratiam: votinas peregrinationes iūscipere: comminisci profanos cultus, quorum nūquam mentio fit in verbo Dei. Atqui nihil nūm Euangeliō consentaneum , quād ut superfluitas ista locum habent. Vnde lequitur, ex Euangeliō fūtūm machinas ad ipsum oppugnandum perperam à Papista extiri. Eōdem spectat quod dicit Lucas, Dominum dedisse ut per manus seruorum suorum fierent miracula: quibus verbis admonet hos fuisse tantūm ministros , qui Domino p̄abuerunt suum obsequium: fuisse v̄di illum auctorem , qui eorum mānu & opera v̄sus est. Quare proprie loquendo , non dicemus Pauli & Barnabae fuisse miracula: sed Dei v̄sus , qui sic operatur per homines, ut eorum ministerio suam gloriam oībūcurari nolit. Notandum p̄terea Euangeliū elogium quod h̄c ponit Lucas, ut nobis magis amabile redditur. Sermonem enim grātia vocans, lauissimo gustu nos imbuit: quoniam illuc mundo filius offeritur p̄f Christum: ac libando est antichēsis cum Legē, in qua proponitur iusta maledictio. Memoriū ergo in hunc finem Deum in Euangeliō nobis loqui, ut se nobis reconciliet, ac 2.Cor. 4.16. propitiūm esse testetur. Nec obitū quōd reprobis odor est mortis in mortem: quia eius naturam virtus suo non mutant. De lignis & prodigiis legē diximus capite secundo.

4 Divisa est multitudine.) Sequitur nūc catastrophe , quād scindit in duas partes ciuitas: & tandem Paulus & Barnabas plebis tumultu coacti , alio discēdunt. Si queritur origo dissidij, ex Euangeliō certe manauit: cui tamen nihil magis contrarium est quād discordias patere. Ied faciūt humūm prauitas, ut Euangeliū , quod vnitatis vinculum esse debuerat, simular in medium prodit, turbarum sit occasio. quare vbi schismū aliudquid emergit: antequādam damnemus qui videntur esse authores, prudenter expendere decet cui imputandā sit culpa. Audimus hic vibem viam schismate fuisse diuīlam, eo quo pars aqua ad Chistūm adducta est. Hoc pronuntiat Dei Spiritus in laudem , non in probrum Pauli & Barnabae. Eadem hodie quoque regula tenenda est , ne falsa inuidia gaueatur Euangeliū, si non omnes patuerit ad Deum adducit, sed improbi contrā tumultuantur. Miserum quidem est , homines alios ab aliis diuīlos cernere. venīt sicuti maledicta est vniuersitas , quæ nos omnes à Deo separat: ita p̄fēctūr centies diſcessiōnē tōto mundo paucos facere , & interim redire cum Deo in gratiam, quam ut p̄petuum ēum eo dissidium habentes, nūndi pacem redimant.

5 Cūm autem factus esset impetus Gentium & Iudeorum vna cum eorum principib⁹ ad vim ipsius inferendam, & eos lapidandos.

6 Re cognita, fūgerunt in v̄bes Lycaonie, Lystram & Derben , & regionem undique vici-
nam:

7 Atque ibi euangelizabant.

8 Quidam autem homo apud Lyistros sedebat captus pedibus, qui claudus fuerat ab utero ma-
triſue, neque unquam ambulauerat.

9 Hic audiuit Paulum loquentem: qui eum intuitus, & videns quād fidem haberet se salu-
fore,

10 Dixit voce magna, Surge super pedes tuos rectus. Ille autem exiliuit, & ambulabat.

5 Observa quoque sustinuerint sancti Christi athletæ. Non fugantur solo hostiū obiectū: sed vbi fer-
uet sedicio , & in latā lapidationis periculum : etiamq; multis habeant doctrinā sūrā fūtūres, non vlt̄ à ten-
dunt: sed memores sententiae Christi , qua fideles admonet, ut in patientia possideant animas suas, hostiū
futorem declinant. Tamē autem fugiuntne temere le precipitent in mortem: constātia tamē eorum in
Euangeliō p̄gācando, satis declarat eos non horruissimum periculum. subiicit enim Lucas in aliis etiam locis
euangelizat. Hic refutat et timendum modū cum se vltro non obiiciunt serui Christi hostiū mactandos, ab
officio tamen non desistunt: nec eos impedit metus , quo minus Deo vocanti pareant: adeoque si opus sit, per
mortem ipsam p̄gant ad mūtū suū exequendum.

8 Homo quidam apud Lyistros. Miraculū vnum refert Lucas, quod probabile est vnum fuisse ex multis:
sed propter euentum memorabilem, solum eius facta fuit mentio. mox enim videbimus quid acciderit. Cir-
cūstantias recenset Lucas , quæ diuinam potentiam clarius illustrant , cūm dicit Hominem nūquam ambu-
lāssem, & fuisse claudus ab utero matris: sola autem Pauli voce repente ante omnium oculos fuisse sanatum, &
agiles crūib⁹ emortuis fuisse motus: vñ difficile exilierit.

9 Avdixit Paulum loquientem.) Auditus primo loco ponitur, ut sciamus fidem , quam mox laudabit Lucas, ex Pauli doctrina fuisse conceptam. Auditio itaque Paulo sanitatem speravit. Sed queritur , an specia-
liter hoc illi fuerit promissum : neque enim quādū prius sperare nos Deus iubet, dum æternam salutem
offerit in Euangeliō. Respondeo, fuisse hinc singulare & extraordinarium Spiritus motum in claudio , quād
viciſſim in Paulo fuit , cūm illius fidem agnouit ex solo intuitu. Fieri poterit ut Euangeliū multi recipiant, neque tamen à morbis , quibus laborant, carentur. sed cūm Deo specimen gratia sūrā in claudio ede-
re decretum esset , animū eius antē paruit , ac capacem reddidit huius accessionis. Quare in communem
regulam hoc trahi non debet, quod se claudus sanatum iri credidi: sed peculiaris fuit ad recipiēdum sanationis
donum preparatio. Et hæc etiam fidei species particularis est, quæ dat locum miraculis: quia plurimi ex sūliis Del
erant, qui tamen adoptionis Spiritu prediti sunt.

In q̄m intuitus Paulus, / Scimus quādū ambigua res sit & fallax, hominiſ vultus, non potuit igitur cettum in-
de iudicium de fide fieri, quæ solum habet Deum testē: sed quemadmodū iā admouit, arcano Spiritus insinu-

patefacta fuit Paulo claudi fides: sicut ille vnu dux & magister Apostolis fuit ad edendi miracula.

10. DIXIT magna voce.) Plerique verulsi codices, & fidei maximè probata addunt: Dico tibi in nomine Christi Iesu. & certè videmus quām sollicitè celebrant Apostoli in omnibus miraculis Christi nomen? ideo mihi verisimile est expressum fuisse à Luca, quod tamen vulgo nūc in codicibus impreissis non habetur. Quod postea subiicit Lucas claudum exiliisse, non tantum ad virtutem diuinam commendationem valet: sed tam prompta obsequendi alacritas testimonio fuit, rite fuisse à Domino preparatum: vt iam animo ambularet, cum adhuc mortui essent pedes. Quanquam surgendi celeritas magis conspicuum reddiderit Dei virtutem, quo etiam consilio Paulus vocem extulit, qud melius turbam afficeret subita mutatio.

11. Porrò turbe quām vidissent quod fecerat Paulus, sustulerunt vocem suam, Lycaonicè dūtes. Dū similes facti hominibus descendenterunt ad nos.

12. Vocabantque Barnabam, Iouem: Paulum verò, Mercurium, eo quod ipse dux esset sermonis.

13. Sacerdos verò Iouis, qui erat ante urbem ipsorum, tauros & coronas ad portas afferens, volebat cum turbis sacrificare.

11. PORRÒ turbæ.) Hæc historia locuples est testis, quanta sit hominum ad vanitatem propensio, non proculater ex abrupto vocem illam Paulus, Surge, sed coniunctione de Christo habite velut clausulam addiderat: populus tamen suis idolis laudem miraculi adcribit, ac si de Chisto verbum non audisset. Non est quidem adeò mirum, barbaros homines ad superstitutionem, quam à pueris imbibenterunt, subito miraculi conspicuta delapsos esse. sed hoc vitium pallidum nimis vistitatum est, adeoque nobis ingenitum, vt operum Dei peruersi interpres sumus. Hinc tam crausa in Papatu superstitionum deliria, qud arreptis temere miraculis, doctrina non auscultant. qud nos magis & attentos esse & sobrios decet, ne Dei virtutem, quo in latitudine nobis affulget, sensu carnis corrumpere, quod tam proclive est, nobis contingat. Nec verò mirum est, si pauca tantum & ad breue tempus miracula edi Dominus voluerit: ne hominum libidine traherentur in finem prius contra trium. quia minimè aquuntur ut nomen suum mundi ludibrio subiiciat: quod fieri necesse est, vbi quod proprium eius est, ad idola transfertur, aut increduli ad fingendos vicios cultus, eius opera depravant: dum posthabito verbo, numen quolibet aripiunt à se confundit.

12. SIMILES hominibus.) Opinio erat præsumpta ex veteribus fabulis, quo tamen ipse originem à veritate duxerant. Nugis istis referri sunt Poeta um libri deos sape visos esse in terris sub hominum forma, quod tamen credibile est non fuisse de nihilo confutum: sed porci homines profanos, quod olim de Angelis tradidérunt sancti Patres, ad fabulas transtulisse. Et fieri potest ut Satan, cum homines haberet obstupefactos, variis spæligris illuferit. Hoc quidem certum est, quicquid Dei erat, vbi ad infideles transiit, fuisse prauis eorum figuramentis vitiatum. Idem & de sacrificiis sentiendum, in quibus ab initio Deus fidèles suos exercuit, vt habenterni externa pietatis & diuini cuius symbola. Increduli vero postquam alienos sibi deos commenti sunt, sacrificiis abusus sunt ad sacrilegum eorum cultum. Lycaones insolitam virtutem cernentes in fano claudio, diuinum esse opus statuunt: rectè haec tenus, perperam verò, quod ex conferto errore in Paulo & Barnaba falsos sibi deos fabricant. quid enim causa est, cur præferant Barnabam Paulo, nisi quod paetile de Mercurio deorum interprete figuramentum, quo iam imbuti erant, sequuntur? Quo exemplo monemur, quantum malum sit, erroribus tenera etate assuefacti: quod eradicari ex animis adeò facile nō est, vt ipsis quoque Dei operibus, quibus corrigi decuerat, magis obdurescant.

13. SACERDOS etiam Iouis.) Tametsi non exprimit Lucas quo affectu tam sedulus fuerit hic Sacerdos, probabile tamen est, quum spes vberimi questus esset oblata, auraria fuisse impulsum, magna enim spes lucri illi in futurum tempus affulgetabat, si passim vulgatus esset rumor, Iouem illuc apparuisse. nam inde secuta protinus fuisse opinio, Ioui Lystrense templum esse cordi pætalis. Vbi autem hominum animos talis implevit superstitione, nullis luctibus ad offerenda donaria parcitur. Sponte quidem huc mundus propendet: sed deinde accedunt sacrifici quasi flabella. Nec dubium etiam quin totam plebem impulerit ambitio, vt sub Iouis nomine victimas Paulo tam cupidè offerre veller, vt illustri oris esset verbis sue fama & nobilitas. Hinc tanta Satanæ ad fallendum licentia, dum sacrifici captando lucro plagias tendunt, populum verò oblectat errorum confirmatio.

14. Porrò quām audissent Apostoli Barnabas & Paulus, diruptis vestibus suis irruerunt in turbam clamantes,

15. Ac dicentes, Viri cur hac facitis? Nos quoque homines iisdem quibus vos mali obnoxij sumus, annuntiantes vobis vt ab ipsis rebus vanis conuertamini ad Deum viuentem, qui fecit caelum & terram & mare & quecumque in ipsis sunt,

16. Qui etatibus preteritis passus est omnes Gentes, suis ipsarum viis ambulare.

17. Quanquam non sine testimonio se reliquit benefaciens, dans nobis è calo pluvias & tempora fructifera, reponens alimentis & letitia corda nostra.

18. Et hec dicentes vix sedarunt turbas, ne ipsis immolarent.

14. QVM AVDISSENT APOSTOLI.) Quod laceratis vestibus insiliunt Paulus & Barnabas in medium turbam, in eo apparet quanto glorie Dei zelo flagraret: verbis non contenti, quo possunt impetu sacrificij apparatum conturbant. Fiet quidem interdum vt honorem, qui modum excedit, recusat etiam hypocritæ: verum simulata modestia simplices magis invitauit. In Paulo & Barnaba nihil tale, nam & verbis, & toto corporis gestu, palam ostendunt cultum quem exhibebant Lystrenses, adeò sibi non placere, vt in summa execratione habeant. Hæc sancta est iracundia, qua Dei seruos ardere decet, quocies eius gloriam hominum facilius violari cernunt ac labefactari. Nec laeti alter quisquam syncerè ac bona fide seruerit Deo, nisi illum zelotropia affectum induerit, de quo loquitur Paulus secundum ad Corinthios 11. capit. vt in astrella Domini sui gloria non minus animosi sint ac strenui, quibus ecclesiæ suæ curam mandauit, quām maritus studiosè vigilat pro uxoris castitate. Prudenter ergo cauendum, ne honorem deferrit nobis sinamus, qui Dei

Dei gloriam obscurerit: quin potius simul atque apparet aliqua gloriae Dei profanatio, ebulliat hic fero, cuius exemplum habemus in Paulo & Barnaba. Quanquam autem hoc zelo præditors imprimis Ecclesiæ doctores esse oportet, nemo tamen est piorum, qui non actice excandescere debeat, vbi Dei cultum polluit, videt, aut alio transfringua de omnibus scriptum est, Zelus domus tuae comedit me, & opprobria exprobriantur tibi ceciderunt super me. Quid si sancti homines carne adhuc circundati, tantopere idololatriam abominantur sunt, ^{Pr 159. b.} ^{10.} qualiter hodie affectos esse putamus exitos omni carnis affectu? eorum nominibus & personis cum abutitur mundus ad suam superstitionem, gratum illis officium esse sibi persuadet: sed magnopere fallitur. Primi enim contra eos cultores insurgent, ac te ipsa ostendunt nihil sibi vnguam pluris fuisse, quam ut integer vni Deo suus cultus maneat. Addit, quod illis nulla potest maior iniuria fieri, quam vbi honor Deo crepus, in eos transiret: quod fieri necesse est, similis ad diuinum illos aliquis affinguit. Quod narrat Lucas, Paulum & Barnabam vestes suas lacerasse, satis ex aliis Scripturæ locis patet, morem hunc & ritum in communis fuisse vnu apud Orientalem, quocies vel magnus moerorem, vel detestationem externo gelu expiri mere vellent. Quum Lucas Barnabam Apollolum cum Paulo vocat, nominis significationem longius extendit, quam ad primarium ordinem, quem instituit Christus in sua Ecclesia: quoniam Paulus Andronicum & Luniam inter Apostolos insignes fecit. Propriè autem loquendo Evangelistæ erant non Apostoli: nisi forte quia Paulo additus erat, collega Barnabas, viuumque in pari officij gradu statuimus. Ita Apostoli titulus vere in ipsum competet.

S V I R I C V R H E C F A C I T I S ?) Incipiunt ab obiurgatione, ut res poscebat: deinde ostendunt quossum fuerint missi. Postea concionantur de unico Deo, & admonent ipsum fuisse mundo incognitum. postenq; quod fortius ex cordibus euanescere diaboli fallacias, docent exortatione carere hanc ignorantiam. Prima pars concionis est obiurgatio, qui damnant Lystrenses, quod homines mortales prexpostere Dei loco adorarent. Quanquam videatur frigida esse, que ab ipsis affectur ratio, inde enim colligere promptum fore, non esse illicitum eorum cultum, quos humanis misericordiis mors exemit. Hoc modo intacta staret Gentium omnium superstitiones, quæ in deorum numerum non solebant nisi mortuos referre. Eodem etiam colore sum idololatriam Populi fucarunt, qui mortuorum ossa, ligna & lapides potius adorauit, quam vivos & spirantes homines. Respondeo, Paulum & Barnabam ex re praælenti summissi hoc argumentum, Nos misteri sumus homines falso igitur & auctoritate fingitis esse deos, & pro diis colit s. Si in genere de idololatria tractetur, haec est perpetua eius damnanda ratio, & sola abunde sufficiet, Deo vni solidum deberi pietatis cultum, ideoque profanari simul ac creaturis via ex parte tribuitur, sive Angeli sint, sive homines, sive bestie. Sed occasio sepe feret, ut multa in speciem vnam idololatriæ dicantur, que alios non conueniant: & tamen ad canum praæsentem non patiunt valeantque modum Paulus & Barnabas, homines se fatendo ariuminis variis obnoxios, aptam rationem habeant coarguendo populi furori.

A N N V T I A M V S V O B I S .) Argumentum a repugnantiis. nam hic ostendunt prorsus diuersum fuisse adieutorum sui finem, ut superstitiones sollicet tollerent, que haec tenus grassata fuerant. Perinde enim est ac si dixisset, Mouet vos ergo afficit miraculum? verbis igitur habete fidem. Summa autem nostra legationis est, ut feste omnes diuinitates, quibus antehac delusus fuit mundus, deleantur ac pereant. Hæc autem generalis est doctrina, qua non modò præsentem infaniam compescunt, sed quasvis superstitiones reprehendunt, & quod quid omnino à vera pietatis regula alienum erat. Nam procul dubio vanum appellant quicquid sibi ex proprio sensu commentari: aut homines. Atque hac definitio tenenda est, quod vana sit omnis religio, quæ à p. & si n. plures Dei verbo recedit ac degenerat. Verbi quidem non fit expressa mentio, quia sermo illis erat ad Gentiles: sed quia non altera rite colitur Deus, quam ex eius prescripto, sequitur ex Pauli verbis, simul ac defecunt homines ab eo cultu, quem Deus mandauit ac probat, stalete, inani & inutili labore fatigari. nihil enim veri aut solidi habet religio, nisi in qua solus Deus eminet. Atque hinc factum est, ut non quam in majori orbis parte viguerit sincera & integra pietas, nam in hoc sudatum est duntaxat, ut verus idololatria tolleretur: alterum vero interea neglegunt est, ut relitici idolis, se ad unum Deum homines colligerent. Interdum quidem idoli nomen mutauit in nomen Dei: sed eo prætextu souebant nihilominus vultus erroris, quibus corrigendis danda fuerat opera. Sic Galli sacrifici magna Cybeles coelatum genuerunt: Nonna vel Moniales fabrogatae sunt Vestalibus: Pantheo successit Pantagion: ceremoniis opposita sunt ceremonia non abhimeriles. Tandem inuecta deorum turba, quos puruarunt fore legitimos, si Sanctorum titulis laruati essent. Hoc modo non purgantur corrupteliæ, nec profana & sordibus plena stabula vertuntur in templis Dei: sed Dei nomen miscetur profanis inquinamentis, & Deus ipse in sordidum stabulum induciatur. Quare meminerimus non tantum in eam partem incubuisse Apostolos ut idololatriam, qua prioribus seculis graffata erat, exuerterent, sed profligatis omnibus vitiis erat in posterum cauise, ut pura vigeret religio.

Q V I F E C I T C E L V M .) Scimus docendi ordinem ita ferte, ut initium fiat à rebus magis notis. Quia apud Gentiles sermonem habent Paulus & Barnabas, frustra tentassent eos statim adducere ad Christum. ergo ab alio capite ipsos incipere oportuit, quod à communis sensu minus remotum esset, ut eo confessio postea ad Christianum transirent. Occupata erant Lystrensis mentes illo errore, plures esse deos: Paulus & Barnabas contraria, vnum esse mundi opificem ostendunt. Sublata illa fictitia deorum multitudine, factus iam erat transitus ad secundum membrum, ut docerent qualis est Deus ille, cali & terra conditor. Hodiæ diversa est nos ratio: cuius p. p. f. sententia vnum esse Deum, & Scripturam admittunt, restat igitur ut illis probemus ex Scriptura qualis sit Deus. & qualiter coli ab hominibus velit.

P R A T E R I T I S S E C U L I S .) Quia obsecere poterant Lystrenses, Deum illum fuisse hactenus ignoratum, occupant Paulus & Barnabas, ac fatentur quidem omnes errasse in tenebris, & totum humanum genus cæcitatem fuisse percussum, verum negant ex peruersa mundi ignorantia debere præiudicium fieri. Erant duo non parva obstacula incredulæ, longa temporis antiquitas, & confensus omnium scerè Gentium. verunque hic dirunt Paulus & Barnabas: Si multis seculis erratum est, inquit, ac vagatus est mundus sine ratione & iudicio, ne ideo vobis minoris sit Dei veritas cum affulget. nam cùm extera sit nec mitteretur, minime æquum est longi anni annorum præscriptionem illi opponi. Nihil plus esse patrocinij in hominum numero contendunt, non est, inquit, quod vos à recta via impediatur totius mundi conspiratio. Invaluit in quinibus populis exercitus: sed Deus nunc vobis illucet. Aperiendis igitur sunt oculi, neque in tenebris torpendum est, etiam si in illis ante lucem demersi fuerint omnes populi.

V I A S V A S .) Sit tantum dixisse homines hallucinatos esse usque ad tempus illud Dei permisso, iam inde colligere promptum est, vniuersos nihil posse aliud quām errare, quāndiu à Deo non reguntur. Longè tamen expressius loquitur dum errores appellat Vias hominum. nam hinc perspicue docemur, quid in tenenda salutis via valeat prudens & fidelis humana mens. Ambulauit, inquit, in viis suis omnes populi, hoc est in

tenebris & morte vagati sunt: perinde est ac si restare in toto mundo negaret villam veræ rationis scintillam. Vna igitur veræ pietatis regula est, vt abjecta omni ingenioi sui fiducia, se toros Deo subiiciat fideles. neque enim alii nuc sunt via hominum quam olim: & omnium temporum exempla docent quam miseriè cœcuriant, quibus verbum Dei non praelucet, quanvis se existimant reliquias perficiac superare. Statim ab initio mundi, maior pars ad varias superstitiones & prauos cultus delaplora est. Vnde idem nisi quia proprias imagines sequi libuit: quā diluvio videri posset repurgatus orbis, statim relapsus est in eadem vita. ergo nihil magis exitiale, quam prudenter & nolite inniri. Ceterum cui pallius sit Deus standum mundum errare, causa hic à Paulo & Barnaba non redditur. & certè sola Dei voluntas non secus nobis existimanda est, ac summa lex æquitatis. Deo quidem optimæ semper factorum suorum ratio constat: sed qui nobis sapere est absconditæ, noltrum est reuerenter arcana eius consilia mirari. Fatendum quidem est, tali interitu dignum fuisse mundum: sed cur unius seculi potius quam aliorum mortuus fuerit Deus, non alia potest adduci ratio, nisi quia sic illi vilum est, ideo tempus plenitudinis vocat Paulus quod promulgando Euangelio diuinitus præfusum est, ne alia queratur opportunitas.

Gil. 4. 3. 4. Et memoria tenendum quod priuio capite habuimus, non esse nostrum scire momenta & articulos temporum, sup. 1. 2. 7. que Pater in suo arbitrio posuit. Ita refellitur Papistarum cauillum, dum fieri non posse contendunt, vt Ecclesiast. passus sit Deus tam longo tempore errare. nam vnde, quo, fluxerunt Gentes, nisi ab arca Noe, vbi Gen. 9. 1. singulare quædam erat Ecclesiæ puritas: posteritas etiam sancti Sem vñam cum aliis degeneravit: in dñi Israhel, selectum Dei peculium, ipse quoque ad multum tempus relitus fuit. Quare nihil mitum est, si Deus sub regno

¶ Chiuiti, eadem qua olim cœcatus pena, verbi sui contemptum vltus est.

17 NON TANDEM SINE TESTIMONIO.) Tollunt hic Paulus & Barnabas Gentibus ignorantia prætextum. Quantunvis enim sibi in propriis segmentis placeant homines, tandem erroris conuicti ad hoc alysium confugionis, nullam sibi debere culpam imputari: sed Deum potius suisce ciudem, qui ne sibilo quidem revocare dignatus sit quos peccare cernebat. Hanc triuolum obiectionem Paulus & Barnabas anticipant, cum admonent, Deum ita latuisse, vt testimonium interea sibi a sua diuinitati redderer. Videlicet tamen quomodo haec duo inter se conueniant, nam si de se testitus est Deus, non possit est, quantum in se erat, mundum errare. Respondeo, genus hoc testimonij, cuius sit mentio, tale fuisse, quod homines excusatione priuatae, non autem sufficiet in falutem. Verum enim est illud Apololi, Fide intelligi apriata fuisse verbo Dei secula: atque fides non ex nudo & celi & terra intuitu concipitur, sed ex verbi auditu. vnde sequitur, non posse, nisi verbi directione ad salutificam Dei notitiam homines adduci. Neque tamen hoc obstat, quoniam etiam abique verbo reddantur inexcusabiles, qui tametsi naturaliter luce priuati, propria tamen malitia cœciunt, quemadmodum docet Paulus primo ad Rom. capite.

DANS pluvias & tempora fructifera.) Deus quidem à principio se per verbum toti generi humano patefecit: sed Paulus & Barnabas ostendunt nullam fuisse æatem, quam non proleguntur sit Deus suis beneficiis, quæ tertiaro possent, mundum eius imperio regi. quia autem pluribus feculis lepida fuerat lux doctrina, id è tantum dicunt naturalibus argumentis oftensum fuisse Deum. Ceterum probabile est, magnificientiam operum Dei, quibus decebat elogiis ipsos ornasse. sed Lucas summas rerum attingere fatus fuit. Neque tamen intelligo subtiliter & Philosophico moe disoluuisse ipsos de natura arcanis. sermo enim erat apud indoctum vulgus. id est simplieriter proponere oportuit, quod ruditissimis quibusque notum erat. Sumunt tamen principium hoc, in naturæ ordine certam & claram esse Dei manifestationem: quod pluviis irrigatur terra, quod eam solis calor vegetat, quod tanta frugum copia quotannis nascitur, inde certò colligi aliquem esse Deum, qui omnia gubernat. neque enim proprio motu aguntur calum & terra: multò etiam minus fortuito. Restat igitur, vt hoc admirabile naturæ artificium Dei prouidentiam palam ostendat: & qui mundum æternum esse dixerunt: non locuti sunt ex animi sui lensu, sed maligna & barbara ingratitudine conati sunt obruere Dei gloriam: in quo suam impudentiam prodiderunt.

IMPLENS cibo & lætitia.) In eo magis conuinicitur hominum impietas, si Deum non agnoscant, quod nō tantum oculis eorum subiici gloria sua testimonia in suis operibus, sed omnia etiam in eorum vissus definat. Cur enim Sol & luna in celo lucent, nisi vt suum ministerium præbeant hominibus? eur pluia est celo cadit? Cur terra producit fructus suos, nisi vt alimenta hominibus supplicant, quibus vescuntur? Hominem ergo non posuit Deus in terra, vt sit tanquam in theatro otiosus operum suorum spectator, sed dum omnibus cali & terra opibus fruatur, vt in celebranda Dei largitate se exercet. nunc vero in multiplici rerum copia eum nō affici tanta Dei bonitate, annon plusquam foeda est prauitas: Implore corda cibo, nihil aliud est quam alimenta largiri, qua uox hominum satisficiant. Lætitia nomine significant Paulus & Barnabas Deum pro immensa sua indulgentia plus largiri hominibus quam polvulet eorum necessitas: ac si dictum esset, cibum dari hominibus non tantum quo resificant vires, sed quo etiam corda sua exhibarent. Si quis obiiciat, contingere plerumque, vt homines famelicí potius gemant, quam satur iæterntur. respondeo, id fieri prater naturæ ordinem, quando scilicet Deus propter hominum peccata manum suam restrinxit. Ipotone enim ad nos assidue fuerit Dei liberalitas, qualiter hic Barnabas & Paulus prædicant, nisi eam arcerent vitorum nostrorum obsecula. Neque tamen uiuquam tanta extitit sterilitas, qui prius exaruerit beneficium in hominibus paucem. Rechè quidem dictum est à Propheta, Aperi os tuum, & replebo illud, vt sciamus nos elutire propriam culpam, dum beneficentiam cœlestem non admittimus. sed quamlibet sin us restrixi, peremptum tamen ad indignos paternus Dei amor. Præterim uiuenteritas humani generis testis est nūquam cessare Dei beneficia, in quibus Pater nobis appetit.

18 Hęc dicentes vix.) Prius dixerat Lucas non verbis tantum vlos esse, sed etiam cum impetu irruisse in turbam: nunc addit illa vehementia vix repressum esse populi furem. vnde apparat quam velatus & indomitus si mundi ardor in idolatriam. Nam si deos credunt, cur fidem non habent eorum sermoni, quo falsum à se honorem repellunt: sed hoc morbo laborante omnes idololatriæ, quod iugum excutere subinde parati sunt, nisi eorum arbitrio subiaceat religio. Quare non mitum est si Prophetę sepe commemoarent, non secus rapi homines in cœcum superstitionum affectum, quam pecudes in libidinem suam feruntur.

19 Superuenerunt autem Antiochia & Iconio Iudei, à quibus persuase turba cum lapides sent Paulum, ei eicerunt eum extra urbem, existimantes mortuum esse.

20 Circundatus autem à discipulis surrexit, & ingressus est urbem: & postri die cum Barnabas extiit Derben.

21 Et cum euangelizasset huic verbi, & multos formassent discipulos, reuersi sunt Lystram.

Lybram & Iconium & Antiochiam.

22 Confirmantes animas discipolorum, & exhortantes ut infidele manente, & quod per multas afflictiones oporteat nos ingredi in regnum Dei.

16 SUPERVENERVNT.) Difficile est Paulo & Barnabae compescere populum, quominus sacrificet. nebulos autem statim uillo negotio persuadent ut ipso detur Paulus quem cuper deificabant. Vnde apparet, quanto propensior sit ad lupeftionem mundus, quam ad veram Dei obedientiam, & quam aristogans sit superficio quæ semper in ordinando Dei cultu vult dominari. Seruit Domini non aliud quæ erunt, nisi vi in cios obiequum homines adducant, quæ vñica est talis & felicitas. Nullam sibi dominationem vendicant, lucrum non venantur: eos tamen mundus serice nequit, nam omnes ferè obſtrupunt: subinde etiam oritur tumultus. Quia tantopere sunt in Deum continuaces, plurimam credulos e prebent impotestos. leque eorum tyrannici cupide subiungunt. Sic Papæ per illum fuit pro luo arbitrio illudere, nec modo leui premere miserias animas, ut etenim iter etiam torquere. Qicquid præcipiter, ovidenter receptum fuit. & hodie quantum impossibile serat leges, nemo tamen missitare audeat. Sicut interea Christi iugum pauci admittunt. Ergo in hac historia graphicè nobis pingitur mundus grauitas. Pogerat cum omnium plausu regnare Paulus dicitur suo Mercurij titulo. boni vult esse Deus: quia fideliter Christo seruit, lapidatur. Lapidatur autem eius constata, ut eam imitemur. Mirabiliter quidem à Dominio ieratus est: sed quantum ad ipsius spectat, crudelissimum mortis genus pertulit. Ego perinde haecenda est hec lapidatio, quam & in secunda ad Corinthus. Epistola commemorat, ac si tunc occisus esset. Porò non dubium est, quoniam tumultuose in eum insurrexit vulgus. Ita quicquid violentia improbi Christi seruit, nulla habetur quæstio: silent leges: audacia cessat: : cor. 1. magistratus torpescunt: patricium subducuntur.

20 QVM CIVIUS DEDIDISSENT.) Tametsi Paulum nemo defenderit, Lucas tamen ostendit pios fuisse de eius vita sollicitos: verum sibi temperasse, ne quid magno cum periculo sine profectu tentarent, quando optulari nisi clanculus non poterant. Etsancte videt, dum semper est quid nobis Dominus in manu dederit. si quem ego ex terra videam in medio gurgite, nec possim in unum portigere naufragio: quid mihi restat, nisi ut Domini non commendemus utem ipsa aliqua sit iusti, tunc periculum subire oportet. Non dicemus ergo per ignauiam deterriri: n fuisse Paulum à discipulis, cum nihil opis vel iubilii in illis positum esset. Amorem vero & curam restituant, quoniam projectum circumdant.

PROFECTIUNTUR Derben.) Hinc palam apparet, non sine miraculo seruatum esse Paulum, quod postridie quoniam eius pro mortuo fuerat, quasi reuictus & integer viam arripit, vnde etiam colligitur, quoniam iniunctum contra mala omnia fuerit eius pectus. Neque enim secessum petit, vbi instar emerici militis otio trahatur: sed etiam repetit loca, in quibus paulo ante malè tractatus fuerat. Primum tamen narrat Lucas plantatum tuile apud Verbenas Ecclesiam, poitea subiicit, Paulum & Barnabam ad ecclesiæ, quas institerunt, reuehos esse, ut confirmaret discipulos. Quo significat non consistere verbi vñsum in simplici eruditione, qua tamè docatur auditor: sed valere etiam ad confirmationem fidei, monendo, & horrido & coarguedo. Nec verò suis Ministris tantum mandat Christus ut doceant, sed etiam ut hortentur: & Paulus videnti eis Scripturam prædicat, non modò ad docendum, sed etiam ad exhortandum. Quare ne se defunctos potent pastores, cum probe imbuerint populum recta scientia, nisi in hunc quoque partem incumbant. Rursum fideles verbum Dei non negligant, quasi superuacua esset eius lectio vel prædictio: quia nemo est, qui non assidua confirmatione opus habeat.

ET EXHORTANTES.) Hec præcipua fuit confirmandi ratio, quod discipulos qui Euangelium amplexi erant & proficiebantur, exhortando incitante ad pergedum. multum enim abest, quoniam prompti & strenui ad officium simus, ut decebat. Ideo stimulis opus habet nostra pigritia, & frigus nostrum calefieri necesse est. Ceterum quia suos exercitiū vult Deus variis certaminibus, admonent Paulus & Barnabas discipulos ut parati sint ad ferendas tribulationes. Admonitus valde necessaria, militandum esse in hoc mundo, ut piè fanfrique viuamus. Si nihil negoti faceret nosbi caro, si nihil machinaretur Satan, si nullis offendiebus nos improbi turbarent, non adeò molestum esset perseverare: quoniam illa suavis esset ambulatio per mollem & amoenam viam, sed quia vndique & singulis momentis innumeris surgunt insultus qui nos ad defensionem solicent: inde nascuntur difficultas, & ideo tam rara constanza virtus. ergo ut in finem usque perseveremus, comparatos esse nos ad militiam decet. Ceterum non solidum hic mentio fit de persecutionibus, quas nobis hostes exertis gladiis & ignibus accensis intentant: sed nomine tribulationum complectitur Lucas orationes ærumnas, quibus obnoxia est piorum vita, non quod soli fideles miseri sint: quia hec communis est bonorum & malorum condicio, vnde & celebre illud proverbiū, Optimum esse non nati: proximum vero, quoniam citissime mori. Sed quoniam sepius impis parcat Deus, & eos rebus prosperis saginet, erga filios suos austerior est ac duxit: nam præter communes molestias, multis incommodes peculiari terribilitate vrgentur, ac calibus exercitiis ipsos Dominus humiliat, carnem eorum, ne lasciviat, sub ferula continens: expergefacit, ne sepius in terra liecent. Accedunt deinde probra & contumelie impiorum: nam oportet esse quasi mundi catharmata: ridetur eorum simplicitas: impis verò in Deum ludibriis maximè vntur, postremè improborum libido in appetentiā violentiam erumpit. Ita cum multis tribulationibus luctari necesse habent, nec fieri potest quoniam tota eorum via inter tot hostes valde infesta sit & inquieta. Sed hæc optima consolatio est, & quæ ad confirmando animos abundè sufficit. Haec via, licet difficili & aspera, transiit esse in regnum Dei. oam hinc colligimus feliores esse piorum miseras, quoniam sint omnes mundi delitiae. Meminerimus ergo primum hanc legem nobis esse positam, multas ærumnas seramus: sed addamus simul & hoc ad mitigandam acerbatem, quod per eas deducimus in regnum Dei. Porò futilis & stulta est eorum garrulitas, qui hinc colligunt patientiam esse opus salutis æternæ meritiorum, quando hic non disputatur de salutis causa, sed qualiter suos in hoc mundo tractare Deus soleat. consolatio autem addita est, non quæ operum dignitatem vel meritum extollat, sed tantum ad erigendas piorum mentes, ne sub crucis onere deficiant. Promiscuè ut dictum est, multis malis subiectum est hominum genus. Atqui reprobis sine afflictionis nihil aliud sunt quoniam inferorum atrium: sanctis verò in faultum latumque finem cedunt, adeoque salutis sunt adiumenta, quia communicant cum Christo. Notandum est quid Paulus & Lucas plurali numero non contempti, diserte exprimunt Multas tribulationes, ne quis una & altera, vel solam paucis defunctum se purans, tandem succumba: Sciatque ergo fideles, sibi per continuas ærumnas pergedum esse: deinde parati sint non ad ynum modum persecutionis genus, sed ad diuersas species, nam ethi cum quibusdam mitius agit Deus: nemini tamen suorum ita suauiter indulget; vt à tribulationibus sit protius immunis.

- 23 Quam autem suffragis creassent illis presbyteros per singulas Ecclesias, precati cum ieiunis commendarunt eos Domino, in quem crediderant.
- 24 Et transientes per Pisidiam venerunt in Pamphyliam.
- 25 Et quam loquuti essent Perge sermonem, defederunt in Attaliam:
- 26 Atque inde nauigant Antiochiam, unde fuerant commissari gratiae Dei ad opus quod impulerant.
- 27 Quum autem illuc venissent, congregata Ecclesia narrarunt quanta fecisset illis Deus, & quid Gentibus aperuisset ostium fidei.
- 28 Versati autem sunt illic non exiguum tempus cum discipulis.

1. Tim. 5.
c. 17.

io NVNC EXGO QVID TENFATIS.) Altera pars concionis, qua demonstrat Petrus, quam exitialis sit illa doctrina, quam ingerere volerant Pauli hostes: nempe quae desperatione obtueret prius omnes animas. Infert quidem ac colligit ex priori membro, tertiarum Deum, si cogantur Gentes ad necessitatem seruandae Legis: sed alius prosequitur, & ad ipsum causam fontem penetrat. Hactenus enim ratioinacio est, fieri Gentibus iniuriam, si plus ab illis exigatur quam velit Deus, & quā eas sancto populo sequauerit, & adoptionis honore dignatus sit, indignum esse & ab ludorum eas rejici, atque ita testigii eius liberalitatem. Vnam denique fidem illis fatis esse, quānus ceremonias careant. Nunc verò altius principium sumit, Qui hominum salutem alligant Legis operibus, nihil eis bona spei reliquum facere: quin potius in horribilem incertitum precipitati totum mundum, si non aliter quam Legem seruando, salutem consequi possit. quibus hoc argumentis probet, mox suo loco Petrus, Deum quasi data opera provocari, dum plus oneris imponitur hominibus, quam sine ferendo: eiūque potentia circumscripti, dum adstringunt iugum quod ipse laxat, quod nihil aliud est, quam natura repugnando, vi loquuntur, gigantes emulari.

V T I M P O N A T V R I V O V M C E R V I C T B V S) Simplex est sensus verborum: tentari Deum quum plus imponitur oneris conscientiis, quam ferre queant, atque hoc quidem modo grauerit cæditur animarum falsus. quandoquidem hoc modo necesse est ipsas desperationes obtui, quod sine exitio fieri nequit. sed nihil magis ferenda est quod Deo fit iniuria, dum ei ius suum eripitur, ne sit liber in nobis liberandis. Cæterum de solis ceremoniis eum non loqui, ex re ipsa faciliter colligitur. Erat, fateor, dura & laboriosa veteris pedagogie seruitus: sed nimis absurdum foret vocati Iugum importabile: & scimus externa rituum obsecratione non Sanctos modis, sed etiam hypothesis plerisque rite exacteque esse defunctos. Quintam Legi morali satisfacere non usque adeo difficile foret, si corporaliter tantum obsequio contenta, non ex geret spirituali iustitiam. manus enim & pedes fratre multis datum est: sed ita moderari omnes affectus, ut ram in anima quam in corpore perfecta regnet abstinentia & puritas, hoc verò plus quam est arduum. Quare ridiculi sunt qui Petri verba restringunt ad ceremonias, quibus exprimitur hominum imbecillitas ad præstandam cordis iustitiam: qua non modis longe superior est eorum viibus, sed natura profusa contraria. Fecellit scilicet eos qui sic sentiunt vna ratio, quod de solis ceremoniis mota quæstio fieret: sed non venit illis in mentem, Petrum attentius, ut decebat, prudenteriusque considerasse, qualem secum labyrinthum error in speciem leuis traheret. Negabat pseudoapostoli, quenquam salutem consequi posse, nisi qui ceremonias leruerat. Si operibus alligatur hominum falsus, non amplius in Christi gratia fundata erit, atque ita concedet gratuita reconciliatio. Iam cū impares sint hominum vites seruanda Legi, omnibus incumbit maledictio, quam illi'c Deus transgressoribus denuntiat, atque ita desperatio omnes manebit, cūm se videant reos æternæ mortis à Lega peragiri. Hac forte pseudoapostoli callide tenebant, sed Petrus ad fontem ipsum penetrat, ut metiferum doctrinæ illius venenum euat in lucem, atque ita nobis agendum est, quoties impios errores obliquè insinuat Satan. Hodie quibusdam videmus nimis contentiosi, cū tantopere pugnamus non esse pro mortuis orandum, nam & mos vetustissimus est, nec multum appetet in speciem periculi, qui inuis supervacue fundantur preces. Imo plausibile est dogma, quia prætextum habet humanæ pietatis. Sic poterū iudicant impediti homines, quia fontem ipsum non inquirunt, nam si admittimus pro mortuis

orandum esse, simul hoc recipiendum erit, poenam nunc soluere Dei iudicio, quod in hac vita pro peccatis non satisfecerint, atque hoc modo vis expiationis per Christum peracta, ad honinum opera transfertur. deinde eueritur tunc precardi regula, si hominibus licet fortuito precari absque Dei verbo. hæc etiam maior est absurditas, quam ut præteriti debeat. In summa, nuncquam rectum de illa questione iudicium teuerit, nisi forte penitus excusio, deductæ fuerint omnes consequentia, quas secum trahit quæ in controversiam venit doctrina. Ideo non in rūm si Petrus, vt pieudoz p̄t̄los extrahat è suis latebris, generaliter disputat de tota Legi; quia nihil quām rem ipsam, quæ occulta erat. Simplicibus, aperit: ut videant omnes quām existens sit doctrina, quæ & Christi gratiam extinguit, & animas demergit in horrenda desperationis abyssum.

NEQUE NOS, NEQUE PARENTES NOSTRI.) Non disputat tantum Petrus quid opere præsticerint homines, sed quid præfaleat potuerit: neq; de vulgo hominum tantum loquitur, sed de factis Patribus. Quum ab istis neget potuisse fieri Legis iugum: constat Legem obseruatu impossibile esse. Scio dictum Hieronymi pulsus ita acceptum esse, vt si quasi indubium axioma. Si quis dixerit impossibile esse servare Legem, anathema sit. sed nulla hominis vox audienda est, qua Spiritus Dei sententia repugnet. Audimus quid hic per os Petri Spiritus pronuntiet, non de hominum voluntate & operibus: sed de facultate & potentia. Contentit & Paulus, affirmans fusile Legi impossibile nobis consertere vitam, quatenus infirma erat per carnem. Certè si quis Legem implere posset, promissum illic vitam teperiet. at quum neget Paulus vitam posse habere ex Lege, sequitur altiorum illic requiri iustitiam, quām quæ ab homine præstari posset. Fatorum quidem Hieronymum facultatem implenda Legis non dare in sol dum natura virtibus, sed partim etiam Dei gratia: quemadmodum se postea explicat, vt homo fidelis Spiritus gratia adiutus, dicatur posse Legem implere. Sed neque illa mitigatio vera est, nam si nature vires tantum expendimus, non tantum impares erunt homines ferendo Legis iugo: sed ne vnum quidem digitum mouere poterunt ad præstandam minimam Legis partem. Ecce certè si verum est illud, Cogitationes omnes humanæ mentis prauas esse à pueritia, Omnes carnis sensus Deo esse inimici, Neminem esse qui Deum requirat: & quæ in eandem sententiam frequenti in Scriptura occurunt: præficiunt quæ Paulus adducit 3. ad Romanos capite: non debilis tantum & imacula erit hominis facultas ad Legem implendam, sed ad nichoram proflus nulla. Statiendum igitur est, etiam fideles, postquam Spiritu Dei regeniti, iustitia Legis student, d' midium tamen a longè minus dimidio præstare, non totum. N: que enim de Epicuro, vel profanis hominibus hic Petrus verba facit: sed de Abraham, de Mose, alii que sanctis Patribus quotquot inquam fuerint in mundo peccati & simili. & tamen istos dicit Legis oneri succubuisse: quia vites corum opprimeret. Odiosè obnictur, astici Spiritum Dei contumelia, quum eius gratia & auxilio detrahatur implenda Legis facultas. sed prompta est tollatio: quia non à sterius quid valeat Spiritus gratia: sed quid valeat gratia mensura, quan Deus vincuebat iuolum in hac vita patiuntur. Semper enim reputare conuenit quid se facturum promittat Deus, nec temere quaramus an fieri possit quod ipse nuncquam fore, & quod se nolle fieri testatur. Promittit fidibus Spiritus gratiam: & auxilium, quo repugnet concupiscentia carnis, & ipsa subiugant: non tamen penitus aboleant. Promittit gratiam, qua ambulent in vita nouitate: non tamen currant tanta celeritate, quantum Lex postulat, vult enim iusta vita sibi esse obnoxios, vt ad veniam petrandam confugiant. Si Dei consilium & præceptum ab eo ordinem ab eius virtute disfundere fas non est, stultum est ac silere cauillum, quo nos granare conantur aduersarij, quum nos iactani Dei potentia detrahere, potius Deum ipsi transloquunt, cum eius consilium contendunt posse mutari. Olim quinque eadem calumnia premebant Augustinum Pelagiani. Responderet, etiam si possibile sit Legem impleri, fib. carmen sufficeret, quod à nemine vñquam implerat fuisse, neque ad finem usque mundi implenum in Scriptura restetur, quibus verbis se ab importuna eorum aigutia explicat. Sed non fuit habendam causa, quin liberè & dilectè concederet, quod Spiritu sancto authore poterat. limitanda enim est Spiritus gratia, vt cum promissiōibus conueniat, porriam ostendimus quoniamque se promissiones extendant. De eo certè controversiam nullus monet possitne Deus si velit, homines reddere perfectos: sed impie delirant quicunque eius potentiam separant à consilio, cuius clarum habent testimonium in Scriptura. Quid velit Deus & quid statuerit facere, canticis palam demonstrat. ultra progreedi, sacrilegium est. Hieronymum, vt sui anathematis fulmen Petri & Paulo insligeret, philosophica ratio impulit: quod leges a temporari debent ad eorum facultatem quibus seruntur, quam ut locum habere fator in legibus humanis: ita quod Dei Legem valere nego, quæ in exigenda iustitia non respicit quid valeat homo, sed quid debeat. Quanquam hic deficiunt occurrit querelio. Annon in hunc finem lata fuerit Lex, ut homines cogerer ad Dei obsequium. Frustra autem hoccheret, nisi ad eam seruandam dirigeret fideles Spiritus Dei. & scipulum eximere videtur solennis illa Mosis contestatio, cum se præcepit Iudeus date adiutor, non quæ legant sed quæ opere compleant, Deuteronomij trigesimo, unde co ligimus, iugum, data Lege, fusile Iudeus impossum quod eos Deo subiiceret, ne viuerent suo arbitrio. Respondeo, Legem duobus modis censenti iugum. Quarenus enim si nat carnis libidines, & normam tradit p̄ rete quæ viuendi, aquum est, vt filii Dei cœruec huic iugo subficiant. Sed quatenus exaltè præscribit quidnam debeamus Deo, nec vitam promittit nisi addita conditio perfecti obsequij: ruris maledicti onem denuntiat, si qua in parte erratum fuerit: iugum est importabile. Dicam pauli clarius, Simplex bene viuendi doctrina, quæ nos ad se Deus innitat, iugum est quod vitro subire nos omnes decet, nihil enim magis absurdum, quām Deum non præesse hominum vita, sed eos absque frano vagari vt libuerit. Minime ergo reculandum est Legis iugum, si simplex eius doctrina consideretur. sed Legem aliter, vt ita dicam, qualificant istæ sententias, Qui fecerit hæc, viuet in ipsis. Item. Maledicetus omnis qui non permanerit in omnibus quæ scripita sunt: vt iugum importabile esse incipiat. Quandiu enim non promittitur salus nisi perfecta Legis obseruantia, & in iudicium vocatur quævis transgressio, de genere humano prorsus actum est. Secundum hanc rationem Petrus tentari Deum assertit, quum Legis onus conscientia imponit hominum arrogancia. Non enim vult negare quin regendi sint homines Legis doctrina, & ita concedit iugo subfici: venit quia Legis officium est, non simpliciter docere, sed etiam aeternam mortis reatu humiliare homines, qualitate illam doctrinæ annexam reputans, contendit non debere Legis iugo constiungi pitorum animas: quia hoc modo necesse foret in aeternum interitum demergi. Ceterum vbi non modò adest Spiritus sancti gratia, quæ nos gubernet, sed gratuita peccatorum remissio, quæ nos libereat à maledictione Legis & absoluuntur, impletur illius Mosis, Mandatum non esse supradicatum, quoniam lenitimus quām suave sit iugum Christi & onus eius leue. quia enim Dei indulgentia nobis remitti scimus quod pro carnis infirmitate deest, alacriter & sine molestia superimus quod iniungit. Quia e modo exemptus si Legis rigor, non tolerabilis solū erit Legis doctrina, sed leti quæque & suavis: nec recusandū erit frānum, quod placide nos moderatur: non autem durius virget, quām expediatur.

Gen. 8.
d. 21.
Rom. 8.
b. 7.
Psa. 14. b.
Rom. 3.
b. 11.

Deu. 30.
c. 11.

Leuit. 18.
25
Deut. 27.
d. 26.

Deut. 30.
c. 11.
March. 11.
d. 6.

II PER GRATIAM Iesu Christi.) Duo ista inter se ut contraria comparat Petrus: spem habere salutis in Christi gratia, & sub iugo Legis esse. quæ comparatio Christi iustificationem maximè illustrat. quandoquidem inde colligitur fide iustificari qui liberi & soluti à Legis iugo, salutem in Christi gratia querunt. Porò iugū Legis ex duplice fune complexum esse prius dixit. prior est, Qui fecerit hæc, viuet in iphis alter, Maledictus omnis qui non permanenter in omnibus præceptis. Redeamus ad membrum contrarium. Si non aliter salutē consequimur ex Christi gratia, quām ablato Legis iugo: sequitur nec salutem nobis in Legis obliterantia sita esse, nec Legis maledictioni obnoxios esse quicunque in Cœlum credunt. Nam si gratia salutis esse posset qui iugo Legis adhuc est implicitus, inepta esset Petri ratiocinatio, quam constat à repugnantibus deductum est, hoc sensu: Salutem speramus ex Christi gratia: ergo Legis iugo non sumus subiecti. Nisi dissidium esset inter Christi gratiam & eius iugum, sicut facet Petrus. quare necesse est descendere à Legis iustitia, quicunque vitam in Christo reperire expertum. neque enim repugnancia hæc ad doctrinam spectat: sed ad iustificationis causam. Quo etiam refellitur eorum commentum, qui Christi gratia nos iustificari exponunt: quia nos Spiritu suo regenerans, vires ad implendam Legem conferat. Qui hoc imaginantur, etsi videntur paululum laxare Legis iugum, utroque tamen eius fune ligatas tenent animas. Semper enim vigebit hæc promissio, Qui fecerit hæc, viuet in iphis, ab altera parte maledictio incumbet omnibus qui Legem non exacte impleverint. Quare longè aliter definita est Christi gratia, in quam salutis fides recumbit, quām illi somnient: nempe ut sic gratuita reconciliatio, sacrificio mortis eius parta: vel quod idem valeret, gratuita peccatorum remissio, quæ Deum placando, ex hoste, vel seuero & implacabilis iudice, propitius Patrem nobis reddit. Factor quidem nos Christi gratia regenerantur in vita nouitate: sed ubi de salutis fiducia agitur, sola in mente venire debet gratuita adoptio, quæ cum peccatorum expiatione & venia coniuncta est. Nam si in rationem veniunt opera, ut iustitiam nobis aliqua faltem ex parte conficiant, minimè ruptum erit Legis iugum, atque ita concideret vel solvetur Petri antithesis.

Sicut & illi.) Hic testatur Petrus, licet Patribus imposita esset, quoad externam speciem, seruitus Legis: solutas tamen & liberas fuisset conscientias. quo diluitur abruditas, quæ pias mentes non patum aliqui turbare poterat. Nam cùm æternum sit & idem vita fœdus, quod Deus ab inicio ad finem usque mundi cum seruitus pepigit: absurdum esset & minime tolerabile, diuersam & alijs salutis obtinendæ rationem habere re di, quām quæ olim Patribus fuerit. Affirmat ergo Petrus optimum nobis esse cum Patribus confessum: quia illi non minus quam nos, spem salutis repulerint in Christi gratia. Atque ita Legem Euangeli, quod ad finem doctrinæ spectat, concilians, Iudas tollit offendiculum, quod sibi ex dissidio fingebant. Vnde appetat Legem non fuisse darum Patribus, ex qua salutem quererent: nec additas fuisse ceremonias, quarum obseruatorum iustitiam in illis acquireret: sed torius Legis vocum fuisse fidem, ut abiecta operum fiducia, spes suæ non esset in Christi gratiam conseruent. quererant clari refellitur eorum delirium, qui veterem populum terreni bonis contentum, putante de cœli vita nihil cogitasse. atque Petrus socios eiusdem fidei nobis Patrias facit: & communem veritatem salutem assignat. & sunt tamen quibus fanaticus homo Seruerus cum tam fœdus sacrificii arrideat. Notandum præterea est, quod Veterum fidem semper fuisse in Christo fundaram docet Petrus, quando neque alibi unquam inueniri vita potuit, neque alia fuit ratio, qua peruenient homines ad Deum. Convenit ergo hic locus cum illo Apostoli dicto, Christus heri, & hodie, & in secula.

12 Tacuit autem tota multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum narrates que Deus edidisset signa & prodiga inter Gentes per ipsos.

13 Postquam vero conicerunt illi, respondit Iacobus dicens, Viri fratres audite me:

14 Simeon narrauit quemadmodum primum Deus visitauerit ut sumeret ex Gentibus populum in nomine suo.

15 Et huic consonant verba Prophetarum, sicut scriptum est,

16 Post haec reserata, ac rursus adificabo tabernacula David, quod collapsum est, & diruta est in instaurabo, & erigam illud:

17 Ut requiratur qui: eliqui sunt homines Dominum, & omnes Gentes super quas inuocatus est nomen meum, dicit Dominus qui facit hæc omnia.

18 Nota à seculo sunt omnia opera sua.

12 T A C Y T tota multitudo.) His verbis significat Lucas Spiritum Dei sic regnasse in cœtu illo, ut ratione protinus esserint. Feruebat prius inter illos disseratio: nunc postquam Dei consilium exposuit Petrus, & de quæstione ipsa diceretur secundum Scripturæ doctrinam, sedato protinus omni strepitu, quietescunt & silent qui nuper inconsiderate errore tuebantur. Hæc viua est legitimæ Concilii effigies, vbi sola Dei veritas simul ac in mediis produxit, finem assert omnibus controversiis. & sanè ad sedandas omnes discordias sati est efficax, vbi Spiritus præsideret. quia hic rursus idoneus est rector tam ad gubernandas eorum linguis qui prætere aliis debent, quām ad reliquos in obsequium cogendos, ne sibi nimis addisti sint: sed deposita pertinacia, morigeros se Deo præbeant. Nec dubium est quin fuerint pauci aliqui praefracti, ut in magna turba fieri solet: prævaluit tamen Dei veritas, ut silentum, cuius meminir Lucas, illud fuerit testimonium communis obedientia. Fuerat autem hæc non vulgatus Petri moderationis, quod singulos in medium afferre passus quicquid habebant, sententiam suam, ne alius præjudicio foret, eo usque distulit, donec ylti dicitur agitatus esset disceptatio.

A V D I E B A N T Barnabam & Paulum.) Colligere ex his verbis licet, non ante fuisse cum silentio auditos. nam cum maior pars perperam admissas fuisse ab illis in Ecclesiam profanas Gentes persuasa esset, nihil quod dixissent, nisi correcta hac salutis opinione, exceptum fuisse exquis auribus: sed omnia in sinistram partem rapta. Videmus quantum venientia si alienatio de nihil concera, quæ sic occupat hominum mentes, ut aditus omnes obstat veritati, hinc discimus quām verum sit illud. Omnia fana sanis, nihil enim tam salubre est, quod non virtutis affectus convertant in noxam. Ceterum, huc spectat Pauli & Barnabæ narratio, ut suū inter Gentes Apostolatum Deo probatum fuisse demonstrent: quandoquidem miraculis, quæ sunt eius velut signa, confirmatus ac sanctus fuerat.

13 R E S P O N D I T Iacobus dicens.) Plerique ex vetustis Ecclesiæ Scriptoribus, Iacobum hung

vnum ex discipulis fuisse putant, cognomine Iustum & Obliam, cuius indignum cædem refert Iosephus libr. Antiquit. 20. Sed utinam in cognolendo homine magis laborassent veteres, quam in celebranda fabulosis encomiis ignoti hominis sanctimonias. Puerile commentum est, quod foli fas fuisse dicunt ingredi in Sancta Sanctorum, nam si in illo ingressu aliqua suberat religio, secesseret præter Dei Legem qui non erat summus Sacerdos, deinde hoc modo vmbriatalem templi cultum fouere superstitiosum erat. alias similes natus o-

mitto. Plurimum autem falluntur, quod vnum ex duodecim Apostolis fuisse negant. Fateri enim coguntur eum esse, quem tam honorificè Paulus celebrat, vt primus illi tribuat locum inter tres Ecclesiæ colu-

minus, Gal. secundo. Certe nunquam ita excelluisse lupta Apostolos quisquam ordine inferior. nam eum Paulus ornat Apostoli titulo, nec auditu dignum est quod afferat Hieronymus, generale illuc esse nomen: cum

ex professo tractetur ordinis dignitas, quatenus alius Ecclesiæ doctoribus Christus Apostolos præxulit. Adhuc,

colligere ex hoc loco prouidum est, non vulgari in pretio fuisse habitum: quandoquidem Petri verba suo

suffragio sic confimat, vt in eius sententiam omnes dilecedant. E infra cap. te 21. item videbimus quan-

tum Hierosolymæ valuerit eius autoritas. Id factum esse putant veteres, quod loci eset Episcopus. atqui

probabile non est, fideles ordinem à Christo positum, suo arbitrio mutasse. quare non dubito quin fuerit

Alphai filius, & consanguineus Christi: quo sensu etiam vocatur frater. Episcopus Hierosolymæ fuerit necesse, in medio relinquo, neque ad rem magnopere facit, nisi quod hinc clarè refellitur Papa impudentia, quod

ex Iacobi portio quām Petri auctoritate Concilii decretum statuit. Et certe Eusebius initio secundi libri,

Iacobum, quicquid ille tandem fuerit, Apostolorum Episcopum vocare non dubitat. Eant nunc Romanen-

ses, & Papam suum vniuersæ Ecclesiæ caput esse iactant, quia Petri successor est, qui alterum sibi præesse passus

est, si Eusebio creditur.

VIRI FRATRES audite me.) Duobus principiis membris constat Iacobi oratio. Nam primum confirmat Gentium vocationem testimonio Prophetæ Amos, deinde admonet quid factu vtile sit ad fouendam inter fideles pacem & concordiam, vt tamen salua maneat Gentibus libertas, nec Christi gratia obsecratur. Quod dicit Deū visitasse vt sumeret populum ex Gentibus, refertur ad Dei misericordia, qua dignatus est in suam familiam alioscere extraneos. Dura quidem est locutio, sed quod vulnus continet doctrinam, quia Deum authorem vocationis Gentium facit, & eius beneficium esse pronuntiat, quod censeri in eius populo coepit, vbi dicte ab eo suscepitas. sed ulterius proogreditur dum visitasse dicit, vi suscipietur. Sensus enim est, Quo tempore a- uerse erant Gentes à Deo, clementer fuisse ab eo respectas: quia nihil aliud possumus quam longius subinde ab eo recedere, donec nos paternus eius aspectus vti präueniat.

IN NOME SVO.) Vetus interpres habet Nominis suum, quod ferre idem valet: quamquam Præpositio *de* transferri alter potest: nempe Propter nomen suum, vel super nomine suo. nec male quadrabit sensus, Fundatum in Dei nomine aut virtute esse Gentium salutem: nec Deo fuisse aliud propositum in eorum vocatione quam sui nominis gloria. quod tamen magis vñstutum erat: retinui: nempe quod illas annumerans populo suo, censeti nomine suo voluerit: quemadmodum paulo post dicitur invocari eius nomen super omnes, quos in Ecclesiam suam aggregat. Aduerbiu[m] temporis πρῶτον, bifariam exponi potest: si legas primum, vt habet vetus Interpres & Eralmus, sensu erit, Cornelium, & alios fuisse quasi primicias, a quibus exorsus sit Deus Gentium vocationem. sed potest comparatiu[m] etiam sumi, quod iam editum fuerat specimen adoptionis Gentium in Cornelio & eius cognatis, priusquam Barnabas & Paulus Euangelium Gentibus publicarent. Atque hic posterior sensus magis milie probatur.

IS HIC CONSONANT verba Prophetarum.) Videmus nunc, vt nihil sibi sumperint Apostoli pro imperio, sed reuenerunt secuti sine quod verbo Dei præscriptum erat: neque gravata sint vel sua dignitate alienum duxerint, se prosteri Scripturæ discipulos. Notandum hinc quoque est vigore adhuc doctrina Prophetarum vñsum, quam phrenetici quidam ab Ecclesiæ exterminate cuperent. Prophetas plurali numero testes citans, cum vnum duntaxat locum adducant, talem significat inter eos consensum esse, vt quod ab uno dictum est, commune sit omnium testimonium, quia vno omnes ore, & singuli quasi in omnium persona loquantur, vel potius Spiritus Dei loquuntur in omnibus. Adeo quod simul collecta erant Prophetarum omnium oracula, vt corpus vnum efficerent, quare merito, & aptè Prophetis communiter ascribi potuit, quod ex parte aliqua libri vniuersi sumptum erat.

IS POST HAC REUERTUR.) Quia non citatur ad verbum locus qualis extat apud Prophetam, videndum est quid discrepet: quamquam necesse non est anxie excutere quid sit in verbis diuersum, modò constet vaticinium appositè ad rem præsentem congruere. Postquam instaurationem tabernaculi Davidis promisit Deus, se quoque facturum addit, vt possideant Iudei reliquias Edom. In toto illo contextu nihil dum appetat, vnde elici queat Gentium vocatio: sed quod continuo post sequitur apud Prophetam de reliquis Gentium: super quas invocabitur Dei nomen, aperte ostendit vnam fore ex Iudeis & Gentibus Ecclesiæ. quia quod tunc solis Iudeis peculiare erat, promiscue vtrisque datur. In eodem enim honoris gradu Gentes collocauit Deus cum Iudeis, dum super illas INVOCARI vult nomen suum. Olim sub Davide Iudæi, viciniique populi Iudeis subiecti erant, sed cum tributarii essent populo Dei, extranei nihilominus erant ab Ecclesiæ. Hoc igitur nouum & insolitus, quod illos Deus sancto populo accenseret, vt pariter vocetur omnium Deus. quando ita omnes inter se honore egredi certum est. Vnde facilè patet quām bene praesenti instituto conueniat Prophetæ testimonium. Nam instaurationem collapsi tabernaculi promisit Deus, in qua Gentes obedient regno Davidis, non modò vt tributum pendant, vel arma induant ad regis imperium: sed vt communem habeant Deum, & sine vna eius familia. Miseri tamen potest quæsio, cur vaticinium hoc citare maluerit, quam multa alia que

magis luculentam rei, de qua agitur, probationem continent: cuius genesis multa à Paulo citantur. Respondeo, primum Apostolos in congerendis Scripturæ locis minimè ambitionis fuisse: sed in hoc vnum simpliciter fuisse intentos, quod illis satis supérque erat: nempe vt suam doctrinam probarent ex verbo Dei sumptam esse: deinde illustrius hoc esse vaticinium Amos dico, quam vulgo putetur. De instaurazione dominus agitur, qua collapserat. miserabilē eius ruinam describit Propheta. Ergo quo mox subiicitur præmissio, erigendum esse rursus solium, ex quo Reges ex posteris David Gentibus imperent, propriè ad Christum spectat. Itaque erecto Christi regno, sequi necesse est quod à Propheta simili dicitur. Invocandum esse Dei nomen super Gentes. Iam videmus non temere selectum fuisse hunc locum à Iacobó, nam si aliter non potest constitui Christi regnum, quam si Deus assiduus invocetur per totum orbem, & Gentes coelestant in sanctum eius populum, absurdum est eas arcet à spe salutis & medium parietem concidere oportet, quo separati alii ab aliis sub Lege fuerant. Hunc enim finem inter alios habebant ceremoniæ, vt sanctum Dei popu-

Ephe. 6.14. lum à profaniis Gentibus disceperent, nunc sublati discrimine, ceremonias quoque abrogari conuenit.

Primum verbum, Res Veritatis, Tar , non habet apud Prophetam : sed mutatio status , quam denuntiat , ita optime exprimitur.

TABERNACULUM David quod collapsum est .) Non abs te deformis illa regis domus vanitas & ruina ante oculis ponitur à Propheta nisi enim peruersum fuisset p̄is , regno Davidis in nihilum redacto venturum tamen esse Christum , qui res peruersas omni modo restituere in lucis ordinem pristinum : sed regni gloriam incomparabilis successu ad celos vñq̄e eueheret , centies quotidie desperassent . Reversi ab exilio Babylonico , assiduis & innumeris cladi bus propter ad interitum confecti fuerant . Postea quod residuum erat , pauculum inrelinxerunt discordia absumptum fuit . Inde eām Deus misericordia rebus succurrebat , species opis quam ferebat , quedam et iudicione desperationis materia , nam imperium quod sibi somplerunt Machabaei , tunc oblatum fuit at tribu Iuda . Has ob causas sedulius inculcat Spiritus Dei per Prophetam , non ante venturum esse Christum , quād vbi perierat regnum Davidis : ne salutem in rebus afflictissimis desperarent . Sic Isaías exortum surculum pronuntiat ex contemptu & ignobiliteratu . & nos etiam meminerimus , mirificam hanc rationem Deum tenere in restituendis Ecclesiis , ut eam extorris adscirent . Docet præterea hic locus , quemam veritatem & proba Ecclesiis confitetur : nempe eum in subiecto me euictum est solium Davidis , & eminet solus Christus , ut omnes in eius obsequium conueniantur . Cum facta lega sua tyrannide Ecclesiam oppresserit Papas , se tamen Ecclesiæ titulo venditat , inde ad obturandum sanctæ docimæ lucem , fucum ex inani Ecclesiæ titulo facit . Verum si ad iustum inspectionem ventum fuerit , facilis est iam crassi ludibrii refutatio : quia delecto Christo , Iesus ipse imperium occupat . Verbo quidem facetus le Christi vicarium : sed re ipsa Christum in celos specioso exilio ablegans , totam eius potestatem ad se trahit . Neque enim aliter regnat Christus , quād Evangelij sui doctrina , quāb hoc execrabilis idolo pedibus nefari calcatur . Nos vero meminerimus hunc fore legitimū inter nos Ecclesiæ statum , si omnes ad unum summi egī Christi pareamus , ut sit veritas & veritatem & veritatem pastor .

Ioh. 16.
c. 16.

**17 Verum REQUIRANT qui reliqui sunt .) Exegetice addidit Iacobus istud Requiescit , quod apud Prophetam non legitur , nec tanen superuacuum est : quia ut censeatur in Dei populo , & ipse nos prius agnoscat , vici-
fissim os ad eum querendū animatos esse oportet . Et probabile est , quod Iacobus actualiter , qua inter Iudeos disseruerat , Lucas summam complexum esse vnde factum est , ut Prophetæ verbis admixta in rei exppositio . Pro Gentium reliquis , quas ponit Amas , Lucas ex Graeca translatione , quia magis familiaris era subiecta ut reliquos hominum , eodem sensu : nempe quod purgandis mundi sororibus præcessuta sit ieiunio : quia maduolum accidit . Atque haec doctrina ad nostram quoque etatem accommodanda est , nam quia deterior est mundi corrupcio , quād veritas in Christi obsequium rotis concedat , variis tribulationum flagellis euentilat quia uilias & zizanias , ut ad tandem colligat quod residuum manebit .**

18 Non ostenda à seculo sunt .) Prolepsis ad diluendum nouitatis odium . Subita enim mutatio suspedita est . se poterat : éaque occasione turbabat infirmas mentes . itaque occurrit Iacobus , admonens hoc non suffisse . ostenda um Deo , tametsi repente præter hominum opinionem acciderit . Quoniam Deus ante mundum creatus , prævidet quid facturus esset . Gentiumque vocatio in arcano eius consilio recondita fuerat . Vnde sequitur , non esse astimandū ex hominum sensu . Porro Iacobus ad Prophetæ verba respicit , vbi assertit Deum , qui haec omnia facturus erat , esse Prophetam quoque authorem . Sensus ergo est , Cùm loquatur Deus per Prophetam : tunc certè , inde ad ultima æternitate prævidit , nec præputium nec quicquam aliud sibi fore obstaculo , quin Gétes in suā funimilam alleget . Intercedat subest generalis exhortatio , ne ingenio suo modulo metiatū homines Dei operam , quorum ratio sepe illi soli nota est . Quin potius exclamet cum stupore , vias eius esse inuicem Ro. ii. d. , & stigabilis , & iudicia eius nimis profundam esse abyssum .

19 Propter quod ego censio non esse obturbandum his qui ex Gentibus convertuntur ad Deum .

20 Sed scribendum ad eos , ut abstineant ab inquinamentis simulacrorum , & scortatione , & suffocato , & sanguine .

21 Moses enim ab etatibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui ipsum predicent , cum in synagogis per omne Sabbathum legitur .

**19 Non ostenda obturbandum esse .) Negat ceremoniarum dissidio arcendos ab Ecclesia esse Gentes , quæ diu-
nitus admisisti erant . Videtur tamen secum pugnare , cùm negat exhibendam illis esse molestiam , & tamen cer-
tos quoddam ritus prescribit . Facilis solutio est : quam fuisse deinde persequatur primū nihil ab illis exigit , quod non fraternæ concordie deberent : deinde nihil eorum conscientiis turba vel inquietudinis affere poterant
haec præcepta , postquam scribant se coram Deo esse liberos : & sublata erat falsa illa & peruersa religio , quam iniicere coati fuerant pseudoapostoli . Quæritur nunc , cur haec solum quatuor Iacobus Gentibus iniungit . Tradidit quidam ex vetero Patrium more suffise id petrum , qui non solebant fœdus percutere cum vilo populo , quem possent cogere in suum obsequium , nisi sub hac pactione . Sed quia eius rei non pro-
fertur idoneus aliquis author , ego dubiam ac suspensam relinquo . Ceterum , probabilis ratio appetitur
de idolothytis , sanguine , & suffocato peculiariter mandantur . Res quidem etiam per se meditata , sed quæ
speciale aliquid haberent præter alios Legis ritus . Scimus quin eūc Domini fugite iubeat quæ cū externa
fidei professione pugnant , & quibus aliqua inest idolatriæ species vel suspicio . Ergo ne qua in Gentibus
hæret superflitionis macula , & ne quid in illis cernerent Iudei cum puro Dei cultu minus consentaneum ,
non mirum est si cauendi scandali gratia iubentur ab idolothytis abstinere . Verbum quo virtus Lucas , ἀπόλυτη ,
quāvis profanationem significat : ideo receptam versionem non mutavi , quia habet Inquinamenta . sed
interdum pro victimis capituri : qui sensus non male Iacobi consilio quadratur . & forte simplicius erit ac magis
genitius , ita exponere in presenti loco : quia vbi paulo post idem decretum repeatet Lucas , ponet Idolothy-
ta . Quod ad sanguinem & suffocatum pertinet , ab illorum est non tantum Mosis Læge prohibiti erant Iudei : Deut. 12.
sed illorum post diluvium lex toti mundo lata fuerat . vnde factum est , ut qui non prorsus erant degeneres , ab . c. 12 .
horrearent à sanguine . non Iudeos tantum dico , sed multos ex Gentibus . Fatoque quidem & illud temporale suffise
præceptum : sed tamen quod latius quād ad populum vnum patebat . nihil ergo mirum , si maior inde offendio
nasci potuerit , cui mederi Apostolis vñsum est . Sed de scortatione difficilius nascitur quæstio : quia eam vi-
detur Iacobus numerate inter res medias , à quibus scandali tandem respectu caueduntur sit sed alia fuit cau-
sa , cur scortationem reuiceret in coram ordinem , quæ per se non erant illicita . Quād effrenis passim gra-
tia .**

fata sit licentia scortandi, plus satis notum est, præfertim apud Orientales nimis inualuerat hic morbas: vt sunt magis ad libidinem propensi, certè nusquam alibi minus lucte culta fuit, conugijs fides & pudicitia. Adhæc non de qualibet scortatione indifferenter, meo iudicio, hic agitur, vt sunt adulteria & vagæ indomitæque libidines, quibus publicè violatur & corrumpitur omnis castitas: sed concubinatus, vt loquuntur, notari puto: cuius tantam consuetudinem sibi fecerant Gentes, vt propemodum instar Legis foret. Quid ergo vulgarem corruptelam rebus per se non vitiis adnumerat Iacobus, in eo nihil absurdum: modò sciamas nequam fusse eius consilii, in eodem ordine locate quæ nō longè inter se distant, nam quid in puri homines sua fecitati inde prætextum captant, facilis est refutatio. Copulat, inquit, Iacobus cum scortatione sanguinis: sed an inter se comparat, vt res similes, saltem quæ nihil habeant diuersum: in tantum tespicit prauum & corruptum hominum inorem, qui à prima natura lege & ordine diuinitus constituto desieruerat. Quantum ad Dei iudicium pertinet, ex perpetua Scriptura doctrina petenda est eius cognitio. Quid autem Scriptura pronuntiet, minimè ambiguum est: scortationem scilicet male dictam esse coram Deo, & per eam fecit hominis animam & corpus, pollui sacram Dic templum, & Christum lacerari: Deum quotidie de scortationibus poenas sumere, & horrendum semel fore vtorem. Nullis certè lenociniis à scortationis patronis, quamlibet ingeniosi sine & facundi: tegetur eius feditas tam grauitate cælesti iudice damnata.

. 21 Moses enim habet.) Malè hic locus, meo iudicio, expositus fuit, ac tractus in contrarium sensum. Puntant enim Interpretes additum hoc fusse à Iacobo, quia supervacuum esset quicquam praescibere Iudeis, quibus familiaris erat Legis doctrina, & singulis Sabbathis legebatur: atque hunc sensum eliciunt, Hæc pauca à Gentibus exigere contenti sumus, quæ ferendo Legis iugo afflue non sunt, quantum ad Iudeos pertinet, habent Mosen ex quo plura dicant. Nonnulli etiam colligunt ex hoc loco, Circumcisitionem cum suis appendicibus hodie quoque seruandam esse Iudeis, sed incitare ratione inant, etiamsi vera esset illa, quam retulit, expositio. Verum longè aliud voluit Iacobus: nempe fieri non posse admonet, vt tam citè quasi vno impetu, abolcantur ceremonia quia iam à multis seculis afflueri essent Iudei Legis doctrinae, & Moses ius haberet præcones: ideo redimendam ad breue tempus concordiam esse, donec paucitatem clarius innoteferet libertas per Christum patet: hoc est quod vulgariter prouerbio dicitur, Ceremonias veteres sepeliendas fusse cum aliquo honore. In translatione agnoscem Græce lingue periti postremum illud membrum, Cùm in Synagogis per omne Sabbathum legatur, ame non temere fusse mutatum: nempe vitande ambiguitatis causa.

. 22 Tunc visum est Apostolis & Presbyteris cum tota ecclesia, delectos viros ex ipsis mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam cognomine Barjabam, & Silam, viros primarios inter fratres:

. 23 Missis per manus eorum literis in hanc formam: Apostoli & Presbyteri & fratres, his qui sunt Antiochia & in Syria & Cilicia fratribus qui sunt ex Gentibus, Salutem.

. 24 Quoniam audinimus quid quidam ex nobis egredi turbarunt vos verbis, labefactantes animas vestras, iubentes vos circuncidet & seruare Legem, quibus non mandaueramus:

. 25 Vixum est nobis unanimiter congregatis, delectos viros mittere ad vos, cum dilectis nostris Barnaba & Paulo,

. 26 Hominibus qui exposuerunt animas suas pro nomine Domini nostri Iesu Christi.

. 27 Atsimus ergo Iudam & Silam, qui & ipsi vobis sermone referent eadem.

. 28 Vixum est enim Spiritui sancto & nobis, ne quid amplius imponeremus vobis oneri, quæcumq; hoc necessaria:

. 29 Vt ablineatis ab his quæ immolata sunt simulachris, & sanguine, & suffocato, & scortatione: à quibus si conseruaueritis vos ipsos, bene facietis. Valete.

. 22 PLACVIT Apostoli.) Non absque singulari Dei gratia sedata fuit illa tempestas, vt causa probè difusa, in consensum veræ doctrinæ omnes descenderent. Plebis etiam modelia hinc colligitur, quid postquam Apostolis & reliquis doctribus iudicium permisit, nunc quoque subscribit eorum decreto. vicissim quoque Apostoli sua æquitatim speci non dederunt, quid nihil statuerunt de communī pierum omnium causa, nisi adhuc populo. Nam certè ex pastorum superbis nata est hec tyrannis, vt qua ad communem totius Ecclesiæ statum pertinent, excluso populo, paucorum arbitrio, ne dicam libidini, subiecta sint. Prudenter vero Apostoli & Presbyteri Iudam & Silam mitterendos censuerunt, quid res minus suspecta esset. Scimus quām difficile sit compellere improborum calumnias, satisfacere plerisque nimium morosis, leues & imperitos contineat, conceperos errores abstergere, odio sanare, contentiones placare, abolere falsos rumores. Dixissent fortè Pauli & Barnaba hostes, elicatas blanditiis esse literas, nouum aliquid cauillum excogitasset: turbati prius fuissent rudes & infirmi. Vbi vero cum literis adiuncti viri primarij, qui graniter de tota re coram differant, eximitus omnis sinistra suspicio.

. 24 QUITAM à nobis egisti.) Videmus ut nulla fuerit apud sanctos homines personarum acceptio, quæ sana & claque judicis semper corruptum. Fatentur nebulones ex suo grege fusisse: neque tamen illis indulgent, vel prauo favore inclinant ad tegendum eorum errorem, quipotius illos liberè damnando, ne sibi ipsis quidem parcent. Ac primum detrahunt illis larvam illam, qua abusus fuerant ad fallenendum. Insabat se Apostolorum mentem tenere: eos Apostoli in fallaci isto prætextu vanitatis coargunt: dum negant se quicquam tale mandasse, deinde multo severius ac durius eos accusant, quid turbauerint Ecclesiam, & animas labefactant. Hoc enim modo exosos & detestabiles reddunt piis omnibus, quia admitti nequeant nisi in exitium. Ceterum, ideo labefactare dicuntur animas falsi doctores, quoniam eas veritas Dei edificat: arque ita generalis doctrinam continet ista locutio. Nisi sponte animas nostras velimus trahi præcipites, ne amplius tempa sint Spiritus sancti, & earum ruinam appetamus, summopere è cauendos esse qui nos à puro Euangeliō abducere moluntur. Quod dicunt de seruanda Lege, non nisi ad ceremonias spectat, quanquam memoria ēmper tenendum est, de ceremoniis ita fusile tractatum, vt in eo cardine, & iustitia & salus hominum vertetur. Illas enim seruari pseudo apostoli iubebant, quasi iustitiam Lex conferret, salūque penderet ex operibus.

. 25 DILECTIS NOSTRIS BARNABA ET PAULO.) Laudes istas opponunt calumnias quas Paulo & Barnabe aspergere pseudo apostoli tentarunt. Ac primum ad tollendā dissidij opinionem, quæ multorū animos occupa-

occupauerat, confensum sibi esse testantur. deinde Paulum & Barnabam a feluore zeli ac plusquam viri magnitudine commandant, quod non dubitauerint animas suas pro Christo exponere. Atque haec eximia virtus est in Evangelij ministro, & que non parum laudis meretur, si non modo ad excequendum docendi ministerus gaudus fuerit, & impiger: sed & latum quoque mortis discernit doctrinam subire patatus fuerit. Sicuti talibus documentis proba Dominus suorum fidem & constantiam: ita quae virtutis insignibus eos nobilitat, ut in Ecclesia sua excellant. Ideo Paulus originata Christi, quem corpori suo gettabat, initia Gal. 6. d. 17 & cordatis Evangelio & Etioribus non contum pro Evangelio usque ad vitam certare, quia res non posse: hoc tamen non obstat, quin suis manibus auctoritate Christus concilie: quoties in memorabilem conflictus eos producit. Inter ea quibus nulla est bellandi necessitas, pirati tamen sunt ad fundendum sanguinem, si quando ita Dei, viam fuerit. Ceterum Pauli & Barnabae fonsitudinem non praedcant Apog. gladiatoriis differunt Christi martyres. Laudantur pro Paulus & Barnabas, non quod simpliciter se obliquè perstringent nebulos illos, qui nihil unquam pro Christo passi, eximbita sua & delictis prodierant.

28 V I S U M E S T Spiritui sancto ac nobis.) Quid se adiungit Apostoli & Presbyteri Spiritui sancto commites, in eo nihil sibi seorum attribuunt: sed perinde valer huc ratio, ac si dicentes tibi ducem ac praeferendem ut post expressum Dei nomen, ministros quoque secundo loco subiiciunt. Cum dicuntur populus credidisse Deo spiritu, ac Mosi seruo eius, non laceratur fides quasi patrum Deo, parvum homini nostale ad ligari, quid ergo rem habuit. Nec vero aliter credere Deo poterat, quam doctrinam a Moses propria ampliando: hec prius repudiato spirituque Mose, Dei iugum excusabant. Quo etiam refutatur eorum improbitas, qui fidem plenis buccis iactantes, Ecclesia ministerium impie non minus quam superet, comiunt. Nam ut sacrilega esset partitio, si fides vel in minimo articulo separatum ab homine penderet, & ludicio Deum palam habent, qui piateritis ministris, per quos loquitur illum se magistrum recipere simulantur. Nigra igitur Apostoli ex suo cerebro fabricata quod Gentibus tradunt decreta, sed tantum tuis Spiritu ministri, ut Dei auctoritate commendent quod ab ipso profectum fideliter per manus tradunt. Ita Paulus ex tua zeli sui meminit, non oblitus nouum Evangelium, cuius ipsi sit architectus: sed quod sibi commissum fuit Christo, predicat. Infulsi vero Papistæ, qui ex his verbis probare volunt penes Ecclesiam residere aliquid propter aucto-ritatis: imò secum ipsi apte pugnant, quo enim praetextu errare Ecclesiam non posse contendunt, nisi quia immediate à Spiritu sancto regitur? Ideo clamore factam Spiritus esse oracula, que nos eorum signata esse coartauimus. Stulte ergo vigint particulum hanc, visum est nobis: quia si quicquam censuerint At stoli seorum à Spiritu, cœdet primum illud axioma, Nihil à Conciliis decerni, præter Spiritus dictata.

P R A T E R H E C necessaria.) Huius vocis praetextu superbè triumphant Papistæ, quasi hominibus licet fieri leges, qua necessitatem conscientius imponant. Sub poena, inquietu, peccati mortalis seruandum est quicquid mandat ac præcipit Ecclesia: quia quod decernunt Apostoli, necessarium seruandum esse pronuntiant. Atqui expedita est tam futilis cauilli solutio, neque enim ultra viginti hæc necessitas, quam periculum erat scindende vinitatis. Ita proprie loquendo, accidentalis fuit ista necessitas, vel extinfecta: que scilicet non in re, sed tantum in cauendo offendicula sita era. quod ex decreto statim abrogato clarius patet, nam de iebus per se necessariis leges oportet esse perpetuas. Atqui legem hanc, simulacrum tumultus & contentio, scimus à Paulo refixum esse, ubi docet nihil esse immundum: & quibuslibet velci cibis, etiam qui idolis essent immolati, liberum ac licetum facit. Quare ex hac voce inanem praetextum captant ad ligandas cōscientias, cum necessitas, de qua nunc agitur, non nisi ad homines respectum habuerit in externo vno, ne scandulum inde nasceretur: coram Deo autem intacta constaret libertas. Frustra etiam ex toto loco confitentur nuntiata esse Ecclesia potestatem, quicquam præter Dei verbum statuunt, Leges, quas visum est præter Dei verbum condidit Papa, quibus Ecclesiæ regeret: nec eas decem aut viginti, sed immensa congerie: vt non modo tyrannice animas premant: sed dira sint ad eas excruciantas tormenta. Ut eiusmodi sauitiam excusent conductitii Papæ rabula, obiciunt Apostolos quoque vetuisse Gentibus quod Dei verbo veritum non erat. Ego vero Apostolos nego quicquam ad verbum Dei addidisse: quod minimè obscurum erit, si modò ad eorum consilium attendere libeat. Nuper admonui, nihil minus in animo illis fuisset quam perpetuam figere legem, qua obstrictos haberent fideles: quid igitur? Nempe quod fouende inter Ecclesiæ fraternal paci & concordia apatum erat, remedium adhibent: vt se ad tempus accommodent Gentes Iudeis. Atqui si aliud quicquam, hoc certe ex Dei verbo esse fatebimur, vt in rebus mediis dominetur inter nos charitas: hoc est, vt earum rerum, que per se libera sunt, externus vobis ad charitatem regulam flectatur. In summa, si charitas est perfectionis vinculum & finis Legis, si Dei mandatum est vt mutua unitati studeant fideles, & quisque proximis seruata in ædificationem: nemo tam rudit est, qui Dei verbo contineri non prospiciat, quod hic præcipiunt Apostoli. tantum suo temporis accommodante viuueralem regulam. Succurrat præterea quod prius attigi, politican fusse legem, que nullum conscientiis laqueum iniiceret, nullum induceret fictitium Dei cultum, quoq; duo via in humanis traditionibus Scriptura passim damnat. Atque vt demus, quod tamen vanissimum est, non esse ex Dei verbo, quod in illo Concilio decretum fuit: nihil tamen id Papistis suffragatur. Liceat Conciliis aliquid præter expressum Dei verbum, ex Spiritus revelatione decernere nempe non nisi legitimis Conciliis tribuenda erit haec authoritas. Concilia ergo pia & sancta fusse probent, quorum nos decretis volunt subiicerent. Sed partem hanc, qui initio capituli tractata fuit, nunc longius non prosequear. Quod ad præsentem locum abundè sufficit, teneant lectores, Apostolos ex verbi Dei finibus minimè egredi, dum externam pro temporis ratione legem statuant, qua Ecclesiæ inter se concilient.

30 Illi ergo dimisi venerunt Antiochiam: & congregata multitudine reddiderunt epistolam.

31 Quam quum legissent, gravissi sunt super consolatione.

32 Iudas autem & Silas, quum essent & ipsi Prophetæ, multo sermone adhortati sunt fratres, "vel, confirmauerunt.

- 33 *Commorati autem illic ad tempus, dimisi sunt cum pace à fratribus ad Apostolos.*
 34 *Visum est autem Sile ibidem manere.*
 35 *Paulus vero & Barnabas demorabantur Antiochiae, docentes & euangelizantes cum aliis etiam compluribus sermonem Dei.*

30 *CONGREGATA multitudo.) Hec fuit legitima agandi ratio ut totam plebem audiendam Epistola lectionem admitterent, nam si quid controvixit accidenterit in fide doctrina, iudicium quidem doctis & peritis, & in Scriptura exercitatis deferri aequum est: ac maximè pectoribus rite ordinatis, quia tamen omnium pariter interest, quid tenendum sit certe cognoscere, cum tota Ecclesia traternè communicare debent ipsi doctores, quid ex verbo Dei statuerint. Nihil enim sancto & christiano ordini missis consentaneum, quam populi corpus, non fecerit ac porcorum gregem à communione arcere: ut fieri solet sub tyrannie Papatus. Quia enim Papa & cornuti Episcopi populum non sperant forte inquam sat morigerum, donec in crassam inficiatam reducunt esset, hoc fixerunt optimum esse compendium, nihil sciendo pendere ex eorum placitis. Contrà verò tenenda est mediocritas, ut legimus pfectus salutem paneant, & vicissim populo sua maneat libertas, ne serviliter opprimatur.*

31 *G a v i s sunt super consolatione.) Omnes adeo brevis sit epistola, & nihil praeter nudam narrationem contineat, qualis inde consolatio redire posset a fidei. Atqui non nondum est, non parvum in eo consolatio- nis materiam fuisse, quod agnito Apostoli cum conseruato, tum singuli pacati fuerunt, tum omnes ex dissidio re- dierunt in gratiam. Cum falsi sparsus esset rumor, apostolos omnes Paulo & Barnabae aduersos esse, quosdam nimis credulos concusserunt multi dum animis: uelut habantur improbi hac occasione ad male dicendum abu- tebantur: alios curiositas & nouitas amor rabilabat: alii eram ab aliis diuisi erant. nunc dum prima Ecclesiæ iudicium congeritur, id est cum Pauli & Barnabæ doctrina, quod filii Dei maximè optabile est, obtinent, ve stabilitati in rebus, adeo ac inter se hanim quietis mentibus mutuò pacem colant.*

32 *I v r a s quoque & Sids.) &c de causa missi fuerant duo illi fratres, ut vocis quoque sue testimonium literis, & carent. Altoquij, que in breves & concisas literas de re tanta missuri erant Apostoli: & de fidei myristis aliquid arguent, & ad pietatis studium prolixius efflent hortati. Iam narrat Lucas plus aliquid praesertim: nempe quid dono, & operis instructi, Ecclesiam in genere adfiscauerint. ac si dicaret, non tantum in praesenti causa officio suo esse defunctoris: sed docendo etiam & hortando, utilem impendisse Ecclesiæ operi. Notandum autem est, quod Ecclesiam hortatos esse dicit, & eò quod Prophetæ etiam in id omnibus datum est tam plaeclarum obire munus. Itaque caendum est, ne quis temere finis suos transiliat: quemadmodum admonet Paulus. 1. Cor. 7. & Eph. 4. vt le intra accepte gratis mensu- ram sibi continueant. Quare non solum peculiares docendi minus esse commemorat Lucas: ne quis vel am- bitionis, cum facultas desit, vel inconsiderato zelo, vel stulta alia cupiditate emergere cupiens, Ecclesiæ ordi- nem subter.*

33 *P R O P H E T A erant.) Cùm varias significations habeat nomen, non sumitur hoc loco pro variis, qui- jus res futuras prædicere datum esset: quia parum opportune interpositum esset hoc elogium, ubi alia de re agiuntur: sed intelligit Lucas eximia mysteriorum Dei intelligentia Iudam & Silam fuisse preditos, ut essent probi Dei interpretes: quemadmodum & Paulus prioris ad Cor. 14. cùm de prophetia disserit, & aliis omnibus donis praesertim, non adducit in medium vaticinia vel predictions: sed ab hoc fructu commendat, quod doctrina exhortatione & consolatione Ecclesiam adficeret. In hunc modum Lucas exhortationem assignat Prophetis, quasi præcipuum officii partem.*

34 *D I M I S I sunt cum pace.) Hoc est, cùm discederent, fratres vale dicendo bene illis precati sunt, ut fieri inter amicos solet. Est autem lymphedoche in hoc membro: quia ex duabus alter tantum Hierosolymam reuersus est. Et in contextu mox subiicitur correccio, quod visum Sile fuerit illic manere, sed cùm ambos coniungit Lucas, tantum docere vult ante pacatum fuisse Ecclesiam, quam illi de redditu cogitarint. Tandem addit Paulum & Barnabam quondam Antiochiae fuerunt, intentos fuisse ad docendum, & in hoc opere assiduos: & tamen locum alii compluribus simul dedisse. Ex quo apparet idem sine emulacione omnibus fuisse stu- dium, & in medium contulisse suas operas ut prodeissent: quanquam de aliis compluribus consulto videretur sa- eta mentio, ne putemus Ecclesiam illam Pauli & Barnabæ discipuli fuisse desertam, que doctorum copia flo- rebat. Ad hanc celebratur iterum Dei benedictio, quæ in Ecclesia illa mox reuiguit, in qua triuissimam dissipa- tionem Satan per suos nuper molitus fuerat.*

35 *Fest aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus, Requerentes iam visitemus fratres nostros per omnes ciuitates in quibus annuntiavimus sermonem Domini, quomodo se ha- beant.*

36 *Barnabas autem consulebat ut assumerent Ioannem cognomento Marcum:*

37 *Paulus autem deprecabatur, ne is qui defecisset ab ipsis ex Panphilia, nec inisset cum eis in opus, simul assumeretur.*

38 *Tam acris autem fuit inter eos disceptatio, ut alter ab altero discederet: & Barnabas qui- dem assumpso Marco, nauigaret in Cyprum.*

39 *Paulus autem allecula Sila profectus est, traditus gratia Dei à fratribus.*

40 *Perambulabat autem Syriam ac Ciliciam, confirmans ecclesias.*

36 *INVISAMVS fratres.) In hac historia primò notandum est, quam sedulò Paulus pro ecclesiis quas instituit, sit sollicitus. Ut ille quidem Antiochæ laborat: sed quia Apostolum se divinitus ordinatum meminit, non unius tantum loci pastorem, vocationis sua cuiuslibet renet. deinde, sicuti minimè decebat vobis loco esse affixum: ita o- mnibus quos in Domino genuit, se obstrictu esse cogitat: ideo sua opera eos fraudare non vult. Addit quod in- choatum in illis locis opus negligi non poterat, quin paulò post diffiseret. Colligere tamè promptu est, in Antiochena ecclesia Paulum habuisse, donec compositum ritè videret eius statum & concordiam stabilitam. Ex- perimur enim quantum habeant momenti primaria ecclesias ad alias minores retinendas. si quis in obfuso pago oritur tumultus, vel si quid offendiculi incidat, non tam late spargitur rumor, nec vicini vilque adēd mouentur.*

mouentur. Verum si quis locus excellit, nunquam labascet sine magna ruina: vel faltem quin longè latèque minoria zedifica concuiat. Ergo Paulus Antiochiae ad tempus subsistens, aliis ecclesiis prospexit, atque ita in hoc exemplo non minus eius prudentia, quam sedulitas nobis spectanda est: quia non minus iep̄e nocte immodicus fatigandi feroꝝ, quam ignavia pastorum.

Quomodo se habeant.) Nouerat Paulus in tanta hominum levitate, atque ut eorum ingenium in vicissim proclue est, raro itabile & diuturnum manere, si quid recte inter illos constitutum fuerit: praefertim vero facilē collabi ecclesiæ vel degenerare, nisi assidue excolantur. Nihil quidem æquè firmum sub celo esse decebat, ac spiritu fidei ædificium, utpote cuius stabilitas in celo ipso fundata est: sed paneci sunt in quorum animis viuis penitus radices agri verbum Domini: ideo rara in hominibus firmitas. deinde etiam qui anchoram suam in Dei veritate fixam habent, non desinunt, tamen variis iactationibus esse obnoxij quibus etsi non eueritur eorum fides, confirmatione tamen quia fulciatur opus haberet. ad hanc videmus, quibus machinis imperat Satan, & quibus artificiis clam diruere conetur nunc totas ecclesiæ, nunc fidelium vnumquenque. Non ergo abs te Paulus anxie de suis discipulis meruit, ne se aliter gerant quam oportundum sit: & ideo maturè cuperit occurrere si quid incommodi ortum sit: quod sine inspectione fieri non potest.

37 B A R N A B A S autem consulebat.) Triste hic disidium narrat Lucas, & quod horrorem piis omnibus incutere merito debet. Sacra et caelestis oracula Pauli & Barnabæ societas. Sub hoc iugo, cui Dominus eos alligauerat, diu concordes laborauerant, multis documentis præclarū n experti erant Dei fuorem. Imò admirabilis ille successus, cuius antehac meminit Lucas, illustris erat Dei benedictio. Cum tot persecutorum tempestatis roties fuisse prop̄ obruti, & innumeri hostes tam acriter subinde illos virgerent: quum intestina etiam seditione pessima contra eos arderent: adeo non fuerant diuisi, ut tunc maximè probatus fuerit eorum consensus. nunc leui de causa, & quo nullo negotio transigi poterat, sacram illud vocacionis diuina vinculum abrumptum. Hoc certè accidere non potuit sine ingenti piorum omnium perturbatione. Cum tam violentus fuerit in sanctis istis viris contentio imperus, qui per multos annos se ad iterum omnium tolerantia assuefecerant: nobis quid acciderit, quorum affectus nondum ita in Dei obsequium subacti, absque modestia subinde lascivient? Quum leuis occasio eos distracteret, qui inter tot aduterias tentationes voitatem sancte coluerant, quam facilis erit Satanæ aditus ad eos distrahendos, quibus vel nullum, vel frigidum est sonendæ pacis studium: Barnabam, cui nihil magis honorificum erat quam esse Pauli comitem, ut instar filij erga patrem se gereret: tam pertinaciter respire illius consilium, quanta superbia fuit? In Paulo vicissim humanitas fortitudine quibusdam desiderari posset, quodd̄ fide coadiutori non condonauerit hoc erratum. Monemus itaque hoc exemplo, nisi acriter intenti sim serui Christi ad caendum, mulcas patere Satanæ rimas, quibus ad turbandam inter eos concordiam obrepat. Sed iam causa ipsa discussienda est. Iunt enim qui disidij culpam nimio Pauli rigor ascibant: & primo auditu probabiles sunt quas adserunt rationes. Reuictu Ioannes Marcus, quia se à Pauli comitatu subducatur, atqui non deficiuerat à Christo. Iuuenis ad crutis tolerantiam nondum affecctus, domum ex iterine reuersus erat. Atati dandum erat aliquid venia, tyro molestis inter initia succubuerat: non propter futurus erat tota vita ignarus miles. Iam cum reditus ad Paulum in signe penitentie testimonium sit, minimè humanae videtur eum reuicere. Indulgentius enim tractandi sunt, qui vlt̄o poenas sumunt de suis delictis. Erant etiam alia causa, qua Paulum ad clementiam flectere deberent. Domus Ioannis Marci celebre erat Ecclesiæ hospitium, mater in grauissimam persecutionem fideles excepterat: quum saevis et Herodes, &c. & fureret totus populus, illic haberi solebant sacri conuentus: vt antea retulit Lucas. Certè parvendum tam sancte & cordate mulier fuerat, ne eam immodicus rigor alienaret, filium optabat Euangelio prædicando addic̄im esse: nunc ob vnum leue etratum, eius operam respsi quantopere illi acerbum esse potuit in nunc ubi non solūm culpan deprecatur Ioannes Marcus, sed re ipsa corrigit: speciosum colorem habet Barnabas cur ignoscat. Colligere tamen ex contextu licet, probatum ecclesiæ fuisse Pauli consilium. Proripit enim se Barnabas, & cum suo comite in Cyprus nauigat fratum nulla fit mentio: ac si furtim illis infalutatis abiisset. Paulum autem fratres suis votis commendant gratia Dei: vnde appetit stetisse ab eius par ecclesiæ. Quod dein: de virtutem sui Spiritus in benedicendo Paulo Deus exercit, feliciter gratia sua successu profequitur eius labores, Barnabam vero relinquit quasi sepultum: probabile inde argumentum sumi potest, illi placuisse tale servitatis exemplum edi. Et certè longè grauius erat Ioannis Marci peccatum, quam vulgo putetur, non deficerat quidem à fide Christi: vocationis tamen suę defortor erat & apostata. res ergo erat pessimæ exempli, si mox in vocationem iterum receptus esset, à qua deficiuerat. Hac legre suam operam Christo deuouerat, vt amplius liber non esset, nec sui iuris. nihilo illi magis licuit fallere hac in parte fidem datam, quam vxori maritum, vel filio patrem relinquere licet. Nec vero infirmitas perfidiam excusat, qua violata fuerat vocationis sanctitas. Ac notandum est, non prorsus fuisse reiectum à Paulo. fratre loco eum habebat, modò plebeio ordine contentus esset, ad publicum docendi munus admittere recubabat: vnde turpiter excederat sua culpa. Multum autem interest, præcisè arceatur à venia qui peccauit: au illi tantum publicus honos negetur. quanquam fieri potest vt modum vterque excesserit: vt bonam aliquo cauſam sepe accidentia viriant. Recte Paulus & pro iure disciplinæ vtiliter, comitem admittere nolebat, cuius semel expertus fuerat inconstantiam: sed cùm Barnabam pertinacius videret instare, cedere poterat eius voto. Pluris quidem esse nobis debet veritas, quam totius mundi gratia: sed prudenter expendere conuenit, quantum ponderis sit in te de qua agitur. nam si in re nihili, vel nullius zedificationis, suam constantiam quis ostenteret, acut se ad certamen, nec tueri ad extremum desinat quod semel placuit: stulta erit & peruersa obstinatio. Fuit etiam media aliqua ratio, quia Paulus aliquid daret collegi fui iopportunitati: nec tantum à veritate defesteretur. Non debuit Marco blandiri, nec dissimulare eius peccatum: sed religio nulla obstat, quin liberè sententiam suam professus, vinci tamen se pateretur in ea causa, quę nec sanguis doctrinæ, nec salutis hominum iacturam secum trahebat. quod ideo admoneo, ut discamus etiam in optimis causis studio nostro moderari, ne ultra modum esserent.

¹  Eruerit autem Derben & Lystram: & ecce discipulus quidam erat ibi nomine Ti-motheus, filius cuiusdam mulieris Iudeæ fidelis, patre autem Graeco.

² Hic testimonium bonum habebat à fratribus, qui Lystris erant & Iconi.

³ Hunc voluit Paulus secum proficisci: & assumptum circuncidit propter Iudeos qui eraūt in illico locis, sciebant enim omnes, quod pater eius esset Gracus.

4 Cūm autem pertransirent ciuitates, seruanda illis tradebant placita, que decreta erant ab Apostolis & Presbyteris, qui erant Hieros. ma.

5 Itaque ecclesia confirmabant fide, & abundabant numero quotidie.

I Narrare iam incipit Lucas, quales Pauli fuerint progressus, post eius & Barnabæ diuinorum. Ac primù quidem refert Lybris assumptum ab eo fuisse Timotheum comitem, verùm ut ciuiamus nihil temere vel minus consultò fecisse Paulum disertè exprimit Lucas, probatum fuisse Timotheum fratribus, eiusque pietatem fuisse testatur. sic enim ad verbum loquitur. Atque ita quem alibi electum Paulus in cooptandis ministri haberi iuber, nunc ipse obseruat. Neque enim probabile est, iam tunc editas fuisse prophetias, quibus à Spiritu Timotheum fuisse insignitum alibi testis est Paulus. Sed videtur in eo aliquod esse discrimen, quod Lucas dicit Timotheum boni inter fratres fuisse nominis: Paulus autem vult eum bene audire apud extraneos, qui in episcopum eligitur. Respondeo, pricipiū spectandum esse piorum iudicium: vt soli sunt idonei testes, & soli ex Dei Spiritu recte & prudenter discernunt: impisi vero nihil plus tribuendum esse, quam cœcis. Ega pietatis sanctæ quoce estimationem ex Sanctorum arbitrio & suffragis fieri debere appetat: vt dignus episcopatu censeatur, quem suis elogijs commendant. Hoc tamen etiam secundo loco requiri fateor, vt eundem laudare cogantur incredibili: ne eorum probris & maledicentia obnoxia sit Dei Ecclesia, si turpis fama hominibus regendum se permitat.

3 C I R C U N C I O D I T propter Iudeos.) Disertè exprimit Lucas non fuisse circuncisum Timotheum, quia necesse fore: vel quia signi illius duraret adhuc religio: sed vt Paulus scandalum vitaret. Habitus ergo fuit hominum respectus, cum res coram Deo libera esset. quare Circuncisio Timothei non fuit Sacramentum, quale datum fuerat Abraham, & eius posteris: sed ceremonia media & indifferens, quæ tantum ad souendum charitatem, non ad pietatis exercitium valebat. Iam queritur, an Paulo symbolum mane vlpire licuerit, cuius significatio & vis abolita erat. videtur enim res esse fuloria, vbi ab initio Dei dicitur. arqui Circuncisio diuinitus tantum ad Christi vsque aduentum mandata erat. Ad hanc questionem respondeo, Circuncisionem ita cessasse Christi aduentu, vt tamen vsus non statim planè abolitus fuerit: sed liber maneret, donec clarissima patefacta Euangelij luce omnes agnoscerent Christum esse finem Legis. Arque hic tres gradus notandi sunt. Primus est, sic abrogatas fuisse Legi ceremonias exhibito Christo, vt neque amplius spectarent ad Dei cultum, nec rerum spiritualium figura essent, nec vlla esset vrendi necessitas. Secundus vero, liberum fuisse earum usum, donec clarissima innocenter Euangelij veritas. Tertius, non licuisse fidelibus eas retinere, nisi quantum earum usus in adscriptionem faceret, nec inde souerit superstitio. Quanquam libera illa, quam dixi, vtedi facultas exceptione non caret: quia ceremoniaru diversa ratio, neque enim eodem Circuncisio loco erat, quo sacrificia, quæ expandis peccatis ordinata erant. Quare Paulo circuncidere Timotheum licuit: vidi nam pro peccato offerre fas minime fuisse. Hoc quidem generale est, totum legalem cultum (quia temporalis erat) cessasse Christi aduentu, quod ad fidem & conscientiam. de usu autem sic habendum est, medium & piorum libertate reliquum esse ad breue tempus: quatenus fidei confessioni aduersus non erat. Notanda est temporis breuitas, de qua loquor, nempe vsque ad claram Euangelij manifestationem: quia crasē hallucinantur hac in parte docti quidam homines, quibus videtur Circuncisio locum adhuc habere apud Iudeos: cum doceat Paulus supervacuum esse, vbi per B. p̄tum consupulti sumus Christo. Rectius veteri prouerobü dicitum fuit, Sepeliendam Synagogam cum honore. Nunc superest dicendum, quatenus indifferens fuerit Circuncisionis usus. Ex ratione libertatis id faciliter patebit. Quia nondum innotuerat passim Gentium vocatio, Iudeis dandum era aliiquid prærogatiu. donec ergo melius cognitum esset, adoptionem à generi Abraham ad omnes gentes esse transvaluat: licet prius vt serebat adscriptio, signum discretionis retinere. Nam cum Titum circuncidere nonuerit Paulus idque recte factum esse prædicet, sequitur hanc ceremoniam non promiscuè, nec sine delectu fuisse liberam. Ergo spectanda fuit adscriptio, & publica Ecclesiæ vtilitas. Quia Titum circuncidere non poterat, quin puram Euangelij doctrinam proderet, s̄equa exponeret hostium calumniis, abstinuit à libero ceremonia usu, quem sibi in Timotheo permisit, cum Ecclesiæ vtilem esse cerneret. Hinc facile perspicitur, quām horrempet in Papatu graffetur confusio: Imensus illic est ceremoniarum acrius, quorū id, nisi vt pro vno veteri templi velo centum obtendant: Deus quas præceperat ceremonias abrogauit, quib⁹ ille lustrior fulgeret Euangelij veritas: homines nouas inducere ausi sunt, & quidem nullo seruato modo. Accesit deinde prauum commentum, valere eas omnes ad cultum Dei. tandem secuta est diabolica meriti fiducia. Nunc cum latit constet tales ceremonias nec vla esse, nec sepulchra quibus tegitur Christus: sed foetida potius stercore, quibus obruta est syncera fides & religio: qui promiscuè faciunt liberum earum usum, longe plus Pape arroganti, quām Deus Legi sua concedat. De Misericordia & similibus spuriis, quæ manifestam in se idolatriam continent, dicere nihil attinet.

S C I E B A N T hoc omnes.) Hoc fuisse Pauli consilium admonet Lucas, Timotheo accessum patefacere ad Iudeos, ne ab eo tanquam ab homine profano abhorcerent. Nouerant, inquit, omnes patrem eius esse Græcum. ergo quia nulla erat matrum potestas in liberos, satis persuasi erant non fuisse circuncisum. Hic obiter obseruant Leuctores, quām misera tunc fuerit populi Dei seruitus. Eunica Timothei mater ex tenuibus reliquis erat, quas Iudei quoque ipsi prodigi loco habent: & tamen homini incredulo in coniugium data, liberos suos Deo facare non audebat: saltem vt illis externum gratia symbolum daret. nec tamen propterea desitit filium suum à puerō sanctè in Dei timore, veróque cultu instituere. Exemplum sanè semini in tantum quas tyrannico imperio deterrent mariti, ne liberos & familiam castè in vera pietate contineant. Græcus hic pro gentili, trito Scriptura more sumit.

4 T R A D E B A N T seruanda placita.) His verbis significat Lucas, quām studiosus pacis fuerit Paulus. Optimum tunc souenda inter ecclesiæ concordia vinculum erat, seruare quod per Apostolos fuerat translatum. in eo cūm diligens est Paulus, bona fide cauet, ne quid oriatur turbæ sua culpa. Meminerimus autem id fuisse temporale: quia ubi videt cessare scandali periculum, penitus ecclesiæ exonerat, & posthabito decreto, liberum facit, quod illic veteruant Apostoli. Neque tamen ea abrogatione quod statuerant Apostoli rescindit ac violat, vel contemnit ipsos authores, quia minime illis consilium fuerat, sancire perpetuam legem: sed tantum mitigare ad breue tempus quod infirmas conscientias adere poterat: quemadmodum superiori capite fusiū differunt: quo satis arguit Papistarum stoliditia, dum grauiter nos accusant quod Paulus simus longe dissimiles: quia contemptis, vt loquuntur, Ecclesiæ decretis, solo Dei verbo regi volumus piorum conscientias, non autem sub iuri arbitrio hominum. Sed quemadmodum iam dixi, nihil minus Paulo venit in mentem, quām necessitatibus laqueum conscientiis iniiceret. non enim à ipso dissentit, cūm alibi clamat, Omnia mundi

1. Tim. 1. d. 18.

1. Tim. 3. b. 7.

Gen. 17. b. 11.

Col. 1. b. 11. 8. 12. Galat. 2. a. 3.

mundis. Item, *Qui firmus est, velicitur quibuslibet.* Item, *Regnum Dei non est esca & potus.* Item, *Ecclesia non committat Deo.* Item, *Omnis quod in macello venditur editio, nihil interrogantes propter conscientiam.* dicitur, sed uno verbo conciliat quae possent alius videri per unum consentanea, cum absimile ab id o'mythis ubi pro. *Pom. 14.* ppter alterius conscientiam. Interca fedulò caue, ne hominum legibus plus animas obstringat. *Nos ergo hodie nihil à Paulo duersum tentamus.* Ceterum, nimiris crasfè illudunt Papitie, leges suas cum Apoitoriis *c. 8.* decretis comparando. Nulum fixerant Apoitoli nouum Dei cultum, nullam nouum spirituale regimen e*Cot. 10.* texerant: sed pacis studio horatii fuerant Gentes, ut Iudeis aliquid concederent, ut leges suas illo praetextu excusat Papa, prius totas mutari necesse erit. Nos vero, cum spiritualem Dei cultum illuam Papille in humanis commentis, & ius unius Dei ad homines transferant qui domineantur in animas: fortiter repugnare cogimus, nisi perfido silentio prodere velimus partam Christi sanguine gratiam. *Immo quid cum tribus decreatis,* ad subleuandos infimos postis, simile libet imminen legum congeries: que non tantum miseris animis obruit suam mole, sed filium quoque abi'orbet? *Nota est Augustini quaestio ad Iustinianum:* quid iam runc nimo traditionum onere perpetram grauita effet Ecclesia. An illi, oblectio, tolerabilis effet uideria fuitus, que sc̄e centipo durior est?

S E C U L S & confirmabantur.) Hinc colligimus sufficere velut parergon & accessorium, ut vocant, quod de Apoitolorum paci & uitio Lucas. nam longè alius Paulina doctrina profectus & huncum commendat, quoniam ecclesiæ dici confirmatas sufficere fide. Sc̄ ergo res externas composuit Paulus, ut principiū id Regnum Dei, quod Euangelij doctrina conflat, & externo ordine altius est ac prestantius, intentus foret. Ergo de plenitis illis facta est mentio, quatenus ad concordiam interierat: ut leiemus sancto uno eam sufficere cuius, sed superiori gradu iocatur religio & pietas, cuius uincum fundamentum est fiducia: que rursus ipsa in pulum Dei verbum recumbit, nec pendet ab hominum ligibus. Nam hoc exemplo nos incitat Lucas ad continuos fiduci progressus: ne inter principia torpor, aut proficiendi neglectus obrepat. Expunitur etiam augenda fidei ratio, quia non nos feliciter Dominus seruorum suorum opera sollicitat: sicuti tunc Pauli & eius comitum opera uisus est. Cū nō mox subducit, numero quoque auctas esse: alterum quidem predicationis fructum commendat simul causa innuit, quatenus fide proficiunt qui primi sunt vocati, plutes ad Christum adducete: ac si propria fides latius ad alios serperet.

6 Quum autem peragressent Phrygiam & Galaticam regionem, etiā à Spiritu sancto loqui sermonem in Asia,

7 Profecti in Myssam tentabant ire in Bithyniam: & non permisit eis Spiritus.

8 Quum autem pertransiissent Myssam, descendebant Troadem.

9 Et visio per noctem conspecta est Paulo, Vir Macedon quidam erat flans & deprecans eum, ac dicens, Profectus in Macedoniam succurre nobis.

10 Ut autem visionem vidit, statim que stuimus ire in Macedoniam, certò confirmati, quod nos vocat Dominus ad Evangelizandum ipsis.

6 Qvix peragressent Phrygiam.) Hic recitat Lucas, quād sedulò & grauiter incubuerit Paulus cum suis comitibus in officium docendi, dicit enim per varias regiones Asia minoris iter fecisse, spargendi Euangelij caua. Sed rem vnam in primis memoratu dignam referit, quād vetiti fuerint à Spiritu Dei in quibusdam locis verbum de Christo facere, quod ad ornandum Pauli Apostolatum non parum valet: sicut procul dubio ipse ad pergentium non vulgariter animatus fuit, cum Spiritui Dei sibi via & actionum ducem esse agnoscere. Quād autem sine dicitur, quounque ventum erat se ad docendum parabant, id faciebant pro sua vocatione, & ex Dei mandato, nam sine exceptione ad promulgandū in e. Gentes Euangelium missi erant, sed Dominus consilium suum in gubernando eorum cursu, quod prius oculatum erat, in ipsis temporum articulis patet. Quare tamen, si nūquā docuit Paulus nisi manuducente Spiritu, qualis hodie erit Ecclesiaz ministris vocationis sua certitudo, qui nullis oraculis redditunt certiores quando loquendū sit vel tacendum? Respondeo, Cū tam latè patet prouincia Pauli, opus illi sufficere singulare directione Spiritus. Non vnius loci vel paucarum uibium creatus erat Apostolus, sed mandatum accepit promulgandi per Asiam & Europam Euangelij: quod etiam in mari vasti flimo nauigare. Quare non est quod minorem in illa confusa amplitudine Deum quasi portecta manu signum illi dedisse, quo sum tendere eum, vel quoique progrederi vellet. Sed altera hic nascitur magis difficultis quæstio, Cur Dominus in Asia veterit Paulum loqui, & in Bithyniam venire passus non sit. Nam si responsum fuerit indignas sufficere Gentes istas salutis doctrina: rursum excipere licebit: Cur Macedonia dignitor? Qui nimium sapere appetunt, causas huius discriminis assignare in hominibus: quād Dominus quoque dignetus suo Euangeliō, ut ad fidei obsequium proponens videret, sed ipse longè alter pronuntiat: nempe se palam apparuisse his à quibus non fuit quæsus, & his locutum esse, qui de eo non interrogabant. Vnde enim docilis & obsequendus animus, nisi ex eius Spiritu? certum igitur est alios alii suo merito non præferri, cū natura pœquè omnes à fide aucteri sint. Ideo nihil melius quam liberam Deo potestatem relinqueret, ut gratia sua dignetur aut priuēt quos visum est. Et certè ut gratuita est æternæ eius electio, sic gratuita vocatione certenda est, que illinc fluit: ac minimè in hominibus fundata est, quando nihil cuiquam deberet. Quare sciamus ex vno merita gratiae fonte pridere nobis Euangelium. Neque tamen Deo ipsi iusta ratio deest, cuius certis quibusdam offerat suum Euangelium, aliis autem prætereat, sed rationem illum dico in arcano eius consilio latere. Interim sciamus fideles, aliis posthabitatis gratia se sufficere vocatos: ne quod vnius Dei misericordia est, ad se trahant. In reliquis autem, quos nulla manifesta causa Deus reicit, protundam iudicemus abyssum, quam inquirere fas non est, mirari discent. Ceterum, Asia nomen hic pro ea parte capitum, que sic propriè dicta est. Quum dicit Lucas tentasse Paulum & eius comites in Bithyniam venire, solum prohibiti sunt à Spiritu ostendit non sufficere oraculus directos nisi quoniam necesse foret, ut in rebus dubiis & perpicias Dominus suis adesse solet.

9 Visio per noctem.) Noluit Dominus Paulum in Asia d'utius morari: quia eum in Macedonia trahere solebat. Trahendi autem modus exprimitur à Luca, quād illi vir Macedon nocte appauertit, ubi norandum est non eundem semper revelationis modum sufficere à Domino seruatum: quia diuersæ species ad confirmationem melius conuenient. Non dicitur autem hec visio oblata sufficere per somnum: sed tanq̄am nocte, sive enim nocturnæ quedam visiones, que tamen vigilancibus occurruunt.

R. o. b. 16. S V C C V R E nobis.) Hec locutio commendat ministerium quod Paulo iniunctum erat, nam quom Euangelium sit potentia Dei in salutem, dicuntur eius ministri auxilium perentium serie: ut a morte electi, in vita eternae hereditatem adducant. Atque hic non leuis stimulus esse debet prius doctoribus ad incitandum studi jadorem: dum se miseras animas reuocare audiunt ab interitu, & open ferre alias peccatis, ut salvi stant. R. ifsum docentur populi omnes ad quos Euangelium perfertur, eius ministros non secus ac liberatores reue-renter amplectentur Dei gratiam maligne respiciunt velint, neque tamen sic ad homines transferitur hoc elogium, ut vel minima laus sua parte spoliatur Deus: quia etsi per ministros salutem consert, ynuis tamen eius author est, ac si manus suas extenderet ad auxilium ferendum.

10 C E R T O confirmati.) Hinc colligimus non fuisse nudam visionem, sed confirmatam Spiritus testimoni. Spectris enim & visionibus sepe ad suis prestatigibus abutitur Satan, ut incredulis illudat. Ita fit ut nuda visio suspendata relinquat hominis mentem, sed quoq; verè diuina sunt, eas Spiritus certa nota obsignacne vacillent, vel hæsent, quos Dominus vult habere certò sibi adductos. Bruto apparetur cacodemon, eum ad infelix illud praelium initans, quod Philippis transgit eodem scilicet in loco, ad quem postea vocatus fuit Paulus. verum ut longè dissimilis fuit caula: ita profus aliter Dominus cum seruo iùo egit, ut illi scrupulom omnem eximeret: non autem relinqueret pauro attonitum. Iam in Paulo & comitibus certitudinem mox secutum est parens studium, nam simul ac tenet accedit à Domino, ad professionem se accingunt. Participi, quod hic ponitur, actua est terminatio: quum autem multa significet, non dubito quin Lucas hoc loco intelligat Paulum & reliquos, quum hanc visionem adiungerent superioribus oraculis, certò persuasos esse, dimittitus in Macedoniam se vocari.

11 Quin ergo soluissimus à Troade, recto cursu venimus in Samothraciam, & postero die Neapolim:

12 E: inde Philippos, que prima est partis Macedoniae civitas, colonia. Eramus autem in eadem ubi diebus aliquot commorantes:

13 Et die Sabbathorum egesi sumus ex urbe iuxta flumen, ubi solebat esse precatio: & sedentes loquebatur mulieribus que conuenerant.

14 Quedam autem mulier nomine Lydia, purpurarum venditrix, ciuitatis Thyatirorum, colens Deum, audiret: cuius Dominus aperuit cor, ut intenderet his que dicebantur à Paulo.

15 Cum autem baptizat a esset & dominus eius, deprecata est dicens, Si indicasti me fidelem domino esse, introite in dominum meam & manete. Et adestigit uox.

11 Hec historia quasi in speculo demonstrat, quā acriter fidem & patientiam suorum Dominus exercuerit, arduas difficultates obiciens, quibus superandis non nisi singulariter constanter par fuisset. Talis enim refertur Pauli ingressus in Macedoniam, qui visioni fidem abrogare potuerit. Sancti homines relicto quod habebant in manibus, opere, celeriter mare traieciunt, ac si tota gens Macedonum opis petenda caula cupide obuiam ventura esset. nunc adeò non respondet spei successus, ut omnes ferè loquendi aditus praclusi sint: primi vi bem ingressi, neminem illi reperiunt cui operam suam impendant. coguntur ergo in agrum exire, ut in secessu & solitudine loquantur. ne illi quoque virum vnum nancili possunt, qui autem praebat ipsorum doctrinam, vnam tantum mulierem acquirunt discipulam Christi: eam & quidem alienigenam. Quis non dixisset professionem illam stulte & malis auspiciis suscepit, quæ tam infeliciter cedebat? Sed ita Dominus sub humili & infirmaque specie opera sua peragit: quod illustrior tandem ipsius potentia enteat. præterit exordia Regni Christi sic componi oportuit, ut crucis humilitatem saperent. Obscuranda autem est Pauli & comitum eius constantia, qui tam aduersis initis non percussi, tentant nihilominus, si qua se præter ipsum vel minima occasio offerat. Et certè contra quævis obstacula luctari oportet seruos Christi, nec cedere difficultatibus, quin pertant in craftinum, si hodie nullus laboris fructus appetat, non enim est cur feliciores Paulo esse potuerint. Quum dicit Lucas in ea vrbe fuisse commoratos, quibusdam magis placet, quod contulerint vel disputauerint, sed altera verio simplicior est & contextus èo nos ducit, quia paulò pèst ostendit Lucas, Lydiam fuisse primitas ecclesie: & coniuncte promptum est, Apostolos egesios esse, quod nulla in vrbe ianua illis aperta erat.

12 D i e Sabbathorum.) Non dubium est quin secessum quæsierint Iudei, cùm precari vellent: quia tunc passim eorum religio in summo odio esset. Deus autem eorum exemplo docere nos voluit, quanti nobis esse debeat fidei profilio: ne scilicet eam innidet aut periculi metu deleteriamus. Habebant quidem multis in locis Synagogas: sed Philippis, que Colonia Romana erat, publicos agere conuentus non licuit. Ergo in secreto angulum configiunt, ut procul arbitris Deum precentur. neque hoc tamen ipsum innidit carebat, quæ molestiam illis & discrimen poterat creare: sed Dei cultum otio suo & commodo præferunt. Porro Lucam de Iudeis loqui, ex Sabbathi nomine colligitur, deinde, quum Lydiæ pierarem commendet, Iudeam oportet fuisse. Nec verò longa disputatione opus est, cùm Sciamus capitale fuisse Græcis & Romanis, Sabbathum celebrare, vel suscipere ritus Iudaicos. Iam tenemus non superstitionis causa delectam fuisse aluminis ripam à Iudeis, in qua precarentur: sed frequentiam homitum, & populi oculos fugisse. Si obiciat quispiam, cur non domi sua priuatum quicunque orabat: Responsio in promptu est, Solemnum hunc fuisse precandi ritum testam pietatis causa: atque ut à Gentium superstitionibus remoti, mutuò se hortarentur ad unius Dei cultum, & acceperant à patribus religionem inter se sowerent. Quantum ad Paulum & eius comites spectat, qui noui hospites erant, non tam precandi causa venisse illuc credibile est, quā qđd profectum aliquem sperabant. erat enim opportunus docendi locus procul à strepitū & attentiores ad Dei verbum esse docebat, qui precandi causa illuc conuenerant. Diem Sabbathorum pro Sabbatho posuit Lucas. vbi Erasmus secutus transtulit, Solebat esse precatio: vetus Interpres habet, Videbatur. Et verbum *vñlēgē* Græcis vrbumque significat, sensu tam preuenti loco aptior est, ex more habitat illuc fuisse precationem.

L O Q V E M A R V mulieribus.) Vel ad eootus tantum mulieribus destinatus erat locus ille: vel apud viros frigebat religio, ut saltem tardius adessent. Vt conque res habeat, videmus sanctos homines nullam occasionem negligere: quia nō grauatur solis mulieribus offere Euangelium. Porro quum mihi verissimile sit, viros & mulieribus

mulieribus communes illuc fuisse preces, viros à Luca pratermissos fuisse arbitror, qui vel audire gravaci sunt, vel nihil proficerint audiendo.

14 M Y L I E R nomine Lydia.) Si à paucis mulieribus audit essent, hoc tamen erat quasi per angustum rimam penetrare, nunc vero dum vna tantum cum attentione & profectu audit, non videri potuit obliuia & esse Christo ingressus: Atqui postea ex illo tenui sacerculo prodidit nobis ecclesia, quam Paulus praclaris encoris celebrat, fieri tamen potest, ut quodcum habuerit socias Lydia, quatum nulla sit mentio, quod ipsa longè praecleret. Quid autem vna hec mulier se docilem præbuit, Lucas caulam non assignat quod auctiori fuerit ingenio quam alie, vel aliquam à le ipso præparationem habuerit: sed dicit et eius speciem fuisse à Domino, vt Pauli sermoni intenderet. Laudauerat nuper eius pietatem: & tamen non potuisse comprehendere Euangelij doctrinam oīlend, nisi illuminatione Spiritus, quare videns non fidem modò, sed omnem intelligentiam spirituum rerum peculiare esse donum Dei, nec quicquam proficere ministros loquendo, nisi interior Dei vocatio simil accedat. Cordis nomine interdum in Scriptura mente intelligit, sicuti cùm Moïses dicit, Nō dedit tibi Dominus haec tenus cor ad intelligentiam: ita & hoc loco non modò significat Lucas instinctu Spiritus ad ductam fuisse Lydiam, vt cordis affectu amplectetur Euangelium: sed illustratam fuisse eius mentem, vt intelligeret. Hinc dicamus eum esse stuporem, cāmque excitatem hominum, vt audiendo non audiant, videntio non videant, donec nouas aties & nouos oculos illis Deus formet. Ceterū notanda est locutio, Apertum fuisse cor Lydie, vt voci externa doctoris intenderet, nam vt sola prædicatio nihil aliud est quā mortua literata viciſſis caudēt, nō est falsa imaginatio, aut species arcanae illuminationis à Verbo nos abducat, unde filii p̄det, & in quo recumbit. Multi enim vt gratiam Spiritus amplificent, & d̄vūnāq; nescio quos sibi fingunt, vt nullus super sit externi verbi vīsus, a qua tale diuinitus fieri non patitur Scriptura, que hominum ministerium cum arcano Spiritus: affluit coniungit. Nisi aperta fuisse mens Lydiae, literalis futura erat Pauli prædicatio: Deus tamen non illi nudus tantum revelationes inspirat, sed reuerentiam verbi sui: vt vox hominis, quā aliquo in aēre euauisset, in mentem cœlesti luce donaram penetraret. Faceſſane ergo fanatici homines, qui prætextu Spiritus externam doctrinam respūnūt, tenendum est enim temperamentum quod hic statuit Lucas, nihil nos ex solo Verbi auditu consequi absque Spiritus gratia: & Spiritum nobis conseruant, non qui Verbi conseruent, parat, sed potius qui eius fidem mentibus nostris infillet, ac cordibus incibat. Iam si cœla queritur, cur vnius tantum mulieris cor aperuerit Deus, ad illud principium redire necesse est. Credere quotquot præordinati sunt ad vitam, nam timor Dei qui appetant & explicitam Christi notitiam præcesserat in Lydia, ipse quoque gravitate electionis fructus fuit. Thyatira Geographi vibem Lydia esse tradunt, sitam in ripa Hermi fluminis, & illi quondam nomen fuisse Pelopis, sicut tamen qui Phygiæ attribuant, alijs Myiæ.

15 Q[uod] vs effet Baptiz na.) Hinc apparet, quā efficaciter breui temporis momento Deus operatus sit in Lydia. Neque enim dubium est, quin vel è amplexa fuerit Christi fidem, eique nomen dederit, antequā Paulus ipsam ad Baptismum admitteret, merè hoc promptitudinis specimen sanctus, etiam zelus & pietas in eo se proferunt, quod tuam familiam simul Domino consecrat. Et certè commune hoc piis omnibus studiū esse debet, vt eiusdem fidei socios habeant, quibus presunt, nam indignus est qui censeatur inter Dei filios, & alius cum imperio prædit, quisquis regnare domi sue volens in vxorem, liberos, seruos & ancillas, Christo nullum dare locum curabit. Sic ergo domum suam instituere quisque fidelium studeat, vt sit Ecclesiæ imago. Non habuit, fateor, Lydia in manu suo omnia corda, vt quoſcunque vellet suo arbitrio conuerteret ad Christū: sed Dominus pio eius studio benedixit, vt morigeros haberet domesticos. In hoc quidem, sicuti iam diximus, incumbere decet pios omnes, vt arceant à suis dominibus omne superstitionum genus. deinde, ne profanas habentia familias: sed eas contineant sub timore Domini. Sic Abraham fidelium pater, secum omnes seruos circundidere iussus est, & laudatur à cura instituēt domus sue. Porro si officium hoc à patrefamilias exigatur, multò magis à principe, ne finat, quantum in se est, Dei nomen in ditione sua profanari.

D E P R E C A T A est dicens.) Vim adiurationis habet quod dicit, Si me iudicabis fidelem, ac si diceret, ego per fidem que Baptismi sigillo à vobis approbatam est, vos obteflor, ne hospitium repudieris. Ceterū, testata quidem est Lydia tam ardentī yoto, quā ſerido & cupidè Euangelium amat. Inter ea non dubium est, quin talē illi affectu Dominus indiderit, quod magis animaretur Paulus ad pergeundū: non tam quia liberaliter & benignè excipi se videret, quāq; inde iudicium facere licebat de profectu doctrinæ. Fuit ergo ita non mulieris solū, sed Dei in uitatio ad Paulum eiū que comites retinendos, quā etiam pertinet quod sequitur, Coactos fuisse à Lydia: quā Deus in mulieris persona manum illis iniiceret.

16 Accidit autem euntibus nebis ad precationem, vt puella quædam habens spiritum Pythonis occurreret nobis, quæ quæſum magnum preſtabat dominis suis diuinando.

17 Hec subsecuta Paulum ac nos, clamabat dicens, Iſi homines ferni Dei excelsissimi sunt, qui annuntiant nobis viam salutis.

18 Hoc autem faciebat multis diebus. Paulus autem agrè ferens, & conuersus spiritui dixit, Precipio tibi in nomine Iesu Christi, vt exeras ab ea. Et exiit eadem hora.

19 Videntes autem domini eius, quod abiſſer spes quæſus sui, apprehensum Paulum & Silan traxerunt in forum ad Principes.

20 Et offerentes eos magistratibus, dixerunt, Hi homines conturbant viam nostram quum sint Iudei:

21 Et annuntiant instituta; quæ non licet nobis suscipere, neque fernare, quum Romani simus.

22 Et concurrit turba aduersus eos: ac magistratus scis̄is vestibus eorum, iusserunt virgis cedi.

23 Prosequitur Lucas Ecclesia incrementa, et si non statim verbo id exprimat, facilè tamen colligitur ex contextu, adductos fuisse coquiles ad fidem, vel saltem auctam aliquo numero fuisse Ecclesiam, nec verò fructu coetus frequentabat Paulus prectionis tempore. Simil rāmen refert Lucas abruptionem fuisse hunc cursum à Sarana, nempe quia Apostoli postquam virgis cœli fuerant & in carcerem coniecli, vrbe tandem coacti fuerint migrare. Quicquid rāmen machinatus fuerit Satan, videbimus in fine capituli collectum fuisse aliquod ecclesie corpus antequam discederent.

HABENS Spiritum Pythonis.) Fabulati sunt Poetae serpente, cui Pythonis nomen erat, confessum fuisse Phœbū sagittis. Ex hoc figura natus est aliud, ut arreptios Pytho spiritu afflari dicere, forte etiam in honorem Apollinis sic vocata sunt Phœbades. & Lucas receptum loquuntur mox sequitur: quia vulgi errorem tradit, non autem quo instinctu diuinatur puerilla. Certum enim est, sub larva Apollinis diabolus lusisse, ut idolatria omnes & fallacia in eius officina fabricatae sunt. Atqui mirari posset quispiam, diabolum, cuius impulsu puella clamabat, tam honorifici præconii fuisse authorem, quo Paulum & Silam & alios orabantur. nam cum sit mendacii pater, quomodo ab eo prodire potuit veritas? deinde qui factum est ut sponte locum daret Christi seruit, a quibus regnum eius destruebatur? quomodo contentaneum est plebis animos ad audiendum Euangelium præparasse, cuius tam infestus est hostis? Nihil certe illi magis proprium est, quam auertere mundum à Dei verbo, cui nunc audientiam conciliat. unde tam subita mutatio vel infelicitus motus? Verùm diabolus sic mendacii pater est, ut fallaci veritatis prætextu se ipsum tegat. Egit igitur callido artificio aliam personam quam fertur eius natura, ut occulte penitendo magis noceret. ac prouide quod mendacii pater vocatur: non ita accipere conuenit, quasi semper aperte & sine fisco mentientur. quia potius ab eius obliquis iniidis caueduntur est, ne veri colorem obtendens, inani specie nos decipiatur. Videamus etiam ut quotidie simili artificio utatur: quid enim magis præciosum Papæ titulus, quibus se non aduetariū Christi, sed vicarium iactat? quid solenni ita præstitione magis plausibile? In nomine Domini, Amen: Scimus tamen veritatem, dum ita obtunditur à fallaris Satana ministris est corruptam, ac mortifera tabe infestam. Duplex cum sit Satana ratio oppugnandi Euangeli: nempe quod aliquando via aperta grassatur, interdum vero mendacis si insinuat: duas quoque habet mentienti species vel dum falsis doctrinis & crassis superstitionibus verbum Dei evenerit: vel dum te amicum verbis astutè simulans, quasi per cuniculos obrepit. in dū nunquam est nocevit hostis, quoniam domi se transformat in angelum lucis. Nam tenemus quorū spectaret tam splendidum elogium, quo Paulum & eius comites extulit: nempe quia non tam commodum illi erat, bellum ex professo gerere cum Euangeliō, occulsi artibus tentavit laibafactare eius fidem. Nam si admisisti fuissest à Paulo illud testimonium, nullum amplius discrimen inter salvificam Christi doctrinam, & Satanae ludibriam in fieri. implicitus mendacis tenebris fuissest Euangeli fulgor, atque ita extinxerit. Sed queritur, cur tantum licentia Deus Satana permittat, ut veris quoque diuinationibus deludat ac fascinet miseris homines. nam omnisquis de eius perfidia noxilii agitant argutis disputationibus, hoc pro confesso sumo, non nisi Dei permisso vaticinia de tebus occultis vel futuris proferre. Videlicet autem hoc modo Deus homines male prouidios exponere ad eius fallacias, ut sibi cauere nequeant. nam cum diuinam virtutem spiritent vaticinia, necesse est quoties in medium prodeunt, reuerentia tangi hominum animos, nisi Deum contemnant. Respondeo, nequam Satana, tamen diuinis permitti, nisi ut poena de ingrato mundo sumatur: qui tam cupiditer mendacium appetit, ut sponte malitie decipi, quam veritati obedire. Est enim uniuersale illud malum, de quo conqueritur Paulus, primo ad Romanos capite, Quod homines Deum naturaliter ex mundi opificio cognitum non glorificant, ac veritatem eius iniuste supprimant. tanta ingratitudinis iusta est merces, quod Satana siānum laxatur, ut variis præstigiis eos in ruinam precipitet, qui malignè se à Dei luce auertunt. Quoties ergo Satanae diuinationes legis, cogita iustum Dei vindictam. Iam si tam senecte vlciscitur Deus lucis lux contemptum in Gentibus profanis, que non alto quam cali & tereti magisterio edocta sunt, quanto atrociorē merentur poenam, qui pati factam sibi in Lege & Euangeliō puram salutis doctrinam, scientes ac volentes suffocant: quare nihil mirum, si tam licentiosè Satan suis fallacis per tot secula mundum dementauerit, ex quo impie contempta fuit Euangeliī veritas, qua perspicue innotuerat. Sed obsecrit rufum, nullus eximi periculo, quum falsæ diuinationes ita volitant, neque enim boni minus quam mali, dum obtenebrata est veritas, obnoxii esse videntur Satanae decipulis. Reponsio facilis est, Etiam si promiscue omnibus laqueos tendat Satan, pios tamen seruari Dei gratia, ne irretiantur vna cum aliis. Clarior etiam distinctio in Scriptura traditur, quod Dominus hoc modo probas suorum fidem & pietatem reprobus autem excusat, ut pereant, quemadmodum digni sunt. Ideo Paulus disertè exprimit non dari Satanae efficaciam erroris, nisi in eos qui Deo obsequi, & veritatem amplecti recusant, ad Thessalon.2. Quo erit satis coaguritus scelerata eorum impietas, qui profanum omnis doctrinam contemptum hoc prætextu excusat: Quod nos verteremus, inquit, cum tot ac tam variis artibus ad fallendum pollet Satan præstat igitur omni religione solutos viuere, quam exitum nobis accersere religionis studio. Nec verò hunc metum seriò causantur, sed cum nihil magis cupiant, quam sine filio Dei meū securè pecudum more vagari: quodivis illis effugium placet, modò ne qua eos religio obstricatos teneat. Evidem fateor Satanam innumeris modis facio Dei nomine non minus callide quam improbè abutit, nimisque verum esse proueibimur illud quod peperit nobis Papatus, In nomine Domini incipit omne malum: sed quā Dominus pronuntiat se doctore esse humiliū, & pollicitus sit propinquum se fore rectis corde: quā Paulus doceat verbum Dei esse gladium Spiritus: quām testetur eos qui probè fundati sunt in fide Euangeliī, non esse amplius obnoxios hominum imposturis: quām Petrus Scripturam vocet Lucernam ardenter in loco caliginoso: quām nos minimè frustari queat benigna ista Christi in uitatio, Querite, inuenietis: pulsate, aperietur vobis: quicquid molstatur Satan, & quascunque tenebras offundere concutit pseudoprophe, timendum non est ne Spiritu prudenti & discretionis nos deferas, qui Satanam suo arbitrio compescit, & nos per verbi sui fidē de illo facit triūphare.

18 PAVLVS agre serens.) Fieri potest ut initio Paulus neglexerit puerilla clamarem: quia sperabat pro nihilo habuc iri, & maluisset sponte euancescere. sed continua recipio redium illi demum afferit: quia amplius dissimilare non poterat, quia eius silentio & patientia magis intoleceret Satan. deinde non temere in hanc prohibitionem emumperit debuit, donec certe sciret Dei virtute se esse instrutum nam sine Dei imperio futilis & irrita Pauli imprecatio fuissest. Atque id notandum est, ne quis Paulum nimis fessilatioris damnam audeat, quod tam seruide congregatus est cum immundo spiritu. neque enim molestiam ac indignationem concepit, nisi quia videbat Satanā ultum inualefcere, nisi mature occurseret: nec quicquam tentauit, nisi Spiritus impulsu: nec manum conferuit, nisi celesti virtute armaram. Videatur tamen sibi non constare, quām alibi prædicti se letari quacunque tandem occasione promoueri Euangeliū videat, etiam per improbos homines, & qui data opera studebant ipsius reddere exolum. Respondeo, hic die fam fuisse rationem: quia purassen omnes colludere puerilla demonium cum Paulo. ita non modò suspecta fuissest Euangeliī doctrinam, sed recidisset in merum ludibriū. In hunc finem etiam Christus iussit demonium obmutescere, cū tamē passus interdum fuerit nomen suum per homines indignos celebrari.

Mate.10.
c.15.
Luc.4.f.35. Propter ceteros & tibi in nomine.) Notandum est loquendi forma: nam sicuti futuris erat duplex miraculi usus: nempe ut innoveretur virtus Christi: deinde ut testatum fieret nihil ei commune esse cū Satanae præstigiis: ita Paulus imperium & potestatem soli Christo deferens, non nisi ministerū se esse declarat. deinde palam oponit Christum

Christum de monio, ut ex confititu omnibus agnoscant hostile esse inter ipsos dissidium, nam expergefieri multo vile fuit, qui dediti fuerant tamen crasse impostura, ut bene purgati ad sanam fidem concederent.

19 V T D E N T E S autem.) Ide in diabolus, qui nuper suis illecebriis blande Paulum captabat per os puerum, dunc in rabiem eius dominos concitat, ut eum ad mortem rapiant. ita feliciter noua persona induitum iugendam agit: quia prior lulus successu carcerat. Etsi autem seruor zeli quo excanduerat Pauli, & persecutionis turbinem mouit, non tamen propter ea vitio vertendus esthuc verò minacel possumus ipsum Paulum, ut infectum esse cupieret quod factum erat, quia sibi probè concius erat quo impulsi diabolus expulset à puerula, quo docemus non temere damnanda esse recte facta, & si quid ex Dei mandato hinc puerum eius, quod ait eventus infelix equatur: quod tunc Deus suorum consiliorum examinat, donec lenios sit & magis proper omne tamen suum difficultate. Quantum ad hominis spectat, causam exprimit Lucas cur ita in Paulum intulerit: nempe quia spes turpiter aequaliter. Ceterum, quannam sola auaritia pericitur Euangelium cuiusque immobilitatem ostendit: obstante tamen pulchrum colorem, quod à illis ad conuelli publicum itatum, violari leges receptas, & pacem turbans. Ita quanvis improbus & nequiter se gerant hostes Christi, aliquas semper peccata de cunctis excoigitant. Imo etiam si ei re ipse apparat prava eorum cupiditas, ferre tamen fronte semper aliquis ingreditur ad regendum suum iuripudicium. Ita hodie quicunque ex Papistis sunt acerrimi zelotæ legi sue, nihil tamen in animo habent preter sonum querulum vel dominationem. Dicunt per omnia fieri illi eis: pio affectu fe cogitantes tamen ipsi clamant, zelum eorum accendi ex frigore culina, & eius abusus. Illam esse ambitionem. Nam sunt vel famelici canes, quos voracitas iungit, vel rabidi leones, qui nihil praeter leuitiam spirant.

20 I T T H o m i n e s turbant urbem.) Veritate composita sicut hæc crimino, ad gravissimos Christi servos: nam ab una parte obcedunt Romanum nomen, quo nihil era magis favorable. Rursum ex nomine Iudaico, quod tunc infame erat, confundit illis inuidiam: nam quantum ad religionem, plus habebant Romani affinitatem cum aliis quocumque, quam cum gente Iudaica. Homini enim Romano licet facere vel in Grecia vel in Asia, alisque regionibus ubique vigeant & idola & superstitiones. Iuicet secum facile contentiebat Satan, quoniam variis foribus induerat, quae autem sola erat religio in mundo, Romanis habebatur decessibiles. Terram caluniam ex crimine sedxit onis concionantibus enim pacem publicam obtundent à Paulo & eius comparsis. Eodem tamen odio traductus fuit Christus: & nunc ad creandum nobis odium, nihil magis plausibiliter habent Papistæ, quam dum clamant non aliis spectare doctrinam nostram, quam ad turbas misericordias, ut tandem sequatur rerum omnium confusio. Sed hanc nullam infamiam, Christus & Pauli exemplo fortiter nos spernere decet: donec malitiam hostium nostrorum in lucem producat Dominus, & impudentiam refellat.

21 I N S T I T U T A quæ non licet.) Prae iudicio nituntur, ne causa venias in disputationem: qualiter & Papistæ hodie nobiscum agunt. Hoc in generali Concilio decretum est: magis recepta est opinio, quam vt fas sit dubitare: hoc diutius vius approbauit: illo plus quam mille seculorum consensus sanctius est. Sed quoniam hæc omnia, nisi vt Dei verbo nihil auctoratis relinquant: laetantur hominum placita, interim Dei Legibus ne extremitas quidem locus concedatur. Quatenus valere debeant hæc præiudicia, ex praesenti loco statuere licet: Praeclaræ erant leges Romane, sed religio non aliunde quam ex solo Dei verbo penderat. ideo in hac causa semper attentè videndum, ut hominibus in ordinem coactis, una præualeat Dei auctoritas, ubique quidquid excellit in mundo, iubiciat.

22 C O N C V R R I T plebs.) Quum narrat Lucas factum esse populi concursum simul ac tumultuanti sunt pauci homines nichil, nempe quatuor, & prefigitatores, & quorum fortes plus satis notæ erant: admonet quantum intemperie feratur mundus aduersus Christum. Et quidem commune omnibus populis saepe ferè perpetuum vitium, astutia & levitas, sed in eo se prodit mira vis Satanae, quod qui modesti sunt & sedari in aliis causis, de nihilo repente efferten, sèque indignissimis quibusque socios adiungunt, vbi oppugnanda est Dei veritas. Nihilo plus moderationis in ipsis iudicibus fuit: siquidem reputamus quenam fuerint illorum partes. Debabant enim sua gruitate compelere populi furorem, & violentiam acriter se opponere, debabant suo prædictio regere innoxios, atqui eos tumultuose arripiunt, & laceratis vestibus indicta causa nudos virgis cædi uident. Deplorant sine hominum prautas: quia factum est ut omnia ferè mundi tribunalia, quæ iustitia sacraria esse debebant, impia & sacrilegia Euangelij oppugnatione polluta fuerint. Quarriunt tamen quoniam fuerint in carcere, coniectat, quom iam de illis sumpta esset poena: carcer enim custodie causa inficiens est. Nempe hoc genere correctionis vñ fuerunt, donec amplius cognoscerent. atque ita videmus inhumanius tractariserenos Christi quam adulteros, latrones, & alios quousque sceleratos. Vnde clarius perspicitur vis illa Satanae in concordis hominum animis, ut nullam iudicis speciem colant in persequendo Euangelio. Etsi autem durior est prius conditio in tuenda Christi veritatem, quam in iudiciorum suis sceleribus: praeclarè tamen cum illis agitur, quod in omnibus quas perforunt iniurias, gloriösè coram Deo & Angelis triumphant. Sustinent probra & ignominias: sed quia nouerunt Christi stigma plus habere precij & dignitatis in celo, quam vanas & fulmolas pomposas: quod magis improbus & contumeliosè eos vexat mundus, eò vberior illis suppetit gloriam in materia. Nam si The mistici cantum honoris habitum est à profanis scriptoribus, ut patuerint eius carcere in iudicium tribunali: & curiæ quanto magis honorificè sentir nos decet de Filio Dei, cuius causa agitur quæties Euangeli: cuius causa persecutio nem solum in fideles? Tametsi ergo plugas Dominus infligi Paulo & Silvestri ab iniquis in iudicibus possit est non tamen dedecus illis iniuri permitit, quod non cederet in maiorem gloriam. nā cùm reliqua sint passionem Christi quicunque pro Euangelio testimonio ferende nobis sunt percutiones: quemadmodum Princeps noster crucem, que maledicta erat, conseruit in coram triumphalem, sic etiam carceres & patibula suorum ornabit, ut ille de Satana & impiis omnibus triumphant.

LACERATIS vestibus.) Quia ecclæ transluleat vetus Interpres, male Erasmus mutauit, quod suas vestes lacerant magistratus. Hoc enim tantum voluit Lucas, tumultuosè casos suos sanctos homines, neglecto iudicij legitimo ordine, & manus tanto impetu iniectas esses, ut lacerarentur vestes. Hoc autem nimis alienum fuissest à more Romano, iudices publicè concindere vestes suas in formâ: præfertim quoniam de ignota tantum religione quælio esset, cuius cura non magnopere eos tangebat, sed nolo prolixius de re certa litigare.

23 Cūque multas plegas eis inflixissent, coniecerunt eos in carcere, precipientes custodi carcere ut in tuto custodiret eos.

24 Qui cum tale preceptum accepisset, coniecit eos in carcere interiorem, & pedes eorum fiti inoxit ligno.

25 Media autem nocte Paulus & Silas orantes laudabat Deum. Exaudiens autem eos qui in celo erant:

26 Subito vero terrae motus factus est magnus, ita ut concuterentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia, & omnium vincula soluta sunt.

27 E perrectus autem custos carceris, quum videret ianuas carceris apertas, euaginato gladio e ipsum erat interfecturus, existimans a fugisse vinculos.

28 Clamanit autem Paulus voce magna, aicens, Ne quid faceris tibi ipsi mali: uniuersi enim hic sumus.

23 V T I N T U M CUSTODIRET.) Quid tam sedulū iubent magistratus Paulum & Silam seruari. Scitum est eo confitio, ut cognoscerent amplius de cauſis mortuorum fedat cœlo impetu mundum furere contra Euangelij munitiones, ut nullum seueritatem modum fuerit. Ceterum, vt nobis ad exemplum valde prodest cognoscere quam indignis non odis olim excepti fuerint Christi restes, ita non minus cognitu utile est quod statim subiecit Lucas de eorum fortitudine & tolerantia. Nam quam vinculi erant compedibus, dicit eos oratio laudasse Deum: unde apparet neque conuenientiam qua affecti fuerant, neque plagas que vrebant ipsorum carnem, neque fecorū profundi carceris, neque periculā mortis quod instabat, oblitus, quo minus alacriter & leuis animis gratius agerent Domino. Tenenda quidem est generalis regula, non posse nos rite precari ut decet, quin simul Deum laudemus. Nam etsi nascitur precandi studium ex sensu nostro in opere vel malorum, ideoque cum dolore & anxietate animi ferē coniunctum est; sic tamen fideles moderati oportet suos affectus, ut Deo non obstrepant. Sic legitimi precandi ratio duos affectus contingit in speciem contrarios: sollicitudinem & tristitiam ex sensu necessitatis quo nos premit, & lætitiam ex obedientia qua nos subiiciimus Deo, & ex ipse quæ propinquum ostendens portum in ipso naufragio nos recreat. Talem formam nobis prescribit Paulus 4. ad Philip. capite, Petitiones, inquit, velite cum gratarum actione innocentiam apud Deum. Sed in hac historia notandum in circumstantia. Quanvis enim acerbis esset plagarum dolor, quanvis molestus esset carcer, quanvis grave esset periculum: quando non defunxit Paulus & Silas Deum laudare, hinc colligimus quād constanter animati fuerint ad crucem ferendā. Sic antea retulit Lucas gauios suis Apostolos, quod digni essent habiti, pro nomine Domini contumeliam pati.

Philip. 4.
a.6.

Suprà s. g.
45.

E X A V D E B A N T E O S.) Scendum est clara voce precatos esse Paulum & Silam, ut fiduciam bonae conscientiae testatum alii facerent, qui in eodem carcere inclusi erant. Poteat enim vel tacito corde gemini tu vota pro more concipere, vel submissis verbis orare Dominum. Cur igitur vocem extollunt? certè non id faciunt ambitiosè: sed ut profiteantur se auctore bonitate fratres, intrrepidè consugeant ad Deum. Ergo in eorum precibus inclusi sunt fidei confessio, quæ ad commune exemplum pertinebat: & ad considerandum miraculum tam maleficos quam insularij domum præparauit.

26 TERRA & MOTVS FACTUS EST.) Hoc visibili signo edendo, primū voluit Dominus suis suis consolare, ut claritas agnoverent exauditas fuisse suas preces: aliorum tamen responsum quoque habuit. Poteat si ne teiri motu eximere Paulum & Silam compedibus, & ianuas aperire, utrum accedit illa non parum ad confirmationem eorum valuit, quid Deus in eorum gratiam etenim & terram concuteret, deinde oportuit custodem carceris & alios sentire Deum praesentiam, ne fortuitum esse miraculum putarent. Nec verò dubium est, quin dominus pecimen tunc virtutis sua ediderit, quod seculis omnibus prodesset: ut sibi propinquum fore certò statuant fideles, quoties subeunda erunt certanina & pericula pro defensione Euangelij. Interea neque eundem semper tenorem seruat, ut se praesentem esse testetur manifestis signis, neque legem illi praescribere fas est. nam & ideo manifestis miraculis tunc adiuvit suos, & ut nos hodie occulta eius gratia contenti sumus: quia de te plura diximus in caput secundum.

Suprà 12.
b.10.

27 E X C R I A T V S C V S T O S C A R C E R I S.) Mortem sibi consiscere volebat, ut supplicium anteuerteret, ridicula enim fuisset defensio, sponte apertas fuisse ianuas carceris. Sed quæsi potest, Quum videat Paulus in eo spem fugi esse possum si ne ille occidat, cur obfisticet? videret enim hoc modo liberationem diuinus oblatam respueret: nō videtur merum fuisse ludicum, quod Deus custodem expergescere voluit, ne quis esset vius miraculi. Respondeo, spectandum hic esse eius consilium, neque enim Paulum, Silam & reliquos soluit compedibus, nec ideo ianuas aperuit, ut liberos inde latum emitteret: sed ut pectora manus sua virtute, obsignaret Pauli & Silæ fidem: apud alios verò illustrè redderet nomen Christi. Se ergo Pauli & Silæ votis respondet, ut se demonstret sat potenter esse ad eos liberandos quoties viuum fuerit: nec quicquam ibi posse obstat quin penetraret, non modo vñq; i.e. in carcere, sed etiam in lepida chia, ut suos à morte trahiat. Petro ianuas carceris aperuit in aliud finem, ut viuum fuit cap. 12. sed nunc quiam alii illi ratio ad manum esset levandi Paulum & Silam, non tam in pænitentia eos educere voluit per miraculum, quād in postulam confirmare, deinde memoria repetendum est quod nuper dixi, pertinuisse carceris apertione ad alios, ut multis testibus notum esset Deum fauere doctrinam quæ iam iniusto prejudicio gravata erat. Sensit hoc procul dubio Paulus: inde quod solitus ex vinculis pedem loco non mouit. Liberum erat illi effugere: cui esset? an quis contentum Dei gratiam tanq; irruerat, ere velit miraculum sua pigritia? nihil horum probable est. vide colligimus fuisse diuinum retentum: sicut Dominus animos suorum dirigere solet in rebus perplexis, ut lequantur interduum scientes, interdum ignari, quod facta opus est, nec metas suas transiliant.

29 Postulatique lumine irrupit, actrem factus procidit Paulus & Silas ad pedes.

30 Et producitur illis foras ait, Dominus, quid me oportet facere ut saluus sim?

31 Illi vero dixerunt, Crede in Dominum Iesum Christum, & saluus eris tu & domus tua.

32 Et locuti sunt ei sermonem, & omnibus qui erant in domo eius.

33 Et assumpitis illis in illa hora noctis, abluit plagues: & baptizatus est ipse & omnes domestici illius continuo.

34 Cumque perduxisset eos in dominum suam, apposuit eis mensam: & exultauit quod cum uniuersa domo sua credidisset Deo.

29 TREMENS FACTVS procidit.) Non minus timore subactus fuit hic custos ad pectorandum Deo obsequium, quād

quām miraculo p̄paratus,hinc appetat quām vtile sit hominibus dēfici ex sua superbia , vt se Deo subidere discant. Obdūraturat in suis superstitiōibus. sp̄eūsūt igitur alto animo quicquid à Paulo & Sila d. Sit fore, quos etiam probrosc̄ in actōes carceris angustias detruerat,nunc timor docilem ipsū redit & cōn-
fusum. Quoties ergo nos percellet Dominus vel aliqua conūteratione , tanget : hoc sciamus fūi, ut in ordinem ex nostra altitudine cogantur. Sed mirum est, non reprehendi quid p̄ procedit ad ilorum p̄fesa, si fit e-
nī, vt diff̄ nūlē Paulus quod Lucas prius retulit, Petrum in Corincho m̄m̄ tuūsē: Rēpondeo, P̄ iuliu-
s 10.9.
cōdō p̄cere culto, di, quia sic nos superstitionē, sed luini iudicē metu iudicūt ut ita h̄i m̄s̄t̄. Erat p̄-
cōdō venerationis lat̄ s̄ trā p̄fēct̄m̄ v̄rō Romanis solenne erat, quām v̄ silent suppliciter aliqd̄ petere,
vel deprecari ventum, ad eorum genua proculib̄e, quibus erant supplices. Nulli ergo fuit causa cur exca-
deceret Paulus corra hominē simpliciter à Deo humiliari. Nam si quā sūsse contra Dei gloriam ad-
missum, non erat oblatus eius zeli quem p̄ apud iycōnes ostenderat, itaque ex eius silencio colligi-
us, in
hac specie adorations nihil p̄tari vel Dei gloria sūsse contrarium.

30 DOMINI, QY I D me oportet facere. Ita consilium petit, vt simul testetur se fore obedientem. Hinc vide-
mus sc̄dū s̄ ite tactu, vt ad cap̄sūd̄ eorum iusta paratus esset, quos paucis antē horis iubūm̄p̄t̄ vinxe-
rat. Sēp̄ t̄p̄j ȳvis miraculūs, etiā ad momentum exp̄auēt, statim tamen redduntur obſeruatores, vt Pha-
raoni cōgītātē minime domantur, vt se Deo ad dicant. Hic autem cultus, signis Dei potentiā non modū
pauli per teat̄sūt̄ fuit, vt mox ad priorem ferociam rediret: fed se Deo obedientem, & sāna doctrināe cupidūm
ostendit. Sc̄fūt̄rūt̄ modo obtinēd̄ salutis: vnde clarus apparet, non euāndi Dei timore sūisse fūsūd̄
concupiūt̄ dūt̄axat̄sēd̄ verū humiliaſām, vt eius ministriſ ūscipūlūm̄ se offert̄. Sc̄iebat non alia de causa
fūsūle connectēt̄ in carcerem, n̄i q̄ uāl̄ḡare in gloriam statūm̄ connellerent, nūc ad eorum doctrinām
paratus est attendere, quam prius contempnerat.

31 C R E D E I N D O M I N U M I E S V M .) Brevis & in speciem ieiunia, sed tamen plena est h̄ec, utis
definiūt̄, vt in Christum credantur. Habet enim v̄n. s̄ Christus omnes beatitudinis & eternae vita partes in se
inclusas, quas nobis per Euangelium offert̄: fide autem recipimus, quemadmodū dīlēui cap. 15. Dōo autem
hīc notanda sunt: prīmō Christum esse: vacuūm fidei scopūm̄d̄ nihil quām vagi in hoīnūm̄ mentes, q̄ rūm̄
ab eo declinant. Itaque nihil mirum si tota Pap̄ius Theologia immāne sit chāos & horribilis labyrinthus: sup̄a. 5. b.
quia neglecto Christo sibi in vanis & ventolis specimēbus indulgent. Dēnde non, andūm̄ est, postquam fide
de ampliū fūsū Christūm̄, dū v̄num iūfīcēt̄ ad filiūm̄. Sed posterius membiūm̄ quod mox subneēt̄ Lū-
cas, nichil fidei naturam exprimit. Iubent Paulus & Silas cōtōdēm̄ carceris in Filio Dei credere, an p̄cīsē
in h̄a vna voce subfūst̄unt̄? Ind̄ leqūt̄ur ap̄d̄ Lucas in coatectu, ip̄los annūt̄sūle sermonēm̄ Domini. Vide-
mus ergo vt fides non leuis sit vel arida opinio de rebus signis, fed h̄i quād̄ distiūcta ēque Christi cogit̄ &
Eua gelio concepta. Abīt̄ rūfūm̄ Euanḡelij p̄dīcātiō, nulla iam reflabit̄ fides. In lūm̄ia, Lucas fidem cum
p̄dīcātiō & doctrinā coniungit, & pol̄quām̄ de fide breuer locut̄s est, exēgetē refert̄ v̄ uāl̄ & legiti-
mū in credēndi modū. Ideo p̄ figmento implicitē fidei, de quo balbutiunt Pap̄iſ, teneamus fidem v̄rō
Dei implicitā, q̄a nobis Christi virtutē explicit̄.

32 B A R F I T A V S est ip̄sē & omnes qui domi erant. Iterum commendat Lucas p̄iūm̄ zelum custodi, q̄d̄ dō
totā lūm̄ domūm̄ cōfēt̄auerit. Domīno: in quo etiam refūget Dei gratia, q̄d̄ totā familiām̄ repētē
in p̄iūm̄ cōsēnsūm̄ adduxerit. Simūl v̄rō notanda est insignis mutatio, nuper sibi mortem cōfūscēre vole-
bat, q̄d̄ putaret Paulus & alios fugisse: nūc de p̄positō metu sponte domūm̄ illos adducit. Ita videnus fides
ad strenuā agendā animet, quibus prius nihil erat cordis. Et sānq̄ metu & dubitatione torpeamus,
nulla est melior fiducia materia, q̄d̄ p̄s̄e omnes curas in sūmū Dei cōnīcēt̄: vt nullum nos periculum ab
officio p̄st̄ando deterret̄, dum exitum à Deo speramus quālem ip̄sē v̄t̄le fore prouiderit.

33 E X V L T A V I T q̄d̄ cr̄dūd̄it̄.) Prius externā fidei p̄dīcātiō laudata fuit in custode: nūc interior fidei
fructus describitur. Cūm hōsylit̄rēcepit Apostolos: nec p̄ ea am̄ exhorruit̄, quin beniḡne eos domi
fūe trahit̄, contrā quām̄ in iūnūm̄ fūerat̄ à magistratu, estatus est non oris, esse suam fidem. Gaudium
autem, de quo loquitur h̄ic Lucas, singulare bonum est, quod singuli ex sua fide percipiunt. Nullum mala cō-
scientia gravius est tormentūm̄nam increduōs, tamēst̄ stupērēt̄ sibi modis omnibus inducere conantur,
quia tamen cum Deo pacem non habent, trepidare necesse est. Qūd̄ si p̄s̄entes cruciatus non sentiunt̄, imō
vesan̄ & cōfīcēt̄ s̄cīcēt̄ bacchanteūm̄, nūquām̄ tamē tranquilli sunt, nec sereno gaudiō potiunt̄. Syncerum
ergo & itab̄e gaudium non nisi ex fide est, quām̄ fruīnūr̄ Deo propīcio. Hic rationē dicit Z̄charias, Gaude &
exulta filia Sion, Ecce Rex tuus venit. Ind̄ p̄s̄iōnē in Scripturā h̄ic tribut̄ fidei effēct̄, q̄d̄ animas exhi-
laret̄. Sc̄iam̄ ergo fidem, non inām̄ nec mortuām̄ imaginationē esse: sed viuum gratia Dei sensūm̄ qui
solidūm̄ ex certitudine salutis gaudīt̄: cuius expertes esse impīos & quām̄ el̄, qui & Deum pacis fu-
giunt, & omnēm iūstītām̄ conturbant.

35 Q U A M V̄RŌ D I E S O R T U S E S T , m i f e r u n t m a g i s t r a t u s a p p a r i t o r e s , d i c e n t e s , D i m i t t e h o m i n e s
i l l o s .

36 Nūntiāt̄ autem cultos carceris sermonēs hes Paulus, Atferunt̄ magiſtratūs ut dimitt̄: a-
mini, nūc igitur exeunt̄, jūcē in pace.

37 Paulus autem dixit eis, C̄fēs nos publicē indīcta causa, quām̄ sim̄is Romāni, conīcēt̄ re
in carcerem: & nūc occulēt̄ nos cōfīcēt̄? Non profēct̄ sed cōventant̄ ip̄sē, ac nos edūcant̄.

38 Nūntiāt̄ autem magiſtratūs apparitores verba h̄ec. Qui tinsuerunt audito quād̄
Romani essent̄.

39 E t v e n i e n t e s d e p r e c a t i s f u n t̄ e o s : & e d u c e n t̄ rōgabānt̄ ut e ḡe derēt̄ur ex urbe.

40 E ḡeſt̄ autem ē carcerē, introierunt ad Lydiām: & v̄iſi ūscipūlūm̄ consolati fūnt̄ e o s , &
profēct̄ fūnt̄.

35 Q V Y M̄ D I E S O R T U S E S T .) Queritur vnde tam subita consilij mutatio in iūfīcēb̄, pridie iūſerant Paulum
& Silam vinciri compedibus, quasi atrocēs de illis poenas sumptūs: nūc impūdē abire permittunt. Saltem si
eos audiūt̄, poterat eos cauī cognitio ad manūtēdūm̄ & sanam mentē reducere. Apparet autem quār̄ res
adīuc in eodem effēct̄ statim, p̄pōte ad p̄oētētām̄ fūsse addūctos. Rēpondeo, lūm̄ h̄i alīo n̄t̄rā, quām̄
quod fēcē accidere solet, v̄bi semel mōta est sedīt̄o. non enim plebis tantūm̄ animi ebulliunt̄, sed rectores q̄ iō-

que abicit tempes̄ta, peruersē id quidem: notum est enim illud Virgili,

*Ac veluti magna in populo quum sepe coorta est
Seditio, levit, ne animu ignobile vulgus.
Lāque fates & faxa volant, furor arma ministrat:
Tunc pectora gruē ac meritū si sorē viuum quem
Conspicere silent, arrebatisque auribus adstant.
Ile regis dictis animos, & pellora mulcet.*

Ergo nihil minus decet, q. àn feruente tumultu, iudices vnā cum populo excandescere: sed ita fieri solet. Ergo cum viderint plebis motu Decuriones illi, satis putarunt esse cauē cur Apostolos virgis cederent. nunc veō coguntur cum pudore & de decoris nota, levitas sue poenas dare, forte eriam dum inquirunt de origine tumultus, deprecheant circulatorēs in culpa esse: proinde competit Pauli & Sila innocētia seb̄ eos absolvunt, quo exemplo monentur quicunque prouint, quātupere cauēta sit nimis festinatio. Rursum videmus, quātū secut̄ sibi delicta condonent magistratus, quo um tamen lat̄ sibi confici sunt, præteritū vbi negotium est cum ignotis & obscuris hominibus. Dūm liberum exitum Paulo & Sila concedunt isti, non ignorant factam illis prius esse iniuriam: sufficere tamen putant, si non pergant ad extremū vlt̄que in illos eis iniusti & crudelēs. P. & S. nominantur apparitores, à bacillis quos getabant, quātū lictorum infigūta efflent leueis virgis alligatae.

C. & s o nō nos publicē.) Duo sunt defensionis capita, quod sicutum sit in corpus hominis Romani: deinde, quod id factum sit pr̄ter iuriū ordinē. Paulum suisse ciuem Romanum, postea videbimus. Erat autem lege Portia, legibus Sempronii, deinde multis aliis severē cautum, ne cui vita & necis in ciuem Romanum poterat effet, nisi populo. Mirum tamen videri posset, quod non ius suum Paulus afteruerit, antequam virgis cœsus effet: nam iudicibus honestum excusacionis colorē pretendere licet, ex eius silentio, verūtū probable est in medio tumultus feruore non fuisse auditum. Si quis excipiat nunc seruum & intempestivū remedium ab ipso querit, in stultum & inane captare solarium, quātū postulat ut veniant ipsi magistratus, hic quoque in promptu est responsio: non erat quidem Pauli conditio inde futura melior: sed notandum est, nihil minus illi fuisse prop̄ seum, quātū et confuleret priuato suo commodo: sed vt p̄s omnibus aliquid levitationis in posterum affret, ne tanta licētia auderent grassari magistratus in bonos & innoxios fratres. Quia illos iam sibi tenebat obnoxios, ius suum ad Fratres iuandos transtulit, ut ipsis parceretur. Hac fuit expostulandi causa, atque ita Paulus oblati occasione prudenter v̄sus est: scuti nihil negligendum quod ad frāndos hostes valeat, ne tantum sibi licet & sumant in opprimendis aut vexandis infamib⁹: quando neque frustra nobis Dominus eiusmodi adminicula ad manuē porrigit. Meminerimus tamen si qua in eis fuerimus, non retaliandas esse iniurias: sed tantum dandam esse operam, ut cohībeamus eorum libidinem, ne alii similiter noceant.

38. T I M E R V N T quod Romani effent. Non mouentur altero capite, quod perperam in homines innoxios scūerint, nulla interposita cognitione, & tamen grātor erat illa exprobatio. Sed quātū nullum vindictem timabant ex hominibus, Dei iudicio non mouebantur: hinc fit securē præterante quod de iniustitia obiecta erat: tantum sibi metuunt à securib⁹ Romanis, propter violatam libertatem in ciui corpore. Sciebant hoc summis præsidib⁹ esse capitale: quid ergo coloniæ vnius decurionibus futurum erat? Talis est impiorum metus: stupidiā habent conscientiam coram Deo, sibi in omnibus peccatis prolixe indulgent, donec immineat vlt̄ ab hominibus.

40. V I S T S fratibus) Rogati fuerant ut statim abirent: sed habenda fuit Fratrum ratio, ne tenerum adhuc Euangelij menem perire, nec dubium est quin diutius mansuri fuerint, si fuissent illis permisum: sed imperiose erant & armate magistratum preces, quibus parere coguntur. Interē necessarium officium non negligunt, quin fratres cohortentur ad conflantiam. Quod autem rectē se conculerunt ad Lydiam, indicio est, quin aucta esset ecclēsia, etiam in magno numero foemina illā primas tenuisse, quod ad leditatem in officiis pietatis attinet: idque inde clarius liquet, quod in eius aedes conuenierunt omnes p̄j.

C A P V T X V I I .




V V M autem iter fecissent per Amphipolim & Apolloniam, venerunt Thessaloniam, ubi erat Synagoga Iudeorum.



Secundum consuetudinem autem suam Paulus introiit ad eos, & per Sabbathia tria disserbat eis ē Scripturis.



3. Ad apériens & allegans quod Christum oportet it pati & resurgere à mortuis: & quod hic sit Christus, Quem ego, inquit, annuntio vobis.



4. Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Sila, & religiosorum Græcorum multitudo magna, mulierē, que primariae non paucē.

1. V E N E R V N T Thessaloniam.) Cur Amphipoli & Apollonia, que tamen erant vrbes non obscuræ, scuti ex Plinio constat, nihil tentarit Paulus, incertum nobis est: nisi quod Dei Spiritum secutus est ducem: atque ex re eriam presenti, prout se occasio dabat, loquendi vel tacendi consilium cepit. & forte tentauit illi quoque prodeſſ: sed quia nullo profectu ideo tacetur à Luca. Quid autem Philippis cœsus, & vix elapsus ē magno periculo, Thessalonica Christum predicat: inde appetat quātū infraactu fuerit corde ad tenendum vocationis sue cursum, & quātū intrepidus fuerit ad noua subinde pericula obeunda. Hec tam inuicta animi fortitudo, & infatigabilis cræcis tolerantia, satis demonstrat non humanitus Paulum laborasse, sed celesti Spiritus virtute fū illustratum. Hec quoque admirabilis eius patientia fuit, quod ingressus ad Iudeos, quorum tamen indomitam peruviciam certes expertus erat, eorum latuſi confulere perrexit. Sed quia sciebat Christum Iudeis datum esse in salutem: & se hac lege creatum Apostolum, ut Iudeis primū, deinde & Gentibus presentiam & fidem prædicaret, successum laboris sui Domino commendans, eius mandato (quātū non magna spe profectus) obtemperat. Prius quidem v̄sus est dix sse vlt̄imum vale Iudeis, quoniam dicebat, Vobis quidem oportebat primū indicare regnum Dei: sed quia non recipitis, ecce conuertimur ad Gentes: sed illa durior sententia restringi debet ad eum cœcum, qui impie repulerat oblatum sibi Euangelium, & quē indignum Dei gratia reddiderat. Erga gentem vero ipsam non definit Paulus legatione sibi commissa

missa fungi: quo exemplo docemur, tanti debere nobis esse Dei vocationem, ne qua hominum ingratitudo impelliat, quin pergamus eorum salutem curare, quandiu nos illis Dominus destinat ministros. Credibile autem est, fuisse iam statim primo Sabbathio aliquos qui resperuerent sanam doctrinam: sed non obstat illorum prauitas quin rediret aliis Sabbathis.

2 D I S S E R E B A T è Scripturis.) Primo referunt Lucas, quemam fuerit disputationis summa nempe Iesum filium Matrem, Christum esse olim promissum in Lege & Prophetis, qui mortis iure sacrificio expiavit peccata mundi, & resurrectione sua iustitiam ac vitam attulit: deinde quomodo probaverit quod docebat. Hoc secundum membrum priore loco tractandum sumamus. Dicit Lucas ipsum disputasse ex Scripturis: ergo non nisi ex ore Dei petenti confundit probationes. Si de rebus humanis sit dilectatio, tunc habeant humanæ rationes locum: in fidei verbo doctrina, sola Dei authoritas regnare debet, atque ab ea pendere nos conuenient. Fatentur quidem hoc omnes, ac quietescendum esse vii Deo: fed interea pauci sunt qui loquentes in Scripturis audiant. Atqui si valet inter nos istud axioma, Scripturam à Deo protectam esse: non aliunde sumenda erat vel docendi vel discendi regula, unde etiam appetet quām diabolico furore agantu Papilla, cūm negant ex Scripturis posse q̄iequam certi colligi: atque ideo contendunt standum esse hominum placitis. Quārto enim an legitimā fuietur uecne disputandi ratio quam tenuit Paulus. pudeat saltē eos, plus reverenter habitum fuisse verbo Domini in gente in credula, quām hodie apud eos obtineat. Inde Paulum admittunt, & scrunt è Scripturis disputationem: hoc pro mero ludibrio ducit Papa cum suis omnibus, dum Scriptura in medium adducitur: quasi flexilloquus sit illic Deus, & vanis ambagibus ludat. Huc accedit quōd hodie multo plus lucis in Scripturis extat, & illuc certior refulget Dei veritas, quām in Lege & Prophetis. nam in Euangeliō sol iustitia Christus pleno fulgorē nos irradiat: quo minus tolerabilis est blasphemia, dum certitudinem adhuc detrahunt Papista verbo Dei. Nos verò sciamus, vt non alibi fundata esse potest fides quām in verbo Domini, ita in omnibus controvērsiis non nisi eius testimonio standum esse.

3 A D A P E R I E N S .) Hic summam vel subiectum, vt loquuntur, disputationis describit: ac duo membra ponit de Christo: Quid eum oportuerit mori & resurgere, & quid sit filius Mariæ qui crucifixus erat. Quoniam de Christo agitur, tria in questione veniunt, An sit, quis sit, & qualis sit. Si Paulo negotium fuisse cum Gentibus, nec se fuisse altius lumere exordium: quia de Christo nihil audierant: nec profani homines concipiunt sibi opus esse aliquo Mediatores. Apud Iudeos verò, quibus promissus erat Mediator, caput hoc dubitatione carebat: quare Paulus quod omnium consensu receptum erat, quasi supervacuum omituit. Ceterum quia nihil difficultius erat quām redemptorem agnoscere Iudeis Iesum crucifixum: ideo incipit Paulus ab hac parte, Christum oportuere mori: vt crucis offendiculum ē medio tollat. neque tamen putandum est, cum recitasse nudam historiam: fed principiū indubium sumit, cauſa fuisse monstratas eis Christum oportuerat & resurgere: nempe quia de ruina generis humani, de peccato & eius poena, de iudicio Dei, & æterna qua impliciti sumus omnes, maledictione concionatus sit. nam & huc nos Scriptura reuocat, quoniam mortem Christi prædicat. Sicut Isaia non simpliciter moritum esse Christum dicit, sed disertè exprimens, Quia omnes errantes, & quisque in viam suam declinavit: mortis causam assignat. quid posuerit Deus ^{Isa. 53. b. 6.} Ibid. b. 5. super ipsum nostras omnia iniquitates: quid caligatio pacis nostra sit super eum, vt liuore eius sanemur: ^{Dan. 9.} quid peccata expiando, acquisierit nobis iustitiam. Ita & Daniel vim & iunctum mortis commemorat. ^{I. Cor. 1. 14.} pite nono, quoniam dicit: Obsignandum est peccatum, vt succedat æterna iustitia. Et certè nulla aprior vel efficacior ratio est ad probandum Christi officium, quām dum homines malorum suorum sensu humiliati nihil spei reliquum esse vident, nisi Christi sacrificio reconcilientur. Tunc deposita superbia suppliciter amplexantur eius crucem, cuius ante eos pudebat ac pigebat. Ergo ad eosdem hodie fontes venire nos decet, ex quibus Paulus mortis & resurrectionis Christi probationem deduxit. Illa autem definitio plurimū lucis articulit secundo capit. Non tam facile erat Pauli euincere, & certò colligere filium Mariæ esse Christum, nisi prius edocēt essent Iudei qualis Redemptor sperandus foret. Vbi verò illud constat, tantum superest ad Christū applicare que Scriptura Mediatori tribuit. Ceterum hęc fidei nostrę summa est, vt filium Mariæ sciamus Christum & Mediatorem illum esse, quem Deus ab initio promisit. deinde teneamus quorsum mortuus sit & surrexerit: & fingamus nobis remunrum aliquem Regem sed in eo spiritualiē iustitiam. & omnes salutis partes queramus. Quid utrumque dicitur Paulus ex Scripturis probabis, scendunt etiā Iudeos nondum ita fuisse stupidos, nec tanta etiam impudentia prædictos, vt hodie sunt. Porut ex sacrificiis & toto Legali cultu Paulus arguitur lumen que hodie Iudei canino rictu excipiunt. Quam indignè lacerent ac corrumpant alios Scripturæ locos, tatis notus est. tunc verò aliqua illis restabat ingenuitas: aliquis etiam Scripturæ reuocentia eos teneat. ^{1. Cor. 1. 15.} bat: vt non proficiat indociles, hodie velamen super cor eorum positum est, vt in clara luce nihil plus quam talpe videant.

4 Quidam ex eis cederunt.) Hic videmus fructum Paulini disputationis. Palam quidem omnibus probavimus esse Christum, qui Partem nobis sua morte placauit, & cuius resurrectio vita est mundi. aliqui tamen solidū ex Iudeis credunt: reliqui executum in clata luce, & luctis auribus repellunt certam & testatam veritatem. Hoc quoque notatu dignum est, quid quoniam ex Iudeis pauci crediderint, magna Grecorum multitudo, qui longè remotores erant, ad fidem accessit. Quorsum à pueritia dicas imbutes fuisse doctriña Legis, nisi vt à Deo ipso magis alieni forent? Iam ergo documenta eius eccliasitatis, quoniam illis sepius denuntiat Propheta in illis Deus edere cœperat. Fœdus tamē suum non esse irratum in eo declarat, quid saltem aliquos ex illo populo ad se colligit, vt in reliquis gravitudo seruatis luceant electionis scintillę. Docet etiam Lucas non eatenus tantum fidem habuisse Pauli verbis, vt fugido assensu subserberent: sed seruum afflatum testatos fuisse, quid Paulo & Sila se adiunixerint tamquam comites, atque ingenua Euangelij professione in se prouocarunt gentes suę oīam quid enim sibi vult hęc adiunctio, nisi quid professi sunt sibi probari quam tradebat doctrinam, & se à partibus eius stare nihil enim fidei magis aduersum, quām si agnita Dei veritate, suspensi tamen & medi hæremus. Si quis exponere malit, quid Paulo & Sila adhæserint discendi studio, vt domini familiaris instituti possent: inde etiam viuis fidei ardor apparet & semper illud maner fixum. Nem̄ nem verē Christo cedere, nisi qui se illi addicit, & libetē concedit sub eius signum.

RELIGIOSORVM hominum Graecorum multitudino.) Hi quia imbiberant pietatis rudimenta, propiores erant regno Dei quām alij qui tempore lacuerant in superstitioni cōno. Queritur tamen unde religio Grecis, qui impis erroribus & deliris facinari. Deo profus carebant: quemadmodum Paulus docet, ad Ephes. cap. 2. te. Sed scindunt est, quoquoniam locorum expulsi fuerant Iudei, dispersum fuisse aliquod pietatis semen, & odorem prioris doctrinae fuisse diffusum. Sic enim admirabilis Dei consilio, misera coram dissipatio in contrarium finem versa erat, vt vagos & palantes in erroribus ad rectam fidem aggregaret. Esi autem multis prauis commentis apud eos quoque vitiata erat religio: quia tamen plerique Genitium taderet lux amentis,

hoc compendio ad Iudaicum allucicabantur, Nihil tunc esse vius Dei cultu. Gracos ergo religiosos intellige, quod aliquem veri & legitimi cultus Dei habebant gultum, ut crassis idolatriis non amplius essent dedisti. Quoniamque, ut dixi, probabile est leuem duntaxas & obscurum fuisse gultum, qui à vera institutione procul distaret. Quare impudicè Lucas tam honorificum titulum illi tribuit. Sed quemadmodum Spiritus Dei interdum, Fidei nomine dignatur rude aliquod fidei tyrocinium, vel solam preparationem: ita hic vocantur Religiones, qui idolis valere iussis unum Deum agnoscere ceperant. Etsi autem confusa illa vel obscura persuasi, minime per se religio es, scilicet meretur: quia tamen gradus est per quem ad Deum proprius acceditur, à consequenti, ut loquuntur, nomen sumit. inquit excus & superstitionis Dei timor interdum vocatur religio: non quia sit, sed ut regnos noster, ad notandum dicimus itaque in quoemcunque Dei cultum, & crassum, & Epicureum contemptum. Interea sciamus, veritatem & tanam verbi Dei doctrinam pietatis regulam esse, ut nulla sit sine vera intelligentia luce religio.

5 Zelo autem commoti Iudei increduli, & assumptis quibusdam circumforaneis viris perver-
si, & coacta turba concitauerunt v. berm: & cingentes domum Iasonis, quererant eos producere
ad populum.

6 Illis autem non inveniuntis, trahebant Iasonem & quosdam fratres ad principes ciuitatis, cla-
mantes, Hi qui terram orbem turbauit, huc etiam veneruntur:

7 Quos clanculum excipit Iason: & hi omnes contra Cesaris decreta faciunt, regem alium di-
centes esse Iesum.

8 Constituerunt autem turbam & magistratus ciuitatis audientes h.e.c:

9 Et accepta satisfactione ab Iason & a ceteris, amicis, & eis.

10 Fratres vero confessim per noctem emisserunt Paulum junul & Silam in Beribaram, qui
cum aduenissent, abiabant in Synagogam Iudeorum.

5 Z E L O A U T E M commoti.) Videmus ut nusquam sine certamine Paulus regnum Christi exeret. Si-
mul enim atque aliquis emerit doctrinæ fructus, subiecti sunt persecutiones. Sed quia cum sancta & mundi
prauitate bellandum sibi esse nouerat, non tantum ad omnes insultus obduruerat: sed magis acuebat, ut
animosius pergeret. proinde eius exemplo contentos hoc uno esse decet Christi seruos, si laborem suum vi-
dent non infelicitos profructus esse, ut hac mercede quasdam persecutiones competent. Ceterum docet
hic locus, zelum quo feruntur & ardenti increduli, nihil quam rabiosum esse in perpetuum: quia non regitur Spir-
itus prudeutia, neque etiam rectitudine vel equitate. Etsi autem ipsi in excommunicatione proposito suo zelo
semper obtundunt Dei nomen, clara tamen demonstrat hæc historia iustus regnare in eternam hypocrisim: & omnes
cordis eorum recessus viuulentia malitia refutatos esse. Iacobabant illi Pauli hostes, se vindicis esse diuinæ Le-
gis: nec sibi nisi pro eius defensione odium vel contentionem esse cum Paulo. cur ergo improbus omnes ar-
mant, & cum illis conspiciunt ad mouendum tumultum: etiam apud profanum magistratum eadem iniuria
Evangeliū granuant quæ in Legem redundare poterat? Taliis certè factis clarae deinonstrat, nihil minus
quæ in Dei studio adductos, in Paulum exciduisse. Quorsum enim obfident domum Iosouis, & tumultuose cō-
tendunt Paulum inde extrahere nisi ut lapidandum populo obiiciant? Scimus ergo cacozeliam, que in superstitione
hominibus fecerit, temper hypocriti & malitia infectam esse. Inde etiam fit ut ad scutiam sine vilo mo-
do prorumpat.

6 A S S U M P T I S quibusdam circumforaneis.) Græcum nomen, quo vtitur Lucas, ignatos & nihil homines
significat, qui nihil habentes quod domi agant vel current, per forum oriosi vagantur: vel homines auda-
ces & famelicos, qui ad periuria, ad miscendas turbas, & quodvis facinus operam suam locare parati sunt.
Vnde irecum perspectiva male sibi confitios fuisse, qui ad hominum perditionem suffragium vtrum configerint.
Nam quoniam illi fuerit Magistratus, quid eos ad mouendam illam tempestatem impulit, nisi quia successum
non sperabant nisi rebus turbatis? Describit autem Lucas quomodo a talibus flabellis excitata fuit sedition,
nempe quod turmarum plebem concitaverint, & quasi per circulos sparserint suum venenum, donec ad vim
inferendam sufficerent. quod artificium seditionis nimis communem esse, experientur verbis obnoxiae huic
morbo.

6 H I Q U I T E R R A V M O R B E M.) Hæc est Euangelii conditio, ut illi imputentur tumultus quos in
illius oppugnationem Sanus concitat. Hæc quoque hostium Christi improbias est, ut in sanctos & modestos
doctores regenter turbam culpam, quarum ipsi sunt authores. Ceterè non in hunc finem prædicant Euangeliū,
ut homines ad mutuos conflictus accedant: sed potius ut Deo reconciliatos in pace continet. Cùm nos illuc Christus ad se benignè inuitet, Satan & impii tumultuantur. Paolo igitur & Silo in promptu erat
defensio: sed oportuit hanc fulam infamiam ipsos ad tempus subire: & quantippe non audiabantur, tacitos
deuorare. Et Dominus eorum exemplo mone re nos volvit, non cedendum esse calumnias nec sinistris rumo-
ribus, quin fortiter in afferenda veritate perfemus, portati in recte fæctis male audire. Quare factissim
sua moderatione prodere: ac si eorum fama preciosior esset quam Pauli & similium: inquit quoniam factum Dei no-
men, quod à blasphemis immunit non est.

7 H I O M N E S C O N T R A D C R E D E T A C E S A R I S.) Secundum accusationis caput, quod maiestas
imperi Romani violent. Graue & odiosum crimen: sed nimis impudenter confitum. Christi regnum,
quod spirituale est, etigere studebant Paulus & Silas. Hoc Iudei sciebant fieri sine villa Romani imperij iniuria.
Sciebant nihil illis minus fuisse propositum, quoniam ut publicum statum labefactarent, vel ius suum eriperent
Cæsari, sed colorem hunc malitiosè obtundente quarebant inuidia cauia. Non tanti erat apud Macedones re-
ligio, præsentem Iudaicam, ut eius causa homines ignotos protinus ad eadem raperent, prætextum igitur latè
maiestatis arripiunt Iudei, ut sola criminis inuidia innocios obtulerint. Nec hodie definit Satan flingendis ho-
minum oculis tales fumos spargere. Optimè norunt Papistæ, & coram Deo sat superque conuicti sunt, plus
quam vnuus esse quod nobis obiectant, Conuicti à nobis totam politiam: disspari leges ac iudicia: Regum
potestatē euicti, non tamen eos pudet, ut totum mundum nobis insensu reddant, nos publici ordinis hostes
mentiri. Notandum enim est, quod non tantum insimulant Iudei violata fuisse Cæsar's edita, quod ali-
quid in religione ausi fuerint nouare Paulus & Silas: sed quia alium esse dixerint Regem. Hoc crimen pror-
sus

fus fictitium erat. Ceterum , si quando tyranicis edictis, quæ debicum Christo honorem , & cultum Deo praestare vetant , resistere nos cogit religio : tunc quoque iure testari licet , non violatiæ nobis Regum potestatem . neque enim ita in sublime eucti sunt , vt gigantum more Deum ex suo folio detrahere moliantur . Vera erat illa Danielis exclusio , Aduersus Regem nihil deliqui , cum tamen nefario edicto non paruisse : neque enim injuriam fecerat homini mortali , quia illi Deum prætulerat . si nos bona fide principibus solamus sua tributa , ad ciuile quoduis obsequiuim paratus sumus . verum si tuo gradu non contenti , excutere nobis velint Dei timore & cultum , non est cur illos à nobis sperni quicquam dicat : quia pluri est nobis Dei imperium & maiestas .

8 C O N C I A V E R V N T turbam .) Videamus quā iniquità actum sit cum sanctis viris , quia nullus defensioni locus dabatur , facile fuit eos , quanvis infantes , opprimi . Videamus etiam non esse nouum , vt populari imperii quasi tempeſtas ipsos quoque magistratus abripiat , praesertim vbi peregrinos & ignotos attingit iniuria , à quibus nihil mercedeſ sperant : quia gravis periclitari nolunt . Neque enim tunc curatur ratio vel æquitas , nec luficiprator causa cognitio : sed alius alium impellit nullo reclamante , & confusè geruntur omnia , sicuti dum ad incendium aliquod corrigitur . Ceterum factum est singulari Dei beneficio , vt mox sedatus fuerit tantus ardor . nam simulac magistratus profiterentur se de causa cognitorum , plebs responderet accipit tur fatidatio : tandem res euangelia .

9 E M I S E R V N T Berthœam .) Hinc appetit exiguo tempore frugiferum fuisse laborem Pauli . quanvis enim ipsum & Silam Fratres emittrant : hoc tamen officio se periculo eorum & cruci voluntarios adiungunt comites . Incredibili autem Pauli constanza , quod d'roties gentis lux continuaciam & malitiam expellas : nunquam tamen tentare definit an aliquos ad Christum adducere licet , nempe cum le Iudeis & Genitibus obstruetum esse sciret , nulla hominum iniurias à sua votacione eum abducere potuit . Sic omnibus Christi seruis contra mundi maliciam luſtandum est , ne iugum excutient quibuscumque priuocenciarum iniurias .

11 Hi autem nobilitate praestabant inter Theſſalonicenses , qui receperant sermonem cum omni animi promptitudine , quotidie scrutantes Scripturas an h.e c itaſe haberen .

12 Et multi quidem ex illis crediderunt , & Graecæ mulieres honeste , & viri non pauci :

13 Cum autem cognovissent Theſſalonicenses Iudei , quod & Bernhae annuntiatus esset à Paulo , domino Dei , venerunt & illuc mm uentes turbas .

14 Statimque tunc Paulum emiserunt Fratres , ut iret velint ad mare : Silas autem & Timotheus remanserunt ibi .

15 Porro qui pro èquebantur Paulum , deduxerunt eum Athenas usque . Et accepto mandato ad Silam & Timotheum , ut quā celerrimè ad ipsum venirent , profecti sunt .

11 N O B I L I T A T E praestabant .) Redit Lucas iterum ad Theſſalonicenses . Discessu Pauli videri poteras sepulta esse Christi memoria . & certè mirum est illud pauxillum lucis quod vix emicuerat , non fuisse profus extinxit . non et non exaruisse lanx de trinitate semen , quod affidaſ irrigatione opus habebat ut surgeret . Atqui post digressum Pauli apparuit quā efficax & focunda fuſſerit eius praedicatio . nam qui pietatis tantum rudimenta guidauerant , proficiunt nihilominus eo abiente , & se in continua Scriptura lectione exercenter . Primiū autem dicit Lucas fuisse eos ex primaria familij . Nobilitas enim cuius meminit , non ad animum , sed ad gentem referatur . Quibusdam magis placet Berthœam conferri Theſſalonicensibus , quia & p̄sp̄p̄s dicitur non in superlativo & p̄sp̄p̄s . Atqui Græcis receptam ac tritam esse puto loquendi formam , que Latini auribus esset durior . Adi . quod paulo antè dixerat , Primarias foeminas credidisse Theſſalonicez , & huius verbis ciues postponi Berthœam probabile non videtur . Triplex autem ratio est cur genetis præstantiam in illis commemoret Lucas . Scimus quā zgrē ex alto defendant homines , quā raroſ sit magnis qui in mundo excellunt , deposito falso subire crucis ignominiam , & in humilitate gloriari , sicuti Iacobus p̄cipit . Raram ergo Spiritus Dei effi . Iacobus b. 10 . caciā commendat Lucas , cū iſtis nobilibus , carnis dignitatem obſtaculo fuisse negat , quin Euangeliū amplexi , fese ad ferendam crucem pararent , & Christi opprobrium præferrent mundi gloriæ . Secundū testatum 1. Tim. a. 4 . nobis facere voluit Lucas , Christi gratiam ad quofuī ordines patere . quo sensu dicit Paulus , Deum velle o . 4 . mnes homines falios fieri : pauperes & obscuri (quamvis dignatus eos fuerit Christus priore loco) ianuam diuitiib⁹ præcludant . Videamus ergo simul aggregari nobiles & plebejos , honoris gradu præstantes & contemptos in unum Ecclesiæ corpus coalescere , ut omnes ad unum fese humiliant , Dei verò gratiam extollant . Tertiū , videatur Lucas cauſ . in notare cur tam multi accesserint : aque ita breui propagatum fuerit Theſſalonica Christi regnum . nempe quia itud non vulgate adminiculum fuit , quod homines primarij & generē illustres viam aliis monstrari : quia vulgus ut plurimū authoritate mouetur . Et si autem hac minime idonea fidei & pietatis futura esset , Deo tamen nouum non est , incredulos adhuc in errore palantes ad se per obliquas vias adducere .

RECEPERANT sermonem .) Hoc primū nomine Theſſalonicenses laudat , quod prompto & alacritudo Euangeliū receperint . deinde , quòd ſedula inquisitione quotidie fidem suam confirmarent . Ita ipſorum pietas & fides , initio à promptitudine laudatur : in ſuo autem progressu à conſtantia & feruenti proficiendi ſtudio . Et certè hic primus est ad fidem ingressus , ut prompti ſimus ad ſequendum , & abdicato proprio carnis ſenu , dociles nos Christo & morigeros p̄beamus . Hoc etiam elogio Paulus Theſſalonicenses ornans , Lucae narrationi suffragatur . Quantum ad ſecundum membrum attinet , non ſpernenda eſt virtus hæc ſedulitas , ad 1. Tim. a. 8 . quam intentos fuisse p̄dicas Lucas fidèles in fidei ſue confirmationem . multi enim qui principiō ebuliunt ; i. statim ſe ignavia dedentes , dum nulli profectus cura tanguntur , qualecumque fidei ſemen perdunt . Sed duo hic obiici possunt absurdia . nam arrogantia eſe viderat , quod inquitur ut diuident : & à promptitudine , cuius nuper meminit , valde alienum . deinde cum inquisitio , dubitationis ſignum sit : ſequitur nulla fide antè fuisse p̄dritis , cui lemp̄r est annexa πλεγοπία & certitudo . Ad primam obiectionem respondet . Non sic debetē accipi Lucae verba , quia iudicium ſibi ſumperferint Theſſalonicenses , vel disceptauerint an recipienda eſt Dei veritas : tantum Pauli doctrinam exigeant ad Scripturæ amulsum , non fecus atque aurum igne probatur . Scriptura enim verè Lydius eſt lapsi , ad quem examinandæ ſunt omnes doctrinæ . Si quis excipiat hoc genus examinis forte ambiguum , cū ſe obſcura ſit Scriptura , & in variis lensis reflectatur : dico ſimil adhibendum eſte iudicium Spiritus , qui non abs re vocatur Spiritus discretionis . Ceterum duce ac directore Spiritu , non aliunde quā ex Scripturis iudicium facient fideles de quali

bet doctrina. Atque hoc modo refellitur sacrilegum illud Papistarum dicterium, Quia nihil certò colligi possit ex Scripturis, fidem ex sola Ecclesia determinatione pendere. Nam cum Thessalonicenses laudat Spiritus Dei, in eorum exemplo regulam nobis praescibit. Frustra autem inquisitio fieret ex Scripturis, nisi satis haberent lucis ad nos docendos. Sterigitur fixum axioma, Nullam doctrinam fide esse dignam, nisi quam in Scripturis fundatam esse deprehendimus. Quicquid pro sua libidine effutuerit Papa, vult sine controvicia ab omnibus recipi. Atque, in superiori censetur Paulus, in cuius predicationem inquirere discipulis licuit? Ac notemus non de lauato aliquo Concilio hoc dici, sed de parvo hominum coetu: unde melius apparet singulos ad legendam Scripturam vocari. Sic etiam cum fidei promptitudine non pugnat diuinatio, nam simulac auscultat quispam. & discendi cupidus se avertitum preberet: iam propensus ac docilis est, etiam si non statim planè assentiat. Exempli gratia, Prostibet ignotus doctor veram se doctrinam afferre; accedam ad audiendum paratus, & animus in obedientiam veitatis compitus erit: expandam nihilominus interea qualis sit doctrina, neque amplectar nisi certa & à me agnita veritatem. Atque hoc optimum est tempus momentum, ubi Dei reverentia deuincti, libenter & placide audimus quod nobis proponitur, tanquam ab ipso profectum. Inter ea tamen cauemus ut hominum impulsi: ne se animi nostri exco leuitatis impetrat ad quidam temere ciedendum precipitant. Ego inquisitio cuius meminit Lucas, non èd tendit, vt tanti simus & difficile ad ciedendum: sed potius promptitudine cum iudicio, media inter levitatem & contumaciam statuit. Nunc soluenda est secunda obiectio, Dubitationi contraria est fides: qui inquit dubitat ergo lequitur Thessalonicenses, cum de Pauli doctrina inquirunt, fide adhuc luisse vacuos. Atqui fidei certitudine confirmationem non impedit. Confirmationem vero, dum magis ex magis cordibus nostris obligavit Dei veritas, quae tamen prius dubia non erat. Exempli gratia, Audiam ex Euangelio me Christi gratia Deo reconciliatum esse, & peccata mea sacro eius sanguine expiata: proferetur testimonium quod mihi fidem faciat. postea si penitus excutiam Scripturas, occurrerent subinde alia testimonia, quae non modo iuvabant fidem meam, sed augebant ac stabilient, vt accedit plenior certitudo. Similiter que ad intelligentiam, ex Scriptura lectione proficit fides. Si quis in summa exceptione, patrum authoritaris tribuere eos doctrinam Pauli, qui ex Scripturis disquirunt an ita res habeat respondeo. Tales esse fidei profectus, vi interdum ex Scripturis querant, de qua iam diuinatus perius sunt, & habent incrius Spiritus testimonium. Et Lucas non sicut omnibus numeris absolutam in Thessalonicensibus predicatorum pietatis edificationem inter eos extaret.

12 Et multa quidem crediderunt. Non refertur ad proximam sententiam, quasi illi quorum meminit, delectu habitu credere cœperint: esset enim illud absurdum. Sed intelligit Lucas, quia multi ilorum exemplo accesserint, auctam fuisse in illa viba Ecclesiast. Et haec tenus quidem primordia Thessalonicensis ecclesie retulit Lucas, ne quis subito & violento Pauli discipulis putaret eus labores prius fecisse enim valde fallor, hoc consilio antequam ad exilium Berœensem veniret, siue quem in altera viba prioriter eius praedicatione, interposuit.

13 CVM COGNOSSENTE IVD. 1.) Videamus quām implacabile Euangeliū Iudeos huc illuc rapierit, neque enim solum cum illis cotidam offertur Christus domi, rabiosè ipsum ericiunt: sed cum alibi audent prædicari, tanquam furis percuti illuc adulant. Sed non tam unius geniti furor hic nobis considerandus est, quām desperata Satanæ malitia, qui suos ad turbandum Christi regnum, perendācū que hominum salutem instigat, & illis quasi flabellis ad excitandos motus vitit. Quare sciamus, cum tot hodie fidis Christi ministris furiosi hoites se opponunt: non bellum ab hominibus morieri, sed Satanam mendacij patrem hæc omnia mactin. 8. f. chinar: vt Christi regnum evenerat. Quod si non eadem semper erit præliandi forma, nunquam tamen desinet Satan, quos fidelites Christo seruire noui, vel aperto Marte, vel insidiis, vel domesticis etiam certaminibus fatigare.

16 Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incandescebat spiritus eius in ipso, cum videret idolatrie deditam civitatem.

17 Disputabat igitur in Synagoga cum Iudeis & religiosis, & in foro quotidie cum his qui in ipsum inciderant.

18 Quidam autem Epicurei, & Stoici philosophi disceptabant cum eo, & quidam dicebant, Quid sibi vult hic spermologus dicere? Alio verò, Nonorum demoniorum videtur annunciator esse, quidam ictum & resurrectionem annuntiant ei.

19 Et cum apprehensum ad Martium vicum duxerunt dicentes, Possumusne scire quæ sit ista noua, que à te preferitur doctrina?

20 Noua enim quedam in geris auribus nostris. Volumus ergo scire quidnam vident hæc esse.

21 Athenienses autem omnes & qui illuc versabantur hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi ad dicendum vel audiendum aliquid noni.

31) Quidam statut diem.) Additur mentio extremi iudicij ad excutiendum torporem. Scimus enim quām difficile sit hominibus abnegare se ipso, itaque violenter ad poenitentiam cogi necesse est, quod melius fieri non potest, quām dum citantur ad Dei tribunal, proponuntur horribile illud iudicium, quod nec cōtemnere, nec effugere licet. Meminerimus ergo tunc demum vigore poenitentiam doctrinam, cum homines, qui naturaliter sibi blanditiæ cuperent, diuini iudicij metu experehun: nec alias esse ideoneos Euangeli doctores, nisi qui precones sunt summi iudicis vel apparatores, qui reos ad dicendam causam pertrahunt, ac impudentem vindictam denuntiant, perinde as if in eorū esset iniuria. Nec frustra additur particula, in iustitia, vel iustitia, tametsi enim verbotenus fatentur omnes Deum esse iustum iudicem: videmus tamen quas sibi vi plurimum delicias facient, neque enim ultra suam notitiam vel sensum, rationem exigere Deo permittunt. Significat igitur Paulus nihil vanis blanditiæ proficer homines: quia non præiudicabunt hoc modo Dei iustitiae, quæ abominationem coram Deo efficiunt quod alcum videtur hominibus: quia non placita mortalium, sed quam dicta uit formulari, sequentur.

PER VIRUM que nū definiuitur.) Non dubium est quin Paulus plura de Christo verba fecerit, vt seirent Athenienses ipsum esse Filium Dei, per quem allata fuerat salus mundo, & cui data erat omnis potestas in celo & in terra, aliqui ad persudendum ieiuna fuisse, oratio qualis hic legitur, sed Lucas summam concionis breuiter perstringere sati habuit. Probabile tamen est prius de gratia Christi: locutum esse Paulum, ac hominum Redemptorem ante prædicasse, quām iudicem constitueret. verum quia sepe contemptui habebut Christus, dum se Redemptorem offert: nunc denuntiat Paulus semel vitorem fore tam impij contemptus, qui per eum iudicandus sit terrarum orbis. Verbum ἡγέρω, tam ad arecanum Dei consilium, quām ad externam manifestacionem potest referri, quia tamen prior expositio magis recepta est, ego eam libenter amplector, quod scilicet Deus aeterno suo decreto Filium mundi iudicem ordinauerit. Idque vt discant reprobi qui Christi imperium recusant, se inuolabili Dei decreto frustra reluctari. Ceterum, quia nihil magis removit est a communione hominum sensu, quām Deum iudicatum in hominis persona, subiicit Paulus hanc Christi dignitatem, qui difficilis est credi, resurrectione eius fuisse approbatam. Debet quidem ea reuertentia apud nos possidere unica Dei voluntas, vt eius decretis sine mera quisque pro se subfribat: sed quia sepe obiici solet ignorantie praetextus, ideo Paulus disertè admonet, Christum sua resurrectione ostensum palam fuisse mundi indicem, & patefactum fuisse hominum oculis quod Deus antea apud se de illo decreuerat. Caput enim hoc doctrina quod paucis verbis concisè attingit Lucas, copiosè à Paulo tractatum fuit, non vno verbo rantium resulit Christum à morte resurrexit: sed de resurrectionis eius virtute, vt par erat, simil dixerit. Quotum enim resurrexit t. Cor. 15, 6. Christus, nisi vt primi? est effugientibus? & nos quorum resurgemus, nisi in vitam aut mortem? unde sequitur Christum in sua resurrectione declaratum esse ac probatum mundi indicem. 2. Cor. 2, 12. 15, 6. 16, 6.

32) ALII RIDEANT.) Hinc videmus quām lupina si hominum securitas, quos nec Dei tribunal, nec ipsa summi iudicis maiestas vlo metu percellit. Diximus quidem hunc acerrimum esse stimulum, quo puniuntur hominum animi ad Deum timendum, vbi ante oculos iudicium eius ponitur. sed tam ferre etiam contemptoribus durities, vt quod dicitur de reddenda semel vita ratione, quasi fabulosum ludibrio habere non dubitent. Non est tamen cur à iudicij præconio, quod illis iniunctum est, supersedeant Euangelij ministri. Rideant licet impij: haec tamen, quam eludere conantur, doctrina ipsostr constringit, vt tandem cum suo laqueo strusta se fultatos esse sentiant. Nec verò mirum est derisam fuisse Athenis hanc Pauline concionis partē, est n.

mysterium humanis mentibus absconditum, de quo ne summis quidem Philosophis aliquid vnguam in mente venit, nec aliter comprehendendi à nobis potest, quād dum fidei oculos ad immenfam Dei potentiam attollimus. Nec tamē infrustrata fuit Pauli concio: quia ex auditoribus aliqui fuerunt qui proficeret eupererent. Dum enim proficentur se velle iterum audire, significant, licet nondum planē sint perficiū, tamen gustum se aliquem habere, qui ad proficiendū studiū eos sollicitet. Ceterè hoc desiderium fastidio contrarium fuit.

34 IN QVIBVS ET DIONYSIVS.) Quād tantū vnum virum & mulierem nominet Lucas, aparet exiguum initio numerum fuisse creditum. alij enim, quorum meminit, manebant velut medi. quis neque aspergabantur in toto Pauli doctrinā. sed neque tam serio tacti erant, vt te illi discipulos adiungerent. Dionysium p̄t̄ alii nominat Lucas, quia non vulgi inter suos cives autoritate erat p̄adūctus. prouinde verisimile est Damarium quoque fuisse primariam sc̄minam. Porro ridiculum est, quād ex iudice Pa-
pīt̄ fecerunt astrologum. sed hoc eorum partim inficitas, patim audacie imputandum est, quibus cūm igno-
tus esset Areopagus, quiduis fingendi licentiam sibi sumplerunt. Nam vniō crassa est eorum barbaries, qui
libros de Cœlesti & Ecclesiastica hierarchia, ac Diuinis nominibus, huic Dionysio ascribunt. Cœlestis e-
nim hierarchia non modū multis inlūsis & monachalibus nūgis referta est, sed etiam multis absurdis
commentis & impīis speculationibus sc̄atur. Libri autem de Ecclesiastica hierarchia, se multis postea fe-
cūlis compositos fuisse clamant: quād iam ceremoniarum congerie adulterata esset Christianismū puris.
Liber autem de Diuinis nominibus, licet quadam non proflus a p̄ternanda contineat, argutias tamen ma-
gispirat, quād solidam pietatem.

CAPUT XVIII.

1. *O S T hcc Paulus digressus Athenis venit Corinthum.*

2.  *Et nactus quandam Iudeum nomine Aquilam, Ponticum gerere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam uxorem eius (eō quod p̄aceps ēst Clau-
dius omnes Iudeos Roma decedere) accedit ad eos.*

3.  *Et quia eiusdem erat artificij, mansit apud eos, & operatus est: erant autem tabernaculorum opifices.*

4. *Disputabat autem in Synagoga per omne sabbathum, suadebatque Iudeis pariter & Grecis.*

5. *Quād autem venissent è Macedonia Silas & Timotheus, coarctabatur spiritu Paulus, testificans Iudeis Christum esse Iesum.*

1. *Hec historia vel uno isto nomine memorabilis est, quād primordia continet ecclesie Corinthiacę, quae sicut meridē celebris fuit, tum propter hominum multitudinem, tum propter eximias dotes quibus ornata erant, ita crassis pudendisque virtutis laborauit. Porro hic Lucas ostendit quanto eam labore quantisque periculis & difficultatibus Paulus acquisierit Christo. Quād populosa vrbs fuerit Corinthus, quād propter nobile emporium opulenta, deliciisque addicta fuerit, satis notum est. Sumpuasum vero & luxu referat fuisse restatur vetus prouerbium. Non omnibus adire Corinthum datum est. Cū illuc ingreditur Paulus, quid obsecro spei concipere poset? Homuncio est incognitus, nullius facundia vel splendoris, nihil opum vel potentiae ostendens, quād immensus ille gurges fiduciam eius & propagandi Euangelij studium non absorbet, hinc colligimus misericordia Spiritus Dei virtute fuisse instrūtum: & simul Deum cœlesti non humano modo per eius manū operatum esse. Quare non frustra iactat Corinthios sigillum esse apostolatus sui. Bis enim cœci sunt, qui non agnoscunt in tam humili & contempta agendi ratione clarius resulſisse Dei gloriam. & ipse non ambiguū inuidit constantie specimen edidit, quād omnium ludibriis vexatus, vt erat contempribilis sapud superbos, recubuit tamen in viuis Dei præsidium. Sed operæ pretium est singulas circumstantias notare, vt eas ordine Lucas prosequitur.*

1. Cor. 9. a. 1. *2. I V D E A M nomine Aquilam.) Hec non leuis fuit tentatio, quād neminem inuenit Paulus Corinthi qui eum hospitio exciperet, præter Aquilam bis exulem, nam cū osiundus esset ex Ponto, relicta patria mare traiecerat, vt Roma habitaret, illinc rursum abire coactus fuerat Claudijs Cœsarjs editio. Cū tanta, inquam, esset vrbis commoditas, tanta copia, tam amoenus situs, tam multi etiam illic essent Iudei: Paulus non magis idoneum reperi hospitem, quād hominem ex patria simul & alieno polo profugum. Si cum ingressu tam folido conferimus in gente fructum qui statim ex eius prædicione emerit, longe illustror reddetur Spiritus Dei potentia. Perficerere etiam licet, quād modo singulari consilio Dominus in suam gloriam & piorum salutem vertat, quād videntur caru aduersa & infasta. Nihil exilio miserius secundum caris sensum, atqui longe opabilius Aquila fuit fieri Paulo solum, quād vel Roma vel in patria summo quoque magistratus gereat. Felix igitur ista Aquila calamitas nos admetet, Dominum melius sepe nobis consulere, dum nos durius affligit, quād si nobiscum summa indulgentia ageret: & dū per dura exilia circumagit, vt ad cœlestem quietem nos deducat.*

*IVDAOS omnes Roma decidere.) Valde acerba illius gentis conditio tunc fuit, vt mirum sit non omnes se-
re discessisse à cultu Dei. Sed hoc magis mirum, quād contra Cœsarjs tyrannidem prævaluit religio in qua educari fuerant, vbi vero Christus sol iustitia luxit, pauci ad eum conuersti sunt. Neque tamen dubito, quād Dominus confulit hic illuc per varias molestias agitari pauci fuerit, quād libentius, imò audiū redēptionis oblatę gratiam recipieren, sed maior pars, vt fieri solet, in suis malis obstinavit, pauci vt Aquila & eius vxoris, se dociles præbuerunt sub Dei ferulis. Si tamen verum narrat Suetonius, Christiani nominis odio expulsi sunt, atque ita magnam partem exacerbare magis potuit calamitas, quād falsō rei substituebantur religionis, cui infelix erant, occasione.*

1. Cor. 9. b. *3. EIVSDEM erant artificij.) Docet hic locus Paulum antequam Corinthum venire, solitum fuisse manibus operari: neque id animi gratia, sed vt vicitur sibi labore manuaria quereret. Vbi atq; primū didicit, nesci-
tur: Corinthi tamen principiū laborias, ex eius testimonio constat. Ratione vero exprimit, quād Pseudoa-
postoli, vt astutè se insinuerint, gratis docebant, noluit igitur sanctus vir illa in parte illis cedere, ne Christi Eu-
angelium probro subiiceret. Ceterū colligere ex hoc loco promptum est, quoconque venisset, donec in assiduo docendi labore occuparetur, arte suam factitasse, vt inde vicitur quæreret. Chrysostomus dum Paulum futorem fuisse tradit, nihil assert dissentaneum à Luca, quoniam tunc ex pellibus confici tētoria solebant.*

D I S P U T A B A T in Synagoga.) Mirum est unde obrepserit quod legitur in Latinis codicibus, Interpositum fuisse à Paulo Christi nomen: nisi quod forte lector quisi piam, generalis sententia defeculum suppleret voluit. Duo enim hic Lucas distinxit ponit: nempe quid disputauit Paulus apud Iudeos: deinde quod post Silie & Timochei aduentum, apertius Christum proficeri coepit. Et si autem probabile est, statim ab initio de Christo verba fecisse, quia omittere non potuit praecipuum celestis doctrinae caput: id tamen non obstat quo minus diversa illi fuerint disputandi ratio. Nam igitur, hoc est fuisse, accipio pro eo quod est paulatim inducere. Significat enim meo iudicio Lucas, cùm Iudei frigide & infuse Legem tractarent, Paulum de corrupta perditâque homini natura, de necessitate gratiae, de Redemptore promisso, de modo obtinendâ salutis logiuntur esse, ut illos exercegeteret: hoc enim apta est & concinna ad Christum preparatio. Deinde cùm subiicit, Coarctatum fuisse Spiritu ut Iesum doceret Christum esse, sensus est, maiore vehementia fuisse impulsum, ut liberè palamque de Christo dissereret. Ita videmus Paulum non solum omnias neque eodem momento protulisse: sed temporaliter suam doctrinam, prout occasio ferebat. Et quoniam vtilissimodice quoque est ea moderari, fidis doctores prudenter expendere conuenit unde exordium faciant, ne prepotenter confusa ratio impedit ipsius doctrinae progressum. Potrò etsi in Paulo satis erat feruor, nouo tamen addito lubido redditum fuisse animo nostro absurdum non est: non quid pudore vel sociorum fiducia animum collegit, sed quia quodammodo è celo has suppeditas sibi missas esse reputabat. Ceterum Coarctatus non accipitur pro violento impulsu & extremitate, vt loquuntur, quemadmodum Phœbades & homines phanatici diabolico furore abripi solebant: sed ad solitum Spiritus Dei in silentium, qui in Paolo vigebat, plus accessit feruor, vt noua Dei virtute impulsus fuerit, & tamen sponte sequens ut Spiritum ducem. Quid Paulus testatus est Iesum esse Christum, sic interpretor: Cùm de Redemptoris officio probè docuisse Iudeos, Scriptura testimonijs palam fecisse hunc esse qui ipse datus erat: quoniam in eum competenter quocunque Lex & Propheta Christo tribuunt. Non ergo impliciter assertum, sed quasi solenni testificatione interposita, Iesum filium Mariæ euntem esse illum Christum, qui futurus erat Dei & hominum Mediator, ut mundum ab initio in vitam restituaret.

6 Contradicentibus autem illis & blasphemantibus, excutiens vestimenta dixit ad eos, Sanas
guis uester super caput vestrum, Atandis ego posthac id Gentes vadam.

7 Et migrans inde, intravit in domum cuiusdam nomine Iusti, colentis Deum, cuius dominus
contigua erat Synagoge.

8 Crispus autem archisynagogus creditit Domino cum tota domo sua: multique Corinthiorum
audientes credabant, & baptizabantur.

9 Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo, Noli timere: sed loquere &
prostaceas.

10 Propterea quod ego sum tecum, & nullus manum tibi injiciet ut noceat: quoniam populus
est mihi multus in hac urbe.

II Sedit autem ibi annum & sex menses, docens eos sermonem Domini.

6 CONTRADICENTIBVS.) Ferebant vicinque Paulum Iudei, donec ad claram Christi predicationem
veniret. Hic vero erupit rabies. Ac notanda est loquutio, quod scilicet à contradictione ad blasphemias
vique prosiliunt. Sic enim ut plurimum accidit, dum sibi tantum licentia permittunt homines, ut gradatim
diabolus ad maiorem eos amentiam inflammet, quod magis solicite caudendum est, nequa nos prava libido ad
oppugnandum veritatem sollicitet: præsentem nos horribilem Iudicium terreat, quo aduersus omnes rebelles
fuminat Spiritus sanctus per os Pauli. Neque enim quod Paulus excusis vestibus signum detestationis
protulit, humana vel priuata fuit indignatio, sed zelus à Deo in corde eius accensus: imò Deus eum excitauit
vindictæ fux præconem, vt scirent hostes Verbi non impune sibi contumaciam. De hoc execrationis ^{sup. 13.}
symbolo aliquid dictum fuit 13. capite. Illinc petant Lectores. Summa est, grauius Deum offendit verbi sui con-
tempnus, quān illis sceleribus & certè deplorati sunt prorsus homines, vbi vincimus malorum omnium reme-
diū conculturant, vel longè profligant. Iam sicut tolerabilis Deo non est rebello contra verbum suum: ita
nos maximè exacerbare debet. Hoc intelligo, dum velut ex professo impij in certamen cum Deo descendunt,
& quasi se ad resistendum armant, quasi celesti tuba ad confitendum nos vocari: quia nihil turpius, quān nois
cessibantibus impios Deo palam infundit, & quidem vique ad probra & blasphemias.

S A N G U I S V E S T E R.) Denuntiat illis Dei vindictam: quia sint inexcusabiles. neque enim villam cul-
px partem aliò transferre queunt, postquam spreta Dei invitatione conati sunt extinguere vita lumen. Cùm
igitur exiti sui culpam fulmineant, simili poenam daturus affterit. Se vero mundum fore dicens, officio defun-
ctum se esse testatur, notum est quid Dominus apud Ezechielem ministris suis omnibus præcipiat. Si non an-
nuntiaturis impio ut se conuertat, sanguinem eius è manu tua requiram. Paulus ergo, quia per ipsum mini-
mè steterat, quo minus resipiscerent Iudei, se omni teatu securè liberat. His autem verbis monentur docto-
res, nisi rei sanguinis esse velias coram Domino, pro virili satagendum esse, ut errantes in viam iedificant,
ne quicquam finiant per incitiam perire.

A D G E N T E S V A D A M.) Quoniam summa aliqui fuisse in Iudeis docilitas, debuit tamen Paulus do-
cendis Gentibus operam impendere, quibus ordinatus erat Apostolus & minister, sed hic transiit exprimit,
quo se Iudeis contumacibus prorsus subducere. Hoc enim illi docendi ratio fuit, vt à Iudeis exordium fa-
ciens, Gentes in fidei societatem illis coniungeret: atque ita promiscue ex vtrisque ynum efficeret Ecclesiæ
corpus. ubi inter Iudeos ablata erat spes profectus, sola Gentes restabant. Sensus est igitur, propria haec edita-
te spoliandos esse ac priuandos, ut ad Gentes transferatur: atque ita vulnerari, partim ut menti percussi, inid
confusi redirent ad sanam mentem: partim ut Gentium amulatio ad poenitentiam eos stimularet. Veilum quia
insuñabiles erant, in hoc tantum valuit ignominia, ut in desperationem tuerent.

7 MIGRANS INDE INTRAVIT.) Non ideo mutauit Paulus dominicum quod habebat cum Priscilla & A-
quila, quid eum coniubernij regere: sed quod se familiarius insinuaret Gentibus, nam hunc Iustum, cuius meminit
Lucas, hominem gentilem porius quam Iudicum fuisse suspicor. Nec obstat Synagogæ vicinitas: dispersi enim
erant Iudei, vt illis minimè daretur certa urbis regio ad habitandum. imò videatur data opera domum Synagogæ
contigua elegisse Paulus, quod magis punget Iudeos. Hac sententia confirmat elogium quod Iusto adscribitur.

nempe fuisse Dei cultorem. Etsi enim apud Iudeos non ita vigebat sincera religio: quia tamen Dei cultum omnes profitebantur, videri poterat pietas communiter locum habere in tota gente. quia autem apud Gentiles rarium erat Deum colere: si quis proprius ad veram pietatem acceperat, illi tribuitur singulare hoc testimonium, quod idolatrie opponitur. Corinthios etiam quos paulo post Lucas commemorat, à Gentibus fuisse existimo. Ne tamen prius omnifruatu caruisse putemus laborem Pauli apud Iudeos, ex illis duos recenter Lucas qui crediderint, Crispum & Solthenem: de quibus etiam Paulus loquitur prioris ad Corinthios. capite. nam in salutatione Solthenem sibi collegam associat: Crispum deinde à se baptizatum fuisse dicit. Archilinyagogum interpretor, non qui solus praefecit: quia & Solthenes eodem paulo post titulo ornatur: sed vnum ex primariis.

9 DIXIT AVTEM DOMINVS.) Etsi Paulum merito ad pergendi constantiam animare poterat doctriu[m] sue fructus, cum aliquos quotidie Christo lucifaceret: accedit tamen ad eius confirmationem celeste oraculum, unde colligimus proposita illi fuisse magna certanina, & acriter variis modis fuisse agitatum. Neque enim temere vaquam sua oracula Dominus profudit: nec Paulo quotidianum fuit habere visiones: sed hoc remedij generis vultus est Dominus, cum id necessitas exiget: & res ipsa ostendit, in genere negotiorum molestie incubuisse sancto viro, sub qua non modis sudaret, sed etiam propè fatisceret, nisi fuisset novo subdicio erectus ac recreatus. nec verò frustra commemorat suum aduentum fuisse contemptibile, & illuc in timore & tremore se versatum esse. Equidem sic statu[m], mirabilem Spiritus efficaciam qua iam ante praeedita erat Paulus, oracula fuisse adiutum. Porò cum visiones à somniis Scriptura distinguat, quæma[m] modum ex iis. Num. cap. patet: Visionis nomine significat Lucas cum in ecclastis raptus esset Paulus, obiectam illi fuisse certam speciem ex qua Dei præsentiam agnoscere. Ceterè Deum aliquo signo appa[re]uisse, dubium non est.

NOLITIMERE.) Ostendit hęc exhortatio, Paulo fuisse timendi causam, nam rebus tranquillis & letis, supervacuum esset metu corrigerē: ac præsentim in homine tam voluntario & aliceri. Porò quum Dominus, ut seruum suum habeat fideliter & strenue officio fungentem, à metu cohíbendo incipit: hinc colligimus pura & libera Evangelij prædicationis magis aduentum nihil est: quam pulsus: animi angustias. Et sane experientia ostendit nullos esse fidios & cordatos Verbi ministros, quibus obstat hoc vitium: eos verò demum rite ad docendum esse comparatos, quibus datum est animi fortitudine superare quodvis diçrimen. quia ratio[n]e ad Timotheum scribit, non esse datum Evangelij præconibus spiritum timidiatis: sed potentia, & dilectionis, & sobrietatis. Notanda igitur est ista verborum connexio, Ne timesas, sed loquere: quæ perinde valer ac si diximus esset, Non te impedit metus quomodo loquaris. Excedit quia non protius cingues nos reddit timidas, sed constrictos reuerne puri & ingenui: quod opus est loquarum, vt rurisque Christus breuiter attigit: Loquere, inquit & non taceas: hoc est ne dimidio tantum ore, vt fertur vulgari proverbio. Atqui his verbis præscribitur communis regula Verbi ministris, ut simpliciter & sine suo vel simulazione exponant quicquid Dominus Ecclesiæ fuit esse notum: in modo nihil diffilulent quod ad Dei edificationem vel profectum valeat.

10 PRO TERRA QVOD EGO SVM.) Prior ratio cur Paulus subacto metu securè & intrepide munus suum peragere debeat, quod Deum habet stantem à parte sua, cui responderet gloria Daudis, Si ambulauerit in medio umbra mortis, nihil timebo mali: quia tu mecum es. Item, Si me circumstent castra, &c. Quæritur an non alibi quoque Deum præsentem sensisset: sicut variis in locis eius auxilium sapius expertus erat. Generalis enim & perpetua est promissio, Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi, nec diffidere fas est, quoties eius vocacioni obsequimur, quin nobis ad futurus sit. Sed Domino infrequens non est, quod se in oīnibus negotiis facturum promisi, ad species accommodare, dum res ira postulat. & scimus, vbi in rem præsentem ventum est, desiderator auxilio non magis affici. Adde quod ista duo membra simul coherent, Ego tecum sum, & Nemo tibi nocebit. Accidit enim interdum ut nobis auxiliaret Deus, & tamen opprimi nos in speciem sinat: vt Paulum ne in morte quidem ipsa deferuit, hic verò peculialem manus sue tutelam promisit, quia tegatur ab hostiis imperu. Sed queritur an Paulo necessaria talis confirmatio fuerit, quem ad pericula quenam obeundam voluntarium esse decebat. Quid enim si fuisse moriendum: an ideo timori succumbere licuit? Respondeo, si quando pronuntiet Deus salu[s] & iuvalores ad tempus fore seruos suos, id minimè obstat, quin se ad mortem fortiter obeundam comparent, sed quemadmodum inter utile & necessarium distinguiamus: ita notandum est promissiones quasdam esse, quibus si careant fideles, penitus defere necesse est: alias autem superaddi cūm ita expedit: quibus sublatis, quia nihilominus constat Dei gratia, non concidit piorum filii. In hunc modum securus iubetur esse Paulus: quia hostes illum non attinquent, quod si opprimendus tunc fuisse illorum violentia, trepidationi minimè cessisset. verum hinc quoque illi animum & audaciam crescere voluit Deus, quod periculi expers futurus erat. Si quando nobis eou[er]te indulget Dominus, non spernendum esset infirmitatis nostræ solutum, interim ad vitiosos omnes carnis metus calcandos, nobis hoc unum sufficiat: quādū sub eo militamus, non posse nos ab eo deferi. Cūm autem dicitur, Nemo insurget ut tibi noceat, non intelligit Dominus illum à vi & tumultu iununem fore, quem deinde capitaliter aggressi sunt Iudei: sed sensus est, irritos fore eorum conatus: quia ex illorum manibus saluum eriperent Dei statu[r]. Itaque ut vitoria potiamur, alacriter pugnandum.

QVONIAM PRO VLS.) Secunda fiducia sumenda ratio, quod magnam & populosam ecclesiam illic excitare Deus velit, quanquam dubium est an hoc membrum ex proximo pendeat: aperte enim fluet hoc modo contextus, Quoniam Pauli opera & manu Deus magnam ecclesiam colligere decrevit, minimè passurum vereius laborem hostes abrumpt, ac si dixisset, Ego tibi succurrā, ne populo meo desis, cui te ministrum destinavi. Ego quidem hanc expositionem liberenter amplector, non adduci in medium rationes diuersas quæ seculum legende sint: sed ita distingui, vt inter se cohærent. Porò dominus populum suum vocat, qui licet merito tunc alienus possit censem: quia tamen scriptus erat in libro vita, & mox in familiam cooptandus, non impropriè ornatur hoc titulo. Scimus enim extra gregem ad tempus vagari multas oves, sicut oviibus muli lupi permixti sunt. Ergo quos dominus paulo post acquirere sibi decrevit, respectu futurae eorum tñcē in populo suo iam agnoscat. Sed meminerimus inseri in Christi corpus, qui externa Dei adoptione ad illud pertinent: sicut scriptum est, Tui erant, & tu mihi eos dedisti.

11 SECTRILLIC ANNUM.) Nufquam alibi legimus tam longam iorenam Paulum sponte traxisse: & tamen ex duabus eius Epistolis apparent, non modis innumeris molestias illi fuisse tolerandas: sed ex superbia & ingratiudine populi, multa indigna perpersum esse. Ita videmus nullam fuisse militia partem, in qua non micet dominus cum exercuerit. Colligimus etiam quādū ardua sit & laboriosa Ecclesiæ edificatio: cum in iaciendis viis fundamentis, præstantissimus architectus tantum temporis consumperit, neque enim opus à se cōpletum fuisse iactat:

C A P V T X V I I I .

165

ia^ctat: sed alios à Domino submissos, qui super fundamentum suum extruerent: sicuti post, ^{icit, se quidem} 1 Cor. 1. b. plantasse, Apollon verò rigasse.

12 Porro cùm Gallio proconsulatum Achaea gereret, insurrexerunt uno animo Inu-^{in Pan-}
lum, & adduxerunt eum ad tribunal.

13 Dicentes, Contra Legem hic iudicet hominibus colere Deum.

14 Cùm autem Paulus iam pararet aperire os, dixit Gallio ad Iudeos, Si qua iniuria est,
aut facinus malum, ô Iudei, merito vos sustinerem.

15 Si verò questio est de sermone & nominibus & lege vestrata, vos ipsi videritis index e-
nim horum nolo esse.

16 Et amouit eos à tribunali.

17 Apprehensum autem omnes Graci Sosthenem principem Synagoge, persecutabant ante tri-
bunal: neque quicquam eorum Gallionis curie erat.

12 Cum Gallio.) Vel mutatio proconsulii Iudeis addidit animos, vt audacius insolecerent: vt improbi ac
proterui homines rebus nouis ad tumultuandum abiit solent: vel propitium sibi iudicem fore confisi, que-
tem & silentium integrum anni subito ruperunt. Summa autem accusationis est, quod peruersum Dei cultum
inducere conetur Paulus contra Legem. Iam queritur, Legemne Mois, an ritus imperio Romano vistatos de-
signant. Quia hoc posterius frigidum mihi videtur & coactum, illud magis amplectore, Paulum hoc crimine
graualse, quod cultum diuinum in Lege diuina prescripsum violaret, idque nouitatis exprobrande consilio.
Ac iure quidem damnandus foret Paulus, si tale aliquid tentasset. sed cum certo certius sit, perfidè & scelerite
sanctum virum fuisse calumniato, malam causam honesto praetextu tegere studuerunt. Scimus quām severè
principiat in Lege Dominus, qualiter à suiscoli velit. Ergo ab ea regula discedere, sacrilegium est. Sed cum
Legi nihil vnguam addere vel detrahēre in animo habuerit Paulus, iniustè trahit in hoc crimen. Vnde col-
ligimus quamlibet iustè & inculpate se gerant fidèles, falsam tamen infamiam non effugere, donec ad se pur-
gandos admitti fuerint. Atqui non modo indignè & mendaciter traductus fuit Paulus ab aduersariis: sed cum
refellere eorum impudentiam, & falsa probra diluere vellet, præcūsis illi fuit sermo à Proconfule. Itaque à tri-
bunali sine villa defensione discedere coactus est. Causa verò cognitionem repudiat Gallio, non odio Pauli,
sed quia de religione cuiusque provincie ius dicere non erat ex officio Præsidis. Nam cùm ad suos ritus co-
gere non possent Romani gentes sibi subiectas: ne tamen viderentur probare quod cerebant, suos magistratus
vetabant hanc iurisdictionis partem attengere. Hinc videmus quid faciat verè pietatis ignorantia in ordinan-
do cuiuslibet Reipub. vel imperij statu. Hoc præcipuum esse fatetur omnes, ut vigeat & floreat religio. Iam vbi
cogor, curius Deus, certaque tenetur eius colendi regula, nihil magis æquum est, quām quod sua Lege
principiū Deus: nempe vt qui præfūnt cum potestate, contraria superstitutionibus abolitis, purum veri Dei cul-
tum assenser. Sed cum Romani factū solum & pertinacia ritus suos feruarent, nulla autem illis constaret certi-
tudo vbi nulla erat veritas: hoc sibi optimum compendium fore putarunt, si provincialibus liberum viuendi
morem permitterent. Atqui nihil magis absurdum, quām hominum arbitrio Dei cultum permittere. quare nō
sine causa mandauit Deus per Moysen, vt rex proprium sibi Legis volumen describi curaret: quo scilicet probet Deu. 17. 8.

15 DE SERMONE & nominibus.) Malè digesta est verborum congeries: sed Gallio ita de Lege diuina con-
tempnū loquitur, ac si Iudaica religio verbis tantum & superuacuis questionibus confundatur. & sanè vi gens Cap. 1. d. 14.
erat rixosa, minime dubitandum est quin multi se ipso & alios superuacuis nugis turbarent. Imò audimus & c. g.
quid illis exprobret Paulus pluribus locis: præsertim in epistola ad Titum. Excusatione tamen dignus non
est Gallio, qui vnā cum eorum curiostate facram Dei Legem subfannat. Nam vt friuolis logomachii an-
sam præcēdere oportuit: ita rursus vbi de culeu Dei agitur, scindunt est non de verbis certari, sed rem tracta-
ri omnium maximè seriam.

17 APPREHENSUM omnes Graci Sosthenem.) Hic est Sosthenes, quem Paulus honorificè socium sibi ad-
iungit inilio prioris Epist. ad Corin. Quanquam autem nulla eius mentio antea facta fuit inter fidèles: probabile
tamen est vnum tunc fuisse ex Pauli comitibus & aduocatis. Quenam autem furia Graci impulsit vt in eum
violenter omnes irruerent, nisi quod filii Dei quasi fatale est mundum habere aduersum & infensum causa in-
cognita: quare non est cur hodie nos turba ista indignitas: dum videmus vndique inferam Ecclesiam oppu-
gnari. Ad hæc humani ingenij prauitatis quasi in tabula nobis pingitur. vt demus merito exoscos passim fuisse
Iudeos: cur tamecum arcadum suam Graci potius in Sosthenem conuercent hominem modestum, quām in
authores tumultus, qui Paulo sine causa molesti erant? Nempe hæc ratio est, quod vbi non reguntur homines
Dei Spiritu, quasi arcana naturæ instinetu rapiuntur ad malum. Fieri tamen potest, vt Sostheni tam fuerint in-
festi, credentes improbis hominibus præbuisse hospitium ad seditionem mouendam.

NE QVB. QVICQ. EOR. GALL.) Cessatio ita non tam Proconsulius ignauia impunitari debet, quām Iudaice re-
ligionis odio. Optulissent Romani sepultam esse veri Dei memoriam. Atque adeò cùm omniis Asia & Graci
idolis vota nuncupare & soluere apud eos licitum fore, Deo IsraeI sacra facere capitale erat. Denique in com-
muni superstitionum omnium licentia, non nisi vera religio excipiebatur. Hinc fit vt ad Sosthenis iniurias dis-
simulet Gallio. Professus nuper erat se iniurias, si qua factæ essent, vindicaturum: nunc hominem innoxium
ante tribunal suum verberari patitur. Vnde ista tolerancia, nisi quod Iudeos omnes mutuis vulneribus conci-
dere cuperet, vt simul extingueretur religio? Sed cùm per os Luca, Spiritus Gallionis incuriam damnet, quia
hominem iniuste afflictum suo præsidio non subleuat: longè minus excusabiles se fore sciunt magistratus no-
stris, si conniveant ad iniurias & maleficia, si malorum petulantiam non cohibeant, si non porrigit manum
oppressis. Quod si ignavos & desides manet iusta damnatio, quām terrible impendet judicium perfidis &
maliginis, qui malis cauiss fuendo, & indulgendo sceleribus, quasi etecto vexillo impunitatis, flagella sunt ad in-
citandam nocendi audaciam?

18 Paulus verò deinde commoratus dies multos, valedicto fratribus abnauigauit in Sy-
riam, comitantibus eum Priscilla & Aquila, cùm sibi totu[m] difficeret caput in Cenchreis: habebat e-
nim votum.

19 Deenitque Ephesum, ubi eos reliquit. Ipse vero ingressus Synagogam, disputabat cum Iudeis.

²⁰ Rogantibus autem eis ut plus temporis maneret apud eos, non avertit.

21 Sed vnde dixit illus, dicens, Oportet me omnino festum quod in stat, agere Ierosolymis: sed interum reuertar ad vos Deo volente. Et soluit Epheso.

²² Quimque descendisset Cesaream, ascendissetque & salutasset ecclesiam, descendit Antiochiam.

23. Et: commemoratus illic aliquantum temporis, profectus est, perambulans ex ordine Galaticeam regionem ac Phrygiam, confirmans omnes discipulos.

¹⁸ COMMORATVS dies multos.) Ia eo se profert Pauli constantia, quod tertore non fugatur, ne rudes ad-
huc infirmo, quod discipulos subito & immaturi di celsu conturbet. Sepius alibi legitum, cum flagrante in eū
professus, ut & primi fuisse, qui se ergo ex Corinio hib. subito responsum cum videtur sua per fortia sumulati bo-

perlecciones; itam rughte qui n̄ ergo. Corinthi libitatis: ne tempore videret illa præcincta stimulare nob̄es vt in totam ecclesiam fureantur, non dubitauit suo discessu pacem & quietem fideli bus redimere: ne incautem vbi si enatam eorum malitiam videret, ne gregi Dei noceant seos irritare maulit, quām cedendo nouam ferociendi occasionem dare. Porro hac tercia fuit profectio, quam Paulus se i olympanū suscepit. Damasco enim profectus, semel ascendit ut Apostolis innotesceret. Secundò autem missus est cum Barnaba, ut controvrem fiam transigeret de ceremoniis, nunc quia de causa tam longum & laborosum iter conficerit, unde mox reuerterit in animo habebat, non refertur a Luca.

Quam sibi totundisset caput.) De Aquila an de Paulio id dicatur, incertum est: neque magnopere interest.

Quanquam de Paulo libenter interpretor: quia mihi verisimile est hoc Iudeis , ad quos venturus erat, de disse. Cerè voto; ceremoniale non suffit priuatum ab eo conceptum . vi Deo cultum aliquem praestare, pro con- fesso sumo. Sciebat temorale fusse quod sub Lege mandanerat Deus veteri populo, nos vèrò scimus quād fedulò doceat regnum Dei non esse sicutum in exteriis illis elementis, & quād acriter illorum abrogationem virgat. Absurdum sñne fuisset ea religione, qua alios omnes soluebat, suam ipsius conscientiam obstringere. Se cinguit totundit non aliud ob finem , nisi vt Iudeis adhuc rudiibus, nec dum iuste eductis, se accommodaret: 1.Cor.9.c. quemadmodum restatur, vt eos qui sub Lege erant lucris faceret, se voluntariam Legis , à qua liber erat, 20. subiectionem obiciat. Si quis obiciat, non licuisse votum simulare, quon non ex animo conceperat: respon- fio in promptu est, quòd ad purificationis substantiam nihil eum fitte egisse : ceremoniam vèrò quæ adhuc li- bera erat, adhibui sñne non quasi Deustalem cultum exigere, sed vt rudiibus aliquid concederet. Ideo ridiculi sunt Papistæ, dum hinc vocundi exemplum elicunt. Paulum nulla ad votendum religio induxit : iti vèrò fictitum Dei cultum in votis locant Paulum temporis ratio cogebat feruandos leges ritus, iñli non aliud proficiunt, nisi vt Christianam Ecclesiam, cui prideni sua confit libertas , superstitione implicant. Longè enim aliud est obsoletas ceremonias in vñm reuocare, quād ne eas adhuc superstites tolerare, donec paulatim in desuetudinem abierint, omitto quòd clericalem suam tonsuram Papista frustra & ineptè cum purificationis symbolo comparar, quod Deus in Lege probauerat. Sed quia minime necessaria est longior refutatio, nobis hoc viuum sñficiat: Paulum vt infirmos Christo adduceret, saltem ne eos offendaret, voto le obligasse , quod sciebat cora n Deo nullius esse momenti.

19 INGRESSVS Synagogam.) Quod vestem suam in signum detestacionis Corinthi excusserat, non ideo factum est, docet hic locus, quod totam gentem abiicerit: sed quos perditio obstinatio iam expertus erat. nunc de integro ad Ephesios accedit, periculum fakturus an plas apud ipsos obediency ieriperet. Porro mihi est quid cum ex Luce relatu appareat, in hac Synagoga placidius quam alibi vsquam fuisse auditum atque etiam roqatum fuisse ut maneret, eorum tamen causam morem non gesserit. Hinc certò coniuste promptum, it quod primis dies grauen illi fuisse causam cur Ierosolymam celeriter ascenderet. Ipse etiam propeianum sibi ostendit, dicens, Optime me festum quod instat, Ierosolymis agere. Nec dubium est, quin rebus diligenter illic compotis discesserit cum bona eorum pace & venia: & ex Luce verbis colligerelicit, excusationem suam accepta, ne eos offendere repulsa. Ceterum, notare operapretium est, ubi spes profectus oblata est, sotito melior, tanquam Dei manu ad alia atque alia negotia nos trahi: vt discamus nos eius arbitrio regendos tradere.

Festum quod instat.) Quod de voto nuper attigi, ad diem quoque festum pertinet, neque enim pietatis officio erga Deum volebat Paulus defungi: sed conuentum celebrare, in quo plus producere poterat quam alius anni temporibus. Quanti enim faceret diuturni disserim, vel via epistola ad Galatas locuples est testis Notandum verò est quidq; de redditu nihil promittit, nisi hac exceptione interposita, Si Domino placuerit. Fatiemur quidem omnes non posse nos nisi eius dictu vel digitum unum mouere: sed quia rancum arogantia in hominibus pallium regnat, ut quidvis praeferre Deo statuere non modo in futurum tempus, sed etiam in multis annos audeamus : meditanda nobis fœpe est hæc religio & sobrietas, vt discamus consilia nostra Dei arbitrio & prouidentia subilicere: ne si deliberemus vt solent qui fortunam sibi videntur sub manu habere, instas demus temeritatis nostræ poenas. Etsi autem non tanta est in verbis religio, quin liberum nobis sit dicere, hoc vel illius factus: vnde tamen est formulis loquendi assuectere, que nos commonefaciant gressus omnes nostros dirigi à Deo.

²² Quod vnde descendit et Cæsaream.) Quanquam uno verbo recitat Lucas Paulum Ierosolymam salutasse ecclesiam: certum est tamen magna aliqua necessitate illuc fuisse pertractum. Et tamen ex contextu colligere licet, no dius subiunctissime Ierosolymæ: forte quia successus rerum quas agitabat, spei eius & votu non respondit. Porro iter eius in redditu non octo milia nec sterile fuisse declarat, dicens confitmatse omnes discipulos: haud dubie non pira molestia, quia per multos circuitus deflectere coactus est, nam particula xiiij. continuam seriem designat. Iam qua ratione vocentur Discipuli qui Christo nomen dederunt, & fidem Evangelij professi sunt, alibi diximus: quia scilicet nulla est sine recta institutione pieras. Habant quidem illi suos pectora sub quibus proficerent: sed quod maior erat Pauli authoritas, & quod excellentiore spiritu pollerbat, ex eius transitu non parua accessit confitatio: præfertim cum in fundatis omnibus illis ecclesiis principis fuisse architectus.

²⁴ *Iudeus autem quidam Apollos nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, deuenit Ephe sium, potens in Scripturis.*

25 Hic erat institutus in via Domini, & seruens Spiritu loquebatur & docebat: diligentem
ea quae sunt Domini: sciens tantum Baptismum Ioannis.

26 Atque hic caput liberè loqui in Synagoga. Quem cum audirent Priscilla & Aquila, affun-
gerunt illum, & exaltus ei expiò ne rueret viam Dei.

27 Cum autem velle: ire in Achiam, exhortati fratres scripserunt discipulis ut suscipierent
illum. Qui cum venisset, contulit multum iis qui cediderant per gratiam.

28 Vehementer enim Indeos reuincebat publice, ostendens per Scripturas Iesum esse Christum.

24 Iudæus quidam.) Hoc Dei prouidentia merito tribuendum est, quod dum Epheso Paulus abire cogere-
tur, in eius locu[m] submissus est Apollos, qui iacturam absente illi us sacraret. Huius autem hominis quale fuit: it
principium tenere refert, quom apud Corinthios etiam fuerit Pauli successor, ac tam praecellere se gessit, fide-
lemp[er]io & strenuam operam naurauit, vt Paulus eum quasi singulare collegam honorificè celebret. Ego plauti,
inquit, Apollos rigant. Item, Hæc in me & Apollo transfiguraui. Duobus autem primum elogis eum com-
mendat Lucas, quod eloquens esset ac potens in Scripturis. zelum deinde, siueque & constantiam ad-
iiciet. Esi autem vere negat Paulus regnum Dei in sermone esse positum, & ipse facundia laude caruit: non
est tanquam sermocinandi dexteritas, qualem hic prædictus Lucas, sacerdota, præterim ubi nulla pompa vel o-
fentatio ex verborum splendoris captatur: sed sine furore & ambitione, sine ampullis & curioso astutio-
rem quæ agitur, disertè explicare sat is habet, qui docendi personam sufficit. Eloquentia caruit Paulus: voluit
scilicet Dominus primario Apostolo hanc virtutem deesse, quia splendoris in iudei & incondito eius sermone
vis Spiritus fulgeret. Eramen ea loquendi facultate instructus erat, quæ ad illustriandum Christi nomen, &
asserendam salutis doctrinam sufficeret. Ceterum, vt varia est ac multiplex donorum Spiritus distributio, non
obstat Pauli infansitia, sita vocare libet, quominus disertos sibi ministros Deus eligeret. Porro ne eloquentia
Apollo profanam, vel inanem & futilem fuisse quis putaret, Lucas cum maiori eam virtute coniunctam
fuisse dicit nempe quod potens fuisse in Scripturis. q[uo]d verbo non tantum interpretor, probè & solidè fuisse
in Scripturis ex rectitudine: ledum eatum & efficaciam tenuisse, rillis armatus, in omnibus pugnis effusus
prior. Arque hæc, meo indicio, Scriptura potius quam hominis laus est, quod tum ad veritatem afferendam, tum
ad refutandam Sarane fallacias fatus sup[er] que valeat.

25 HIC ERAT institutus.) Cum hoc elogio parum congruere videtur quod paulus post subiicit Lucas, eum
tantum nouissime Baptisma Ioannis, sed posterius hoc membrum vice correctionis additum est. Interea facile
hæc duo inter se conueniunt: quod tenuerit Euangelij doctrinam, quia & Redemptorem sciebat mundo esse
exhibitum, & de gratia reconciliationis probè lyceretur eodocis erat: & tamen non nisi Euangelij rudimen-
tis imbutus fuerit, quatenus ferebat Ioannis institutio. Ioannem enim inter Christum & Prophetas qua-
si medium fuisse sumus: de eius officio tum pater Zacharias in suo Cantico, tum Angelus ex Malachie va-
ticinio dissegit. Certe cum faciem Christo prætulerit, & eius virtutem magnificè exposuerit, merito dicun-
tur eius discipuli habuisse Christi notitiam. Adhuc obliteratu digna est loquacio, Sciuissime Baptisma Ioan-
nis, nam inde colligimus quisnam venit sit Sacramentorum vsus: ut scilicet nos in certum aliquod doctrinae
genus inveniamus, vel quam sensu ampliè sumus fidem fiant. Certe à doctrina auelli, nefas est & impia pro-
fanatio, quare vt ritè administrentur Sacra menta, vocem celestis doctrinæ illic resonare necesse est. Quid
enim est Baptismus Ioannis? Totum eius ministerium complexitur Lucas hoc nomine: non tantum quia
Baptismo annexa est doctrina, sed etiam quia eius fundementum & caput est, sine qua inanis & mortua ce-
remonia foret.

FERVENTI Spiritu loquebatur.) Hic alia laude ornatur Apollos, quod sancto zelo flagraverit ad docendum.
Doctrina sine zelo, vel gladius est in manu furiosi, vel frigida & sine furo iacet, vel praux ostentationi seruit.
Videmus enim ex hominibus doctis, alios ignaus corpore: alios, quod deterior est, ambitione iactari: alios,
quod omnium est peccatum, contentiousibus & rixis turbante Ecclesiam. insipida ergo erit doctrina, in qua
non vigebit zelus. Ceterum, meminerimus Scripturæ scientiam priore loco positam esse à Luca, quæ est: t[em]p[or]e
moderat o[ste]ncimus enim multos inconsideratè seruere quemadmodum Iudei peruerlo Legis studio contra E-
uangelium inlanterebant. & hodie videmus quām furioso impetu æstuant Papistæ, quos temere concepta opinio
instigit. Adhuc ergo scientia moderatrix quæ zelum regat. Nam vero seruo dicitur: fuisse causa diligentia, eo
quod Apollos sed ipso ad docendum incubuit. quod si vir ille nondum exactè perfecitèque in Evangelio edo-
ctus, tam sed ipso & liberè Christum predicauit: quid sibi excusationis fore sperant, quibus clarius & plenius
innovuit quod adhuc illum latebat, nisi contentur pro sua virili Christi regnum promouere? Feruorem Spiritui
ideo attribuit Luca, quod rarus est ac peculiares donum: neque enim Interpretor, Apollo mentis suæ insti-
tu fuisse concitatum, sed Spiritus sancti impulsu.

26 QUESUMUS cum audirent.) Quæcumque sibi addicti non sint Aquila & Priscilla, nec alienæ virtuti inuidant, hinc
apparet, quod familiariter & priuatim tradunt homini facundo quæ deinde in publicum proferat. non polle-
bant eadem gratia quæ ille, & forte in eodem fuisse contempti, porro quem vident tam eloquentia quam
Scriptura v[er]o melius instructum, cupide adiuvantib[us]: vt sileant ipsi, solus ille audiatur. Rursum non vulgaris
fuit modello Apollo, qui se non tantum ab opifice manuatio, sed etiam à scœmina doceri & expoliri passus
est. Potens erat in Scripturis, & illis longè superioris sed quod ad complementum regni Christi, extremam ei manu
apponunt, qui videri poterant non fatis idonei ministri. Videmus etiam tunc non tam alienas fuisse à ver-
bo Dei mulieres, vt eas Papistæ habere volunt: quandoquidem vnum ex primis Ecclesiæ doctribus à scœmina
videmus fuisse institutum. Memoria tamen quod dixi tenendum est, Priscillam domi & inter priuatos parientes
functam fuisse hoc magisterio, vt præscriptum à Deo. & à natura ordinem minime labefactaret.

27 QVAM VBLLET in Achiam.) Quo consilio Achiam petere vellent Apollos, non exprimit Lucas. pri-
uato tamen commode nos fuisse illæctum, sed quod vberior in propagando Euangeliu fuctus illi se ostendet,
ex contextu colligimus: eò quod sua exhortatione ipsum magis incitauerint fratres, & currenti addicte-
rint caecis, quod profecto non erant facturi, nisi ex communis Ecclesiæ bono. Et at enim abfudum, nisi melius
oblata esset compensatio, precibus suis alio ablegare hominem, cuius fideli opera iam vbi fuerant, & in poste-
rum scribant opus sibi fore. Scriptissime autem Ephesios fratres Achiamis in tali, non tantum vt hominē ho-
spitalite exciperent, sed vt ad munus docendi admitterent. Hæc vero sancta est commendatio, dum optimis
quemque testimonio suffragiōque nostrō euhere studemus: ne Spiritus sancti dona, quæ apud singulos depo-
luit in Ecclesiæ ædificatione, sepulta iaceant.

¹ Cor. 3. b.
² 4. b. 6.

¹ Iuc. 1. g. 78
² Ibid. b. 16.
³ & 17.

⁴ Malac. 3. 25

QVVM VENISSET.) Hoc fratribus qui iam fecerant experimentum, praeiustum fuerat, dum hocce fuit, ut se ad iter armo conceptum accingeret. Quid autem concilis dicit fidelibus, duobus modis accipere licet: vel quod, iuppiter tulerit minus bene instructis, & eos adiuerterit in frangendis hostiis perucaciis, neque enim curiosus erat habere in promptu armis ad subeundum difficile contra veteranos hostes certamen, qui nisi coacti punguam celiissent: vel quod illis fuerit subfido, ne eorum fides contradicione hostium percussa, labaseretur: quod plerunque accidere infirmis solet. Ego veroque modo adiutus fuisse interpretor: ut ducem habentes peritum & exercitatum, superiores essent in conflictu. deinde ut noua fulta stabilitur eorum fides, ut esset extra vacillandi periculum. Videatur praeterea notare Lucas, strenuitate eius & constantia fratres fuisse adiutus, dum publice cum Iudeis disputeret: commemorat enim hoc zeli & fiduciae signum, lucem non fugere. Quid habetur in sententia clausula, Per gratiam: vel cum proximo verbo, Credidit enim, cohæret: vel referri debet ad subfido quod fratribus a tulit. Prior interpretatione nihil habet difficultatis, sensus enim erit, fideles illuminatos fuisse Dei gratias, vt crederent: ac si dixisset, Fratres qui Dei beneficio iam ad fidem vocati sunt, in melius fuerunt proiecti. Videatur tamen alter contextus magis quod daret, quod Apollos gratiam qua praeditus erat, cum fratribus communicando, eos adiuerterit. Ita, Per gratiam tamendum valebit, atque secundum mensuram gratiae accepte.

IUDÆOS resuecerat. Hinc apparet quorsum spectaret facultas illa, quod potens esset Apollos in Scripturis: nō tempore quia valida illi & efficax probatio suppetebat coarguendis hostibus. Breuiter etiam exponitur status disputationis, Iesum esse Christum. Controuerchia enim apud Iudæos hoc cnebat, Promissum esse Christum liberatorem: sed illis non facile erat persuadere, Iesum filium Marie hunc esse Christum, per quem oblatum esset salus. Oportuit igitur Apollo sic diceret de officio Christi, ut Scriptura testimonia probaret in filio Maria impletâ ex parte inde Christum esse colligeret. Tefsis est præterea hic locus, vnde esse Scriptura non modo ad docendum, sed etiam ad frangendam eorum obstinationem, qui sponte non sequuntur, neque enim satis firmata est fides nostra, nisi clara illic extaret eorum demonstratio, qua ad salutem cognitum occellaria sunt. Cetero si Lex & Prophetæ tantum habent lucis, ut inde perspicue probauerit Apollos Iesum esse Christum, quasi rem digitu monstraret: hoc saltem efficere debet Euangelij accessio, ut ex tota Scriptura, plena Chri: sit cognitione petatur. Quare detectibilis est in Deum contumelia, quod Papistæ Scripturam obscuram esse & ambiguum insinuanti, quorsum enim loquutos esset Deus, nisi liquida multaque in eius verbis se proferret veritas? Quid autem inde inferunt, standum esse Ecclesiæ autoritatem, neque ex Scriptura disputandum esse cum hereticis: abunde à Luce refellitur eorum cauillum, nam cum nihil Iudeis fuerit pertinacius, minimè timendum etsi ne quibus armis fretus illos conuictus, eadem nobis aduersus quoslibet hereticos sufficiant: ut pote que nobis victorian conferunt aduersus diabolum, errorum omnium principem.

CAPUT XIX.

- 1** **A**C T U M est autem quum Apollos esset Corinthis, ut Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, & reperiis quibusdam discipulis dicire ad eos,
- 2** **A**n Spiritum sanctum accepisti postquam credidisti? At illi dixerunt ad eum, Imo neque an sit Spiritus sanctus audiuimus.
- 3** *Et ait ad illos, Quo igitur baptizati estis? Illi vero dixerunt, Ioannis Baptismate.*
- 4** *Dixit autem Paulus, Ioannes quidam baptizauit Baptismo penitentiae, populo loquens, in eum qui venturus esset post ipsum, ut crederent: hoc est in Christum Iesum.*
- 5** *His auditis baptizati sunt in nomen Domini Iesu.*
- 6** *Et quum impo, intisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant.*
- 7** *Erant autem omnes viri ferre duodecim.*

1 Refert hic Lucas Pauli reditu non modo confirmatam & auctam fuisse Ecclesiam apud Ephesios, sed miraculo simul orationem, quod illi rudibus & nouis quibusdam discipulis collata sunt visibles Spiritus gratias. Po id esse: ante verbis incole a noui hospites, nesciunt, nec magnopere nostra interpellent. Iudeos quidem fuisse minimè dubium est, quia Ioannis Baptisma receperant, probabile etiam est, habitasse Ephesi, quando illi Paulus eos repeperit.

2 **A**N SPIRITVS sanctum.) Clausula historiæ ostendit non de Spiritu regenerationis, sed de specialibus donis, quæ Deus initio Euangeliū in communem Ecclesiæ edificationem quibus visum erat variè distribuit, hic à Paulo habet sermonem. Sed iam ex hac Pauli interrogatione oritur quæstio, Fuerintne tunc passim communis omnibus Spiritus, nam si paucis quibusdam dabatur, cur eum coniungit cum fide, ac si individua esset conexio? Fortè non gregarij fuerunt homines: vel quia in numeri numero erant, hoc est duodecim, quærie Paulus aut omnes donorum Spiritus sint expertes. Ego tamen sic existimo, oblatos in conspectu Gentium nō fortuna, sed Dei consilio fuisse tot Iudeos vno tempore, & quidem discipulos, hoc est, ex grege fidelium, qui sibi tamen haec tenus summan Euangeliū gloriam, quæ in spiritualibus donis conspicua erat, faterentur fuisse ignorantem, ut per eos illustraretur Pauli ministerium, neque enim probabile est tanti Paucos Ephesi reliquos esse discipulos ab Apollo: & fuissent ab eo rectius instituti, ex quo ipse à Priscilla & Aquila viae Domini exacte didicerat. Quintam Fratres quorum prius meminit Lucas, alios ab istis fuisse non dubito. In summa, ubi videt Paulus homines istos profiteri Christi nomen, ut de eorum fide certius habeat examen, rogat an Spiritum sanctum accepissent. Hoc enim fuisse insigne gratiae Dei ad faciliendam doctrinæ fidem appetet ex Paulo ipso, II ad Galat. Volum scire ex vobis, Spiritum sanctum ex Legi fine operibus, an ex auditu fidei accepistis.

AN SPIRITVS sanctus sit nescimus.) Qui fieri potuit, ut homines Iudei de Spiritu nihil audierint, de quo vbiq[ue] clamat Prophetæ, & cuius elogis referita est Scriptura: certè hinc colimus neque generaliter locutum est: Paulum de Spiritu. & istos ut rogari erant, negare sibi cognitas esse visibiles illas gratias, quibus Deus regnum Filij sui ornauerat. Nescire ergo le fatentur an Deus largiatur eis modi dona, ideo in voce Spiritus me-

etus metonymia est. atque hunc sensum confirmat quod si prorsus negassent se quicquam scire de Spiritu Dei, tam crassum errorem, in modo prodigiosum, Paulus tacitum minimè tulisset. Dum querit, in quem regnum finem, vel quomodo baptizati sint, subindicit ubique Christi solidè predicatorum esset, gratias eam vobis biles resulisse, vt tale decus Ecclesiae omnibus commune foret. Quare non abs re miratur Paulus fideles eius glori Christi esse ignaros, quam tunc volebat Deus vobisque esse conspicuam: & mox addita correctione monet, non esse manendum in illis que imbibierant iudicemus: quia Ioannis officium fuerat, discipulos Christo formare.

4. *Ioannes quidem.*) Huc spectat Pauli admiratio, vt isti homines sua ruditis connisti, ad alios progeslus aspirant. Ioannem de Christo venturo concionatum esse dicit. emisit ergo discipulos ex carcerebus, vi in itinero currentes, ad Christum nondum manifestatum tenderent. quare et sibi placeant isti, & fastidiosus vltiorem profectum reculerent, procul adhuc à meta abs se ostendit. Nam homines defectus sui sensu incitati, vt appetant quod sibi deest. Huc reddit summa, ac si dixisset Paulus, Primum glorificatus est Christus, non viguit ista eius potentia in mundo: suo tandem in colum alcensu, volunt è regnum suum sic floraret. multò igitur minus, dum adhuc in cursu legationis sue esset Ioannes, effusæ fuerunt spiritus gratia, quæ nunc sedere ad Patris dexteram Christum testatur. quandoquidem tunc nondum patet se mundo Redemptorem patefecerat. Scitote ergo vobis vltre pergendum esse quia procul abs te à meta. Ita dicit etiam deinde prior, qui à Ioanne docti erant, debuisse in Christum venturum relipere docet, ne isti homines in principiis subsistant. Ceterum, hinc quoque docemur Baptismum Ioannis, penitentia & remissionis peccatorum usque symbolum, nec aliud hodie Baptismi nostri esse ab illo discrimen, nisi quod exhibitus est Christus, & in morte eius ac resurrectione impleti sunt omnes salutis nostræ numeri: adeoque ad suum affectum perductus fuit Baptismus: quia & ex illo quieti dixi, mortis & resurrectionis fonte manus penitentia, & edem resurrexit fides, vt gratiarum iustitiam inde perat. In summa, clarè ostendit Paulus illum fuisse Baptismū regenerationis & renovationis, scitum est noster. Quia autem & purgatio & vita nouitas à solo Christo manat, in eius fide fundatum fuisse dicit, quibus etiam veribus monemur hinc pendere totam vim Baptismi, vt fide in Christo apprehendamus quicquid figuratatum abest ut quicquam deroget Christi gratia exterius signum.

5. *His autem baptizati sunt.*) Quoniam apud veteres inualuerat opinio, diuersos fuisse Baptismos Ioannis & Christi, non fuit illis abfui duni baptizari de integrō, qui Baptismo Ioannis tantum preparati erant. Sed quod illa diuersitas falsò & perperam ab illis credita fuerit, hinc patet, quod eiusdem adoptionis, eiusdem vite nouitatis, quas hodie in Baptismo nostro percipimus, pignus fuit ac tessera. itaque non legimus denud fuisse à Christo baptizatos, qui à Ioanne ad eum transibant. Adde quod Baptismum suscepit Christus in carne sua, vt illo visibili symbolo se nobiscum sociaret: arqui si ficticia illa diuersitas admittitur, excidet nobis ac peribit singulare hoc beneficium, quod Baptismum habemus cum Filio Dei communem. Nec verò longa refutatione opus est: quia vt diuersos Baptismos esse persuadent, in quo dfferat alter ab altero prius ab illis ostendit, necesse est. arqui vt inquit respondeat optima similitudo, & partium omnium symmetria & conformitas, quae facili cogit eundem esse Baptismum. N in verò queritor an eum repetere fas fuerit, & furiosi homines nostra actare hoc testimonio fieri, Anabaptismum inuehere conati sunt. Quidam Baptismi nomen pro noua institutione accipiunt: quibus ideo non afflent, quod eorum expostio, vt coacta est, effugit sapit. Alij negant iteratum fuisse Baptismum: quia perperam baptizati forent ab aliquo Ioannis stulto simulacra, sed qui nihil habet coloris eorum conjectura, in modo potius innuunt verba Pauli veros & germanos fuisse Ioannis discipulos, & Lucas honorificè vocat discipulos Christi: neq; huic sententiæ subscribo: & tamen iteratum fuisse nego aq; Baptismum, quia non aliud sonant verba Luca, quam spiritu fuisse baptizatos. Primum minime nouum est Baptismi nomen ad dona spiritus transferri, sicuti capite 1& II. vidimus, ubi dicebat Lucas, quum Christus visibilem spiritus missionem Apostolis promitteret, Baptismum vocasse. Item quum spiritus delcenderet super Cornelium, Petrum recordatum fuisse verborum Domini, Baptizabimini spiritu sancto. deinde videmus hic nominatio agi de donis illis visibilibus, & ea conferti cù Baptismi. Qd autem continuò post sequitur, Vbi manus illis imposuit, venisse spiritum, exegiticè addicatum esse interpretor. est enim modus loquendi Scriptura frequens & familiaris, rem breuiter proponere, & mox clarius explicare. quod ergo propter breuitatem erat obscurus, Lucas melius exprimit, & fusius explicat, dicens impollitione manuum spiritum illis datum fuisse. Si obiectat quispiam, Baptismi nomen, ubi pro spiritus donis ponitur, non simpliciter, sed cum adiectione sumi: respondeo, ex contextu satis patere Lucas mentem: deinde Lucam alludere ad Baptismum, cuius meminerat. Et certè si de symbolo externo accipias, absurdum erit fuisse illis datum, nulla meliore doctrina interposita. Sia verò metaphoricè de institutione, durior adhuc est locutio: & non quadraret narratio: Postquam fuerunt edicti, spiritum sanctum descendisse super eos. Porro vt hanc manuum impositionem Sacramentum fuisse fateor: ita inficiat lapsos esse dico, qui ad perpetuam imitationem traxerunt. nam quum inter omnes conveniat temporalem fuisse gratiam, que illo symbolo exhibita fuit: peruersum est ac ridiculum, ablata veritate signum retinere. Alia est Baptismi & Coenæ ratio, quibus Dominus ea dona nobis esse exposita testatur, quorum fruitio ad finem vñque mundi Ecclesiæ constabit. Quare perpetua Sacra menta sedulè & prudenter à temporariis discernere oportet, ne inanes & ludicra larvae inter Sacra menta locum occupent. Qd manuum impositione vñ sunt Veteres, vt fidei professionem in adultis sancirent, non improbo: modo ne tali ceremonia annexam spiritus gratiam quis putet, quemadmodum facit Hieronymus contra Luciferianos. Papiæ autem nulla via digni sunt, qui vœto ritu non contenti, putidam vñctionem obtrudere aucti sunt: quia non tantum esse Baptismi confirmatione, sed dignus etiam Sacramentum, quo fideles perfici nuntiantur, qui prius tantum semipleni erant: quo arrianatur ad pugnam, quibus tantum remissa prius erant peccata. has enim execrabilis blasphemias euomere non dubitareunt.

8. *Introgessus autem Synagogam, liberè loquebatur ad tres menses, disputans & sedens de regno Dei.*

9. *Quum autem quidam indararentur ne credarent, male loquentes de via coram militidine, digressus ab illis segregauit discipulos, quotidie disputans in schola Tyranniciusdam.*

10. *Hoc autem factum est per biennium, ita ut omnes qui habitabant in Asia, audirent sermonem Domini Iesu, ludat simul & Graci:*

11 *Virtutesque non vulgares edebat Dominus per manus Pauli:*

12 *Ita ut etiam super infirmos deferrentur à corpore eius sudaria & semicinctia, & recederent ab eis mo bi, & spiritus malie egrederetur.*

8 **I N T R O G R E S S U S synagogam.**) Hinc colligimus Paulum exorsum fuisse à piorum cœtu, qui iacta Christo nomen dederant: deinde venisse in Synagogam, ut religiosi ludos, quibus nondum innoverat Christus, vel saltem à quibus nondum receptus erat, in unum Ecclesiæ corpus colligeret. Dicit autem Paulum liberè egisse, ut sciamus non ideo vique ad tres menses auditum quid autem tegeter Evangelij doctrinam, vel se insinueret per obscuras ambages. mox etiam fiducie specimen extinxit Lucas, referens eum disputasse & fuisse de regno Dei. Scimus autem hoc nomine saepe notari iustificationem illam, quæ promissa erat Patribus, & praestanda Christi aduentu, nam quum extra Christum deformis & confusa sit omnium dissipatio, non frustra hoc venturo Messie tribuerunt Prophætæ, fore ut regnum Dei in mundo constitueret. Iam vero regnum hoc, quia nos à defectione sub Dei obsequio reducitur, & ex inimicis facit filios: primum gratuita peccatorum remissionem constat, qua nos sibi reconciliat Deus, & adoptat in populum: deinde vitæ renouatio ne, qua nos ad imaginem suam conformat. Disputasse & fuisse dicit, significans ita Paulum differuisse, ut probaret solidis rationibus quæ in medium afferret, deinde auditoribus piarum exhortationum stimulos addidisse, ut ianuam regno Dei aperirent. Nullæ enim argutæ nos Deo moigitos reddent, nisi piis admonitionibus flectantur.

9 *Quod vix indurarentur.)* Nusquam tam placide & aquis autibus auditum fuisse Paulum legimus à Iudeis, sicut Ephesi priore suo aduentu, nam quum alij tumultuosè eum abigerent, ab his rogatus fuit ut diutius maneret. Nunc postquam ad tres menses regnum Dei apud eos erigere conatus est, prodiit se multorum impietas & contumacia, dicunt enim Lucas fuisse induratos, & certi, hæc vis estæ celestis doctrinæ, ut reprobos vel in furorem conuertat, vel magis obstinatos reddat: non sua id quidem natura, sed per accidens, ut loquuntur: quia dum virginità à veritate, erumpit occultum virus. Addit, Lucas eos maledixisse via coram populo, nam huc tandem se projiciunt Evangelii contemptores, ut quod nolunt amplecti, hostiliter apud alios oppugnant. neque id alio consilio, nisi quod cupiunt, si fieri possit, omnes habere eiusdem imperiatis socios. Vix nomine, quodlibet institutum intelligi satis notum est: hic autem ad Euangelium Christi refertur. Iam dicit Lucas Paulum ab illis digressum, segregasse discipulos, quo exemplo monemur, vbi deplorata & infansibilis peruvicaciz facimus periculum, non amplius ludendam esse operam. Ideo admonet Paulus ipse Titum, ut hereticum hominem post vnam vel alteram admonitionem deuiter, nam indigna contumelia afficitur verbum Dei, si porcis & canibus profluitur. Simul etiam consulere infirmis decet, ne praus obreptationibus & sua doctrinae calamitiis labefactetur eorum pietas. Discipulos ergo segregauit Paulus, ne suo foedere hinc ouium gregem incicerent: deinde ut ingenua professio vigeret inter pueros Dei cultores.

Tit. 3. c. 10. **Q u o t i d i a disputans.**) Ostendit hic locus quām assidua fuerit Pauli fedulitatem in docendo: & nimis esse morosos vel delicatos, quibus statim descendit & dū obrepit. Videmus enim quām pauci ad audiendum prompti paratiq; quotidiæ accedant. Esi autem peculiarem gereret gregis domestici curam, quem velut in ouile collegat, non tamen opera sua priuat extraneos: sed cursum disputandi continuans, periculum facit, num quos reperiat dociles. Scholam Tyranni vocat, non qui tunc potitus fuerit imperio: nam Romani in tota Asia dominabantur: sed credibile est gymnasium fuisse olim extructum sumptuosa Tyranni, & vrbi donatum. Loco igitur publico, qui conditoris nomen habebat, vbi sunt fideles ad conuentus suos agendos.

10 *Omnis qui habitatibant.*) Non significat Iucas illuc Asiaticos venisse, Paulum audirent: sed prædicationis odore peritus fuisse totam Asiam, & semen longè latèque dispersum: ut eius labor non vni tantum vbi, sed remotis etiam locis fructuofus esset. argue id saepe fit, ut Dei veritas dum vno in loco prædicatur, longè latèque diffusa personet vbi audiri non potest vox ipsius ministri: qui traditur de manu in manum, & alii alias sunt doctores. Neque enim sufficeret vnu homo, nisi propaganda fidei pro le quicunque intentus foret.

11 **V I R T U T E S non vulgates.**) Virtutes appellat frequenti Scripturæ vnu miracula, quæ documenta erant extraordinariae Dei potentiaz. Referit autem Pauli apolloatum illis insignibus fuisse ornatum, quod certior constaret eius doctrinæ authoritas. Trips enim locutio est, Quod per manum hominis signa edantur. Ita laus eorum Deo vni adscribitur tanquam authori: homo autem in ordinem cogitur ut minister. Atque ut miracula magis amplificet, dicit sudaria & semicinctia delata fuisse ad ægrotos, quorum tactu fuerunt sanati. Quidam haec Paulo facultas data fuerit, non obfcurum est: nempe ut le verum Christi Apostolum probaret, fidem conciliaret Euangelio, suumque ministerium sanctificaret. Atque hic memoria repetere conuenit, quæ suprà de legitimo miraculorum vnu habuimus. Quid etiam Pauli iudicari sanavit Deus ægrotos, hic spectabat, ut qui nunquam hominem viderant, reverenter nihilominus absens doctrinam amplectentur, quod magis insulsi sunt Papistæ, qui locum hunc ad suas reliquias decorquent. quasi vero sua sudaria miserit Paulus, qui in eius honorem ocularentur venerabundi homines: sicuti in papacu calceos & brachia Francisci, Rosa cingulum, Sanctæ Margaritæ pectenem, ac similes rugas adorant. Imò potius res vilissimas delegit, ne qua ex pretore vel splendore superflitio nascetur. Hoc enim fuit eius consilium, integrum Christo gloriam in solidum vindicare.

13 *Tentauerunt autem quidam è circumcuntibus Iudeis exorcistis innocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicentes, Adiuramus vos per Iesum, quem Paulus predicit.*

14 *Eran autem quidam filii Scœna Iudei principis Sacerdotum septem, qui hoc faciebant.*

15 *Respondens autem spiritus malus dixit, Iesum novi, & Paulum scio: vos autem qui estis?*

16 *Et insiliens in eos homo in quo erat demonium malum, & dominatus eis, inualuit contra eos, ita ut nudi & vulnerati effugerent de domo illa.*

17 *Hoc autem innotuit omnibus Iudeis simul & Græcis, qui habitabant Ephesi: Et incidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Iesu.*

13 Quid certius apparet miraculis illis , quorum nuper facta est mentio , confirmatum fuisse apostoliatum Pauli : docet nunc Lucas , cum fallido quidam nomen Christi obtempererent , granem de tali abusu sumptam sive poenam . vnde agnoscimus non alium in finem editas fuisse virtutes per manum Pauli , nisi vi teatrum omnibus heret , fideliter ab eo Christum praedicari Dei potentiam : quando non solam Dominus eas a pura Evangelij doctrina separari passus non est : sed tam severè virtus est eos qui preposte è eas ad lus exorcismos trahebant . vnde rursum colligitur , quecumque Christi nomen obscurant miracula , priusq[ue]as esse diaboli : fallarios autem esse , qui vera Dei miracula aliò trahunt , quām ut sanctificata pura religio .

Quidam exorciste .) Non dubito nunquid munus hoc exulta emulazione prodierit . Deus suam potentiam inter ludos variis modis exercere solitus erat . & propheti olim vobis fuerat ministris ad fugandos demones : hoc praetextu exorcismos sibi fixerunt . atque hinc temere erectum est extra ordinarium munus sine Dei mandato . potest etiam heri , vt Deo sic ordinante , aliquid perficeret : non quid saueret proposterè , sed ut partim religionem libentibus colerent , aliisque ad Christum aduentum . Sub regno Christi fecit prava ambitione , vt Christiani cum Iudeis certarent . Creati sunt enim hominum arbitrio exorcisti , deinde , ut semper in determini prolabi solet supersticio , hoc clericis suis omnibus commune esse voluit Papa , qui ad maiorem gradum promouendit erant . Postquam enim facti sunt ostiarij , exempli illis coniuratio dæmonum mandatur : ipsa autem experientia planè se ridiculos faciunt . Fateri enim coguntur inanem & sine effectu se titulum conferre . nam vbi facultas qua diabolos adiungunt ? & ipsi exorciste manifeste ludibrii suscipiunt minus quod nunquam exerceant . Sed hoc scilicet iure accidit , vt nullus sit errorum finis , vbi à verbo Dei disceditur . Quantum ad istos spectat , colligimus fuisse vagos errores & homines circunforantes , quales hodie multi cœidunt in Papatu . dicit enim circumiuissime . quo verbo significat huc & illuc prout fallendi occasio dabatur , flexisse iter .

ADIVRAM VOS per Iesum .) Verisimile est impostores istos configuisse ad Christi nomen , ut nouam potestate in acquererent quam prius fallaciter ostauerant , vel quia cessauerat facultas qua predici fuerant , ut tenebras obducerent Evangelio . Duplex autem fuit huius invocationis vitium . nam quom alieni sint à Pauli doctrina , sine fide eius praetextu abundantur quasi ad magicas incantationes . deinde , quod non est in hominibus manus , sibi absque votacione Dei vsurpat . Legitima autem nominis Dei & Christi invocatione est , que fide diriguntur , nec excedit votacionis metas . Quare monemus hoc exemplo , ne similes demus sacrilegii poenam ; nihil nisi præludente Dei verbo esse tentandum . Dominus ipse nos ad preces inuitat . Quicunque miraculorum dono prædicti non sunt , se intra istas metas contineant . nam Apostoli cum Spiritus immundos exire imperio cogebant , Deum habentem authorem , ac sciebant ministerio , quod iniunxerat , fideliter se defungi .

16 IN SILENTIIS in eos homo .) Tribuitur homini quod per ipsum diabolus efficit . Tanta enim violentia per non fuisse , ut septem robustos iuuenes fauciatos , & vestibus nudatos proiceret . Quomodo autem diabolus in hominibus habitat , certò definire non licet , nisi quid statu potest antithesis inter Dei Spiritum & Satanam . nam quemadmodum Paulus docet nos esse Dei templo , quia Spiritus Dei habitat in nobis : sic tunc dicit Satanam efficaciter agere in omnibus incredulis . Scindunt tamen est Lucam hic de singulari habitudi modo agere , cum scilicet ita Satanam frumentum laxatur , ut totum hominem occupet . Porro tale specimen edere volunt Deus , ut suam virtutem ostenderet non esse inclusum in sonitu vocis , nec fas esset Filii sui nomen ad superstitiones trahi . Cùm autem Satanam permitnit nobis illudere , sciamus grauius nos puniri quām si nos in carne vulneraret . Fallax enim miraculorum species , horribile fascinum est ad dementandos incredulos , ut in altiores tenebras mergantur , quia Dei lucem respuerunt .

17 INCIDIT timor .) Fructus eius vindicta , quam de impio nominis Christi abuso Deus sumplerat , quod religio omnibus iniecta est , ne doctrinam contemnerent , cuius se acerrimum fote vindicem Deus insigni documento ostenderat , & in Christi reverentiam fuerunt adducti . præterquam enim quid omnibus suis iudicis ad hunc profectum nos Deus inuitat , ut peccandi metum nobis incuriant : peculiariter in hoc exemplo commendata fuit maiestas Christi , & Evangelij authoritas sancta , quod grauior poena inanet impostores qui suis incantationibus Christi nomen scientes profanant , ne sibi impunitatem tam crassi sacrilegij promittant . Quod dicit innotuisse omnibus , tantundem valeat , atque vulgo aut passim . Significat enim rem fuisse celebratam populi sermone , quod apud plures inclareceret Christi nomen .

18 Multique ex ijs qui crediderant veniebant , confitentes & annuntiantes facta sua . .

19 Multi autem ex ijs qui curiosas artes exercuerat , comportatos libros exusserunt eoram omnibus : & supputatis preciosi illorum , repererunt pecunie quinq[ue]aginta millia .

20 Ita potenter crecebant sermo Domini & confirmabatur .

21 His autem expletis , proposuit Paulus in Spiritu , transita Macedonia & Achaia , ire Ierosolymam , dicens . Postquam fuero ibi , oportet me & Romanum videre .

22 Missis autem in Macedoniam dnobus ex ministrantibus sibi , videlicet Timotheo & Erasmo , ipse remansit ad tempus in Asia .

18 MVLTI qui crediderant .) Eius timoris de quo loquutus est , indicium unum profert Lucas . Re ipsa enim testificati sunt serio Dei timore penitus se esse affectos , qui ultra superioris virtutis delicta confessi sunt , ne sua diffimulatio intus souerent iram Dei . Scimus quām xgrē extorquatur ab iis qui peccarunt vera & ingenua confessio . nam cūm sua exultimatione nihil preciosius habeant homines , pluris semper illis pudor quām veritas . imò quantum in se est , sua probra tegere conantur . Ergo voluntaria h[oc] confessio , testis penitentie ac timoris fuit . nemo enim nisi diuini iudicij sensu probè tactus hominum probris & ignominia le subiiceret , iudiciumque sponte in terra subibit , ut reatu solvatur in celo . Cùm dicit nvlto , hinc colligimus non eandem fuisse omnium cauila . potest enim fieri ut illi exulceratas diu conscientias habuerint : sicut multi plerunque occultis & intestinis viciis laborant . Quare non communem omnibus legem prescribit Lucas : sed exemplum proponit , quod sequuntur qui simili opus habent medicina . Quorundam enim illi facta sua confessi sunt , nisi ut penitentia sua testimonium ederent , & consilium leuationemque peterent à Paulo ? Divisa sunt eoru ratio , qui etiam peccata sua confessi sunt , cūm ad Baptismum Ioannis accederent . nam hoc modo profitebantur se non sicut initiari in penitentiam . Hic autem ab una specie docet Lucas , quo modo Dei reverentia tacti Mat . 3 . b . g . fuerint fideles , vbi Deus severitas sua exemplum illis proposuit . Quod maior est Papistarum impudenteria , qui hunc suę tyrannidi fucum inducent . Quid enim auricularis eorum confessio huic exemplo affine habet ? Primum fideles quām miseris ante suscepitam fidem decepti fuisserint à Satana , productis in me

dium quibusdam exemplis, confessi sunt: Papa autem leges, factorum dictiorumque & cogitationum omnium enumeratio exiguitur. Hos semel legimus confessos esse: Papa lex quotannis, ut minimum, repeti iubet. Iste sponte prodierunt: Papa necessitate omnes obligat. Lucas multos venisse dicit, non omnes: in legi Papa nulla exceptio. Iste coram fidelium cœtu se humiliarunt: Papa longè aliud mandatum, ut clancularis suspiris in auctem proprii sacerdotis obmurmure peccator. En quād dextrē Scripturam ad probandas suas fallacias accommodant.

19 Q vi curiosas artes.) Non tantum de magicis præstigiis loquitur Lucas, sed de friuolis & inanibus studiis, quorum maior pars hominum nimis ut plurimū cupida est. ~~τελείωσις~~ enim ponit: que nomine comprehendunt Greci quæcumque solidam in se vilitatem non continent: led per varios circuitus hominum mentes & studia inutiliter abducunt. Tali est astrologia iudicaria, quam vocant, & quicquid diuinationum sibi in futurum tempus fabricant stulti homines. Libros autem exurunt, ut sibi & aliis in posterum praedant anam errandi. Et quid eos precij magnitudo à iactura non reuocat, eò melius pieratis sue studium probant. Ergo ut nuper verborum confessio, ita nunc realis, ut ita loquuntur à Luca describitur. Ceterum, cum ap̄p̄ter Greci accipiant pro qualibet moneta specie, incertum est, festertos an denarios Lucas designet. Quia tamen certe constat, expressam ab eo summam fuisse, ut sciremus forti animo contemptum fuisse lucrum à fidelibus: non dubito quin denarios, vel aliquid etiam præstantius numeris genus intelligat. Denariorum vero quinquaginta milia, circiter novem milia librarum Francie moneta efficiunt.

20 P O T E N T E R crescebat.) Particula ~~τελείωσις~~, significat non vulgares fuisse verbii progressus: ac si dicere, in illis incrementis apparuisse raram efficaciam ac foliū maiorem. Crescendi verbum ad hominum numerum refero, ac si dixisset, nouis quotidie discipulis collectis auctam fuisse Ecclesiam, quia latè propagatur doctrina. Sermonem vero in singulis fuisse confirmatum interpretor, quid scilicet in Euangelii obedientia & pietate, magis magisque proficerent, atque aliores radices ageret eorum fides.

21 P R O P O S V I T in spiritu.) Consilium huius p[ro]f[essionis], Spilius instinctu suscepit fuisse à Paulo intelligit: ut sciamus totam eius vitam ad Dei arbitrium fuisse compostam. ideo autem Spiritum habuit suarum omnium actionum præsidem, quid & se Deo regendum addixit, & perpendit ex eius ductu. Nec refete quod sequitur paulo p[ro]st, spe fuisse frustratum in ipso itineris successu. lepe enim suos fideles moderatur Deus, de exitu ipsos celans, nam eo v[er]o vuln[er]i habere addictos, ut clausi oculis, dum res perplexa sunt, quod per Spiritum suum illis dictavit, lequantur. Porro omisla & neglecta tua commoditate, ecclesiis prouersus fuisse addictum colligitur, quid Timotheo optimo & sibi omnium fidissimo, charissimo, denique aptissimo comite se priuare maluit, quād non consuleret Macedonibus.

23 Accidit autem illo tempore tumultus non exiguus de via.

24 Nam quidam nomine Demetrius faber argentarius, qui faciebat delubra argentea Diana, prestatabat artificibus non exignum quaestum.

25 Quibus conuocatis, & his qui similitum rerum erant opifices, dixit, Viri, scitis quid ex hoc opificio nobis superit facultas:

26 Et videtis & auditis quid non solū Ephesi, sed penè per totam Asiam Paulus hic persuasi, & auertit multam turbam, dicens, quid non sint di[us] qui manibus fiunt.

27 Non solū autem hec pars nobis in periculum venit, ne reprobetur: verū etiam ne magna dea Diana templum pronibilo habeatur, futurūque sit, ut etiam destruatur maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit.

28 His auditis repletis sunt ira, & exclamauerunt dicentes, Magna Diana Ephesiorum.

23 T M V L T V s de via.) De Vir nomine admoniti sint Lectores, hic accipi pro eo quod Latini Se- etiam vocant: Graci Philosophi Hæresin, sed quia in Ecclesia Dei, ubi fidei virtutes regnare debet, nihil magis odiorum est vel etiam execrabilis, quād suo quemque arbitratu eligere quod sequatur: nomen quod merito apud pios infame era, Lucam fugisse existimo, & phrasū Hebreica Viā posuisse pro instituto. Quod vero ad rei sumū pertinet, videmus quād mirifice scruum suum Dominus exercuerit. Sperabat cùm se ad iter accingeret, Ecclesiam fore in suo discessu tranquillam, ecce autem subito exiitum tumultus, unde minime timebat. Ceterum, in Demetrio patet quād noxiis sit pestis auraria, nam vienus homo quæstus sui privata causa, magnam vibem teditione turbare non dubitat. Opifices autem, qui velut faces ab eo accense, incendium vbiique spargunt, nobis documenta sunt, quād facile si homines sorridos & ventri deditos ad quodvis facinus impellere: præsentis si ex illiberali quæstu in diem vincent, & t[em]p[er]e luci illis eripiunt. Porro in hac historia viuam certimus temporis nostri effigiem. Tumultuatu Demetrius cum sua manu, quia si tollatur supertitio, ex qua quæstum facere soliti sunt opificium ipsorum concidet, ergo non secus ac pro vita sua depugnat: ne Demetrius optima præda, alijs quotidiano v[er]o priuenter. Hodie quis zelus Papam, cornitos Episcopos, Monachos, & totam Cleri Galaplis colluiciem instigat? imò quis eos exigit furoi, ut tam acriter Euangeliō resistant. Istant quidem se pro fide catholica certare, nec vero Demetrius honesto prætextu carebat, cultum Diana obtendens. Verū res ipsa clamat, non tam pro artis ipsis, quād pro focis pugnare: ut scilicet culinam habeant bene celerem. Fœdas in Deum blasphemias, modò nihil minus ex eorum prouento, placide dissimulant, tantum in tuendis superstitionibus, quæ ad farinas valent, sunt plusquam animosi. Proinde talibus exemplis admoniti, vita genit eligere dicamus doctrinæ Christi consentaneum: ne luci cupiditas nos ad impium & nefarium certamen armet atque inciteret, qui vero per inscitiam ac errorem, vel ad aliquod opificium viciosum delapsi sunt, vel alia prava & impura vite ratione sunt impliciti: tamen à sacrilega ista temeritate sibi caueant. Quantum vero ad pios doctores spectat, discant ab hoc exemplo, nunquam sibi defore aduerfarios, donec sui abnegatione totus mundus pacem offerat: quod scimus nunquam futurum. Quia Demetrio & argentariis quæstum p[re]cipit doctrina Pauli, sui j[ur]e profiliunt ad eam delendam, an non idem facturi sunt, quibus Euangeliū aduersabitur? Atqui nemo est, cui non sit bellandi occasio, nam omnes carnis affectus Deo inimici. Ita fieri necesse est, ut quotquot in mundo regnant carnis cupiditates, totidem sint armati hostes ad resistendum Christo. Sæpe quidem contingit siam diuinitus iniici, ne improbi tumultuantur, vel aperiunt se, quisquis tamen subactus non est ad ferendum ictum Christi, semper inuisum eius Euangeliū habebit. Ita statuendam est, piis & fidis doctribus cum multiplici hostium copia semper negotium fore. Demetrij cupiditas palam appetit: interim tamen sciendum est Satana fuisse flabellum, qui modis omnibus Pauli do-

li doctrinam labefactare querens, hoc idoneum organum reperit. Nam cum Satanam sciamus implacabilem esse Christi & veritatis hostem, putamus illi vaquam defore ministros, qui eius impulso vel aperta securia infaniant, vel clandestinis artibus moliantur Euangelii runam, vel euomant odij sui virus, vel taliter siemendo & obstrependo hostile aliquod signum praebant?

28 Ex hoc opificio.) Hic turpiter malitiam suam prodit Demetrius. Privato commode aliquatenus consilere licet, verum eius causa turbare publicam pacem, his & his pervertere, sive posicere ad vim & cales, quod iustum ac rectum est data opera extinguere conari: id vero nimis flagitosum est. Statim causa hinc esse facit Demetrius, quod Paulus deos esse negat, qui hominum manus sunt. Sine hoc verum necne non inquirit sed lacrandi cupide exexcitas, ad opprimendam veram doct. inam fertur. Eadem exitas illum ad violenta remedie precipitat. Opifices quoque, quia sibi ab inopia & fame timent, non minore impetu ruunt, venter enim furdus ac cactus est, vt exigitatem nullam admittat, quod magis sibi quisque nostrum suspectus esse deberet, vbi de privata utilitate & lucro agitur, ne discrimen omne iusti & iniusti, turpis & honesti collat cupiditas eadem que istos ad infamiam impulit.

27 Non solum haec pars.) Primum hoc preposterum, quod secundo tandem loco religionis curam habet Demetrius: quia nihil magis absurdum est, quam ventrem de preferri: sed hoc quoque vanum est, quod cultum Diana periclitari obtendit, nam si ex Pauli doctrina nihil passus esset damni, domi quievisset: de cultu Diana nec ipse fuisset anxius, nec alius molester. Unde ergo tanta leditudo, tantumque lacagendi feruor, nisi ex plaga domestica? quia vero non satis honestam nec probabilem sibi ac suis pugnandi causam fore videbat, alicuius colore fucare studet. Ergo ut malefici deducet regat, religionis titulum, qui plausibilis est, obeuit. Ita impium quantumvis protetur contra Deum insurgant, impudenter tamen hinc inde captant honestos praeceptus, verum Deus illudi sibi non sinit: quin potius ex suis subterfugiis prorahit eos in lucem. Non aliud opus est ad refutandam Demetrii hypocrisim: quia se ipsum propria voce iugulat, dum priuata iactuæ doloris prodit. Nec absimilis est hodie Papistatum racio, plenis quidem buccis se fidei catholice, & sanctæ matris Ecclesiæ patronos esse iactant: sed de suo zelo sic prefati in ipsa cause actione culine nido remoto gutture spirant. Nobis vero si animus est pietatis causam pure & serio agere, nostra commoda obliuiscamur, vt dei gloria primas teneat. Sic enim sensus omnes perstrigit suis illecebris velitatis species, vt per quodvis nefas errando, nobis tamen blanda nur, quantisper nobis priuatum consilere propositum est.

Qua & tota Asia & orbis.) Indignum Demetrio videatur pestrum ire Diana maiestatem, quam totus orbis suspicit & adorat, atque hoc superstitionis omnibus commene perfugium est, multitudinis consensum obtendere. Vera autem eligio magis solidam fulturum, quam in hominum arbitrio postulat. Hodie nihil magis simplices ac imperiosi retinet, nisi quoddam errores passim vnu tec' propter abdicere non audent, quia quod pluribus placuit, quanvis stolidæ & temeræ, pro legitimo habendum esse fingunt. Unde & solum nomen consuetudinis contra Deum ipsum audacter obtrudere non dubitant. Nobis vero longè aliam regulam Dominus prescribit, vt feliciter sua vniuersitate contenti, nec hominum opinionem, nec vnum nostrum, nec multorum gentium consuetudinem motemur.

29 Et impleta est ciuitas tota confusione. Et impetum fecerant uno animo in theatrum, correpto Gai & Aristacho Macedo, ibus comitibus Pauli.

30 Paulo autem volente intrare ad populum, non permiserunt discipuli:

31 Quidam autem & ex Asia primoribus, qui erant amici eius, miserant ad eum rogantes ne se daret in theatrum.

32 Alij quidem igitur aliud clamabant, erat enim concio confusa, & plerique nesciebant quia ex causa conuenissent.

33 De turba autem protraxerant Alexandrum, propellentibus eum Iudeis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat rationem reddere populo.

34 Quem ut cognoverunt Iudeum esse, vox orta est una omnium ferme ad duas horas clamatium, Magna Diana Ephesorum.

35 Hic populi naturam, quasi in tabula depictam nobis Lucas proponit. Quemadmodum si incendium mille simul domos corripiat: ita momento vno totam urbem seditio peruersit. vbi autem talis semel concitata est tempesta, non facile fedatur. Cum vero malum hoc vitare nequeant Christi feci, iniusta constanca inuinitos esse decet, vt populares motus intrepidis sustineant, nec turbentur quasi renoua aut insolita, cum vident populum esse turbulentum. Si Paulus ipse alibi gloriatu se infraicto animo per medias lediciones pergere. Interim optimo solatio verbis sui ministros, dum sic inter varias procellas & astus iastantur, Dominus sustentat, b. & optima fiducia stabilit, cum se gubernacula tenere Ecclesiæ fux testatur, neque id modò, le domum turbatum ac fluctuum esse moderatorem, vt eos simul ac visum fuerit componat. Ergo sciamus quasi in mari tempestuo nobis esse nauigandum: inò hanc infamiam nobis subeundam esse, quasi turbas, p'si concitemus: nec quicquam nos à recto offici cursu abducat. Ita pergendo duriter quidem vexabitur, sed naufragio saltem nos submergi Dominus non sinet. Videmus præterea, licet consul sit sedicio, populum tamem temper in deteriorius ruere: sicuti nunc Ephesi Gaium & Aristarchum rapiunt, Alexandrum repellunt infans clamoribus. Unde id, nisi quod regnum occupat in ipsis Satan, vt male causa potius tueantur? Est etiam alia ratio, quod conceptum ex falsa delatione præiudicium mentes occupat, ne de causa inquirere sustineant.

36 PAULO autem volente.) Pauli constantiam modestie coniunctam cernere licet. Quum tunc latere possit, vñ se in discrimen obdicere paratus est. Neque tamen eorum consilium reculat sequi, quibus rerum status melius compertus era. Si recentus non esset, temeritati impuniti non debuit quod facere staruerat. Sedicio nulla eius culpa flagrabit: cur vitam suam non opponere? præfertim de meliore euentu non desperans. Sed vbi dissuaderet fratres & amici rerum periti, modestia est laude digna, quod proposito suo peruvicaciter noui insit.

37 PROTRAXERUNT Alexandrum.) Credibile est Alexandrum hunc non emissum suisse à Iudeis, vt communem genitum causam ageret: sed quod cum cuperent populo mastrandum obdicere. Incessim fuzi dñi omnes, eum sic iniurium reddidit, vt tumultuose respuerint quicquid pro te & causa dicturus erat: in d. 20. & tanto feruore non procul à mortis dictamine absuit. Porro an is sit Alexander de quo alibi meminit Paulus, c. 14. incertum est: conjectura tamen mihi videatur probabilis. Quod si credimus eum esse, discamus ab hoc formidabili exemplo sollicitè ambulare, ne in similiem defectionem abzipect nos Satan. Nam qui martyrio proprius erat, perdidit & sceleratum apostolatum factum esse videmus.

34 MAGNA Diana Ephesiorum.) Clamosa quidem, sed sine villa soliditate fuit confessio, quæ ex fide cordis non manabat. Vnde enim illa, quam prædicanter Diana magnæ diuinitas, nisi quod tanquam mente alienati, quem semel imbibent errorem furenter defendunt? Alio est vera pietatis ratio: vt corde credamus ad iustitiam, deinde sequatur oris confessio ad salutem. In eo dicit fieri bacchantium intemperies, & insana omnium fanaticorum peruicacia à Martirium constata & zelo. Et tamen pudenda est nostra ignavia, si minus ingenui strenuique sumus in professione certæ fidei, quam illi in putido suo errore. Audimus enim quid nobis per Davidem præscribat Dei Spiritus, Credidi, propterea loquar.

Psal.116.
b. 10.

35 Cum autem sedasset Scriba turbam, dixit, Viri Ephesi, quis enim est hominum qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magna dea Diana, & à loue deitatis simulachri?

36 Cum autem hæc sint extra contouersiam, aportet vos sedatos esse, & nihil præcipitanter agere.

37 Adduxisti enim homines istos, neque sacrilegos, neque contumeliosos in deam uestram.

38 Quod si Demetrius & qui cum eo sunt artifices, habent aduersus aliquem causam, conuentus forenses aguntur, & Proconsules sunt, accusent inuicem.

39 Si quid autem de rebus alius queritis, in legitima concione dirimetur.

40 Nam periculum est ne seditionis boiderne rei fiamus, cum nulla subsit causa, vnde poterimus reddere rationem concursus istius. Et cum haec dixisset, dimisit concionem.

35 Hic Lucas narrat sedatum ita fuisse tumultum, vt tamen prævaluerit apud insulantenem populum supersticio: neque audita fuerit Dei veritas. Scriba enim, vt solent homines politici, satis habet si possit quovis modo incitatum turbam placare. Interim causa ipsa opprimitur. Videbat procul dubio Demetrij malitiam, atque vt Religionis prætextu ad priuatum commodum abusus, vibem tu basset: fed vulnus illud quod imperitis occultum erat, non attingit. Inter ea sedanda contentionis causa extollit fictitium Diana numen, & superstitionis eius cultum assertit. Si tunc in theatre fuisset Paulus, centies morti se obtulisset, potius quam paupers fuisset haec mercede le à periculo redimi. Etsi enim Scriba non ex eius mandato sic locutus esset in publico tamen cœlestis doctrina teste & præcone, perhæs fuisset dissimulatio. Pronuntiavit Scriba simulacrum quod colebant Ephesij delapium è celo esse, & Paulum, cuius que comites nihil in ipiorum deam contumeliosè locutos esse an tacere licuit, quin suo silentio fictam excusationem probaret? Hoc autem erat manus idolatriæ dare. ergo non abs re Lucas præfatus est, retentum à fratribus fuisse Paulum ne in theatrum prodiret.

37 HOMINES neque sacrilegos.) Verè quidem & rectè sacrilegos esse negat: sed perperam continuo post speciem sacrilegiū definit, probroso loqui aduersus Dianam. nam cum omnis supersticio profana sit & polluta, sacrilegos esse conteigitur, quicunque viuis Dei honorem ad idola transfrerunt. Sed hic prudensia scribit, & ea quidem carinalis, laudatur, non pietas. Tancum enim hoc spectabat, vt seditionis ardorem restinguere: idè tandem concludit, Si quam priuatam litem habeat Demetrius, esse iudicia & magistratus. Publica vero negotia in concione legitima, non turbulentia: quæ magistrorum edicto conuenierit, non quæ viuis hominis impulsu & libidine temerè accurrerit, tractanda esse. Proconsules plurali numero dicunt, nō quod plures vno Asia haberet, sed quod Legati Proconfulum loco conuentus interduci agebant. Iniectu etiam metu eos pacat: quia Proconfuli oblatra erat occasio vrbis male mulcande.

CAPUT XX.

DOCTOVR autem cessauit tumultus, vocatis ad se Paulus discipulis, complexisque illos profectus est ut iret in Macedoniam.

2. **D**rum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermones, veniti in Graciam.

3. **E**t ibi peractis mensibus tribus, quum essent illi structe insidie à Iudeis soluturo in Syriam: habebat in animo ut reuertetur per Macedoniam.

4. **C**onitatus est autem eum usque ad Asiam Sopater Berehaensis: Thessalonicensium vero Aristarchus & Secundus & Caius Derbeus & Timotheus: Asiani vero Tychicus & Trophimus.

5. **H**i quum præcessissent, expectabant nos Troade.

6. **N**os vero abvniugamus post diem Azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem intra dies quinque, ubi demorari sumus diebus septem.

1. Narrat hoc capite Lucas quomodo Paulus ex Asia soluens, Ierosolymæ adeundæ causa rufus mare tricerit. Etsi autem accurata meditatione dignum est quicquid in hac narratione scribirut, longa ramen expositione non indiger. Mirifica Dei virtute inter tempesstuos illos fluctus seruatam fuisset Ecclesiæ apparuit, tenera adhuc & imbecillis erat Ephesi Ecclesia: fideles repentinum motum semel experti, timere meritò poterant, ne subinde exsurgerent similes procilla. Non dubium est quin agere auilus fuerit ab illis Paulus: quia tamen maior necessitas ipsum aliud trahit, filios nuper genitos, vix dum emersos ab uno naufragio, relinquere in mari astuolo cogitur. Ipsi vero, licet tristis & acerbis sit Pauli discessus, ne tamen illis Ecclesiæ faciat iniuriam, non retinent eum neque morantur. Ita videmus non sibi fuisse addictos, sed sua cura & studio complexos fuisse Christi regnum, vt in commune tam fratribus quam sibi consulerent. Hæ exempla diligenter notanda sunt, vt in hac misera dissipacione, alij alios iuware studeamus. quod si quando nos spoliari vtilibus præsidii contingat, non tamen vacillemus, scientes Deum tenere natus nostræ gubernacula. Notandum autem quod Paulus non discedit in salutatus fratribus, quin potius eos in discessu confirmat: sicut & de Macedonibus statim Lucas dicit, Paulum fuisse eos exhortatum multo sermone: hoc est non defunctione, quasi sufficeret offici sui esse admonitos: sed quemadmodum alibi fieri iubet, vtque ad importunitatem urgendo, & penitus inculcando res cognitu necessarias, ne vnguane intercidet memoriam.

2. Tim.4.
8. 2.

3. **Q**uæ vñ modis & assiduis certaminibus seruum suum Deus exercuit, vt in eo

in eo nobis exemplar proponeret infatigabilis constantia. Non satis est eum difficilis ac longi itineris labore & modestia confici, nisi viritate quoque dicrimen ab insidiatoribus accedat. Hoc sibi ante oculos speculum ponant omnes Christi servi, ne vnguane difficultatum credio languescant. Paulus tamen cum iter alio factus, paratas sibi insidias declinat, simul ostendit etenim habendam nobis esse virtutem rationem, ne temere nos provociamus in media pericula. Qui vero se illi comites adiungunt, non vulgare redditum pietatis sue testimonium ac videmus quam preciosa fuerit eius vita fidelibus, dum ex diuersis Genuibus, complures delecti comites eius cauila duram & aperam expeditionem, non sine magnis sumptibus suscipiunt. Dicit Lucas subtilissime Paulum Philippis per dies Azymorum, qui tunc melior erat docendi opportunitas. Et cum adhuc ignoraretur Legis abrogatio, caendum fuit ne festina diem negligendo, a rudibus putaretur Dei contemptor, quantum mihi praecipue videtur quæstia ab eo docendi opportunitas, quia tunc attentiores erant Iudei ad discendum.

7 Vno autem die Sabbathorum, quum conuenissent discipuli ad frangendum panem, Paulus differebat eis, prefecturus postridie protraxitque sermonem usque ad medium noctem.

8 Erant autem lucerna multi in cœnaculo ubi erant congregati.

9 Sedens autem quidam adolescentis nomine Eutychus in fenestra, quum degranaretur forno profundo, differente diu Paulo, magis depresso somno decidit ex tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus.

10 Quum descendisset autem Paulus, incubuit super eum, & complexus dixit, Ne turbemini, anima enim eius in ipso est.

11 Quum vero ascendisset, fregissetque panem & degustasset, diu collocatus usque ad diluculum, ita prefectus est.

12 Adduxerunt autem puerum viuentem, & resuscitati sunt mediocriter.

13 Nos autem consenserunt nani soluimus Athon, inde excepturi Paulum, sic enim ordinaverat, ipse per terram iter facturus.

7 Vno autem die, vel primum diem hebdomadis, proximum Sabbatho intelligit, vel unum quodpiam Sabbathum, quod posteriori mihi videri posset magis probabile: hactenque, quod dies ille ad conuentum habendum ex more aptior fuit: sed quum Euangelistis non sit nouum, ex lingua Hebraice vnu, viuum posere loco primi, optimè conuenient, Postridie Sabbathi habitare fuisse concionem. Porro de quolibet die hoc expondere, nimis frigidum esset, quorsum enim Sabbathi mentio, nisi ut temporis opportunitatem & delectum notet. Verisimile quoque est, expectata fuisset a Paulo Sabbathum, ut post dictus suis facinus discipulos omnem in vnum locum aggregaret. Est autem dignus obseruatu omnium feruor, quod neque Paulum ad medium usque noctem, quum tamen ite ad iter accingeret, docere piguit, neque alij discendi ratio affecti sunt. neque enim alia causa protrahendi longius sermonis, quam studium auditorij & attentionis.

AD FRANGENDVM PANEM.) Quianus interdum Hebreis Panis fractio coniuivium domesticum significet: hoc tamen loco de sacra Cœna duabus rationibus adductus, interpretor. Nam quum ex sequentibus colligerem promptum sit, non paruum hominum multitudinem illuc fuisse collectam. Cœna priuata in domo potuisse instrui, consentaneum non est, deinde narrabit postea Lucas, Paulum non Cœnæ tempore, sed post medium demum noctem, panem sumpserit. Huc accedit, quod non vescendi causa cibum dicit cepisse, sed tantum ut gustaret. Sic igitur statut: Sacra Domini Cœna inter ipsos celebrande indictum fuisse diem solennem, qui futurus erat omnibus commodior. Ut autem longioris absentie silentium vñcunque sarciret Paulus, solito longius sermonem extendit. Quod de magno hominum numero dixi, inde colligitur, quod multe in cœnaculo accesserent lucernæ: quod certè non pompa, neque ostentationis causa, sed necessitate fiebat, vbi enim nullus est vnu, ambitio est ac vanitas, que homines facit sumptuosos. Porro lampadibus fulgere totum locum decuit, ne qua flagitijs vel dedecoris suspicio in sanctum illum coetum caderet. adde & alteram conjecturam, si vacuum fuisse cœnaculum, passuros non fuisse qui aderant ut super senectam federerent Eutychus. Turpis enim spemnenda ac respundenda cœlestis doctrina fuisse licentia, quum pacaret alibi locus, ad senestram secedere.

9 Quidam de grauaretur somno.) Nihil video esse causam, cur adolescentis somnolentiam tantoper & tam acriter exigentem quidam interpres, ut dicant torporis sui poenam morte luisse. Quid enim mirum, si nocte intempesta cum somno luctatus, tandem succubuit? Quod autem inuitus & piater spem correptus fuerit & oppressus sopore, hinc coniurare licet, quod se ad quietem non composuerat. Idoneum somno locum captare, ignauia signum fuisse, ad fenestram vero sedentem somno obtrahi, quid aliud est quam circa culpam, naturæ infirmari cedere, quemadmodum si ex inedia deliquium animi, vel ex nimia satigatione contingat. Qui tertius curis demersi contemptim ad Verbum accidunt: qui cibo & vino referti soporem inde contrahunt: qui in rebus aliis vigiles oscilanter audiunt Verbum, merito eorum somnolentia damnabitur. Eutychum vero distertis verbis Lucas absoluuit, cum dicit graui somno post medium demum noctem depressum cecidisse. Porro voluit Dominus non tantum somno, sed morte huius adolescentis expergefacere suorum fidem, ut alacrius Pauli doctrinam reciperent, & animis penitus infiam tenerent. Fuit quidem initio non leuis tentatio: sed que vel constantissimum quemque vehementer percellere potuit, quis enim Christum prædtere putaret in eo cœtu, ex quo miser homo feso casu in mortem præcipitat? quis non potius diuinæ maledictionis hoc putaret esse signum? Sed Dominus statim adhibito remedio, suorum mentes omni perturbatione exemis.

10 IN C V B Y I T super eum.) Scimus Apostolos in edendis miraculis interdum externos quoddam ritus interposuisse, quibus gloriam ad Deum authorem referunt. quod autem nunc super adolescentem incubuit Paulus, non alio fine factum esse existimo, nisi ut se ad precanum studium incitaret. Perinde agit, ac si se misceret cum mortuo. Et forte ad Elisei imitationem hoc factum est, de quo idem narrat sacra historia. Vehementia Reg. 4, f. tamen affectus eum magis impulit quam Prophætæ emulatio. Ea enim coniunctio magis eum stimulat, ut toto animi affectu à Domino eius vitam depreceatur. Sic ubi mortui cadaver complectitur, hoc gestu significat se viuificandum Deo offerre, atque ex textu colligere licet, non prius discessisse à complexu, quam illi redditam esse vitam cognouit.

NOLINT turbati.) Notandum est hac præcipue de causa Paulum fuisse sollicitum, ne tristis ille euentus

piorum fidem concuteret, ac turbaret eorum animos. Interea Dominus extremum, quem Paulus habuit Troadē, sermonem, quasi in scutopro sigillo apud eos fanciuit. Cum dicit animam in ipso esse, non negat suisse mortuum, quia miraculi gloriam hoc modo extingueret: sed sensus est, vitam illi redditam esse Dei gratia. Quod postea lequitur, magna consolatione affectos esse, nō restringo ad gaudiū quod ex adolescenti recuperato ceperunt: sed confirmationem fidei simul complector, cum Deus tam præclarum illis amoris sui spesim dedisset.

13 Nos consencia napi.) Cur iter terra facere maluerit Paulus, incertum est: tanquid quia molestia illi foret nauigatio, ut in transitu fratres viseret. ego valetudinis causa mare tunc fugisse arbitror. Laudanda vero huic humanitas, quod comitibus suis pepercit, cur enim à te dimisisti, nisi ut molestia leuaret? Ita videmus comitate & officiis plios inter se vicissim certasse. Illi prompti obsequentes ad ministerium: Paulus autem adē non rigidus exactior, vt quā parati erant obsequia præstare, vltro & benignè remittere: imò utilitate sua posthabita, quod illis futurum erat solatio mandaret. Aflon urbem Troadi attribui à Geographis, satis notum est. Eadem teste Plinio dicta fuit Apollonia. Coloniam & Etolorum fuisse tradunt.

14 Cum autem conuenissimus Asson, recepto eo venimus Metylenen.

15 Et inde nauigantes, sequenti die venimus contra Chion. postridie vero appulimus Samon, & communorati Troyzilly, venimus Miletum.

16 Propriū erat enim Paulus paternauigare Ephesum, ne tempus tereret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, vt diem Pentecostes ageret Ierosolymis.

17 A Mileto autem missis Ephesum nuntiis ait: sicut Prebyteros Ecclesie.

18 Qui cūm peruenissent ad ijsum: dixit eis, Vos scitis à primo die quo ingressus sum in Asiam, quomodo vobisum per omne tempus fuerim.

19 Seruens Domino cum omni animi humilitate, cūmque multis lachrymis & temptationibus, quae mihi acciderunt ex insidīs Iudeorum.

20 Vt nihil, iufficerim eorum que essent in rem vestram, quin vobis annuntiarem, & docerem vos publicè ac per singulas domos.

21 Testificans Iudei simul & Gracis que in Deum esp̄erant etiam, & fidem que est in Dominum nostrum Iesum Christum.

16 PROPOSVERAT enim Paulus.) Dubium non est quia magnas & graues habuerit festinandi cauas: non quod diei religio tantum apud illum valeret, sed quia ad dies festos vndeque aduenient Ierosolymam confluere solebant, quoniam in tanta hominum frequentia se nonnihil protecturum speraret, occasione decessus noluit. Sciamus ergo Legalēm cultum non fuisse in caula, vt tantoperè properaret. Sed Ecclesia ædificationem fuisse illi propositam: partim ut fidelibus narraret propagatum fuisse Christi regnum: partim ut si qui essent adhuc alieni à Christo, eos lucifaceret: partim ut improborum hominum calumnias reselleret. Notandum tamen est, ipsum interea tēlq̄is Ecclesiis confulere. Presbyteros enim Ephesinos Miletum accersens, se Asiam non negligere ostendit. Quid autem vocati conuivunt, non modo concordia, sed modestia quoque signum est. etiā enim plures erant: vi tanien Christi Apostolo, quem singularibus donis sciebant excellere, morem gerere ipsis non piget. Porro S̄iores dici, non qui proœcta essent atatus, sed qui præfessi Ecclesiæ, ex contextu clarissimi patet. Et autem vñstrum fuit omnis linguis, vt Senes ac Patres vocentur qui ad alios regendos præfecti sunt, etiamq̄ non semper aras respondeant.

18 Vos scitis.) In hac concione præcipue hoc insisit Paulus, vt quos Ephesi creaverat Pastores, suo exemplo horetur ad munus suum fideliter peragendum. sic enim ritè agitur censura, & sic doctrina acquiritur auctoritas, cūm nihil verbis præscribit doctor, quod non re ipsa antè præfiterit. Paulum vero suas virtutes prædicare, minime absurdi fuit. Nihil quidem minus tolerabile est in Christi servis quam ambitione & vanitas: sed cūm omnibus probè cognita esset modestia & humilitas sancti viri, minimè timendum fuit ne in suspicionem iactantia incureret: præsertim cūm necessitate coactus, fidem & diligentiam suam proficeret aliis in exemplum. Magnificè quidem labores suos, patientiam, fortitudinem, & reliquas virtutes prædicat, sed quorū? Certè non vt plauſum reportet ad auditoribus, sed vt acroies sancta sua exhortatio auleos habeat, & penitus infixa hæret ipsorum animis. Alter etiam illi fuit scopus, vt sua integritas in posterum valeret ad doctrinæ commendationem. Citat autem oculatos testes, ne videatur de rebus ignotis verba facere. Oculatos dico, qui non modo comperta habebant omnia: sed purum quoque nullisq̄ affectibus corruptum iudicium.

19 SERVENS Domino.) Commemorat prius, non modò quantas difficultates sustinuerit, sed maximè suam humilitatem, coniunctam cum mundi contemptu & probis aliis que afflictionibus: ac si diceres, non se honorificet vel cum plausu si sile exceptum sed sub contemptibili crucis forma veratum inter eos. Est autem hæc non leuis probatio, cum non decimus, quanvis nos videamus indigno mundi fastu calcar, distinctius tamen singulariter nota sunt. Servire Domino hic accipitur non pro Deum colere in sanctitate & iustitia, quod piis omnibus commune est: sed publicum munus exequi significat. Non loquitur ergo Paulus vt vous quilibet piatus homo sed qui datus esset Ecclesiæ minister, atque ita testatur se Apostolatu sibi commissio, cum humilitate & modestia defundit esse: tum quid suæ infirmitatis conscius sibi discederet, tum quid muneris excellentiam cogitans, se longè imparens diceret: tum quid libenter se subiiceret ad subeundam crucis Christi ignominiam. Humilitas enim ista, tam ventoꝝ confidentia, quam altitudini opponitur. Lachrymis deinde adiungit, quas certamina, varij Satana insultus, impiorum ferocia, intellimi Ecclesiæ moib⁹, & scandala exprimunt: tandem addit ferepidam vitam egisse inter Iudeorum infidias: sequi illis tentatū fatur, vt ferrent non erat, licet non succubuerit. Neque enim suam infirmitatem fateri pudet. Scopus autem est, ne similibus molestiis succumbant quos alloquuntur, atque vt omni ambitione vacui, reuertent & sollicitè munus suum exerceant: neque tantum aequo animo patiantur se ab hominibus contemni, sed in se ipsis quoque abiecti sint: quia nunquam ad Christi obsequium ritè erit compositus, qui sublimis aliquid sp̄abit. Et quoniam diuina esse non potest virtutis simulatio, vt eum sincerè & ex animo se ita gesisse constet, triennij constantiam in medium proficer, quo æqualem & eundem tenorem seruauerat. Scitis, inquit, qualis fuerim per omne tempus, à primo usque die. Hæc vera de eum est seruorum Christi-

rum Christi probatio, non mutari pro variis inclinationibus temporum: sed manere sui similes, & rectum semper cursum tenere.

20. *Nihil dissimulauerim.)*Fidem suam in docendo ac diligentiam tribus nominibus commendat: quod solidè & integre discipulos instituerit, ut nihil omitteret quod faceret in ipsorum salutem: quod generali predicatione non contentus, singulis etiam prodebet studierit: tertio loco breuem totius doctrinæ sue summam recitat, quod eos ad fidem in Christum & penitentiam horratus sit. Iam cum nobis exemplar probi fidique doctoris depingat, quicunque suam operam Domino probate cupiunt, eos propositam Ecclesiæ edificationem in 1 Tim. 4, b. habere conuenit: sicut alibi Timotheum reputare iubet quae sunt utilia, ut illis tradendis insisteret. & sane Scriptura, ad cuius normam omnis docendi ratio exigenda est, imò quæ sola est rellè docendi methodus, non argutas speculationes continet, quæ sub umbra & in otio delectant: sed teste eodem Paulo, tota vultus est, ut 2 Tim. 4, 7. hominem Dei perfectum reddat. Sed tale ædificandi studium prescribit Paulus, ut nihil omittat pastor, quantum in se est, quod vnde sit cognitus. Peruersi enim sunt magistri, qui sic detinent in primis rudimentis discipulos, ut nunquam ad veritatem notitiam perueniant. Et certè non dimidia tantum ex parte nos instituti Dominus in verbis iuo: sed perfectam modisque omnibus completam sapientiam tradit. Vnde apparet, quām impudenter se Verbi ministros iacent, qui non modò populi ignorantiam suo silentio regunt & fowent, sed etiā connivent ad craſtos errores ac impias superstitiones: qualiter hodie plerique in Papatu scindillas quidem mitunt sanæ doctrinæ, sed tenebras ignorantiae discutere non audent, & cùm eos impedit prauus canis timor, obtundunt populum non esse solidioris doctrinae capacem. Equidem fact or non omnia simul possit tradiri, & imitandam esse Pauli prudentiam, qui se ad ruidum captum accommodauit, sed qualis est ista moderatio, dū crecos in foueam finunt ruere, dum miseras animas sub Antichristi tyrannide relinquent? & cùm vident grassari idolatriam, corrumpt Dei cultum, Legem violari, sacra denique omnia profanari, vel silentio prætereunt tam secundum confusione, vel parcè & obliterè ac fugitantur more subindican? Notandum est igitur Pauli verbum, dum se subterfugisse negat, quominus annuntiaret quæcunque populo erant utilia: nam hinc colligimus puram & ingenuam lanæ doctrinæ professionem requiri à Christi seruis, in qua nihil sit flexuosa ac nihil minus eos decere, quām obliquas insinuationes, & astuta dissimilatione implicitas.

PUBLICÆ & PER DOMOS.)Hoc est secundum caput, quod non tantum omnes in cœtu docuerit, sed domatim singulos, prout cuiusque necessitas cerebat. neque enim hac lege ordinavit pastores Christus, ut tantum in *Ecclesiæ* 4, m. commune Ecclesiam docentes in publico luggeret, sed singulas oves cuenter, vagas & palantes reducent in ouile, fractas & laxatas conseruent, & grotis me deantur, debiles & infirmas subleuent. Sepe enim frigore communis doctrina, nisi priuatis monitionibus iuueret. Quare minimè excusabilis est eorum negligētia, qui habita una concione, quasi pensum soluerint, in reliquo tempus securi degunt: ac si in templo vox eorum inclusa foret, quum inde egressi profus obmuzelunt. Monentur etiam discipuli, siquidem in Christi grege censeri velint, locum esse dandum pastoribus, quoties ad eos accedunt: nec priuatas admonitiones esse refugendas. Vt si enim potius sunt quām oves, qui pastorum vocem non nisi in theatro audire dignantur: domi autem moneri & reprehendi non sufficiunt, imò ferociter repellunt tam necessarium officium.

21. TESTIFICANS Iudeus.)Nunc ad tertium caput descendens, paucis doctrinæ sue summam completestur, quod licet omnes ad fidem & penitentiam horratus sint: sicut prius dictum est, Euangeliū duabus iis tantum in partibus constat. Vnde etiam colligimus, vbi vera Ecclesiæ ædificatio propriè consultat, cuius incumbit cura & onus pastoribus, & quorū applicare deceat nostru omne studium, si cupimus utilem in schola Dei proficeret. Iam diximus profanari Dei verbum, dum eius lectors se in friuolis questionibus occupant, verum vi non sit vaga & erratica eius lectio, tenendus est hic duplex scopus, quem nobis Apostolus præfigit. Nam quisquis aliud dicit, multum fatagando nihil aliud quām in circulo ambulabit. Testificandi verbo maiorem vehementiam exprimit, ac si dixisset le testando commendasse, ne residua esset ignorantiae excusatio: alludit enim ad morem forensem: vbi testificatio ad tollendam omnem dubitationem interponitur. Sicuti non tantum docendi, sed etiam vrgendi sunt homines, ut salutem in Christo amplexentur, & se Deo addicant in vita nouitatem. Tametsi autem nulli se defuisse affirmat, Iudeos tamen statuit priori loco: quia sicuti honoris gratia Gentibus eos Dominus prætererat, ita Christum illos eiūsque gratiam offerri oportuit, donec penitus desiderarent.

POENITENTIAM erga Deum.)Primum notanda est fidei & penitentiaz distinctio, quas perpetram & insciēt nonnulli confundunt, poenitentiam dicentes esse partem fidei. Fatoeque equidem disiungi non posse: quia nemini Spiritu fidei illuminat Deus, quem non simul in nouam vitam regeneret. discerni tamen necesse est, sicuti hoc loco facit Paulus. Poenitentia enim est conuersio ad Deum, cùm nos ita quācum vitam nostram in eius obsequiū componimus: Fides autem gratia nobis in Christo exhibet receptio est. Nam huc spectat tota religio, ut sanctitatem ac iustitiam colentes, purè seruamus Domino, deinde ne vilam salutis nostræ partem aliunde quām ab ipso petamus: nōne alibi quāramus quām in Iolo Christo. Ergo poenitentiaz doctrina, p. è vivendi regulam continet, nostri abnegationem, carnis nostræ mortificationem, vitæque cælestis meditationem exigit. Sed quia natura corrupti sumus omnes, alieni à iustitia, & ab ipso Deo auersi: deinde quia Deus, quem scimus nobis infersum esse, fugimus: modum tam reconciliationis gravius, quām obtinendæ nostra vita nobis proponere necesse est. Ergo nisi fides accedit, fructu poenitentiaz verba fieri, imò poenitentiaz doctores, qui neglecta fide, tantum in vita formanda, & bonorum operum præceptis insistunt, nihil, aut quām minimum distant à profanis philologis. Tradunt quomodo viuendum sit, sed cùm homines relinquant in sua natura, nulla inde sperari potest restituio in melius, donec in spem salutis perditos inuitent, mortuos viuificant promissa peccatorum venia, ostendant Deum gratuita adoptione pro filios amplecti qui prius Satana erant mancipia. Spiritum regenerationis à Patre cælesti petendum esse doceant, pietatem, iustitiam, & rectitudinem ab ipso bonorum omnium fonte hauriendam esse, atque hinc sequitur invocatio, quæ in legitimo Dei cultu primas tenet. Videmus nunc vt indiuiduo nexus inter se cohærent poenitentia & fides. Fides enim est quæ Deum nobis conciliat, non tantum ut nobis propius sit, à mortis reatu nos absoluens, peccata non imputando: sed etiam ut Spiritu suo carnis nostræ fortes repurgans, in imaginem suam nos reformat. Poenitentiam non idē priore loco nominat, quod tota præcedat fidem, cùm pars eius ex fide emanet, eiisque sit effectus: sed quia poenitentia initium preparatio sit ad fidem. Initium voco nostri displicantiam, quæ metu iræ Dei seriò tactos ad querendum remedium nos impellit.

FIDES IN Christum.)Non abs re Christum Scriptura passim nobis in fidei scopum, & ut vulgo loquuntur, obiectum proponit. Dei enim maiestas per se altior est quām ut ad eum consendat homines. ergo nisi nō eis occurrat Christus. Deum quærendo sensus omnes nostri euangelent. Deinde quarenus Iudex mundi est, fidel nō potest quin eius aspectus absq; Christo nos terrore exanimet. Deus autē nō tāum in Christo sua imaginē se

nobis representat: sed paterno suo favore nos recreat, & modis omnibus in vitam restituit. nulla enim est sa-
lucis nostra portio, quae non in Christo reperitur. mortis sua sacrificio peccata nostra expiauit: pœnam susti-
nuit ut nos absoluere: sanguine suo nos mundauit: sua obedientia placauit iram Patris: resurrectione
acquisiuit nobis iustitiam. Mirum ergo non est quod diximus, fidem debere in Christi intuitu protius esse defixa,

22 Et nunc ecce ego alligatus Spiritu proficisco Ierosolymam, quæ in ea obuentura sint mihi ignorans.

*23 Nisi quod Spiritus sanctus per singulas urbes testificatur, dicens quod vincula & affli-
ctiones me manent.*

*24 Verum nihil mihi curare est, nec vita ipsa pretiosa est mihi ipsi, ut absoluam cursum meum
cum gaudio, & ministerium quod accepi a Domino Iesu ad testificandum Euangelium gratie
Dei.*

*25 Et nunc ecce ego scio quod post hac non videbis faciem meam, vos omnes per quos transi-
ai predicans regnum Dicit.*

26 Quapropter contestor vos hodierno die, quod mundus ego sum à sanguine omnium.

27 Non enim subterfugi, quo minus annuntiarim omne consilium Dei vobis.

*22 Et nunc ecce ego.) Iam plenus declarat quorum de sua integritate differuerit: quia scilicet nunquam eum postea visuri erant. Magnopere autem referebat exemplar, quod illis ad imitationem diuinitatis erat pro-
positum, semper ante eorum oculos versari, & quod mortuo supererit manere eius memoriam. Scimus enim quātū facile homines à pura institutione degenerent. Ceterum, quanvis scire le neget quid sibi Ierosolymæ e-
uenturum sit, quia tamen pluribus vaticiniis admonitus erat vincula sibi illuc parata esse: quasi iam ad mortem
accinctus, spem reditus sui paulò post abscondit. neque tamen sic loquendo ipse secum disserit. Consulto qui-
dem dubitante prefatur, ut molliat quod futurum erat acerbius. Verè tamen affirmat, sibi adhuc esse incogni-
tos rerum eventus: quia de toto progesiu non constabat illi certa & specialis revelatio.*

ALLIGATVS SPIRITU.) Quidam exponunt obstrictum fuisse Ecclesiis, à quibus iniunctum illi fuerat munus
perfereundi elemosinas. mihi tamen potius videtur, notari interior. Spiritus sancti vis & impulsus: non quod
~~et de se~~ cor�ceptus fuerit, vt mentis compos non esset: sed quia certior redditus de voluntate Dei, arcum
Spiritus ductum vel instinctum sponte vel placide sequebatur. Perinde igitur valet locutio, ac si diceret, Fa-
cere aliter nequeo, nisi contumax esse velim ac rebellis Deo, qui me velut Spiritu suo deuinctum illuc trahit.
nam vt se à temeritate excusat, Spiritum professionis sive authorem & ducem esse testatur. Sed vtinam arrepti-
tii plărie, qui sibi à Spiritu dictari iactant quicquid tulerit eorum phantasias, tam familiariter Spiritum ha-
berent cognitionem Paulus, qui tamen non dicit motu omnes suos vel impulsus esse à Spiritu: sed id quasi singu-
lariter in via re contingisse prædicat. multa enim sibi homines stulte & inconsideratè suscipiunt, que deinde
pertinaciter exequuntur, quia levitas eius pudet. Non tantum autem significat professionem se iusta causa
suscipere quam dictat Spiritus Dei: sed sibi omnino esse necessariam, quia nefas sit contraria luctari. Portò disci-
pus sancti viri exemplo, non calcitrare aduersus Spiritum Dei, sed nos illi obedienter regendos tradere, vt nos
quasi deuinctos pro suo arbitrio agat: nec tamen violenter trahatur. Nam si reprobi qui Satana manipula-
ti sunt, ad eius impulsu non sponte modò, sed etiam cupidè feruntur: quanto magis in filiis Dei hęc
~~est de se~~

*23 Nisi quod Spiritus sanctus.) Hoc de arcans oraculis non intelligo, sed præditionibus quas passim
ex Prophetis audiebat. Plus autem dignitatis habet hac locutio ad commendanda vaticinia, quam si homi-
nes ipsi, qui locuti sunt, certes citentur. Sic enim sua constat verbo Dei autoritas, cum agnoscamus eius Spi-
ritum esse authorem: sicut ministri sicut homines. Iam cum idem Spiritus, qui Paulum de vinculis & afflictionis
bus præmoneret, simul alligatum teneat ne reculeret se illi subiiciatur: hinc docemur quicquid discriminu nobis in-
stet, non ideo nos absoluiri quin parendum sit Dei mandatis, & eius sequenda vocatio. Frustra igitur sibi deli-
cias faciunt, qui recte agendi modum statuunt, quatenus sine molestia id licet: & incommoda, mortis
denique periculum excusatione loco obtrudunt.*

*24 NIHIL mihi cura est. Sic animis comparatos esse pios omnes, ac præsertim Verbi ministros decet, vt
potissimum omnibus, ad Dei obsequium recte cursu properent. Præstantius quidem Dei douum est vita, quam
vt contemni debeat: vt pote in qua ad imaginem Dei conditi sumus, vt beatam illam immortalitatem med-
dicemur, quæ nobis est in calix deposita: qua iam variis documentis se nobis patrem exhibet Deus. sed quia
instar stadii ordinata nobis est, properare semper ad metam conuenit, obstaculæque superanda ne quid nos in
cursu impedit vel moretur. Turpe enim est cæco viuendi amore sic nos teneri, vt propter vitam perdamus
viuendi causas. & hoc exprimit Pauli verba. Neque enim simpliciter vitam suam ducit pro nihilo, sed eius
respectum obliuiscitur, vt cursum suum absoluat: vt ministerium suum compleat, quod à Christo accepit. ac
si diceret, se nullo viuendi desiderio teneri, nisi vt Dei vocacioni satisfaciatur: id quod non sibi graue fore vita
dispendum, modo ad functionis sue metam diuinitatem sibi præscriptam morte accedit. Notandum autem
quod dicit, ex V G A V D I O. significat enim nulla tristitia vel moerore hoc adimic fidelibus, qui hilariter vi-
uant & moriantur Domino. Altius enim est ac magis reconditum bonæ conscientiæ gaudium, quam vt mo-
leculis externis vel villa carnis dolore excutiat: alacrius exultat, quam vt obtratur. Notanda etiam est Cursus
definitio: nempe quod sit ministerium à Domino acceptum. De se quidem loquitur Paulus: sed exemplo suo
docet errare omnes, qui Dominum cursus sui non habent Præsidem. vnde sequitur illius vocationem cuique
nostrum recte viuendi normam esse. Nec verò aliter statuere licet, probari à Domino quod agimus, nisi ad e-
ius arbitrium composita sit vita nostra, præcipue in Verbi ministris requiritur hęc certitudo, ne quid fulci-
piant nisi Christo authore. Nec verò dubium est quin Paulus hac nota, vt plerunque solet, Apostolatum suum
in signiensi, eius fidem confirmet. Euangelium gratia Dei vocat ab effectu vel fine, est tamen hoc rarae
commendationis elogium, quod Euangelio, Dei gratia & salus ad nos perferatur. Nostra enim summopere inter-
est, scire Deum illius inuenientem propitium.*

*25 Et nunc ecce scio.) Quod tectius insinuauerat, nunc palam eloquitur. Diximus autem eo consilio spem il-
lis abstulisse sui reditus, quod tenacius eorum memorie infiget suas exhortationes. Scimus enim quātū energiz
habeant extremæ discedentium vel morientium voces. voluit etiam hac præmonitione cauere, ne pederent ab
eius*

eius præsentia, atque ita trædio collaboretur eorum fides. Regnum Dei iterum vocatur Euangelij doctrina, quæ regnum Dei in hoc mundo inchoat, homines renouando in imaginem Dei, donec tandem in ultima resurrectione compleatur.

26 Q[uo]d propter vos conrestor.) Perinde valet ac si dixisset, Vos appello testes, vel Coram Deo & Angelis vos attester. Hoc autem non tam facit sua causa, quia ut officij legem maiori autoritate illis prescribat. Continet porrè hic locus breuem summam ritus proboque docendi, & doctores ipsos vehementer seueraque fanstione hortatur, vt in suum iunus gnauiter incumbant. Quoniam igitur tenenda est Pastoribus docendi ratio, primum non suo arbitrio estimet quid proficeret in medium & quid omittere vtile sit; sed vni Deo arbitrium eius rei deferant. Ita humanis commentis non parebit in Ecclesiam Dei ingressus, deinde non sumet sibi mortalis homo lacerande vel mutilanda Scripturæ audaciam, vt hoc vel illud quoad viuum fuerit deliberet, quadam obsecutus, multa supprimatis, quicquid in Scripturis patafactum est, licet prudenter & temporeliè pro ædificatione populi, simpliciter tamen & sine furo tradet, vt decet fidum & ingenuum Dei interpretem. Prudentiam adhibendam esse dixi: quia spectanda est semper uirtus, modò ab istis uirtutis, in qua multi nimis sibi placent, dum ad suas methodos inflectunt Dei verbum, & philosophiam nescio quam ex Euangelio & suis figuris inmixtum nobis fabricant, quia scilicet magis plausiblest est hæc mixtura. In de nobis liberum arbitriū, inde operum merita, inde prouidentia & gratitudo electionis Dei abnegatio. Est autem quod nuper diximus obseruatu dignum, consilium Dei, cuius meminit hic Paulus, includens esse in eius verbo, nec alibi querendum. Multa enim in hac vita celamus, quorum plena manifestatio differtur ad eum usque die, quo Deum sicuti 1. Cor. 13. 8. est, facie ad faciem, nouis oculis videbimus. Dei ergo voluntatem annuntiat qui fideliter enarrant Scripturam, 12. ac inde populum in fide, in timore Domini, & omnibus pietatis exercitis instituant. Quemadmodum autem nuper diximus, hac sententia damnari eos qui philosophice disputando, ne quid remorum tradant à communione hominum sensu, ac proinde odiosum, Scripturæ puritatem fermentis suis corrumpunt: ita grauiter in eos fulminat Paulus, qui in meo crucis & peccatum onus enigmaticè tantum loquuntur.

MUNDVS sum à sanguine.) Non dubito quin ad Ezechielis locum respexerit: ubi Deus Prophetam suum, nisi bona fide hortatus sit impios ad penitentiam, eum fore sanguinem denuntiat, nam hac lege pastores Ecclesiæ suæ præficit, vt si quid perit eorum negligientia, ratio ab ipsis reposcatur. Imò nisi ab illo furo & ambagib. ostendant salutis viam, vt illis imputetur errantium interitus. Valde autem stupidos esse oportet, quibus torpore non excutit tam severa comminatio. Quod magis se prodit Epicurea Papalis cleri impietas, ubi culti magnificos titulos crepant, de reddenda tot percentum animatum ratione nihil plus cogitant, quam si nullus federet in cœlo Iudex, nec minus putida est eorum improbitas coram toto mundo, quod deglutiens tantum ouibus intenti, Pastorum nomen usurpat. Porro quoniam charas habeat animas ostendit Dominus, tam atroces de Pastorum ignaviae penas exigens ob illarum exitium, atqui videmus quam vilis sit permultis laus falsus, in cuius cura socium se adiungere Deus non grauatur.

28 Attende igitur vobis & cuncto gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos ad regendam Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

29 Ego enim hoc noui, quod ingressuri sint post difcessum meum lupi graues in vos, non parcentes gregi.

30 Et ex vobis ipsis emergent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se.

31 Propter quod vigilate, memores quod per triennium nocte & die non cessauerim cum lachrymis monere unumquemque:

32 Et nunc commendabo vos fratres, Deo & sermoni gratia ipsius, qui potens est superstruere, & dare vobis hereditatem inter sanctificatos omnes.

28 AT T E N D I T igitur.) Nunc sermonem ad eos accommodat, & multis rationibus ostendit sedulò vigilandum ipsis esse: nec se tantopere esse sollicitum, nisi quia sic flagitare necessitas. Prima ratio est, quod gregi cui præfeci sunt, obstrictam habent similitudinem. Secunda, quod non ab homine mortali, sed a Spiritu sancto vocati fuerint ad hoc munus. Tertia, quod non vulgaris sit honor, Dei Ecclesiam regere. quatta, quod illustri documento testatus sit Dominus, quo in pretio habeat Ecclesiam, quem proprio sanguine eam redemit. Quod ad primum spectat, non tantum iubet eos gregi attendere, sed primum sibi ipsis. neque enim aliquorum salutem sedulò inquam curabit, qui suam negliget: & frustra alios incitatibus ad piè viuendum, qui nullum ipsi pietatis studium praefere, immo gregi studium operamque suam non impendet, qui sui obliuiscitur, quoniam ipse pars gregis. Ergo vt de gregi sibi commissio sunt solliciti, admonet Paulus ut priuatum singuli in Dei timore se continent, sic enim futurum erat, vt diuinum gregi debitum persoluerent. Diximus enim Paulum à vocatione ratiocinari, quod Ecclesia Dei, cui præsumit, addicta sit eorum opera, ac si diceret, Ex quo creati sunt Pastores, non esse sui iuris: sed cuncto gregi obligatos.

SPIRITVS sanctus posuit episcopos.) Ipsi nomine admonet velut in specula locatos esse, unde pro communione omnium salute excubias agant, sed præcipue in hoc insistit Paulus, quod non humanitus ordinati sint, sed illis à Deo mandata sit Ecclesia cura, quod maior ab illis exigitur religio, quia difficulter apud summum illud tribunal futura sit ratio. Nam quod præstantior est eius Domini cui seruimus, dignitas, naturaliter plus illi reverentia deservimus. ipsa autem reverentia studium nostrum acut. Porro quoniam ab initio eligi hominum suffragis voluit Dominus Verbi ministros, regimen nihilominus Ecclesie semper sibi vendicat: non modo vt ipsum agnoscamus vnicum eius Presidem, sed etiam vsciamus incomparabilem salutis thesaurum, non nisi ab ipso prodire, fraudatur enim sua gloria, si vel fortuito casu, vel hominum arbitrio, vel industria putamus Euangelium ad nos deferri. Hoc autem peculiariter Spiritui Paulus tribuit, per quem Deus Ecclesiam suam gubernat, & qui diuinæ votacionis arcans vnicuique testis est in sua conscientia. De voce Episcopi breviter hoc notandum est, omnes Ephesinos Presbyteros indifferenter à Paulo sic vocari, vnde colligimus secundum Scripturam, nihil à Presbyteris differre Episcopos, sed vitio & corruptela factum est, vt qui primas tenebant in singulis ciuitatibus, Episcopi vocari cooperint. Vitium dico, non quod vnum aliquem in singulis collegiis eminere malum sit: sed quia haec audacia minimè tolerabilis est, dum homines Scripturæ nomina ad suum morem flecent, Spiritus sancti lingua mutata non dubitant.

Ad regendam Ecclesiam) Verbum Graecum μητρικῶν Paſcere significat, verum apta similitudine transferatur ad quodvis regimen. Diximus autem hoc certum esse argumentum à munieris excellentia: sicuti alibi idem 1. Tim. 3. d. Paulus Timotheū admonet, vt videat quomodo ipsum oporteat versari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei viui,

columna & stabilitum veritatis, ac si diceret, non esse locum segnitiae in tam ardua prouincia, & minus esse excusabiles, quos Deus familiæ suæ economos constituit, quod altior est ille honoris gradus, nisi tunc dignationi respondant, hoc est, nisi sedulò incumbant in suas partes. Iam si diuinitus & à Spiritu sancto non creantur Episcopi, nisi ad pascendam Ecclesiam, ridicula est Papatus Hierarchia, in qua Episcopi inani titulo superbiens, pascendi munus ne simulatione quidem attingunt.

Quoniam acquisitus.) Quarta ratio, qua Pastores ad munus suum diligenter exercendum stimulat Paulus, quod Dominus non vulgare pigius sui erga Ecclesiam amoris dederit, proprium sanguinem pro ea fundendo. Vnde apparet quā sit illi pretiosus. Et certè nihil est quod vehementius virgore debeat Pastores ut luctuus officio suo incumbant, quā si repente commissum sibi esse sanguinis Christi pretium, nam hinc sequitur, nisi fideliter suam operam Ecclesie impendant, non modò illis imputari perditas animas, sed sacrilegio esse obstrictos, quod facrū Fili Dei sanguine profanarent, & redempcionem ab ipso partam exinanierent, quantum in le est. Et autem immanis huius scleris atrocitas, si nostra ignavia non tantum vilescat mors Christi, sed eius quoque fructus aboleatur & pereat. Dicitur autem acquisita esse à Deo Ecclesia, ut sciamus eam sibi veile integrum manere, quia æquum est ut possideat quos redemit. Simil tamen memoria tenendum est, utrum humānum genus Satanæ esse mancipatum, donec ex eius tyrannie nos Christus afferat, in hereditatem Patris nos colligens. Ceterum quia in speciem dura est locutus quia vocit Paulus, videndum est quo sensu dicat, Deum suo sanguine acquisisse Ecclesiam, nihil enim absurdius, quā corporeum vel mortale lingere Deum. Verum ita loquendo commendat in Christo personæ unitatem, quia enim distincte sunt in Christo naturæ, Scripturæ interdum quod cuiusque proprium est, scilicet sicutum commemorat, sed dum proponit nobis Deum in carne inanifertum, humānam eius naturam non separat à Deitate. Quia tamen rursum sic unitæ sunt in Christo duæ naturæ, ut personam unam constituant, impropiè aliquando quod verè in unam competit, ad alteram transfertur, sicuti hoc loco sanguinem Deo tribuit Paulus: quia homo Jesus Christus, qui suum pro nobis sanguinem fudit, etiam Deus erat. Hæc loquendi figura Veteribus dicta est Idiomatum communicatio, quod naturæ unius proprietatis alteri aperetur. Dixi autem huc modò clare exprimi unam Christi personam: ne ipsum duplēm figuramus, quod olim à Nestorio tentatum est, neque tamen imaginanda nobis est duplicitas naturæ confusio, qualem inducere conatus est Eutyches: vel qualem Hispanicus canis Seruetus hoc ten. pote fabricauit, cui Deitas Christi nihil aliud est quā humānæ naturæ spectum, quod tempore in Deo lucidum fuisse somnijat.

29. Ego etenim scio.) Iam à necessitate quoque, quā acerrimus stimulus est, hortatur Paulus Ephesios, ut attemere vigilent, graues enim luporum incursum instare admonet. Est quidem hoc quasi perpetuum Ecclesiæ factum, ut à lupis infelicitetur, quare non quam dormiendo tempus est. Verùm quod plures & nocentiores irrumunt, ed atentiores à pastori excubias agi conuenient, nam interdum aliquid molestie relaxat Deus, ut placide & quietè gressus pascatur, ac sicuti nitido & sereno calo tertiis in agri spaciis pascuntur oves, nubilo autem & obliquo aere plus est periculi: ita Ecclesiæ Dei nonnulla interdum quasi serenitas conceditur, postea turbulentum succedit tempus, quod luporum insidiosus aprius est. Senus ergo Pauli est, maior i vigilancia opus esse quā hacētus, quod majora pericula imminent. Sed quæratur unde hæc Paulo notitia. Primum dubium non est, quin eius praeterea multum ad lupos arcendos vel fugandos valuerit, nec verò mirum est, si virtus Spiritus, quæ in Christi ministris resulget, impios cohibeat, ne virus suum proferre audeant: imò si cœlestis ille fulgor multas Satanae tenebras discutiat. Ego quoniam sciret Paulus repressam fuisse ad tempus sua opera Satanæ malitiam, quid futurum sit à suo discessu facile diuinatur, quoniam probabile est certiorem fuisse à Domino redditum Spiritu prophetice, ut per eum deinde alii communicherent, sicuti videmus factum esse. Vtunque res habeat, quiescunt discendi probi & fidi pastores, metuendum à lupis esse discamus, quos à caulis arcere, vel attendi: si maestria illis difficile est.

30. Ex vobis ipsi emergent.) Exaggerat mali gravitatem, ed quod in tuis pars sit luporum, adeoque sub titulo pastorum se occultans, nocendi occasionem expectet, simul eriam exponit quid sit à lupis illis meendum, nempe gregis dissipatio: dum Ecclesia à fidei unitate abstracta, in sectas diuiditur. Neque enim lupi sunt omnes qui minus officio respondent: sed sive sunt mercenarij, genus non adeò pestiferum. Doctrinæ autem corruptio, capitalis est ouium clades. Iam tertio Inco fons & origo huius mali notatur, Quod discipulos abducere post se volent, ambitio igitur omnium herefæsiæ est mater. Tunc enim viger verbi Dei synecritas, vbi communis studio pastores, discipulos christi colligunt: quia hic solus est integer Ecclesiæ status, ut ille unus audiatur Magister: quare & peruerteri salutis doctrinam, & salutem gregis pessum ire necesse est, vbi regnat magisterij cupiditas. Sicuti autem docet hic locus, omnes ferè doctrina corruptelas ex hominum superbia manare, dum quisque eminere appetit plus quam licet: ita rufus ex eodem colligimus, vix fieri posse, quia ambitionis à recta puritate delectant & adulterent Dei verbum. Nam quoniam huc tendat pura Scripturæ tractatio, ut solus excellat christus: sibi autem nihil arrogare possint homines, qui tantundem detrahant christi gloriam: sequitur sana doctrinæ esse corrucores, quicunque sibi addicti sunt & propria gloria student, quæ totum christum obscurat, quod etiam confirmat Dominus ipse, Ioannis 7. capite. Porro sive ergo in deo verbo quo vivit, significat iam lupos illis fouere clandestinam peccationem, donec occasione sibi data erumpant. ceterum optimè occurrit hic locus horribili scandalo quod omnibus seculis ad turbandas conscientias obiecit Satan. Si externi & professi hostes Euangelium oppugnant, minus hoc conseruat pias mentes, quā si è medio Ecclesiæ sine intellensi prodeant hostes qui repente classem carant, vel qui perfidè lolicet populum ad defensionem. & tamen hac tentatione Deus Ecclesiæ suam ab initio excepit, & hodie exercet. Quare hoc propaginaculo munita si fides nostra, ne labefacat, si quando contingit pastores inducere luporum rabies. Graues fore lupos denunciat, quod plus incutiat formidini: deinde prauorum dogmatum fore authores idque ut sibi discipulos acquirant quia fieri vix potest, quin ambitio puritatem Euangelij adulteret. Hinc etiam apparet, quā sibi fruola sit Papistatum gloriatio de continua successione, nam quoniam ostendere nobis promptum sit, cornutas illas bestias nihil minus esse quā quod habent volunt: modis omnibus convicti, ad hoc tamen confugiunt asylum, continua serie Apostolis successisse. Quasi verò non etiam illi successerint, à quibus cauedum Paulus admonet. Quum ergo Deus vel ad probandum suorum constantiam, vel iustis iudicio lupos sub pastorum persona grassari sive permittat: non in solo nomine & loco consistit authoritas, nec quaequam habet momenti successio, nisi fides & integritas simul adint. Quod si excipiunt Papistæ, non competere in se luporum nomen, ad peragendum eius rei examen unum Pauli verbum erit quasi Lydius lapis: Ut abducant, inquit, post se discipulos. Quorū autem tota Papalis religio, nisi vt hominum libido pro Dei verbo dominetur: discipulos autem non haber Christus, vbi non censetur solus Magister.

31 PROPTER quod vigilate.) Iterum suo exemplo eos ad diligentiamhortatur Paulus: quanquam simul periculi metum coniungit, ac si diceret, summa attentione opus esse ad caendum: indignum verò esse ipsos fatigari, qui per triennium viderint inficiat illis tolerantiam. Lachrymas etiam suas commemorat que exhortationibus non parum efficacè addebat. Quod dicit se monuisse vnoquaque, tam ad plebem quam ad Presbyteros referri potest, nam quia sermonem habere statuerat toti Ecclesiæ communem, perinde loquitur achi adest totum corpus. Si tamen ad Pastorum ordinē restringere quis malice: fuis erit, non tantum pietatis oratione accendi eorū studia, sed & quomodo esse, ut memoria tñ exhortationū apud ipsos erget, quas per triennium assiduè inculcauerat cum lachrymis. ita tamen videtur magis conscientiam de omnibus verbis fieri.

32 COMMENDO vos Deo.) Precationem interferit, quod in oratione patet ea videri absurdum non debet, neque enim Rhetorum more concionem in partes digrediunt curavit: quum vñerantur effectuum, quibus ardebat, nulla verba sufficerent. Magnis de rebus & arduis dilectur, que humanae facultatem loquè excederent. Ide ad preces se conuertens, sermonis filium paulisper abrumpit, quoniam voti magis expiatio est, quam directa precatio. ac si dixisset, esse quidem ipsos impares tanto oneri: fed se opere illis notas è calo suppetras, quibus frati superiores cunctis tentationibus evadant. Dubium verò non est, quanquam folios Paliores alloquiuit, hanc tamen prectione totam Ecclesiam complecti. primam commendat eos Deo: deinde sermoni gratiae eius. Est tamen vñica commendatio: fed modum exprimere volui Paulus, quo tueri solet Dominus tuorum salutem, quam Petrus docet fide custodii. atque eius custodie ratio à Verbo de. i. Petri. 1. p. 1. pendet, ne inter tot discrimina percliterit. Magni autem referit, quomodo nos Deus feruare velut cognoscere. quia enim abscondita est nobis eius maiestas, donec verba suo ad nos accedit, dubius circumpectus. Ergo similis ac nos feruandos scilicet, verbum uolum proponit organum custodiende salutis nostræ. quo sensu addit epitheta Gratia, Genitius enim more Hebreo effectum designat, ut tuus acquisierent fideles in Verbo, ubi Deus fauorem suum exerit. Hec expositio simplex & apta estnam quod de Christo quidam accipiunt nimis est coactum.

33 POTENS est superstruere.) Participium *sua* *opus*, quo virtutem Paulus, Deum, non sermonem eius refert. Hec autem consolatio ideo addita est, ne inserviat uariorum sensu animos despondeant, quandiu enim circundati lumen carnis virtus, nūiles sumus inchoato adficio. Fundatos quidem esse in Christo oportet prius omnes, sed multum absq; quoniam ornatibus numeris completa sit eorum fides. Imò licet fundamentum stabile maneat, quædam interdum partes adficij nutant ac labefacunt, quare & assidua structura, & nouis subiude futuris opus est. Interrea desperandum est Paulus negat, quia Dominus opus suum murum relinqueret nolit: sicut etiam primo Philip. capite docet, Qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem Domini Iesu, cui etiam responderet illud psalmi 138. Opus manuum tuarum non deleres. Quod mox additur de hereditate vita, ad frutionem ipsam spectat. Similis ac nobis effulgit Christus, transitus quidem à morte ad vitam: & fides ingressus est in regnum cœlorum, nec verò frustra nobis datus est Sp̄ritus adoptionis: sed hic promittit Paulus fidelibus continuam gratiæ accessionem, donec possessionem cernant hereditatis, ad quoniam vocati sunt, que iam in celo illis est reposta. Potentiam Dei nominat, non qualiter eam sollemus imaginari ab. q; tñ effectu, sed quod vulgo actualis dicitur. Sic enim fideles apprehendere ipsam decet, ut sit illis ad manum instar clypei, quem omnibus Saracenis infulibus opponant. Quidammodum Scriptura docet, nobis in Dei virtute sati esse præsidij ita meminerimus non alios esse fortes in Domino, nisi qui abdicata liberti sui arbitrii fiducia in eum recumbunt, quem solum Paulus merito superstruere posse testatur.

33 Argentum & aurum, aut vestem nullius concipiunt.

34 Imo ipsi scitis quod vobis meis, & iis qui mecum sunt, suppeditavimus manus b.e.

35 Omnia ostendi vobis, quod sic laborentes operari suscipere inservi, ac meminisse verborum Domini Iesu: quoniam ipse dixit, Beatum est dare potius quam accipere,

36 Et quoniam hec dixisset, positis genibus suis orauit cum omnibus illis.

37 Magnus autem fletus coortus est omnium: & ruentes in collum Pauli, oscularuntur eum,

38 Dolentes maximè ob sermonem quem dixerat, quod amplius faciem eius non essent visuri. Et deduxerunt eum ad nauem.

33 ARGENTVM & aurum.) Sicuti nuper disseruit quoniam noxia sit pestis ambitionis: ita nunc ab avaritia causandum esse admonet: seque rursus in exemplum proponit, quod nullius bona concipiuntur: quoniam potius vñctum sibi comparauerit manuum labore, non quod absque erogatione ad eum alendum sufficeret: sed quia operibus manuaris incumbens, pepercit ecclesiis, ne quo eas sumptu grauaret, quantum in se erat. Non tandem est quod non modò se rapuisse negat, vt plerique famelici homines importunè pradas extorquent: sed ab omni mala cupiditate purum se fusse dicit. Vnde colligimus neminem probum sole Verbi ministrum, quoniam non idem sit pecunia contemptus. Et certè videmus nihil magis esse commune, quoniam ut in honum gratiam corrumpant Dei verbum, quicunque turpiter lucro dediti sunt, quod vitium Paulus alibi seuerit in Episcopis damnat.

34 IMO SCITIS.) His verbis non imponit præcisè legem, quoniam semper omnes Verbi ministri fert are ne- Matt. 10. 10. cessit esse habeant: neque enim ita se imperiose gessit, vt quod Dominus seruit suis concessit, ipse auferret, quoniam potius multis locis us suum illis asterit, vt de publico aliantur. Huc etiam accedit, quod vñctum & vñctum 1 Cor. 9. 2. 14. sibi misittra à pluribus Ecclesiis pastus est, nec verò pietatis tantum opera mercedem liberi accepit: sed Gal. 5. 6. quoniam egere Corinthi, alias Ecclesiis se præ datum esse dicit, vt sui inopio succurreret. Non ergo simpliciter 1 Tim. 5. 17. edicit pastorum vt vitam suam labore manuaria sustentent: sed continuo post declarat quatenus eos horre- Phil. 4. tur ad imitationem sui exempli, nempe vt suscipiant infirmos. Non negligunt illi Corinthii debitam mercede- 1. Cor. 9. 12. dem: sed quoniam gratuita opera se venditarent falsi apostoli, & inde populus auram captarent, noluit Paulus 1. Cor. 9. 13. illis hac in parte cedere, nec illis ansam columniandi: sicut ille pigredit 1. ad Cor. 9. & Eccl. 11. Cauen- 1. Cor. 9. 14. dum igitur esse admonet ne offidicent de turpissimis, & ne labefactent coni fides. Nam suscipere infirmos tangi- 2. Cor. 11. 12. tundem valer aque eorum ruditiati aliquid per indulgentiam concedere, sicut Rom. 14.

MEMINISSE verborum Domini.) Nusquam hec sententia ad verbū legitur: sed alias non absimiles referunt Euzangeli, ex quibus hanc Paulus elicere potuit. deinde scimus non omnia Christi dicta fusse scriptis pro- dita. Repetit autem illam generalē doctrinam de pecunia contemptu. cuius hoc verum est specimen,

quum quis ad dandum propensior est, quam ad accipendum. Nec politice tantum locutus est Christus, quasi ideo beati sint liberales, quia suis beneficiis alios habent obliktos, species autem sit seruitus aliud debere: sed altius respexit, quod qui pauperibus erogat, frumento: Domino: quod fidi sunt ac probi Dei economi, qui depositam apud se copiam fratibus communicant: quod nulla re propriis ad Deum accedunt homines, quam beneficentia. Hec quoque liberalitatis elegia apud profanos authores leguntur: & bona pars mundi facetur vera esse: sed asini (ut est in proverbio) auribus annunt, nam vita communis ostendit, quam pauci per suum habeant nihil magis esse opificiale, quam ut fratres iuandis nostra impendamus. Quod maiore studio meditanda est Christi discipulis haec felicitas, ut ab alieno quantum poterunt abstinentes, ad dandum se affuefaciant: neque id superbo animo, quasi miserum sit ipsos cuiquam esse obnoxios: vel prava ambitione, ut sibi alios obligent: sed tantum ut se libenter exerceant in officiis charitatis: ac testatum hoc modo faciant adoptionis sua gratiam.

36 Positis genibus.) Primas quidem in precibus obtinet interior affectus: sed exterrita signa, genuflexio, capitis recepcionis, manuum leuatio, duplice habent usum. prior est ut membra omnia exerceamus in Dei gloriam & cultum: deinde ut hoc quasi adminiculo exercitetur nostra pietatis, accedit in solenni & publica preicatione tertius usus, quia pietatem suam hoc modo proficitur filii Dei, & alii alias mutuè accedunt ad Dei reverentiam. Sicut autem manuum leuatio, fiducia & aidentis defensionis symbolum est, ita humilitatis testrandae causa, in genua procumbimus. Ceterum orando, concessionem prius à se habitam obsignauit: quia nullus nisi ex Dei benedictione sperari potest doctrinæ profectus, quare si quod operæ precium docendo, monendo & horrendo facere cupimus, semper accedat hac clausula: nempe ut in preces desinamus.

37 MAGNVS FLEVIS.) Non mirum est singulari affectu hunc sanctum virum prosecutusuisse pios omnines, nam eum negligere quem Dominus tanta donorum praestantia ornauerat, nimis crassè ingratitudinis fuisse. Præcipua autem fendi causa fuit, ut Lucas notat, quod eum amplius non essent vivi. Svam enim & totius Asiaticæ ecclesiæ vicem non frustra dolebant, quam priuationi iri videbant inestimabili thesvero. Ceterum quum eorum lachrymas, quasi sinceras pietatis testes, laudet Spiritus per os Luca, eum temeritatem damnat, qui ferream & imamanem constantiam exigunt a fidelibus. Falsum enim est quod somniant, non nisi ex viro oriri affectus qui naturaliter à Deo nobis sunt ingeniti. Quare non in eo sita est perfectio fidelium, ut affectus omnes exuant: sed ut eos ex iustis tantum causis suscipiant & moderentur.

CAPUT XXI.

1  V M autem factum est ut soluissimus australis ab eis, recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhozum, & inde Pataram:

2  Et nocti nauem que traciebat in Phoenicem, ea consensa soluimus.

3  Quum autem capisset nobis apparere Cyprus, relicta ea ad sinistram, nauigamus in Syriam ac venimus Tyrum: nam huc nauis exponebat onus.

4 Repertisque discipulis mansimus ibidem diebus septem: qui Paulus dicebant per Spiritum, ne ascenderet Ierosolymam.

5 Et expletis diebus, profecti ibamus, deducentibus nos omnibus, una cum uxoribus & filiis, donec essemus extra urbem: & positis genibus in litore precati sumus.

6 Et inuicem valedicto conseruimus nauem: illi autem redierunt ad sua.

1 Breuiter recenset Lucas navigationis cursum, neque id ad fidem modò historie, ut sciamus quid quoque loco gestum sit, sed ut in iunctam & heroicam Pauli fortitudinem secum expandant Lectores, qui tam longis ac flexuosis, molestisque itineribus iactari maluit, ut suam operam Christo impenderet, quam sue quieti consuleat. Quod dicit australis fuisse vel abstractos, non simpliciter ad locum distanciam referunt: sed quia fratres in litore steterunt, quoad intruitu suo nauem, qua Paulus & comites vehebanur, prosequi licuit. Portus ad quos applicuit nauis ideo nominat, ut sciamus commodam & tranquillam fuisse navigationem. De virium quas recesserunt, sibi consuluntur Geographi sati mihi est indicasse Lucæ consilium.

4 REPERTISQUE discipulis.) Tametsi exiguis erat credentium numerus, illuc tamen secundum Propheta rum vaticinia, peruenierat aliquo à Euangelio temen, ne Tyrus à Dei benedictione prius immunis foret. Hic etiam, ut alii locis superioribus, Christianos vocat Lucas discipulos, ut sciamus in alios censer in Christi generationis qui fidei eius doctrinam amplexi sunt. Est enim flosca illa & mendax professio, nomen Christo dare, nec tenere quid docaret vel iocuaret. Observent autem Lectores, non alia de caula Paulum Tyri substituisse per dies septem, nisi ut illos confirmaret. Ita videmus, quocunque venisset, nullam beue agendi occasioem neglexisse.

DICEBANT per Spiritum.) Nempe cum sermonis approbatione, ut sciret Paulus Spiritu propheticis ipsos loqui. Non levius certe tentavit, ne suscepitam professionem absoluaret, cuius Spiritus sanctus erat dissuasor. Fugienda vero crucis color apprimit speciosus, si apud eum valuerit priuata salutis ratio: quasi Dei manu retrahiri, pergere tamen non desinit quodlibet à Domino vocatum sciebat. Hic tamen nascitur quæsio. Quomodo per Spiritum dissuadeant fratres, quod Paulus testatus est arcano illius impulsu se facere? An Spiritus sibi contrarius est, ut Paulum, quem in casu ligatum tenuit, nunc absoluat? Respondeo diuersa esse Spiritus dona: ut non mirum sit, qui prophetæ dono possint iudicio vel fortitudine interdum destituiri. Fratribus istis, quorum meminit Lucas, quid futurum sit Dominus reuelabit: interea veridie quid expediat, & quid postulat vocatio Pauli, nesciunt, quia non eò usque extenditur doni mensura. Consulto autem seruum suum Dominus admonitum voluit, partim ut longa meditatione ad quidvis subeundum instructior accederet, partim ut illultrior esset eius constanca, dum certior de tristis eventu per vaticinia factus, sciens tamen & volens ad quidvis serendum properat.

5 CVM UXORIBVS & filiis.) Hoc fuit non vulgare amoris testimonium, quod Paulum etiam cum uxoribus & liberis extra urbem comitati sunt. Idque partem hoc consilio rerulit Lucas, ut eorum pietatem iusto elogio laudaret: partim ut docerer Paulo honorem, quo dignus erat, fuisse habitatum, unde etiam colligimus, nihil fuisse illi minus in animo, quam ut commodis suis confuleret, quando tanta benevolencia, quæ manendi dulcis esse illecebra poterat, suo cursu non fuit impeditus. Notanda etiam est solennis precandi consuetudo in maioribus negotiis: & quod diuinitus edocti de periculo, magis ad orandum acceduntur.

7. *Nos verò navigatione explicita, à Tyre descendimus Prolemaëdem: & salutatis fratribus, mansimus diem unum illis.*

8. *Postridie verò nos qui cum Paulo eramus, profecti venimus Cæsaream. Et ingressi domum Philippi Euangeliste, qui erat unus i sepiem, mansimus apud eum.*

9. *Huic autem erant filie virginis quatuor prophetantes.*

10. *Et quum permaneremus dies complures, aduenit quidam à Iudea Propheta, nomine Agabus.*

11. *Is quum venisset ad nos, tulit cingulum Pauli, & alligans sibi pedes ac manus, dixit: Hec dicit spiritus sanctus, Virum cuius est cingulum hoc, sic alligabunt Ierosolymæ Iudeæ, trahentque in manus Gentium.*

12. *Quam autem audiremus hæc, rogabamus & nos & ceteri qui loci illius erant ne afferderet Ierosolymam.*

13. *Tunc respondit Paulus, ac dixit, Quid facitis flentes & afflgentes cor meum? Ego verò non solum vimiri, sed & mori paratus sum Ierosolymis pro nomine Domini Iesu.*

14. *Quum verò non persuaderetur, acqueutimus dicentes, Domini voluntas fiat.*

V I D E R E S I V S T V M.) Cùm omnes ferè Græci codices in masculinum genus consentiant: miror cur Erafino magis placuerit, neum o genere vertere. Quid ictus est: quem sensum vident Lectores frigidum & coactum esse. Ego itaque non dubito quin Iustus hic pro Christo sumatur. & concinnè fluit hoc modo contextus: qui sequitur corinthus post, Audias vocem ex ore eius. Constat autem hoc Sanctis omnibus summè fuisse. **L u c . 2 . d . 1 9 .** vobis ut Christi conspectu frui licet. Inde manauit illa Simeonis confessio, Nunc dimittis in pace seruum tuum, Domine: quia viderunt oculi mei Salutare tuum. Hic igitur visio, cuius desiderio pios Reges & Prophetas flagrassæ testis est Christus ipse, non abs te tanquam singulare Dei beneficium extollitur. Ceterum quia parvus vel nihil profectus oculatis aperitus quem multis timemus fuisse exitate, auditus vocis adiungit. Finem ascribit Ananias, cur Deus tanto honore dignatus fuerit Paulum, nempe ut Filio suo publicus esset testis atque eum preparat, ut non modò sibi priuatim dilecat: sed è maiore studio proficiat, quia futurus est tuus Ecclesiæ doctror.

16. **E T N V N C quid cunctaris?**) Non dubium est quin fideliter rudimentis pietatis Paulum imbuenterit Ananias, neque enim vera fideli experientia baptizasset. Sed Lucas multa praeteriens, summam breviter perstringit. Ergo cùm intelligat Paulus, redemptionem promissam nunc in Christo exhibitam esse, merito Ananias Baptismo quicquam mora afferrit debere negat. Ceterum, cùm dicit, Quid cunctaris? non obiurgat Paulum, neque tarditatis insinuat: sed Baptismi accessione, magis amplificat Dei gratiam. Similem sententiam habuimus causa. Num prohibet quis potest quod omnis aqua baptizantur qui Spiritu sancto donati sunt sicut & nos? Cùm autem addit, Ablue peccata tua: hac locutione vim fructumque Baptismi exprimit: ac si dixisset, Ablue peccata tua Baptismo. Sed quoniam exterius & corruptibili elementi ita plus tribui videtur quām pars est, queritur an Baptismus purgationis nostra sit causa. Certè cùm sanguis Christi vincit à peccatis expiatio: & sicut semel in hunc finem effusus est, ita eius aperitione Spiritus sanctus per fidem nos assidue mundet, non potest hic honor ad simbolum aque transferri, sine Christi & Spiritus sancti iniuria, atque experientia demonstrat quām profundi sim ad hanc superstitionem homines. Ideo multi p[ro]i homines, ne fidem subiiciant exterius signo, vim Baptismi nimis extenuant. Sed modus tenendus est, ut Sacraenta cogantur in ordinem, ne obscurant Christi gloriam: & tamen non careant sua efficacia & utili. Quare hoc primo loco tenendum est, solum esse Deum qui nos à peccatis abluit Filii sui sanguine: vt autem efficax in nobis sit h[ic] ablutione, ipsum agere arcana virtute Spiritus. Ergo cùm de remissione peccatorum agitur, non aliud querendus est eius auctor quām celestis Pater: non alia materialis causa fingenda est, quām Christi sanguis. Vbi vero ad formalem causam venitur, primas quidem tenet Spiritus sanctus, sed accedit inferioris organum, Euangelij prædicatio & Baptismus ipse. ceterum, eti[us] folius Deus agit intrinsecus Spiritus sui virtute, id tamen non obstat, quoniam adhibeat suo arbitrio quæ congrue nouit instrumenta & media, non quid quicquid vel ex Spiritu suo vel ex sanguine Christi detinatur in elemento includat, sed quia signum ipsum vulnus infirmitatis nostra administriculum esse. Quatenus ergo fidē non est adiuvans Baptismus, ut remissione peccatorum percipiat ex solo Christi sanguine, lauacrum animæ vocatur. Ita ablutione, cuius meminimus Lucas, non causam designat, sed ad sensum Pauli referuntur, qui symbolo accepto, peccata sua expiata esse melius cognovit. Quia inquam hoc simul notandum est, non proponi in Baptismo nudam figuram, sed rei quoque exhibitionem simul annexam esse: quia nihil fallaciter Deus promittit, sed verè compleat quod sub figuris significat. Rursum tamen cauendum, ne alligetur Dei gratia Sacramentis, neque enim quicquid prodest externa Baptismi administratio, nisi vbi ita Deo vatum est. Hinc etiam soluitur alia quæstio quia mouenti possit, nam cùm testimonium haberet Paulus gratia Dei, iam illi remissa erant peccata. Non igitur Baptismus deum ablutus est, sed nouam gratia quam adeptus erat, confirmationem accepit.

I N V O C A T O nomine. (Non dubium est quin Christum intelligat; non quod solius Christi nomen inuocetur in Baptismo; sed quia ab ipso petere nos iubet Pater quicquid Baptismus figurat. nec alio tendit Spiritus operatio, quam ut nos mortis & resurrectionis eius faciat participes. Statuit ergo Christus ut in Baptismo eminet, sed quatenus nobis datus est a Patre, & quatenus gratias suas per Spiritum sanctum in nos effundit. Ita si ut inuocatio nominis Christi, Patrem & Filium in se continet, quare non intelligit Ananias, voce tantum Christi nomen preferendum esse; sed precationem designat, qua testantur fideles, penes unum Christum esse externi signi effectum, neque enim Sacraenta vel in se ipsis aliquam vim salutis inclusam habent, vel quicquam valent ex se ipsis. Quare hoc membrum velut correctio est superioris dicti, quia Ananias Paulum ab extenui elementi fiducia dierit ad Christum alegat. Ab hac regula quantum differat Papista notum est, qui suis exercitum affigunt gratia causam: tamenque ab eo ut misericordiam plebem studentem ad Christum dirigere, ut Baptismo potius Christum obruant, sive que exorcismis contaminent sacrum eius nomen.

17 *Factum est autem cum esset reuersus Ierosolymam, & orarem in templo, ut raperer extra me.*

18 *Ac viderem eum dicentem mihi, Estina, & exi velociter Ierosolymam: quoniam non recipient testimonium tuum de me.*

19 *Tum ego dixi, Domine, ipsi sciant quod ego coniugiebam in carcere, & cedebam in singulis Synagogis eos qui credebat in te.*

20 *Ei cum funderetur sanguis Stephani testis tui, ego quoque adstabam, & consentiebam morti eius, & custodiebam vestimenta interficiens ipsum.*

21 *Et dixit ad me, Vade: quoniam ego ad Gentes procul mittam te.*

22 *Audiebant autem eum viri ad hoc verbum, tunc suspiraverunt vocem suam, dicentes, Tolle de terra hominem tales: non enim conuenit eum vivere.*

17 **F A C T U M** est autem.) Hec non fuisse ultima clausula, nisi insanis clamoribus, abruptus fuisse Pauli sermo. Facile tamen ex superiore contextu apparet eius consilium, tractare enim de suo ministerio incipit, ut ostendat non sponte le migrasse ad Iudeis, quasi malignè illis suam operam subducere: sed Dei mandato præter spem & animi propositum fuisse tractum ad Gentes. Venerat enim data opera Ierosolymam, ut cum gente sua communicaret depositum apud se gratianum, ac quod Dominus spem profeccius abficiens, illum inde expellit. Duplex autem fuit offensio, coi mederi: voluit Paulus nam & profanari Dei fœdus purabat, si Gentes promiscue cum ipsis admitterentur in Ecclesiastis: & gentes superbae nihil peius habebat, quam alios sibi præferri, adeoque æquari. In eo igitur consilii Pauli, defensio, quod paratus fuerit, quantum in se erat, si illis addicere sed coactus deinde sit Dei mandato ad Gentes transire, quia noblebat eum defidere inutilem Ierosolymam. Quod veritatis Erasmus. Ut raperer extra me, Graec ad verbum habetur, Ut esset in Ecclasi: quia particula fidei oraculo facie voluit. Circumstantia etiam temporis & loci idem confirmat, quod illi Dominus oranti in templo apparuit: quæ optima fuit ad audiendam Dei vocem præparatio. De modo visionis, vide quæ circa finem capituli 7. attingimus.

18 **Q** uia testimonium tuum.) Tametsi simplex Dei nutus abunde nobis ad præstandum obsequium sufficeret debet, quod tamen ad secundum propior est Paulus, rationem illi Christus assignat, cur eum Ierosolymam velire existat: quia scilicet nullum illuc operæ premium facturus esset, acqui in eum sine electus non fuerat, ut iaceret otiosus, vel docendo nihil proficeret, quoniam hæc violenta tentatio fuit, & qua duriter perculsum sancti hominis peccatum fuisse credibile est: Paulus autem in iunctum illi munus fuerat Euangelij promulgandi, ut per totū orbē eius vox sonaret: nūc in ipso limine prohibetur: iūdū videtur damnari eius labor peculiari ignominia, dum eius testimoniū repudiatur in oīdium, vt loquuntur, perfida. Sed ita sanctum Domini seruum humiliari oportuit, ut eius exemplo discerent omnes Euangelij doctores, se totos in Christi obsequiū penitus addicentes, ut ab uno loco exclusi, mox alio transire parati sint, neque ob indigna fastidia despondent animos, vel ab officio desistant.

19 **D** O M I N U S in ipsi scium.) Hac vox testatur Paulus, se non fuisse mente alienatum vel perplexum, quin illi conuicti certa oracula fides Christum enim, quem nomine Domini compellat, procul dubio agnouit. Obicit autem Paulus fieri vix posse, vt vitam repente mutantem viderint, quoniam eiusmodi prædictum, eos commoveat, vnde colligit se non infructuosum fore. Sic equidem ipse putabat: sed Christus præcisè respondet se aliam prouinciam ei destinasse: & spem de Iudeis frusta conceptionem auferit. Quaratur an Ius Paulo fuerit, Christo rationes illas opponeat, perinde enim est ac si quod ille negavit futurum, probabile esse contendat. Respondeo, hoc Deum permittere Sanctis suis, ut familiariter in eius statim exonerent suos afflictus: præteritum vbi nihil aliud quam fidei sua confirmationem petunt. Si quis sibi sapiat, vel contumaciter recusat quod Deus præcipit, merito damnamur eius arrogans, verum singulari priuilegio Deus fideles suos dignatur, ut modello obiciant quæ possent eos a studio, & parenti rettahere vel morari: quo libiores & magis expediti, totos deo permittant, sicut Paulus, postquam edocitus est ita placere Domino, non responsat, neque contendit amplius: sed vna illa exceptione contentus, & ea supersedens ad profectionem se accingit, quam fugitare visus fuerat. Inter ea quod tot miraculis non tanguntur Iudei, indomabilis eorum periuacia detegitur. Quæ exprobatio haud dubiè illos in furorem egit.

22 **T** O L L E de terra.) Hic narrat Lucas quād tumultuosa: interupta fuerit Pauli concio, neque enim clamoribus modo eum obruant, sed ad mortem enim postulant: vbi etiam clara appetet quād phrenetica sit turbida. Tantoperè sibi placebant Iudei, ut non modò p̄ se torum mundum despicerent, sed acius pro sua dignitate certarent quād pro Lege ipsa: si tota religio in hoc cardine verteretur, ut genus Abraham supra cunctos alios mortales excelleret. Ita nūc impotenter feruntur in Paulum, quia se missum ad gentes Apostolum dixerat: quād Deum obstringat sua liberalitas ad ferendum nomini sui contemptum in sceleraris & ingratiss, quos insignibus gratia ornauit, supra omnes alios. Nec mirum est tantum in Iudeis fuisse tunc ferocie, quām hodie modis omnibus atriti, & ad extremas contumelias assuefacti, feruili tamen fuset non desinat turgere. Sed illi sunt reprobationis frustas, donec reliquias secundum Pauli variacionem Rom. ii. 2. Deus colligat.

23 *Vociferantibus autem eis, & projcientibus vestimenta, & puluerem iactantibus in aerem.*

24 *Iusit Tribunus eum induci in castra: & imperauit eum flagris examinari, ut sciret propter quam causam sic acclamarent ei.*

25 *Et cum affrinxisset cum loris, dixit adstanti sibi Centurioni Paulus, Num hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare?*

26 *Quo auditu, Centurio accepit ad Tribunum, & nuntiauit ei dicens, Quid facturus es: hic enim homo Romanus est.*

27 *Accedens autem Tribunus dixit illi, Dic mihi, num tu Romanus es? At ille dixit Etiam.*

28 *Et respondit Tribunus, Ego multa summa ciuitatem istam comparavi. Paulus vero dicit, Ego autem etiam natus sum.*

29 *Protinus ergo discesserunt ab illo qui illum examinaturi erant. Tribunus quoque timuit, postquam rescivit quod Romanus esset, & quod vinxisset eum.*

30 *Postero autem die volens sciire certum, qua ex causa accusaretur a Indeis, soluit cum a vinculis: & insit principes Sacerdotum conuenire, totumque concilium: & deducitum Paulum sicut coram illis.*

24 **IUSIT TRIBUNVS.**) Prudenter hoc & recte Tribunus, quod Paulum subduxit è conspectu populi: cdm eius praesentia animos plus satis iam commocos magis ac magis irritarerat. nam ita sancti hominis vita propicit, & ex parte sedat populi amentiam. Sed cùm flagris cædi jubet de quo nullum audiuist certum crimen, iniquè agere videatur: & tamen colore non caruit hoc iniuritas: quod probabile erat, non sine causa totum populum conspirasse in vnius hominis caput. vehemens igitur præsumptio locum dabat tam rigido examini. Sed notaendum est hunc politicis hominibus morem esse, vt æqui sint iudices quæcum illis expedit: si autem alio vocet veilitas, huic illuc deflestant. Inter ea hanc præputatem prudentie titulo fucare illis satis est: quia generale illud principium tenet, non posse mundum absque iustitia specie gubernari. Sed in singulis actionibus præualeat illa quam dixi altitudo, vt quid veile sit potius expendanti, quam quid æquum & rectum.

25 **NVM HOMINEM ROMANVM.**) Primo ius ciuitatis allegat, deinde communis iure se tueatur. Quanquam autem in secundo capite plus erat ponderis (nempe fas non esse hominem indicta causa flagellari) nihil tamen profuerit, nisi magis commotus fuisset Centurio Romani imperij honore. nihil enim tunc magis criminosum erat, quam violasse populi Romani libertatem. Lex Valeria, deinde lex Porcia, Sempronnia & similares verabant, ne quis in corpus ciuius Romani animaduerteret sine populi iussu. Ita sanctum erat priuilegiū, vt non modò capitale, sed inexpiable crimen esse ducerent casum esse Romanum ciuem. Itaque priuilegio magis quam æquitate communi elapsus est Paulus, sed non dubitauit in bona causa hoc ciuitatis clypeo, param sibi iniuriam repellere. Sciendo autem est, sic ius ciuitatis ab eo fuisse assertum, vt fides Tribuno fieret: quia temerè creditum non fuisset eius verbis, nisi probatione adhibita. Porro non fuit difficile homini satis cognito testes producere. Cur autem poenam virgaram, quam nunc sua denunciatione preuenit, tacitus pertulerit Philippis, causam poenius cap. 16. quia in turba populari auditus non esset, nunc quia illi negotium est cum Romanis militibus, qui moderatus & grauius se gerezant, occasione vitetur.

^{Sup. 16. 2.} 26 **HIC homo Romanus est.**) Mirari quis possit tam credulum fuisse qui habendo examini præterat, vt asseueret quasi de re comperta. Nam si Pauli dicto habenda fuit fides, poterat quiuis maleficus hoc artificio penam effugere. Sed hæc fuit agenti ratio, qui se Romanum ciuem asserebat, nisi cognitorem daret, vel legiti-
mè probaret se ciuem esse, puniebatur. capitulo enim erat falsò ius ciuitatis obtendere. Quare Centurio rem quasi dubiam ad Tribunum referat: hic vero, vt dictum est, statim ad cognitionem accurrit. tamen autem non exprimit Lucas, quibus testimonio ciuem Romanum Paulus se probauerit: minimè tamen dubium est, quin veritas bene comperta fuerit Tribuno, antequam cum laxaret.

28 **Ego multa summa.**) Hoc refellendi causa obiicit Tribunus: ac si dicaret ius ciuitatis non ita vulgare es-
se, & in medio positum. Qui fieri potest, inquit, vt tu obscuris de gente Cilicum homo, nunc honorem ade-
ptus sis, qui mihi magna pecunia constituit? Quod Paulus responderet se natum esse, qui vibem nunquam vide-
rat, imò cuius pater nunquam illuc forte accelerat, non est quod quenquam turbet. non sunt enim Romanæ
historiae periti quodam in prouincia ciuitate fuisse donatos, si de Republica bene meritis, vel in bello, vel in aliis grauibus negotiis, hanc sibi mercedem à Proconsulibus cogarent: ita nihil absurdum est, natum fuisse Ro-
manum ciuem, qui tamen ex prouincia remota oriundus, nunquam in Italia pedem posuisset. Quaritur tamen
qui conueniat Tribunum libi timuisse, quod Romanum ciuem vinxisset, neque tamen soluisse ex vinculis, nisi
postridie. Fieri potest vt in crastinum distulerit, ne quod daret signum timoris. Ego tamen existimo causam
fuisse metus Tribuno, quod eius iussu vinclitus fuerat Paulus vt flagris caderetur, quia hoc erat violare corpus
ciuius Romani & communem libertatem: custodiām vero carceris fuisse permissem.

CAPUT XXII.

1 **NTENIS** autem oculis in concilium, Paulus ait, *Viri fratres, ego omni con-*
SCI*scientia bona conuersatus sum coram Deo usque in hodiernum diem.*

2 **SCI***Princeps autem sacerdotum Ananias præcepit adstantibus sibi, ut percuterent os*
eius.

3 *Tunc Paulus dixit ad eum, Percussurus es te Deus, paries dealbate. Et tu sedes iudi-*
cans secundum Legem: & Legem transgrediens tuba me percussi?

4 *Qui vero adstabant, dixerunt, Summo Sacerdoti Dei maldices?*

5 *Dixit*

5. *Dixit autem Paulus, Nec sciebam fratres, quod Pontifex esset; scriptum est enim, Principi potest uiri non malidores.*

1. **INTENTIS AVTEM OCULIS.**) Orditur Paulus à testimonio bonæ conscientiae: ut totus cœsus intelligat, iniustam atroci criminis grauas, qualis Dei cultum euenter conatus esset. Fieri quidem potest ut per inficiatum labatur qui aliás nec Dei, nec religionis contemptor erit: sed Paulus initio haec tantum excusatione molire voluit exasperatos animos, ut sibi audiencem faceret, nulla enim vñquam admissa fuisse defensio, quaenam opino illa huius in Sacerdotum animis ipsum esse impium apostolanum. Prisquam ergo ingrediatur in causam, crimen illud diluit, non nolde ut sibi suorum conciliat à studio pietatis, sed etiam ut calumnias prouertat, vel saltem refellas iniqua de se praedictas, quibus videbas totum cœcum infectum & corruptum esse. Quid præterea dictus fuerit, nescitur. Ceterum docet hæc prefatio neinimicis ritè tradidare pietatis doctrinam posse, nisi in eo regnet, ac primas tenet timor Dei. Nam verò quoniam minus honorificè Sacerdotes compellent, quām paulo antè pro gradibus castrorum: fraternali tamen nominis honorem adhuc illis tribuit: non quod ei digni sint, sed ut refuter alienationis causam minime oisiret sua culpa.

2. **PRINCIPES AVTEM SACERDOTIVM.**) Non videtur Luke narratio cum recepta historia congruere, nam de summis Sacerdotibus illius temporis sic tradit. Iosephus, Quadratum Syriacum confulem, cùm à procuratione Iudeæ Cumani abdicans, iussit eum coram Cesare causam dicere, simul Ananiam summum Pontificem misisse viuētum, in cuius locum quis fuerit subrogatus non meinire: nisi quod probabile est Ionathæ honorem fuisse delatum, quem postea dicit dolo & perfidia Felicis Iudeæ presidis, qui successor Cumani fuit, occisum esse. nam cùm Felix Iepius ab eo admontus, indignè ferret hominis constantiam: cum Dora quodam pepigit, ut sicarios clām ad eum necandū immitteret. Tunc, eodem Iosepho teste, Rex Agrippa sacerdotiorum contulit Ionaclii Phæbæ filio. sed cum ipse Romanus missus à populo deprecationis cuiusdam causa, retentus à Populo Netonus uxore foret, Agrippa Iosephum cognomine Chabi, Simonis filium, in illius locum substituit. Sed mox huius quoque peritus, Ananiam Ananii filium constitutus Pontificem, post hoc postremum accidit sibi narrat, quo tempore post mortem Festi submissus est Albinus, qui in eius vicem succederet. Cui autem huic Anano Ananiam nomen quidam imponunt, non video. Habet quidem aliquid coloris, quod Sadduceus fuisse dicitur: item audax & ferox, vi qui Iacobum fratrem Domini absque legitima autoritate lapidationi obiecerit. verum si fides habetur Iosephus, non potuit illi esse Ananas, cuius hic mentio fit à Luca, qui tunc deum creatus est Sacerdos, cùm iam elapsi essent anni complures ex quo decesserat. Felix ex provincia. Alio mihi conjectura in mente venit. Floruit enim toto illo successi temporis Ananus quidam Pontifex, qui excepto honoris titulo, fere primas in ordine tenebat. Et quia inter priorem Ananiam & Imaclem vacuum aliquod tempus relinquit Iosephus, fieri potest ut hic summum sacerdotium obtinuerit intermedio illo tempore. Verum ut hoc non fuerit, constat ex Iosepho, Ananiam qui in virbis expugnatione mortuus est, sub imperio Claudijs Cesaris & Neronis summos Sacerdotes, qui tunc erant, dignate & quasific. Imò ita celebratur eius authoritas, quia penes ipsum fuerit summa gubernatio, quoniam alii gestarent honoris insignia: deinde ἀρχιεπίσκοπος promiscuè vocatur, sicut qui summo sacerdotio prædicti erant. Nunc expediant Lectores, an non hoc quoque loco nomen ἀρχιεπίσκοπος, primarium magis, quām lunimum significet, ut sepe alias. nam Euangelistæ psalmi ἀρχιεπίσκοποis nominant Sacerdotes ex genere Aaron, ut à Leuitis eos discernant, quibus inferior erat gradus Sacerdotum. Addit quod Ananas ille, qui strenuus cordatusque habebatur, absentis Pontificis vicies obire potuit. Ceterum que ex Iosepho retulimus, habentur partim lib. Antiquitat. 20. à 3. cap. vñque ad 8. partim lib. 2. belli Iudaici.

3. **PRAECEPIT VT PERCUTERENT.**) Miram intemperiem videmus in hoc cœtu grassastam esse. Nam quod isto impetu correptus fuit Pontifex, ut Paulus nulla de causa per curia uberet, fecit priocul dubio ex omnium consensu: imò ut gratiam ab infusis caparet. Sic autem Dominus impios à Satana raptari sinit, ut ab omni & quietatis & temperante specie excedant. Nam hypocrite cuperent aliquam moderationis speciem ostentare, nec verò dubium est, quin hic Pontifex præ se ferre conatus sit granitatem sua persona dignam. Atqui Dominus excusis illi hanc larum, ut ne plebeii quidem & gregarii hominis modello tenueret, sed profunderet instar bestie violentiam ferociam. Interea videmus quām fœd. & horribilis tunc fucrit d. dissipatio Ecclesiæ. Aranias concilio presidens, quum deberet sua granitatem iniurice aliis: omnis modello oblitus, ad vim & immanitatem eos impellit. Nulla igitur tunc viguit ratio disciplinae. sed confusa regnauit barbaries. Nec mīti: mīti: nam si alienauerant à Deo: Cittatum abiecerant per summum ludibrium: tota religio inter ipsos venalis erat, ergo in phreneticam amentiam, quæ detestabilis esset profanis hominibus, tunc oportuit, ut impieatis lux pœnas darent in suo decore.

3. **PERCVTESTE DEVIS.**) Non potest illam iniuriam silentio tegere Paulus, quin saltum expostrulet gravibus verbis cum Pontifice. Quicquid vindictam illi denuntiet. Neque enim est imprecatio, ut facit consistat ex Greci contextu: sed potius oburgatio, cum pœna denuntiatione coniuncta. Si quis obficiat, Paulum non fuisse modellum quam suis præcipit Christus, dum iubet vbi in sinistram maxillam percussi fuerint, simul dextram quoque dare: facilis est solutio, Christum illis verbis non exigere à suis silencium, quo alacrum malorum improbias & protervia: sed tantum frenare animos ne impatiens ferant acceptam iniuriam. Vult Christus suos vna iniuria accepta, paratos esse ad ferendam secundam: atque hoc modo omnem vindictam cupiditatem reprimit. hæc vera est & brevis tolerantie definitio quæ fideles omnes decet, ne in iracundiam ebulliant, ne certent maleficiis: sed malitiam bonitate vincere studeant. Hoc autem minime prohibet quin de iniuriis sibi factis querantur, coagulant impes, & ad Dei tribunal ipsos eient: modò id faciant sedatis animis: deinde absque malevolentia & odio: quemadmodum hic Paulus ad Dei iudicium provocat, ne sibi placeat in sua tyrannide Pontifex. Accusat igitur eum quod Legem violat, cuius beneficio potestatem se habere obtendit: unde colligit, non impune illi cellirum. Si quis impatientia vicius, tantum obmiseretur, culpa non vacabit, aptera autem & leuera accusatio si ab animo compotito prodeat, finis à Christo positus non transfiguratur. Si quis excipiat, coniunctum esse adiuxit: respondet, tempestividendum est: quæ animo proferantur verba. Christus reum conciliij pronuntiat, qui tantum fratris suo dixerit Rach: quia autem dixerit Fratre, eum graviori iudicio subiicit, atqui si locus datur reprehensionibus, ex parte durius loquendum est. Vide conseruit, non aliud suis Christi consilium, quām ut ab omni indignatione primam, scilicet contumeliam suis acerbit. Absit ergo conuiciandi affectus: atque ita non stultum modò in fratribus notare, sed eorum sceleris, cum opus fuerit, licebit exprimere suis nominibus. Sic Paulus non sua causa locutus est, ut verborum probro viceretur Pontificis iniurian: sed quia verbis Dei minister erat, facinus gravi & seria reprehensione dignum tacere noluit: præsentim cùm utile esset, crassam Ananiam hypocrisim ex suis late-

bris in lucem extrahere. Ergo quoties nobis cum improbis est negotium, si bonam caulam bene agere cupimus, danda opera est, ne quis ira motus in nobis ebulliat, nequa vindicta cupiditas nos ad coniurum incitet. Si autem in nobis regnet Spiritus mansuetudinis, licebit impi tanquam ex ore Dei, ut meriti sunt, tractare: sic camen vt appareat nos potius esse Prophetas, quam in modico seruo quicquam temere effire.

4 Q Y I A D S T A B A N T D I X E R V N T.) Hinc apparet eadem omnes intemperie laborasse. Cur enim non potius accusant Ananiam, quem videbant omnis modestia oblitum, barbaro moe ad manus & verbera protumpere? nam & hoc in commune illorum dedecus cedebat. Sed hoc solenne est hypocritis, vt in aliis pluquam aufer censores, ad sua peccata blandie conniveant, deinde hac superbia coniuncta est cum tyrranide, vt subditis nihil propterea licere velint qui dominantur, quiduis autem sibi permittant. Ita hodie in Patatu, quanto plus sibi licentia indulget, ac securius lascivius impurus ille Clerus, terramque mundum suis sceleribus contaminat, eo rigidus compescit, ac vinctastener populi linguis. Ita que si quis mutare aulus fuerit, modica libertas, non secus ac nefandum sacrilegium, immunes illorum clamores excitat.

5 N S C I E B A M F R A T R E S.) Quibus videatur haec Pauli excusatio figura carere, non satis ad contrarias obiectiones attendunt, quibus refellitur ipsorum error. Dicunt ignotum fuisse Paulo Pontificem, quia diu abfuerat, quasi verò hoc eum latuerit, sacerdotio honore pollere, qui in cœtu præsideat, ne verò tam obscurus erat Ananias, ut eius gradum nesciret Paulus. Sed eius verba anfanm disputationi præcident, dum eum obiurgat quod prætextu Legis sedem iudicis occupans, contra Legem intemperanter feraut. Agnouit ergo Paulus quem locum teneret, qui eum sua potestate abuti dixit. Alii commentum argutius excogitant, quod hic de homino locutus non sit, sed de officio & publica persona, atqui primum coacta est exploitatione quia si Paulus sacerdotium reuerebatur, homini qui illo prædictus erat, debuit aliquid honoris deferre. Iam verò credibile non est, cum abolita esset aduentu Christi sacerdotii maiestas, & lecula adèò turpis profanatio, Paulum, quasi integra adhuc & legitima potesta vigeret, solito honore prosecutum fuisse qui tunc sub Pontificum titulo nullo iure dominabantur. Ego itaque Augustino subscribens, non dubito quin haec ironica sit excusatio. Nec obstat quod ministros veritatis decet simplex oratio. Quum enim duplex sit ironix species: una, qua fallendi artificio tecta est: altera, que sic figurata designat rem de qua agitur, vt acris punguntur hac secunda nihil est seruis Christi indignum. Sensus ergo verborum est, Ego, fratres, in hoc homine nihil agnoscō sacerdotale. Addit etiam testimonium ex vigesimo secundo capite Exodi: vbi tametsi propriè de iudicibus loquitur Moses, extendit tamen sententia ad quemvis ordinem legitimū. Omnis ergo dignitas, que tuendae politia causa instituta est, religiosè coli debet, ac in honore haberi. Quotquis enim contumeliosè insultat aduersus Magistratum & eos qui imperio vel honore prædicti sunt, anarchiam appetit. Talis autem habido ad perturbationem ordinis spectat, inq̄ humana temet ipsam concutit. Ideo ab hoc crimen se puniat Paulus: sed ita ut Ananiam neget pro Dei Sacerdotio habendum, qui totum Ecclesiam ordinem corrupti ac peruerterit. Sed hinc nascitur quæstio, an non parentum si Principi, quanvis tyrannidem exerceat, nam si honore priuandus non est qui malè officio fungitur, peccavit Paulus, Pontificem honore spoliatus. Repondeo, inter ciuiles Magistratus & Ecclesiarū præfules aliquid esse discrimen. Quanvis enim terreni vel ciuilis imperij confusa ut peruersaque administratio: Dominus tamen subiectio vult salutem manere, sed vbi spirituali regimē degenerat, solvantur piiorum conscientiae, ne iniusta dominationi pararent: præleuit si impii & profani sanctitatis hostes, sacerdoti titulum falsò ad evertendam laicos doctrinam prætexunt, sibiique dominationem arrogant, qua Deus ipse in ordinem cogatur. Sic hodie Papæ iugum excutere non modò licet fidelibus, sed etiam necesse est: quando aliter parere non possunt eius legibus, quam si à Deo deficiant.

6 Sciens autem Paulus quod una pars esset Sadduceorum, & altera Phariseorum, exilauit in concilio, Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæi: de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor.

7 Et quum hoc dixisset facta est seditio inter Phariseos & Sadduceos, & scissa est multitudine.

8 Nam Sadducei quidem dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque spiritum, Pharisei autem utraque confidentur.

9 Factus est autem clamor magnus: & surgentes qui de secta Phariseorum erant scribæ, phugnabant dicens, Nihil mali inuenimus in homine isto. quod si Spiritus locutus est ei, aut Angelus, ne repugnemus Deo.

6 SCIENS AVTEM.) Stratagema Pauli quod narrat Lucas, videtur Christi seruum minus decere. Astutia enim quia ysus est, simulatione implicita fuit, que non procul à mendacio distabat. Statum causæ sui dicit veri in resurrectione mortuorum, atqui scimus de aliis rebus fuisse certamen, quod ceremonias abrogaret, quod Gentes admiraret in seodus salutis. Respondeo, tametsi haec vera sunt, eum tamen non fuisse mentitum, neque enim aliis de rebus se accusatum fuisse negat, nec totam disceptationem in uno capite constituit hoc: sed verè profitetur ideo sibi infenso esse Sadduceos, quod resurrectionem mortuorum afferat. Sciebat intestinis dissidiis laborare qui in ipsum consipitauerant, sibi ipse quidem opimè conscientia erat: & facilius fuisse bonam causam aguis Iudicibus probare, quia tamen videtur multo sibi obstrepi, nec patete defensioni sue aditum, hostes inter se committit. vnde etiam palam fit, inscitia eos & exco zelo raptari. Notandum est igitur sic ex oīsum fuisse Paulum, vt ingenue & sincere totam causam expondere cuperet: nec astutè refugisse puram & integrum confessionem, qualis à Christi seruis edenda esset: sed quia obstructus erat aditus, nec vila audiencia dabatur, extremo remedio vnum esse, vt palam faceret, suos aduersarios exco odio precipites agi. Exitus enim ostendit, non ratione ipsos vel iudicio adductos esse, quos mutua discordia alio transuersos rapiunt. Nunc si quis sanæ doctrina lucem obscurans, vastricem suam excusat Pauli exemplo, facile refellitur, aliud est enim priuatum sibi consulere cum veritatis iactura: aliud autem professos Christi hostes ab eius oppugnatione abducere, vt inter se confligant. Porro videmus impios quanvis hostiliter inter se dissidente, vbi gerendum est bellum cum Euangeliō, sua certamina obliuisci. Satan enim discordiarum pater, vnum hunc consensem inter suos procurat, vt ad extinguidam pietatem eadem sit illis mens & idem animus. Sic hodie videmus factiones que in Patatu fetuant, tantisper quietere, dum communibus studiis Euangelium opprimant, quo plus animi Christi discipulis esse conuenit ad fouendam veritatem, vt simul coniuncti melius resistant. Hinc etiam colligimus, quale pacis genus nobis commendet Scriptura. Christus pacificos esse Dei filios pronuntiat. atque hoc verum est, quatenus

quatenus fieri potest eorum opera, ut omnes fraternè sub Domino coalescant, sed id non obstat quo minus e-
iusdem Domini auspiciis, velur tubè clangore impios exciterent, ut tanquam Madianitè se ipsos conficiantur:
modo huc & zeli simplicitas & Spiritus prudenter nos dirigantur.

V N A P A R S S A D D Y C A R O V M .) Hic rufus velut in speculo conspicimus, quād deformis & con-
fusa tunc fuerit Ecclesiæ ruina. Fides Ecclesiæ anima est: si deinde nihil magis proprium quād contentus, nihil
magis contrarium quād secessit. Id autem accidere necesse fuit, quoniam pothabito Dei verbo quisque ad sua fig-
menta discipulos traheret. Neque enim aliud sanctum est unitatis vinculum quād simplex & genuina Dei
veritas, ab ea similiter atque ducceſsum, non mirum est si homines, quasi lacera membra, huc nunc distraherentur.
Ergo sectarum origo inter Iudeos, sicut Legis corupula: quicunq[ue]modum simili peccata Dominus in Papatu
vultus est verbi sui profanationem, quoniam variis hominum figuris corruptum fuit. Quoniam magis stimendum
est, ne horrenda nobis, qui Evangelium obtendimus, infelis disperatio, & luctus horum quoniam que sunt in Papa-
tu: cuius indicia quandam apparent. nec mirum est, quoniam tot modis iram Domini ingratuando nostra provoc-
et. Ceterum quamlibet multis nauis & maculis alpersa sit Ecclesiæ facies: qualisunque etiam deformitas
in posterum accidat, haec nobis succurrat consolatio: sicut Deo tunc cura fuit Ecclesiæ mirabiliter ab inter-
itu eripere, ita eius gratia semper fore residuum aliquod semen. Fieri certe non potest quoniam prius mentibus,
in rebus adeo confusis, interdum obrepas aliquia desperatio: sed clypeum illum opponere mox discamus, Do-
minum qui in tam densa errorum caligine, in tanta congerie superstitutionum, in effigie sectarum licentia Ec-
clesiam suam apud Iudeos seruauit, hoc nunquam paſſum, ut tota in orbe terrarum delectetur. Idem etiam
accidit in Papatu, nam cum illic euerio Dei cultu, oppressa salutis doctrina, deiecto Christi regno palam
regnauerit impieſta: Deus tamen occultas reliquias seruauit, & semper aliquid tritici latuit sub palea. Hec
exempli simul conferre, valde est vtile. Hodie quoniam inueniuntur in Papatum, reclamant conductitij eius
patroni, nihil seſſe absurdius quād singuli Dei Ecclesiæ pluribus seculis tuis proſlus exinxerant, quād verū
singimū nullum fuisse superlitem Deo populum, vbi ad defecionem prolapsi sunt qui debebant purum Dei
cūcum afferere. Nos verū corruptam ab illis tyrannis Ecclesiæ fuisse conquerimur, profanatum fuisse tem-
plum Dei, ut parum à porcorum hara differt, disperpatum fuisse gregem Christi, dirutumque eius ouile: de-
nique Ecclesiæ fuisse absconditam ab hominum oculis, ut tamen electos suos Dominus (sic!) diſperſos) a-
gnosceret, & absconditos sub alijs suis soueret. Quād stulte verū honorum titulis superbiant Papistæ, hanc pa-
ter, quād olim Iudicavit Ecclesiæ non vulgus hominum, vel aliqui priuati, sed ipſi sacerdotes extitibus
diffidunt sciderent. Quare non est cur fortiter resistere debitemus P. p. & suorum omnium arrogantes, qui
bulcum idem habemus certamen quod Prophetæ & Apostoli cum fratris suis Sacerdotibus. Sicuti autem
Sanctis viis non obſtitit Ecclesiæ reverentia, quo minus impia malorum Sacerdotum iuannidem vexarent,
ita nos inanibus larvis terri non decet, quibus se fallaciter venditant Papistæ: quoniam tamen pietatis doctrina
abiecentur. Certum quidem est, populum tunc in tres sectas fuisse dividum: sed præteritus Eſenii, Pha-
riſeoſ坦々 & Sadduceos Lucas commemorat: quia sic ferebat eis institutum. Quanquam autem de no-
minibus vulgo recepta est opinio, priores à separatione vocatos esse, quād se à reliquo gregi propter factam
sanctimoniam eximerent: secundos verò à iuſtitia, quād zedukim: ego tamen sicut alibi profectus sum, magis
eorum sententias subſcribo, qui Phariseos, nomine ab interpretando traxisse volunt. Nam PHRVS expositionem
significat: vnde & PHRVS CHIM vocantur interpretes: Scimus autem Phariseos germana Legis &
Prophetarum doctrina non contentos, multa figura permiscesse, quæ ſibi à patribus per manus tradita
iactabant.

S A D D U C E I Q V I D E M D I C V N T .) Quanquam tria capita ponit Lucas, in quibus difſentie-
bant illi leſte: paulo pōſt tamea ad duo restringit: quia spirituum & Angelorum eadem est ratio. Dicit ergo
Phariseos vtraque confessos esse: nempe quād mortuos resurrecio maneat: & quād humani & Angelici
spiritus sint immortales. Hic autem declarat Lucas quo ſenu Apolſtolus Phariseum ſe professus fuerit: nou-
quād omnibus eorum commentis ſubſcriberet, ſed in resurrectione mortuorum duntazat. Scimus quanto-
peſe poffimis eorum errores exagieret Christus. Itaque addenda fuit exceptio, ne quis putaret Paulum ſe illis
per omnia adiungere. Tam quād resurrectionem negabat Sadducei, non eſt cur ideo putemus in toto. si Matth. 22.
miles fuisse Epicureis. fatebant enim mundum regi, Dei prouidentia, & vnicuique mercedem pro operi-
bus rependi. Hac in parte pauli ſaniores erant Epicureis, ſed nimis ciuiliſtis delirium erat, iuſtitia premia &
ſcelerum poenas in hac vita includere. Nam ut Scriptura taceat, experientia palam ostendit: promille
bonos & malos vel affligi multis erimus, vel benigni & indulgenter traximus: ad eoque ſpē delicii impies:
dum miferè anguitur Dei cultores, ut haberet Psalmo 73. Quare quisquis Dei iudicium ex pignenti homi-
num fortuna vel prospéra vel aduerſa vellit, à ſide tandem ad Epicureum Dei contemptum excidere necesse
est. Im hic belluinus eſt stupor, acqulſcere in fluxa & caduca vita, nec ſapere ſupia terram, quād magis
fugiendo eſt error illi non ſecis ad detestabile portentum. Eſi enim pietas teatrena quoque vita promiſſio-
nes habet: quia tamen miserrimi ſumus, ſi ſubſtit ſpes noſtra in mundo ab hoc tyrocinio incipere oportet Dei
filios, ut in coelum oculos atlellant, & ultimeſe resurrectionis gloriai aſſiduè medientur.

N E Q U E A N G E L U M neque Spiritum.) Tribus modis exponit hic locus Multi ad Spiritum ſanctum refe-
runt: quād minime conſentaneum videtur, nam eſt nihilominus in aliis enī oribus exercitabiles ſunt Sadducei: quia tamen Scriptura nomen Spiritus Dei toties inculcat, vix adducor ut credam negasse ipos quād leui-
ter tantum & obſcurè Pharisei credeant, nam neque horum de Spiritu ſancto diſtincta erat fides, ut propria
Spiritus hypothefam agnoscerent in Dei eſſentia. Nonnulli Angelum & Spiritum ſynonyma eſſe vo-
lunt, quād idem bis dicuntur. Sed quoniam attinebat rem minime obſcuram repeterem. Decepit eos ſic ille quād
proximè ſequitur membrum, vbi Lucas videtur non diſtinguere. Sed ratio autem adducta eſt: quād quoniam euolū
ſint natura & ſubstantia hominum anima & Angelis, in eodem ordine ponuntur. Itaque non dubito quād ve-
rus Lucas ſensus sit, Angelos deinde eriam quoniam spiritus fuisse negatos à Sadduceis. Tam quād Paulus in
hac parte doctrina le Phariseum effe clamet, aperte dianat omnes fanaticos qui hodie laborent ſimili er-
rore. Sunt enim profani quidam & indocti homines qui Angelos & diaboles nihil quād bonas & malas inspi-
rationes efformant, & ne careant colore, fluxisse ab Ethniciſ dicunt quicq[ue]uid Scriptura de bonis & malis
Angelis tradit: quād potius illa paſſio in mundo recepta opinio ex celesti doctrina originem traxerit, ſed E-
thnici acceptam à Patribus doctrinam, mendaciis suis inquinatur. Quād ad hominum animas spectat, quia
hodie etiam quidam male feriati homines, animas euangelizare in morte ſingunt vſque ad diem reiuerſionis,
eorum amentia ſimiliter Luca testimonio refutatur.

F A C T U S E S T C L A M O R M A G N U S .) Hic melius exprimit illa ſeditio, cuius paulo autem meminim⁹
R. ij

Lucas: nempe quod non tantum abierint in diuerias sententias, sed clamoribus tumultuosè certauerint, quare sicut plus aliquid quam diffensionem significat. Porro docet hic locus, quid malis secum ferant dissidia, nam quia originem ferent ab ambitione trahunt, inde homines facilè ad contentionem profligunt, mos erumpit pertinacia. Vbi eò ventum est, quia nec iudicio nec moderationi locus relinquitur, nullum est amplius causæ discrimen. Qui Paulum execrabantur, repente incipiunt esse eius patroni. Reète id quidem, si hoc iudicio facerent, sed quia in Sadduceos feruntur, eorum odio accensi, in Pauli causa cœcuntur. Quod magis caendus nobis est pugnarum ferores, qui omnia perturbatione milcent.

(Quod vobis spiritus.) Hoc de spiritu sancto haud dubie exponi debet. Ceterum nihil vel magis piè vel modestius dici potuit, nam simul ac doctrinam aliquam è celo profectam esse conitat, impie Deo repugnant, qui cunque non eam amplectantur. Sed unde tam subiò scribis factus est Paulus Dei Propheta, quem iuis manibus occidere parati fuissent; quem suo præiudicio damnauerant, donec exarstis cum Pharisæis dñs diuidim? Porro si cœti hac voce quasi proprio gladio se jugulari ut: ita eos nobis monitores esse Deus voluit, ne profecta è celis oracula spernamus. Rursum tamen videmus suspensos hærente, qui feri ad auscultar dum Dei sermonem attenti non sunt: & vacillare quoies aliquid in medium proferunt, quia indigni sunt qui certam veritatem apprehendant. Quare si cupimus spiritu discretionis gubernari studia, nos ad discendum applicemus.

10. Et quoniam magna sedis coorta esset, veritus Tribunus ne disciperetur Paulus ab ipsis, insit milites descendere & rapere eum de medio illorum, ac deducere eum in castra.

11. Sequenti autem nocte assens ei Dominus ait, Bono animo esto Paulus: ut enim testificatus es de me ierosolymis, sicut oportet Romæ etiam testificari.

12. Orto autem die collegerunt se quidam ex Iudeis, & denouerunt se dicentes neque eisuros neque bibituros, donec occiderent Paulum.

13. Erant autem plures quam quadraginta viri, qui hanc coniunctionem fecerant.

14. Qui accesserunt ad principes Sacerdotum ac Seniores, & dixerunt, Deuotione deuouimus nos ipsos nihil gustaturos, donec occidamus Paulum.

15. Nunc ergo vos significate Tribuno & consilio, ut cras producat illum ad vos, tanquam aliquid certius cognituros de eo. Nos vero prius quam appropinquet, parati sumus interficere illum.

16. Quum autem audisset filius sororis Pauli insidias, venit & intravit in castra, nuntians que Paulo.

Iterum videmus quam atrox malum sit contentio, quæ vbi semel effebuit, tam violentos haber motus, vt etiam prudentissimi non sint sui compotes. Quare simul atque initium aliquod se ostendet maturè obuiam ire studeamus, ne serum tandem remedium sit in cohibendo medio cursu: quia nullum incendum tam celeriter serpit. Tribunus autem, vt ordinatus erat prouidentia Dei minister ad seruandam Pauli vitam, rursus eum è faucibus mortis eripit per suos milites, nam eti non alio consilio tam diligenter succurrerit Tribunus, nisi vt grauiores tumultus & cædes preueniat: Dominus tamen è celo præsidium seruo suo destinans, cæcas manus illuc dirigit.

11. SEQUITUR autem nocte.) Narrat Lucas oraculo confirmatum esse Paulum, vt in rebus adeò turbatis contrarierit impetus infacto animo staret. Fieri certè non potuit quin multi pauores eius animum percellerent, & simul in posterum tempus angeretur, quare oraculum minimè superuacuum fuit. Debebat quidem superiora, quibus admonitus fuerat se Deo cura esse, sufficere ad foudram eius spem, ac sustinendam ne labasceret: sed quia in magnis periculis nouos subinde terrores ingredit Satan, quibus Dei promissiones in cordibus pitorum, si obture profructus nequeat, quasi nebulis obseruet: earum memoriam renouori opus est, vt fides nostris futuris adiuta, firmius constat. Summa autem est, vt Paulus se confidenter gerat: quia Romæ quoque futurus sit Christi testimoni. Atqui frigida inanisque videtur hæc consolatio, ac si diceretur, Ne timeas, quia longè durior conditio te monet. latius enim fuisse secundum carnem, semel perire ac celeri morte defungi, quam longo temporis traetu in vinculis tabescere. Dominus liberationem illi non posse omittit, ac ne latum quidem extum, tantum molestias, quibus iam plus lati virgeant, in longum tempus extrahit. Hinc vero melius colligimus quantum in se momenti habeat hæc fiducia. Nos in miseria nostra à Domino respici, licet non statim ad opem seruandam manum admoveant. Discamus ergo vel in extremis quibusvis afflictionibus, in solo Dei verbo acquiescere: nec vñquam deficiamus, quandic nos paterni sui amoris testimonio viuiscat. Quia autem nunc è celo non mittuntur oracula, nec per visiones Dominus ipse appareat, meditande sunt nobis innumeræ promissiones, quibus se propinquum nobis perpetuè fore testatur. Si expediat Angelum ad nos descendere, hoc etiam confirmationis genus Dominus non negabit. Inter alia honor habendus est Verbo, vt eo solo contenti, quod nobis promisit auxilium, patienter expectemus. addo quodlibet quibusdam nihil propositum Angelos è celo missos audire: Dominus autem non fructu Spiritu suo promissiones à se datas in cordibus fidelium oblignat. Interim sicuti eas non temere inculcas: sic fides nostra sedulè se exerceat in continuis illarum recordatione, nam si fidem Pauli necesse fuit novo subdilio erigere: nemo nostrum est qui non longè pluribus subfidiis indigeat, simul tolerantia armante sunt mentes, vt longos & perplexos molestiarum circuitus transcendant.

12. ORATIO AVTEM DIE.) Hac circumstantia ostendit Lucas, quam necesse fuerit Paulo nouum & recens fidei robur colligere, ne trepidaret in maximo & subito discrimine: nam de tam desperato hostiis suorum furore ad montus, nihil statuere aliud potuit, quam actum esse de vita sua. Deuotio hæc, cuius meminit Lucas, species fuit anathematis. Causa deuotionis erat, ne consilium murare fas esset, vel reraflare, quod condicerant. Subest quidem semper in iureiurando tacita execratio. Si quis fallat vel peieret: sed interdum quod se magis obliterant homines, certas anathematis formas concipiunt: & capita sua diris deuouent, quæ incutient insolitum terrorem. Ceterum docet hæc historia, zelum ita sanguinarium esse in hypocritis, vt non reputent quid sibi licet: sed quoconque tulerit libido, securè proualent. Demus Paulum scelerarium fuisse hominem, & morte dignum: quis ramen priuatis de eo poenas lumere permiserat? Iam si quis rogasset, cur tantopere odissent Paulum, in promptiu quidem erat responso: quia apollata esset ac schismaticsus: sed huius i.e. flulte.

stulta solam & ex incerto rumore concepta opinio, eorum animos temerè occupauerat. Eadem hodie cæcitas & idem stupor Papistis mitigat, vt in nobis perdendis nihil sibi illicitum putent. Ita eos excusat hypocritis, ut tanquam diuinis & humanis legibus soluti, zelo suo nunc ad perfidiam, nunc ad varias fraudes, nunc ad immanem scemiam: denique ad quidcum audendum rapientur. Ad huc in hac historia p[ro]p[ter]e spicimus quanta sit impiorum temeritas. Adhibita execratione iurant se non ante cibam captiuros, quām Paulum occiderint: quasi verò in eorum manu esset illius vita. Quid ego toties sibi vni vendicar Domini in Scriptura, vt hominum quos creauit mortis & vita sit arbitrio, id sibi usurpare isti pharao[n]etici. Add[ic]tus quod non duo vel t[ri]c[on]s Dea 3:1, reperiuntur tantæ amentia socij, sed plures quām quadraginta, vnde etiam discimus quanta sit hominum ad peruersum agendum propensio, quando sic turmarum coeunt. Porro quoniam impotenter eos precipitat Satan in suum iplorum exitium: quām pudenda est nosci agnoscere, quod pro afferenda Dei gloria vix digitum moueret? Tenenda quidem est moderatione, ne quid nisi ex Dei mandato tentemus: sed vbi nominatum Dominus nos vocat, nihil excusationis habet cessatio[n]e.

14 A C C E S S E R V N T ad Principes sacerdotum.) Quid tam scelestæ & nefanda conspirationi sub-scribunt Sacerdotes, hoc documento produnt se nec villo Dei timore tangi, nec vlla humanitate esse p[re]ditos. Non modò probant quod assertur de homine per insidias necando: sed latrocinijs partem exequi patati sunt, vt in sciariorum manus tradant quem cupiunt quous modo perditum. quid enim aliud erat hominem è iudicis manibus ad necem rapere, quām latronum more in ipso iudicio grallari? Hoc certè tam p[ro]postorum consilium nunquam probassent Sacerdotes, si qua in illis fuisse gutta p[ro]rectaque affectus, mōd[us] sensus hu[m]ani. Add[ic]tus quod per eos non stetit, quo minus & toti populo & sibi magna perniciem accertelet, sed ita perditam eorum impietatem, que sub honoriis fuso latebat, Dominus palam detexit.

15 F I L I V s (foris Pauli.) Hic videmus ut impiorum consilii Deus quali ex transuerso occurrat. Multa quidem sinit eos machinari, & improbus etiam eorum conatus fluere: sed tandem ipso articulo demonstrat se ex celo ridere quicquid in terra satagunt homines. Non est prudensia, inquit Salamo, non est consilium aduersus Dominum, cui responderet illud Iliae, Initie consilium, & dissipabitur: proferte verbum, & non stabit. Hoc in praeventi historia tanquam in speculo nobis considerandum proponitur. Res ferè peracta erat, Esa 8:10. vi Paulus quali deuota victimâ poltridie ad mortationem exiret, atq[ue] Dominus ostendit fideli custodia muniam esse eius vitam, ut sustra quidvis moliantur homines. Nos verò non dubitemus, quin suam pruden-tiam, cuius tunc specimē exhibuit, ad nos tuendos extenderit: quia manet fixa promissio, Capillus 1. on defuerit ex capite vestro, &c. Adhuc, opera p[re]dicta est notare, sepe modis inopinatis ipsum agere solitum ad luos ier. Iuc. 21. iuandos, quo melius fidem nostram exercet. Quis putas ret[ra]ctandas esse per puerum insidias, quarum se los concios esse putabant coniurationis socij? Discamus ergo, quoniam nulla ordinaria nobis tuendis salutis ratio appareat, in Dominum tamen recumbere, qui viam per inuia inueniet.

17 Accersito autem Paulus ad se uno ex Centurionibus, ait, Adolescentem hunc abduc ad Tribunum: habet enim quod re-unitet illi.

18 Et ille quidem assument eum, duxit ad Tribunum, & ait, Vincetus Paulus accersitum me roganuit, ut hunc adolescentem perducerem ad te, habentem aliquid quod loquatur tibi.

19 Apprehensa autem manus illius, Tribunus secessit cum eo seorsum, & percunctatus est illum, Quid est quod habes significandum mihi?

20 Ille autem dixit, Iudei confipirarunt ut rogarent te, ut crastino die educas Paulum in consilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo.

21 Tu vero ne morem gesceris illis: insidianter enim ei ex ipsis viri plures quadraginta, qui se ipso denouerunt ne veleret, vel bibant, donec interficerint eum. Et nunc parati sunt expeditantes dum promittas.

22 Tribunus igitur dimisit adolescentem, p[re]cepitque ei, Ne cri effutias quod h[ab]et indicane-ris mihi.

23 Et accersitis duobus Centurionibus dixit, Parate milites ducentos ut eant Cesaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tercia hora noctis:

24 Et iumenta parate, ut impositum Paulum saluum perducant ad Felicem Presidem.

17 A C C E R S I T O autem.) Vitæ quidem non ita cupidus erat Paulus, quin libenter ad mortem prope-raret, si ita vitium esset Domino: sed quoniam ea lege se Christo seruire agnocebat, vt illi non minus vivat quin moriatur, p[ro]factum sibi periculum non neglegit. Ac certò quidem persuasus est, Deum vite sua esse eu-studem: sed non expectat dum manum exerat & celo miraculi edendi causa, quin potius oblato sibi remedio vtitur, diuinitus sibi ordinatarum esse non dubitan. Sic omnibus Christi ministris agendum est, vt iniusta con-stantia instructi, quatenus fert ipsorum vocatio, pericula non formident, nec tam temeraria audacia pro-iciant se in mortem. Securè inuocent Dominum in mediis angustiis: neque tamen contemnant quia ad ma-num occurrit subdia. Alioqui iniuriam facient Deo, non modò ad eius promissiones luditi, sed modum libe-rationis sibi à Deo p[re]fixum h[ab]ent.

19 APPREHENSIO manus illius.) Quid se tam facilem & humanum adolescenti p[re]buit Tribunus, quod manu eum deduxit in locum secretum, quod eum comiter audire sustinuit, Dei gratia acceptum ferre oportet, qui se populo suo gratiam daturum promisit coram Egyptis, qui solet mollire corda ferrea, feroce[s] spiritus Exo. 15:11, domare, & ad omnem humanitatem formate quibus vt decruit ad suos iuandos. Poterat homo militaris ignotum adolescentem repellere, non minus quām respuerit Pauli ipsius preces. Dominus ergo, qui homi-num corda in manu habet, profanum hominem ad p[re]stidam audientiam flexit. Profuit etiam an[ti]sciuus quām immaniter fureret aduersus Paulum, vt misera & destituta homini libertus succurreret. Exterum hoc exemplo monentur qui cum imperio p[re]stant, quanta sit virtus humanitas. Si difficilis ad eum fuisset accessus per inficiam Paulum sudoris necandum dedi[ct]us. Ita sepe Magistratus sua superbia, quod scilicet monitores admittere non dignantur, in multas & graves offendas incurunt.

23 ACCERSITIS duobus.) Hic verò clarius adhuc perspicitur Dei prouidentia. E[st]i enim Tribuni consilium est publicum motum p[re]cauere, cuius ratio coram Præside fuisset reddenda: exequitur tamen consilium Dei in

liberando Paulo. Cogendi enim erant milites, vrbis praesidio nudanda, & sumptum aliquem exigebat & expeditio. Sic ergo nobis consideranda est prudentia Tribuni, ut fides in celum atollat oculos. Deumque intelligat arcu, no in similitudine cor profani hominis dirigere, & eundem Paulo & militibus ducem esse itineris, ut ille Castram saluus perueniat. Hora tertia noctis, finis erat prima vigilia. Perinde igitur est, ac si iubet Tribunus praesidio adesse milites secunda vigilia. Lancearios vocat Lucas iaculatores, qui leuius armati in alis colloabantur, quam legionarii milites statim militiae aptiores forent.

- 25 Scriptis literis in hanc formam,
- 26 Claudius Lysias potenterissimo Praesidi Felici salutem.
- 27 Virum hunc comprehensum à Iudeis, quem iam propè esset ut ab eis interficeretur, supervenientis cum militibus eripi, cognito quod Romanus esset:
- 28 Volensque scire causam, ob quam accusarent illum, deduxit in concilium eorum.
- 29 Quem compri accuseri de questionibus Legis ipsorum, nullum dignum morte aut vinculis habentem crimen.
- 30 Et cum indicatum esset mihi de insidiis que homini à Iudeis instabant, protinus cum misi ad te, denuntians etiam accusatoribus, ut que habent aduersus eum dicant apud te. Vale.
- 31 Milites vero secundum quod sibi iniunctum erat, assumptum Paulum duxerunt per noctem Antipatridem.
- 32 Postridie autem dimisissis equitibus ut cu[m] eo irent, reuersi sunt in castra.
- 33 Illi quum venissent Cesaream, ac tradidissent epistolam Praesidi, susterunt etiam Paulum coram ipso.
- 34 Quum legisset autem Praes, & interrogasset ex qua esset prouincia: & cognouisset quod ex Cilici,
- 35 Audiam te, inquit, quum accusatores quoque tui aduenerint. Iussique in praetorio Herodis custodiri eum.

35 **S C R I P T I S L I T E R I S.**) Primo breuiter monendi sunt lectores qui in historiis versati non sunt, Felicem hunc fuisse Pallantis fratrem, qui quum Caesaris esset libertus, summos verbis proceres opibus & potentia æquabar. Quinetum prætoria ornamenta non absque pudore & fœdere adulationis elogis illi decreuit Senatus. Quum ergo Claudius furuit abutentes eius liberti, Romanum imperium suo arbitrio regerent, præferrim verò Narcissus & Pallas: nihil mirum nū sic poltremus, fratrem suum Iudeæ impostrerit. Summa autem epistola huc tendit, ut Paulum suo prædictio subleuerit Tribunus: & de partis aduersis iniuriis Felicem premoneat, si demque illis deroger, quo minus ad nocendum valcent.

27 **V I R U M H V N C** comprehensum.) Hoc de Iudeis odiosè dictum in Pauli fauorem, quod homo Romanus violenter pullatus, & propemodum interfactus ab illis fuerit. Deinde à iure ciuitatis cum commendat, ut mitius tractetur. Porro ista commendatio neque precibus vel blanditiis elicita, neque pretio redempta fuit. Vnde ergo factum dicemus, ut Tribunus homini obscuro & omnibus exilio gratis tam benignum præbuerit, nisi quia Dominus illum seruo suo patronum constituit? Videmus ergo ut infidelium quoque linguis & manus in suorum utilitatem gubernet.

29 **Q U E M C O M P E R I.**) Hic Paulum crimine absoluit, pro sui judicii captu scelicit. Sed notemus profanum hominem in loqui, nam in populo Dei non leuiore pena dignum est scelus, prauis & impiis dogmatibus pieratis doctrinam coruolpere, quā in iniuria aliqua vel maleficio exequitatem & ius violare inter homines. Neque vero passi fuisse Romani conuelli suas superstitiones vel commentitios deorum suorum cultus: sed quum illi Lex Dei Iudei in precio foret, inquit quum existimat cuperent, minime apud eos criminosum erat, Moysi & Prophetis fidem abrogasse, & turbasse Ecclesiam falsis dogmatibus. Itaque lex erat ne Praesides de hoc negotio cognoscerent: sed ita provincialibus maneret sua religio, ut si quid contra admisum esset, ne Romani Magistratus vindicandum curarent. Hæc ratio est, cur in crimine vel maleficio non deputet Tribunus quæstiones mouisse de Lege. Perperam autem hoc prætextu indehinc homines, sibi & aliis turbandis licentiam concedi volunt. Longè alter Dominus pronuntiat, qui violationem cultus sui seuerius vlciscitur, quām quasvis iniurias hominibus illatas. Et certè nihil absurdius est quām sacrilegiis impunitatem dare, quum furti plectantur. Exterum ut à Tribuno Iudaica religio negligitur: ita diluvuntur Iudeorum calumniæ, quibus liberant grauassent Paulum.

30 **Q U Y M I N D I A T U M** esset mihi.) Secunda pars Epistole, vbi odium in adversarios retorque Tribunus, quod per insidias conati sunt Paulum interficere. vnde etiam conicuitur, inquit Paulo eos facessere negotium, & tantopere infestos eius vita. Nam si iure illum persecuti essent, cauæ bonitate confisi, iudicio eum permetterent, nunc dum ad cedem confugient, eos ratione appetit desitui.

32 **P O S T B R O** autem die.) Quanquam autem non exprimit Lucas, militibus mandatum esse ut exitinere redirent: certum tamen est, non nisi ad eum locum Paulo datos fuisse comites, vbi Tribunus Paulum in tutto forre sperabat: nocte enim clam fuerat egreditus. Sciebat autem Tribunus, confessâ itineris parte, non esse amplius timendum: quia hostibus spes asequendi non esset: utrum verò nō esse, partem praesidi longius ablegare.

CAPUT XXIV.

INDIATUM descendit Princeps Sacerdotum Ananias cum Senioribus & Tertullo quodam rhetore, qui comparuerunt coram Praeside contra Paulum.

2 Et citato Paulo coepit accusare Tertullus, dicens, Quum in multa pace agamus per te, & multa restituantur in gente hac per tuam prouidentiam:

3 Et semper & ubique amplectimur præstantissime Felix cum omni gratiarum actione.

4 Sed ne

4 Sed ne diutius te detineam, oro te v' audi as nos paucis pro tua humanitate.

5 Nacti enim sumus vi rum hunc pestiferum, & concitanem seditionem omnibus Iudeis in uniuerso orbe, & auctorem scelte Nazarenorum,

6 Qui etiam templum profanare conatus est: quem & apprehensum voluimus secundum Legem nostram iudicare:

7 Sed superueniens Tribunes Lysias, cum magna vi eripuit eum & manibus nostris.

8 Iubens accusatores eius ad te veire, ex quo poteris ipse inquisitione facta, de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum.

9 Adiecerunt autem & Iudei, dicentes haec ita habere.

1 Quod Ananias Cesaream descendit Pauli accusandi causa, magis probabilem facit coniecturam quam prius actuli de eius iacero. nam expeditio ista, summi Pontificis dignitate erat inferior. Fuit igitur alios tunc summus Pontifex: Ananias vero primarius Sacerdos quum gubernacula teneret, ac vir esset strenuus, legationem hanc obire oportuit. Turbam vero secum adducit, & quidem ex venerando Septiorum collegio, ut specie ipsa mouetur Praeses ad Paulum damnandum. Sed quum Paulus dicendi artificio non vteretur, fatigatus nihil opus fuit rhetore conductor, qui verborum facundia cum eo certaret. Adeo quod & dignitate & hominum copia præstabant, ut facile illis esset miserum hominem, omniq[ue] auxilio desertum, obtulerent. Signum ergo male conscientia fuit, quod magno rerum viu pollentes, in publicis negotiis exercitati, rerumque forensium periti, rhetorem conducent. Est quidem eloquentia donu Dei, fateor sed in hac causa nihil quam merus fucus ad Iudicem fallendum quæsus est. Hoc autem ideo narrat Lucas, ut sciamus nihil omnissimum fuisse à Iudeis, quod Paulum opprimerent: nec modo peruerterent eius innocentiam, sed territo & confuso defensionem excuterent. arque ita reputemus mirifica Dei gratia factum esse, ut Paulus tam duros infusus intrepide sustinuerit. Quare si quando contingat pium hominem solitarium à magno hosti numero obsideri, veniat haec historia in memorem, & animum à pauro colligat, sicut etiam David suo exemplo nos horatur. Si me circumstent castra, non timebo, quia tu tecum es.

2 Quidam in multa pace.) Prefatur extra causam Tertullus, quia Felicis prudentiam & virtutes laudat, quod sibi fauorem conciliet. Putidum igitur & adulatorium exordium est, non quod eorum sententia subscriram qui Tertullum exigant, quia blanditiis Iudicem demulcent, & sibi allicerent. Laudare enim Iudicem non semper alienum est à recta & legitima agendis formam, ac posset hoc in vtramque partem, ut vulgo loquuntur, disputationi. Sed ego non aliud improbo, nisi quod palam vitiosum est. Falsis enim laudibus se oblique insinuat hic rhetor, ut rem ipsam de qua agitur, obscureret. Quorundam enim de pace & statu bene compposito loqueritur, nisi ut Felix Iudea salutem in Pauli damnatione faciat esse putans, de causa non cognoscat? Ad hanc ex Iosepho patet quia in auctoritate & credibilius in illa prouincia se gesserit Felix. Nam praeserter in digna & tragica cedes summi Pontificis Ionathæ, quia se dissolutæ eius tytanidi opponere ausus fuerat. denique eodem tempore, importunus totius gentis querimonis coactus est Claudio Cesar, submisso in eius locum Festo, illum reuocare ad causam dicendam. Ergo videmus quām turpiter & sine pudore mentitus fuerit hic rhetor. Quando autem succinctum omnes Pauli aduersari, videamus odio execratos & malitia, communem patriciatum perfidè prodere: nec quicquam habere penitus, modo Paulus ad necem dedatur. Vbi Erasmus vertit, Multa rectè gerantur, verus Interpres proprius accedere videatur ad mentem Luce, qui dicit fieri κατὰ διάνοιαν, quod tantundem valet ac reformatio, vel correctiones. Indubitate ergo Felicis Tertullus commendat, quod à multis corruptis Iudeam purgauerit, multaque restituerit in melius, quia aliqui pessimabant. Quod scilicet cupidius morte viuus hominis, fauorem gentis sibi acquirat, quam sciebat aliqui sibi esse infensam.

3 NACTI ENIM sumus virum hunc.) Duplēcēt habet scopum Tertullus. Hoc in primis captat, ut Paulus tradatur Iudeis, quoniam iusta sit illorum cognitione, vbi de cultu Dei & Mosis Lege agitur. Sin vero hoc negatum fuerit, capitale crimen intentat, quod seditionem Pauli concitauerit in plebe. Sciebant nullum esse magis odiosum crimen Romanis: video eius maximè infamia Paulum onerant. Ac id ipsum amplificat Tertullus, quum dicit Paulum in coro orbe concitate Iudeos. Sed mirum est cur addat principem esse sectę Nazariorum, quod in laude potius quam vituperio apud Iudeos habitum fuisse scimus. Ego autem non eos notari ex illo, quise legitimo & in quo Legis ritu Deo consecrabant: sed tumultuosos illos sicarios, qui se etiam plausibili nomine vocabantur Zelotæ, que factio circiter illud tempus emersit: imò ex Iosephi historia colligitur iam tunc fuisse grossissima. Alij Nazarenos pro Christianis ponit sentiunt: quod ego non agere admitto. Ceterum si prior exploitio placeat, auctore factum opponit Paulo, Romanis exofam. Nam quoniam Zelotæ illi, eximis præ alias censori vellet Legis cultores, zeli prætextu quasi vexillum tollebant ad irritandos plebis animos. Inter ea bona illi libertatis sui Zelotæ principis eius defensoribus non parcunt, modo illorum odio Paulum implicant. Nazarensis quos dixi, extra hac cauam tanquam animos Legis vindicibus plausum dedissent, nunc quasi eo, ut cōtagio totum mundū inficiat, sumnum Paulo decedus ex illori societate alspurgent. Adeo quod impudenter Paulum calumniantur: nemo enim eius rei suspectum ipsum habebat. Crimen ergo velut ex triuio arreptum, & sine colore fictum, nō minus improbus quam malitiosè in eum proiunctionem. Verum supina hic securitate, ut alicui diximus, hypocritæ pertrumpunt, quiduis sibi licitum putantes, modo zeli suum obtendant.

4 QUI ETIAM templum profanare.) Leuis erat & penè frivola apud Romanum Præsidein accusatio, qui optasceret funditus euerum esse templum. Sed quia nihil ad mouendos tumultus aptius erat quam templi profanatio, altutè illius Paulum insimulat: ac si diceret, minimè per eum steriles quin cunctas tumultuarerit: ac præstulisse faciem pessimi incendij, nisi obuiam itum forer. Simuletiam illud alterum involvit, quia violata sic religio à Paulo, iudicium eius rei propriè ad Iudeos spectare. Et huc de tribuno Lysia conqueritur, quod ip[s]is ius suum suum extorsione. Efficeret ergo conatur, ut Praeses quod à Tribuno erexit, illis restituit. Hoc quoque astuta non caret, quod Tribuno, qui humanius, quam vellet Sacerdotes, se gesserat erga Paulum, fidem abrogat Tertullus: suspectumque obliquè reddit, quia palam trahere in crimen non audet. Sed queritur an sperare potuerint tantum sibi deferri à Præside, quoniam soli Romani magistratus tunc de causa capitalibus cognoscerent. Repondo, hic exequitatem simulare, acsi clementius Paulum tractare haberent in animo, quam dignus erat. Esi enim de capite hominis sententiam non serebant, permitta tamen illis erat modica castigatio;

qualis erat virgarum. Interea non desinit Tertullus, eum ad mortis supplicium postulare apud Praesidem.

8 IN QVISITIO N E facta.) Aequa postulatio, ne Praes ante iudicet, quam re bene comperta, neve Paulum damnet, nisi legitimè conuictum. Sed quomodo hac conditione litigare audent, quum sibi sint tam male consci? Respondeo habuisse testes ad manum; nec se ad probandum offerre, nisi suo arbitrio. Quanquam aliis erat finis. Felicem enim sperabant talibus ampullis facile perfluum iri, ut reum quasi pro damnato, eorum libidini subiiceret. In summa, quod se ferocius iactando insultauerint, & maiore fiducia fuerint elati, hoc modo se fore viatores putant: quia reo praeculuis exire ad defensionem omnis aditus. Ita confidenter iactant calumniatores, se rem afferre probatam, ut oculos Iudicibus perstringant.

10 Respondit autem Paulus, cum annuisset ipsi Praes ut diceret, Melior e animo pro me ipso cauam dico, quum sciam te à multis iam annis fuisse Iudicem huic genti:

11 Quipositis cognoscere quod non plures sunt mihi dies quam duodecim, ex quo ascendi adoraturus Ierosolimam.

12 Et neque in templo inuenierunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbam, neque in Synagogis, neque in urbe:

13 Neque probare possunt ea de quibus me accusant.

14 Confiteor autem hoc tibi, quod iuxta viam (quam vocant heresim) sic colo patrum Deum, credens omnibus que in Lege & Prophetis scripta sunt:

15 Spem habens in Deum, fore quam & hi ipsi expectant resurrectionem mortuorum, iustorum simul & iniustorum.

16 In hoc verò ipse studio sine offendiculo conscientiam habere erga Deum & erga homines semper.

17 Post annos autem plures acceſsi, eleemosynas exhibitus in gentem meam, & oblationes:

18 In quibus compererunt me purificatum in templo, hand cum turba, neque cum turba.

19.20 Quidam autem ex Asia Iudei, quos oportebat apud te preſeo esse, & accusare siquid haberent aduersum me,

^{Aliis quā rem.} 21 Aut hi ipsi dicant siquid deprehenderunt in me iniurias, quum steti in synedrio:

22 Nisi de una hac voce, qua clamauit stans inter eos. De resurrectione mortuorum ego indicor hodie à vobis.

10 RESPONDIT.) Status defensionis Paulini in qualitate non versatur: sed inficiatur obiectum sibi crimen, non quod ipsum puderet Euangelij, vel crucem refugeret: sed quia plenior fidei confessio locum tunc non habebat. Ergo omissa Euangelij causa, quam accusator non attigerat, simpliciter ad obiecta sibi calumnias responderet. Sed priusquam huic descendat, se libentius coram Felice causam agere præstat, qui diu Iudeam præfuerit: quod si lecit nouis aliquis Praes propter inscitiam fortè percussum esset tam atrocí delatione. Non laudat Præsidis virtutes, sed gaudere se dicit, quod diuturnum vim habeat, ut magis compotem iudicet. Atque haec figura est ac ingenua defensionis ratio, rem verbis opponere. Perperam tamen videtur colligere Paulus, Felicem, quia iam à multis annis sit Praes, posse cognoscere aduentus sui tempus. Respondeo, hoc ideo dico, quia contentaneum sit moderatus eum agere: ac si diceret, Quia tu pridem assuefactus es ad eorum mores, minus timeo ne te circumueniant. Imperitia enim iudices reddere nimis credulos, & ad præpostam festinationem impellere.

11 AD ORATVRVS.) Primo certum est aliis de causis eum venisse, & postea hanc fuisse principiam fatebitur, ut eleemosynas afferret in subfidiū inopinat fratrum. Sed facilis est excusatio, quod necesse non habuit rationem aduentus sui redire, tantum de polluta religione se in transuersu purgare voluit. Quare ut aliud fuerit expeditionis suscepimus consilium, hoc semper verum est, non alio animo venisse, nisi vt se Dei cultorem profiteretur, ac sanctitatem quoque templi adoratione sua approbareret. Altera quaestio magis perplexa est, quomodo se dicat venisse adorandi causa, quum iam abolita esset templi religio, & sublatum omne templi dictamen. Hic quoque respondeo, quanvis suum consilium non exponat, nihil tamen falsum simile neque non. Chri-

^{1. Tim. 2. c.}

8. si fidelibus verita erat in templo adoratio, modò ne lancitatem loco affigerent: sed liberè, null'ōque locorum delectu, puras manus tollerent. Licitus Paulo quum Ierosolymam venisset, testandæ pietatis sue causa templū ingredi, illic solenniter obire cultus diuinus ritus: quia à superstitione purus erat: modò ne expiations suscipiatur Euangelio contrarias. Non ergo eum impulit religio, ut Ierosolymam veniret ex Legis præscripto, quasi Sanctuarium facies Dei esset ut oīm ab adoratione tamē externa, quæ apud homines pietatis testimonium foret, non abhorruit.

12 CVM ALIQUO disputantem.) Nihil horum negare necesse habuit Paulus, si fecisset: quia defendere poterat recte factum. Vnus fuerat qui quotidie disputabat, nec verò aut Lege aut viu prohibebantur, quin docendi causa se turmatim colligerent. Imò in hunc finem per varia urbis loca disposite erant Synagogæ, in quibus suos conuentus agerent. adde quod sciebat tam à Christo quām Apostolis id esse factum. Rerorquere etiam obiectum crimen in aduersarios promptum erat, quibus hic mos erat quocidianus. Sed quia nihil aliud agitur in presentia, nisi vt hostium columnas resellat, & coarguat temerè ac de nihilo impetu in se factum ab importuniis hominibus de iure, ut loquantur, non disserit, sed tanquam de facto. Praesertim in hoc incumbit, ut fumum illius columnæ discutiat, quod delatus fuerat tanquam rui be concitator Ideo concludit se falso & iniuste accusatum: quia nunquam probabunt aduersarij quæ in iudicium adduxerant. Hoc ad absolutionem facis valere debuerat, improbis mendaciis onerari in quo ne minimæ quidem hæreditate suspicio.

14 CONFITEOR autem.) Quia impietatem Paulo obiecserant, & templi profanationem, nunc se ab utroq; purgat, ut intelligat Felix sola malevolentia impelli aduersarios. Nam etsi falsa sit ac rapacitera quæ obtenditur religio, sèpè tamen aliquid fauoris apud homines parum attentos inuenit eius studium. quare timendum erat ne Felix, si quid sinistris suspicatus esset de Paulo, non modò Sacerdotum zelo ignosceret, sed etiam concederet quod petebant. Proinde hanc quoque accusationis partem diluit Paulus: & quidem eomomodo,

vt Euani-

vt Euangelij fidem non attingat: quia tunc, vt diximus, nondum opportuna erat eius confessio. Sed quid hoc est, quod colere se Deum fatetur secundum viam, quam vocant Hæresim? Quidam putant instar concessionis hoc esse addicatum: quia quod iudicio & recte electioni tribui debebat, in malam partem trahebant hostes, ac si dixisset Paulus, heresim quidem vocari quam fecutus erat regnorum formam, sed immerito, atque qui quum neque apud Iudeos neque apud Gentes tunc infame esset illud nomen, probabile non est apud prophananum hominem de eare cauenda dici, quam laudi potius quam virtutis passim dueabant. Quum inter Christianos sermo est, detestabiles iubet haberi hereticos Spiritus Dei, & ab heretibus cauendum esse docet, quia pestiferam Ecclesiam dissipationem afferant. Ergo in populo Dei, cuius salus in fidei unitate consistit, res minimè ferenda est. Sed quia Iudei tunc pa' am gloriantur suis sectis, supereruca fuit illa quam nuper diximus, excusatio. Reffat igitur vel vt se Pharisæum esse intelligat, vel ut hæretum vocet Iudaicam religionem, vel absque sinistra nota Euangelij professionem: quia ab omnium Gentium vsu & consuetudine distincte erant. Quando se prius Phariseum confessus est, nihil erit absurdum, si dicamus idem nunc repetere: præfertim quum paulo post de resurrectione mortuorum fia mentio. Exterum, quia primum hoc caput confessionem solum continet de cultu Dei patri, mihi potius in genere notari videtur Iudaica religio, vel quæ inde fluebat Christiana fides. Romanus cuius erat Paulus, tamen ut oriundus erat à Iudeis, facetur se in religione manere quam à Patribus didicerat. Atque hoc pertinet ad uerbium similitudinis, rem enim notam demonstrat: nempe cultus speciem, cui addicti erant Iudei. Dei patri nominatim meminit, quia homini Romano, nisi origine Iudeus fuisses, transire ad Legis doctrinam fas non erat. Aduersarios etiam perstringit, à quibus tam crudeliter impetratur: quum tu meni vringue in viuis Dei cultu consentiant. Ego inquit, secundum morem à maioribus traditum, non fecus ac ipsi, Deum colo. Nec obstat quod à ceremoniis legalibus desciuerat, contentusque erat spirituali Dei cultu. Satis enim habet Paulus impioratis maculam, que in ipsum falsò coniecta erat, abstergere. Itaque ridiculi sunt Papistæ, qui Pauli suffragio quamlibet veritatem probari fingunt. Nos, inquit, patrum Deum cum Paulo colimus, vt nobis confutudo per manus est tradita, quasi vero vel ipsius iudicibus, eundem clypeum Turcis & Iudeis contra fidem Christi opponere sufficiat. At vero nihil minus propositum Apostolo fuit, quam religionem simpliciter in Maiorum auctoritate fundare, & pietatem suam patrocinio tueri quod omnibus Gentium superstitionibus communie futurum erat. tantum os suis aduersariis obstrueri voluit. Itareta pro cœfesto sumebat, Patres quibus profecti erat Iudaica religio probos & germanos fuisse Dei cultores: vt inre gloriari possent Iudei non degeneres, patrum Deum quem colebant, vnicum esse cœli & terræ opificem. Gentiles vero totius reliqui orbis deos, iniania esse figmenta.

CREDENS OMNIVS.) Brevis expostio proxime sententiae, nam quia non simpliciter affirmauerat se Deum colere, sed ad dixerat particulariter, nunc definit quomodo Deum colat. Vnde apparet eum sedulò cauere, ne se aduenticiis, que inter Iudeos regnabant, superstitutionibus implicet, quemadmodum si Papistis hodie quispiā nostrū respondet se Deum colere quem profitentur, qualiter ex Lege & Euangelio sumus edociti. Hinc discamus non colli ritè Deum, vt grata ei sit nostra obsequia, nisi ex fide, quæ vnicum est pietatis fundamentum. neque enim ut Dei seruum probet, iudas ceremonias obtrudit: sed diserte ponit, Se credere. Continet præterea hic locus utilem doctrinam, hoc vnicum esse recte & orthodoxe fidei fundamentum, Scripturæ se subiucere, & reuerenter amplecti eius doctrinam. Porro hic Paulus Scripturam partitur in Legem & Prophetas, quod clarius demonstret nihil sa' ab vniuersali Ecclesiæ confessu habere diuersum.

15 SPEM HABENS in Deum.) Notandum est sermonis series, postquam enim Scripturæ se credere professus est, nunc spes futura resurrectionis subiungit, vt appareat non carnis sensu, vel ex hominum placitis, sed ex Dei verbo esse cœceptum. Ita præcedit Scriptura reuerentia, vt nos eius authoritas deuinctos teneat. & fidei exordium est, deinde sequitur eorum quæ illic Deus pascet cognitio, certa spei coniuncta. Quod autem illos facit sibi socios, ad saniores partē referuntur, quanquam non dubium est quin hoc artificio eos ex laetbris elicere in apertam lucem coram Felice teneret: sicut rursum ex clausula definitionis patet. Ceterum generalis hic resurrectio asseritur contra quodam fanaticos, qui eam ad Christi membra restringunt. Verum ut hoc loco Paulus omnes resurrecturos dicit, sic clara Christi voce promiscue citatur omnes: illi ad iudicium ad vitam. ^{Ioan. 5. 29.}

16 IN HOC VERO ipse studeo.) Nullus est ad studium rectè sanctèque vivendi actor stimulus, quā spes vltimæ resurrectionis, vt pluribus locis admonet Scriptura. Ideo Paulus alibi passim dum efficaciter horat vulnifideles, ad eius memoriam ipsos reuocat. Quare non abs te hoc loco dicit, se hac fide subinxum operante dedisse, vt purè coram Deo vueret, & iustitiam colere in ter homines. Et certè mala conscientia pro nullo testibus satis est ad coarguendos stuporis homines: vt certio colligere liceat, non seriò credere vitam æternam, ad quam non aspirant. Conscientiam vocat ἀπόθεσην, quasi dicas inofensam: vbi obstaculis remonendis incumbunt servi Dei, quæ eorum cursum impediunt. Duas autem conscientiae partes ponit, nam est quidam interior mētis sensus, qui Deum solum respicit, inde postea nascitur fides & integritas, quam cum hominibus colimus. Demum vbi se constanter profecutum esse dicit tam pietatem in Deo colendo, quam iustitiam inter homines, significat eos vero sperare ultimam resurrectionem, qui bene agédo nunquam fatigantur. nam particula Semper, designat perseverantiam in cursu æquabili.

17 POSIT annos autem complures.) Sensus est, iam a longo tempore non fuisse Ierosolymis, sed in aliis regionibus procil futurom esse, & longo temporis interculo nunc venisse ad ferendas elemosynas, & facticium gratiarum actionis Deo offerendum. Vnde etiam corum inhumanitas & simul ingratiudo apparet, quod cum modis omnibus fauorem esset promeritus in tota gente, tam iniquam illi mercede repandunt: Hic vero locus superiori exponit, vbi adorationis facta fuit mentio. Certum enim est, non ex professo venisse Paulum, vt in templo offerret: quia eius rei consilium non nisi post suum aduentum cœpit. Sed tantum recitat quid in eo deprehenderint Iudei, quod a causa præsentem precipuum habebat pondus. Tandem cum dicit se hoc agentem fuisse in templo deprehensum, & quidem prius solenni purgatione interposita: deinde quietum & nihil tumultus mouentem, virtuque crimen iterum à se depellit. Purgatio enim testis erat, minime profanata ab eo fuisse templum. deinde cum pacare ageret sine hominū turba, nulla erat tumultus suspicio.

20 QUIDAM ex Asia.) Defectus ea oratio: sensus ramen ambiguis non est, quod potius sine causa tumultuaci sint illi Asiacri, quos abesse conqueritur: ac si diceret, Vos qui tot crimina in me congeritis, quomodo res habeat non potestis afflere: sed rumorem temere è creditum ad Præsidis tribunal affectis. Qui autem totius mali culpam sustinent, & qui fuerint incendi flabellæ, non comprehendunt. Postquam in alios crimen redit Paulus, nunc quasi collecta fiducia, praesentes aduersarios prouocat, vt liberè proferant si quid habent compertum. quanquam in participio ^{sunt} ab Erasmo & veteri Interpretate dissentio, vertunt enim in præsenti tempore: & ^{avide} de confessu Præsidis exponunt, quod mihi alienum videtur à mente Pauli. Sentit enim,

meo iudicio, se in illorum *curia* fuisse paratum reddenda omnium rationi. Tunc autem nihil fuisse ab illis cognitum quod criminari queat: quia ad vnam solum vocem efficerentur, quom dixit de resurrectione mortuorum le iudicari est, non alia de causa se torum hoc molestia liberes, nisi qua relutione speraret. unde apparet, nunc excudi nouam accusationem de nichilo: quia si quid fuisse noxa, tunc minime tacuerint. Probabile quidem est, alios postea vtrō citrōque habitos fuisse sermones, & proprius quasi manu concocta congressos esse, quia videbimus alibi de Christo fuisse contentionem: sed Lucas tamē propositum fuit, monitra re quām probē se purgasset Paulus at falsis criminationibus accusatorum.

23 *Auditus autem his*, *Felix distulit illos*, certiō sciens que ad eam viam attinebant, dicens, *Quoniam Tribunus Lysias descendenter per noscam causam vestram.*

24 *Inquitque Centurioni ut custodiret Paulum*, sineretque eum relaxari, & ne quem ex illius familiaribus videnter subministrare ei, aut adire eum.

25 *Post aliquot autem dies*, quum aduenisset Felix cum Drusilla uxore sua, que erat Iudea, accersit Paulum, & audiuit eum de fide que est in Christum.

26 *Disputante autem illo de iustitia & temperantia & de iudicio futuro*, tremefactus Felix respondit, *In presentia abi, ceterum opportunitatem natui accerjam te.*

27 *Similiter illud sperans fore ut pecuniā sibi daretur à Paulo*, ut solueret ipsum. Proprius quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum ipso.

28 *Biennio autem expletō accepit successorem Felix, Portium Festum*. Volens autem gratiā prestatre Iudeis Felix, reliquit Paulum vinctum.

29 *His audiatis.*) Apparet Felicem, quanvis de causa nihil pronuntiarer, subolsecisse nullo suo delicto gravari Paulum, sed Sacerdotum malitia. Nam vbi narrat Lucas, in aduentum Lysias rejectam fuisse actionem, stimul quasi rationis loco inserit, Prisdem exactè nouisse quae ad viam spectabat, quibus verbis significari arbitror vel iam longo vlo fuisse exercitatum, vt Sacerdotum morem teneret, & qualiter le gerere tolerarent vel ex his que vtrō citrōque dicta fuerant, perpessile quām friuola esset accusatio. Idque confiniam humanorū & magis remissa Pauli ipsius tractatio, nam eius cutam Centurionis mandat, vt sit quālī in laxiore custodia. Alij vno coniux legere malunt in persona Felicis. Vbi venerit Lysias, qui melius teneret hanc causam, tunc iudicando, sed ratione parum si, ma adhuc sensum hunc coactum eliciunt. negant Vix nomen pro doctrina Legis vnam inueniri sine adiectione. Atqui neque ego de Legi interpretor, sed de fētis quarum nulli holpites iugantur. Nemini certe dubium erat, quin animalium immortalitatem affererent Pharisei. Quum ego res vulgo trita esset, non mihi sī culpa Paulum absoluat Felix. Porid Viam pro cognitione facti accepere, durum esset. Praefectum verò maiorem Lysias tribuere Legis pertinet, non v. deo qui conueniat. Hinc autem illustrior eius innocentia redditur, quid de ea homo profanus tale praejudicium statim tulit, vt ipsum quasi ex vincitorum ordine exemptum, sineret familiariter inuisi à suis, eorumque officiis iuvari. Colligimus etiam ex hoc loco, non fuisse à suis comitibus & reliqua ecclesiis deleritum Paulum. Quorsum enim attinuit eius familiaribus adiutoriari, nisi praestol essent, ostenderent se sollicitos, euperantque officio defung? Discamus igitur hoc exemplo, quoad nobis liberum erit, & facultas dabitur, non esse vlo solatij genere fraudandos Christi Martyres, dum pro Euangelio laborant.

30 *Felix cum Drusillam*, De Felicis auraria & coruprelis suprà aliiquid dictum est. Nunc quod ad vxorem eius Drusillam spectat, monendis sunt Lectores, eam maioris Agrippae (de cuius foedō obitu narravit Lucas cap. 12.) fuisse filiam. Desponsa feraer Epiphani regi Antiochi filio. Sed cum adolescentis Iudaicos ritus sacerdotaliter abnueret, quod se facturum promiserat, frater eius minor Agrippa (cuius proximo capite fieri mentio) post mortem patris eam Azizo Emenenorum regi dedit vxorem, & cuius contubernio blanditiis Felicis abducta fuit. nā hic singularis eius pulchritudine captus, Simonem quandam Iudeam, genere Cyprum, subornauit, qui suis lenocinis ad nouas nuptias eam pellicerit. Perfectum est igitur, vt libidinosa mulier rupta coniugij fide, contra Legem homini incircumcisio nubereret. Ceterum, quanvis se inquinasset profano coniugio, coniscere tamea ex hoc loco promptum est, non proculs deletum fuisse ex eius animo, quem ab infantia imbibera religione sensum. Neque enim Felix audiendi Pauli cupidus fuisse, nec dignatus colloquio, nisi in vxoris gratiam. Non exprimit hoc quidem Lucas, sed Drusillam nominans, satis innuit, in eius gratiam vocatum fuisse Paulum, vt de Euangelio dissereret. quanquam eiusmodi apostolatas curiositas potius quedam tieillat, quām sincerus discendi affectus solliciter.

Auditivit eum de fide.) Testis est h̄c Pauli confessio, prius ipsum non tacuisse de Christo, quia sibi nieveretur, vel si se subiaceret a crucis molestia: sed quia nondum macutum erat audientia tempus. Quum ad tribunal reus citatus esset, de obiectis sibi criminibus respondere ipsum oportuit, vt postea liber & solitus foree ad profitendam Christi fidem. ergo vbi nunc apertam sibi dicendi ianuam cerbit, Praefidis offensionem non formidat, nec discrimini terretur, vt astute dissimile se esse Christianum. Itaque videnuis tam infra dicta constantia fuisse instructum, quām prouidentia & iudicio: nec vñq̄ Euangelij lucem ab eo fuisse consilido superpresum, sed duntaxat habitat temporis delectum. Iam hic mirabile Dei consilium notare operæ precium est, qui vult interdum reprobis Euangelium proponere: non vt inde quicquam proficiant, sed magis vt reddantur inexcusabiles. Satiis fuisse Felici & Drusille nunquā audiuisse vocem de Christo: quia illis impune nō cessit, oblatam salutis gratiam respuere, vel cum fastidio negligere. Hoc præterea norandum est, quodā ingenuo pietatis semine Euangelium expetere, quod auditum, mox vel fatidunt vel non sustinent. Inter ea Euangelij predicatione, qualecumque habeat succelum, bonus & suavis odor est Deo: siue homines viuificet, siue occidat.

31 *Disputante autem eo.*) Sperabat Felix delectationem se capturum ex Pauli sermone, sciebat homines nouarunt erum cupidi, libenter argutis disputationibus aures suas pascunt. simili volebat vxoris desiderio absque sua molestia obsequi, nunc sentire cogitare quām minime animo conceperat veibz Dei efficaciam, quæ omnes illi delicias excutit. Ex vinculis disserit Paulus de iudicio Dei, qui in eum virtus & necis habebat potestatem, acsi corā Iudice suo staret, totus horreficit: nec aliud inuenit solatium quām si eum ē conspectu suo submoeat. Hinc primilē discamus quāta vis diuinī Spiritus, tum in corde cum in lingua Pauli viguerit, quia sibi in Christi nomine loquendum esse videt, non submissè agit: sed legatione sibi injuncta, quā ex superiori loco magnificē fungitur, & se reum in vinculis teneri oblitus, ecceitate iudicium in Christi perlonā exerceat. Iā verò quād ita pugnat cor Felicis, hominis captiui voces, in eo quoque se exerit Spiritus maiestas quām excolliat Christus;

Christus: Spiritus vbi venerit, iudicabit mundum, &c. & illa vis prophetarum, quam celebrat idem Paulus i. ad Corin. 14. Item impletur quod alibi dicit, Verbum Dei non fuisse cum eo alligatum: quod non modis liberè 24. & irreipide assertur, sed quod efficaciter penetravit in corda hominum. & quidem in sua magnitudine superuentium, ac si è celo fulminaret. Rarus notandum est, reprobus licet eos percellat Dei iudicium, minimè tamè solo illo terrore ad poenitentiam renoncari. Affectus quidem Felix, Dei fore mudi Iudicè audiens: sed tribunal eius, quod horret, simul lugitat: vt hęc facta sit tristitia, quę salutē minimè operatur. Peccatum ergo timorē requirit, qui & voluntarium generet peccati odium, & hominem Deo distat, vt libenter sultinat eius verba iudicari. Atque hoc veri profectus signum est, dum medicinam querit peccator, unde inflatum est vulnus. Præterea docet hic locus, tunc ad viuum examinari homines Dei verbo, dum propositis in medium vitiis quibz laborant, reuo cantur eorum conscientiae ad futurum iudicium. Paulus enim de iustitia & temperantia differens, Felicis vlera acriter pupugit: quin & homo libidinosus esset, ac prouisus dissoluta luxuria, & ad iniuriam proiectus.

27 SPERARE ut pecunia. Quanquam perspecta esset Felicis Pauli integritas, vt eius damnationem Iudeis vendere ipsum paderet, homo tamen aurum & corruptelis dedit, eum gratis absoluere noluit. hac de causa Paulum sepius accersit, vt tu s blanditiis spem liberationis redimenda faciat. sic enim se insinuant nummarii Iudei, dum corruptelis volunt aditum dare. Vnde colligimus, euaniendum fuisse metum, quem Felix ex disputatione Pauli cepit: quando eum spes luceris instigat cogitque ad eum vocandum, quem praeterea coactus fuerat à se ablegare. Quomodo precium sperauit Felix ex homine inope & deficiente: non enim ille guiges modica præda contentus fuisset. Mihi dubium non est, vt lagaces sunt & acuti qui ius habent venale, cùm videret adeò strenue intitare Iudeos ad perdendum Paulum, aliquid procul de ipso subodoratum esse: ne inpe hominem esse non vulgarem, sed qui gratia pollerer apud multos. quare non dubitauit complures ex amicis sumptum libenter facturos, vt eum redinerent.

28 BIENNO autem expleto.) Cūm sciret Paulus mercenarium Iudicem oblatam pecunia sibi fore propitiū, & factis longum tempus habuerit ad eam colligendam: probable est non solum peperisse fratibus, sed etiam ab illo undevigatione genere abhoruisse, quo sanctitas pollici ordinis indignè polluitur. Iato cùm soleant Praesides, vbi è prouincia decedunt, reos ex vi culis dimittere, quos nullo crimen obstricatos nouerint: Felix contraria inuidia gratia rationem habuit. Conquiesce sepius Iudei fuerant de turpi eius quaestu, de rapinis, seu via, esset enique gubernatione Toc querimoniis fatigatus Claudius Cesar, illum ex Iudea retrahebat. Qd sibi minus infelices habeat, Paulus inquit vinculum. Ita innoxium Dei seruum velut catharma pro suis maleficiis ad placandos Sacerdotes substituit.

C A P V T X X V .

1  Festus ergo suscepit prouincia, post triduum ascendit Ierosolymam ab urbe Cesarea.

2  Significariuntque illi Principes Sacerdotum ac primores Iudeorum de Paulo, & rogabant eum,

3  Polulantantes fauorem aduersus eum, vt accerseret eum Ierosolymam: insidiatis tendentes vt interficerent eum in via.

4 Festus autem respondit, vt seruaretur quidem Paulus Cesarea, se vero breui illo profecturum.

5 Qui ergo inter vos, inquit, possunt, unde descendant: & si quod est in hoc viro crimen accusent eum.

6 Demoratus autem inter eos diebus amplius quam decem, descendit Cesaream: ac postero die sedi pro tribunali, insitque Paulum adduci.

7 Qui quum perductus esset, circumstiterunt eum qui ab Ierosolymis descenderant Iudei, multa & grauia crimina proferentes aduersus Paulum, que non poterant probare.

8 Ipsi excusante, quod neque in Legem Iudeorum, neque in templum, neque in Cesaream quicquam peccasset.

1 Festus ergo. Hic secunda actio nobis describitur, in qua non minus difficile certamen nec leuius discrimen subiit Paulus, quā in priore. Qd in vinculis relictus fuerat, suspicari potuit Festus perplexam esse causam, ac inde facere iniquum praeterea iudicium. Sed aliunde grauius periculum instabat. Scimus nouos Praesides, vñ gratiam capentes à provincialibus, multa illis suo aduentu solere largiri, ita credibile erat Pauli mortem Festo non ingratum fore præludium occupandi favoris. Noua igitur tentatione de integro impetravit sancti viri fidem, ac hi vana fuisse Dei promissio, sed ed è claris profert in eo liberando Dei gratia, quid piaxter spem è fauibus mortis eripitur. Praevenient suis calamitus Praefidem Iudei: nondum tamè de suppicio contendunt, sed tantum rōgant, ne in alienum forum ad causam agendam trahantur. Quod in speciem æquum erat, ambitiosè & magni beneficij loco flagitant. Quod ergo vt non impetrarent, nisi quod diuinis retinetur animus Festi, vt illis constanter neget quod postea concedere paratus fuit. Sicut autem arcano prouidentia sue figura Dominus tunc animum eius vinculum tenuit: ita quum illi permisit velle, ligavit manus ne liberum esset exequi quod volebat. Haec nos fiducia in periculis sustinet, similiq[ue] solicite ad inuocandum Deum: & mentes nostras tranquillat, quod Dominus opposita manu sua tam validam conspirationem frangens, exterrit documentum sua in protegendi fidelibus potentia exhibuit.

5 Qui ergo inter vos. Græcè ad verbum habetur. Qui potentes sunt, vel possibles: sed intelligit quibus erit conmodum. Conisciere autem promptum est, molestiam & sumptus causatos esse, & precarios esse, ne tot homines primarios, ac quosdam etiam senio graues, superuacuo itinere fatigaret Praes: potius quod nullo negotio fieri poterat, uberem Paulum à paucis custodibus abduci. Ergo ne grauari se querantur, hanc illis necessitatem remittit, ac liberum facit vt ex sua cohorte deligant quos volent. Interea satis declarat, se illorum criminationibus non habere fidem, ac integrum fore Iudicem profiteretur, qui nihil acturus si nisi ex cause veritate. Proxima sententia diversa est etiam apud Græcos lectio. Quidam enim codices habent quod reddidit verus Interpres, Dies non amplius octo vel decem. Si hęc lectio placeat, sensus erit, Praefidem venisse paulò post Cesaream, ne prætextu lögioris moræ importunius ipsum vrgere Iudei. Altera lectio, quę magis recepta est apud

Gracos, diuersum habebit sensum. Quanvis diu latus fatus esset Ierosolyma ad cognoscendam causam, non tamen gesisse morem illorum precibus, qui volebant illuc Paulum attrahi, vnde probabilis elicitur coniectura, de eorum insidiis fuisse iam edoctum.

7 *Multa & graui crimina.)* Quandiu sub Lege vixerat Paulus, nota & celebris fuerat eius integritas. conuersus deinde ad Christum, singulare innocentia exemplar fuerat. Videmus tamen ut multis probris & atrocibus calumniis subvaceat. Atque haec perpetua fecerunt seruorum Christi conditio est: quod magis animatos esse coquunt, ut per infamiam & bonam famam cöntanter incedant: nec illis nouum sit male audire ubi bene egerint. Interim danda opera est ut non tantum coram Deo sibi sint bene concisi, sed instructi sint apud homines recta defensione, ubi locus & facultas datur. neque enim sibi deest Paulus: sed innocentia sua patrocinium falsis criminibus cordate opponit. Notemus præterea nunquam posse impios compesci, qui bonis maledicant, ac impudenter eos proficiunt, referunt enim Sarana ingenium, cuius spiritu aguntur. Quod ergo iubemus os improbis obstruere, non ita accipi debet, quasi immunis fatus sit ab omni falsa obrectatione quisquis se rectè geret: sed ut vita nostra pro nobis respondeat, & maculas omnes falsæ infamiae diluat. Sic videmus Pauli aduersarios, quanvis propitium haberent Iudicem, frusta tamen male dixisse, quam suam innocentiam factis affereret. Et tamen verisimile est non caruisse falsis testibus, neque in illis subornandis pugios fuisse: sed quia inuictum robur Dominus seruo suo inspirat, ut fulgere sue probitatis vanas eorum nebolas discutat: pudicitati aident, & demum cum infamiae calumnia discedunt: à iudicio. Cæterum Pauli defensio ostendit quibus principiæ calumnia eum oppugnauerint Iudei. Prius crimen erat impietas in Deum, quod Legem eueterer, ac templum pollueret. alterum, rebellio aduersus Cesarem & Romanum imperium, quod vbique concitare turbas. Vtrumque ut dilueret adiutus fuit singulari Dei gratia, qui splendore facit suorum innocentiam instar auctoræ.

9 *Festus autem volens gratificari Iudeis, respondens Paulo, dixit, Vis Ierosolymam ascenderem, & ibi de his iudicari apud me?*

10 *Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cesaris sto, ubi oportet me iudicari. Iudeis nullam iniuriam feci scilicet & tu melius nosci.*

11 *Si enim iniuriam facio, vel dignum aliquid morte commisi, non recuso mori. si vero nihil est eorum de quibus accusant me, nemo potest me illis donare. Cesarem appello.*

12 *Tunc Festus cum concilio colluctus respondit, Cesarem appellasti: ad Cesarem ibis.*

9 *Festus autem volens.*) Siue aliquid de insidiis intellecterat Festus (quod coniicere promptum est) siue proribus incisus erat: iniquè tamen agit cum Paulo: ac videmus quā flexibiles sint ad omniem corruptelam, quicunque non aguntur Dei Spiritu. Neque enim ex profecto Festus Paulum contemnit vel odio habet. sed praualet ambitio, foris etiam lucri cupiditas, ut in favorem aduersa partis illum in mortis discrimen iniuste exponat. probabile enim est mercedis quoque odore fuisse allectum ut tam benignè morem gereret. Sacerdotibus Mihum tamen est, quomodo optionem Paulo concedat, ac non potius inuitum pro imperio iubeat deduci. Certè colligimus metu retentum esse, ne ius Romanæ ciuitatis, quod valde odiosum erat crimen, insingeret. Studet tamen fallaciter inducere Paulum ne Ierosolyma de se fieri iudicium recusat, neque enim eum latebat quod accidit, ius prouocandi esse ciui Romano, ut sibi non liceret ulterius progredi. Interea per eum non sit ei, quo minus sceleratis latronibus maestandum obiceret.

10 *Ad TRIBUNAL Cesaris sto.)* Quia videt Paulus se Praesidis ambitione Iudeis proditum, ius Romanæ ciuitatis opponit. Modestè se submisit, si quod iustum & equum erat, impetrasset. nunc quia sponte officium non facit Iudex. nec sicut sanctum virum cogit, ut se legum praesidio tueatur. atque hac ratione rufus eum Dominus liberat, cum iam hostibus ad mortationem propè addictus foret. Quod autem ad tribunal Cesaris causam tractari postulatione id est profani & impii hominis cognitioni subiicit Euangelij doctrinam: sed fidei suæ rationem vbique reddere paratus, forum declinat in quo nulla amplius speranda erat æquitas. Porro tametsi Romanis ciuibus faluum manebat suum priuilegium: erat tamen tunc mutata ratio: quoniam iudicium populi ad se transtulerant Cesares, ac si optimi publicæ libertatis vindices & patroni forent.

11 *Ius tuum nonnullam iniuriam.*) Quoniam ut plurimum qui male sibi concisi sunt & dissidunt cause, ad exceptiones declinatorias configuntur: hanc à se opinionem auertit Paulus. Et certè Christi ministris non minor testande innocentia quā in feruanda vita cura esse debet. Si præcisè negasset Paulus causam se dicturum, triumpfassent hostes, & in Euangelij de decus obiecta illi fuisset male conscientia dissidentia. Nūc verò dum Praesidē ipsum, testis siue integratatis citat, neque poenam recusat, si quid peccasse cōpertus fuerit, calumnias omnibus aslani præcidit. Ostendit ergo se minimè effugium captare tergiversando, sed asylum iuste defensionis quædere, ubi iniuriam liberè propulset, quando hæc tenus accusatores ceutarunt mera improbitate & pertulititia: & nunc iudicium fugitantes, ad carnificinam eum trahere moluntur. Neque verò dissimulat iniuste facere Praesidem, qui cum accusatoribus colludat: & simul cupiditatem eius quasi iniecto strane constringit, ne ultra progrederi audeat.

Rom.13:23
& 1. Deut.2
b.14.
1.Cor.6:11
11 *Cesarem appello.)* Postquam professus est se minimè subterfugere: si quia in culpa deprehensus foret, humanis subsidis liberè viritur. quare nos si quando similis necessitas contingat, superstitiosos esse non oportet, quia à Legibus & ordine politico opere petamus, quia non frustra scriptum est, in laudem bonorum diuinis tuis creari Magistratus. nec verò exhorruit Paulus sub Iudice incredulo litigare. nam qui prouocat, nouam intendit actionem. Scimus igitur Deum qui iudicium constitutum, suis quoque legitimis eorum usum permittere. Ideo peruersi sunt interpres, qui præcisè damnari à Paulo Corinthios existimant, quod auxilium Magistratus implorent pro iuri sui defensione: quum manifestum vitium illuc perstringat, quod scilicet nihil possent ferre damni, & nimis cupidè litigantes, Euangelium multis probris exponent.

12 *Festus collocutus.)* Mos Praesidibus erat, habere primarios aliquos ciues in sua cohorte, qui in iudiciis assiderent: ne quid decernerent nisi ex consili sententia. Porro non sine stomacho videtur hoc pronunciasse Festus, cum interrogatiù dixit, Cesarem appellasti: quod scilicet iniquè ferre sibi eretam esse gratificandi licentiam: quanquam id in medio relinquo, quia nec multum habet momenti, & tantum coniectura nititur.

13 *Ei quem dies aliquot transacti essent, Agrippa Rex & Bernice descendenter Cesarem, salutaturi Festum.*

14 Et quum dies complures ibi commorarentur, Festus Regi retulit ceufam Pauli, dicens,
Vir quidam est relictus à Felice vincitus,

15 De quo quum venissem ierosolymam, significarunt mibi Principes Sacerdotum & Seniores Iudeorum postulantes aduersus eum iudicium:

16 Quibus respondi, Non est Romanis consuetudo, ob gratiam donare aliquem hominem, ut pareat, prout quis in qui accusatur presentes habeat accusatores, & locum defensionis accipiat de criminis.

17 Quum ergo huic conuenissent sine villa dilatione, sequenti die sedens pro tribunali iusti adducitur virum.

18 De quo cum stetissent accusatores, nullum crimen obiciabant super hisce rebus, de quibus ego suscipiabar:

19 Sed questiones quasdam de sua "superstitione habebant aduersus eum, & de quodam Iesu "vel religione, quem affirmabat Paulus viuere."

20 Hesitans autem ego de hac questione, rogauimus vellet ire ierosolymam, & illuc indica-
ri super istis.

21 Quum autem Paulus appellasset, ut seruaretur Augusti cognitioni, iusti cruciari eum donec
mitterem ad Caesarum.

13 Et quod vix dies aliquot.) Longa hic narratio texitur in hunc finem, ut sciamus quanvis abrupta
est causa actio, illustria tamen fuisse Pauli vincula: & interea ex carcere fuisse productum, ut coram cele-
bri auditorio fidem suam prosteretur, ac de Euangelio differeret. deinde licet contemptus iacerit, non fuisse
tamen habitum pro scelerato, ne quid ex eius infamia decederet Christi gloria. in carcere liberius fuisse
eius praetronum in Euangelio promulgando, quam si in domo priuata solitus vixisset.

A G R I P P A Rex & Bernice.) Hunc Agrippam conflat maioris Agrippae fuisse filium, cuius foeda mors &
detestanda narrata fuit xii. cap. Hic autem quum mortuo patre in locum patrii creatus esset Rex Chalcidis: sup. 12.
postea ampliore tetrachim obtinuit. Bernice, cuius fit mentio germana etat eius soror, que primidem He-
rodi Regi Chalcidis patruo suo nupta, viduitatem ipso mortuo aliquandiu coluit, sed parum honestam & pu-
dicam: suspecta enim erat nimis eius familiaritas cum Agrippa fratre. Et quidem ut probrum incestus extin-
gueret, nupsit Polemton Ciliciae Regi. Rursus tamen libidini magis indulgens quam pudori, diuortuit ab eo
fecit. Fuitris fuisse vxorem, nosquam ab historicis traditur: & Iosephus in vita sua, propriam illi ditionem in
parte Galilee assignat. Credibile igitur est quum ad flagitium obduruissent, contempta fama simul habuissent:
interim tamen abstinuisse a coniugio, ne incestuosa nuptia crimen proderent & simul augerent. Neque mi-
ruri est, quid honoris causa ad salutardum Praefectum Rex descendit, ut pote qui precari tantum regnabat,
pendebatque a nato & gratia Imperatoris Romani, que retinenda erat & souenda per Prisdem.

14 Quidam dies complures.) Ego quum post transactum aliquid tempus decresserit sermonum materia, ut
otiosi homines solent hinc inde accedere de quibus fabulantur, iniecta fuit Pauli mentio. nam id notare voluit
Lucas, quum dixit per octum pluribus elapsis diebus, Festus regi narrasse de quodam homini vincito. Quan-
quam autem hic & Sacerdotum malitiam perstringit, & à sua parte miram equitatem simulat, paulò post ta-
men reum ipsum purgando, imprudens se ipsum damnat, dum factur provocandi fuisse causam, ne Ierosolymam
traheretur. Ceterum, Romanos laudando, Festus Iudicibus prescribit quid ipsos deceat. Quod si profa-
nis hominibus id natura dictauit, prohibetiam à iudicis esse omnem gratiam que infantes opprimat, quanto
intentius ab omni corruptela cauere debent Iudei, quibus verbum Domini afluget?

15 N U L L U M C R I M E N O B I C I E B A N T .) Mirum est cui dicat Festus non fuisse obiectum Paulus
crimen quale expectabat, quum reus seditionis & eius fuerit. sed hinc iterum coniicere licet, inquit aperte co-
gnoscere, adē futilis fuisse calumnias, ut injudicij rationem venire non debuerint: perinde ac si quis conui-
tum remiseret. Ideo statim causa in Legi questionibus situm fuisse dicit. Videmus ergo ut discernat in-
ter maleficia que puniri solebant legibus humanis & controversiam que inter Paulum & Iudeos agitabatur:
non quod religio impune violari debeat, vel toleranda sit eorum protervia qui Dei cultum suis segmentis per-
pertunt: sed quia Romano homini cura non era Lex Mosis: ideo tam contemptim loquuntur, quum illos certa-
se dicit de sua superstitione. Quanquam nomen Iudeorum tam in bonam quam in malam partem accipitur
apud Grecos: quia scilicet vbique recepti erant electi salforum deorum cultus. sed tamen sua nihil referre
significat qualis sit Iudeorum religio. Nec mirum est quod homo ethnicus, qui pietatis regulam ex ore Dei
petendat esse non didicis, inter purum Dei cultum & superstitiones discernere nesciat. Quod magis tenenda
est nobis illa discretionis nota, Pietetum nullam esse nisi in fidei scientia fundatam, ne in tenebris palpemus.
Addo quod tot prosperi successus Romanos inebriantur, ut se putarent præ omnibus aliis Deo gratos esse: ut
hodie Turcas ob multiplices victorias, Christi doctrinæ insultant. Deploranda quidem haec fuit indignitas,
quod homo incredulus & idololatra, medium fedebat Iudeos inter Iudeos, iudicium de sacris Dei oraculis latu-
rus pro sua ignorancia, sed culpa in aduersariis Pauli tota herebat, quibus sicutque deque fuit Dei maiestas, mo-
dò suo furori morent gererent. Paulo tamen ipsi nihil refusat aliud, nisi ut probra iniquè libi obiecta dilue-
ret. Sic hodie tametsi intestina rixæ, quibus inter se gladiantur Christiani, sacrum Christi nomen ciuisque
Euangelium infamant apud Turcas & Iudeos, immorit tamen culpa imputabitur factæ doctrina defensori-
bus, qui coacti in arcenam descendunt.

- De quodam Iesu.) Minime dubium est quin grauitate & qua decebat velementia, de Christi resurrectione
Paulus dissecuerit: sed Festus pro sua superbia, et in dignam esse putauit ad quam studium situm adiiceret. Not
subsanant quidem aperte Paulum: sed sat offendit quam negligenter audierit de Christo loquentem. Unde
perspicimus quantum, inquit quam nihil faciat predicatio, nisi intus corda afficiat Spiritus Domini: per-
tinet enim quicquid dicitur transiunt impii, ac si quis fabulas narraret. Quare non est quod hodie nos con-
turbet multorum securitas, cum Paulus nihil apud Festum proficeret. Ceterum testis est hic locus, multis in
causa actione virtute citroque habitos esse sermones, de quibus Lucas non meminit. De Christo enim haec tenus
nihil attigerat: & tamen haec posterior narratio ostendit Paulum serio de eius morte & resurrectione cu[m] Iudeis

disputasse, quod fieri non potuit, quoniam de precipuis Euangelij capitibus tractaret. Sic igitur coniunctio egisse Paulum, ut refutatus Iudeorum calumniis, quibus eum apud Pr̄f̄dem grauare conati fuerant, velut occasionem natus, liberius de Christo loqui postea inciperet.

22 *Agrippa autem dixit ad Festum, Volebam & ipse hominem audire. Cras inquit, audies eum.*

23 *Postero autem die quum venisset Agrippa & Bernice cum multo apparatu, & introisset in auditorium cum Tribunis, & viris principalibus civitatis: iubente Festo adductus est Paulus.*

24 *Et dicit Festus, Agrippa Rex, & omnes qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc hominem, de quo omnis multitudo Iudeorum interpellauit me & Ierosolymis & hic, acclamantes non oportere eum vivere amplius.*

25 *Ego vero comprei nihil dignum morte eum admisisse. Et quia ipse prouocauit ad Augustum, statui mittere eum.*

26 *De quo quid certum scribam domino, non habeo: Quapropter produxi eum ad vos, & maximè ad te Rex Agrippa, ut examinatione facta, habeam quod scribam.*

27 *Absurdum enim mihi videtur mittiere vinculum, & crimina de quibus accusatur non indicare.*

22 *VOLEBAM & ipse.) Hinc coniunctio licet Agrippam sic fuisse cupidum audiendi Pauli, ut tamen studium suum proficeri erubuerit, ne putaret Festus alia de causa quam ob latulationis officium venisse. Achiori quidem potest, ut non sola eum curiositas impulerit vi Paulum audire cuperet: sed quia sperabat se profectum ex eius sermone, quam tamen fugide appetat, hinc colligere promptum est, quod passus est multos dies effluere, quibus nullum desiderij signum ostendit: quia scilicet terrenis commodis, qua ducebat portora, magis erat imbutus. Nec ante verbum facere auctor est vel curauit, quam vltio eum inuitaret Festus. Ita produxit sanctus Christi minister spectaculum, ut holopitem suum exhibaret profanus homo: nisi quod Agrippa & comitum eius consilio instrui vult Festus, ut diligenter suam Cæsari probet. Sed res arcana Dei prouidentia in aliud finem conuersa est, neque enim dubium est quod longè lateque sparsum fuerit rumor, qui ad piorum confirmationem non parum valebat ac hieri etiā potest ut rati fuerint aliqui ex auditoribus, ac fidei sermonem conceperint, quod postea suo tempore fructum protulit. Ceterū ut nemo illorum sincere & ex animo Christum amplexus fuerit, hic tamen non vulgaris fuerit profectus, quod detecta hostium malitia sedati sunt imperiti, ne tanto odio contra Euangelium ardenter: pudescita fuit impietas, & fideles collecto novo viatore, magis ac magis in Euangeliō confirmati sunt.*

23 *P O S T E X O A V T E M d i e .) Non veniunt Agrippa & soror tanquam humiles Christi discipuli: sed pompa & splendorem afferunt qui aures illis obturret oculisque perstringat. & credibile est cum magnifico isto apparatu coniunctum fuisse parem animi fatum. Itaque mitum non est si perduti non fuerint ad Christi obscurum. Videtur tamen idem splendoris facta mentione à Luca, ut sciemus in magno conuentu, & ceteram teleostimis testibus qui autoritate pollerent, factam Paulo copiam fuisse ac libertatem, non modo agenda causa, quasi si reus defenderet, sed etiam promulgandi Euangeli. Prodig enim non aliter quam in doctoris persona, ut Christi nomen illustret. Ita ex eius vinculis erupit Dei veritas, que libero & soluto cursu passim mox diffusa est: in modo nos vnde manauit. Voce q̄a ratiōne intelligit Lucas quod vulgo dicimus Apparentiam atque ad spirituales Christi nuptias alias cultus est adherens.*

26 *V T F A C T A E X A M I N A T I O N E .) Nescitur an Pr̄f̄s Paulum coiām absoluens, hoc artificio pellicere eum velit, ut à provocatione deficiat. Credibile enim erat, facile posse induci, ut deposito metu se totum permitteret quod Indicione cognitione, p̄f̄fertim si accederet amicus Agrippa suffragium. Quocunque fecerit animo, se proprio ore iniquitatem damnat, quod non dimiserit insontem, quem nunc ad Cæsarem mittere pudet, sine illa criminis nota. Hoc quoque mirabiliter Dei prouidentia accidit, ut à Iudeis ipsi pr̄iudicium fieret secundum Paulum. Astutè forte Pr̄f̄s elicere tentat quid sentiant Rex & Primores viris Cæsarez, ut si contigat Paulum absoluti, in eos exoneret inuidiam, noblebat enim gratis infensos sibi habere Sacerdotes, à quibus bona pars viris Ierosolymæ pendebat, & illud optimum erat compendium scribendi ad Cæsarem, Agrippa authoritatem interponere. Sed alio respexit Dominus, cuius est cuentus moderari pr̄ter spem hominum, ut discussis calumniarum nebulis, liberior esset sanè doctrinæ assertio.*

C A P Y T x x v i .

1 *G R I P P A* *A verò ad Paulum ait, Permittitur ibi loqui pro temet ipso. Tūc Paulus extenta manus, pro se dixit,*

2 **G R I P P A* Super omnibus de quibus accusor à Iudeis, Rex Agrippa, existimo me beatum qui causam dicturus sim apud te hodie:*

3 *Quam tu maxime sis gnarus earum que apud Iudeos sunt & consuetudinum & questionum. Quapropter obsecro te ut patienter me audias.*

4 *Itaque vistam quidem meam quam egi ab adolescentia, que ab initio fuit in gente mea Ierosolymis, nouerunt omnes Iudei.*

5 *Qui prius nouerant me ab initio, si velint testimonium ferre, quod secundum exquisissimam effectam nostrae religionis vixerim Pharisæus.*

6 *Et nunc ob spem recompensationis, que ad Patres nostros facta est à Deo, sto iudicio subiectus.*

7 *Ad quam duodecim tribus nostras instanter nocte & die colentes Deum, sperant se perueniatur: de quasse accusor, Rex Agrippa, à Iudeis.*

8 *Cur incredibile indicatur apud vos, si Deus mortuos suscitans?*

2. Diximus quo consilio productus fuerit Paulus in consilium illum ut scilicet ex Agrippa & aliorum motu scriberet Festus ad Celsarem. Ideo non simplici nec vistata defensionis forma virutur: sed ad docendum magis sermonem attemperat. Ponit quidem Lucas excusandis verbis: sed quod non male quadrat, vbi redditur doctrina ratio. Ponit quia expertus erat Paulus, qui quid ex Legi & Prophetis sum puer fortis, secundum à Festo despici, se ad Regem convertit, quem magis intentum fore sperabat, ut qui alienus non erat à religione Iudaica. Et quia haec enim apud sordos verba profaderat: nunc le habere gratulatur qui precepit peritiam & vsum recte iudicet. Ceterum, vt Agrippa scientiam laudat, quod legitimus sit carum ictum et genitor de quibus agitur: ut vici sim rotat ut patienter audire velit, minus enim excusabilis aliqui in eo neglectus foret ac fastidium. Questiones vocat doctrinæ capita que tractari solebant inter Scibas, apud quos subtilius excusiebant religio. Consuetudinem vero ritus intelligit qui ortus genitis communis erant. Summa est igitur, Regem Agrippam neque doctrinam, neque ceremoniam Legis ignoramus esse. Ilatio illa, Quapropter rogo ut patienter me auditis, ita ut iam attigim quod quisque magis in Scripturam notitia proficit, eodem magis intentum esse debere significat, vobis de religione queritur, nam quod intelligimus, minus molestus nobis affert. Et quod vero est de cultu Dei nos ita esse sollicitos, ne audire grauenrum que ad eius definitionem spectantia prelesum vbi iam principis imboti sumus: ut promptum nobis sit iudicium, si animos aduertere hbeat.

4. VITA (quidem mea.) Nondum ingreditur in statum cause: sed quia falsi traductus fuerat, multis que cuiuslibet oneratus, ne personæ odio Rex Agrippa causa sit infensus, suam innocentiam prius assertant. Scimus enim vbi semel animos occupauit sinistra suspicio, insus omnes quasi praelatos teneri ne qui admittant. Ego nebulas præaux opinionis, que ex falso rumoribus collectæ densissime fuerant initio Paulus abstergit, ut libi iudicentiam apud putas & bene purgatas aures conciliat. Hinc perspicimus ea que necessitate Paulum suisse compulit, ut anteactam vitam laudaret. Ceterum, non die in ea parte moratur: sed statim ad cœlum in elevationem mortuorum sibi transiit facit, dum se Pharizetum suisse commemorat. Exactissimam verò felicem dicit inter pectora, non sanctioris vita respectu, sed quod in ea resideret magis genuina doctrina syncretismus, magis luceret eruditio. Gloriantur enim se arcana Scripturae lucem in fidem etiamque inserviam delapsi erant. Essent vita austeritate contenti, doctrinæ studium non magnopere curabant. Nec obstat quod Christus in Pariseris principiis, tanquam omnium deterrimos Scripturæ corruptores, inveniuntur. Nam cum sibi ex arca & recondito sensu, ius interpretandi Scripturæ vindicarent: hinc illa mutandi nonanique audacia, cui Dominus succedit. Sed Paulus commenta illa, que temere fabricata tyrannico rigore virgebant non attingit, nam illi propositum erat, tantum de resurrectione mortuorum loqui. Quoniam enim Legem in multis partibus adulterasse, aquum tamen erat, ut inuenta fana fidei, pluris esset eius lectæ authoritas, quam aratum quo longius a nativa puritate decuerat. Adde quod de vulgari tantum iudicio loquuntur Paulus, quod subtilioris scientie colore impetrabat.

6. OB SPEM REPROMISSIONIS.) Nunc in causam descendit, quod scilicet ob præcipuum totius fidei caput laborer. Etsi autem generaliter de resurrectione locutus videtur: colligere tamen licet ex contextu, ab altiore principio exorum esse: eas circumstantias complexum esse, que propriè spectabant ad fidem Euangelij. Rem se factum est, à Iudeis conqueritur, quod spem promissionis ad Patres saltus assereret. Exordium ergo istud fuit, atque adeò defensionis cardo, secus quod Deus pepigerat cum Patribus, ad eternam salutem referri. Quare hæc disputationis summa fuit, quod nulla efficeret iurorum religio, nisi ad celos essent attenti, & proinde oculos in Christum nouæ vitæ auctorem dirigerent. Gloriantur enim ex omnibus terra populis solos à Domino electos. Atqui nulla erat adoptionis vultus, nisi Mediator promissio ficeret, in hereditatem regai Dei respicerent. Multò ergo plus concipere decet, quam aperte exprimit Lucas. Et certè non alio spectat eius narratio, nisi ut sciamus de quibus differerit Paulus. Quid autem & quibus verbis, subiectum. Interea nostrum est ex brevi summa colligere que ad disputationem hanc pertinent: que liberè & ingenuè coram Agrippa tractata fuit, vbi placidè agendi facultas datur.

7. AD quam duodecim tribus.) Expostulat apud Agrippam, quod eo prolapsus sit Ecclesiæ status ut oppugnant Sacerdotes communem spem omnium fidelium: ac si dicaret, Quorsum suspirant eorum vota, qui cuncte ex gente nostra solliciti Deum colunt, nocteque & dies impendunt ad pietatis officia, nisi ut tandem ad immortalem vitam perueniant? Atqui idem est totius doctrinæ meæ scopus: quia vbi redemptionis gratia proponitur simul appetitus ianua regni celorum. Et cùn predico à mortuis exitium salutis authorem, primis beatæ immortalitatis offero in eius persona. Ita superior doctrinæ confirmatio ex Dī verbo sumpta fuit, cum Patribus factam promissionem in medium adduceret. nunc secundo loco adiungit Ecclesiæ contentum. Atque hæc legitimam est in asserenda fidei dogmatibus ratio, ut p̄ceat Dei authoritas: dicinde accedit Ecclesiæ suffragio. Quoniam simul prudenter habendus est vera Ecclesiæ delectus: sicuti nos exemplo suo hic Paulus docet: quoniam enim seiret Ecclesiæ ianuam contra se à Sacerdotibus obtendit: intrepidè tamen synecros Dei cultores à sua parte stare affirmat, & illorum patrocinio contentus est, nam cùm duodecim tribus nominat, non permisit omnes qui secundum carnem Iacob erant progeniti: sed eos tantum intelligit, qui verum pietatis studium retinebant, neque enim constantianum susserit, promisum laudare gentem ipsam à timore Dei, qui non nisi in exiguo numero vigebat. In vitroque p̄repositi sunt Papistæ: quia & hominum suffragiis obruiunt verbum Dei, & mixtum ex indoctis vel impuris hominibus cultuviem, Catholica Ecclesiæ titulo sine colore vel pudore insigniunt, atqui ut cum vera Ecclesia nos festare probemus, à Prophetis & Apostolis inciperem conuenit, deinceps illis aggregandis quoniam nota & testata est pietas. Si à nobis dissideret Papa cum suo Clero, non est quod magnopere simus anxii. Probatur autem religionis verus affectus ab affectu & vehementia: quod illo maximè tempore rare virtus fuit, dum miserrime afflictabantur Iudei.

8. CVM incredibile.) Non dubito quin & rationibus & Scripturæ testimonios assererit quod de resurrectione & Ecclesiæ vita tradebat. Ceterum merito ad Dei potentiam renocat quos alloquitur, ne ex sensu sui modulio de illa indicent. Nihil enim ad persuadendum magis difficile, quam futura corporum instauratio, vbi in nihilum redacta fuerint, ergo quia mysterium est longè altius humano ingenio, meminerint fideles hic reputandum esse quod à tritæ patet immensus Dei virtus, non quid ipsi apprehendant: sicuti idem Paulus admonet: ad Philippi, cap. nam vbi corpus nostrum humile transfigurandum dixit corpori gloriose, continuo p̄dit addit, Secundum efficaciam qua potest sibi subiicie omnia. Sed ut plurimum maligni in Deum & iniuriant homines, qui longius extendi nolunt eius brachium, quam pertingat ipsorum sensus: ita quangum in se est, operum eius magnitudinem, que cœlum & terram exasperat, restringere cuperent ad suas angustias. contraria vero Paulus quid posuit Deus expendere nos iubet, ut supra mundum erexit, ex omnipotenti illius, non inbecillo mentis nostræ capti, fidem resurrectionis conceperem discamus.

9 *Et ego quidem existimabam me aduersus nomen Iesu Nazareni multa repugnando factum.*

10 *Quod & feci Ierosolymis, & multos Sanctorum ego carceribus inclusi, à principibus Sacerdotum potestate accepta: & cum occiderentur, detulissentiam.*

11 *Et per omnes Synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequebar etiam in exterias usque ciuitates.*

12 *Quarum rerum studio cum irem Damascum cum autoritate & permisso principum Sacerdotum.*

13 *Die medio, Rex, in via vidi celo supra splendorem Solis lumen me circumfulgens, & eos qui mecum faciebant iter.*

14 *Cum autem omnes nos decidissimus in terram, audiui vocem loquentem ad me, & dicentem Hebraica lingua, Saul, Saul, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulos calcitrare.*

15 *Ego autem dixi, Quis es Dominus? At ille dixit, Ego sum Iesus, quem tu persequeris.*

16 *Sed exurge, & sta super pedes tuos. ad hoc enim apparui tibi, ut constitua te ministrum ac testem & eorum que vidiisti, & eorum in quibus apparebo tibi.*

17 *Eripiens te a populo & Gentibus, ad quas nunc te mittio,*

18 *Vt aperias oculos eorum, ut conuertantur a tenebris ad lucem, & a potestate Satanae ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctificatos perfidem que est in me.*

9 *ET B E G O quidem.) Nisi plura dixisset Paulus quam hactenus recensuit Lucas, abrupta esset oratio, unde conficitur quod prius dixi, cum mentionem fæderis Dei tecum, de Christi officio & gratia differuisse, vt res ferebatur. Ideo autem conuersationis sua historiam repetit, non tantum ut leuitus notam a se remoueat: sed ut diuinus se vocatum testetur, adeoque celesti mandato coactum. Nam quod prater animi propositum repente ex lupo in ovis concubis est, tam violenta mutatio non parum valer ad conciliandam doctrinam eius fidem. Ideo amplificat illum nocendi ardorem quo cerebatur aduersus Christi membra, & pertinaciam cui penitus addictus erat. Si à prima pueritia imburus esset Christi fide, vel ab homine aliquo edocitus sponte illam & sine repugnancia amplexus force illi quidem priuatim certa fuisse sua vocatio, sed apud alios minus illustris, nunc verò cum obstinato & inflexibili furore ardens, non occasione aliqua adductus, nec persuasus ab homine mortali, nouam mentem induxit: manus Dei subactum fuisse appetat. Magnum ergo pondus habet ista antithesis, quod se prauo confundit: si Jentia elatum fuisse commemorat, vt se putaret Christi forte victorem: qua docere voluit nihil minus quam ex animi sui sensu, Christi se discipulum esse factum. Nomen Iesu Nazareni pro tota Euangelij professione hic accipitur, quam extingue statuerat Paulus, hoc modo bellum aduersus Deum inscienter suscipiens.*

10 *Quod & feci Ierosolymis.) Ab ipsis factis probat quanto zeli impetu abreptus fuerit ad oppugnandum Christum, donec major vis retraxit, vt cursum in oppositam partem flecteret. Porro huius vehementiae testes habebat suos aduersarios, vt certè constaret libido fuisse mutatum. nec veit delatorum illi fuisse hoc munus à S. certioribus, nisi strenuè in exercenda se fuisse. ac valde animosum esse oportuit, qui eorum furori satisfacceret. Notandum veit, quod fateri non erubuit Paulus quam grauitate in Deum peccasset, modò id cederet in Christi gloriam. Probrosum illi certè erat, cæco zelo correptum, ad impias blasphemias compulsi qui Deo feruie optabant: varias molestias exhibuisse bonis & simplicibus: sententiam tulisse de fundendo sanguine innoxio: denique cornua in celum extulisse, donec prostratus fuit. sed exitimatione sua non parcit, quin liberter dedecus suum proferat, modò inde clarius patet Dei misericordia. Quare in eius sermone nulla potuit hæc rere sinistra suspicio, quum nullum sui respectum habens, vel tristis in crimen imputat ex quibus laudem & plausum totius populi fuerat adeptus. Ideo & zelum suum, quem alij honore prosequabantur, insania damnat. Vnde apparet quam putida sit eorum ambitio, quos simpliciter fateri pudet si quid per insciutiam & errorem peccarent. quanuis enim non prorsus excusat, extenuare tamen aut fucare ea conantur in quibus suppliciter cum mortore & lachrymis veniam precari ipsos debet. Atqui Paulus, cum recinere posset cordati hominis sumam, maniacum se fuisse testatur. Id enim sibi vult participium quod usurpat Lucas, quod multos blasphemare compulit. Hinc agnoscimus fuisse in ipsis etiam credentium primitiis multas quisquias, quum discipulos Christi professi, metu deinde fracti aut verberibus, non modò abnegauerint ipsum, sed etiam sacro eius nomini maledixerint. quanquam ipsa per se abnegatio, atrocem blasphemiam contineat.*

11 *DIE medio, Rcx.) Huc spectat narratio, ut intelligat Rex Agrippa non inane fuisse spectrum, nec talem fuisse ecclesiæ, que mentis sanitatem vel iudicium illi eriperet. Quanvis enim metu percussum in terram cecidens, distinctam tamen audit vocem: interrogat quinam loquatur: responsum quod datur percipit: quæ signa sunt mentis compositæ. Hinc sequitur non temere variasse, sed piè sancteque patuisse celesti oracula, ne confundat rebellis Deo esse pergeter.*

12 *SED exurge & sta.) Prostrauit Christus Paulum ut eum humiliaret: nunc eum erigit, ac iubet bono esse animo. Ac nos etiam eius voce, in hunc finem quotidie desiccamur, ut eruditamur ad modestiam, sed quos deiecit, mox comiter subleuat. Et non vulgaris est ista consolatio, quum se illi appauise pronuntiat Christus, non vltorem, qui poenam exigat de eius avertientia, de verbibus iniustè & crudeliter inflictis, de sanguinariis sententiis, vel exhibita Sanctis molestia, de impia Euangeli oppugnatione: sed propitum Dominum, qui eius opera vi velit, & quidem honorifice ministerio dignetur. Constituit enim ipsum testem eorum quæ vidit, & quæ postea visurus est. Haciam memorabilis erat visio, ex quo didicerat Christum in celo regnare, ne amplius protervè illum contemneret: sed agnoscet Dei Filius & promisum Redemptorem. alias postea reuelationes habuit, sicut recitat 2. Cor. cap. 12.*

1. Cor. 12. 2. Cor. 12.

13 *ERIPENS te à populo.) Hic armatur contra omnes merus qui eum manebant: & simul preparatur ad crucis tolerantiam, quæ tamen mox subiicit ventorum esse Paulum, ut ecos illuminet, ut reconciliet Deo qui alienati ab ipso fuerant, ac perditis salutem restituat: mihi est cur non etiâ fore promittat, ut vicissim leti & fauentes*

fuentes eum excipiunt, quicunque tam præclaris beneficii fuerint affecti. Verum hic notatur mundi ingratitudo: quia vita æternæ ministris contrariam prorsus mecedem repedit: sicuti phrenetici medicos fuos hostiæ impunent. Et monetur Paulus quocunque venerit, magnam eorum partem quibus prodesse stadebunt, forte sibi infestam, ut exitum machinetur. Diserte autem exponit, se tam Gentibus quam Judæis destinatum esse telsum, ne sibi vitio vertatur quod virtutique promiscue communè fecit Euangelium. nam hinc tam viuentum odium in eum conceperant Iudei, quod Gentes sibi æquari indignè ferent. Eisi autem zelo id facere simulabant, ne fœdus quod Deus pepigerat cum potius Abrahæ, ad exercitos translatum profanaretur: metra tamen eos agebat ambitio, quod fœli eminere, omnibus alius in ordinem coactis, vellent. Ceterum in vnius hominis persona, ad officiū animantur omnes p̄i doctores, ne ipsos impedit hominum malitia, quo minus Dei gratiam miserae quamlibet indigne offere peigant.

18 *Vt apertias oculos eorum.*) Videtur Paulus quod Dei proprium est sibi arrogans, nimis le effere. Scimus enim non nisi à Spiritu sancto illuminari mentis oculos, Scimus Christum vñcum esse liberatorem, qui nos à Satane tyrannde eripit. Scimus vnum esse Deum, qui abolit is peccatis, in tortem Sanctorum nos cooptat. Sed hoc vñstum est, vt Deus honorem ubi vñ debitum ad ministros transferat, nō ut quicquam sibi derogeret, sed ut commendet quām in ipsis exercit Spiritus sui efficaciam. neque enim ipsos ad opus mittit, ut mortua sint organa, vel qualibet actores: sed ut potenter operetur per ipſorum manum. Ceterum, quod efficax est eorum predicatione, ab arcana eius virtute pendet, qui agit omnia in omnibus, & folius ad incrementum. Ceterum ergo doctores, non qui fructu verba in aërem spargant, vel qui aures dant, at in aui sonitu ferant: sed qui viuiscam lucem cæcis affiant, reformat in Dei iustitiam horum cora & ratam faciant, que Christi morte pars est, salutis gratiam. Sed horum nihil praestant, nisi quatenus per ipsos Deus operatur, ne inutiles sit eorum labore tota laus penes ipsum solus resideat, sicuti ab eo manat effectus. Et ideo notandum est, quoties Scriptura tam honorificè externum ministerium extollit, non esse separandum à Spiritu, qui ipsum non aliter quam anima corpus viuiscat. Nam aliis locis docet quām nihil per se efficiat ^{1 Cor. 3, b. 6.}, hominum industria: nihil per se confessio: Iporum enim est plantare & rigare: incrementum verò date, folius Dei. Ceterum quia plerique oblitus sua ignorantia & malignitas, ne fructum quemadmodum decebat ex Euangelio perciptant, notanda est hæc descriptio, que breviter & luculentè incomparabilem illum thesaurum ante oculos xp̄icat. Hic ergo iconus est Euangeliū, ut liberati à cæcitate mentis, sumus cælestis lucis participes ut erexit à Satane dominio, & conuerteram ad Deum: ut gratuita peccatorum remissione donari, sorte æternæ hereditatis conlequamur in tei Santos. Huc de his habere etens oportet, quia conque in Euangelio ritè proficere cupiunt, quid enim nobis proderit astudia eius prædicatio, cuius verum vñsum non cerebimus? Ac simul nobis describitur perfecta sauris nostræ rato. Salutem se appetere omnes saltant: pauci autem attendunt quomodo eos seruare velit Deus, ergo locus hic qui modum scilicet complectitur, instar clavis est ad referandam celorum januam. Præterea sciendum est, his bonis quæ Christus p̄i Euangeliū sui fidem consequi nos testatur, naturaliter priuati totum genus humanum. Ita sequitur omnes esse ex eis, quia fide illuminantur: omnes Satane esse mancipia, quia per fidem assentuntur ex eis tyrannde: omnes Deo mimicos & æternæ morti obnoxios, quia fide remissionem peccatorum accipiunt. Ita nihil extra Christum & eius fidem nobis miseriatur, unde etiam apparet, quām nihil libero arbitrio & humanis meritis hat residuum. Quantum ad singulas partes spectat, illuminatio ad Dei noitiam refertur, quia tota nostra peripicacia mea est vanitas & densæ tenebrae, donec ipse nobis per veritatem suam afulgeat. Latus patet quod deinde sequuntur, Convertri à tenebris ad lucem. Id enim fit quum renouamur spiritu mentis nostri. Itaque, meo iudicio, hoc membrum & posterius inter se cohærent, Converti à portestate Sarana ad Deum. diuersis enim loquendi formis exprimitur illa renouatio, quam fuius declarat Paulus I. ad Ephesios. cap. Sequitur remissio peccatorum, ^{Eph. 1, 3,} quia nos sibi Deus gratis reconciliat, ut placatum nobis & proprium fore non dubitemus. Tandem comple-^{10, 4,} f. 3, mentum omnium ponitur ultimo loco, vita feliciter æternæ hereditas. Perpetam vna contextu quidam legunt, Inter sanctificatos per fidem: quia particula hac ad totum complexum extendit. ideo sensus est, fide nos venire in possessionem bonorum omnium quæ p̄ Euangelium offeruntur. Fides autem propriè dirigitur in Christum: quia in ipso inclusæ sunt omnes salutis nostræ partes. nec eas alibi quam in ipso quærcere Euangelium iubet.

19 *Vnde, Rex Agrippa, non fui obediens cælesti visioni:*

20 *Sed his quis sunt Damasci primus & Ierosolymis, & per omrem regionem Indiæ: deinde & Genitus annuntiati ut resipiscerent & conuerterentur ad Deum, opera facientes digna pœnitentia.*

21 *Horum causa Iudei me in templo comprehensum tentarunt interficere.*

22 *Auxiliu igitur nactus à Deo, utque in presentem diem sto, testimoniis tum paruo tum magno, nihil aliud dicens quam ea quæ Propheta predixerant futura esse, & Alij,*

23 *An passurus fuerit Christus, an primus ex resurrectione mortuorum lumen annuntiaturus sit populo & Gentibus.*

19 Nunc breviter admonet quo consilio retulerit suę conuersationis historiam: hoc est, ut testatum faceret Agrippa & reliquis, Deum se habere authore eorum omnium, quæ sacrilegijs & apostasijs Iudei damnabant. Agrippam nominatim compellat, quia Festo & Romanis sciebat penitus ignorantem esse quid sibi vellet cælestis visio. Iam in ipso doctrina summa nihil esse appareat dissonum vel remorū à Lege & Prophetis. vnde etiam oraculo major adstruitur fides, quo nihil docere iussus est Paulus, nisi Scripturæ consentaneum. Pœnitentie adiungitur conuersio ad Deum, non tanquam diuersum aliquid: sed ut sciamus quid sit resipiscere sicuti etiam contra, hominum corrupteli & prauitas nihil aliud est quām alienatio à Deo. Quia autem pœnitentia res est interior, & sita in cordis affectu, opera quæ illam testifent secundo loco requirit Paulus: secundum illam Ioannis Baptiste exhortationem, Proferte fructus dignos pœnitentia. Iam quum Euangelium Christi omnes ad pœnitentiam vocet, sequitur omnes naturaliter vitiosos esse & corruptos, opūque habere mutationem. Docet similiter hic locus inscritè Euangelium peruertere, qui Christi gratiam à pœnitentia separant.

21 *TENTARVNT interficere.) Hic de hostium suorum iniquitate conqueritur, ut inde pateat malam causam ipsos agere mala conscientia. nam si quid peccasset Paulus, iure ipsum persequi licebat. & illi prior futura*

erat eorum conditio, quum gratia & autoritate longe plus pollerent. Testatur ergo rabies ad quam profiliunt, ratione eos destitui. Quod Dei auxilio seruatum dicit Paulus, ad confirmationem doctrina sua valet, unde enim sit ut manum illi porrigitur dignetur ad opem ferendam, nisi quia ministrum suum agnoscit, & causam quam probat vult ueri? Adde quod Dei praesidio animari debuit, ut tanto constantius in officio pergeret, ingrati enim hominis fuisse, opem ferente se subducere. Quo etiam exemplo docemur, quoties eripimur ex periculis, non ideo prorogari nobis vita a Domino, que deinde per ignauiam marcelcat: sed ut alacriter officio nostro fungentes, in eius gloriam mori singulis momentis patati sumus, qui nos sibi reseruauit. Neque tamen oblitus erat Paulus quid Tribuno deberet, sed hic commendat Dei auxilium, ut non alter debuisse fieri ostendat, quam ut reliquum vita cursum illi impenderet, a quo liberatus fuerat: licet id contigisset hominis manu & opera.

T E S T I F I C A N S tum paruo.) Dictum est alibi plus esse testificari quam docere: ac si solennis inter Deum & homines contestatio fieret, ut sua constet Euangelio maiestas. Dicit autem se magnis & paucis esse teferre, ut sentiat rex Agrippa ad se quoque hoc pertinere: & quum minimis quibusque offeratur salutis doctrina, minimè id obstat quo minus etiam ad Regum altitudinem descendat. Eodem enim complexu Christus homines vniuersi in suum suum colligit, ut qui prius in stercore iacebant, erexit in tamum honorem, in gratia eius bonitate gloriarentur, qui vero in alto honoris gradu locati sunt, sponte se humiliant, nec gaudentur ex contemptibili & infimo vulgo habere frattes, ut ipsi filii Dei hant. Sic primo ad Romanos capite, Stultis & sapientibus se debitorem esse commemorat, ne Romanis obstaculo sit sapientia sua fiducia, quod minus se eius doctrina submittant. Hinc discimus non esse in arbitrio doctoris, auditores sibi diligere: nec minus sacre Deo iniuriam, quam iure suo fraudare homines, qui suam operam ad magnos restringunt, quos Deus paucis associat. Ad atates hoc refringere frigidum esset. Itaque non dubito exceptio-
Rom. 1. b.14. nem tolli inter claros & ignobiles, quia neque illorum præstantiam reverius fecit Paulus, neque horum par- uitatem fastidierit, quoniam a promiscuè utrisque fidum doctorem præstaret.

N I H I aliud dicens.) Primò notaru dignum est, quod Paulus ut idoneos & classicos producat doctrinæ sua testes, non eos ex hominibus assumit, sed Mosem citat & Prophetas, quibus indubia authoritas data erat a Domino. Et certè hoc unum solidè docendi principium est, nihil profire, nisi quod ex ore Dei prodisse conuenit. Deinde norare opera precium est, præcipua fuisse disputationis capita, que nunc attingit Lucas: Hoc fuisse proprium Christi munus, morte sua expiare peccata mundi, resurgendo iustitiam & vitam hominibus acquirere: huc autem resurrectionis & mortis tam Iudeus quam Gentibus esse communem. Acqui quum nullum in Lege mortis vel resurrectionis clarum & literale, ut vocant, testimonium extet: dubium non est quin doctrinam habuerint per manus traditam Patribus, ex qua dicerent referre ad Christum omnes figura. Et Prophetæ qui de Christo apertos varicinati sunt, sicuti non nisi ex fonte illo hanciebant: ita fidem fecerunt suo seculo, nihil se nouum vel alienum a Mose tradere. Nam vero aut suam apologiam non absoluit Paulus, aut illustriora testimonia collegit eorum omnium, in quibus profectus fuerat Mose & Prophetas fuisse sibi authores.

Math. 27. PRIMVS EX RESURRECTIONE.) Tempore quidem præcessit quorundam aliorum resurrecio. nempe si
5. recipimus sanctos quorum mentio fuit apud Euangelistas, exiisse è sepulchris ante Christum: quod in raptum E-
Gen. 5. noach & Heliae competit, sed Primū hic vocat, sicut alibi primitias resurgentium. Itaque nomen hoc cauam po-
24. 2. Reg. 2. prius designat quam temporis ordinem: quia Christus resurgens, mortis viator & vita dominus emerit, ut per-
b. 11. petuò regnaret, sùloque faceret confortes beatas immortaliitat. Lucis nomine comprehenditur quicquid
1. Cor. 11. c. 13. ad plenam felicitatem spectat, sicuti per tenebras, mortem & omne misere genus Scriptura passim signifi-
Esa. 9. a. 2. cat. Nec dubito quin Paulus ad Prophetarum dicta allusserit. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem
Ibid. 60. a. 2. magnam, Ief. 9. Item, Ecce tenebrae operient terram, & caligo populos: luper te autem videbitur Dominus, Ief.
Ibid. 42.c. 60. Item, Ecce iis qui in tenebris sunt exorietur lumen, Ief. 42. Item, Dedi te in lucem Gentium, eodem cap. &
16. b. 6. & 49. Quod autem lux vita è Iudea latius diffundi, ad Gentes debuerit, ex compluribus oraculis pater.
49. b. 6.

24 Hac autem quum profe dicere, Festus magna voce ait, Insani Paulus, multæ litteræ et ad insaniam convertuntur.

25 Et Paulus, Non in sanio, inquit, optime Festo, sed veritatis & sobrietatis ve, ba eloquor.

26 Scit enim de his Rex, apud quem & libere loquor, latere enim eum nihil horum arbitror: neque enim hoc in angulo gestum est.

27 Credis Rex Agrippa, Prophetiis? Scio quod credis:

28 Agrippa autem ad Paulum ait, Breui persuades mihi ut siam Christianus.

29 Et Paulus ait, Optarim à Deo & modica in parte & magna, non te modo, sed omnes etiam qui me audiant, hodie esse tales, qualis ego sum, exceptis vinculis his.

30 Et hec eo locuto surrexit Rex ac Praeses & Bernice, & qui audebant eum.

31 Et quum secessissent, loquebantur inter se, dicentes, Nihil morte aut vinculum dignum facit homo iste.

32 Agrippa autem Festo dixit, Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cesarem.

24 FESTUS MAGNA VOCE.) Ostendit hæc Festi clamatio quantum apud reprobos proficiat Dei veritas: dum scilicet quantumvis probè restata & conspicua, eorum tamen fastu calcatur, nam quia ex Lege & Prophetis Paulus differuerat, licet nihil haberent delirio affine, inq. in optimis ratione fundata essent, ille nihilominus insanis uibit: non quod aliquid videat absurdum, sed quia repudiat quæcumque non capit. Nil hilarius erat vel magis in fulsum Gentium superstitionibus, ut summos Antifiles merito pudenter sua nosteria proferre, quorum inepitie plusquam ridicula erant. Festus in Pauli sermonem reconditam eruditissimum agnoscit, interim tamen quia Euangelium incredulius opertum est, quotum inentes excœcut Satan, putat hominem esse fanaticum, qui perplexus ambages inuolutus. Ita quanuis ridere & palam contemne nequeat, adde tamen non mouetur, ut Paulum habeat pro homine arreptio & infatæ curiositatis. Hinc etiam sit ut animum aduertere non sustineat, ne se eadem implicet insanis. Sicuti multi hodie à verbo Dei refugiunt, ne se demergant in labyrinthum: ac despere nos putant, qui disputationes de rebus a canis mouendo,

nobis

nobis & aliis molesti sumus. Quare hoc exemplo admoniti, petamus a Domino ut patefacta nobis doctrina sua luce, sim illius gloria nos imbaat, ne sua obsecritate nobis reddatur insipida, ac tandem superbum fastidium in blasphemiam erumpat.

25 Non infatio. Non luculent Paulus, nec seuerius blasphemam Festi vocem exagitat: imd honorificè eū compellat, nam neque durior obiurgatio locum habebat, & venia danda erat hominiis infirmitate, quoniam minimè ex professo contra Deum inlurgere. Rationem etiam habebat personæ, quanvis enim honore indignus esset, præter ratiōnē cum imperio, neque tamē propterē cedit blasphemie, quin verbo Dei suam gloriam asserat. Vnde etiam perspicuum, polhabito lui respectu, tantum de doctrina fuisse sollicitum, non enim iactat suum acumen, non contendit, nec laborat pro sua prudentia: sed ha vna defensione contentus est, quod nihil doceat nisi verum & sobrium. Veritas portat impieturis & fallaciis quibuslibet opponitur: sobrietas fruolis speculationibus, vel spinosis argutiis, que tantum contentionum sunt semina. Occurrit quidem Paulus festi erroris: sed hinc colligere licet quānam sit proba docendi ratio, que scilicet non modò pura est ab omnibus fallaciis, sed neque inebriat hominum mentes vanis questionibus, nec indulget stulte curiositati, nec intemperantem plusquam par est sciendi prorūtum fouerit: sed moderata est ad solidam edificationem.

26 Si et enim de his Rex.) Conuerit se ad Agrippam in quo plus erat spei. Ac primū quidem dicit notam illi esse rerum historiam: sed statim eum ad Legem & Prophetas reuocat. Neque enim multum proderat rem gelatam tenere, nisi sciret que prædicta erant de Christo, in persona Iesu crucifixi impleta esse. Quod vero de fide Agrippæ non dubitat Paulus, non tam facit eius laudandi caula, quam ut Scripturam eximat ab omni controvèrsiæ, ne in ipsius principiis subfistere cogatur. Sensus est igitur, Scripturam esse autem, ut fas non sit homini Iudeo, eius autoritatibz vel minimum detrahere. Neque tamen illi blanditur Paulus, quoniam enim Scripturam non reuerberatur ut pio homine dignum erat: hoc tamen à pueritia rudimentum imbiberas, ut persuasus es, nihil præter Dei oracula illic contineri. Quidammodum vulgus hominum, etiā magnopere verbum Dei non curret: genere tamen & confusè verbum Dei esse agnoscerit, ut saltē religio prohibeat vel reuicere vel despicer.

28 AGrippa autem ad Paulum.) Hoc saltē profecit Apostolus, ut confessionem non voluntariam expectaret regi Agrippæ, sicuti auerere solent qui veritati amplius resistere nequeunt, vel saltē aliquod dare affectus si quārum. Significat quidem Agrippi non libenter fore se Christianum, imd fieri nolle: se tamen refragando esse imparem, sed quodammodo inuitum trahi. Vnde appetit quanta si humani ingenij peruvicacia, donec Spiritu Dei ad obsequium subigatur. Particulam ētā variè exponunt Interpretes. Valla putauit sic vertendum, Nam abest quin me Christianum facias. Erasmus reddidit, Modica ex parte. Simplicius vetus Interpres, In modo: quia latē verbum verbo reddens, liberum Leitoribus iudicium permisit. Et certè ad tempus commandi potest referri, ac si dixisset Agrippa, Statim, vel uno momento facies me Christianum. Si quis excipiatur non quadrare Pauli responsum, facilis est solutio: nam quoniam ambigua esset locutio: quod de tempore dictum erat, certè Paulus ad rem traxit. Quoniam ergo intellegitur Agrippa se ferè Christianum esse factum exiguo tempore: subiecit Paulus se cuipere ut tam ipse quām comites, à paruis initis ad maiores progressus considerentur, neque tamen displaceat ētā tantundem j�alere ac propemodum. Hac autem responso testis est, quanto propaganda Christi gloria zelo flagrante sanctum viri pectus, dum vincula sibi à Præside iniecta patienter sustinens, cum cupit extialibus diaboli laqueis exceptum, & tam ipsum quām alios eiuldem gratia confortes ac focios sibi adiungere, molesta interim & probrolo forte contentus. Notandum quid non similitudine optatam à Deo, sicuti eius est nos ad Filium trahere: quia nisi intus docente eius Spiritus, semper frigabit exter, ior doctrina.

EXCEPTIS vinculis.) Certum est non tam dura vel tristia fuisse Paulo sua vincula in quibus sepe gloriatur, & quæ honoris causa in medium proficit, tanquam legationis sua insignis: sed rationem eorum habet, quibus fidem precari sine molestia & cruce. Nam qui nondum in Christianum credebant, longè aberant ab eo affectu, ut pro Euangelio certa & parati forent. Et certè pios omnes hac mansuetudine præditos esse conuenit, ut crucem suam placide ferant: alios autem cupiant commode agere, & quantum in se est, leuare studeant omni molestia, quieti autem vel tristitia minimè inuident. Hæc humanitas & moderatio ab eorum acerbitate longè remota est, qui mala sua alii unprecando, solatium inde petunt. Gal.6.d.17.

31 LOQUEBANTVR inter se.) Quid absolvit Paulum omnium sententia, in Euangelio non vulgare decus cessit. Et Feltis reliquis assentientis, se ipsum damnat: ut qui sua iniuritate in eas angustias Paulum coniecerat, sub specie mitandi loci eius vitam hostium insidiis prodendo. Tametsi autem videtur prouocatio sancto viro damna esse: quia tamen hoc vincum illi à morte effugium fuerat, quietus manet, nec fugit ut se ab illo laqueo explicet: non modò quia res iam non erat integra, sed quia in visione admonitus fuerat se Romam sup.23.c.13. quoque diuinatus vocari.

C A P V T X X V I I .

1  POST QVAM autem decretum est ut nos nauigaremus in Italiam, tradidierunt & Paulum & quosdam alios vires Centurionis nomine Iulio, cohortis Augustae.

2  Confessa autem nrae Adramytina nauigaturi iuxta loca Asia soluimus, persecutante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi.

3 Sequenti autem die appulimus Sidonem, & Iulius humaniter tractato Paulo, permisit ut ad amicos profectus, ab illis curaretur.

4 Et inde cū soluimus, subnauiganimus iuxta Cyprū, propterea quid essent vēti contrarij.

5 Et pelagus quod est contra Ciliciam & Pamphiliā emensis, peruenimus Myrā, que est Lycie:

6 Et ibi naclus Centurio nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, imposuit nos in eam.

7 Et quoniam multis diebus tarde nauigaremus, vixque deueniſsemus contra Cnidum, prohibente nos vento, ad nauiganimus Crete inxta Salmonem:

8 Et vix preterlegentes eam, peruenimus in locum quendam, qui vocatur Pulchri portus, cui vicina ciuitas Laçea.

1 Nauigatio Pauli à Luca nobis narratur hoc maximè consilio, vt sciamus Romam fuisse mirabiliter perductum Dei manu: & in ipso itinere multis modis illustrem apparuisse in eius dictis & factis Dei gloriam: quæ magis ac magis eius Apostolatum sanciret. Traditur quidem ducendus cum aliis viectis: sed Dominus postea longè ipsum à scleratis & maleficiis discernit, quibus cum illi communis erat vinculum conditio. Quia etiam paulò post videbimus ut eum Tribunus laxer, & quasi liberum habeat inter viectos. Cohortem quam vocet Augustam Lucas, nescio, nisi forè quæ ante Caesarium monarchiam, Praetoria solebat vocari. Nominati vero dicit Lucas in nauem Adramyttinam fuisse impositos: quia nauigatur erant prope litus Asiaticum. est enim Adramyttium vrbis Eholiz. Ex quo autem portu soluerint mihi incertum est: quia recta nauigatio non fuisse verius Sidonem, nisi multum fallant topographicæ tabulæ, probabili est conjectura illuc fuisse delatos, vel quia nauis alibi non reperiatur, vel quia ex illa regione sumendi erant vi. Et illi quorū facta est mentio.

PERSEVERANTE nobiscum. Sic videtur Lucas vnius hominis laudare conscientiam, vt alios perstringat. nā plures comites eum Ierusalem secuti erant: ex quibus nunc duos tantum fuisse residuο videmus. Sed quia fieri potest ut alios impediti iuste cause, vel etiam eorum officium recusaverit Paulus, nihil in tyrannis patrem afficio. nec vero absurdum est, vt peculia rur sit ratio cur hunc præ aliis laudaret Lucas, quum tamen vnuis esset ex pluribus. Certe hominem fuisse diuitem probabile est, qui trienniū sumptus ferre posuerit, relicta domo sua. Prius enim habuimus multos ex primariis familiis Theſſalonicenses Christum amplexos esse.

^{Sop. 17. e. II.} Aristarchum vero & Secundum, honoris causa Lucas recentius venisse cum Paulo in Asiam, cap. XX. Hoc ergo quod certum est ac veile cogniti tenere sufficiat, exemplum sanctæ patientie nobis proponi, quod Aristarchus nullo radio vel molestia fatigatur, qui sponte eandem cum Paulo fortuam subcat: & postquam affixus fuerat eius carceri per biennium, nunc mare traicit, vt ei quoque Roma ministret, non abque sinistra multorum expiorationis, præter rei domesticæ iacturam, tot sumptus incommoda.

3 PERMISIT ut ad amicos. In vrbe ampla & maritima, latibras Paulus nancisci poterat, sed viectus oraculo tenebatur, ne se Dei vocacioni sublitraret deinde quia tam humaniter cum eo egerat. Centurio, vt amicis curandum permetteret, quem in nauis pædote relinquere poterat, non debuit nec potuit sine turpi perfidia illius periculo vita sua confundere, nec vero commitendum, vt cuiquam à quo benignè habiti simus, nostra culpa humanitas sua sit fraudi. Tractum nauigationis quam refer Lucas, ex graphis petant Lectores. hoc solùm ad meoneo, huc spectare quicquid dicitur, vt sciamus difficultem & tempestuam fuisse nauigationem ex quo soluerunt exportu Sidonio, donec prope Melitam ventum est. Deinde longo tempore luctatos fuisse nautas cum aduersis ventis, donec saevior procella inualuit, cuius exitus tandem fuit naufragium quod videbimus.

9 Multo autem tempore peracto, & quum iam esset periculosa nauigatio, quod iam ieiunij quoque tempus præteriisset: admonebat eos Paulus,

10 Dicens eis, Viri, video quod cum iniuria multiisque damno non solū oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum futura sit nauigatio.

11 Centurio autem gubernatori & nauclero magis credebat, quām ijs que à Paulo dicebantur.

12 Et quum portus ineptus esset ad hybernandum, complures cœperunt consilium illinc soluendi, si quomodo possent peruenire Phœnicem, & illic hybernare. Is est portus Creta spectans ad Africum & ad Chorum.

13 Aspirante autem Auctro, rati se propositi compotes, quum transgressi essent propius, preterlegabant Cretam.

14 Sed non mulio post coortus est contra ipsam ventus Typhonius, qui vocatur Euroclydon.

15 Quimque correpta esset nauis, nec posset obniti vento, data statibus naue cerebamur.

16 In insulam autem quandam deuicti, quæ vocatur Claudi, vix potuimus obstinare scapham:

17 Qua sublata, adiutoriis utebantur subcingentes nauem, timentesque ne in Syrtim incident, demissi vase sic cerebantur.

18 Quum autem vehementi tempestate iactaremur, sequenti die iactum fecerunt:

19 Ac tertio die nostris manibus armamenta nauis protecimus.

20 Porro neque sole neque syderibus apparentibus ad complures dies, & tempestate non exigua imminentे, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ.

